XXXVI. 78

NAZIONALE
1
39 -B
4
ROMA
VITT. EMANUELE
OTECA



HISTORIÆ AUGUSTÆ SCRIPTORES VI.

ÆLIUS SPARTIANUS. VULC. GALLICANUS.
JULIUS CAPITOLINUS. TREBELL. POLLIO.
ÆLIUS LAMPRIDIUS. FLAVIUS VOPISCUS.

Cum notis selectis

ISAACI CASAUBONI, CL. SALMASII
& JANI GRUTERI.

Cum INDICE Locupletißimo Rerum ac Verborum.

Accurante

CORNELIO SCHREVELIO.

LUGDUNI BATAVORUM,
Ex Officina Franciſci Hackii. Aº. MDCLXI.

ILLUSTRISSIMO, GENEROSISSIMO

DOMINO,

D^NO JACOBO

BARONI DE WASSENAER,

DYNASTÆ IN OBDAM, HENSBROECK, SPIERDIJCK, WOCHMEER, ZUYDWIJCK, SCOONOUW, CERNHEM, PRÆFECTO ET CHILIARCHÆ EQUITUM, GUBERNATORI ET SATRAPÆ, URBIS, ARCIS, SATRAPIÆQUE HEUSDANÆ, PROPUGNACULORUMQUE IN MOSA CIRCUMJACENTIUM, ARCHITHALASSO HOLLANDIÆ ET WEST-FRISIÆ, PRÆFECTO SALTUUM, UT ET EQUITI REGII ORDINIS ELEPHANTINI DANIÆ REGIS, &c.

HIstoriam Augustam, qua variorum Imperatorum res gestæ tanquam in diffuso theatro spectantur, Tibi offerre ausus sum, ILLUSTRIS DOMINE. Impulit me, sublimis & heroica tua Virtus, qua majorum tuorum merita ita æquasti; ut dubium sit, an illi magis nobilitatis verum exemplar Tibi

ſuo ſanguine impreſſerint; an tu illorum ſplendorem tuis meritis auxeris. Nam quid ſit nobilem eſſe, non ſolum ſanguine, ſed potiſſimum invicto animo oſtendiſti. Ità quod aliis vix poſt mortem contingit; Tu immortale nomen adhuc vivus tibi comparaſti. Magnarum virtutum comes ſolet eſſe invidia, qua ingens & excelſus Spiritus tuus non magis impetitur, quam immotæ rupes fædis agitantur tempeſtatibus. Et quamquam copioſiſſimas tuas laudes mare Arctoum præditet; ubi non tantum cum hoſtibus, quos in fugam jeciſti; verum etiam cum irato & hyberno mari pugnandum fuit; ſufficit tamen tuæ modeſtiæ, benefactorum propriam conſcientiam teſtem habere. Præter hæc, innata Tibi eſt generoſa quædam humanitas; quam neque maxima Præfecturæ maritimæ dignitas mutavit; ſed, quod admirandum, auxit; ità ut ſolo propemodum intuitu, omnes trahas, obligeſque. Sol quo altior, minores umbras jacit; tua quoque ſublimis dignitas, nullas

nullas ſuperbiæ vel arrogantiæ umbras jacit. Verum laudes hic tuas, exili noſtro dicendi genere diminuere, neque ſors tua, neque verecundia noſtra patitur. Accipe itaque Vir illuſtris, ſerena fronte Hiſtoricum hoc munus, quo Imperatorum vitæ, eadem libertate ſcribuntur, qua ipſi victitarunt: quod & Tibi gratum fore ſpero, non tantum meo, ſed Parentis mei ϑ μακαρίτου, Viri Opt. Doctiſſimique nomine, qui Te litteris primum humanioribus imbuit, ſub cujus tecto tanquam Muſarum communi domicilio habitaſti, ingenium nobile & igneum formaſti; mecum quoque in otio & negotio, liceat ita loqui, familiariter vixiſti. Voto & precibus concludo, ILLUSTRISSIME DOMINE, uti Tibi, nobiliſſimæque & antiquiſſimæ familiæ, quam prima Comitum Hollandiæ tempora ſuperare, auctores celebres teſtantur, Deus immortalis, omnia fauſta & felicia largiatur, diuq; te incolumem ſervet. Vale vir Nobiliſſime:

Tuæ Excellentiæ humillimus cultor

CORN. SCHREVELIUS.

BENIGNO LECTORI.

Natura communis omnium parens, universum hominum genus, nullo modo frustrà produxisse dici potest aut debet; sed ut primario studeat agnitioni & celebrationi sui Creatoris: secundario suâ opera juvet communem hominum societatem, atque ejus commodis & conservationi inserviat: & sicut in Politica congregatione boni civis est, Salutem populi legem supremam putare, ad eamque stabiliendam omnes actiones referre: ita in magna hac totius orbis quasi Repub. cujusvis civis, id est hominis est, natura duce contendere, ut si non ad omnes, tamen ad quamplurimos ex studiis & laboribus suis redeat utilitas. Itaque hominum ii meliores, qui id unicè student, ut neminem vitæ ipsorum pœniteat: quique benefactorum & meritorum in genus humanum, & vivi & mortui laudantur. Porrò cum non omnium eadem sit conditio, non idem status aut vitæ genus; sed ut res Deus nostras dispensat; quidam magni quidam humiles, quidam mediæ sortis: alii in parendo, alii in imperando occupati: in bonis item animi, corporis, fortunæ magnum compareat discrimen, magna difficultas: inde fit, ut alii plus, alii minus ad conjunctionem hominum inter se atque ad usum vitæ conferant. Quilibet tamen officio hominis fungi videtur, qui pro sua virili nititur naturæ legem in hac re præscriptam implere. Jam verò certum quum sit, honestè in quoque genere vitæ vivi posse, observata ista norma & fine, juvandæ societatis humanæ. *Sed quum plurima sint ac diversissima scribendi genera, in quibus industria eorum occupari solet, qui pro virili quisque sua pomarium Doctrinæ studiorumque promovere ac dilatare conantur. Alii enim vel nova prorsus inveniunt; vel vetera novis inventa cumulant, posteritatique tradunt: alii rursum, ab aliis jam ante tradita, meliore via succinctiorique methodo proponunt: alii denique scriptores veteres omnis generis, aut obscuros illustrant, aut injuria temporum depravatos, quâ ingenio, quâ manuscriptorum codicum auctoritate freti, pristino atque nativo splendori restituunt. Etsi verò priora duo scribendi genera, digniora ut plurimum, & ad famam nominis uberiora judicantur: haud scio tamen,*

men, an non tertium hoc multò publicè sit utilius multoque fructuosius existimandum. Illud certè nemo inficias ibit, hoc genus, in hac literarum ætate, & librorum ea qua laboramus propemodum infinita mole, solum esse necessarium. Nam veteres illi vel doctissimè scripti libri, neque usui esse possunt, nisi à doctioribus explicati intelligantur: nec vel à doctissimis intelligi, si maculis scateant. Quibus malis ut remedium adhiberetur, plurimi in id operam suam impenderunt, & inter illos minimam laudem non meruerunt D.D. Casaubonus, Vir incomparabilis & sæculi sui decus immortale: Cl. Gruterus, nunquam etiam sine laude nominandus: ut & ὁ μακρὸς Salmasius; qui sua industria, acumine, & labore indefesso, cæteris omnibus palmam præripuit, in illustrandis auctoribus classicis: cujus certè laudes si deprædicare vellem; idem facerem ac si Soli lucem accenderem. De quo itaque præstat tacere, quam pauca dicere. Hoc tantum obiter dicam; quod variis auctoribus enucleandis, & emendandis, tantam operam tam feliciter navaverit, ut hac in parte multis parasangis reliquos omnes prætergressus sit. Nam hos Historiæ Augustæ scriptores, tres Musagetæ, ope variorum optimæ notæ Manuscriptorum codicum, præcipue Codicis Palatini, qui bonitate & antiquitate omnibus aliis codicibus antistat, quos in Italia Galliaque pervolutaverant antiquarii; integritati & nitori suo reddiderunt, doctissimis notis illustrarunt, ut nihil ipsis amplius aliorum industria videatur adstrui posse; visum tamen nobis eas non quidem integras hic exhibere: tum quia hac nostra forma, non omnium capax erat: tum etiam quod longius subinde evagari videntur, & critica multa inserunt. Ideo visum nobis, imò injunctum potius, ut brevitati studeremus; & ut notas adderemus maxime necessarias, tam ad correctionem textus, quàm ad mentem Auctoris intelligendam; & quæ Antiquitatem spectarent; quod & pro virili fecimus. ne quid ergo huic Editioni nitidissimæ correctissimæque deesset; ex variis Auctoribus, commentariisque doctissimis insigniores emendationes & selectissimas notas collegimus, collectas ad Auctorem quasque suum retulimus. Ut autem ignobilis & obscurus iste colligendi labor, molestiâ quam ingenio majore constitit, ità seligendi rationem & expendendi sin-

di singula, haud paulò plus judicii, simul & diligentiæ exigere nemo negaverit. Textum, repetitis tot editionibus mirificè corruptum à mendis typographicis, quo ad id licuit, incorruptum præstare conati sumus. Indicem etiam utilissimum, additis sectionibus capitum, adjunximus. Opellam ergò hanc qualemcunque nostram huic Auctori ac Studiosæ juventuti præstitam, aqui bonique consule.

ACUTISSIMI JUDICII VIRO

CORNELIO SCHREVELIO

Historiæ Augustæ scriptores edenti.

Solus Iüleas quisquis moderatus habenas
Et Sacer, & domito primus in orbe fuit;
Nobile depositos non siccâ morte Tyrannos,
Per sua divisum heic tempora vulgus habes.
Serva pares quondam quos ferri posse negavit,
Ferre pares Dominos posthuma Roma potest.
Sed situs antiqui custos nimis invidus, Urbis
Rudera cum tabulis inficiatus erat.
Gallica, cum tenebris ne luctaremur & umbra,
Sidera Romanum restituere diem.
Sed nimia affectæ tot erant medicamina Romæ,
Et fuerat moles interitura simul.
Sarcina Schrevelio dum tanta reciditur, & dum
Auctores ferri quod bene possit, habent;
Dignum operâ! moles, quâ tantùm vivere fas est,
Hæc meliore sui parte superstes erit.

B. SOMERUS.

ÆLII

[1]ÆLII SPARTIANI

[2]ADRIANUS IMP.

AD

[3]DIOCLETIANUM AUG.

[4]ORIGO imperatoris Adriani vetustior à Picentibus, [5]posterior ab Hispaniensibus manat: siquidem Adria ortos majores suos, [6]apud Italicam, [7]Sci- 1

1. ÆLII SPARTIANI.] Fuerunt isti sex temporum Cæsareorum scriptores, ætate propemodum æquales. Omnes imperante Diocletiano, aut Constantio qui ei successit, vel certè filio ejus Constantino vixerunt. Porrò omnis quæ sex hisce auctoribus describitur historia, annorum est circiter centum & sexaginta. Nam Hadrianus imperii habenas susceperit circa annum à conditu Urbis ɔɔɔccclxx. ab eo habes hic omnes Cæsares & Augustos ad Diocletiani usque principatum: hoc est annum U. C. quadragesimum, vel XLI. supra millesimum. Excipiendi sunt anni circiter novem aut decem, propter amissas casu nescio quo, principum aliquot vitas: Philipporum, Deciorum, & Galli Hostilianique, cum Galli filio Volusiano, & Æmilio Æmiliano. *Casaubonus.*

ÆLII SPARTIANI.] Ita liber Palatinæ Bibliothecæ semper scriptum exhibet: qui libet ut de authorum istorum recensione, & nova eorundem editione, cogitare vellemus, atque etiam fortasse possemus, solus fecit. Infinitis enim locis veram scripturam sine dissimulatione nobis obtulit. Hujus igitur Codicis fiducia id ausi sumus, & aggressi, quod absque illo fuisset, fortassean ne tentassem quidem. Quis autem primus omnes istos historiæ Cæsarianæ scriptores in unum coëgerit ac compegerit, tam incertum mihi est, ut ulla ratione certum fieri posse non existimem. nec dictu facile est, quam rationem ille quisquis tandem est, sequutus sit in his auctoribus componendis & sub uno fasce colligendis. quæri non immerito potest, cur ab Hadriano initium hujus συναγωγῆς fecerit, omissis Nerva & Traiano optimis imperatoribus? Fortasse verum est quod suspicamur; unicum olim codicem, patrum scilicet nostrorum temporibus, extitisse horum historicorum, eumque initio mutilum, ex quo omnia quæ nunc extant exemplaria manuscripta cum propagata fuerint, eumdem defectum servasse, non mirum est. & per hoc desiderari cœptæ Nervæ Traianique vitæ, quas vitio illius unici Codicis interciditse apparet. De ordine librorum non minor in scriptis codicibus varietas.

7 Scipionum temporibus, resedisse, in libris vitæ suæ Adria-

tas. hæc igitur serie libri collocantur in Palatino Codice, excerptis Spartiani, & illa veteri Editione.

ADRIANVS.
ÆLIVS VERVS.
ANTONINVS MARCVS.
VERVS ANTONINVS.
DIDIVS IVLIANVS.
COMMODVS ANTONINVS.
HELVIVS PERTINAX.
AVIDIVS CASSIVS.
SEVERVS.
PESCENNIVS NIGER.
ANTONINVS CARACALLA.
ANTONINVS GETA.
ANTONINVS HELIOGABALVS.
DIADVMENVS ANTONINVS.
OPILIVS MACRINVS.
CLODIVS ALBINVS.
AVRELIVS ALEXANDER.
MAXIMINVS.

Cujus equidem ordinis, adeo inordinati, quæ sit ratio non intelligere me profiteor. Cur enim Diadumenus ante Opilium? ante patrem filius? Cur Julianus ante Commodum, successor antecessorem? Hoc est, quod ego me nescire fateor. nisi dicamus hoc ordine fuisse editos ab auctore libros, ac prout, prius aut posterius, hos vel illos ediderit, ita locum tenuisse. Sed de his infra ad singulos vitarum libros suo loco fusius dicemus. *Salmasius.*

2. ADRIANVS.] Melius scribitur hoc nomen cum aspiratione *Hadrianus*, Græci tamen cum tenui Ἀδριανὸς: aut etiam, si Musis placet, Ἀνδριανὸς: quasi esset deductum nomen ab ἀνδρεία, vel ἀνδρεὰς. *Casaub.*

3. DIOCLETIANVM AVGVSTVM.] Pal. noster hæc non habet, nisi manu recentiore, ad oram. *Gruterus.*

4. *Origo Imperatoris Hadriani vetustior à Picentibus.*] Sanè vetusta origo: & cujus servare memoriam qui potuerint majores Hadriani, homines præsertim provinciales aut municipales, non sine caussa addubites. Nam si ab ejus natalibus ad tempora quæ hic designantur retro ascendas, trecentos & plures multo annos invenies. Ego verò nullus dubito Hadrianum, à quo sumserunt quantum fuit historicorum, ex censoriis tabulis, quæ summa cura ubique servabantur, gentis suæ stemma ab origine ultima repetisse: idque majore fortasse diligentia, quæ ferè hominum ambitio, quàm fide. De Picentibus Italiæ populo supra Umbros sito non dicam quæ nota sunt omnibus. *Casaub.*

Origo Imperatoris Hadriani.] Sic semper codex ille Palatinus; meliusque quàm illi quibus abest adspiratio, quam ei adserunt etiam numismata. *Grut.*

5. *Posterior ab Hispaniensibus manat.*] *Hispanus*, ὁ αὐτόχθων, & cujus majores aliunde orti non dicantur: *Hispaniensis* hoc loco qui etsi in Hispania natus, aliunde tamen sit oriundus Vopiscus, *Bonosus homo Hispaniensis fuit, origine Britannus.* Sic Judæos toto orbe à tot seculis ξενιλάτῳ πάθει dispersos, propriè non Hispanos aut Germanos dixeris, sed Hispanienses, vel Germanienses. Alibi accipiuntur hæc nomina aliter: ut cùm *Hispaniensis merces* dicuntur, *Græciensi mare.* Aliter item *Romanensem ecclesiam* Tertullianus, ejusdem cum Romana fidei. *Casaub.*

6. *Apud Italicam Scipionum temporibus resedisse.*] Sic rectè, non ut in primis editionibus, *apud Italiam.* Clarissimè Appianus in Hispanicis de Italica loquens, ἣ πόλις ἐστὶ Τρωϊανῶν τε καὶ Ἀδραμυτηνῶν. ἔτυχεν Ῥωμαίοις ἐξαίρετον τὸ αὐτοκράτορας δέχεσθαι. Fallunter qui huc afferunt Aurelii Victoris junioris verba ista: *Ælius Hadrianus stirpis Italicæ, Ælio Hadriano Traiani principis consobrino Adria orto genitus.* non enim hoc dicit Victor, Hadrianum Italica urbe Hispaniæ esse oriundum: sed planè è contrario, & Italiæ, quantum potest, Hadrianum asserit. *stirpis Italicæ* quid aliud est interpretari quàm Ἰταλικῆς ἦθος? *Idem.*

Apud

Adrianus ipse commemorat.[1] Adriano pater Ælius Adrianus cognomento Afer fuit, [2] consobrinus Trajani imperatoris : mater [3] Domitia Paulina Gadibus orta : [4] soror Paulina [5] nupta Serviano, uxor Sabina : [6] avus Marullinus, [7] qui

Apud Italicam.] Haud aliter quoque Pal. ille integer. *Grut.*

7. *Scipionum temporibus.*] Liber Puteani, *sub Scipionum temporibus.* Obscure autem Spartianus illud tempus denotat, cùm Scipio rebus in Hispania compositis, de reditu in Italiam cogitans, omnes Italos vulneribus affectos in una urbe collocavit, quam de ipsorum patria Italicam nominavit. auctor Appianus. *Casaub.*

Scipionum temporibus.] Ita Pal. & rectè, & sic editio Mediolanensis. perperam libri, quos versavit Casaubonus, præferunt : *sub Scipionum temporibus.* Salmas.

1. *Hadriano pater.*] Magnam injuriam accuratissimæ diligentiæ historico Dioni ivit factum breviator hic cùm ista scriberet. Falsissimam enim sententiam illi appingit : cùm sit indubitatum, Hadriani patrem non ortu fuisse Afrum, sed cognomento sic dictum. Quis putet tantum virum, & rerum Romanarum adeò petitum, ignorasse quod nemo tunc hominum nescivit, Hadrianum stirpis esse Italicæ, aut, ut dicam verius, Italo-Hispanicæ? Quid multa? ipse Dio procul à se errorem hunc amolitur, cùm Hadrianum Τραϊανὸν πολίτην nominat, sicut Spartianus in Severo *Trajani municipem.* Casaub.

Hadriano pater Ælius Hadrianus cognomento Afer fuit.] Verba Xiphilini idem sonant: ὃ δὲ Ἁδριανὸς ἦν μὲν Ἁδριανοῦ Ἄφρου υἱός, φύσει δὲ φιλόλογος καὶ ἱστορίας τῆς γλώσσης. *Adrianum, Adriani Afri filium.* nam illud ἦν μὲν ad patrem, non ad patriam debet referri. unde & αὐτόχθονες dicuntur, qui ab eadem origine, hoc est patre genus ducunt. *Salmas.*

2. *Consobrinus Trajani imperatoris.*] Ælio Ælii Hadriani imperatoris avo conjux fuit Ulpia M. Ulpii Traiani soror, Traiani Augusti amita. Traianus igitur imperator & pater Hadriani Cæsaris, ut ex fratre & sorore nati, amitini invicem fuerunt : quos etiam consobrinos nominare solent Latini, ut & Jurisconsultus notat. Sed & filii consobrinorum vocantur consobrini : quare Spartiano etiam Trajanus & Hadrianus Augusti sic dicuntur. Præter hoc jus cognationis, erant & vinculo adfinitatis conjuncti. *Casaub.*

3. *Domitia Paulina Gadibus orta.*] In insula hac oppidum fuit civium Romanorum, ut scribit Plinius : ne quis hic miretur nomina Romana. Ait autem *Gadibus orta*, quia etsi Gaditanis parentibus nata, *non Gadibus tamen.* ferè enim cives Gaditani Romæ habitabant aut alibi locorum, ut de iis observat non semel Strabo. *Idem.*

4. *Soror Paulina.*] Hadrianus in epistola qua matrem ad natalitiam cœnam invitat. ἐὰν θέλῃς οὖν σὺν ἐμοὶ καὶ τῇ ἀδελφῇ μου τῇ λευκίᾳ ἔρχου. plures igitur una sorores habuit : si fides constat ei scripto. *Idem.*

5. *Nupta Serviano.*] Hic est Julius Servianus, qui ad tertium consulatum pervenit, in quo habuit collegam Vibium Verum, anno Hadriani XVII. de ejus cæde sub finem hujus libri Spartianus. Xiphilini codices initio quidem Hadriani Servianum cum Spartiano: sed postea semper Severianum nominant. Scribe Σερβιανόν. nam ita constanter Latini codices. *Idem.*

6. *Avus Marullinus.*] Recte Casaubonus ex libris suis, *atavus*, reposuit. sic enim nostri. Sed *Marullinus* mendosum, non enim *Marullus* dicitur, sed *Marullus* à *Marius* : ut *Servilius*, à *Servius* : &c. legendum igitur *Marullinus*, à *Marullus* :

[1] qui primus in sua familia senator populi Romani fuit. [2] Natus est Romæ IX. Cal. Feb. Vespasiano septies & Tito quinquies Coss. Ac decimo ætatis anno patre orbatus, [3] Ulpium Trajanum prætorium virum, consobrinum suum, qui postea imperium tenuit, [4] & [5] Cælium Tatianum equitem Romanum, tutores habuit. [6] Imbutusque impensiùs Græcis studiis, [7] ingenio ejus sic ad ea declinante, ut à
2 nonnullis Græculus diceretur: Quintodecimo anno [8] ad
[1] pa-

confirmat Palatinus liber, qui habet *Maryllinus*. nec enim dubium, quin ita scriptum sit pro *Marullinus*. sic *Centyrio* scribebant, pro *Centurio*, &c. Salmasius.

Atavus Marillinus.] Ita etiam Pal. noster, nisi quod is, *Maryllinus*. Gruterus.

1. *Qui primus in sua familia senator populi Rom. fuit.*] Etiam coloniarum & municipiorum decuriones dicti sunt senatores: & cœtus eorum, minor senatus, vel etiam, senatus, αὐλῆς: majorum præsertim urbium, cujusmodi fuit Vienna Allobrogum: unde etiam ipsa aliquando *urbis senatoriæ* nomen tulit. Ad distinctionem igitur addit, *populi R.* Casaub.

2. *Natus est Romæ.*] Parentes Hadriani, domicilium Italicæ habebant; Romam autem non aliter quàm rationibus ipsorum id postulantibus commeabant. propterea & Spartianus propriam Hadriani patriam, etsi Romæ nati, Italicam, sive Bæticam in qua fuit Italica, nominat in sequentibus. *Idem.*

3. *Ulpium Trajanum prætorium virum.*] Ita veteres: prius editi, *prætorium tunc*. Scribo, *prætorium tunc virum*. Quòd autem fuerit tunc temporis prætorius tantùm Trajanus, annorum ratio probat. *Idem.*

4. *Et Cælium Tatianum Equitem Rom.*] Sic uterque liber Pal. at infra cap. 4. ut & 5. & 9. idem vocatur alteri Palatino integro, *Attianus*. Grut.

5. *Cælium Tatianum.*] Vetus editio *Celium*, rectius. pro *Tatianum* autem, ipsa *Attianum* vel *Accianum* semper exhibet: ut & optimus Palatinus, in quo semper *Attianum* scriptum reperi. cujus optimi libri auctoritate permotus, & Xiphilini qui Ἀττιανὸν vocat, ubique scribendum censeo Attianum. nec dubito quin Τατιανὸς apud Zonaram corruptum sit: sed & Titiani meminit Spartianus infra. ubi magno errore Titianum pro hoc Attiano intellexit vir eruditissimus. Hic igitur erit Titianus Gallicani collega, quem perperam cum Attiano confundit Onuphrius. *Salmasius.*

6. *Imbutusque impensiùs Græcis literis.*] Junior Victor, *Hic Græcis literis impensiùs eruditus, à plerisque Græculus appellatus est.* Cùm igitur utriusque linguæ peritissimus esset Hadrianus, præsides provinciarum utroque sermone literas ad illum dare solitos observamus. Latinas quidem de iis negotiis quæ ad rem publicam aut administrationem suam pertinerent: Græcas verò de literis & iis quæ ad eruditionem spectarent. *Casaub.*

7. *Ingenio ejus sic ad ea declinante.*] Adeò quidem, ut & rescripta illius Græca, & ad necessarios ac familiares epistolæ, lingua eadem scriptæ, per multa secula in eruditorum manibus sint versatæ: quod ex Dosithei reliquiis hodie cognoscimus. *Idem.*

8. *Ad patriam rediit.*] *Ad* pro *in*, sequioris seculi idiotismus. sic, *profectus est ad Campaniam*, contrà *in* pro *ad*. Patria Hadriani, ut jam diximus, Italica Bæticæ urbs fuit. *Idem.*

1. *Patriam*

[1] patriam rediit, ac statim militiam iniit, [2] venandi [3] usque ad reprehensionem studiosus. Quare à Trajano abductus à patria & [4] pro filio habitus, [5] nec multo pòst decemvir litibus judicandis datus, [6] atque inde tribunus secundæ adjutricis

1. *Patriam rediit.*] Magna incogitantia, vel loquendi securitas in his auctoribus. quid enim ista sibi volunt, *ad patriam rediit?* Hadrianus Romæ natus ibidemque educatus, anno decimo ætatis, amisso patre tutores habuit Trajanum, & Celium Tatianum. postea vero anno demum decimo quinto, studiis imbutus, *in patriam*, inquit Spartianus, *rediit*. Sed ut verum fatear, cum itionis nusquam meminerit, eum nunc reditionis in patriam mentionem facere, mihi valde durum. Omnino mihi placet, *rediit*, hoc positum pro simplici *ivit*. sic *reddere* pro dare vel tradere. Martialis:

——*suburranæ tironem redde magistræ.*

Et apud Ennium *reddita* pro *data*: & *illa reddita nuptum*. notat Servius 3. Æneid. quem vide. sic *redire* etiam infra usurpavit auctor. cum enim dixisset Hadrianum in amore Trajani fuisse, addit paulo post, *denique statim suffragante Sura ad amicitiam Trajani pleniorem rediit*. nam ibi *redire* nihil aliud quam *ire* significat, aut *venire*, nec reversionis habet significationem. sic nobis igitur hoc loco accipiendum videtur, *Hadrianum in patriam rediisse*, quam nunquam antea viderat. *Salmasius.*

2. *Venandi usque ad reprehensionem studiosus.*] Plinius epistola VII. libri tertii: *Erat φιλόκυνος usque admiratio ejus reprehensionem*. Libri multi, *prehensionem* simplex pro composito, ut *tulit* pro abstulit. De venandi studio Hadriani plura Dio. Ita instituebantur ad militiam. *Casaub.*

Venandi usque ad reprehensionem studiosus.] Pal. integer habet *venande, usq; prehensionem*, spatiumque vacuum inter *usq* & *prehensionem* litterarum quinque; quod deinde recenti calamo suppletum est, factumque, *venando usque ad reprehensionem studiosus*. Consulatur Casaubonus. *Grut.*

3. *Usque ad reprehensionem studiosus.*] *Prehensionem* hoc pro *reprehensionem* habet vet. editio Mediolanensis, ita & libri legebant quos vidit Casaubonus. quod si verum est, sic & loquuti videntur Græci, λαμπάσασθαι pro ἐπιλαμπάσασθαι, quod Græcis utrumque significat. *Salmasius.*

4. *Pro filio habitus.*] Refer ad consuetudinem & victum vitæ quotidianæ, aut militiæ contubernium. Dionis breviator, τὸ σύμπαν σπουδῶ αὐτὸν ἐθεράπευσε. *Casaub.*

5. *Nec multò post decemvir litibus judicandis datus.*] Ait, *nec multò post*, ut hoc significet, multo ante vigesimum ætatis annum factum esse judicem Hadrianum: quod & sequentia arguunt. nam decemviratu hoc functus, tribunusque militum creatus, in Mœsiam est translatus, vivo adhuc Domitiano. quo pereunte agebat Hadrianus annum vitæ primum & vigesimum. e numero centum illorum virorum qui causas centumvirales disceptabant, erant decemviri, quorum in eo negotio præcipuæ partes. *Idem.*

6. *Atque inde tribunus secundæ Adjutricis legionis creatus.*] Regius codex, *ac idem*. non rectè: cum non posset idem Romæ litibus operam dare, & tribunum legionis agere. Sed mutata distinctione sententia hoc fortasse modo reformanda. *Atque idem tribunus secundæ Adjutricis legionis creatus post hoc, in inferiorem Mœsiam translatus.* Non est dubitandum quin tempore eodem Hadrianus & creatus fuerit tribunus legionis, & in Mœsiam inferiorem missus. neque duæ hic promotiones illius diversæ notantur: sed una tantùm. Favere tamen vulgatæ lectioni videtur

jutricis legionis creatus, [1] post hoc in inferiorem Mœsiam translatus, extremis jam Domitiani temporibus. [2] ibi à mathematico quodam de futuro imperio id dicitur comperisse, quod à patruo magno Ælio Adriano [3] peritiam cœlestium callente, prædictum esse compererat. [4] Trajano à Nerva

quòd legio secunda Adjutrix, non in Mysia inferiore, verùm in Pannonia inferiore prætendebat. Dio libro LV. Οὐισπασιανὸς (κρατήσας) τὸ δεύτερον (στρατόπεδον) τὸ ἐπικουρικὸν, τὸ ἐν Παννονίᾳ τῇ κάτω. Sed de temporibus suis loquitur Dio: facilè autem fieri potuit, (& scimus sæpe factum) ut de prima statione sua legio hæc in aliam provinciam transferretur. *Idem.*

Atque inde Tribunus secundæ adjutricis legionis.] Casaubonus, mutata distinctione putat legendum: *atque idem secundæ adjutricis legionis creatus post hoc in inferiorem Mœsiam translatus.* ut una promotio, non duæ intelligantur, & Tribunum secundæ legionis adjutricis translatum in Mœsiam accipiamus; nimium multa sunt, quæ huic distinctioni assensum commodare me prohibent. Primum librorum veterum auctoritas, deinde historiæ ratio. nam secunda illa adjutrix legio, non in Mœsia inferiore sed in Pannonia residebat. ἐν τῇ Παννονίᾳ κάτω, inquit Dio. Præterea usitata loquendi forma hanc lectionem respuit. non dubium est igitur veram esse distinctionem quæ habetur in editis, nec ea sollicitandâ est. non dicit autem quid muneris ibi facturus, in Mœsiam translatus sit Adrianus. videtur alicujus militaris legationis gratia: vel aliquo uberiore atque honestiore stipendio militaturus. *Salmasius.*

Atque inde tribunus, &c.] Hæc quoque est scriptura Palatini codicis. *Grut.*

1. *Post hæc in inferiorem Mœsiam translatus.*] Ita distinguit, ita exprimit Pal. *Grut.*

2. *Ibi à mathematico quodam.*] Prævè avidi sumus omnes scire futura. itaque vix est quin quisque astrologos adeat: vereque de iis ipsis Tacitus lib. I Hist. cap. 22. *Genus hominum, potentibus infidum, sperantibus fallax; quod in civitate nostrâ, & vetabitur semper, & habebitur.* quid ni?

Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata. Idem.

3. *Peritiam cœlestium callente.*] Σοφὸν τὰ ἐφήμερα. vel τὰ ἐξαὶ ἐφήμερα quod eleganter dixit Ausonius,

Tu cœli numeros & conscia sidera fati
Callebas.

Sic autem loquitur Spartianus, ne si diceret astrologum aut mathematicum vel genethliacum, civem Romanum ejus loci infamaret: nam ita vocibus illis ad invidiam utebantur. Hic igitur cùm recens nati Hadriani genesin indagasset, ex artis præceptis imperii spem aliquam ei fecerat: quod cùm in illius animum penitiùs descendisset, nactus in Mysia mathematicum, hoc arcanum cum ipso communicavit. *Casaub.*

4. *Trajano à Nerva adoptato ad gratulationem exercitus missus.*] Paullò antè in inferiorem Mysiam Hadrianum dixit translatum, & totius loci sententia capienda hoc modo. Cùm XIIII. Kal. Octobris, aut non multò pòst, celebrata fuisset Romæ Trajani per Nervam adoptio, ubi ejus rei fama in Mœsiam inferiorem est perlata, statim à provinciæ Præside, vel ab ipso exercitu missus est Hadrianus Romam, qui seni Imperatori consensum & gratulationem exercitus deferret. Ibi tum egisse cum Nerva Hadrianus videtur, ut quo propiùs à Trajano consobrino suo abesset, relicta Mysia, stipendia mereretur in Germania. Ita Imperatoris jussu in superiorem Germaniam translatus est Hadrianus. qui vix eo pervenerat, cùm de morte Nervæ auditum est, quæ sequen-

tia

Nerva adoptato, [1] ad gratulationem exercitus missus, in Germaniam superiorem translatus est: ex qua festinans ad Trajanum ut primus nuntiaret excessum Nervæ, [2] à Serviano sororis viro (qui & sumptibus & ære alieno ejus prodito Trajani odium in eum movit) diu detentus, fractoque consultè vehiculo tardatus, [3] pedibus iter faciens, [4] ejusdem Serviani beneficiarium antevenit: fuitque in amore

tis anni principio ante diem sextum accidit Kal. Febr. Erat tum temporis Trajanus in Germania inferiore, longiusque à Roma aberat quàm Hadrianus: qui intellecto Nervæ excessu, è vestigio ad Trajanum iter arripuit, gratiam aucupatus læti adeò nuntii. Invenit autem, opinor, Trajanum apud Agrippinam coloniam: ibi enim susceptum ab illo imperium, Aurelius Victor scribit. *Idem.*

Trajano à Nerva adoptato ad gratulationem exercitus missus.] Mirum mihi videretur hoc loquendi genus, si ita acciperemus, ut viris doctissimis accipiendum placet: Sed nec vera Scaligeri emendatio. Simplicius multo est, nihil mutare, & sic accipere. Trajano à Nerva adoptato, Hadrianum ad exercitus gratulationem missum, in superiorem Germaniam translatum esse. id est, missum ad gratulandum exercitui de Trajano adoptato, Germaniæ præside. Germaniæ autem præerat Trajanus cum à Nerva adoptatus est. missus igitur ad gratandum exercitui Germaniciano Hadrianus de adoptione Trajani, ducis ac præsidis sui, & ad eam rem in Germaniam superiorem translatus est. eodem plane loquendi modo dicitur in jure, *deportatione insulæ condemnari*, qui deportandus in insulam condemnatur. *Salmasius.*

1. *Ad gratulationem exercitus missus, in Germaniam superiorem translatus est.*] Pal. non agnoscit voculam *in*, nisi à manu secundâ; videantur & notæ Casauboni. *Grut.*

2. *A Serviano sororis viro diu detentus.*] Videtur Servianus stationarii aut potiùs curiosi (cursum publicum curabant isti, ut & qui Græcis λογάδιται vel φορδισταὶ & ὁρμαὶ dicebantur) munus curasse in illa provincia. Tergiversandi autem prætextus non deerat: quia sine tractoria & apicibus principis cogi ad veredorum exhibitionem stationarii non poterant. Hadriano, ut in tali re, diploma fuit nullum. *Casaub.*

3. *Pedibus iter faciens.*] Rara & meritò mirabilis diligentia: pedibus cursum publicum antevertisse. Alibi scribit Spartianus Hadrianum *vicena millia pedibus armatum ambulasse.* quot igitur fecit expeditus? Et tamen res eò facilior quòd paucis diebus confici hoc curriculum potuit: neque enim Trajanus in ultimam recesserat provinciam: quem in Agrippinensium Vibiorum colonia repertum modò dicebamus. *Idem.*

4. *Ejusdem Serviani beneficiarium antevenit.*] Servianus cùm non posset ipse ad Trajanum contendere, unius è militibus suis opera in eam rem est usus. Soliti milites hanc operam ducibus suis ac præfectis præstare. Aristides Sacrarum libro 11. ubi suum in Italiam iter describit, tanta contentione se usum ait, ut ipsos milites qui nuntios deferunt anteverteret: ὅτι γὰρ, inquit, οἱ τοῖς ἀρχηγέταις κομίζοντες τὰ ψηφίσματα ἦσαν τῶν στρατιωτῶν Hujus generis milites erant certo numero singulis legionibus attributi, optiones, tesserarii, speculatores, & frumentarii. At Servianus, ut in tanti momenti re hominem misit, cujus sibi esset perspecta fides ac diligentia: hoc est, ut loquitur Spartianus, beneficiarium suum. Qui

amore Trajani, [1] nec tamen ei per [2] pædagogos puerorum quos

alicujus commendatione aut suffragio fuerant promoti, beneficiarii illius dicebantur. *Idem.*

Ejusdem Serviani beneficiarium antevenit.] Ita eleganter restituit Casaubonus. nam sic planè Palatinus noster. Beneficiarios interpretatur Festus qui vacationem munerum habebant, beneficio. opponebantur igitur munificibus beneficiarii: beneficiarii enim muneribus vacabant, beneficio Ducis vel Tribuni. Hinc in veteribus monumentis beneficiarii, præsidum, præfectorum, consulum, Tribunorumque. Frequentissime Tribunorum beneficiarii occurrunt: & Vegetius beneficiarios esse ait qui beneficio Tribuni promovebantur. extant etiam inscriptiones in quibus beneficiarii absolute vocantur, non appositio, cujus beneficio id meruerint. *Salmasius.*

Ejusdem Serviani beneficiarium antevenit.] Ita forsan quoque fuit in Palatino nostro: sed erasum à scriba posterioris ævi, quod exaratum esset *veneficiarum*, factumque, *ejusdem Serviani veneficia antevenit.* Grut.

1. *Nec tamen ei per pædagogos puerorum.*] Corruptus locus, &, ut videtur, mutilus. quid enim hæc significent? à mss. auxilium nullum. Quare totum locum ita concipimus: *fuitque in amore Trajani: nec tamen ei per pædagogos puerorum quos Trajanus impensius diligebat, Gallo faciente, invidia defuit.* hoc vult: Gallum qui Hadriano Trajani amicitia florenti invideret, pædagogos delicatorum Trajani puerorum stimulasse, ut Hadrianum apud imperatorem παιδεραστὴν traducerent, quasi rivalem videlicet ejus amorum. Trajanum in eam fœditatem fuisse proclivem, notissimum ex Dione, Juliano, aliis. etsi contrarium Plinius suadet, castitatem illius dilaudans. *Casaub.*

Nec tamen ei per pædagogos defuit.] Locus hic eruditissimi viri sententia, & mancus & corruptus est. levi mutatione lego; *nec tamen ei super pædagogos puerorum, Gallo favente, defuit.* hoc est, nec ei defuit amor Trajani, Gallo super pædagogos puerorum, quos impensius diligebat Trajanus, favente. Erat hic Gallus, ut videtur, super pædagogos puerorum delicatorum Trajani, id est præfectus pædagogorum, sic *super velariis*, est præpositus velariorum in veteri inscriptione: sic *superjumentarius* apud Suetonium, jumentariorum præfectus: nec huic sententiæ obstat, quod paulo post sequitur, suffragante Sura ad amicitiam Trajani pleniorem rediisse. gradus enim quosdam quasi designat amoris Trajani erga Hadrianum. & primo quidem in illius amore fuisse, cum primus ei nunciasset excessum Nervæ, quo in amore retinendo faventem habuit sibi Gallum pædagogorum præfectum. postea suffragante Sura ad amicitiam Trajani pleniorem rediisse: post mortem vero Suræ, familiaritatem erga ipsum Trajani crevisse, causa epistolarum quas dictabat, favente etiam nonnihil Plotina. *Salmasius.*

Nec tamen ei defuit.] *Tamen* hoc loco παρέλκει, aut positum est pro *autem*, vel *quidem.* sic in vita Commodi: *tunc tamen Perennis cuncta sibimet vindicavit, quos voluit interemit, spoliavit plurimos.* Idem.

Nec tamen ei per pædagogos puerorum, quos Trajanus impensius diligebat, Gallo favente, defuit.] Corruptus locus: sed nihil juvat Palatinus codex; qui nullâ litterâ abit à vulgato. variè locus emendatur, sed meo judicio minus feliciter. nam certè illud *Gallo favente* prorsus heic ineptum. quis enim iste *Gallus*? hariolabar aliquando; *nec tamen ei per pædagogos puerorum, quos Trajanus impensius diligebat, malefaventia defuit*; ut nimirum nocuerit loco verbum inusitatius. *Grut.*

2. *Pædagogos puerorum.*] Lapis Romæ. T. FLAVIO. AVG. LIB. GANYMEDI. PAEDAGOGO. PVERORVM. CAES. N. alius, D. M. TI. CLAVDIO. AVG. LIB.

quos Trajanus impensiùs diligebat, Gallo favente defuit. Quo quidem tempore quum solicitus [1] de imperatoris erga se judicio, [2] Virgilianas sortes consuleret,

Quis procul ille autem ramis insignis olivæ
Sacra ferens? nosco crines [3] incanáque menta
Regis Romani, [4] primam qui legibus urbem
Fundavit, Curibus parvis & paupere terra,
Missus in imperium magnum, cui deinde subibit,

sors excidit, [5] quam alii ex Sibyllinis versibus ei provenisse dixe-

ELIUS GRATIO. PAEDAGOGO. PVERORVM. CAESETANORVM. AVG. N. SER. FECIT. *Casaub.*

1. *De imperatoris erga se judicio.*] *Judicium* hic non est κρίσις, & opinio de alicujus virtute aut vitio: sed, ut passim apud juris auctores, propensio ad amorem aut odium: quos affectus suprema sua ordinantes declarare homines solent. De successione imperii sollicitus erat Hadrianus. *Idem.*

2. *Virgilianas sortes consuleret.*] Μαντεῖαι illius quæ per sortes divinabat, multæ leguntur species. Est enim κληδονομαντεία quasi genus quoddam in diversas species fusum. quæ hic commemoratur ea est quam Græci ῥαψῳδομαντείαν vel ῥαψῳδομαντικὴν. & eam callentes ῥαψῳδομάντεις nominant. Etiam hujus varii modi. Interdum nobilis alicujus poëtæ selectos versus in pittaciis describebant: quibus in situlam conjectis idem ordo servabatur qui in aliis sortitionibus; queis urna interveniebat. de hoc genere propriè dicitur *sors excidit* vel *exstitit*, & κλῆρος ἐξῆλθεν. Interdum versus fatidicos in tabella describebant, & talorum arbitrante alea divinationem peragebant. Hic est πίναξ ἀγυρλικὸς sive ἀγυρλικὴ σανίς, cujus sæpe in libris Græcorum fit mentio. Fuit & modus alius ῥαψῳδομαντείας: cùm temere arrepto & aperto poëtæ cujusdam libro, ut quidq; primum oculis se obtulerat, pro sorte id & oraculi loco habebatur. *Idem.*

3. *Incanaque menta.*] Optimè in Hadrianum conveniebat, quem canos ad imperium attulisse quidam volunt, in vita Taciti: *Hadrianus senex ad imperium venit.* Salmasius.

4. *Primam qui legibus urbem Fundavit.*] Scribe, *Fundabit.* Apud poëtam est *primus*: sed hoc videtur de industria mutatum, ut falsum de Hadriano & invidiosum nimis futurum. *Casaubonus.*

Primam qui legibus urbem.] Non de industria mutarum puto, *primus* in *primam*, quod illud *primus* Adriani vita non caperet; sed memoria lapsum Spartianum in referendis versibus. nec enim qui sortes Virgilianas consulebant, quidquam mutare consueverant de verbis poëtæ, nec erat necesse omnia verba ad amussim quadrare in personam illius, qui consulebat; sed nec id fieri poterat. satis erat intelligi quid & cui portenderetur. At ista sorte quæ Adriano consultante excidit, nemini dubium potuit esse, quin illi portenderetur imperium. *Salmasius.*

Primam qui legibus urbem Fundabit.] Ita Regius codex quem consuluit Casaubonus. nam noster Pal. *Fundavit*, ut vulgati. neque mirandum, scribis veteris ævi *u* & *b* mutuas præstabant vices. *Grut.*

5. *Quam alii ex Sibyllinis versibus ei provenisse dixerunt.*] Cum Hadrianus non Virgilium, sed oraculorum Sibyllinorum librum consuluisset. Sanè etiam in subditiis versibus qui extant hodie

se dixerunt. [1] Habuit autem præsumptionem imperii mox futuri [2] ex fano quoque Nicephorii Jovis manante responso, quod [3] Apollonius Syrus Platonicus libris suis indidit.

hodie sub Sibyllarum nomine, luculentum de Hadriano est oraculum hoc:

-- μετ' αὐτὸν δ' ἄλλος ἀνάξει
Ἀργυρόχρως, ὃς δὴ τῷ δ' ἴσα πάντα νόησε·
Ἕξει γὰρ πανάριστος ἀνὴρ, καὶ πάντα νοήσει.

Planissimè Hadrianum describit: cui illud optimè convenit, πάντα νοήσει: nam hanc maximè gloriam affectavit, ut omnes artes, omnes disciplinas, atque adeò quicquid ἐπιστητὸν, aut sciret, aut videretur scire. De reliquis posset dubitari. *Casaub.*

1. *Habuit autem præsumptionem imperii.*] *Præsumptio* est πρόληψις, anticipata rei notitia, πρόγνωσις. vox philosophorum. nam apud I. Ctos Cassiodorum, alios, non id significat. *Idem.*

Habuit autem præsumptionem imperii.] *Præsumptio* heic non est simpliciter πρόγνωσις, sed fiducia quædam & spes indubitata rei necessario eventuræ. Sic infra præsumptionem adoptionis eum dicit habuisse cum omnino certus esse cæpit de adoptione. Spondemus enim nobis quæ plerumque eventura non sunt: sed non nisi pæne certa præsumimus. *Salmasius.*

2. *Ex fano quoque Nicephorii Jovis manante responso.*] Prima editio *Nicefori*, rectius. nam post victoriam partam, cujus fuit monumentum oppidum Nicephorium, ante omnia positum est Jovis Victoris fanum: quo nomine etiam Romæ colebatur: Græcis ἱερὸν Διὸς νικηφόρου: non autem Νικηφορεῖον: quasi ab urbe, quæ postea accessit, cognomen illud Jupiter invenisset. imò verò ἀπὸ τοῦ Νικηφόρου Διὸς, Νικηφόριον τὸ κλίμα est appellatum. *Casaub.*

Ex fano Nicephorii Jovis.] Mediolanensis editio, *Nicephori.* quod esset Νικηφόρου. Sed optimus liber habet, *Nicephorii*, cui magis accedo. Νικηφόρου Ζεὺς multis locis cultus, sed legendo *Nicephorii*, nulla erit dubitatio quin de Nicephorio urbe sit capiendum, in qua Jovis Nicephori fanum, ex quo responsum manavit Hadriano. Nicephorium urbs circa Edessam, unde Jupiter Nicephorius. vide Stephan. *Salmasius.*

Ex fano quoque Nicephori Jovis.] Palat. *Niceforii Jovis.* Grut.

3. *Apollonius Syrus Platonicus.*] Addit *Platonicus*, ne confundamus eum Appollonio Calchidensi, de quo in M. Antonino. uterque Syrus, uterque philosophus: ætas quoque eadem, aut non multùm diversa: sed Platonicus hic, ille Stoicus. *Casaub.*

Apollonius Syrus Platonicus.] Fateor me dubitasse diu multumque, an non hic esset Chalcidenus ille philosophus quo magistro usus Marcus imperator. Chalcis enim, ut notum, est urbs Syriæ, cujus ἐθνικὸν, Χαλκιδηνός. Sed ille Chalcidenus Stoicus fuit; & Dio eum accenset τοῖς Ζωνείοις λόγοις μελετῶσιν. At iste Platonicus, Apollonium nescio quem memorat Suidas, qui Adriani temporibus vixerit. putarem hunc ipsum esse qui heic nominatur, nisi Τυανεὺς ibi diceretur. Ἀπολλώνιος ἕτερος Τυανεὺς πεπτέρωκε ἐπὶ Ἀδριανοῦ βασιλέως, οὗ Ἀγρίσφων ὁ τῷ περὶ ὀμωνύμων. Sed cur ille Agresphon, quisquis est, in illo suo περὶ ὀμωνύμων libro, hos ὁμωνύμους Apollonios non recensuit, hunc Platonicum, & illum Stoicum? nescio tamen an Syrus appellari possit, qui Tyanensis fuerit. Nam Tyana ad portas Ciliciæ sita, à quibus in Syriam brevissimus transitus. *Salmasius.*

1. *Suffra-*

didit. Denique ſtatim [1] ſuffragante Sura, ad amicitiam Trajani pleniorem rediit, [2] nepte per ſororem Trajani uxore accepta, favente Plotina, Trajano leviter (ut [3] Marius Maximus dixit) volente. [4] Quæſturam geſſit [5] Trajano quater [6] & Arunculeio Coss. in qua quum [7] orationem imperatoris in ſenatu agreſtiùs pronuntians riſus eſſet, uſque ad ſummam peritiam & facundiam [8] Latinis operam dedit. [9] Poſt quæſturam, acta ſenatus curavit: [1] atque

1. *Suffragante Sura.*] Licinio Sura: de quo & de Trajani erga ipſum amicitia, multa Juvenalis, Martialis, & Dio. *Caſaub.*

2. *Nepte per ſororem Trajani uxore accepta.*] Sabina ut ante diximus. Juris auctoribus & vetuſtioribus Latinis *nepos* eſt tantùm ὁ ἐκ γενετῆς, filii aut filiæ natus. Poſterior ætas produxit vocis uſum ad ἀδελφιδᾶς, natos fratre aut ſorore: quam ſolam vocis ejus notionem, vernaculus ſermo noſter & Italicus agnoſcunt. Sic aliquoties in his libris capiuntur neporis & neptis appellationes: & in Liviana epitoma atque Eutropio, qui inde habet, Octavianus C. Cæſaris ex ſorore nepos dicitur. *Idem.*

3. *Marius Maximus.*] Hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptor inter primos è Latinis: unde pleraque conſtat deſumta, quæ hiſce continentur libris ad Alexandrum uſque Severum: in quo principe videtur Marius ſcribendi feciſſe finem, ipſe, niſi fallor, eorum temporum æqualis. Opus ſuum in ſeptenorum librorum tomos aliquot tribuerat: nam alibi eum Spartianus in primo ſeptenario laudat. Scribit Ammianus Marcellinus, fuiſſe ſuo ſeculo multos, qui in ſummo veterum omnium ſcriptorum faſtidio, hunc ſolum ex hiſtoricis, è poëtis unum Juvenalem mirarentur ac ſtudiosè lectitarent. Laudatur Marius Maximus & à veteri Juvenalis interprete. *Idem.*

4. *Quæſturam geſſit Trajano* IIII. *& Arunculeio* COSS.] Erat hic Adriano annus legitimus petendæ quæſturæ: vigeſimus quintus nempe. Scribendum autem, ut in editione prima, & codice Auguſtano, & *Articuleio.* Vetus lapis, M. ULPIO. TRAIANO. AVG. IIII. SEX. ARTICVLEIO. PAETO. *Idem.*

5. *Trajano quater & Articuleio Conſulibus.*] Confirmat & hanc ſcripturam Pal. noſter, etſi deinceps ſcribæ mutarint in *Arculeio.* Grut.

6. *Et Arunculeio.*] Palatinus liber: *& Arculeio.* Sed Mediolanenſis editio, *Articuleio*, & ita reponendum jam viderunt eruditiſſimi viri. *Salmaſius.*

7. *Orationem Imperatoris in ſenatu agreſtiùs pronuntians.*] Notus mos ex Dionis variis locis, juris auctoribus, Caſſiodoro, & aliis hiſtoricis. Olim conſcripti illi patres ſententiam de more ex ſcripto in ſenatu recitaturi ſurgebant: quod & Imperatores initio fecitarunt. Obſervat Dio, ut illa ætate inſolens, quòd ſedens Imperator ſententiam in curia legerit. Hujus igitur moleſtiæ vitandæ, ſimul ſtabiliendæ ſuæ majeſtatis, jam idem ab Auguſto ſæpiùs factum ab Imperatoribus, ut vel quæſtoris, vel curionis aut præconis ore tam in ſenatu patres, quàm in concione populum alloquerentur. *Caſaubonus.*

8. *Latinis operam dedit.*] Pro literis Latinis, aut rhetoribus Latinis, ſive grammaticis. Audivit Hadrianus Scaurum grammaticum. *Idem.*

Latinis operam dedit.] Sic & Pal. intelligitur *ſtudiis*, aut *litteris*, aut quid ſimile. *Grut.*

9. *Poſt quæſturam acta ſenatus curavit.*]

[2] atque ad bellum Dacicum [3] Trajanum [4] familiariùs prosequutus est. [5] quandoquidem & [6] indulsisse vino se dicit, [7] Trajani moribus obsequentem: atque ob hoc se à Trajano locupletissimè muneratum. Tribunus plebis factus est [8] Candido & Quadrato iterum Coss. in quo magistratu [9] ad perpetuam tribunitiam potestatem omen sibi factum asserit, quòd penulas amiserit [9] quibus uti tribuni plebis pluviæ

vit.] Videtur Hadrianus & quæsturam & curam actorum senatus paucos menses eodem anno egisse: qui quidem in expeditione Dacica Trajanum sit comitatus, ut statim subjicitur: nam ea expeditio illo ipso anno susceptа. Propterea etiam ædilitas ab Hadriano omissa: cùm tamen esset moris ab actorum senatus cura ad illam ascendere. *Casaub.*

1. *Atque ad bellum Dacicum.*] Vet. Ed. *ad bellum Dacum. Dacum* pro *Dacicum.* sic *bellum Illyrum*, pro *Illyrico.* Salmasius.

2. *Trajanum familiarius prosequutus est.*] Ita & Pal. *Grut.*

3. *Familiariùs prosecutus est.*] Hoc est, ut ex Dione jam diximus, τὸ σύμπαν συνῆν αὐτῷ καὶ συνεδημεῖτο. Mox, *per ea tempora quibus in aula familiarior fuit.* Evertunt hi loci emendationem viri docti qui corrigit hoc loco *in familiaribus.* magnum enim discrimen inter familiares alicujus, & junctos alicui familiariùs. *Casaub.*

4. *Quandoquidem & indulsisse.*] Male alii *quandoquidem.* est enim ὅ τι καὶ, non ἐπειδή. *Idem.*

5. *Indulsisse vino se dicit, Trajani moribus obsequentem: atque ob hoc se à Trajano locupletissimè muneratum.*] Non solum promotos ad opes, ad honores qui Principi indulgent circa res serias, sed etiam ineptas, immò vitiosas; pluribus ostendi ad Tacitum lib. XIII. Ann. cap 49. Immò, certum sæpe adfuisse exitium iis, qui detrectarent turpe obsequium; liquet vel ex Suetonii Neronc cap. 5. ubi patet Neronis, libertum suum occidit; *quod potare, quantum jubebatur, recusarat.* Grut.

6. *Trajani moribus obsequentem.*] De cujus vinositate Dio Cassius, Lampridius in Alexandro Severo, multique alii. Julianus, σὺν ὑπνῷ ξὺν δυσωδίᾳ μεθύσου, νῦν δὲ τῆς φιλοποσίας ἀπαλλάττεσθαι ἐοικότως πολλάκις λέγων. Sed notanda adprime quæ de ea re scribit Aurelius Victor, *Vinolentiam quo vitio, uti Nerva, angebatur, prudentia mollivere, curari vetans jussa post lungiores epulas.* ubi scribendum *agebatur. Agi vitio* tam Latinè dicitur, quàm falsum est vitio angi vitiosum quo delectatur. sic alibi idem scriptor *agi lilidine.* Casaub.

7. *Candido & Quadrato iterum* coss.] *iterum* refer ad utrumque. Vetus inscriptio, T. IVLIO. CANDIDO. II. A. IVLIO. QVADRATO. II. COS. Erat hic annus imperii Trajani octavus: ætatis Hadriani nonus & vigesimus. Observabit diligens lector, ordinem hic temporum, ut sæpe in istis vitis, perverti ab auctore: nam horum consulatum biennio Dacicum bellum secundum præcessit, de quo mox dicturus est. *Idem.*

8. *Ad perpetuam tribunitiam potestatem.*] Ad imperium, cujus individua comes potestas tribunitia. *Idem.*

9. *Quibus uti Tribuni pluviæ tempore solebant.*] Cum Tribunus plebis esset Hadrianus, omen sibi factum imperii ex eo credidit, quod pœnulas amiserit, quibus imperatores, qui perpetuam habebant Tribunitiam potestatem nunquam utebantur; at Tribuni plebis pluviæ tantum tempore uti consueverant.

nec

pluviæ tempore solebant, [1] imperatores autem nunquam. [2] Unde hodieque imperatores sine penulis à togatis videntur.

nec tantum Tribuni plebis, sed etiam reliqui magistratus videntur pluviali tempore, pænulas usurpasse. immo Adriani temporibus pænulæ jam erant in usu promiscuo, etiam senatoribus, & cum pluviale tempus non esset. ratus tamen earum etiam tunc usus, & nonnisi frigoris gratia aut pluviæ, capiebantur pænulæ. in quo etiam distinctio pænularum adhibenda. nam cum peregre irent Romani, in itinere pænulas semper habuere, easque scorteas. eundem ad usum, hoc est itineris & pluviæ scorteas pænulas commendat Martialis:

Ingrediare viam cælo licet usque sereno,
Ad subitus nunquam scortea desit aquas.

Lemma ipsius epigrammatis, *pænula scortea*. erat & aliud pænularum genus, ex lana, quas intra urbem usurparunt sub imperatoribus, hyemis præcipue tempore, & frigoris. Martialis *Gausapinas pænulas* eas appellat, de quibus sic ait:

Is mihi candor inest, villorum gratia tanta,
Vt me vel media sumere messe velis.

idem lib. VI. epigram. LIX.

Et dolet, & queritur sibi non contingere frigus
Propter sexcentas Baccara Gausapinas.

Hadriani ergo tempore, immo & Domitiani, pænulæ in usu per hiemem & frigora. at lacernæ tunc temporis plurimum frequentatæ, quæ cum penulis confundendæ non sunt; quod fecisse quosdam video: nam pænulæ, ut jam dixi, non alias habebantur, quam urgente frigore, aut pluvia impendente: at lacernæ passim, & omni tempore, apud Senatores, equites, & plebem ipsam. Lacernas istas Græci vocant χλαμύδας, ἐφιππίδας, μανδύας, falluntur, qui μανδύᾳ pænulam interpretantur, quoties id nomen occurrit apud Dionem Cassium. μανδύη est lacerna, non valde sane diversum vestimenti genus lacerna & pænula, tamen diversum. hanc Græci φαινόλην proprie vocant; illam μανδύᾳ. & sic aperte distinguit Artemidorus libro secundo capite tertio. *Salmasius.*

1. *Imperatores autem nunquam.*] Erat enim pænula vestis non Romana, sed peregrina, & exotica. A magnæ Græciæ incolis aut etiam aliis Græcis usum simul & nomen pænulæ habuerunt Romani. Etsi autem verisimile est, non eandem penitus Romanæ pænulæ formam fuisse, quæ erat olim Laconicarum φαινολῶν: tamen & hæc recentior vestis arctius amiciebat & pressius, quàm toga aut pallium. Initio pænulam apud Romanos tenuissimi quique tantùm gestabant, putà servi aut his conditione proximi: eratque propria iter facientium vestis: cujusmodi mulionica pænula Ciceroni nominatur. Postea etiam intra urbem cœpere gestari pænulæ: nec ut antè à servis solùm, aut sordidioris conditionis hominibus; sed etiam ab honestis civibus: donec tandem eò ventum, ut Hadriani tempore etiam senatores & magistratus ipsos in publicum prodire pænulatos non puderet: quod ex hoc Spartiani loco apparet, & A. Gellii libro XIII. capite XX. Assumebantur autem pænulæ frigoris aut pluviæ caussa; vel cum Imperatoris funus celebraretur, ut dicemus ad Lampridii Commodum: nec viri tantùm, sed & matronæ Romanæ pænularum usum probarunt, ut in Alexandro Severo auctor est idem Lampridius. *Casaubonus.*

Imperatores vero nunquam.] Tribuni plebis, & ceteri magistratus, patriciique omnes aliquando pænulati, pluviæ nempe tempore, imperator vero nunquam: & sane imperatoris pænulam nusquam legi, nisi si quis improprie pænulam pro lacerna usurpavit. *Salmasius.*

2. *Unde hodieque imperatores sine pænulis à togatis videntur.*] A salutatoribus

dentur. [1] Secunda expeditione Dacica, Trajanus eum [2] primæ legioni Minerviæ præposuit secumque duxit: [3] quando quidem multa egregia ejus facta claruerunt. Quare [4] adamante gemma quam Trajanus à Nerva acceperat donatus, ad spem successionis erectus est. [5] Prætor factus

bus nempe; qui Romano more imperatoribus salutationem matutinam, velut officium aliquod necessarium præstabant. Res notissima. *Togati* pro salutatores: quia in alia veste matutinum illud ave deferre fas non erat: quod sciunt qui Martialem saltem legerunt. nec soli salutantes togati, verùm & imperator. Cùm autem Spartianus hic de principum veste agat, non eorum qui ad principem adibant, scribi malim, *sine pœnulis togati videntur.* aut potiùs, *s. p. attogati v.* Glossæ veteres præstantissimi Puteani, *attogatio, paradisis.* lego, παρεισδυσις. sic togam vocat quæ tunicis superinduitur. Græci melius ἐπενδυμάτα & ἐπενδύτας omne extimarum genus vestium. *Casaub.*

Unde hodieque imperatores sine pœnulis à togatis videntur.] Perperam de hujus loci emendatione solliciti fuere doctissimi viri: nihil enim mutari debet. Spartiani igitur sensus est, Hadriani tempore nunquam imperatores cum pœnulis visos, quas tamen Tribuni plebis, & reliqui magistratus pluviæ saltem tempore gestabant. Sua verò ætate, non omnino quidem nec omni tempore pœnularum gestamen illis incognitum, sed illo tantum tempore sine pœnulis eos fuisse quo videbantur à togatis. tangit matutinum salutationis tempus, quo togati videbant imperatorem, & salutabant: nec enim in alio habitu quam in toga salutationis illud officium peragebatur. Hinc togati hoc loco dicuntur, qui illud *ave matutinum*, Imperatori portabant. quos togatos cum excipiebat imperator, pœnulas non habebat: post hoc officium, ut videtur habebat, & hoc Spartiani ætate. Nam Trajani, Hadriani, & anteriorum principum ævo, nunquam cum pœnulis Cæsar. De toga salutantium Martialis lib. XIV. Epigr. 125.

Si matutinos facile est tibi rumpere somnos,
A trita veniet sportula sæpe toga.

ita legendum. vulgo *atrita*, perperam. *Salmasius.*

Unde hodieque Impp. sine pœnulis à togatis videntur.] Sic etiam Pal. *Grut.*

1. *Secunda expeditione Dacica.*] Prior suscepta quarto Trajani consulatu: altera quinto, cùm sextum jam annum imperaret. Testes nummi hoc anno cusi: quales videre est passim multos. *Casaub.*

2. *Primæ legioni Minerviæ.*] Hanc Domitianus conscripsit, ut scribit Dio, nominatur & in veteribus inscriptionibus sæpe. Secundam verò Minerviam inveni adhuc nusquam. *Idem.*

3. *Quando quidem multa egregia ejus facta claruerunt.*] Ὅτι γὰρ πολλὰ αὐτοῦ ἀνδραγαθήματα διέλαμψε. Poëticum est pro, multis egregiis factis claruit. *Idem.*

4. *Adamante gemma, quam Trajanus à Nerva acceperat, donatus.*] Virtutis præmia in militia Romana & multa & diversi generis. In his erant armillæ, coronæ etiam aureæ, torques vel simplares vel duplares, & pro accipientis conditione majoris, aut minoris pretii fibulæ. Gemmas inter φάλαρα Romanorum fortium legere non memini: imò verò certum est, morem eum non fuisse. Quare Hadrianus extra ordinem gemma donatus, & quidem ea quæ jam semel omen fuerat imperii, non temere ad successionis spem est erectus. Erat enim consuetudo veterum, anuli traditione heredem & successorem designare. *Idem.*

5. *Prætor factus est.*] Fuit tum Hadrianus annorum unius & triginta. *Idem.*

Prætor

factus est [1] Sura bis, Serviano iterum Coss. [2] quum sestertium iterum vicies ad ludos edendos à Trajano accepit.

[1] Lega-

Prætor factus est, Sura bis, Serviano iterum Coss.] Vet. Ed. cum Palatino codice constanter legunt: *Subsurano bis, Serviano iterum Coss.* scribendum, *sub Surano bis, Serviano iterum Coss.* sic enim loquitur in vita Antonini Pii: *ipse Antoninus Pius natus est tertio decimo Kal. Octobres, sub Domitiano duodecimum & Cornelio Dolabella Coss.* Salmasius.

Prætor factus est, Surano bis, Serviano iterum Consulibus.] Hæc etiam est lectio Palatina, quæ tamen interserit voculam, *est, sub Surano, &c.* vulgg. *Surâ bis.* Grut.

1. *Sura bis, Serviano iterum* Coss.] Scribe, *Surano bis, & Serviano iterum* Coss. quia Suram sæpius in hac vita nominat Spartianus, hic quoque putarunt eum intelligi. Regius sic, *Suriano & Serviano iterum* coss. sed isti nomen Surano fuit, non Suriano: neque aliter Augustanus. *Casaub.*

2. *Cùm sestertium vicies ad ludos edendos à Trajano accepit.*] Ita fuit tum moris, ut tenuioris census hominibus, vel quibus aliàs cuperent imperatores, simul cum honoribus sumtus quoque decernerent. Magni enim ludorum cura & præsidatus constabant. Exempla passim in his scriptoribus. Mamertinus in Gratiarum actione ad Julianum: *Quid quòd nihil speranti mihi de honoris augmento perfertur nuntius, Consulem me creatum sine impendio? quod jam diu paucis.* Habes hujusmodi impensarum definitum ab Imperatore Constantino modum lege quinta & XXV. Codicis Theodos. De prætoribus & quæstoribus. *Idem.*

Quum sestertium vicies ad ludos edendos.] Nimis permodica hæc summa pro liberalitate Trajani, præsertim si aliorum imperatorum in his rebus liberalitates in comparationem adducantur, & prætorum sumptus in ludis edendis. itaque recte hanc summam duplicant libri veteres. habent enim, tam excusi quam scripti: *sestertium iterum vicies.* elegans & usitata loquutio, *iterum vicies*, & *bis vicies*, pro quadragies. sic enim loqui amabant: quod non videntur animadvertisse, qui *iterum* hoc loco expunxerunt. sic *bis decies* pro vicies, & *bis dena* Martiali, & *bis centena*, pro *ducentis*. Ita heic *iterum vicies*, pro bis vicies, & utrumque pro quadragies. quadragies autem sestertium, efficit aureorum qui tunc erant, hoc est Romanorum. quadraginta millia, vel nostrorum centum millia. satis magna summa, & liberalitate Trajani digna. nec est quod quisquam opponat illum Valeriani ut majorem, qui Aureliano ad ludos edendos deferri jussit, *aureos Antoninianos trecentos, argenteos Philippeos tria millia, in ære sestertium quinquagies.* Hæc quidem summa totis decem millibus aureorum, quales erant Romani, & quadringentis præterea cum viginti, illam Trajani jussu, Adriano delatam superat. Sed Consuli data sunt illa ad editionem Circensium; cui longe majores impensæ, ut par est, faciendæ quam prætori, pro modo scilicet, & mensura dignitatis. nemo enim dubitet, multo plus impendendum consuli, in editione ludorum. quam prætori. Ideo non mirum, si plus dedit Valerianus Aureliano consuli creato ad editionem Circensium, quam Trajanus Hadriano prætori facto. Temporum præterea diversitas considerandа. Nam sub Valeriano, & sequentibus principibus, longe magis insaniebant sumptibus & profusionibus Consules prætoresque, cum magistratum inibant, quam Trajani temporibus. Hinc illæ auctorum de suis temporibus querelæ, consulatum jam non esse hominum, sed divitiarum. tota enim patrimonia in ludos exhauriebantur, immanissimis largitionibus, & inanissimis voluptatibus. Quis non miretur Symmachum qui de mediocribus erat, in prætura filii viginti

auri

? Legatus postea prætorius in Pannoniam inferiorem missus,

auri centenaria prodegisse ? quæ efficiunt, centum sexaginta quattuor millia aureorum, qui tunc erant Romanis in usu, nostrorum autem trecenta viginti octo millia. Fuerunt qui illa in ætate alterum tantum impenderent, ut de Maximo narrat Olympiodorus quod miror post definitum lege Constantii hujusmodi largitionum & erogationum modum, & ad magnam parcitatem redactum. Sed quod attinet, ad has prætorum impensas & largitiones, leges illæ quæ de modo iis adhibendo sancitæ sunt, parum observatæ fuisse videntur. Vel quas ego leges ita intelligendas esse censeo, ut minorem quidem modum argenti quam qui præscriptus erat, in præturæ functione nulli expendere liceret: magna vero libertas ac facultas esset expendendi, quantum quis vellet, aut posset, pro facultatum scilicet modo. Nam Maximus, qui ditissimus erat, altero tanto plus impendit in prætura filii quam Symmachus. prætura illis temporibus, ut omnes norunt, erat onus, non honos, cujus functioni erat obnoxius senatorius ordo. Sic igitur ejus sumptibus modum statuerunt imperatores illi, ut minus nemo posset in præturam insumere, quam quod constitutionibus esset præscriptum: qui plus vellet, ei sane liceret. *Salmas.*

Cùm sestertium vicies ad ludos edendos à Trajano accepit.] Visitur & in Palat. lectio auctior verbo; nempe, *cùm sestertium iterum vicies ad ludos, &c.* sed locutio non satis placet. *Grut.*

1. *Legatus postea prætorius.*] Qui in Cæsaris provincias mittebantur, ii ex institutione Augusti, Legati Cæsaris, & Proprætore dicebantur, ut scribit Dio Cassius. Sed ex lectione historicorum & antiquis inscriptionibus constat, etiam aliter postea hos fuisse nominatos. nam etiam Proconsules hi quoque dicti, & Proconsules Augusti vel principes ejus à quo mittebantur: ut *Proconsul Tiberii* apud Tertullianum in Apologetico, sic enim ibi legendum est, ut observavit Josephus Scaliger, doctissimè & acutissimè. Dicebantur & Legati consulares, ii nempe qui è consulatu in Cæsaris provincias mittebantur: & Legati prætorii, ut Hadrianus hic, qui mox à Prætura in Pannoniam inferiorem, Cæsaris tum provinciam, missus est. Lapis antiquus: PRAETORIO. LEGATO. PROVINCIAE. APR. *Cassiab.*

Legatus postea prætorius.] Legati prætorii, qui & legati pro prætore, qui Cæsaris missu in provincias prætorias ibant; ii & legati Cæsaris pro prætore dicebantur. quorum frequens mentio in vetustis inscriptionibus. Græci ἀντιστρατήγους Καίσαρος eos appellant, proprætores Cæsaris. Sed quod docti homines, aliter etiam eos postea fuisse nominatos, ex lectione historicorum, & antiquis inscriptionibus constare ajunt, Proconsules scilicet quoque dictos, & proconsules Augusti, id falsissimum esse deprehendi. Ex institutione Augusti notum est, alias fuisse provincias pop. R. alias Cæsaris. qui in provincias pop. Romani mittebantur, hi dicebantur Proconsules: qui in provincias Cæsaris, proprætores, vel legati pro prætore. non ignoro postea, & provincias proconsulares, quæ olim in potestate populi erant secundum Augusti divisionem, in Cæsarum potestatem & arbitrium etiam concessisse. Certum est præterea, proconsulares provincias, prætorias esse factas & contra. unde legatus prætorius Africæ, & legatus pro prætore Africæ, in inscriptionibus Grutterianis sæpe occurrit, cum tamen ea provincia proconsularis fuerit. Sed proconsules Augusti, vel legatos proconsule dictos esse proprætores Augusti, non possum persuaderi. unius ad hoc probandum inscriptionis antiquæ testimonio nituntur, quæ sic habet: APOLLINI. GRANNO. Q. LVCIVS. SABINIANVS. PROCOS. AVG. In Britannia reperta est illa inscriptio. constat autem Britanniam administratam fuisse ab Au-

sus, [1] Sarmatas compressit, disciplinam militarem tenuit, [2] procuratores latiùs evagantes coërcuit: [3] ob hoc Cos. est factus. In quo magistratu, ut à Sura comperit adoptandum se à Trajano esse, ab amicis Trajani contemni desiit ac negligi. [4] Et defuncto quidem Sura, Trajani ei familiaritas crevit, [5] causa præcipuè orationum quas pro imperatore dicta-

ab Augusti proprætore. Hinc argumentantur Sabinianum illum legatum in ea provincia pro prætore fuisse, quod Proconsul Augusti ibi dicatur. nam Proconsulem Augusti, & proprætorem eumdem esse. Ego aliud sentio. Proconsul ille Augusti Sabinianus, si provinciæ præsidebat, eamque jure proconsulari obtinebat, cur non hoc ipsum apposuit? sane non omisisset. Valde igitur mihi suspecta illa scriptura, Procos. Avg. Ut quid enim in aliis inscriptionibus non reperiuntur illi Augusti Proconsules? puto itaque in lapide scriptum fuisse, Proc. Avg. hoc est, procurator Augusti, vel Procor. & perperam lectum esse, Procos. Procuratores autem in provinciis erant, tam Cæsaris, quam populi, qui procuratores Augusti dicebantur. nec mihi dubium est, quin ille Sabinianus procurator Augusti fuerit in Britannia. nam de proconsule, somnia sunt. extant tamen & aliæ inscriptiones in quibus mentionem fieri existimant, legati Augusti Proconsule. nam ita in indice veterum inscriptionum scripsit vir eruditissimus: *Legatus Tib. Cæsaris Augusti pro Cons.* &, *Legatus Ti. Claudii Cæsaris Augusti Proconsf.* Sed si adeamus ad ipsas inscriptiones, nihil tale habent, si quidem rectè capiantur, hoc est si separetur vox Proconsul, à legato Cæsaris. duæ enim sunt ac diversæ dignitates. *Salmas.*

1. *Sarmatas compressit.*] Rectè *compressit.* Inter gentes quas Trajanus non subegit, sed in fidem accepit, & Sarmatæ sive Sauromatæ nominantur Eusebio in Chronico. Sarmatas autem intellige populos trans Istrum, non procul ab ejus ostiis, (ubi etiam fuit Sarmatarum quædam insula) partem aliquam τῶν πολυανθρώπων Scytharum. Bosporo Thracio vicinos fuisse Plinii ad Trajanum epistola docet libro decimo quam vide. Vide Josephum Belli Judaïci libro 5. cap. XII. *Casaub.*

2. *Procuratores latiùs evagantes coërcuit.*] Hadrianus verò & ante imperium, & postea princeps, huic generi hominum infestus. Paullò pòst, *circumiens provincias procuratores & præsides pro factis puniit.* Elegantèr *latiùs evagati*, pro eo quod Capitolinus in Gordianis, *sibi præter procurationem omnia vindicare.* Idem in Pio, *Procuratores suos modestè suscipere tributa justit: excedentes modum, rationem factorum suorum reddere præcepit.* Idem.

3. *Ob hoc consul est factus.*] Tertio post præturam anno Hadrianus agens annum XXXIV. consul fuit non ordinarius, sed suffectus, cum L. Publilio Celso. *Idem.*

4. *Et defuncto quidem Surâ, Trajani ei familiaritas crevit.*] Palatinus habuit à primâ manu *crebuit.* Grut.

5. *Causa præcipuè orationum quas pro imperatore dictaverat.*] Fuit Licinius Sura, dum vixit, Trajano familiarissimus, & omnium arcanorum vel ideo conscius, quòd solitus imperator fugitans ejus laboris, epistolas omnes & orationes de majori re dictandas ipsi relinquere. *Casaub.*

Causa præcipua orationum, quas pro imperatore dictaverat.] Ait defuncto Sura familiaritatem Trajani erga Hadrianum crevisse, causa orationum quas pro imperatore dictaverat. Postrema hæc verba, *quas pro imperatore dictaverat*, ad Suram, qui Trajano erat ab epistolis,

4 re dictaverat. Usus Plotinæ quoque favore, cujus studiis etiam [1] legatus, expeditionis Parthicæ tempore, destinatus est. Qua quidem tempestate utebatur Adrianus amicitia [2] Sosii Pappi & Pletorii Nepotis, ex senatorio ordine: ex equestri autem Tatiani tutoris quondam sui & [3] Liviani Turbonis. [4] In adoptionis sponsionem venit [5] Palma & Celso

referri, doctissimo viro placet, mihi vero non placet: Non dubium est defuncto Sura in ejus locum successisse Hadrianum, & orationes Trajani dictasse, quas Sura dictabat. Hinc factum ut à Trajano impensius amaretur, & in ejus familiaritatem intimam admitteretur. qua in re tamen usus etiam est favore Plotinæ. itaque non dubitem totum hunc locum sic legere & distinguere: *& defuncto quidem Sura Trajani ei familiaritas crevit, causa præcipue orationum, quas pro imperatore dictavit, in ea re usus Plotinæ quoque favore, cujus studiis etiam legatus, &c.* Scilicet, in ea re, etiam favore Plotinæ adjutus est, ut Suræ succederet dictandis principis orationibus. Sed & *dictaverat* eo sensu retineri potest, & positum est pro *dictabat*. quæ temporum mutatio istis auctoribus familiaris, & aliis omnibus qui jam labente latinitate scripserunt. Utut sit, de Adriano constat hæc accipi debere, non de Sura. Hoc autem curandarum epistolárum principis officium, magni erat momenti ad maxima quæque in aula consequenda, & familiaritatem principis promerendam. *Salmas.*

1. *Legatus expeditionis Parthicæ tempore.*] Non, ut quidem arbitror, à principio expeditionis illius, in qua plures annos posuit Trajanus: sed cùm iam ultimarent ejus tempora, & de reditu in Italiam cogitaret: tum Hadrianus Syriæ est impositus. *Casaub.*

2. *Sosii Pappi, & Pletorii Nepotis.*] Sosium in historia temporum Trajani invenio, & quidem notissimum: fuit enim quartum consul: sed illi cognomen Senecioni, non Pappo. at hic de quo Spartianus, ille est quem narrat Dio sic dilectum Trajano, ut ei statuam dicaret. Pletorius Nepos is est de cujus cæde infrà Spartianus. *Idem.*

3. *Liviani Turbonis.*] Martius Livianus Turbo notissimæ famæ vir sub Trajano & Hadriano. *Idem.*

4. *In adoptionis sponsionem venit.*] Nos parva mutatione magnam sententiæ lucem fecimus, & verbis sanitatem reddidimus. nam pro *lapsos*, legendum *lapsis*. & sic constituendus locus: *in adoptionis sponsionem venit, Palma & Celso inimicis semper suis, & quos postea insectatus est, in suspicionem adfectatæ tyrannidis lapsis.* Dicit heic Spartianus, Adrianum spopondisse sibi adoptionem, Palma, & Celso, quos inimicos semper habuit privatus, & quos postea insectatus est imperator factus, in suspicionem adfectatæ tyrannidis, adductis. amotis enim illis, ob suspicionem affectati regni, qui plurimum apud Trajanum poterant, & sibi infensi erant, bene cœpisse sperare de adoptione, & in sponsionem ejus venisse, quam certiorem mox habuit, secundo Consul Plotinæ favore factus. *Salmas.*

In adoptionis sponsionem venit Palmâ & Celso.] Sic quoque Pal. Putabam aliquando, legendum, *in adoptionis suspicionem.* nunc taceo; videoque præstare, nonnulla ignorare, quam omnia scire. *Grut.*

5. *Palma & Celso.*] A. Cornelium Palmam, sine dubio intelligit, qui fuit cos. II. ordinarius, eodem anno quo inter suffectos Hadrianus. Celsi plures in Rep. illo tempore clari: hic verò est opinor, L. Publilius Celsus, Hadriani in illo suo consulatu collega. Sed velim doceant me peritiores qualenam hoc

Celso inimicis semper suis: & quos postea ipse insequutus est [1] in suspicionem affectatæ tyrannidis lapsos. [2] Secundò Cos. favore Plotinæ factus, [3] totam præsumptionem adoptionis emeruit. [4] Corrupisse eum Trajani libertos, [5] curasse delicatos, [6] eosdemque sepelisse per ea tempora

hoc loquendi sit genus: *In adoptionis sponsionem venit, Palma & Celso inimicis semper suis.* An dicit Hadrianum qui jam tum spem aliquam adoptionis suæ conceperat, & per Plotinam id seriò agebat, ausum esse de eo cum Palma & Celso sponsione contendere: qui videlicet ad Trajanum rem detulerint, & instituti negotii rationes conturbarint. Scribo, *In adoptionis sponsionem venit cum Palma, &c.* Novum, sed non inelegans dicendi genus, *in sponsionem venire cum aliquo.* ut dicimus *venire in suspicionem apud aliquem.* Eadem utriusque horum infrà narrat auctor. *Casaub.*

1. *In suspicionem adfectatæ tyrannidis.*] Optimus Pal. *adjectæ.* legendum *adfectæ.* & ita plane habet vetus editio. *efficere tyrannidem* pro *affectare*, auctoribus istis usitatum, & non uno loco usurpatum. in Avidio Cassio: *affectio tyrannidis* pro *affectatio.* ita etiam *affectio* sumitur apud Tertullianum pro affectatione. *Salmas.*

2. *Secundo* cos. *favore Plotinæ factus.*] Hoc est, designatus. Annis noveni post priorem consulatum designatus est Hadrianus consul ordinarius in annum proximum: quem & gessit ex Kal. Januarii: sed auctus imperatoria majestate, mortuo Trajano a. d. III. Eidus Augusti. Hallucinantur omnino qui putant Trajano vivo Hadrianum consulatum suum secundum egisse. *Casaub.*

3. *Totam præsumtionem adoptionis emeruit.*] Pro incerta spe quam dudum conceptam hactenus foverat, πληροφορίαν est consecutus ac spem certam. *præsumtio*, ἐπίγνωσις. *vota præsumtio*, plena & perfecta cognitio futuri. Primò Hadrianus de imperio cogitavit ex suggestione patrui magni, & Mœsi cujusdam mathematici. sed id votum erat potiùs quàm spes. deinde autem donatus à Trajano adamante gemma, *ad spem successionis est erectus.* in ea spe postea confirmavit cum Sura, *a quo comperit adoptandum se à Trajano.* Itaque ausus est aliquanto pòst *in adoptionis sponsionem venire cum Palma & Celso.* Tandem verò secundùm consul designatus, *totam præsumtionem adoptionis emeruit. Mereri* sive *emerere* pro nancisci. *Idem.*

Totam præsumtionem adoptionis emeruit.] Notavimus supra, præsumtionem apud hos auctores esse, certam spem ac fiduciam, de re ut necessario eventura conceptam. paulo ante, *habuit quoque præsumtionem imperii mox futuri* Salmas.

4. *Corrupisse eum Trajani libertos.*] Id est, δώροις πεῖσαι, & muneribus. *Casaubonus.*

5. *Curasse delicatos.*] Θεραπεύσαι τὰ παιδικὰ αὐτοῦ. *Delicati* qui & *deliciæ* etiam Suetonio. οἱ ἐρώμενοι. & in antiquis lapidibus DELICATI AC DELICATAE sæpe nominantur. *Curare* in idiotismo nostro *faire la cour.* Idem.

Curasse delicatos.] *Curasse* hic θεραπεύσαι accipiunt, ut Hadrianus coluisse delicatos pueros Trajani dicatur. curasse ad cultum corporis refero, ut comendis & ornandis delicatis operam dedisse Hadrianum intelligamus. quod sequentia ostendunt. *curare* igitur μαλθάσσειν interpretamur, non θεραπεύειν, nec ψαλίζειν. *Salmas.*

Curasse delicatos, eosdemque sepelisse, &c.] Lipsio placebat, *eosdemque depilasse*: Casaubono, *eosdemque sæpe lisse*, hoc est *linisse.* valde δύσζητος. *Grut.*

6. *Eosdemque sepelisse.*] Corrupta le-

pora quibus in aula familiarior fuit, opinio multa firmavit. [1] Quinto Iduum Augusti die, legatus Syriæ literas adoptionis accepit: [2] quando & natalem adoptionis celebrari

ctio. Scribimus sine ullius literæ mutatione, *cosdemque sæpe lisse*, hoc est, liviſſe. Aptiſſimum huic loco eſt τὸ linere, verbum τῆς κομμωτικῆς proprium, & τῆς ζωγραφικῆς: unde & curare eſt traductum. Nemo dubitat coſmetas illos, quorum circa cutim occupabatur induſtria, plurimùm collyriorum inunctionibus, omnibuſque illis remediis uſos, quæ eò quòd linantur, ἐπιχρίσεις aut διαχρίσεις φάρμακα vocant Græci. Linebant faciem vel ad oculorum ὑπογραφάς, quibus adeo veteres delectati. vel ad glabritiem & lævigationem. Suetonius de Othone, *Quin & faciem quotidie raſitare, ac pane madido linere conſuetum.* vel ad ſollicitandum candorem. Juvenalis vetus interpres, ad ſextam ſatyram: *Aſinino lacte faciem linit, ut cutem tendat & candorem eliciat.* Quidam ut nævos occultarent faciem linebant: Atque hinc ortum proverbium, *os ſublinere*: quod de eo propriè dicebant, qui ſimulans ſe os alicui linere ad decorum, uti mos fuit, contrà & ſecus quàm erat conſuetudo, os illi ridiculis picturis deturpabat, ut qui olim gryllum pingebant. nam *ſublinere* in hac paroemia eſt ὑποχρίειν, potiùs quàm ὑπογράφειν. *oblinere* eſt καταχρίειν, ad plenum linere: E contrario *linere aliquem* pro κολακεύειν dixerunt. *Caſaub.*

Foſdemque ſæpeliſſe.] Scribendum *leviſſe*, pro *ſæpe leviſſe*. male ſcriptum fuit, *ſæpeleviſſe*. poſtea correctum ab aliquo ſciolo, *ſepeleviſſe*, aut *ſepeliſſe*. Lini autem moris erat iſtos delicatos, vel ad candorem nitoremque cutis conciliandum, vel ne cito barbati eſſent. Suetonius de Othone narrat, *faciem quotidie pane madido linere conſuetum, idque inſtituiſſe à prima lanugine, ne barbatus unquam eſſet.* delicatos lini ſimpliciter hoc dicit Spartianus. ſic Martialis de muliere:

Deque coloratis nunquam lita mater Etruſcis.

Coloratos Etruſcos vocat, ἠλιοκαύστους, & mulierem nunquam litam, quæ faciem medicamentis nunquam induxerit, ad candorem ſervandum, & ſolem cuti defendendum, ne coloraretur. Hujuſmodi autem medicamina, quæ præſtabant, ne ſole facies læderetur, ἡλιακὰ καὶ φυλακτικὰ φάρμακα vocabant οἱ κομμωτικῶν auctores, eaque omnia erant ἐπιχρίσεις. *Salmaſ.*

1. *Quinto Iduum Auguſti.*] Apparet Trajanum in Hadriani adoptionem non antè Plotinæ conſenſiſſe, quàm ſpe diuturnioris vitæ poſita. Obiit enim Trajanus biduo poſt aut triduo. *Caſaub.*

Quinto Iduum Auguſti legatus Syriæ literas adoptionis accepit.] Agebat Antiochiæ Adrianus, ubi à Trajano cum exercitu relictus erat, cum literas adoptionis accepit. Tertio autem Idus Auguſtas eidem nunciatum eſt Trajanum Selinunte deceſſiſſe. Sed eodem die minime fieri potuit, ut & Trajanus decederet, & Hadriano deceſſiſſe nunciaretur, propter intervallum locorum. ita biduum tantum intercerit inter adoptionem Adriani, & exceſſum Trajani. Scribit Dio aliquot dies tacitam eſſe mortem imperatoris, dónec ordinarentur à Plotina, quæ ad Hadriani adoptionem ſpectabant. Spartianus ſuppoſitum dicit aliquem, qui verba adoptionis pronuntiaret, feſſa & deficiente voce, Trajano ſcilicet jam extincto. *Salmaſius.*

2. *Quando & natalem adoptionis celebrari juſſit.*] Antiqui vocarunt natales omnes dies propter aliquam lætitiam inſignem ſibi ſolennes. Inde in hiſtoriis principis ejuſdem tot natales. *Caſaubonus.*

1. Tertio

brari jussit. [1] Tertio Iduum earumdem, quando & natalem imperii instituit celebrandum, excessus ei Trajani nuntiatus est. Frequens sanè opinio fuit, [2] Trajano id animi fuisse ut [3] Neratium Priscum non Adrianum successorem relinqueret, multis amicis in hoc consentientibus, usque eò ut Prisco aliquando dixerit, [4] *Commendo tibi provincias,* [5] *siquid mihi fatale contigerit.* Et multi quidem dicunt, Trajanum in animo id habuisse, [6] ut exemplo Alexandri Mace-

1. *Tertio Iduum earundem, excessus ei Trajani nuntiatus est.*] Notari hunc locum velim: nam ex doctissimorum virorum ratiociniis incidit mors Trajani in hunc ipsum diem. Atqui longiore intervallo Selinus Ciliciæ & Antiochia Syriæ metropolis sejunctæ sunt, quam ut vel rapidissimi veredi, vel incitatissimus myoparo pauculis horis tantum iter emetirentur. Trajanum Selinunte hominem exuisse dubitat nemo, etsi non ignoramus esse qui Seleuciæ dicant: sed cur illis potius quàm Dioni fidem habeamus? In quinto Sibyllinorum oraculorum, de loco ubi fato concessurus esset Trajanus hæc verba legantur:

Οὐ κεῖσε ἀθανάτοις κρύψω· ἀλλ' ἀνὰ μεσσεὺς
Ἄρεος ἔσομ' ἴχνος.

Non nominat, sed periphrasi circumloquitur Selinuntem. Quare corrigendum,

---- ἀλλὰ Νεμείης Ἄρεος ἔσομ' ἴχνος.

Apium appellat Νέμεσον Ἄρεος: quia Nemeonicarum erat præmium σέλινον, id est ex apio corona. res nouissima. *Casaub.*

Tertio Iduum earumdem, &c.] Pal. *Tritium*; item *statuit celeb.* Grut.

2. *Trajano id animi fuisse ut Neratium Priscum.*] De Neratio tacet Dio. idem in vita Hadriani non Neratium, sed Servianum imperio maxime dignum Trajano visum scribit. Nam in convivio quodam, cum ab amicis exegisset ut decem viros imperio dignos nominarent, paulum subsistit, & mox, ut novem tantum nominarent, jussit: unum quippe se jam tenere, nempe Servianum. ita enim apud Dionem legendum, non Σισεννιανόν. *Salmas.*

3. *Neratium Priscum.*] Jurisconsultum illum nobilem: cujus virtutibus nullum excellentius elogium, aut testimonium ἀξιοπιστότερον possit desiderari isto Optimi principum judicio. *Casaub.*

4. COMMENDO TIBI PROVINCIAS.] Παραγγέλλω σοι τὰς ἐπαρχίας. propria ultimis illis pietatis curis verba apud Græcos & Latinos. sed cur provincias nominat potius quàm Rempublicam? Puto erupisse in hæc verba Trajanum de miseriis provincialium cogitantem, vel cum Prisco sermones habentem. *Idem.*

5. SI QVID MIHI FATALE ACCIDERIT.] *Fatale*, hoc est, mors, τὸ θεῖον. sed in hoc loquendi genere sæpius reticetur hoc verbum à Latinis: etiam à Græcis, ἐάν τι πάθω, ἐάν τι συμβῇ. *Idem.*

6. *Ut exemplo Alexandri Macedonis.*] Respicit morientis Alexandri dictum: cùm interrogatus ab amicis cui regnum relinqueret, *Optimo*, inquit, & addidit, Περορῶμαι γὰρ ἐπιφθόνου μείζονα ἀγῶνα ἀγωνισάμενοι μοι οἱ φίλοι. Sic Trajanus hic Alexandri auctoritate consilium suum defendit: Hadrianus mox Catonis: *exemplo, ut dicebat, Catonis, qui Macedonas liberos pron.* & paullò post de eodem, *exemplo Scipionis Æmiliani & Metelli, & auctoris sui Trajani.* Idem.

Macedonis, sine certo successore moreretur: multi ad Senatum eum orationem voluisse mittere, petiturum ut siquid ei evenisset, principem Romanæ reip. senatus daret, [3] additis duntaxat nominibus, ex quibus optimum idem senatus eligeret. [2] Nec desunt qui factione Plotinæ mortuo jam Trajano, Adrianum in adoptionem adscitum esse prodiderint, suppositio qui pro Trajano fessa voce loque-
5 retur. Adeptus imperium, ad priscum se statim morem instituit, [3] & tenendæ per orbem terrarum paci operam impendit. Nam deficientibus his nationibus quas Trajanus subegerat, Mauri lacessebant, Sarmatæ bellum inferebant, [4] Britanni teneri sub Romana ditione non poterant, Ægyptus seditionibus urgebatur, [5] Lycia denique ac

1. *Additis duntaxat nominibus.*] Forsasse deest hic numeri nota post vocem *additis*. Casaub.

Additis duntaxat nominibus.] Censet vir doctissimus excidisse numeri notam. ego aliter censeo. sed id velle Spartianum: nuda tantum nomina in ea oratione ponere voluisse Trajanum, illorum quos imperio dignos judicabat: ut nudis nominibus propositis, senatus optimum eligeret. Libertatem enim electionis ac judicii Senatui Trajanus eripuisset, si ad singulorum nomina commendationem à virtute aut merito cujusque adjecisset. Sic suam de unoquoque sententiam ostendendo, magis quis ex omnibus eligi dignior aperuisset, quam integrum ea de re senatui judicium reliquisset. *Salmas.*

2. *Nec desunt qui factione Plotinæ mortuo.*] Fusè narrat Dio Cassius: etiam è Latinis quidam. Aurelius Victor: *Quanquam alii Plotinæ Trajani conjugis favore imperium affectum putent: quæ viri testamento hereditem regni institutum simulavit.* Casaub.

3. *Et tenendæ per orbem terrarum paci operam intendit.*] Immo, *impendit*. operam enim *alicui rei impendere*, Latinum est. at *operam intendere*, vix dici potest. ita etiam in membranis scriptum reperi. *Salmas.*

Et tenendæ per orbem terrarum paci operam intendit.] Pal. noster ab emendatrice manu, sed satis tamen antiquâ, *impendit*. Grut.

4. *Britanni teneri sub Romana ditione non poterant.*] De Britannico motu sub Hadriano magnum apud auctores silentium. Constanter tamen hanc lectionem retinent libri nostri. cum præter illas nationes à Trajano subactas, & cum maxime defectionem cogitantes, deficerent & aliæ gentes imperii Romani, ut Sarmatæ, Mauri, Britanni, Ægyptii, Judæi, coactus est Hadrianus provincias virtute Trajani imperio acquisitas, quia teneri amplius non poterant, dimittere, & tenendæ paci per orbem terrarum operam impendere. Si quis autem conjecturæ locus, videntur Britanni novis rebus eo tempore studuisse, quo Julius Severus ex Britannia cui præsidebat, evocatus ad Judæos, qui tunc rebellabant, comprimendos missus est. *Salmas.*

5. *Lycia denique ac Palæstina.*] Ita quoque libri nostri. placet tamen eruditissimo viro, *Libya*, & Lybiam illam intelligi quæ Ægypto vicina. sed cur Libyam Palæstinæ potius adjungeret, quam Ægypto, cui erat adjuncta & attributa? nam ut omnes sciunt, sub Ægyptia-

ac Palæstina rebelles animos efferebant. [1] Quare omnia trans Euphratem ac Tigrim reliquit, exemplo (ut dicebat) Catonis, [2] qui [3] Macedonas liberos pronuntiavit quia teneri non poterant. [4] Pfamatosirim, quem Trajanus Parthis

Ægyptiaca præfectura erat illa Libya. Sed Lyciam, inquiunt, quis credat, aliquid tunc movere ausam, provinciam nec potentem, & longa serviendi consuetudine mansuetam? ego profecto credo, quoniam ita heic habetur. siquid esset mutandum, libentius legerem, *Cilicia denique ac Palæstina.* Cilicia enim Syriæ vicina, & Cilices rerum novarum studiosi, leves, perfidique, juxta cum Syris. nisi quis malit in Lycia turbasse Judæos ut & in Palæstina. quod verum est. *Salmas.*

Lycia denique ac Palæstina rebelles animos efferebant.] Idem, *afferebant.* nihil tamen variat in illo *Lycia*, nisi quod habeat *Licya.* quo juvatur conjectura Casauboniana, *Libya.* Grut.

1. *Quare omnia trans Euphratem & Tigrim reliquit.*] Ut esset imperii finis Euphrates, inquit Eutropius. At Trajanus *ad ortum solis cunctas gentes quæ inter Indum & Euphratem amnes inclytos sunt, bello concussirat*, ut scribit Aurelius Victor. De Hadriano eleganter Augustinus De civitate Dei libro IV. cap. XXVIII. Hadriani factum reprehendunt plerique omnes: non illi, opinor, improbent, qui statuant cum sapientissimo principum Augusto, & publicam habendi cupiditatem esse coërcendam. Quamobrem Diocletianus, princeps & ipse prudentissimus, Augusti præceptum, Hadrianique exemplum secutus, imperii fines à meridie supra Ægyptum artavit: auctor Procopius in Persicis. *Casaub.*

2. *Qui Macedonas liberos pronuntiavit, quia teneri non poterant.*] Perseo devicto cùm missi sunt in Macedoniam legati decem, ut de eorum sententia res componerentur, pronuntiara ea est libera, & suis legibus uti permissa. Historiam narrat Livius libro XLV. *Idem.*

3. *Macedonas liberos pronuntiavit, quia teneri non poterant.*] Etiam Pal. servat, *tueri non poterant.* Grut.

4. *Pfamatosirim quem Trajanus Parthis regem fecerat.*] Lectio scripta, *Sarmatesirim.* Scripsisse Spartianum autumo, *Parthamasirim*, ut apud Dionem Παρθαμάσιριν: vel *Pharnatesirim*, cum Eutropio: in cujus libris malè hodie, *Pharnace Syro occiso*: pro, *Pharnatesiri occiso.* Sed falsus est in hoc nomine Spartianus, deceptus affinitate duarum dictionum. Nam ille rex quem Parthis imposuit Trajanus, & quem ipsi expulerunt, Parthamaspates nominabatur. at is cujus nomen posuit Spartianus, Armeniorum rex erat, & regno suo à Trajano fuit spoliatus. Hæc liquidò constant ex Dione. *Casaub.*

Pfamatosirim.] *Sarmatosirin*, hunc regem indigetant membranæ Palatinæ, & editio Mediolanensis. quod propius accedit ad Παρθαμάσιριν, ut eum vocat Dio. non prætereundum est, rectè animadvertisse doctos viros, perperam heic ab auctore confundi Parthamosirin cum Parthamosape. quorum alter Armeniæ rex, nempe Parthamosiris: alter Parthis à Trajano impositus, qui Parthamosapes Dioni dicitur. Sic de eo scribit Dio: Καὶ ἐπὶ βῆμα ὑψηλὸν ἀναβὰς καὶ μεγαληγορήσας ὑπὲρ ἀὐτῆς καὶ πολεμήσαντος, Παρθαμασπάτην τοῖς Πάρθοις βασιλέα ἀπέδειξε τὸ διάδημα αὐτῷ ἐπιθείς. Eodem libro paulo post: Καὶ γὰρ καὶ οἱ Πάρθοι τὸν Παρθαμασπάτην ἀπελαύνοντες τὸ πρὸ σφίσιν τέρμα ὑπέστησαν βασιλεύσαι. Et hoc ipsum est quod hoc loco tangit Spartianus, Hadrianum cum apud Parthos videret haud in magno pondere haberi regem suum Parthamosirin, proximis gentibus cum dedisse

this regem fecerat, [1] quòd eum non magni ponderis apud Parthos videret, [2] proximis gentibus regem dedit. Tantum autem statim clementiæ studium habuit, ut quum sub primis imperii diebus [3] ab Tatiano per epistolas esset admonitus, ut & [4] Bæbius Macer præfectus urbis, si reniteretur ejus imperio, necaretur, [5] & Laberius Maximus qui [6] suspectus imperio in insula exulabat, & Frugi Crassus, neminem læderet. quamvis Crassum postea procurator [7] egressum insula, [8] quasi res novas moliretur, [9] injussu ejus occiderit. [10] Militibus ob auspicia imperii duplicem largitionem dedit. [11] Lusium Quietum, [12] sublatis gentibus Mau-

disse regem. sed *Parthamosirin* perperam appellat, qui *Parthamaspates*. Salmas.

Psamatosirim.] Nostra quoque scripta lectio, *Sarmatosirin*. Grut.

1. *Quòd eum non magni ponderis apud Parthos videret.*] Paullò aliter Dio: non enim contemtui solum habitum, sed planè ejectum. *Casaub.*

2. *Proximis gentibus regem dedit.*] Temporibus illis plerœque Orientis gentes aut à Trajano aut ab Hadriano acceptos reges habuerunt. *Idem.*

3. *Ab Tatiano.*] Regius, *ab Arriano*: Putcani: *Arciano*: Augustanus, *Actiano*. Idem.

4. *Bæbius Macer præfectus urbi.*] Hic est Bæbius Macer, cujus nomen inter consules suffectos ejus anni, cui nomen dederunt Trajanus IIII. & Articuleius coss. de eodem consule designato Plinius libro IV. epistola nona. An hic est Bæbius Macer historicus, quem aliquoties Servius aliique laudant? Scripsisse hunc fastos dies auctor Fulgentius de prisco sermone. *Idem.*

5. *Et Laberius Maximus.*] Regius, *Labienus*. sed Laberius Maximus notus illa tempestate inter Romanos proceres. Vide Plinii epistolam XVI. libri 10. Labienus Maximus nusquam repertus. *Idem.*

Et Laberius Maximus.] Sic & Pal. noster. *Grut.*

6. *Suspectus imperio.*] Hoc est, affectatæ tyrannidis. Sic iterum mox loquitur. *Casaub.*

7. *Egressum insula, quasi res novas moliri.*] Ex Hadriani constitutione exsul in insulam relegatus, qui excesserit, non punitur capite, sed in insulam deportatur, auctore Callistrato, lege XXVIII. Dig. De pœnis. *Idem.*

8. *Quasi res novas moliretur, injussu ejus occiderit.*] Palat. *injussò ejus*. sed non displicet lectio codicis Gallicani, *jussu ejus*. Grut.

9. *Injussu ejus occiderit.*] Regius, *jussu*. quod putem verius. *Casaub.*

10. *Militibus ob auspicia imperii.*] Qui imperium suscipiebant, aut in eam spem adoptabantur, donativo milites, populum congiario sibi conciliabant. Sed consuetum & quasi legitimum ejus largitionis modum duplicavit Hadrianus. de militibus hic Spartianus: de populo non longè post. *Idem.*

11. *Lusium Quietum.*] Hic est ille Lusius inter Trajani duces strenuissimus: de quo tam multa in illius principis historia. In depravando ejus nomine variè lusit librariorum oscitantia. Regius hic, *Eusium*. apud Xiphilinum Λυσιον semel aut iterum pro Λυσιον, ut semper alibi. id enim rectum. *Idem.*

Lusium Quietum, sublatis gentibus Mauris.] Ita constanter Pal. *Grut.*

12. *Sublatis gentibus Mauris quos regebat.*] Σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον, genti-

Mauris, quos regebat, quia suspectus imperio fuerat, exarmavit, [1] Martio Turbone, Judæis compressis, [2] ad deprimendum tumultum Mauritaniæ destinato. [3] Post hoc Antiochia digressus est [4] ad inspiciendas reliquias Trajani, quas Tatianus, [5] Plotina [6] & Mattidia deferebant. Quibus excessu.

gentibus quos. nam ita scripti. Infrà, *non injucundum rem inferre, ex quo constet cum multa didicisse.* nisi ex glossa irrepsit vox *gentibus.* sed ea figura frequentius nihil. **Non diu autem rexit Mauros Lusius.** nam exteremis Trajani temporibus adversus rebellantes Judæos in Cyprum insulam missum refert Dio. Functus est & præsidatu Judææ, non multò ante Trajani excessum. *Casaub.*

1. *Martio Turbone Judæis compressis.*] Ubi? & quibus? nam paullò ante obitum Trajani variis locis Asiæ Africæque motus Judæorum extiterint. Narrat Eusebius usum opera huius Trajanum contra Judæos Cyrenenses, & vicinos Ægyptios. Videtur & Hadrianus primo imperii sui tempore, in ordinandis Ægypti rebus ejusdem usus ministerio. *Idem.*

Martio Turbone Judæis compressis.] Ubi & quando factum, ut Judæos compresserit Turbo, quæritur à doctis hominibus hoc loco? Judæos sane sub Hadriano rebellasse, non solum sub Trajano, legere est apud Xiphilinum; neq; in una tantum orbis parte seditionem excitasse, sed ubique terrarum: ad quos comprimendos, & compescendos Julium Severum Britanniæ præsidem scriptum reliquit idem Xiphilinus. Martiani autem Turbonis opera ad eam rem usum Hadrianum non dixit. verisimile tamen est, etiam Martianum Turbonem in illis fuisse qui Judæos tumultuantes repressérunt & contuderunt. non enim unum tantum, sed multos, & optimos duces ad tumultum eorum pacandum missos ab Hadriano scribit idem Dio: Vel Xiphilinus potius. *Salmas.*

2. *Ad deprimendum tumultum.*] Sic omnes libri scripti editique, uno consensu. *deprimere* pro *reprimere*, ut *detexere* & *retexere* idem. puto tamen *reprimendum* legi debere. *Idem.*

Ad deprimendum tumultum.] Sic quoque Pal. ut & mox, *ad inspiciendas reliquias.* Grut.

3. *Post hoc Antiochia digressus est.*] Regius: *Post hæc Antiochiam digressus est.* sed refutat historia. *Casaub.*

4. *Ad inspiciendas Trajani reliquias.*] Malim, *excipiendas.* Sequitur statim, *quibus exceptis, & navi Romam dimissis.* an ibi potius *inspectis* scribendum? Reliquiarum exceptio videtur ad ossilegium pertinere. nam mirum sane fuerit Hadrianum ad legendas de more reliquias parentis sui, (ita voluit credi,) Selinuntem non venisse. Inspectio reliquiarum ad venerationem illarum spectat, & ritum inferias faciendi. *Idem.*

Ad inspiciendas reliquias.] Dubitat Casaubonus, an hoc legendum, *ad excipiendas reliquias.* sequitur enim, *quibus exceptis.* sed nihil opus. nec *excipere* significat hoc loco quod vulgo putant. non enim ad ossilegium quidquam pertinet, sed ad honorem tantum τὸ ἐπιτιμητικὸν. cum igitur reliquias Trajani deferrent Attianus, Plotina & Mattidia, Antiochia digressus est Hadrianus, ut obviam illis procederet, inspiceret, & exciperet. quibus exceptis & Romam dimissis Antiochiam regressus est. Igitur *inspicere* & *excipere* eodem pertinent hoc loco, nec de ossilegio agitur. legi etiam posset, *ad suscipiendas reliquias.* Salmas.

5. *Plotina & Matidia.*] Haud aliter Pal. unico *t*, non ut alii *Mattidia.* Gruterus.

6. *Et Mattidia.*] Scribendum, *Matidia*, unico *t*, ut in saxis. *Casaub.*

exceptis & navi Romam dimissis, ipse Antiochiam regressus, præpositoque Syriæ [1] Catilio Severo, [2] per Illyricum
6 Romam venit. [3] Trajano divinos honores, datis ad senatum & quidem accuratissimis literis postulavit, [4] & cunctis volentibus meruit, ita ut senatus multa quæ Adrianus non postulaverat, in honorem Trajani sponte decerneret. Quum ad senatum scriberet, veniam petiit [5] quòd de imperio suo judicium senatui non dedisset, [6] salutatus scilicet præpro-

1. *Catilio Severo.*] De quo in vita Marci Antonini. Qui legunt hic, *C. Attilio Severo*, refelluntur etiam à literatis lapidibus. *Casaub.*

2. *Per Illyricum Romam venit.*] Hic primus est Hadriani Imperatoris adventus Romam. Cùm enim in Oriente sub Trajani mortem magni motus variis locis fuissent excitati, ut antè dictum: coactus est novus Augustus componendis iis rebus, & paci stabiliendæ, diutiùs in Syria morari, aut vicinis provinciis. Ideo Plotina, & Matidia eo non expectato, defuncti reliquias Romam advexerunt. Mox compositio Orientis statu, cùm se itineri Hadrianus accinxit, *per Illyricum*, inquit Spartianus, *Romam venit*. nimirum prudens princeps navigationi terrestre iter antepositi, ut in transitu provincias Achajam, Macedoniamque posset inspicere. Ex istis perspicuum fit, non potuisse Hadrianum, eo anno qui supremus fuit Trajano, Romam venire. Atqui secundùm Consul venit. nam id evincunt nummi decreto senatus cusi, in quibus ab altera parte secundus ejus consulatus est adnotatus; ab altera hæc: FORTVNAE. REDVCI. S. C. Quamobrem falluntur viri magni, qui ab Onuphrio dissentientes, putant Hadrianum secundum consulatum vivo Trajano egisse: & primum hunc illius in Urbem adventum ad tertium ipsius referunt consulatum. *Idem.*

3. *Trajano divinos honores, datis.*] Hæc alieno loco ab auctore posita. prius enim hoc factum quàm itineri se accingeret: cùm de ejus reditu jam dixerit. Sexcenta in his scriptoribus talia: quæ facilè incauto lectori imponant. Duos excipio, Trebellium Pollionem, & Flavium Vopiscum, in quorum scriptis hanc ἀκαιρίαν minùs deprehendes. Vopiscus quidem ita accuratus & castigatus scriptor, ut videatur nobis unus ex omnibus merito suo ὑπερέχειν ἁπάντων ἄλλων. *Idem.*

4. *Et cunctis volentibus meruit ita, ut Senatus.*] Distingue, *Trajano divinos honores, datis ad Senatum, & quidem accuratissimis litteris, postulavit, & cunctis volentibus meruit. ita ut Senatus multa quæ Hadrianus non postulaverat, in honorem Trajani sponte decerneret.* Salmas.

5. *Quòd de imperio suo judicium senatui non dedisset.*] Quod fecere alii imperatores, verè an simulatè. Gordianus in epistola ad senatum prima post assumtam purpuram: *Vestrum est æstimare quid velitis: Nam ego usque ad senatus judicium incertus & varius fluctuabo.* Opilius quoque Macrinus etsi tyrannus manifestus, hac tamen simulatione usus, scribens ad senatum in hæc verba: *Milites detulerunt ad me imperium, cujus ego P. C. interim tutelam recepi. tenebo regimen, si & vobis placuerit, quod militibus placuit. Dare judicium*, pro deferre. aliter in jure cùm Prætor *judicium dare* dicitur. *Casaub.*

6. *Salutatus scilicet præpropere à militibus imperator.*] Salutatus scilicet Antiochiæ ubi cum exercitu relictus à Trajano fuerat: Η'ν δ' ὅτι ἀνηρρεθίθη αὐτοκράτωρ Ἀδριανὸς σὺν τῇ μεγίστῃ πολλῇ Συρίας Ἀντιοχείᾳ ἧς ἦρχεν. *Salm.*

1. *Quod*

præpropere à militibus imperator,[1] quòd esse respub. sine imperatore non posset. Quum triumphum ei senatus, qui Trajano debitus erat, detulisset, recusavit ipse, atque imaginem Trajani curru triumphali vexit,[2] ut optimus imperator ne post mortem quidem triumphi amitteret dignitatem. [3] Patris patriæ nomen sibi delatum statim & iterum postea, distulit: [4] quòd hoc nomen Augustus serò meruisset. [5] Aurum coronarium Italiæ remisit, in provinciis minuit, & quidem difficultatibus ærarii ambitiosè ac diligenter expositis. [6] Audito dein tumultu Sarmatarum & Roxolanorum, præmissis exercitibus Mœsiam petiit. Martium

1. *Quod esse Resp. sine imperatore non posset.*] Id olim tristissimi ominis loco habitum. Nam inde est, quòd inter Caji immania id quoque posuerunt, per illum Remp. triduo sine summa fuisse potestate. Hoc igitur prætexit Hadrianus festinationi suæ in occupando imperio. At enimvero posse Remp. etiam sine imperatore esse declaratum est post eædem Aureliani: cum quidem totis sex mensibus principe caruit Respublica. *Casaub.*

2. *Ut optimus imperator.*] Allusum ad Trajani cognomen OPTIMVS. Porrò videtur Hadriani hæc moderatio ita grata vulgò omnibus fuisse, ut ejus pietatem erga Trajani manes publico testimonio senatus sibi prosequendum judicarit. Huc enim refero nummum eo anno cusum cum hac inscriptione, PIETAS. *Idem.*

3. *Patris patriæ nomen sibi delatum, & iterum postea distulit.*] Quamdiu autem? hoc vellem adjecisset Spartianus. Cæterùm constat hanc moram longam non fuisse: atque fortasse minimam, ne dicam nullam. Lapis secundo ejus consulatu positus, hoc est, paullò pòst quàm imperium Hadrianus suscepit. IMP. CAES. TRAIAN. HADRIANVS. AVG. P. M. TR. POT. COS. II. P. P. Sunt & similes alii: ex quibus rectè conjiciebat eruditissimus Onuphrius, Hadrianum unà cum imperio omnes ἀβασίλους fuisse titulos Augustis solemnes. nec miramur: nam testamento adoptatus, cum Trajani nomine & imperium, & omnia imperii ornamenta, quantumvis initio aliqua dissimulatione usus, retamen ipsa & suscepit & gessit. *Idem.*

4. *Quòd hoc nomen Augustus serò meruisset.*] Sanè serò, & vix novem ante excessum suum annis, cùm tot imperarit. *Idem.*

5. *Aurum coronarium Italiæ remisit, in provinciis minuit.*] Notum genus exactionis, & circa illud indulgentia principum, jam inde ab Augusto. Exigebatur ob varias causas: frequentissime propter partam de hoste victoriam, vel susceptum imperium, aut Cæsaris adoptionem. Dio vocat τὸ χρυσίον τὸ τοῖς στεφάνοις ἀντὶ τοῦ. *Remittere* hic quod idem scriptor ἀφιέναι. alibi idem ac minuere. nam utrumque vox ea significat. Italis igitur remissum hoc aurum: provinciis saltem minutum, cur silet de Roma? nam & ab urbicis exigebant. non dubium quin & his Hadrianus remiserit: semper enim in talibus civium urbanorum ante Italicos habita ratio; tum deinde Italicorum ante provinciales. *Idem.*

6. *Audito dein tumultu Sarmatarum & Roxolanorum.*] Regius, *Audito dein tumultu Sarmatarum & regum Alanorum.* Possit legi *Sarmatarum regum & Alanorum*; sed verius *Roxolanorum.* nam in Au-

Martium [1] Turbonem [2] post Mauritaniæ præfecturam infulis ornatum, Pannoniæ Daciæque ad tempus præfecit. [3] Cum rege Roxolanorum, [4] qui de imminutis stipendiis quere-

in Augustano scriptum, *& rex Alanorum.* Inter septentrionis populos Romanis tum infestos & Roxolani fuerunt. Situm eorum pete è geographis. docet nos Spartianus, primam post reditum in Urbem susceptam hanc fuisse expeditionem ab Hadriano. Incidit in proximum à reditu annum: quando cusi hi nummi: EXPED. AVG. COS. III. S.C. nam secundum & tertium consulatum gessit Hadrianus annis continuis. *Casaub.*

Audito dein tumultu Sarmatarum & Roxolanorum.] Pal. à secunda manu, *& regis Alanorum.* sed prius erat tamen, *& alanorum*, cum spatio trium aut quatuor litterarum inter *&* atque *alanorum.* statim etiam idem liber, *Cum rege mox Alanorum:* proximè ad verum. *Grut.*

1. *Turbonem post Mauritaniæ præfecturam infulis ornatum.*] Regebatur Mauritania à Præside. quare infulæ hic sunt insignia Præsidatus. alia erant insignia proconsulatus, & omnium aliorum magistratuum. Glossæ, *Infulæ*, στέμματα. aliæ Glossæ, *Infulæ*, κασσίαι. falsum hoc: nam infulæ non sunt causiæ, sed lorum illud & diadema quo cingebant suas causias sive pileos Macedoniæ reges. Meliùs glossographus alius: *Infula, sacerdotalis vitta, & administratio judicialis.* Duo infularum genera: sacrarum, quæ Homero στέμματα: de his Varro, Festus, & Spartianus in Juliano. & δεσμοὶ ἀρχικοί: quas iste vocat administrationem judicialem: judicem enim appellabant omnem magistratum Urbis Italiæ aut provinciæ. Erat autem & Dacia tunc temporis provincia præsidialis. Sed Turboni mox delatum honoris incrementum; ut postea dicitur. *Casaub.*

2. *Post Mauritaniæ præfecturam infulis ornatum, Pannoniæ Daciæque ad tempus præfecit.*] Infulis ornatum dicit Turbonem post Mauritaniæ præfecturam, sed quibus infulis? præsidum sane istæ infulæ fuerunt, & reliquorum magistratuum. sed nimis generale est, *infulis ornatum* dicere, nec addere cujus dignitatis infulis, aut cujus præfecturæ. miror non vidisse doctissimos homines hunc locum interpunctionis vitio laborare. distinguendum igitur: *Martium Turbonem post Mauritaniæ præfecturam, infulis ornatum Pannoniæ, Daciæ quoque ad tempus præfecit.* sic enim etiam legendum, *Daciæ quoque*, non *Daciæque.* Dicit ornatum Turbonem infulis Pannoniæ, & Daciæ ad tempus præfectum: non autem Pannoniæ Daciæque præfectum. nam cum dicit *infulis ornatum Pannoniæ*, non Pannoniæ præfectum intelligit, sed titulo duntaxat Pannoniacæ præfecturæ ornatum. sic de eodem Turbone paulo post: *Romam venit Dacia Turboni credita, titulo Ægyptiacæ præfecturæ, quo plus haberet auctoritatis, ornato.* Non dicit præfectum eum Augustalem Ægypti factum, nec enim duas simul provincias poterat administrare: sed titulo tantum ornatum, ad augendam ejus dignitatem, & auctoritatem. tantum autem interest, inter præfectum, & præfecturæ infulis ornatum, quantum inter consulem, & consularibus ornamentis honoratum. hujusmodi dignitatum infulas στέμματα vocat Artemidorus lib. 1. cap. 18. *Salmas.*

3. *Cum rege Roxolanorum.*] Ita veteres libri, edita lectio *cum rege mox Alanorum.* erat autem Pharasmanes Alanorum rex, cujus infrà habetur mentio. *Casaub.*

4. *Cum rege Roxolanorum qui de imminutis stipendiis querebatur.*] An regi Roxolanorum solverint stipendia Romani, nescio. Sane videtur diversum quod hoc loco memorat Spartianus de querela regis Roxolanorum, & imminutis stipendiis, à tumultu Sarmatarum & Roxo-

querebatur, cognito negotio pacem composuit. [1] Nigrini 7
insidias, quas ille [2] sacrificanti Adriano, conscio sibi Lusio
[3] & multis aliis paraverat, quum eum etiam successorem si-
bimet Adrianus destinasset, evasit. [4] Quare Palma Terra-
cinæ, Celsus Bajis, Nigrinus Faventiæ, Lusius in itinere,
senatu

Roxolanorum, cujus supra meminit. Heic enim querela tenus tantum videtur processisse rex iste Roxolanorum, propter imminuta stipendia, quod negotium, facile composuit Hadrianus. at tumultus Roxolanorum alius fuit, propter quem præmissis exercitibus Mœsiam petiit Hadrianus. libens itaque reponerem lectionem in omnibus libris mihi, qua scriptis, qua editis repertam: *Cum rege nox Alanorum, qui de imminutis stipendiis querebatur, pacem composuit.* De Pharasmane Alanorum rege accipi velim, qui inter amicos reges imperii, & cui forte etiam stipendia solvebantur. nam & eum invitasse dicitur Hadrianus, & invitationem eam superbe contempsisse. non autem sine motu fuit illa querela regis Alanorum. ideo pacem cum illo composuisse Adrianum scribit Spartianus. *Salmas.*

[1] *Nigrini insidias.*] Fuere tum in Rep. Nigrini plures, diversarum gentium. Avidiæ, Pontiæ, Domitiæ: ex qua hic. nam ejus filia erat Domitia Lucilla Ælii Veri uxor: quem, etsi insidiatoris sui generum, adoptavit Hadrianus. *Idem.*

[2] *Sacrificanti Hadriano.*] Dio Cassius: ὡς ἐν ἱερεῖ ὄντι ἐπιβουλεύσαντες αὐτῷ. Dissentit de modo insidiarum: nisi scripserat ὡς ἐν θυσίᾳ. Utrumque tempus & venationis & rei divinæ aptum insidiis. sunt enim opportuni injuriæ qui alibi mentem habent occupatam. Valerius Maximus de Q. Pompeio consule: *Ambitiosi ducis illecebris corrupti milites, sacrificare incipientem adorti, in modum victimæ mactarunt.* Idem.

[3] *Et multis aliis.*] Hi sunt quibus cùm esset ab Hadriano remissa pœna, cujus est hic nummus: CLEMENTIA. AVG. COSS. III. P. P. *Idem.*

[4] *Quare Palma Terracinæ.*] Optimæ membranæ, *Terracenis*, & confirmat hanc lectionem vetus editio, quæ habet *Tracenis*. *Terracenam* igitur, & *Terracenas* dixere, ut *Tyanam* & *Tyanas*, *Melitenam* & *Melitenas*, in veteri Tabula. Sic Ἄρση & Ἄρσην. & alia infinita. *Salmasius.*

[1] Romam

[qui de imminutis stipendiis querebatur.] Vetus malum in Romano imperio, annuis muneribus gentium barbararum pacem redimere. Quod quid erat aliud quàm probrosa tributi pensione, ad rebellandum animos illis facere? Exemplum à Domitiano primo, quantum memoria teneo, in Remp. introductum. Nam illa pestis Decebalum Dacorum regem, cum armis vincere non posset, annui tributi pensitatione sibi eum placavit. Pernitiosissimum exemplum retinuere omnes deinceps principes in utroque imperio. De Trajano & Hadriano constat ex istis. itaque Spartianus paullò pòst: *A pleriisque regibus pacem redemit.* Sed consuluerunt existimationi suæ Rom. imperatores, cùm pensionem hanc annuam, quæ verum erat tributum, honestiore vocabulo *stipendium* nominarunt, aut *munus*. Herodianus συντάξεις. Salvianus De providentia Dei libro VI. *Ubi sunt antiqua Romanorum opes & dignitates? Fortissimus quondam Romani erant, nunc sine viribus. Terrebant Romani exteros, nos timemus: vectigalia illis solvebant populi Barbarorum, nos vicissim Barbaris solvimus. Venduntur nobis hostes lucri usuram: tot a nobis salus nostra commercium est.* & statim: *Insuper etiam videmus ipsi nos facimus, annum quod pendimus MUNERA vocamus, &c.* Casaub.

senatu jubente, invito Adriano (ut ipse in vita sua dicit) occisi sunt. Unde statim Adrianus ad refellendam tristissimam de se opinionem, quòd occidi passus esset uno tempore quatuor consulares, [1] Romam venit, Dacia Turboni credita, [2] titulo Ægyptiacæ præfecturæ, quo plus haberet auctoritatis, ornato: & [3] ad comprimendam de se famam, [4] congiarium duplex præsens populo dedit, ternis jam [5] per singulos aureis se absente divisis. In senatu quoque excusatis quæ facta erant, juravit se nunquam senatorem

1. *Romam venit.*] Refer huc istos nummos perperam nonnullis acceptos: FORT. RED. COS. III. S.C. & in aliis ejusdem anni, ADVENTVS. AVG. S.C. Rediit autem non pedibus, sed navigio. Alii nummi, NEPTVNO. RED. COS. III. S.C. *Casaub.*

2. *Titulo Ægyptiacæ præfecturæ, quo plus haberet auctoritatis, ornato.*] Tiberii institutum fuit, ut referunt Tacitus & Tranquillus, provinciæ alicujus præfecturam alii deferre, nomine tenus, alii eam regendam credere. Ad id exemplum, etsi mente diversa ac fine, videtur Hadrianus Turbonem Daciæ præfectum, alius præfecturæ titulo ornasse. Ægyptiacæ autem præfecturæ honor illi defertur: quia inter præfecturas ordini equestri proprias, Augustalis Ægypti præcipua fuit dignatio. *Idem.*

Titulo Ægyptiacæ præfecturæ ornato.] Hoc est infulis Ægyptiacæ præfecturæ. ut supra, *infulis ornatum Pannoniæ, & Daciæ ad tempus præfectum*, dixit. hoc vero Daciæ præfectum participat etiam titulo Ægyptiacæ præfecturæ, hoc est insignia illi defert præfecti Augustalis. sic ornamenta consularia cum alicui deferebantur, non Consulem eum factum designabant, nisi titulo tantum & nomine tenus. *Salmas.*

3. *Ad comprimendam de se famam, congiarium duplex præsens populo dedit.*] Sollemne istud Principibus, expelire infamiam suam pulvere aureo. de quâ arte, nimis quam nervose Plinius paneg. ad Trajanum cap. XXVIII. cujus verba, ut & aliorum multa produximus ad Tac. lib. XIII. Annal. cap. 18. *Gron.*

4. *Congiarium duplex præsens populo dedit.*] Referas huc non absurdè nummum: LIBERALITAS. AVG. COS. IIII. addit *præsens*: quia ut plurimum Imperatores pronuntiabant, non repræsentabant congiaria. *Casaub.*

5. *Per singulos divisis.*] Reg. *pro singulis.* minùs eleganter: minùs verè. *Idem.*

* *Statim cursum fiscalem instituit.*] Spartianus dicit: cursum à privatis ad fiscum esse traductum. *τὸ instituit*, refer ad *fiscalem*, non ad *cursum*. Augustus primus publicum & vehicularium cursum instituit. Utilitas inventi pace belloque palàm maxima: sed calamitas non minor illorum, quorum possessionibus sive patrimoniis indicebantur angariæ aut veredi. Cùm autem in cursu publico etiam eorum qui illum usurpabant, sumtus intervenirent; videtur Hadrianus ea lege qua de hic Spartianus, non provincialium consuluisse commodis, sed illorum qui cursum essent usurpaturi. Nam subjungit auctor: *ne magistratus hoc onere gravarentur.* Magistratus hic capio, non urbicos: quid enim illis cum cursu? sed qui irent in provincias, aut per provincias suas iter facerent. Hos jussit Hadrianus, non propriis ipsorum, sed fisci impensis, uti publicis equis. Ante Octavium nihil opus tali subsidio magistratibus provinciarum: cùm præsto ipsis adessent præbendorum mancipes, qui equos, mulos,

rem nisi ex senatus sententia puniturum. * Statim cursum [1] fisca-

mulos, tabernacula, & quicquid ad iter necessarium, de publico exhiberent. Postea verò quàm mutata est per Augustum ratio vetus, & cuique eorum qui in provincias destinarentur, certum quid, ut referunt Suetonius libro secundo, cap. XXXVI. & Dio lib. LIII. fuit attributum pro cujusque dignitate: tum cepêre illi vecturæ sumtus experiri quàm essent magni. His igitur Hadrianus lege ista ivit consultum. *Casaub.*

Statim cursum fiscalem instituit.] Institutio hæc fiscalis cursus ab Hadriano cursum repressit eruditissimorum interpretum, qui scopulo quasi quodam objecto heic repente restiterunt. Sane non potest aliter hic locus exponi, quam Adrianum primum instituisse publicum cursum, cum ante ipsum non esset: idque in gratiam magistratuum, ne in provincias euntes, impensis suis iter facerent. nam *cursum fiscalem* heic vocat Spartianus, quem alii *cursum publicum*, sic *Rèda fiscalis*, Sulpitio Severo lib. III. de vita Martini: *Per aggerem publicum plena militantibus viris fiscalis reda veniebat.* Atqui constat cursum publicum ab Augusto primum institutum, sic enim scribit Suetonius: *Quo celerius ac sub manum nunciari cognoscique posset, quid in provincia quaque gereretur, juvenes, primo modicis intervallis, per militares vias, dehinc vehicula disposuit.* Videtur tamen Augustus ita vehicularium illum cursum instituisse, ut ad eam rem tantum usurparetur, quam ibi notat Suetonius, nempe, ut quid in provinciis gereretur, cognoscere celerius posset, non ut etiam magistratibus aliisque passim hominibus exhiberetur: quod postea factum est, ex instituto Adriani, quemadmodum hic locus aperte ostendit. & ut scias non posse nec debere hæc aliter accipi, en tibi Aurelium Victorem qui hanc institutionem publici cursus Trajano tribuit sub eadem ratione qua Suetonius Augusto: *Simul nosscendis eorum quæ ubique è republica gerebantur admota media publici cursus: quod equidem unum satis utile in pestem Romani orbis versit posteriorum avaritia insolentiaque.* An non satis aperte ac dilucide Trajanum auctorem facit primum, & institutorem publici cursus? nec minus manifesto hoc loco Spartianus Hadrianum. non dubium tamen est ante Trajanum & Hadrianum vehicularium cursum fuisse cognitum vel ab illa institutione Augusti, de qua Suetonius in ejus vita. Nam & vehiculationem Italiæ remissam in veteribus Nervæ nummis legere est. sed & initio vitæ hujus ubi sic scriptum est de Hadriano adhuc privato, *ex qua festinans ad Trajanum ut primus nunciaret excessum Nervæ, à Serviano fratris viro diu detentus, fractoque consulto vehiculo diu tardatus, pedibus iter faciens ejusdem Serviani beneficiarium antevenit.* Vehiculum illud ὄχημα δημόσιον fuisse interpretor. falsi igitur fuerunt Spartianus & Aurelius Victor, hic qui Trajano, ille qui Adriano inventionem publici cursus vindicat. Constat tamen & certum est ante Adrianum magistratibus, cum in suas ibant provincias, non patuisse copiam publici cursus, sed suis sumptibus ire & redire solitos. nec enim alii vehicularium illum cursum usurpabant, quam qui ex provinciis ad principem destinabantur, aut qui à principe in provincias mittebantur, aliquid annunciaturi. nam ad hoc tantum fuit primum institutus. atque ita quidem verum erit, quod ad magistratus, Hadrianum instituisse cursum fiscalem, ne hoc onere gravarentur. nam antea non fuerat, ut ejus facultas daretur magistratibus. Fiscalis igitur reda, & fiscalis cursus, non quod eum fiscus exhibere teneretur, sed quod res fiscales eo transveherentur; ut aurum & argentum sacrarum largitionum, cum ad comitatum principis destinabantur, vestes & aliæ species, quæ fiscales dicebantur. vel fiscalis simpliciter, est δημόσιος. ut contra τὸ δημόσιον, fiscum appellarunt. nec enim publicus cursus dicebatur, quod omnibus esset publicus, aut passim omnibus licentia

[1] fiscalem instituit, [2] ne magistratus hoc onere gravarentur. Ad colligendam autem gratiam nihil prætermittens, [3] infinitam pecuniam quæ fisco debebatur, [4] privatis debitoribus

licentia fieret ejus usurpandi. nam præter magistratus, & illustres, quorum honori potius quam usui hoc deferebatur, ut ait lex XIIII. Cod. Theod. *de cursu publico*, & eos quos ad se princeps evocabat, aut à se dimittebat, nemini prorsus privato, vindicandi publici cursus facultas erat concessa, nec nisi in publicis causis evectiones fieri licebat, aut ad transmittendos largitionales titulos. hic publicus & fiscalis dictus. adde quod ne sub posterioribus quidem imperatoribus omnes magistratus hanc publici cursus usurpationem sibi vindicare audebant, sed illi tantum, *quos sublimissimæ administrationis illustraverat indeptio*, *&c.* ut fertur lege Gratiani, Valentiniani & Theodosii A. A. A. titulo quo supra. Sic varie pro temporibus moderata est publicæ evectionis ratio, & modo latius, modo arctius dispensata, ut dicturi sumus ad vitam Antonini Pii. Favebit etiam huic expositioni quod cursum simpliciter, cursum illum publicum appellent interdum auctores, ut leg. v. Cod Theod. *De curiosis: in his duntaxat in quibus cursus à provincialibus exhibetur*, & leg. III. eod. tit. *Per id tempus quo cursus tuendi sollicitudinem sustinetis.* Sic *cursum instituere fiscalem*, hoc loco esset, instituere ut cursus publicus esset fiscalis: hoc est à fisco exhiberetur. tunc omnino illa verba, *ne hoc onere magistratus gravarentur*, de onere exhibitionis accipi deberent, & de magistratibus municipalibus vel curialibus. non enim minus hoc oncre levati essent rectores provinciarum; si provinciales cursum exhibuissent, quam si fiscus. quod jam supra nobis dictum. Hanc interpretationem qui volet amplectatur, quam fateor maxime verisimilem esse, vel propter illud, *hoc onere*. non possum adhuc tamen à priore mea sententia deduci, *cursum fiscalem*, hoc esse publicum cursum. *Salmas.*

Statim cursum fiscalem instituit.] Haud aliter Pal. etiam noster; male mutatum ab aliis in *inhibuit*. Grut.

1. *Fiscalem cursum.*] *Fiscalis cursus* & *cursus publicus* idem. sic *res publica*, & *res fiscales*. Salmas.

2. *Ne magistratus hoc onere gravarentur.*] Ut in auctore & institutore primo publici cursus dissident Victor & Spartianus, sic in causa quoque institutionis. ille enim ad hoc institutum refert, ut ocius noscerentur annunciarenturq; principi quæ ubique terrarum e rep. gerebantur. in quo falsus est. nam longo ante Trajanum tempore jam Augustus vehicularium cursum instituerat in hoc, ut citius & sub manum posset noscere, quid in provinciis gereretur. Spartianus autem non Trajanum, sed successorem ejus Hadrianum auctorem publici cursus agnoscit, & causam institutionis hanc fuisse vult, ne magistratus hoc onere gravarentur, hoc est ne suis impensis iter facerent, cum in provincias suas mittebantur magistratus. δημοσία vero ἰωπδεν, non est cursum publicum usurpare, ut censet vir undequaque doctissimus. nam quibus dabatur δημοσία ἰωπδεν ab Imperatore, illi erant qui publico equo donabantur, ut infra multis docebimus. *Idem.*

3. *Infinitam pecuniam quæ fisco debebatur.*] Fisci nomine etiam populi Rom. ærarium debes hic intelligere. *Casaub.*

4. *Privatis debitoribus in urbe atque Italia.*] Separat debita civium urbanorum atque Italicorum à debitis provincialium. Omnes perinde fisco tenebantur: sed diverso modo. cives urbani & Italici privatim ex diversis caussis: putà, legatis testamentorum, administratione rerum fisci, aut ærarii, item ex mulctis, & similibus: provinciales homines etiam publicè tributorum reliqua debebant. *Idem.*

1. *In*

toribus in urbe atque Italia, [1] in provinciis verò etiam [2] ex reliquis [3] ingentes summas remisit, [4] syngraphis in foro divi Trajani, quo magis securitas omnibus roboraretur, incensis. [5] Damnatorum bona [6] in fiscum privatum redigi

1. *In provinciis vero etiam ex reliquis.*] Eusebius in Chronico : Ἀδριανὸς χορηγὸν ἀφειλάτο τῶν ὑπ' αὐτὸν πόλεων καὶ πολιτῶν, &c. igitur τὰς ὑπ' αὐτὸν πόλεις, non aliter interpretari possumus, quam provincias omnes imperii Romani, vel urbes omnes quæ sub imperio erant, vel imperatore. itaque indefinitè provincias dixit Spartianus : *provinciis ex reliquis ingentem summam remisit.* nam τῶν ὑπ' αὐτὸν πόλεων καὶ πολιτῶν, idem significat. Et non dubium est quin Eusebius, per Γ'ωμαίους cives urbanos & Italicos intellexerit : per πόλεις vero, καὶ πολίτας, provincias & provinciales. nam sub Hadriano adhuc observabatur illud discrimen, inter cives Romanos, & provinciales, quod postea sublatum est lege Antonini Pii, qua civitas omnibus data. *Salmas.*

2. *Ex reliquis.*] Non rectè priùs editi, *reliquis* : etsi dicunt Græci & ὑπολείμμασιν & λοιπάδεσι. dicunt & λοιπά. Gloss. λοιπὰ, *reliqua*, *reliquorum*. Casaub.

Ex reliquis ingentes summas remisit.] Palatinus codex, & Mediol. editio, *ex reliquiis*. Non puto tamen *reliquias* ab auctoribus in hoc sensu usurpari. sed *reliqua* semper dicunt, Græci λοιπάδες, & λοιπογραφίαι. & *reliquiæ* proprie sunt λείψανα. *Salmas.*

3. *Ingentes summas remisit.*] Definit vetus lapis summam hujus indulgentiæ. IMP. CAESAR. TRAIANVS. HADRIANVS. AVG. P. M. TR. P. COS. III. RELICTA. VETERA. HS. NOVIES. MILL. ABOLITA. ait VETERA : hoc est proximorum sedecim annorum : quo spatio liberalitas hæc ab Hadriano circumscripta, teste Dione. *Casaub.*

4. *Syngraphis in foro incensis.*] Eccere hoc multi principes : qua de re ad Suetonium multa, libro secundo, c. XXXII. *Idem.*

Syngraphis in foro Trajani, &c.] Cassiodorus in chronico : *Aviola & Pansa, his consulibus reliqua tributorum urbibus relaxavit, chartis publicis incensis, plurimos etiam ipsis tributis liberos fecit.* At vetus collectio chronicorum ex Thoromacho sic habet : *Adrianus utraque lingua eruditus benigniter tributa urbium plurimarum relaxavit : polepticis publicis incensis plurimos à tributis liberos fecit. polepticæ*, pro *polypticæ*. sic enim scribebant, ut *megalinæ pelles*, apud vetustum auctorem pro *mygalinis*. Polyptica igitur, & syngraphæ, & chartæ publicæ, pro eodem. laterculum & indicem, etiam hodie *poliarium* vocamus, quasi *polypticarium*. Salmas.

5. *Damnatorum bona.*] Male dubitari video, utrum omnium, an illorum tantum quattuor consularium, de quorum damnatione paulo ante loquutus est auctor. nullo modo dubitandum est quin omnium. *Idem.*

6. *In fiscum privatum redigi vetuit.*] Quasi alius esset fiscus præter privatum principis. Sed abutuntur vocibus *fiscus* & *ærarium* mediæ ætatis scriptores. *Casaubonus.*

In fiscum privatum redigi vetuit.] *In fiscum privatum*, εἰς τὸ βασιλικὸν. fiscus, & ærarium σημαίνουσι sunt. sed magis proprie, fiscus de principis ærario : ita enim usus obtinuit. Confundunt tamen auctores, & privatum ærarium, & privatum fiscum appellant, τὸ βασιλικὸν πεκούλιον. publicum autem, populi ærarium. Sic Dio, aliique scriptores Græci, τὸ βασιλικὸν τῷ δημοσίῳ opponunt : privatum nempe ærarium publico. *Salmas.*

redigi vetuit, [1] omni summa in ærario publico recepta. [2] Pueris ac puellis, quibus etiam Trajanus alimenta detulerat, incrementum liberalitatis adjecit. [3] Senatoribus qui non vitio suo decoxerant, patrimonium pro liberorum modo senatoriæ professionis explevit, ita [4] ut plerisque [5] in diem vitæ suæ [6] dimensum [7] sine dilatione præstiterit. [8] Ad honores explendos non solùm amicis, [9] sed etiam pessimis

1. *Omni summa in ærarium publicum suscepta.*] Invenio scripturam longè aliam in regio: ubi totus locus ita est conceptus: *Damn. b. in f. pr. v. vetuit. omnem summam in ærario publico receptam, pueris ac puellis, quibus e. T. a. d. incrementum liberalitatis adjecit.* Casaub.

Omni summa in ærarium publicum suscepta.] Non sollicitanda hæc scriptura, nec distinctio. cave enim illam admittendam censeas, quam in suo Regio reperi testatur vir eruditissimus. nihil ea falsius. *Salmas.*

2. *Pueris ac puellis, quibus etiam Traj.*] Veteri lege ante undecimum ætatis annum pueri ad frumentationem non admissi. Primus gratiam fecit annorum Augustus, ut narrat Suetonius, vitæ ejus, cap. XLI. Sed Augusti beneficium ad unam aut fortasse alteram ipsius liberalitatem pertinuit, non immutata lege veteri: quam primus ille Optimus principum labefactavit etiam cum pueris & puellis hoc jure communicato. Quo nomine meritò laudatur in illo perfectæ artis panegyrico Plinii. *Casaubonus.*

3. *Senatoribus patrimonium explevit.*] Suetonius in Vespasiano, *Explevit censum senatorium.* Exemplum ab Augusto. Suetonius, cap. XLI. *Senatorum census amplíavit, supplevitque non habentibus.* Sed illud Hadriano proprium, quòd *pro liberorum modo* cuique census expletur senatoriæ professionis. Addit, *qui non vitio suo decoxerant*: quia in decoctores severè animadvertit Hadrianus, ut narratur inferiùs. *Idem.*

4. *Ut plerisque in diem vitæ suæ dimensum sine dilatione restituerit.*] Palat. *restituerit*: adeo ut videatur fuisse *præstiterit.* Grut.

5. *In diem vitæ suæ.*] Διὰ βίου. Mira locutio: nam dies obitus intelligitur, sive ultimus vitæ. alius dixisset, usque ad mortem. Sic vivere pro mori. Capitolinus in Vero: *Non imperandi secutus ordinem sed vivendi.* Id est, vitam implendi & moriendi, ut ibi exponemus. *Casaub.*

In diem vitæ suæ.] Dies heic pro tempus, & *in diem vitæ suæ*, nihil aliud vult, quam *in vitam suam*, vel *in vitæ suæ tempus*, quod Græci Δίς βίου dicunt. sic in mensem, in annum durare, & similia. sic *in diem*, pro in tempus, vel in longi temporis dilationem accipitur apud Terent. *Salmas.*

6. *Dimensum sine dilatione restituerit.*] Lego *præstiterit*, aut, *exhibuerit.* Est enim *restituere* debitori proprium verbum, non beneficium præstantis. *Casaubonus.*

7. *Sine dilatione restituerit.*] Restituuntur, quæ ab aliquo abierunt, sed præstantur, quæ nondum cuiquam contigerunt. legendum igitur hoc loco, *præstiterit*, ex fide & auctoritate vetusti Codicis. *Salmas.*

8. *Ad honores explendos, non solùm amicis, sed etiam passim aliquantis, multa largitus est.*] Adscripta item Palatino aliorum lectio, *sed etiam pessimis.* verùm ipse alteram retinet. rectè. idem enim dicit quod Tac. lib. IV. Annal. cap. 64. *Sine ambitione, aut proximorum precibus, ignotos etiam & ultro accitos munificentia juverat.* ubi nos de vera largitione, plura. *Grut.*

9. *Sed etiam passim aliquantis.*] Regius,

simis aliquantis multa largitus est. Fœminas nonnullas ad sustentandam vitam [1] sumptibus juvit. Gladiatorium munus per sex dies continuos exhibuit, & [2] mille feras natali suo

gius, *sed passimis etiam al.* atque ita descripsit Robertus Bonon. sanè pessime: nam verum est *passim*: id est, χύδην & sine privatæ amicitiæ respectu, ut quemque fors obtulerat Hadriano ejus opis egentem. inde *passivus* apud Tertull. & Firmium, & *passivitus*, quod aliis passim. *Aliquantis* pro aliquot, ut *tanti* pro tot, *quanti* pro quot, apud Tertullianum & omnes inferiores scriptores nusquam non. Sic apud Græcos τόσος & ποσοστός confunduntur. *Casaubonus.*

Sed etiam passim aliquantis.] Quidquid placeat eruditissimo Casaubono, non mihi placet hoc loquendi genus, *passim aliquantis*. quæ passim dantur, omnibus fere dantur. omnes certe libri manu exarati, & editiones anteriores agnoscunt, *passimis aliquantis*. nec aliter in suis offendit scriptum Casaubonus, quam tamen lectionem ipse pessimam judicavit. ego contra, tot librorum consensu facile permovear, ut optimam esse judicem. quærendum duntaxat qua significatione hoc dicantur *pessimi*. *pessimus* non semper τὸ κάκιστον significat, sed etiam vilem, & infimum. Glossæ: *pessimus*, ἔσχατος, κάκιστος. χείριστος· nec caret ratione. nam *pessimus* à *pessum* veteri voce, quæ κάτω significat. unde *pessum dare*. ita vocem *pessimum* usurpavit Sallustius in Jugurthino: *primi, pessumique*. quid si pessimos hoc sensu hoc interpretamur? ut Hadrianus non solum senatoribus patrimonium expleverit, & amicis suis, honoratis scilicet viris, ad honores explendos multa largitus sit, sed etiam pessimos aliquantos, viles scilicet, & infimas personas liberalitate juverit? videtur id confirmari eo quod sequitur, fœminas nonnullas ab eodem fuisse sumptibus adjutas. liceat etiam pessimos accipere, nequam homines, πονηρούς, & qui vitio suo decoxerant. nam supra dixit Hadrianum multis senatoribus qui non vitio suo decoxerant, senatorium censum suppleviſſe. at nunc dicat eum & multis etiam multa largitum esse malæ vitæ hominibus. *Salmas.*

1. *Sumptibus juvit.*] Id est pecunia. M. Tullius, *pecuniæ collocandæ ratio est, quæ perpetuos sumtus suppeditet*. Infrà, *& servis eum donavit & sumtibus*. sic cùm dicimus, *magnis sumtibus redimere aliquid*. Paulinus in vita Ambrosii, *Cui non minimum solatii sacerdos præbuit, dando de sumtu, vel alia quæ erant necessaria*. Separat victum διὰ τὴν ἐπιτηδείων. cùm tamen sæpe idem sint. Inde *exercere sumtum diurnum*, locutio ejus seculi, pro χρηματίζειν, προσέχειν αὐτῷ τοῖς ἐπιτηδείοις, vel τοῖς καθ' ἡμέραν. *Casaub.*

Sumptibus juvit.] Cave *sumptus*, hoc pro alimentis accipias. *sumptus* pecuniam proprie significat, apud illius ætatis auctores. Sic vox *sumptus* accipitur in lege 11. Cod. Theod. de concuſſ. advoc. *Nec latet manſuetudinem noſtram ſæpiſſime ſcholaſticos ultra modum acceptis honorariis in defenſione cauſarum omnium & annonas & ſumptus accipere conſueſſe.* Ubi *sumptus* manifesto sunt pecuniæ. hinc *sumptum diurnum exercere*, est quæstum diurnum exercere, & pecuniam colligere ex mercedibus operæ diurnæ. Sic Græci ἀναλώματα pecuniam dicunt. Seneca *insumptum* dixit pecuniam quæ insumitur, exemplo Græcorum, qui ἀναλώματα. lib. 11. de Benef. cap. x. Paulinus in vita Ambrosii: *Cui non minimum ſolatii ſacerdos præbuit, dando ſumptus, vel alia quæ erant neceſſaria*. nam ibi *sumptus* est pecunia: *alia* autem *necessaria*, τὰ ἐπιτήδεια, quæ Græce pro victu accipiuntur. *Salmas.*

2. *Mille feras natali ſuo exhibuit.*] Dio

8 suo edidit. Optimos quosque de senatu [1] in contubernium imperatoriæ majestatis adscivit. Ludos circenses, præter natalitios, decretos sibi sprevit: [2] & in concione & in senatu sæpe dixit, [3] *Ita se rempub. gesturum* [4] *ut sciret populi rem esse, non propriam.* [5] Tertio consules, quum ipse ter fuisset, plurimos fecit. Infinitos autem secundi consulatus honore cumulavit. Ipsum autem tertium consulatum, & quatuor mensibus tantùm egit, & in eo sæpe jus dixit. [6] Senatui legitimo quum in urbe vel juxta urbem esset, semper interfuit. Senatus fastigium in tantum extulit, difficile faciens senatores, ut quum Tatianum [7] ex præfecto prætorii, orna-

Dio centum leones & leas totidem ludis natalitiis simul exhibuisse Hadrianum scribit. ut mirum non sit universas eorum ludorum feras tot numero fuisse, quot ait Spartianus. *Casaub.*

1. *In contubernium imperatoriæ majestatis.*] Hoc est, in consilium suum, & ad de publicis rebus consultationes. hoc enim vocat contubernium imperatoriæ majestatis. Sic Augustus è senatoribus consilium sibi instituit, cum quo de negotiis ad frequentem senatum referendis antè tractaret. Suet. c. xxxv. *Idem.*

2. *Et in concione & in senatu sæpe dixit.*] Robertus à Porta olim legit, *& in consilio & in s.* Idem.

Et in concione, & in Senatu sæpe dixit.] Ita quoque Pal. *Gron.*

3. *Ita se Rempublicam gesturum, ut sciret populi rem esse, non propriam.*] Egregiè. bonus enim Princeps, nihil aliud quàm procurator. de quâ re egimus ad Taciti lib. I. Hist. cap. 49. *Pecuniæ alienæ non appetens, suæ parcus, publicæ avarus.* Idem.

4. *Ut sciret populi rem esse, non propriam.*] Eadem mens illius φιλοσοφωτάτου imperatoris Marci, de quo Dio Cassius, ὁ Μάρκος παῖς τε βελῆς καὶ δήμου καὶ τοῦ κοινοῦ, καὶ πάντα ἀληθῶς εἶναι. Alexander quoque Severus dispensatorem se publicum solitus appellare. *Cujacius.*

5. *Tertiò consules, cùm ipse ter fuisset, plurimos fecit.*] Quinam sunt isti tertiò consules ab Hadriano facti? nam in fastis consularibus vix unum invenias aut alterum. atqui Spartianus ait factos plurimos. vereor ne oratoriè nimis. Sed interiere videlicet horum nomina, ut ferè omnium suffectorum consulum: quos memoriæ hominum ereptos fama obscura recondit. Cur autem non & quartò consules quosdam fecit? Ejus rei rationem reddit hanc Spartianus: cùm ipse ter fuisset. Res nempe absurda futura erat, si aliquis reperiretur, qui sæpius quàm Imperator consul fuisset: neque hoc moderatio & pudor tunc hominum sustinuisset. Observabamus ad quartum Suetonii, mansisse consulatui summum honorem, etiam post imminutum, & penitus enervatum ejus robur. *Idem.*

6. *Senatui legitimo.*] Exposuimus ad Suetonium lib. II. cap. xxxv. *Idem.*

7. *Ex præfecto prætorii faceret senat.*] Nam præfectura prætorii ex Mecænatis consilio, quod ille Augusto dedit, ut refert Dio libro LII. penes equestrem ordinem diu mansit: rarissime ad præfecturam vocatis qui ordinis essent senatorii: de Tito observat Suetonius. Mutavit hoc institutum Alexander Severus: qui narrante Lampridio, *præfectis prætorio suis senatoriam addidit dignitatem.* Idem.

1. *Equi-*

ornamentis consularibus præditum, faceret senatorem, nihil se amplius habere quod in eum conferri posset, ostenderit. [1] Equites Romanos, nec sine se de senatoribus nec secum judicare permisit. Erat enim tunc mos, [2] ut quum princeps causas cognosceret, & senatores & equites Romanos [3] in consilium vocaret, & sententiam ex omnium deliberatione proferret. Execratus est denique principes qui minus senatoribus detulissent. Serviano sororis viro, cui tantum detulit [4] ut ei venienti de cubiculo semper occurrerit, tertium consulatum, [5] nec secum tamen, [6] quum ille bis ante Adrianum fuisset, [7] ne esset

1. *Equites Romanos nec sine se de senatoribus.*] Capitolinus in Marco, *Hoc quoque senatoribus detulit, ut quoties de eorum capite esset judicandum, non paterentur equites Romanos talibus interesse consilio.* Judicabat tamen de senatoribus præfectus prætorio, qui rarissimè factus ex ordine senatorio: idque ad Alexandrum Severum video obtinuisse: qui, ut scribit Lampridius, *ideirco senatores esse voluit præfectos prætorii, ne quis non senator, de Romano senatore judicaret.* Cognovit & præfectus urbi de senatore: ut ex Dione & libris juris constat. *Idem.*

2. *Ut cum princeps causas cognosceret.*] Vet. ed. cum Palatinis membranis, *causas agnosceret.* Salmas.

3. *In consilium vocaret, sententiam ex omnium sententia diceret.*] Inserenda particula, *& : in consilium vocaret, & sententiam ex omnium deliberatione proferret.* Idem.

4. *Ut ei venienti de cubiculo semper occurreret.*] Ita moris fuit comioribus principibus, & magis civilibus. *Casaub.*

5. *Nec secum tamen.*] Scias dedisse hoc Hadrianum Serviani moribus: qui etiam in illa extrema ætatis suæ regula φθογγολαλίας τὸ ὦ, regiosque adeò animos gerebat: quo & nomine tandem sibi pernitiem accivit. Nam quod vel ipse, vel conscius morum ejus imperator, parum putavit honorificum; id videas ab aliis expetitum ambitiosissimè: ut collegæ in consulatu essent principis. Quare Trajanus tertium consulatum ideo in plures produxit menses, ut duos summos viros pariter consules tertiò, collegas sibi alterum post alterum posset facere. Sanè tanti honor iste habitus est, ut eum postea principes privatis inviderint: sed restituit Julianus. *Idem.*

6. *Quum ille bis ante Hadrianum fuisset.*] Spartianus supra: *Prætor factus est sub Surano bis, Serviano iterum Cos.* Quod falsum: eo enim anno primum Consulatum cepit. Secundum autem Consul fuit cum L. Fabio Justo, tertio post Hadriani primum Consulatum anno, ut ex vetustis lapidibus constat, in quibus ita scribitur non uno loco: C. Ubio. Serviano. II. et. Justo. coss. alibi autem in iisdem lapidibus nominatur, *C. Julius Servilius, Ursus Servianus.* sic non bis ante Hadrianum Consul fuerit Servianus, sed semel tantum. Tertium autem Consulatum, cujus heic apud Spartianum mentio, gessit cum Vibio Varro, quem Verum vocari vult Onuphrius. perperam. nam is, C. Ubius Juventius Varus dictus est, ut nos alibi dicemus. *Salmas.*

7. *Ne esset secundæ sententiæ.*] Ipsene an Servianus? Hadrianum imperatoria majestas supra collegam efferebat: Servianum, si antiquis moribus fuisset lo-

esset secundæ sententiæ, * non petenti ac sine precatione con-

cus, ætas, & quòd, ut Spartianus ait, bis ante Adrianum consul fuisset. Primæ aut secundæ sententiæ esse dicebantur propriè senatores, non autem consules. horum erat relatio; illorum sententiæ dictio. Primi sententias rogabantur coss. designati: aut si ii nulli essent, princeps senatus. quare *primæ sententiæ senator*, & *princeps senatus* tantundem valent. Trebellius Pollio in Pisone tyranno; *Aurelius Fuscus consularis primæ sententiæ, qui in locum Valeriani successerat.* Valerianum autem Capitolinus in Gordianis vocat *principem senatus.* Trebellius, *clarissimum principem civitatis.* Casaub.

Ne esset secundæ sententiæ.] Hæc verba, *ne secundæ sententiæ esset*, aut de Serviano, aut de Hadriano dictum accipiamus. utrumlibet autem exponendi modum amplectaris, falsus & absurdus apparebit. in vicino remedium: nihil enim propius est, quam hæc verba falsi arguere & expungere, quæ sciolus aliquis in hunc locum insulsit, qui rationem huic desiderari putabat, quare Hadrianus non secum tertium Consulatum Serviano detulisset; & eam quam maxime verisimilem reperiebat, ad oram Codicis adposuerat, quæ postea in contextum admissa est. Sic igitur totus hic locus legendus, & constituendus ejectis insertitiis illis verbis: *Serviano sororis viro, cui tantum detulit, ut ei venienti de cubiculo semper occurreret, tertium Consulatum, nec secum tamen, cum ille bis ante Hadrianum fuisset, non petenti ac sine precatione concessit.* Spartianus paulo ante, ut Hadrianum senatoribus multum semper detulisse, & civilem in omnibus principem egisse ostenderet, scripsit eum tertio Consules plurimos fecisse, cum ipse ter fuisset: sic numero Consulatuum plures sibi exæquasse. eumdem hunc honorem tertii Consulatus Serviano non petenti ac sine precatione concessisse huic dicit. non illud solum magnum, quod tertium consulatum, nam multis hoc dederat, sed quod non petenti. addit Spartianus, *non tamen secum.* quod pertinet ad imminutionem honoris isti Serviano ab imperatore concessi. nam majus, & magis honorificum ipsi fuisset, si collega Hadriani in hoc tertio Consulatu factus esset. Honorem enim Consulatus istud non parum augebat, eum magistratum cum principe gerere, & principis collegam esse. tantum vero abest ut cuiquam minime honorificum fuerit, collegam Cæsaris in consulatu fieri, quod de Serviano putarunt ad hunc locum eruditi, ut etiam de fastigio suo descendere quodammodo existimaretur imperator, & in æquum venire cum privatis, dum eum honorem non solus, sed cum altero gereret. Suetonius in Octavio: *Exegit autem, ut quoties sibi consulatus daretur, binos pro singulis collegas haberet: nec obtinuit, reclamantibus cunctis, satis majestatem ejus imminui, quod honorem eum non solus, sed cum altero gereret.* Hinc factum, ut omnes post Diocletianum principes hunc honorem privatis communicare desierint, usque ad Julianum, qui veterem morem restituit, & collegam sibi in consulatu unum ex privatis adscivit. refert Amnianus. non igitur hoc honori Serviani dedit Hadrianus, quod eum secum consulem non fecerit, πρόπαν γε κῆρ δεῖ, nec hic sensus hujus loci. Contrarium plane ostendit Spartianus, illa voce, *Tamen concessit*, inquit, *tertium Consulatum Serviano, cui plurimum deferebat, non petenti ac sine precatione, non secum tamen.* Quibus verbis aperte significat unum istud defuisse honori, quem Serviano concessum ivit Hadrianus, quod non secum eum illi honorem indulserit, nec collegam sibi in tertio Consulatu fecerit. quæ sequuntur autem, *quum ille bis ante Hadrianum fuisset*, eo pertinent, ut demonstret Spartianus, Hadrianum si voluisset potuisse Servianum secum tertio consulem nuncupare. nam cum hic Servianus bis consul ante Hadrianum fuerit, tres vero Consulatus post Servianum

concessit. [2] Inter hæc tamen & multas [2] provincias à Tra- 9
jano acquisitas reliquit: & [3] theatrum quod ille in campo Martio posuerat, contra omnium vota destruxit. Et hæc quidem eo tristiora videbantur quòd [4] omnia quæ displicere vidisset Adrianus, [5] mandata sibi ut faceret decreto Trajani esse simulabat. [6] Quum Tatiani, præfecti sui & quondam tutoris, potentiam ferre non posset, nisus est eum obtruncare: sed revocatus est, quia jam quatuor consularium occisorum, [7] quorum quidem necem in Tatiani con-

vianum iterum consulem gesserit Hadrianus, poterat Servianum in uno ex his tribus consulatibus collegam sibi assumere, & tertio consulem facere. quod tamen non fecit, sed tres iniit & cepit Consulatus, antequam tertium Serviano deferret. Causam non adjecit Spartianus, quare Serviano cum tertium Consulatum daret Hadrianus, non secum tamen dederit. Extitit glossator quidam, ineptissimus homo, qui divinaret non aliam esse posse, quam *ne secundæ sententiæ esset.* quæ quam absurda sit & falsa, nemo non ex iis quæ diximus, poterit intelligere. *Salmas.*

* *Non petenti, ac sine precatione concessit.*] Aliud quid fuit in Pal. codice, loco illo *non*; sed quod ita erasum est, ut nihil appareat vocis prioris. *Grut.*

1. *Inter hæc tamen & multas provincias à Trajano acquisitas reliquit.*] Diverse hoc Hadriani factum homines accepere. quidam enim id eum in invidiam rerum gestarum gloriæque Trajani, alii callido consilio fecisse interpretati sunt, quasi astute donaret illud quod retinere non poterat: Dio vero inconsiderate & inconsulte Persis postulantibus eam provinciam à Trajano acquisitam concessisse. *Salmas.*

2. *Provincias à Trajano acquisitas.*] Sic auctor Græcus: Κατέλιπεν ἀπὸ Τραϊανοῦ Μεσοποταμίαν. *Idem.*

3. *Theatrum quod ille in campo Martio posuerat.*] P. Victor in descriptione Urbis, *Trajani porticus in campo Martio.* theatri, ut ab Hadriano destructi, mentio nulla. *Casaub.*

4. *Omnia quæ displicere vidisset Hadrianus.*] Astutia non incommoda, ad minuendam præsentium invidiam; ut ostendimus ad Tac. lib. 1. Ann. cap. 6. *Patris jussa simulabat.* Grut.

5. *Mandata sibi ut faceret decreto Trajani.*] Vetus ars principum ad declinandam tristioris facti invidiam. Sic Antonius & Octavius, omnia ex tabulis Cæsaris fingebant se facere: Tiberius ex Augusti præceptis. *Casaub.*

Mandata sibi ut faceret decreto Trajani esse simulabat.] Optimæ membranæ: *decreto à Trajano.* vet. ed. *decretaque Trajano.* legendum putarim: *Et hæc quidem eo tristiora videbantur, quod omnia quæ displicere vidisset Hadrianus, mandata sibi ut faceret, & decreta Trajano esse simulabat.* Ea decrevisse facere Trajanum, & sibi mandasse ut faceret. legi etiam posset, *decreta à Trajano*, ex fide veteris Editionis. *Salmas.*

6. *Et quum Tatianum ex præfecto prætorii.*] Vet. ed. *Atutinum*, & paulo post, *quorum quidem necem in Tatiani consilia referebat, in Attatiani* habet. utrobique legendum *in Attiani.* diximus de hoc *Attiano* supra, qui tutor Hadriani fuit, quemque perperam viri docti, & inter hos Onuphrius cum Titiano confundunt, qui anno decimo imperii Hadriani Consul fuisse memoratur cum Gallicano. nam hic Attianus nunquam Consul fuit, sed consularibus tantum ornamentis præditus. *Idem.*

7. *Quorum quidem necem in Tatiani consi-*

consilia refundebat, premebatur invidia. [1] Cui quum successorem dare non posset [2] quia non petebat, id egit ut peteret: atque ubi primùm petiit, in Turbonem transtulit potestatem: [3] quum quidem [4] etiam Simili alteri præfecto, Septicium Clarum successorem dedit. [5] Summotis his à præfectura quibus debebat imperium, Campaniam petit: ejusque omnia oppida beneficiis & largitionibus sublevavit, [6] optimum quenque amicitiis suis jungens. Romæ verò

consilia refundebat.] Regius, *quorum quidam necem in Arciani consilia refundebat.* Ἀνεχώνευσε est, *refundere*, pro transfundere, vel transferre, & ut vertitur in Glossis, μεταβαλεῖν. propriè est μεταχεῖν. Jurisconsultis ἀναλύειν τὴν δωτεάνλιν: cùm restituitur facta impensa. Apud Apollonem in Claudio, *loricam refundere*, *cocum refundere*: reddere cùm fueris usus. *Casaub.*

1. *Cui cùm successorem dare non posset.*] *Dare successorem* alicui dicebant, ut verbi invidiam mollirent, pro summovere, exauctorare, καθαιρεῖν. paullò post, *Septitio Claro & Suetonio Tranquillo successores dedit.* Lampridius in Alexandro Severo, *Si unquam alicui præsentium successorem dedit, semper illud addit, Gratias tibi agit Resp.* sic *mittere successorem*, & Δεξιοῦσθαι πέμπειν apud Herodianum pro abrogare alicui imperium. *Idem.*

2. *Quia non petebat, id egit ut peteret.*] Procul dubiè arte aliquâ simili, quam descripsit Tacitus in vitâ Agricolæ capite XLII. ubi hæc examinamus pensius. *Grut.*

3. *Quum quidem Simili alteri præfecto Septicium clarum.*] Non potest ex Dione colligi duos illa tempestate fuisse præfectos prætorio dissentit etiam Spartianus à Dione de hoc Simili. nam videtur Spartianus heic innuere Hadrianum Simili offensum, successorem ei dedisse ut Attiano. sequitur enim, *Summotis his à præfectura, quibus imperium debebat, Campaniam petiit.* Contrarium plane scribit Dio, qui & Similem invitum ad præfecturam venisse, ac brevi illam tempore administrasse ac statim sponte sua dimisisse narrat, cum vix id impetrasset: Καὶ τὸν τῶν δορυφόρων ἄρχοντα ἀκων τότε ἔλαβε, καὶ λαθὼν ἐξέστη· μόλις δ' ἀφιεὶς τὴν ἀρχὴν ἤνυσε· ἐπὶ τῇ τε λοιπῇ & βίᾳ δίαιτα. *Salmas.*

4. *Etiam Simili alteri præfecto.*] Erant igitur illa tempestate duo præfecti prætorio: quod jam inde ab Augusto interdum accidisse observat Dio. postea auxit varie numerus. Similem in præfectura collegam Tatiani tollit in cælum laudibus Dio, & ex eo Zonaras, Cedrenus, alii. Vellem tanti viri proprium nomen & prænomen ne nobis invidissent. *Casaub.*

5. *Summotis his à præfecturâ, quibus debebat imperium.*] Aliud obtinebat sæculo aureo. de quo sic Seneca epist. XC. *Officium erat regnare, non regnum. nemo quantum posset, adversus eos experiebatur, per quos caverat posse.* de qua modestia nos plura ad illa Taciti lib. IV. Ann. cap. 57. *Grut.*

6. *Optimum quemque amicitiis, &c.*] Etsi de Campanis hominibus solum videtur loqui, est tamen verum etiam in aliis. Dio observat & Romæ & in provinciis optimum quemque in contubernio suo habuisse Hadrianum: cum iis cœnitasse; atque adeò ire pe quartum in curru vectum. *Casaub.*

Optimos quosque amicitiis suis jungens.] Optimos quoque in amicorum numero habuisse Adrianum non semel dixit Spartianus. Hinc confirmatur expositio nostra loci illius ita à nobis emendati supra: *Non solum amicis ad explen-*

rò [1] prætorum & consulum officia frequentavit, conviviis amicorum interfuit. [2] Ægros bis ac ter die, & nonnullos equites Romanos ac libertinos, visitavit, [3] solatiis refovit, consiliis sublevavit, conviviis suis semper adhibuit. omnia denique ad privati hominis modum fecit. [4] Socrui suæ honores præcipuos impendit ludis gladiatoriis [5] cæterisque officiis. [6] Post hæc profectus in Gallias, [7] omnes causariis liberalitatibus sublevavit. Inde in Germaniam transiit: pacif-

explendos honores, sed etiam pessimis aliquantis multa largitus est. Quæ verba hoc volunt, non optimis tantum quibusque, quales erant omnes amici Hadriani, sed etiam pessimis aliquantis, multa ab Hadriano donata. *Salmas.*

1. *Prætorum & consulum officia frequentavit.*] Ita imperatorum consessimus quisque. De Augusto & Suetonius & Dio multa: qui etiam de Trajano refert similia. De istis officiis diximus ad Suet. libro secundo, capite IIII. *Casaub.*

2. *Ægros bis ac ter die.*] Qui præsertim gravius ægrotarent. Dio, τὺς πάνυ νοσοῦντας φίλους ἐπισκέπτετο· potest verti, *amicos gravius ægrotantes visitavit.* Spartianus infrà, *ægros militès in hospitiis suis visitat.* Apparet magni Romanos officii genus hoc æstimasse, cujus adeò frequens in vitis imperatorum mentio. *Idem.*

Ægros bis ac ter die.] Sic & Pal. noster. *Grut.*

3. *Solatiis refovit.*] *Solatia* heic, mea quidem sententia, non sunt simplices allocutiones, quibus adversus ægrotantes amicos defungimur, cum eos invisimus, sed aliquid plus quam verba vox hæc significat hoc loco. *Solatia* pro alimentis & salariis accipiebat non solum sequior & posterior ætas, sed etiam illa quæ optimæ, & antiquæ propior. exempla passim obvia, & jam pridem ab eruditis viris hoc observatum in Cod. Theod. *solatiis pro mercedula præstitis.* Commoda & salaria militiæ, *solatia* appellant imperatores in Codice. Justinianus etiam *puncta* dixit Cod. de advocat. diversi jud. inde *adpunctari* vulgo dicimus, cui salarium constitutum est, & *dispungere* donare. hinc *dispunctores, donatores* in veteribus Glossis. *solatiis* igitur *refovit*, heic apud Spartianum est, muneribus missis, aut necessariis quibusdam ad ægros sublevandos & sustentandos juvit. *Salmas.*

4. *Socrui suæ honores præcip.*] Marcianæ sorori Trajani: quam etiam Augustæ nomine fuisse decoratam, nummi testantur & saxa. Eadem mortua in deos relata, & DIVA est appellata. Ludi gladiatorii solennis honos funereus omnium Augustorum. *Casaub.*

5. *Cæterisque officiis.*] Significat etiam sacerdotes & flaminicas Marcianales illi ab Hadriano institutas. Leges in veteri saxo inter cætera, SEVERINAE. SACERDOTI. DIVAE. MARCIANAE. *Idem.*

6. *Post hæc profectus in Gallias.*] *Post hæc*, id est, postea quam reversus è bello Sarmatico, res urbanas & Italicas ordinasset. Hæc secunda Hadriani ex Urbe profectio extra Italiam. *Idem.*

7. *Omnes causariis liberalitatibus sublevavit.*] Regius, *causariis liberalitatibus s.* alii aliter. *Causaria liberalitas* ita dicta, ut missio causaria, nam vocabulum *caussa*, etsi natura sua μέσον, in deteriorem tamen partem accipiebant: quod & in aliis dictionibus multis accidit, ut τύχη, συμφορὰ, *casus*, *calamitas*, aliis. inde est *caussa* pro morbo, apud Marcellum Empiricum, *in caussa essi* pro νοσεῖν eidem, paullo aliter apud

paciſque magis quàm belli cupidus, militem, quaſi bellum immineret, exercuit, tolerantiæ documentis eum imbuens, [1] ipſe quoque inter manipulares [*] vitam militarem magiſtrans,

Scribonium Largum, *medicamentum cauſſam faciens*, capite xcr. cùm vim ſuam incipiens exerere dolorem gignit. *Cauſſaria miſſio*, cui morbus cauſſa fuit, ut loquitur Livius. ſic *cauſſaria liberalitas*, cui aliquis caſus ac calamitas fuit cauſſa: putà, terræ motus: &c. Sed & alii multi ſunt caſus per quos liberalitas principis poſſet provocari, ut vel reliqua tributorum remitteret, vel eorum minueret modum. *Cauſſaria liberalitas* opponitur illi, quæ virtutis ergo aut meritorum impetretur. In membranis quæis olim in Italia præſtantiſſimus Putcanus eſt uſus, ſcriptum, *cenſuariis liberalitatibus*. quæ fortaſſe vera lectio. Videtur Hadrianus cùm in Galliis eſſet, cenſum egiſſe Galliarum, exemplo Auguſti: de quo Livii lib. cxxxiiii. *Cùm ille conventum Narbone egit, cenſus à tribus Galliis quas Cæſar pater vicerat actus.* Neque dubium luſtris ſingulis mitti ſolitos qui tabulas cenſuales reficerent, & denuò rationem cujuſque cenſuum inirent. ex cenſu enim tributum pendebant Galliæ: quod etiam cenſus dicitur, & Græcis κῆσις. Igitur *liberalitates cenſuaria* erunt, quas in exigendis profeſſionibus cenſualibus, aut cenſibus ipſis, & in privos Gallos, & in urbes ipſas Galliæ contulit Hadrianus. *Idem.*

Omnes cauſſariis liberalitatibus ſublevavit.] Non parum ſollicitos habuit hic locus eruditos interpretes. legendum puto: *omnes cauſſarios liberalitatibus ſublevavit.* potuiſſem quidem, *cauſſarias liberalitates*, ut cauſſarias miſſiones heic intelligere, quibus ſcilicet cauſſam præbuerit neceſſitas & egeſtas eorum quos ſublevavit. Sed nihil verius, quam *cauſſarios.* falſum ſiquidem omnes ab Hadriano liberalitatibus ſublevatos: nam neque cauſſa fuit Hadriano, ut omnes ſublevaret. quam multi non indiguere iſta liberalitate? erga ſolos igitur cauſſarios liberalis fuit: id eſt egentes & facultatibus defectos, & quibus non ſine cauſſa ſubveniretur. *Cauſſarius homo* ſic dicitur, ut *cauſſarius locus* apud medicos qui in cauſſa eſt, vel qui morbo tentatur, aut dolore. ſic *dens cauſſarius* Marcello Empirico, *oculus cauſſarius*, c. 8. ubi etiam *cauſſarius oculorum* homo dicitur, cui oculi dolent, aut in cauſſa ſunt. nam *cauſſas oculorum, cauſſas inteſtinorum*, paſſim dicunt pro doloribus. Heſychius: ἐπιταίνιος vocat, id eſt cauſſarium, qui morbo comitiali vexatur. quem caducum & cadivum Latini recentiores dixere. & is morbus ſonticus Latinis dicitur. ſonticus autem eſt αἴτιος, vel ἐπιταίτιος. nam ſontes ſunt αἴτιοι, ἐπιδίκαιοι. *inſontes*, ἀναίτιοι. inde ſonticus morbus de comitiali, & ſontici vel ἐπιταίνιοι Heſychio, qui illo morbo tentantur. Gloſſæ, ἐπιταίτιος, *cauſſarius.* nam *ſons* Latinis eſt, αἴτιόν τινος ἔχων, vel αἴτιος. Sic cauſſarii heic dicuntur egeni, & facultatibus lapſi; vel etiam ægroti: quod genus hominum in Galliis cum eſſet Hadrianus liberalitatibus fovit, & adjuvit. *Salmaſ.*

Omnes cauſſariis liberalitatibus ſublevavit.] Pal. quoque *cauſſariis.* ideò ſcilicet quod minus notam haberent vim vocis alterius: de qua videndus Caſaubonus noſter. *Grut.*

1. *Ipſe quoque inter manipulares vitam militarem magiſtrans.*] Scribebam, *militarem egitans.* Retineo tamen ſcripturam librorum, *magiſtrans*, pro agens magiſtrum vitæ militaris. στρατιώτικὸν βίον ἡγούμενος, vel, οἷς ἐπιτὴν τύπον στρατιωτικῆς βίου παρεδίδου. verbo *magiſtrari* uſus Aurelius Victor. Alibi dicitur, *facere aliquid ad exemplum docendi.* Vopiſcus in Tacito: *ad exemplum docendi milites frequenter equitare.* Sed mirum quod ait Spartianus, *inter manipula-*

ſtrans, [1] cibis etiam caſtrenſibus [2] in propatulo libenter utens, hoc eſt, larido, caſeo & poſca, [3] exemplo Scipionis Æmiliani & [4] Metelli, [5] & autoris ſui Trajani: multos præmiis, nonnullos honoribus donans, ut ferre poſſent ea quæ aſperiùs jubebat: ſiquidem ipſe [6] poſt Cæſarem Octavianum, [7] labantem diſciplinam incuria ſuperiorum principum,

nipulares, id eſt, in peditum contuberniis cum ipſis militibus caligatis ſumtum ab Hadriano cibum, non ſecus atque ab aliquo gregario commanipulone. *Caſaub.*

Ipſe quoque inter manipulares vitam militarem magiſtrans.] Vetus editio cum Palatino libro habet *inter manipula.* quod retinendum cenſeo, id eſt, *inter contubernia militum. Manipulum* autem heic pro *manipulis*, generis enallage uſitatiſſima. *Salmaſ.*

* *Vitam militarem magiſtrans.*] Notanda vox *magiſtrare*, quæ hoc loco vicem magiſtri fungi ſignificat. magiſtrabat vitam militarem Hadrianus, cum ipſe militibus exemplo præeſſet, & in conſuetudinem vitæ militaris eos induceret. magiſtrare ergò eſt docere. Feſtus: *magiſtrare, regere, & temperare eſt.* Idem.

Vitam militarem magiſtrans.] Haud aliter etiam Pal. *Grut.*

1. *Cibis etiam caſtrenſibus.*] Facilibus paratu & minimè delicatis: ſed ut Tacitus ait de Veſpaſiano, *cibo fortuito*: ut Ammianus, *brevi & vili.* εὐλήγοι δίαιται appellat Dio. *Caſaub.*

2. *In propatulo.*] Non in tabernaculo, aut ſub cryptis vel trichilis; ſed ſub dio omnibus ſpectantibus: ὅπως γε, ait Dio, ὁρῶντες ἀφθόνοις. *Idem.*

3. *Exemplo Scipionis Æmiliani.*] Cujus ſeveritatem in exigenda atque etiam intendenda diſciplina militari, omnes hiſtorici celebrant, in belli Numantini præſertim hiſtoria. Vide Polyænum. *Idem.*

4. *Metelli.*] Q. Cæcilii Metelli Numidici, qui bello Jugurthino in Numidiam profectus malos militis morea, & omnibus partibus corruptam militarem diſciplinam ſingulari diligentia reſtituit, ut refert Salluſtius. *Idem.*

5. *Et autoris ſui Trajani.*] Plinius in Panegyrico, de Trajano in militiâm proficiſcente. *Nullus an exigendis vehiculis tumultus, nullum circa hoſpitia faſtidium, annona quæ cæteris.* Auctorem Hadriani Trajanum vocat, à quo imperium habuerat, & in cujus contubernio militarem diſciplinam addidicerat. *Idem.*

6. *Poſt Cæſarem Octavium.*] Reg. *Octavianum.* Idem.

Poſt Cæſarem Octavianum.] Antea editi *Octavium*; ſed noſtrum illud, viſitur in Regio codice & Pal. quamvis hic emendatus ad formam vulgarem; manentibus interim veſtigiis ſcripturæ alterius. *Grut.*

7. *Labantem diſciplinam retinuit.*] Ideo percuſſi nummi, non per adulationem, ſed ex rei veritate, ſic inſcripti: HADRIANVS. AVG. COS. III. P. P. ab altera parte, DISCIPLINA AVG. S. C. nec retinuit ſolùm in præſens, ſed & promulgatis multis conſtitutionibus in poſterum ſanciit. Dio etiam ſcribit militaria Hadriani inſtituta, ſua adhuc ætate pro legibus fuiſſe obſervata. *Caſaub.*

Labantem diſciplinam incuria ſuperiorum principum retinuit.] De diſciplina tantum militari loquitur: rei vero militaris omnis ſcientiſſimum fuiſſe Hadrianum veteres teſtantur. nam & τακτικώτατος fuit, & τακτικὰ etiam ſcripſit, poſt longum igitur temporis intervallum tactica illa Hadriani Imperatoris cum diu latuiſſent, ſub Anaſtaſio tandem emerſerunt, opera Urbicii viri conſularis, vel ex conſulibus, ut tunc

pum, retinuit, [1] ordinatis & officiis & impendiis: [2] nunquam passus aliquem à castris injustè abesse, [3] quum tribunos non favor militum sed justitia commendaret: exemplo etiam virtutis suæ cæteros adhortatus, [4] quum etiam vicena millia pedibus armatus ambularet, [5] triclinia de castris

tunc loquebantur. qui quidem Urbicius multa de suo videtur addidisse Tacticis Adriani, & vetera priscorum ducum inventa ad tacticen pertinentia, quæ continebantur illo Hadriani libro, novis & ætate sua demum repertis auxisse. *Salmas.*

1. *Ordinatis officiis.*] Victor alter, sive Victorinus, de Hadriano, *Officia sanè publica & palatina, necnon militiæ, in eam formam statuit, quæ paucis per Constantinum immutatis perseverat.* Casaub.

2. *Nunquam passus aliquem à castris injustè abesse.*] Hoc ait: cavisse Hadrianum severè, ne tribuni gratiosos militibus commeatus, sub obtentu falsarum caussarum, darent. *Idem.*

3. *Cùm tribunos non favor militum sed justitia commendaret.*] Duobus modis ad tribunatum militum perveniebatur sub extrema libertatis tempora, vel populi suffragiis in comitio: vel militum commendatione apud imperatorem. Idem servatum & diu postea, commutata Reip. forma. *Idem.*

4. *Cùm etiam vicena millia pedibus armatus ambularet.*] Nimirum Hadrianus ad manipularis militis modum omnia agebat. Ut plurimum itinera militum ita se habebant: horas quinque ambulabant quotidie: eo spatio conficiebant modò vicena, modò vicena & quaterna passium millia. Ille militaris gradus, hic plenus dicebatur, ut scribit Vegetius libro primo, cap. IX. *Idem.*

5. *Triclinia de castris diruerat.*] Ut vel sedentes, vel etiam stantes cibum sumerent, lectos tricliniares sustulit, & totum illum apparatum, quo triclinia moris erat instrui. Ammianus de Juliano, *Per varios procinctus stans interdum more militiæ cibum brevem viliterque sumere visibatur.* Idem.

Triclinia de castris, & porticus, & topia diruerat.] Nescio an de castris olim triclinia diruerit Hadrianus, sed sane libenter illa de hoc loco diruerem, & disturbarem, si mei res esset arbitrii. Primum, triclinia pro lectis tricliniaribus illius temporis auctores non dixere, sed pro conclavibus & cænationibus ipsis hanc vocem usurparunt Vitruvius, Quintilianus, Suetonius, &c. Deinde triclinarium lectorum illa tempestate usus erat prorsus abolitus, & in eorum locum successerant stibadia & sigmata, & accubita, ut vocabant. Triclinia igitur Hadriani tempore, & Spartiani erant conclavia, & membra domus. nec aliter hanc vocem heic accipi liceret, si liberet eam agnoscere. an autem hujusmodi triclinia, & cænationes in castris Romanorum extructæ fuerint nescio. Constat enim sub tentoriis & papilionibus, ut vocarunt recentioris ævi scriptores, semper egisse Romanos milites in castris suis. Ergo pro *triclinia diruit*, putarem scribendum, *trichilia diruit*. quam conjecturam sequentia comprobant: *porticus, topia, cryptas.* in æstivis castris milites, labante disciplina militari, trichilas, & topia, & virides porticus sibi extruebant, umbræ & frigoris captandi gratia: quæ omnia diruit Hadrianus & evertit. similem luxum in castris Pompeji fuisse observat Cæsar lib. III. de bello civili, apud quem *trichilas* in *triclinia* mutaverant. Græca vox est, *Trichila.* Græcis est τρηχάλη, & τρηχάλιον. *trichilium.* o in *i* mutatur. ut βάκκαρο, fascinus. κύναρον, *canistrum.* Τρηχαλὸν autem Græci vocant, quidquid curvum est, & inflexum. hinc τρηχάλως dixere porticus virides, arcuatas & in cameratum modum factas. nos *bercelles*, & *tonnelles*,

castris & [1] porticus & [2] cryptas [3] & topia dirueret: [4] vestem humil-

lae, vulgo vocamus. sic κάμαρα Græcis idem quod τρίχηλον. inde καμάραι. & Latinis cameræ, arcuata tecta, & in morem rotarum rotundata. nec dubium est, trichilas hinc appellatas pergulas illas concameratas, & arcuatas, ex harundinibus inflexis, & opere topiario colligatis contextas. *Salmas.*

1. *Porticus & cryptas.*] Hujusmodi loca sibi comparabant, qui inter ambulandum, exercendum, aut vescendum, neque æstatisneq; hiemis ferre poterant incommoda. quod tamen non in omnibus fiebat castris; sed iis solùm ubi collocati milites præsidiarii & limitanei. nam horum castra cùm temporaria non essent, urbium instar habuerunt. Porticus ut & balnea inter delinimenta vitiorum censet gravis auctor Tacitus in vita Agricolæ. *Casaub.*

Porticus & cryptas.] Milites æstate in campo exercebantur, hyeme sub tecto, sed pluviali tantum tempore. nam si pluviæ, vel nives cessarent, etiam hybernis diebus exercebantur in campo, & sub dio. porticus igitur ad hanc rem struebant, & tegulis vel scandulis tegebant, aut si abessent, ulva aut cannis. Hadrianus, ergò hic diruisse dicitur virides porticus, & flexibilibus & in se curvatis arboribus constructas, sub quibus delicati milites, & otiosi, omnis jam exercitii militaris expertes æstum vitabant, & deambulabant. eodem referendæ cryptæ sive hypogæa, quæ per summum æstum subirent, captandi frigoris gratia. sic hæc quatuor conjunxit hoc loco Spartianus, quæ in æstivis castris milites luxuria diffluentes usurpabant; trichilas, porticus, cryptas, & topia. *Salmas.*

2. *Cryptas.*] Sic propriè appellatur locus in ædibus minùs expositus hominum oculis & latens, aut in quo res lateant reconditæ. hic verò cryptæ sunt quas Vitruvius alibi hypogæas deambulationes nominat: porticus quædam subterraneæ, quæ ideo etiam cryptoporticus vocantur Vitruvio, Plinio, &c. Has igitur hypogæas cryptas destruit Hadrianus, ut luxus instrumenta. *Casaub.*

3. *Et topia.*] Quid sit *topiarium opus* apud Plinium, vel *herba topiaria*, apud M. Tullium, *topiariam facere*, apud Vitruvium *varietatibus topiorum ornare*, &c, *per topium pingere*, ignorat hodie nemo. Funiculis opus totum dirigitur: iisque adeò plurimùm artifices topiarii utuntur. inde nomen arti. nam τοπίον Græcis restis aut funis. *Idem.*

Et topia.] Auctor belli Alexandrini: *Quibus rebus attenuati milites oppido perquam pauci sub pellibus acquiescebant, reliqui ex æstimentis tentoriolis factis atque arundinibus crebrisque contextis.* Ita scriptum habetur in vulgatis. scripti habent: *atque arundinum copiis.* scribe, *arundinum topiis contextis*, vel *arundine topiis contexto.* topiarium autem opus, ut omnes norunt, ex arboribus maxime sequacibus, & flexibilibus constabat, & tonderi aptis, ut sunt myrtus, buxum, acanthus, & similia. hinc ψαλιστὰ μυρρινῶνες apud Hieroclem. sunt *tonsilia myrteta.* sic *tonsile buxetum*, Martiali. Firmicus: *Aut qui buxeas arbores tondens in bellua fingat.* ψαλίζειν est tondere. ψαλίδας, χείρας. Hesychius. nec fingere tantum sed pingere per topia dicebant, ut apud Vitruvium. qui belluas, arbores, homines, antra, portus, & alia id genus, variaque, & minuta, opere topiario exprimebant, ῥωπογραφοὺς vulgo dicebantur. nam ῥῶπες est varia & minuta merces. sic ῥωπογραφία in rebus humilibus & argumentis variis & exiguis versatur; megalographia in grandibus & magnificis. *Salmas.*

4. *Vestem humillimam.*] Castrensem videlicet dictam: Tacitus de Vespasiano, *veste habituque vix à gregario milite discrepans.* Quæcunque autem de Hadriani vestibus hic dicuntur, ad illud referenda sunt tempus, quo versatus est in castris. *Casaub.*

1. *Sine*

humillimam frequenter acciperet, [1] sine auro balteum sumeret, [2] sine gemmis fibulas stringeret, [3] capulo vix eburneo

1. *Sine auro balteum sumeret.*] Cùm tamen balteos ornatos auro & gemmis constellatos duces Romani haberent. sed is luxus post Hadrianum in mores publicos irrepsit. nam idem Pollio in altero Gallieno ut tarum observat, quòd *gemmato balteo sit usus.* Idem.

Sine auro baltheum sumeret.] An & sine argento? non putem. nam passim, milites argentata balthea sumebant. Si gregarii milites argentatis baltheis utebantur, quidni duces & Tribuni auratos stellatosque, id est gemmatos usurparent? auro enim, vel aureis clavis configebantur balthei, & gemmis stellabantur. Virgilius:

—— *& aurea bullis*
Cingula ——

Clavos aureos interpretatur Servius. sed de his alibi. *Salmas.*

2. *Sine gemmis fibulas stringeret.*] Balteo solent jungi fibulæ: & apud Græcos similiter ζωστῆρσι & περόναις junctim sæpe mentio. veteres etiam pallia & saga fibulis annectebant. *fibulas stringere* ita dictum, ut mox, *spatham claudere.* Vopiscus observat in Aureliano, *ut fibulas aureas gregarii milites haberent, idem primus concessit: cùm antea argenteas habuissent.* Casaub.

Sine gemmis fibulas stringere.] Fibulæ stringi non dicuntur, sed vestes fibulis stringi. sic in Trebellii Tyrannis, *vestis muliebri fibula stricta.* & apud Florum: *vestis ingentibus obstricta gemmis*, id est gemmatis fibulis obstricta. quod tamen ajunt, ita dici *fibulas stringere*, quemadmodum *spatham claudere*, ut paulo post sequitur, dici non potest, quam diversum sit. legebam olim, *sine gemmis fibula stringeretur.* postea nulla littera minus ita scriptum offendi in vetere Palatino. *fibula* dixit, quod unica tantum fibula stringerentur chlamydes & paludamenta imperatorum, & saga militum. Hadrianus autem more Tribuni militaris, auream fibulam, nulla gemma ornatam gerebat. *Salmas.*

Sine gemmis fibulas stringeret.] Pal. *sine gemmis fibula stringeretur.* Grut.

3. *Capulo vix eburneo spatham clauderet.*] Spatha, σπάθη, pro latiore gladio. *claudere spatham capulo*, venustè dictum & Λακωνικῶς, pro ensem gestare, cujus in extremo sit capulus eburneus. Amat Tertullianus hæc loquendi genera: ut De Pallio: *Aries trabes machina est, quæ muros frangere militat.* id est, qua utuntur militantes in frangendis muris. non enim audiendi qui emendant *minitat.* Ensium capuli tenuioribus è cornu: honestioribus ex ebore. Virgilius, *atque ensem collo suspendit eburnum.* Legas etiam capulos ex auro, argento & gemmis. τὸ *claudere* & *includere*, fabrilis artis interdum sunt verba, & propriè λιθοκολλήτοις operibus conveniunt. Lucret. lib. IV.

Scilicet & grandes viridi cum luce smaragdi
Auro includuntur. Casaub.

Capulo vix eburneo spatham clauderet.] Gregarii plane militis habitu incedebat Hadrianus: vestis humilis, hoc est sine purpura: fibula sine gemmis, baltheum sine auro, spatha vix capulo eburneo clausa. atqui Plinius sua ætate scribit militibus fastiditos eburneos etiam capulos, & argento exlatos habuisse. *spatham eburno capulo claudere*, nihil aliud est quam eburnum capulum vel clausulam spathæ addere. sic Græci κεκλεικέναι τὸ ξίφος dicunt de ense, cui capulus additur. Græci vocant ensis capulum, quod fungi formam referat. nos *pomale* à pomi similitudine vulgo appellamus. Græci quoque hodierni μῆλον eadem de causa. clausulam ensis etiam liceat vocare, ut Græci κεκλειδία. nam extremum alicujus rei, vel id quo teneri potest, κεκλειδία appellant, Latini clausulam. spatham autem eburno capulo clausam Græci ἐλεφαντόκωπον σπάθην vocant. sic

neo ſpatham clauderet: [1] ægros milites in hoſpitiis ſuis videret, [2] locum caſtris caperet: [3] nulli vitem, niſi robuſto & bonæ

περόκωπος, ſpathæ quæ capulum habent ex cornu. ut & χρυσόδετος, quæ capulo erant aureis clavis vincto. *Salmaſ.*

Capulo vix eburneo ſpatham clauderet.] Spatham eburneo capulo clauſam geſtabat Hadrianus, non tamen ipſe claudebat. Sed hoc eſt genus loquendi non inelegans, ita me Deus amet, nec invenuſtum: cui plane par & ſimile illud apud Julium Capitolinum in Maximinis: *Uſus eſt argentea lorica. uſus eſt & clypeo gemmato inaurato, & haſta inaurata. fecit & ſpathas argenteas, fecit etiam aureas, & quidquid ejus pulcritudinem poſſit juvare. fecit & galeas gemmatas, fecit & buculas.* Sic enim ibi Maximinus ſpathas feciſſe dicitur ut heic Hadrianus ſpatham eburno capulo clauſiſſe. non utique fecit, ſed factis uſus, vel ſibi faciendas curavit. ita hoc loco capulo eburneo ſpatham ſibi claudendam curavit. *Idem.*

1. *Ægros milites in hoſpitiis ſuis videret.*] *Videret* pro viſeret, ut εἶναι, χθιοὺς & *eſſe*, pro venire: niſi tamen ſcripſerit auctor *viſeret*. Caſaub.

2. *Locum caſtris caperet.*] Quæ erat metatorum provincia, eorumve qui præfecti caſtrorum dicti: aut certè diligentiorum ducum. *Idem.*

3. *Nulli vitem niſi robuſto & bonæ famæ daret.*] De vite centurionum omnia protrita: vitem dare, & centurionem facere, diverſa ſunt: Ratio eſt, quia datio vitis, quaſi deſignatio fuit ad centurionatum: qui tunc poſtea obibatur, cum erat aliquis vacuefactus locus morte unius centurionum, aut miſſione, vel regradatione. Cùm erant plures vite donati, promovebatur is qui erat gradu propior, aut qui eſſet antiquior ejus loci candidatus: niſi qui hunc proximè impellebat, cauſſàm diceret, cur ille prior expelleretur. *Idem.*

Nulli vitem, niſi robuſto ac bonæ famæ daret.] Nihil mutant libri noſtri, & recte. Doctiſſ. Caſaub. dicit aliud eſſe *vitem dare*, aliud *centurionem facere*? ſed magis mirum quod ſcripſit, ut diverſa poni hæc duo à Spartiano, ubi vero iſtud? nam in hoc loco nihil tale: nec centurionis ulla mentio. *Nulli vitem niſi robuſto ac bonæ famæ daret, nec tribunum niſi plena barba faceret.* ſi pro tribuno centurionem poſuiſſet, tunc locus eſſet illi diverſitati. puto igitur, cum aliud cogitaret, doctiſſimum virum heic tribunum pro centurione accepiſſe, locus Euſebii, quem ad confirmationem hujus novæ obſervationis ſuæ adducit, ſi rectè diſtinguatur, & exponatur, nihil illum juvabit. ſic enim ille lib. VII. Τιμὴ πε ἐπὶ παρὰ Ῥωμαίοις τὸ κλῆμα, ᾧ τὰς τυχούσας φασὶν ἐκατονταρχίας γίνεσθαι τόπῳ χολάζοντος· ἐπὶ τῶν στρατηγῶν δὲ Μαρκίωνι ἢ ἔβαθμὸς πέζης ἐκάλει. ἤδη τε μέμνηται καὶ παρὰ ἕτερος παιπλίου ἄλλου· ὃς ἐβιωσίου, μὴ ἐξεῖναι τὸ σκῆπτρον τῷ Ῥωμαίων μετέχειν ἀξίας κατὰ τοὺς παλαιοὺς νόμους Χερσικίῳ καὶ ὁμοῦ τοῖς βασιλεῦσι μὴ γίνεσθαι κληρικόν. Ita Euſebius, qui cum illa vitioſa diſtinctione quæ vulgatas editiones occupat, hoc velle videtur: *Vitem nomen eſſe honoris apud Romanos, quem qui adepti ſunt, centuriones fiunt, ſi vacet locus.* Sed quis in legitima & ordinaria militia deſignatorum centurionum meminit? quo nomine vero dicebantur illi deſignati centuriones? priuſquam enim centuriones eſſent, quo tempore vitem tantum gerebant, quo titulo vel quo militiæ munere fungebantur? an milites vite caſtigabant? at hoc ipſum centurionum proprium fuit, quibus propterea vitis in manu data, verberando ſcilicet militi qui deliquiſſet. Qui centuriones fiebant, vel ordine promotionis ad hunc gradum perveniebant, ut ille Marinus apud Euſebium, & Sceva apud Lucan.

——— *ibi ſanguine multo*
Promotus Latiam longo gerit ordine vitem.

Vel

& bonæ famæ daret, [1] nec tribunum nisi plena barba faceret, [2] aut ejus ætatis quæ prudentia & annis tribunatus robur impleret, [3] nec pateretur quicquam tribunum à milite accipere: [4] delicata omnia undique summoveret, [5] arma

vel beneficio imperatoris aut ducis ad hunc honorem promovebantur. *Salmas.*

Nulli vitem, nisi robusto, &c.] Ita & recte Palat. *Grut.*

1. *Nec tribunum nisi plena barba faceret.*] In faciendo tribuno duo præcipuè spectabat Hadrianus, ætatis maturitatem, & famæ integritatem. Ad utrumque poterit referri quod hic de plena barba dicitur: nam & impudici adolescentes studiosissimè cùm psilothris tum volsellis depilabantur. *Casaub.*

Nec tribunum nisi plena barba faceret.] Plena barba esse dicitur qui ad plenum barbatus est, qualem Græci ἀδροπώγωνα vocant. ut prima barba dicitur ὁ πρωτογένειάζων. Mihi, ut ad ætatem solum hæc plena barba referatur, placet: ut eos tantum fecisse tribunos Hadrianum existimemus, qui id ætatis essent, quæ plena barba mentum operire consuevit. non præcisè tamen Hadrianus semper in tribunis faciendis plenam barbam exegisse videtur, si ejus ætatis essent & prudentiæ, quæ tribunatui par esse posset. sequitur enim: *Aut ejus ætatis quæ prudentia & annis tribunatus robur impleret.* pleniberbes autem Græci πληγένειους & ὁλογένειους vocant. *Salmas.*

2. *Aut ejus ætatis quæ prudentia aut annis facile tribunatus robur impleret.*] Hæc aliter fortasse capi debent, quam in præmissâ animadversione capienda duximus. ut dicat neminem ab Hadriano creatum tribunum nisi plene barbatum, ἢ εἰς ἀνδρὸς γενειάζοντα, aut etiam provectioris ætatis, qui per annos & rerum experientiam, ac prudentiam facile ejus muneris administrationi superesse possent. *Idem.*

3. *Nec pateretur quicquam tribunum à milite accipere.*] Centuriones, tribuni, duces emolumenta à militibus accipiebant. Centuriones militibus munerum vacationem vendebant. quod tamen boni principes prohibuere, & centurionibus vacationes annuas è fisco solvendas constituere. Tacitus lib. 1. Hist. Milites autem qui alicujus beneficio vacationem muneris impetrabant, sive gratiis, sive pretio, beneficiarii illius dicebantur, per quem id erant consequuti. nec dubito centurionum multos beneficiarios hoc pacto factos, quo tempore illis vacationes vendere permissum. Hadrianus ne quid à militibus acciperent, cavit. alii item principes post Hadrianum in Tribunos severe vindicarunt, qui aliquid per stellaturam à militibus accepissent. non hoc tamen perpetuum, nec sub omnibus principibus obtinuit. quis autem dubitat quin & vacationes vendiderint militibus tribuni, & commeatus, pecuniamque eo nomine, aut annonam à militibus acceperint? Hinc passim beneficiarii tribunorum in vetustis monumentis occurrunt. eorum enim quos dimittebant, aut quibus commeatum dabant, militum stipendia tribuni in sinum convertebant, aut aliquid eo nomine ab illis corradebant. atque hinc fortasse *stellatura* dicta est, quam tribunis milites pro commeatu dabant. nam στέλλειν est mittere aut dimittere. hinc στέλλα Græcis, qui Latinis *commeatus*, Idem.

4. *Delicata omnia undique summoveret.*] Dio: Καὶ πολλά γε εἰς τὸ ἀνεξίτηλον ἐνδελεχῶς ἐμβριθῆ καὶ σεμνὰ καὶ μετρίους ἐπέστησε καὶ κατέκλασεν. ἐνδελεχῆ δὲ Græci vocant hominem perversum, malæ vitæ, & pravi instituti, delicate luxurioseque viventem, quasi extra communem vivendi ordinem & morem positum. ἐνδελεχῆ βίον, *vita mollis & effeminata*,

[1] arma postremò eorum [2] suppellectilemque corrigeret. [3] De militum etiam ætatibus judicabat, [4] nequis aut [5] minor quàm virtus posceret, aut [6] major quàm pateretur humanitas, in castris [7] contra morem veterem versaretur: agebatque ut sibi semper noti essent, [8] & eorum numerus sciretur. [9] Laborabat præterea ut [a] condita militaria diligenter agnosceret: 11

minata, & luxuriæ perdita. Hesychius; ἀνδραγαθίας, ἀρετῆς φθόας. scribe: ἀνδραγαθίας, ἀρετῆς φθοᾶς. perverti. *Idem.*

1. *Arma postremò eorum suppellectilemque corrigeret.*] Haud abit ab hac scriptura Pal. *Grut.*

2. *Suppellectilemque.*] Robertus Bon. & *suppellectilia.* Casaub.

3. *De militum etiam ætatibus.*] Regius, *ætibus*, non probè. *Idem.*

4. *Ne quis aut minor, quàm virtus posceret.*] Tuentur hanc lectionem ambo Palatini. & vult omninò, excluisse castris, quibus nondum erat ætas aut robur militare. Sic Sallustius Catilin. cap. 7. *Jam primùm juventus, simul ac belli patiens erat, in castris per laborem usu militiam discebat.* Sed de hac re diximus plenè ad Livium lib. XXVII. cap. 13. *Grut.*

5. *Minor quàm virtus posceret.*] Ante legitimum adeundæ militiæ tempus. *Virtus* hic est corporis robur, & ut interpretatur Justinianus, ἡ ἐν τοῖς σώμασιν ἰσχύς. Scripta lectio, *minus*, posset accipi de missione ante exactum legitimorum stipendiorum tempus impetrata. sed refutat sequens vox *major.* Casaub.

Minor quam virtus posceret.] Id est, qui per ætatem armis ferè non posset, nec satis virium ad hanc rem haberet. nam virtutem, pro corporis viribus hoc posuit. sic Phædrus:

Virtuti semper prævalet sapientia.

Salmas.

6. *Major quàm pateretur humanitas.*] Ne post enerita stipendia cogerentur militare. Vigesimus annus sub imperatoribus finem afferebat militiæ. Sed diversa in pedite & equite observata esse tempora, & in iis sæpius variatum non ignorant eruditi. Ita igitur Hadrianus juniores senioresque militia excludebat. *Casaub.*

7. *Contra morem veterem versaretur.*] Excerpta Pal. *veterum.* Grut.

8. *Et eorum numerus sciretur.*] In latere culis militaribus descripti nominatim manipuli, cohortes, alæ, legiones: & eorum qui subinde morerentur nomina diligenter adnotata. hoc latere culum, & ut Appianus vocat, βιβλίον ἐφημερὸν & δέλτους & πυξίδας, tribuni quotidie Imperatori offerebant, cùm ab eo signum peterent. *Casaub.*

9. *Laborabat præterea ut condita militaria diligenter agnosceret.*] Quin ita recte restituerint eruditi, non inficias eundum, pro eo quod olim legebatur, *condicta militaria.* non aliter tamen scriptum præfert Palatinus, aut excusum vetus editio, ut scias vetustum esse mendum. Hæc autem condita militaria Græci vocant ἀνωνὰς. Annonariæ illæ species, militibus erogandæ, asservabantur in limitaneis civitatibus, & prout magnæ, aut parvæ essent illæ urbes limitaneæ, plurium aut pauciorum mensium habebant condita. ideo autem in urbibus limitaneis illa condita, quod longe major pars militum in limitibus constituta, quibus annona erogabatur promenda ex horreis publicis, quæ in illis urbibus habebantur. hinc tam frequens mentio in Codice Theodosiano, *Primipilariorum ad perferendas militi ad limitem sollemnitèr destinatorum.* Ex limitibus vero, vel limitaneis urbibus ad castra deferebantur species

& bonæ famæ daret, [1] nec tribunum nisi plena barba faceret, [2] aut ejus ætatis quæ prudentia & annis tribunatus robur impleret, [3] nec pateretur quicquam tribunum à milite accipere: [4] delicata omnia undique summoveret, [1] arma

vel beneficio imperatoris aut ducis ad hunc honorem promovebantur. *Salmas.*

Nulli autem, nisi robusto, &c.] Ita & recte Palat. *Grut.*

1. *Nec tribunum nisi plena barba faceret.*] In faciendo tribuno duo præcipuè spectabat Hadrianus, ætatis maturitatem, & famæ integritatem. Ad utrumque potest referri quod hic de plena barba dicitur: nam & impudici adolescentes studiosissimè cùm psilothris tum volsellis depilabantur. *Casaub.*

Nec tribunum nisi plena barba faceret.] Plena barba esse dicitur qui ad plenum barbatus est, qualem Græci ἀνδρειόμορφον vocant. ut prima barba dicitur ὁ πρωτοβλησιάζων. Mihi, ut ad ætatem solum hæc plena barba referatur, placet: ut eos tantum fecisse tribunos Hadrianum existimemus, qui id ætatis essent, quæ plena barba mentum operire consuevit. non præcisè tamen Hadrianus semper in tribunis faciendis plenam barbam exegisse videtur, si ejus ætatis essent & prudentiæ, quæ tribunatui par esse posset. sequitur enim: *Aut ejus ætatis quæ prudentia & annis tribunatus robur impleret.* plenibarbes autem Græci πληθροβλησίους & ὁλοβλησίους vocant. *Salmas.*

2. *Aut ejus ætatis quæ prudentia aut annis facile tribunatus robur impleret.*] Hæc aliter fortasse capi debent, quam in præmissa animadversione capienda duximus. ut dicat neminem ab Hadriano creatum tribunum nisi plene barbatum, ἢ εἰς ἄνδρας βλησιάζοντα, aut etiam provectioris ætatis, qui per annos & rerum experientiam, ac prudentiam facile ejus muneris administrationi superesse posset. *Idem.*

3. *Nec pateretur quicquam tribunum à milite accipere.*] Centuriones, tribuni, duces emolumenta à militibus accipiebant. Centuriones militibus munerum vacationem vendebant. quod tamen boni principes prohibuere, & centurionibus vacationes annuas è fisco solvendas constituere. Tacitus lib. 1. Hist. Milites autem qui alicujus beneficio vacationem muneris impetrabant, sive gratiis, sive pretio, beneficiarii illius dicebantur, per quem id erant consequuti. nec dubito centurionum multos beneficiarios hoc pacto factos, quo tempore illis vacationes vendere permissum. Hadrianus ne quid à militibus acciperent, cavit. alii item principes post Hadrianum in Tribunos severe vindicarunt, qui aliquid per stellaturam à militibus accepissent. non hoc tamen perpetuum, nec sub omnibus principibus obtinuit. quis autem dubitat quin & vacationes vendiderint militibus tribuni, & commeatus, pecuniamque eo nomine, aut annonam à militibus acceperint? Hinc passim beneficiarii tribunorum in vetustis monumentis occurrunt. eorum enim quos dimittebant, aut quibus commeatum dabant, militum stipendia tribuni in sinum convertebant, aut aliquid eo nomine ab illis corradebant. atque hinc fortasse *stellatura* dicta est, quam tribunis milites pro commeatu dabant. nam στέλλειν est mittere aut dimittere. hinc στέλλος Græcis, qui Latinis *commeatus*. Idem.

4. *Delicata omnia undique summoveret.*] Dio: Καὶ πολλά γε εἰς τὸ αὐθέκτητον ἐκδιδυπημένα καὶ καθεστῶτα καὶ μεταῤῥυθμιζόμενα. ἐκδεδυπημένον Græci vocant hominem perversum, malæ vitæ, & pravi instituti, delicate luxurioseque viventem, quasi extra communem vivendi ordinem & morem positum. ἐκδεδυπημένος βίος, *vita mollis & effœminata*,

[3] arma postremò eorum [2] suppellectilemque corrigeret. [3] De militum etiam ætatibus judicabat, [4] nequis aut [5] minor quàm virtus posceret, aut [6] major quàm pateretur humanitas, in castris [7] contra morem veterem versaretur: agebatque ut sibi semper noti essent, [8] & eorum numerus sciretur. [9] Laborabat præterea ut [10] condita militaria diligenter agnosceret: 11

minata, & luxuriæ perdita. Hesychius; ἀνδραγαθίαν, ἀλαζονείαν. scribe: ἀνδραγαθίαν, ἀλαζονείαν. perverti. *Idem.*

1. *Arma postremò eorum suppellectilemque corrigeret.*] Haud abit ab hac scriptura Pal. *Grut.*

2. *Suppellectilemque.*] Robertus Bon. *& suppellectilia.* Casaub.

3. *De militum etiam ætatibus.*] Regius, *ætibus*, non probè. *Idem.*

4. *Ne quis aut minor, quam virtus posceret.*] Tuentur hanc lectionem ambo Palatini. & vult omninò, exclusisse castris, quibus nondum erat ætas aut robur militare. Sic Sallustius Catilin. cap. 7. *Jam primùm juventus, simul ac belli patiens erat, in castris per laborem usu militiam discebat.* Sed de hac re diximus plenè ad Livium lib. XXVII. cap. 13. *Grut.*

5. *Minor quàm virtus posceret.*] Ante legitimum adeundæ militiæ tempus. *Virtus* hic est corporis robur, & ut interpretatur Justinianus, ἡ ἐν τοῖς σώμασι ἰσχύς. Scripta lectio, *minus*, posset accipi de missione ante exactum legitimorum stipendiorum tempus impetrata. sed refutat sequens vox *major.* Casaub.

Minor quam virtus posceret.] Id est, qui per ætatem arma ferre non posset, nec satis virium ad hanc rem haberet. nam virtutem, pro corporis viribus hic posuit. sic Phædrus:

Virtuti semper prævalet sapientia.

Salmas.

6. *Major quàm pateretur humanitas.*] Ne post exercita stipendia cogerentur militare. Vigesimus annus sub imperatoribus finem afferebat militiæ. Sed diversa in pedite & equite observata esse tempora, & in iis sæpius variatum non ignorant eruditi. Ita igitur Hadrianus juniores senioresque militia excludebat. *Casaub.*

7. *Contra morem veterem versaretur.*] Excerpta Pal. *veterum.* Grut.

8. *Et eorum numerus sciretur.*] In laterculis militaribus descripti nominatim manipuli, cohortes, alæ, legiones & eorum qui subinde morerentur nomina diligenter adnotata. hoc laterculum, & ut Appianus vocat, βιβλίον ἐφημερὸν & ἀριθμῶν & παρόντων, tribuni quotidie Imperatori offerebant, cùm ab eo signum peterent. *Casaub.*

9. *Laborabat præterea ut condita militaria diligenter agnosceret.*] Quin ita recte restituerint eruditi, non inficias eundum, pro eo quod olim legebatur, *condicta militaria.* non aliter tamen scriptum præfert Palatinus, aut excusum vetus editio, ut scias vetustum esse mendum. Hæc autem condita militaria Græci vocant λογίας. Annonariæ illæ species, militibus erogandæ, asservabantur in limitaneis civitatibus, & prout magnæ, aut parvæ essent illæ urbes limitaneæ, plurium aut pauciorum mensium habebant condita. ideo autem in urbibus limitaneis illa condita, quod longe major pars militum in limitibus constituta, quibus annona erogabatur promenda ex horreis publicis, quæ in illis urbibus habebantur. hinc tam frequens mentio in Codice Theodosiano, *Primipilariorum ad parandos militis ad limitem sollemniter destinatorum.* Ex limitibus vero, vel limitaneis urbibus ad castra deferebantur species

sceret: [1] reditus quoque provinciales solerter explorans, ut si alicubi quippiam deesset, expleret. [2] Ante omnes tamen enitebatur [3] ne quid otiosum vel emeret aliquando [4] vel pasceret. [5] Ergo * conversis regio more militibus, Bri-

annonariæ per viciniores limitis provinciales, militesque in limitaneis castris constituti, duas alimoniarum partes ibidem de conditis sumebant, tertiam ipsi vehere cogebantur. ita habet lex Juliani Cod. Theod. *de erogat. militaris annonæ.* δημόσια Græci vocant horrea in quibus species illæ publicæ recondebantur. Δημόσιον vulgo, Græcis dicitur fiscus vel ærarium publicum. Procopius pro horreo publico usurpavit. horreum autem apud Latinos, non solum frumenti, sed etiam rerum quarumcumque πεμπτὸν. & in illis horreis militaribus, non frumentum condi tantum erat solitum, sed vinum, acetum, lardum, fœnum, palea, & reliquæ species fiscales & militares. Græcis ὠρεῖον cujuslibet rei *Φυλάκιον* & conditorium, ex quo vox Latina ducta *horreum*. Hesychius: ὦρος, φυλακὴ, σημεῖον. & ὅρος, τείχισμα, φρούριον. ὅρος, terminum & limitem significat, à verbo ὁράω, tueor, & video: quod cum cura agrorum limites custodirentur. ὅρος, Ionice ὦρος: & Dorice, ὥρος. sic ὅρος, ὦρος, & ὧρος, idem significat. ex illo igitur ὧρος, non dubium est Latinos horreum suum deduxisse. idem enim omnino est ὧρος, & horreum. *Salmas.*

Laborabat præterea, ut condita militaria diligenter agnosceret.] Pal. *condicta*, quæ vox alicui salivam movere posset; non mihi. *Grut.*

* *Condita militaria diligenter agnosceret.*] In Alexandro Lampridius, *Annonam militum diligenter inspexit.* Capitolinus in Gordiano juniore: *Cujus viri tanta in Rep. dispositio fuit, ut nulla esset unquam civitas limitanea peditum, quæ non posset exercitum Rom. ac principem ferre, quæ totius anni in arcto, frumento, & lardo atque hordeo & paleis condita non haberet.* Vides quæ potissimùm species intelligantur appellatione conditorum: de quibus & in utroque Codice titulus extat. Græci etiam ut Latini λιτόβιος simpliciter vocant. Hæ annonariæ species sive horreaticæ, in urbibus munitissimis, quæ ferè capita suarum provinciarum erant, asservandæ condebantur: servabantur & in castris, ubi prætenturæ militum limitaneorum: nam hæc castra burgi erant & munitissima oppida. Cùm autem per provincias iter faciebat Imperator, totius annonæ militaris ratio coram illi exponebatur, atque etiam δείγματος oculis subjiciebantur: quæ posterior ætas appellavit *probam.* Casaub.

1. *Reditus quoque.*] Scripti, *redditus*, quæ scriptura in veteribus libris frequens. *Idem.*

2. *Ante omnes tamen enitebatur.*] Scribe, *Ante omniat.* Idem.

Ante omnes tamen enitebatur.] Ita libri constanter. vult enim, si qui quandoque curaverunt & enixe studuerunt, ut nihil otiosum emerent aut pascerent, eos omnes in hoc studio curaque ab Hadriano superatos. sic ante omnes hoc Hadrianus enisus est, nequid otiosum emeret vel pasceret. *Salmas.*

Ante omnes tamen enitebatur.] Stant pro hac lectione duo Pall. *Grut.*

3. *Ne quid otiosum vel emeret.*] Ut bonum patremfamilias se præstaret. *Casaub.*

4. *Vel pasceret.*] *Pascere* propriè de familia servorum: ut apud Catonem *bene vestire & bene pascere.* Idem.

5. *Ergo conversis regio more militibus.*] Mira locutio, *conversi regio more*, pro, ad mores regis sive imperatoris: ὡς τὰ τοῦ βασιλέως ἤθη. Reges appellationem quam tantopere abominati sunt veteres

Britanniam petiit: in qua multa correxit, [1] murumque [2] per octoginta milia passuum primus duxit, qui barbaros Romanosque divideret. Septicio Claro præfecto prætorii, & Suetonio Tranquillo epistolarum magistro, [3] multisque aliis [4] qui apud Sabinam uxorem, injussu ejus, familiariùs se tunc egerant quàm reverentia domus aulicæ postulabat, successores dedit: [5] uxorem etiam [6] ut morosam & aspe-

veteres Romani, & primi etiam Imperatores, proxima ætas frequentavit. Sanè etiam apud Tacitum *regnum* appellari Romanum imperium aliquoties adnotavimus in ejus Annalibus. Atqui multùm interfuit, ætate præsertim illa, inter Romanum imperatorem, qui princeps propriè dictus est initio, & regum aliquem. *Idem.*

* *Conversis regio more militibus.*] Hoc est, στρατιωτικοῖς πᾶσι τὸ βασιλικὸν τρόπον τεταγμένοις: conversatis vel conversantibus regio more militibus. converti enim & conversari idem. quod Græcis ἀναστρέφεσθαι & στρατοπεδεύεσθαι. quod vulgo dicimus, *se comporter*. si quis vero malit cum Casaubono morem hoc pro moribus accipere, & *converti regio more*, pro *converti ad regios mores*, non invitus ad ejus accedam sententiam, & convertar. ita tamen ut morem non pro moribus hoc loco, sed pro vitæ consuetudine exponam. moris enim habuit Hadrianus, vestem humilem sumere, sine auro baltheum cingere, & fibulis sine gemma vestem stringere, & vicena millia armatus ambulare, & in omnibus vitam plane militarem magistrare, ut supra dixit. quo more institutoque vitæ milites suos convertit, & à pristina consuetudine delicate & luxuriose vivendi deduxit. hoc est quod hoc loco dicit Spartianus, *conversis more regio militibus*. Salmas.

1. *Murum per octoginta millia passuum primus duxit.*] Sic quoque ambo Pall. Grut.

2. *Per octoginta millia passuum.*] Membranæ Puteani, *per octo.* perspicue falso. *Casaub.*

3. *Multisque aliis, qui apud Sabinam uxorem.*] Pal. *quos apud Sab.* ut fortè fuerit, *quod*. Grut.

4. *Qui apud Sabinam uxorem injussu ejus familiarius se tunc egerant.*] Legendum: *Quod apud Sabinam uxorem familiarius se tunc egerant.* Hæc enim causa fuit quare successores illis daret Hadrianus, quod se familiarius apud Augustam egerant. qua vero in re, tacet Spartianus. qui impudicam familiaritatem intelligunt, næ illi multum falluntur. ne tale quicquam cogitarent, poterat per illas duas voces fieri, *injussu ejus*. Salmas.

5. *Uxorem etiam.*] Quam tandem occidisse dicitur. *Casaub.*

6. *Ut morosam & asperam dimissurus.*] Et aspera Sabina uxor Hadriano: & invicem Hadrianus asper & morosus uxori Sabinæ: male enim tractatam ab Hadriano uxorem Victor alter scribit: *Hujus uxor Sabina dum prope servilibus injuriis afficitur, ad mortem voluntariam compulsa est.* Ex his apparet, quantopere uxorem contempserit hic imperator, & quam indignis modis eam tractarit, adeo ut etiam videatur non ipse eam tantum despicatui habuisse, sed amicis quoque, ut irreverenter erga illam se gererent, imperasse. quod eum facere solitum facile arguunt, quæ præcedunt si recte intelligantur. *Septicio Claro præfecto prætorio, & Suetonio Tranquillo epistolarum magistro, multisque aliis, quod apud Sabinam uxorem, injussu ejus, familiarius se tunc egerant quam reverentia domus aulica postulabat, successores dedit.* his enim, qui nominantur, non ideo successores dedit, quod non eum hono-

asperam dimissurus (ut ipse dicebat) si privatus fuisset. [1] Et erat curiosus non solùm domus suæ, sed etiam amicorum, ita ut [2] per frumentarios occulta omnia exploraret: nec

nem Augustæ habuissent, quem reverentia domus aulicæ poscebat, & quod nimis familiariter erga illam se gessissent; hoc enim volebat ipse, eam scilicet quam contemptissime haberi; sed quod ipsius suo hoc fecissent. non potest alius sensus illis verbis accommodari, *injussu ejus*. Salmas.

1. *Et erat curiosus.*] Tertullianus Apologetico, *Hadrianus curiositatum omnium explorator.* Etsi de alio genere curiositatis loquitur. *Casaub.*

Et erat curiosus non solum domus suæ, sed etiam amicorum.] Mira loquutio, *curiosum domus suæ, & amicorum* aliquem dici, non qui illorum curam habeat, eosque curet, & pro illis sollicitus sit, sed qui multa scire cupiat de amicis, & diligenter inquirat, & rimetur quid rerum agant. Seneca sane dixit, *Deum nostri curiosum*, qui nos curat, & res nostras, lib. IV. de beneficiis, cap. XVII. at heic non in bonam partem accipitur à Spartiano. *Salmas.*

2. *Per frumentarios occulta omnia exploraret.*] Ut Athenis vetita ficuum exportatione, cerni homines jussi observare qui legi non obtemperarent, cùm per calumniam innocentes multos deferrent, συκοφάντης appellationem omnibus improbis delatoribus communem reliquerint: sic in Rom. imperio, milites qui ad perquirenda frumenta, aut eos observandos qui contra leges annonæ ξυμπράσεις exportarent, cùm latius evagantes, omnium domuum secreta timarentur, servato veteri nomine ministerium mutarunt, facti principum ὑπηρέται. Hi sunt qui spargebantur per domos privatorum habita, ut Tacitus scribit, vel egentium, ut Ammianus lib. XIV. qui in provincias mittebantur tentandis hominum animis, nuntiisque deferendis & cædibus etiam patrandis interdum, ut ex multis horum librorum locis constat. Atque hoc genus milites in legionibus boni malique principes habuerunt: sed illis pessimus quisque Imperatorum detulit plurimum. De Alexandro Severo scribit Lampridius: *De omnibus hominibus per fideles suos semper quæsivit, & per eos quæ nemo nosset hæc agere.* Describuntur his verbis frumentarii milites, qui ἐν ἰδιωτικῷ σχήματι & occulto habitu omnia observabant: sed videtur bonus princeps, cùm rem cogeretur retinere; appellationem frumentariorum, ut invisi bonis omnibus nominis, vitasse: quod tandem sustulit de Rep. magnus Imper. Diocletianus. *Casaub.*

Per frumentarios.] Sciendum frumentariorum nomen & officium sub imperatoribus natum, & tunc primum cognitum in ordinaria militia: nam antea hoc nomen de frumentariis negotiatoribus aut mensoribus, tantum usurpabatur. illi autem frumentarii, quorum heic mentio, milites erant, & singulis quidem legionibus certo numero ascripti: unde in veteribus inscriptionibus, *frumentarius legionis illius & illius*, videntur hi originem habuisse à prima publici cursus institutione, quam ad hoc introduxit Augustus, ut omnia, minima maxima, quæ in provinciis gererentur, sibi mature ac celeriter annuntiari possent, juvenibus primo dispositis per militares vias, mox etiam vehiculis. quibus hoc muneris injunctum fuit, ut res novas explorarent, & Cæsari nunciarent, vehiculisque publicis, & per intervalla mutatis iter accelerarent. Græcis ἀγγελιαφόροι, & γραμματοφόροι, atque etiam πεζοφόροι dicti. Latinis *frumentarii*. cujus nominis hæc ratio, quod cum vehiculariæ rei præessent, frumentum militare, vel annonam militarem transvehendam à provinciis curarent, & in horrea militaria comportandam, vel etiam ex horreis in

castra

nec adverterent amici, sciri ab imperatore suam vitam priusquam ipse hoc imperator ostenderet. Unde non in-

castra deferendam, ut publici cursus prosequutores. sic enim vocantur Cod. Theod. *de cursu publico.* leg. XLVII. & XLVIII. *sint praterea duo palatini prosequutores singularum vhedarum, cum tribus servis habentes quinquagenarum librarum aversas, & saga quibus parerit eos pro itineris necessitate munire.* Ab illis sagis, quibus muniebantur, *sagones* eos appellavit posterior ætas, vel corrupta voce *saiones.* Saio enim nihil aliud est, quam sago, g in *i* mutato. Sagonum autem vel sajonum frequens apud Cassiodorum mentio: ex quo colligi potest, non eos tantum publicum cursum curasse, sed etiam pecunias publicas exegisse. qui cursu publico destinabantur aliquo jussu principis, veredarii dicebantur, & sagones ætate Cassiodori, quod sagis uterentur. hinc leg. 1. Cod. Theod. tit. quo supra, cavetur ne hippocomis saga sua auferant veredarii: saga enim sunt in ea lege quibus hippocomi ipsi muniebantur, & quæ item gerebant veredarii. Græcos illo loco vertisse παλλια observat. quis non videt legendum, παλλια? quam Latinam vocem Græci usu suam fecerunt. Glossæ: *Pallium*, παλλιον. sic frumentarii sub prioribus imperatoribus dicti, quos veredarios sequens ætas appellavit: iique omnino qui Græcis ἀγγελιαφόροι, quorum appellationis hæc etiam potest afferri ratio, quod annonæ tributisque exigendis præessent, & provinciales ad solvendum compellerent, & census curam agerent. nam eorum frumentariorum præfecti, iidem & census erant magistri. illud etiam docemur ex Dione, magistrum census eumdem fuisse, qui & frumentariorum præpositus; eique hanc curam incubuisse, ut per frumentarios vel χρηματιστὰς, imperatorem de omnibus certiorem faceret. frumentarios vero non tantum cursus publici procuratores & prosequutores fuisse, sed etiam exigendis vectigalibus

jucun-

operam dedisse & compellendis ad solutionem pensionum provincialibus. quod postea fuit etiam agentium in rebus officium qui in locum frumentariorum successerunt. Curiosi quoque, qui olim iidem cum frumentariis; postea ex corpore agentium in rebus ad cursum regendum sumpti sunt, sublatis scilicet frumentariis, non cursum tantum publicum procurabant, sed vectigalium etiam exigendorum curam gerebant. sic *sagones*, apud Cassiodorum, sive *sajones*, & cursui publico deserviebant, & pecunias publicas exigebant, & noxios constringebant. in legibus Wisigothorum *saio*, semper pro officiali ponitur, *Judex, & saio.* hoc est judex & ejus officialis, frumentarii quoque olim reis persequendis, & exhibendis, & in carcerem compingendis, & criminibus nunciandis, operam dabant. *curiosi*, ut jam dixi, & *frumentarii* idem. sed frumentariis à Diocletiano remotis, & penitus sublatis, curiosi ex corpore agentium in rebus per singulas provincias mittebantur, ad curas agendas, & idem munus obeundum, quod olim frumentarii: quos *ad explorandum annunciandumque, siqui forte motus existerent*, institutos esse scribit Victor. *ad explorandum annunciandumque*, εἰς τὸ διοπτεύειν καὶ ἀγγέλλειν. quod officium commune videntur habuisse cum speculatoribus, quos Plutarchus vocat διοπτῆρας καὶ ἀγγέλους, id est exploratores, & annunciatores. Locus Plutarchi: Εἷς ὁ τύπος Γάϊος Βάρβιος, ὁμῶ ὀπλίτης, ὁ δὲ πτερυγίου. ἔστω δὲ καλῶς, οἱ ἀγγέλοις καὶ διοπτῆραν ὑπηρεσίας πλεῖστας. Secundum hæc verba Plutarchi mens esset, optiones & tesserarios Romanis dici, qui exploratorum nunciorumque partibus fungerentur. ἀγγέλοι & διοπτῆρες idem sunt. qui explorat aliquid, non in alium finem speculatur & explorat, quam ut nuntiet id quod explo-

jucundum est [1] rem inferere, ex quo constet eum de amicis multa didicisse. Nam quum ad quendam scripsisset uxor sua, quòd [2] voluptatibus detentus & lavacris ad se redire nollet, atque hoc Adrianus per frumentarios cognovisset, petente illo commeatum, Adrianus ei lavacra & voluptates exprobravit. Cui ille, *Num & tibi uxor mea, quod & mihi, scripsit?* [3] Et hoc quidem vitiosissimum putant, atque huic adjungunt quæ de adultorum amore ac nuptarum adulteriis, quibus Adrianus laborasse dicitur, asserunt: 12 jungentes quòd ne amicis quidem servaverit fidem. Compositis in Britannia rebus, transgressus in Galliam Alexandrina seditione turbatus, quæ nata est ob Apin: [4] qui quum repertus esset post multos annos, turbas inter populos crea-

rando didicerit. optionem vero, & tesserarium diversorum esse officiorum nomina nemo queat inficias ire. Speculatores carnificis officium peragebant, in reis capite damnatis decollandis. unde eos δημίους, id est carnifices vocat Dio. Ergò per speculatores, carnifices; per optiones, carceris præpositos vel commentarienses intelligendum est. Frumentarii vero perquirendis quidem reis & prosequendis deducendisque operam navabant, non etiam supplicio afficiendis. ideo honestiores & gradus in militia majoris. sed quamvis diversi ordinis fuerint, speculatores & frumentarii curiosique, frequenter tamen conjunguntur apud auctores ob affinitatem & similitudinem ministerii. *Salmasius.*

1. *Rem inferre ex quo const. &c.*] Puteani codex, *reinferre.* putavit librarius non esse orationem Latinam. *quo* enim non *qua* omnes libri. ut suprà, *Maurorum gentes quos regebat.* Casaub.

Rem inferre, ex quo constet.] Agnoscit & hanc scripturam Pal. noster. *Gruterus.*

2. *Voluptatibus detentus & lavacris.*] Nam & lavacra, ἡδυπαθείαις præsertim, inter voluptates censebantur, quarum abstinentia in laude ponenda. Sic Suetonius in Augusto lavandi raritatem commendat. Severiores quoque duces lavacra militibus ademerunt sæpe, ut de Scipione Æmiliano, Metello, aliisque memoriæ proditum est. *Casaubonus.*

3. *Et hoc quidem vitiosissimum putant.*] Nihil mutare ausim: melior tamen fuerit sententia si ita scribas: *Et hoc quidem vitiosissimum putarunt.* Non enim quidam, sed vulgò omnes in Hadriano hoc reprehenderunt. Fortean mutaverunt, quos offendebant τὸ *putaverunt*, sine casu; cùm sit usitatissimum. *Idem.*

Et hoc quidem vitiosissimum putant.] Sequutus sum autographum Palatinum, in quo hæc lectio; vulgati prius, *quidam.* Grut.

4. *Qui cùm repertus esset post multos annos.*] Neque enim Ægyptii præsentem semper hunc suum deum coluerunt: sed per intervalla temporum existebat ille nobilis taurus, certis notis insignitus, quæ illum probarent deum. Herodotus, Ἐφράσθη Αἰγύπτιοι ὡς σφι ἥκει πορεία φανερὴ, ἀλλ' χρόνῳ πολλῷ εἰωθότι ἐπιφαίνεσθαι. Multa ibidem parens ille historiæ de exultatione Ægyptiorum Api invento. *Casaub.*

1. *Apud*

creavit, [1]apud quem deberet locari [2]omnibus ſtudiòsè certantibus. Per idem tempus in honorem Plotinæ [3] baſilicam apud Nemauſum opere mirabili extruxit. [4] poſt hæc Hiſpanias petit, & Tarracone hyemavit, [5] ubi ſumptu ſuo ædem Auguſti reſtituit, omnibus Hiſpanis [6] Tarraconem in conventum vocatis: [7] delectumque [8] joculariter, ut verba ipſa

1. *Apud quem deberet locari.*] Apud Memphitas fuit moris locari, ut Mnevim alterum bovem ſacrum Heliopoli. Statim inventum taurum Nicopolim deducebant ſacerdotes: ubi per dies quadraginta illum exhibebant etiam mulieribus ſpectandum. poſtea Memphim perductus, in Vulcani templo conſecrabatur, ut loquitur Suetonius. *Idem.*

2. *Omnibus ſtudioſe certantibus.*] Vocem Græcam voluit exprimere, *πάσων φιλοτειμησάντων.* Fuit autem familiare ventoſis illis & ridicule ſtultis populis, pro conſecratis animalibus tumultuari, & interdum etiam armis decertare. vide Juvenalem: qui bellum illud inter Tentyritas & Ombitas, vel oculis ſuis ſpectaverat, vel ab aliis acceperat qui fuerant *αὐτόπται.* *Idem.*

3. *Baſilicam apud Nemauſum opere mirabili extruxit.*] Dio templum nominat: ſi quidem de monumento Nemauſi poſito accipienda ejus verba. Sed non aliena à probabilitate eorum ſententia, qui & ſtupendam illius amphitheatri molem, aliaque talia ædificia magnifica, quæ etiam hodie quà Nemauſum, quà circumjacentem agrum nobilitant, Hadriani fuiſſe opera conjiciunt, ad memoriam Plotinæ commendandam extructa: aut Pii certè; quem genus Nemauſo traxiſſe Capitolinus affirmat. *Idem.*

4. *Poſt hæc Hiſpanias petit.*] Reg. *petiit.* E Galliis in Hiſpanias eſt profectus, ut hinc licet colligere, priuſquam Urbem repetereret. Extat nummus: HADRIANVS. AVG. COS. III. P.P. & in altera facie: RESTITVTORI. HISPANIAE. S. C. *Idem.*

5. *Ubi ſumtu ſuo ædem Auguſti reſtituit.*] Inter primos qui Auguſto templa poſuerunt Tarraconenſes fuiſſe notum eſt: Tacitus Annali primo: *Templum ei in colonia Tarraconenſi ſtruitur. Auguſto, petentibus Hiſpanis permiſſum: datumque in omnes provincias exemplum.* Idem.

6. *Tarraconem in conventum vocatis.*] Regius ſemper, *Tarraconam.* Idem.

7. *Delectumque joculariter detrectantibus Italicis.*] Julius Capitolinus in Marco, *Hiſpaniis exhauſtis, Italica allectione contra Trajani præcepta, verecundè conſuluit.* Ex horum locorum comparatione clarè diſcimus, Hiſpanias temporibus illis exhauſtas fuiſſe ob frequentes dilectus: cùm numeri Hiſpanico militi ut plurimùm explerentur. Itali enim conſilio cati principis Auguſti otio & pacis artibus dediti, parcius militabant, ut ſcribit etiam Herodianus libro ſecundo. Inde eſt quòd Hadriano dilectus in Hiſpania agente, Italici qui in Hiſpaniæ coloniis aut municipiis erant ejus imperium detrectant. Inde etiam, quòd cogitur tandem Marcus, allectione civium Italicorum, exhauſtas & propè jam ſolas Hiſpaniæ urbes frequentare. *Italici* hoc loco ſunt Itali aut Italis orti, qui Hiſpanica oppida inhabitabant. *Idem.*

Delectumque joculariter, ut verba ipſa ponit Marius, detrectantibus Italicis.] Hæc verba, *joculariter delectum detrectantibus Italicis*, putant eſſe Marii, quod Spartianus dicat, *ut verba ipſa ponit Marius*, ſed non eam mentem Spartiani eſſe cenſeo. vult quippe dicere, verba illa ipſa jocularia quibus delectum detrectabant Italici, apud Marium eſſe poſita. quæ ſi quis requirat, ab eo petenda. *Salmaſ.*

ba ipsa ponit Marius Maximus, [1] detrectantibus Italicis, [2] vehementissimè, [3] cæteris, prudenter & cautè consuluit. Quo quidem tempore, non sine gloria gravissimum periculum adiit, [4] apud Tarraconem spatians [5] per viridaria, servo in se hospitis cum gladio furiosiùs irruente: quem retentum ille ministris accurrentibus tradidit: & [6] ubi furiosum

Delectumque joculariter detrectantibus.] Pal. *retractantibus*; qui & heic & alibi semper exprimit *dilectum*. Cetera periodum hanc ita interpunxi, tamquam & Hispani αὐτόχθονες & Italici simul joculariter indicarint abhorrere se ab militia; seorsim tamen utrisque responderit Hadrianus: quam distinctionem sententia ipsa postulare mihi videbatur. Lipsius noster rescribendum putabat, *popularter detractantibus*, Epistolâ XVIII. Centuriâ Miscellaneâ. *Grut.*

* *Joculariter detrectantibus.*] Qui palàm non audebant rebellare, per jocos ac facetias animum suum à militia abhorrentem indicabant. Ita sperabant eludi posse Hadriani jussa: cùm se libenzis quærendis operam velle dare, aut nescio quid ejusmodi, seriò quidem, sed quasi joco dictitarent. *Casaub.*

1. *Detrectantibus Italicis.*] Palatinus, *retractantibus. retractare* pro *detrectare* familiare apud istos auctores, & usitatum verbum. infrà: *retractantem, & resistentem.* Aurelius Victor in vita Constantii: *Interim Romæ vulgus, turmæque prætoriæ Maxentium, retractante diu patre Herculio, imperatorem confirmant. retractat*, διστάζει, ὀκνηλεύει. *retractat*, ὑποχωρεῖ. *Salmas.*

2. *Vehementissimè consuluit.*] Ἐμβεβηκέναι. ut apud Julianum, μεῖζ' ἐμβεβηκὼς πολλάζειν Sed observemus locutionem: *Italicis vehementissimè consuluit.* pro, sic consuluit, ut principem experirentur vehementissimum & severissimum. Nec mirum principem natura sua tristem, & regnandi probè gnarum, jocis Italicorum offensum, aspe-

rius cum iis egisse. *Casaub.*

Vehementissimè consuluit.] Ita distingue: *Omnibus Hispanis in conventum vocatis, delectumque joculariter, ut verba ipsa ponit Marius Maximus, retractantibus Italicis, cæteris vehementissimè, prudenter & cautè consuluit.* Nihil mutavimus in hac lectione nisi distinctionem. sensus est apertus. cum omnes Hispani in conventum vocati essent, & Italici joculariter & leviter dilectum detractarent, ceteri vero Hispani serio & vehementer, Hadrianus *prudenter & cautè consuluit*, id est consulte & prudenter egit, cautum & prudens consilium cepit, cum magna prudentia judicioque statuit quid in illa re sibi agendum esset. *Salmas.*

3. *Cæteris prudenter & cautè.*] *Cæteri* isti sunt Hispani αὐτόχθονες, qui dilectum detractarant non minus quàm Italici: sed modestè, non ut illi joculariter. *Casaub.*

4. *Apud Tarraconem spatians per hospitiva viridaria, servo in se hospitis cum gladio furiosius irruente, &c.*] Vox *hospitiva* in neutro consipicitur Palatino; habetque uterque *viridiaria.* forsan rectè. *Grut.*

5. *Per hospitiva viridaria.*] Vocem *hospitiva* hinc ejecimus, jubente pro sua auctoritate Palatino codice. Vera lectio, *Apud Tarraconem spatians per viridaria, servo hospitis cum gladio furiosius in se irruente.* Salmas.

6. *Ubi furiosum constitit medicis curandum dedit.*] Rectè. satis enim punitur; cui talis morbus. Sed & legimus in Suetonii Augusto cap. 67. *Diomedem dispensatorem, &c.* Grut.

1. In

riosum esse constitit, medicis curandum dedit, [1] in nullo omnino commotus. Per ea tempora & aliàs frequenter in plurimis locis, in quibus barbari [2] non fluminibus sed limitibus dividuntur, stipitibus magnis [3] in modum muralis sepis [4] funditus jactis atque connexis, barbaros separavit: Germanis regem constituit: motus Maurorum compressit, & [5] à senatu supplicationes emeruit. [6] Bellum Parthorum per idem tempus in motu tantùm fuit, [7] idque Adriani col-

1. *In nullo omnino commotus.*] Est οὐδαμοῦ, *in nullo*, pro nihil. *Casaub.*

2. *Non fluminibus sed limitibus distinguuntur.*] Quid appellat *limites*? nam & flumina pro limitibus. Romanum imperium alibi limitibus à natura positis claudebatur: alibi arte constructis. prioris generis sunt, mare, hoc est Oceanus: flumina magna, ut Danubius & Euphrates, vel aliquando Rhenus & Tigris. item montes, ut in Asia Taurus quibusdam locis, alibi alii. Posterioris generis sunt fossæ, castra, arces, concædes, stipites, muri. Atque ista χαρακώματα sunt, quæ specialiter appellat hic Spartianus *limites*. Fossarum meminit Herodianus item Arcium, & Castrorum. Hujusmodi castra instar habuerunt urbium; imò verò vel à principio, vel temporis tractu urbes fuerant: neque alia origo tot burgorum per Germaniam, Græciam, aliasque finitimas provincias. *Idem.*

3. *In modum muralis sepis.*] Quid si scribamus, *in modum naturalis sepis*? Inter species varias sepimentorum, quas describunt accurate rei rusticæ scriptores, una est quæ vocatur *naturalis sepes*. sed neque editam lectionem damnare ausim: ut sit sepes muralis, quæ facta est, ut præstet usum muri. *Idem.*

In modum muralis sepis.] *Muralis sepes*, est murus. nam sepes pro quovis ambitu ædificii ponitur, unde & *sepire*, pro, muro lapideo circumdare. apud Vopiscum, *sepiones urbis*, pro muris: sepes ex Græco est σηκός, sepis: ut λύκος, lupus. σηκὸν Græci omnem περίβολον vocant, sive ex lapidibus, sive ex stipitibus, vel tabulatis constructus sit. hinc σηκὸν, κάνδηλον vocant. Sic Latini sepem pro stabulo. septum quoque pro stabulo Virgilio, ut notum est ex illo versu,

Quamvis multa meis exiret victima septis.

Salmas.

In modum muralis sepis.] Sic & Pal. ut & mox, *funditus jactis atque connexis.* Grut.

4. *Funditus jactis atque connexis.*] Regius, *jecit atque connexuit.* Casaub.

5. *A senatu supplicationes emeruit.*] Glossæ, *Supplicatio*, λιτανεία. rem dicunt: sed morem inlustrant historici Græci, qui hujusmodi honorem hac periphrasi exprimunt: Η' σύγκλητος ἐψηφίσατο θεοῖς τοῖς ἡτοῖς, καὶ σχολάζειν ἐορτάζοντας. Interdum supplicationem vertunt θυσίαν καὶ πανήγυριν. *Idem.*

6. *Bellum Parthorum per idem tempus in motu tantùm fuit.* Reg. *B. Parthicum.* pro *motu* quidam *metu* perperam. *Idem.*

Bellum Parthorum per idem tempus in motu tantum fuit.] Ita uterque Palat. nisi quod Excerpta, *tamen.* Grut.

7. *Idque Hadriani colloquio repressum est.*] Ubi autem & quicum habito? nam cum Partho non potest: neque hoc scripsit ullus veterum. & aut omnem historiæ seriem mirificè perturbavit Spartianus: aut hæc gesta cum adhuc versaretur Hadrianus in Hispania: aut non multò antè ex ea esset profectus. *Casaubonus.*

13 ni colloquio repressum est. [1] Post hoc per Asiam & insulas ad Achaiam navigavit, [2] & [3] Eleusinia sacra exemplo Her-

1. *Post hoc per Asiam & insulas ad Achaiam navig.*] Videtur Hadrianus ex Hispania in Africam trajecisse: inde Ægyptum petiisse & Syriam, reliquamque Asiam. Suadet itineris ordo, quo venisse dicitur in Achaiam: nam si Romam ex Hispaniis reversus, inde Græciam adiit, quomodo illud erit verum? *per Asiam & insulas.* contrà tamen Dio Cassius: Διὰ τῆς Ἀσίας μὲν πρώτης διῆλθεν Αἰγύπτου πειρᾶν. Venisse in Ægyptum ex Asia: non ut dicebamus ex Ægypto in Asiam. Adde quòd hic illius in Græciam adventus in quintum sextumve ejus imperii annum incidit: cum decimo pòst anno vel etiam undecimo Ægyptum adierit, imperii XVI. aut decimoseptimo: ut indicat non obscurè epistola quam de Ægypto & Ægyptiis ad Servianum cos. paullò inox scripsit. *Idem.*

Post hoc per Asiam & insulas.] Palatinus, *post hæc.* Salmas.

2. *Et Eleusinia sacra exemplo Herculis Philippique suscepit.*] *Suscipere sacra*, ut Græci παραλαμβάνειν τὰ μυστήρια. pro μυεῖσθαι. Dio sic, ἐπόπτευσε τὰ μυστήρια, ab eo quod erat postremum, universum sacrorum illorum apparatum designans. Olim Resp. Athenienium magni beneficii loco præstantibus viris, aut de se bene meritis jus detulit participandi istis sacris. Observat Soranus secundum ab Hercule Hippocratem eo honore fuisse affectum. Aristides in Panathenaico Herculi adjungit Castoras: Postea delatus hic honos multis ab Athenienibus: & quidem interdum per turpissimam adulationem, ut narratur ab Athenæo. de Hadriano verò Aurelius Victor scribit, illum Romæ Græcorum more cæremonias curare occœpisse. *Casaub.*

3. *Eleusinia sacra exemplo Herculis, &c.*] Sacra suscipere est μυεῖσθαι. sic Græci λαμβάνειν & παραλαμβάνειν τὰ ἱερά, καὶ τὰ μυστήρια. *sumere sacrum* dixit Tibullus:

Hoc sollemne sacrum, multos hoc sumet in annos.

Sumere igitur *sacrum* Tibullo est accipere vel suscipere. nam qui sacris initiabantur, ea accipere dicebantur, & invisere. qui vero initiabant, ut Pontifices & Sacerdotes, ea tradere & ostendere. Græcis δαδουχεῖν τὰ ἱερά, de his qui sacra tradunt & initiant: ἐποπτεύειν, d. illis qui initiantur, & quibus sacra traduntur. in veteri inscriptione: *tradiderunt Eliaca: tradiderunt Leontica:* AVRELIVS. VICTOR. AVGENTIVS. V. C. P. P. FILIO. SVO. AEMILIANO. CORFONI. OLYMPIO. C. P. ANNO. TRICESIMO. CONSECRATIONIS. SVAE. TRADIDIT. CORACICA. in eadem inscriptione, OSTENDERVNT. CRIPHIOS. Ista autem ἐποπτεύσεις & ostensiones in sacris præcipue locum habebant quæ κρύφια Græci vocant. qualia erant Eleusinia, Samothracia, Mithriaca, Cotyttia, & alia id genus. *Sacra crypta* vocavit Petronius: Latini *operta sacra* dixerunt. *sacerdos. Thyotes.* Quod ad hunc autem locum attinet, ubi Hadrianus dicitur sacra Eleusinia suscepisse, D. Hieronymus in Chronico Eusebii hoc sic rettulit: *Hadrianus sacris Eleusinæ initiatus multa Athenienibus dona largitur.* Spartianus quoque heic refert multa Hadrianum in Athenienses contulisse eo tempore, quo sacris initiatus est. ut hinc forte hauserit Hieronymus. verba Hieronymi sic legenda sunt: *Hadrianus Athenis hyemem exigens Eleusina invisit.* quod est, τὰ ἐλευσίνια ἐπόπτευσεν. cum vero diversis temporibus apud auctores illam initiationem Hadriani positam reperisset Eusebius, existimavit Hadrianum primum quidem initiatum sacris illis, postea sexennio interjecto, eadem invisisse. nam quinquennii spatium vulgo intercrat, inter μύη-

σιν,

Herculis Philippique susceptit : [1] multa in Athenienses contulit, [2] & pro agonotheta resedit. & in Achaia quidem [1] illud

σιν, & ἐποπτεύσειν. sed fere est ut mihi persuadeam Hadrianum μυστικὸς illos νόμους minime observasse, sed simul & semel μυηθῆναί τε καὶ ἐποπτεῦσαι. quod & Demetrio ab Athenienſibus privilegio quodam concessum, narrant Græci. Marcus quoque Antoninus, & initia Cereris adiit, & eodem tempore sacrarium intimum ingressus est. hoc est, ἅμα μυηθῆναι καὶ ἐποπτεῦσαι. Huc accedit, quod nec Dio, nec Spartianus quidquam de iterata ac repetita Hadriani initiatione scripserunt. ut ne addam quam verisimile sit Hadrianum omnium hominum principem curiosissimum, æquo animo tulisse, in interius sanctuarii secretum se non statim admitti, sed in sexennium remitti, & curiositatem suam tot annorum intervallo suspendi. non soli Demetrio hoc indulserunt Athenienses τὸ ἅμα μυηθῆναι καὶ ἐποπτεῦσαι : nam & alii quam plurimi hoc idem usurparunt. Latius his de rebus differentem Cl. Salmasium videre licet. *Salmas.*

1. *Multa in Athenienses contulit.*] Multa refert Dio, quæ inde fas petere. *Casaub.*

2. *Et pro agonotheta resedit.*] Diligentissimus scriptor Dio tria breviter nos docet : Hadrianum Athenis Dionysia celebrasse : fuisse tum archontem : inque ea solennitate non pro imperatore se egisse, verùm pro archonte & supremo Athenienſium magistratu. Malè ceperunt Dionis mentem qui ἀρχὴν ἄρξαι interpretati sunt *functus magistratu.* nam Hadrianus quando per Liberalia ludos edidit, archon erat cùm maximè, quin videtur ea fine archon fieri voluisse, ut pro dignitatis illius jure Liberalibus præsidere posset. Est igitur ἀρχὴν ἄρξαι, quod aliter Græci παραλαβεῖν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν, *suscepisse magistratum archontis* : non eo functum esse. Suetonii verba sunt : *Certamini præsedit crepidatus, purpureaque amictus toga Græcanica, capite gestans coronam auream.* Sed apud Græcos pro genere ludorum, diversa vestis fuit agonothetæ ; nam in alia musicis præsidebant, in alia gymnicis, &c. *Residit* Spartianus posuit pro præsedit, καθῆσθαι. Non ubique tamen agonothetæ præsidebant. Quare non absurdè dici potest, auctorem non sine caussa usum verbo *residere* de Hadriano : qui de majestate sua remisit multum, cùm dissimulato imperatore archontis & agonothetæ locum implevit. similiter tamen eo verbo usus Capitolinus in Lucio Vero : *Medium inter Pium & Marcum resedit, cùm quæstor populo munus daret.* Idem.

Et pro agonotheta resedit.] Nescio quid sibi voluit vir magnus qui citatis his Xiphilini verbis ex Dione, τὰ Διονύσια τὰ μεγίστῳ παρ' αὐτοῖς ἄρχοντι ἄρξας, *immo τὰ Διονύσια τὰ μεγάλα ἐποπτεύσας, ut scripserat Dio. Nam τὰ Διονύσια non sunt ἄρχων, sed πλείω.* nec enim τὰ Διονύσια τῷ μεγίστῳ ἄρχοντι vocat, sed τῷ δ' ἄρχοντι ἀρχῇ, qui maximus apud Athenienses magistratus. de magistratu igitur archontis loquitur. certum est ex Phlegonte Tralliano Hadrianum archonta Athenis fuisse priusquam imperium adeptus esset. cujus hæc sunt verba : Ἄρχοντος Κλιμένους Δελφοῦ δ' αὐτοκράτορος ἡμέραι, ἐν αἷς ἐθεάσατο τὸν Ρ'ωμῆ αὐτοκράτορα Τραϊανὸν τὸ ἑξῆς καὶ Τίτα Σεξτίου Ἀφρικανοῦ. Illa verba, δ' αὐτοκράτορος ἡμέραι, ita accipienda, *archonte Adriano, qui postea imperator factus est. qui postea imperavit.* cui vero de his rebus melius tutiusve credi possit quam Phlegonti Hadriani liberto ? Præterea non dicit Spartianus hoc loco Hadrianum eo tempore quo pro Agonotheta resedit in ludis Liberalium, archonta fuisse. quod tamen non omisisset ut opinor. præsertim

[1] illud obſervatum ferunt, quòd quum in ſacris multi cultros haberent, cum Adriano nullus armatus ingreſſus eſt. Poſt in Siciliam navigavit, [2] in qua Ætnam montem conſcendit, [3] ut ſolis ortum videret [4] arcus ſpecie, ut dicitur, varium. Inde Romam venit, atque ex ea in Africam transiit, ac [5] multum beneficiorum provinciis Africanis attribuit. [6] Nec quiſquam ferè principum tantum terrarum tam

tim cum paulo poſt ſcribat, eum jam imperatorem magiſtratum illum archontis apud Athenienſes cepiſſe. Dio ipſe qui ἀρχὴν ἄρξας dixit, non intellexit eo ipſo anno archonta fuiſſe, quo ludos Liberalium edidit, ſed plane ex archonte tunc fuiſſe & olim magiſtratum illum geſſiſſe ſignificat. nam πλὴν μείζονα παρ' αὐτοῖς ἀρχὴν ἄρξας, ita vertendum: *cum maximum apud eos magiſtratum geſſiſſet.* ſic Γύγης ὃ τυραννεύσας, *cum Gyges regnum adeptus eſſet*, apud Herodotum. ἀρχὴν ἄρξας igitur ſic accipiendum, ut ἀγορανομήσας, γυμνασιαρχήσας, & ſimilia in veteribus inſcriptionibus. quorum omnium ſignificatio, non ad magiſtratum vel honorem quo quis in præſenti fungitur, referenda eſt, ſed quo olim functus eſt. ita hoc loco apud Dionem dicitur Hadrianus magnifice τὰ Διονύσια celebraſſe jure magiſtratus, quem olim maximum apud Athenienſes geſſerat, id eſt archontis. cum enim in Orientem profectus per Athenas iter feciſſet, & in æſtu aliquantum moratus eſſet, & in id tempus incidiſſent Liberalia, iis jure ſuo tanquam vetus archon præſidere voluit, & hoc munus illius anni archonti præripuit. *Salmaſ.*

1. *Illud obſervatum ferunt.*] Metu videlicet inſidiarum, ut antè diximus. Quòd autem fuerit moris ut ituri ad rem divinam faciendam, cultros aſſumerent, vel proverbium declarat, ἡ ἀξὶς πλὴν μείζονος. *Caſaub.*

2. *In qua montem.*] Regius, *inque montem.* Idem.

In quâ Ætnam montem conſcendit.] Sic ambo Pall. *Grut.*

3. *Ut ſolis ortum videret.*] Altitudinem montis Ætnæ & mediocriter docti norunt. Eſt autem evidentiſſima ratio cur è cacumine præcelſorum montium, ortus ſolis & aliorum ſiderum citius videantur. *Caſaub.*

4. *Arcus ſpecie varium.*] *Arcum* intellige cœleſtem. Pro qualitate, denſitate aut raritate nubium quæ inter ſpectantis oculum intercedunt, & ſolem cùm jam ſupra horizontem incipit aſcendere, varii parent colores. diverſimodè enim oculis noſtris illuditur. *Idem.*

5. *Multum beneficiorum provinciis Africanis attribuit.*] Teſtes nummi in eam rem cuſi: ut, RESTITVTORI. AFRICAE. & in alio, ADVENTVI. AVG. MAVRETANIAE. S. C. *Idem.*

6. *Nec quiſquam ferè principum tantum terrarum tam celeriter peragravit.*] Propterea ceu alter Hercules vulgò habitus hic imperator: qui orbem Romanum aſſiduè peragraret ſimul, & beneficiis ſuis adjuvaret. Nummum vidimus apud ampliſſimum Præſidem Thuanum, ATT. K. AΔPIANOC. CEBACTOC. HPAKΛHC. PΩMAIOC. ſpectatur ibi in ornamentis Herculeis novus hic HERCVLES ROMANVS. Ipſe enim Hadrianus Auguſtus dictus eſt HERCVLES SERVATOR; ſive AVERRVNCVS: quòd provincias circumiens, procuratores & præſides, (genus hominum quovis monſtro ſæpe terrius) pro factis ſupplicio afficeret quàm ſeveriſſimè. *Idem.*

Nec quiſquam ferè principum tantum terrarum tam celeriter peragravit.] Omnino ſcribendum puto: *Nec quiſquam*

tam celeriter peragravit. Denique quum post Africam Romam rediisset, [1] statim ad orientem profectus per Athenas iter fecit, atque opera quæ apud Athenienses cœperat, dedicavit: [2] ut Jovis Olympii ædem & aram sibi: eodemque modo per Asiam iter faciens, [3] templa sui nominis consecravit. [4] Deinde [5] à Cappadocibus servitia castris profutura

quam fere principum tantum tam celeriter peragravit: tantum peragravit, id est, τοσοῦτον περιῆλθεν (*tantum terrarum obiit.* Glossæ: *Peragrat*, περέρχεται, περέρχει). *Salmas.*

1. *Statim ad Orientem profectus per Athenas iter fecit.*] Hujus profectionis Eusebius meminit in Chronico, sexto Hadriani anno. *Casaub.*

2. *Ut Jovis Olympii ædem & aram sibi.*] Dio: Τὸ, τε Ὀλυμπίειον τὸ ἐν τοῖς Ἀθήναις ἐν ᾧ καὶ αὐτὸς ἱδρυ) ἐξεποίησε. de hoc templo adi ad Strabonem & Pausaniam. ex hoc discet, totum illud fanum non minus ad Hadriani honorem pertinuisse, quam Jovis. fuit enim ibi extructus qui dicebatur ναὸς Πανελλήνιος, locus amplissimus, Hadriano consecratus: statuis repletus quas illi urbes Græciæ certatim posuerant. De Jovis Olympii æde notandum Dionis verbum, ἐξεποίησε, *perfecit*, quo significat auctor, non à fundamentis struxisse Hadrianum hanc ædem; sed ab aliis inchoatam consummasse ac dedicasse: quod verum est. *Idem.*

Et Jovis Olympii, & aram sibi.] Ædem Jovis Olympii Dio vocat Ὀλύμπιον: τὸν Ὀλυμπίειον τὸ ἐν τοῖς Ἀθήναις ἐν ᾧ καὶ αὐτὸς ἱδρυ) ἐξεποίησε. perperam vir magnus Ὀλυμπεῖον legit in illo Dionis loco. nam Ὀλύμπιον pro Ὀλυμπιεῖον est Jovis Olympii templum. sic Λαον, pro Λαεῖον, &c. *Salmas.*

3. *Templa sui nominis consecravit.*] Hanc Græci Ἀδριάνειον vocabant: ut Epiphanius contra Ebionæos, & alii. nam apud eundem Epiphanium in Asia malè Ἀδριανεῖον scriptum. Ibi narrat Epiphanius Hadriani templum quod Alexandriæ fuerat ejus honori consecratum, versum postea fuisse in gymnasium, vel prætorium Licinnianum: tandem vero à Constantino imperatore ædem sacram ibi positam, & de nomine Gregorii Meleriani appellatam. Ita paullatim à Christianis imperatoribus in pios usus conversa omnia istius superstitionis templa. diu tamen eorum memoria duravit & nomen. *Casaub.*

4. *Deinde à Cappadocibus servitia castris profutura susceptæ.*] Servitia ista castris profutura, quæ à Cappadocibus fuisse dicitur Hadrianus, non de castrensibus ministris qui in aula militabant accipienda sunt. in regia familia erant, & *castrenses ministros*; vel *castrenses*, sub posterioribus imperatoribus, qui erant in officio *comitis & castrensis sacri Palatii*. Scio imperatoris comitatum σκηνὴν dici appellari, & castrenses, ministros aulicos. non propterea tamen castra hæc accipienda. *aliam prius ejus.* nam Latini *castra* non dixerunt de imperatoris comitatu. [1] Servorum autem in castris Romanis magna multitudo: calonum, inquam, lixarumque: sed de calonibus hic accipiendum. hi per incuriam disciplinæ magno numero in castra semper inducti, qui munus facerent, vallum portarent, fossam ducerent. Prioribus sane temporibus & stante adhuc disciplina rari in castris servi, nec nisi dignorum, ducum, tribunorumque: postea vero labantibus moribus plures pene servi quam milites, ita ut ne gregarius quidem ullus sine servo. At sub imperatoribus passim

futura suscepit. [1] Toparchas & reges [2] ad amicitiam invitavit, [3] invitato etiam [4] Cosdroe rege Parthorum, remissaque illi filia quam Trajanus ceperat, [5] ac promissa sella quæ itidem capta fuerat. Quumque ad eum quidam reges venissent, [6] ita cum his egit [7] ut eos pœniteret qui venire noluerunt, [8] causa speciatim Pharasmanis, qui ejus invitationem

suus cuique gregario servus. calones hi veteribus dicti. recentioribus *Galearii*, servi militum proprie sic dicti quod galeam portarent. Propertius:

Et fessi galea qui tibi portet aquam.

Salmas.

[*] *A Cappadocibus servitia castris profutura.*] Olim pars magna servorum Cappadoces erant: de quorum illiberali ingenio multa passim Græci. apud Romanos verò Cappadox & mancipium, sæpe idem. *Casaub.*

1. *Toparchas & reges.*] Regius, *Tetrarchas.* non multum interest utro legamus modo. *Idem.*

2. *Ad amicitiam invitavit.*] Regius, *ad amicitias.* Scrib. *ad amicitiam suam.* nam *amicitiæ* numero multitudinis hic quidem durisculum. *Idem.*

3. *Invitato etiam Cosdroe rege Parthorum.*] Pall. duo, *Osdroe.* Grut.

4. *Cosdroe rege Parthorum.*] Aurelius Victor in Trajano Persarum regem hunc appellat: parum accurate & ad tempora sua oculos referens, non Trajani. Fuêre eo nomine plures & Parthorum & mox Persarum reges. Scribitur autem variè: & cum littera *d Cosdroes*, ut hîc & apud Victorem atque alibi: & *Cosroes* sine *d*, ut in Martyrologiis aliquoties, & in aliis locis. *Casaub.*

Cosdroe rege Parthorum.] Palatinus: *Osdroe.* quod idem est. Græci autem frequentius Οσδρόης & Χοσδρόης pronuntiant. Latini vero scriptores; *Osdroes*, & *Cosdroes* insertò *d*. *Salmas.*

5. *Ac promissa sella quæ itidem capta fuerat.*] Hæc sella aurea est cui insidebant Parthorum reges, & mox Persarum, cùm se præberent spectandos hominibus. Multa in historiis de hac sella non semel apud Romanos captiva. *Casaubonus.*

6. *Ita cum his egit.*] Paullò pòst, *Regibus multis plurimum detulit: à plerisque verò etiam pacem redemit.* Idem.

7. *Ut eos pœniteret qui venire noluerunt.*] Ibidem, *à nonnullis* regibus *contemtus est.* Idem.

8. *Causa speciatim Pharasmanis.*] Dio, Ἕτερον δὲ πόλεμον ἐξ Ἀλανῶν, εἰσὶ δὲ Μασσαγέται, ἐκίνησε καὶ Φαραξμάνης. An de isto rege Alanorum Spartiani verba hæc capienda? an potius de alio ejusdem nominis Iberorum rege? In Excerptis Legationum è Dione lego, Pharasmanem Iberorum regem Romam cum uxore venisse, & ab Hadriano liberaliter fuisse acceptum. narrat historiam Spartianus quoque in sequentibus; sed parum dilucidè. Jam olim Iberiæ reges ita appellatos invenio. Tacitus Annalium XII. *Idem.*

Causa speciatim Pharasmanis.] Verba Spartiani: *Quumque ad eum quidam reges venissent, ita cum iis egit, ut eos pœniteret qui venire noluerunt, causa speciatim Pharasmanis qui ejus invitationem superbe neglexit.* Sensus hic esse videtur: cum Hadrianus comiter & benigne tractasset regulos quosdam qui ad se venissent, pœnituisse reliquos qui venire noluerunt, speciatim Pharasmanem, qui ejus invitationem superbe neglexerat. delenda igitur vox *causa*, & legendum: *Ita cum iis egit, ut eos pœniteret qui venire noluerunt, speciatim Pharasmanem qui ejus invitationem superbe neglexit.* Nisi si quis retinendam potius censet illa mente, ut nempe Hadrianus ita se humane gesserit cum regibus qui ad se vene-

nem ſuperbè neglexerit. Et circumiens quidem provincias, [1] procuratores & præſides pro factis ſupplicio affecit, ita ſeverè [2] ut accuſatores per ſe crederetur immittere. [3] Antiochenſes inter hæc ita odio habuit ut Syriam à Phœnice ſeparare voluerit, ne tot civitatum metropolis Antiochia diceretur. [4] Moverunt ea tempeſtate & Judæi bellum, [5] quòd vetabantur mutilare genitalia. [6] Sed [*] in monte Caſ- 14

venerunt, eam maxime ob cauſam, ut reliquos pœniteret qui venire noluerunt, & ſpeciatim Pharaſmanem, qui invitanti ut ad ſe veniret Hadriano, ſuperbe reſponderat. Hic autem Pharaſmanes rex fuit Iberorum. *Salmaſ.*

1. *Procuratores & præſides pro factis ſupplicio affecit.*] Cave heic appellationem præſidis ad proconſules & proprætores etiam extendas. præſes quidem generale nomen de provinciæ adminiſtratore. proprie tamen ſic dicti, qui minores provincias quæ à ſolis procuratoribus regebantur, adminiſtrabant. itaque in illis provinciis procurator, & præſes idem. quinimmo utraque appellatione gaudebant, procuratoris & præſidis. Hinc in veteribus inſcriptionibus, *Procurator & præſes Alpium. procurator & præſes provinciarum per Orientem.* ſic Græcis ἄρχοντες καὶ ἐπιτρόποι. At qui in provinciis proconſularibus procuratores erant Cæſaris, hi non præſides ſed procuratores tantum dicebantur, qui rem fiſci curabant, & nullam niſi in fiſcalibus cauſis juriſdictionem habebant. tam de his procuratoribus quam de illis qui præſidum nomine provinciis præerant capiendus hic locus. *Idem.*

2. *Ut accuſatores per ſe crederetur immittere.*] *Per ſe*, id eſt, ultro, non cujuſquam rogatu, & ut loquuntur Juriſperiti, ex officio judicis. Paullò poſt, *quos ad militiam ipſe per ſe vocabat.* id eſt, ſine ullius ſuffragatoria commendatione. Propertius,

Litera nativos per ſe dent picta lapillos.

Caſaub.

Ut accuſatores per ſe crederetur immittere.] Sic quoque iſta expreſſit Palatinus integer. *Grut.*

3. *Antiochenſes inter hæc ita odio habuit.*] Putamus, Hadrianum triſtem, ſeriumque ſemper, & nimia ſæpe notum ſeveritate principem, offenſum ingenio levi, procaci, & petulante populi luxu diffluentis. Accedit eorundem Antiochenſium dicacitas: quo vitio ſæpe principum odia in ſe excitarunt. Cùm igitur ita leves adeoque φιλοσκώμμονες eſſent Antiochenſes, ut gratiam ſui principis ſemper quàm dictum mallent perdere: cenſen' Hadrianum qui Antiochiæ erat, quando ille mimus inter ipſum & Plotinam agebatur, faceti illius populi dicteria potuiſſe effugere? *Caſaub.*

4. *Moverunt ea tempeſtate & Judæi bellum.*] Imò verò motum Trajano imperante bellum à Judæis, & ſub illo, & ſub Hadriano variis temporibus ac locis ſæpius recruduit: maximè autem XVIII. imperii Hadriani anno, ut ex vetuſtioribus ſcriptoribus narrat Euſebius libro IV. cap. VI. *Idem.*

5. *Quòd vetabantur mutilare genitalia.*] Etſi magnum diſcrimen eſt inter ἀποτέμνειν & ἐκλίμνειν, circumcidere & caſtrare; videntur tamen legibus Domitiani, Nervæ & Hadriani, quibus vetita ἐκλίμνειν, id eſt marium evitatio, etiam circumciſioni fibula eſſe impoſita. quod cum impatientiſſimè Judæi ferrent, aut potius cùm non ferrent, à Pio tandem auxiliarem legem impetrarunt. *Idem.*

6. *Sed in monte Caſſio cum videndi Solis, &c.*] *Caſſio* legendum eſt, non *Caſſia.* Dionyſius in περιηγήσει ſemper Κάσιον vocat. Stephanus Κάσιον dictum

te Cassio [1] quum videndi solis ortus gratia nocte ascendisset, imbre orto, fulmen decidens hostiam & victimarium [2] sacrificanti afflavit. [3] Peragrata Arabia [4] Pelusium venit, & [5] Pompeji tumulum magnificentiùs extruxit. [6] Antinoum suum dum per Nilum navigat, perdidit, quem muliebriter flevit: de quo varia fama est, [7] aliis eum devotum pro

ctum à Caso insula una ex Cycladibus colonia inde ducta scribit, vel à Caso quodam Gleomachi filio. heic autem non de Casio Ægypti, sed de Casio Antiochiæ propinquo intelligendum, cujus tantam altitudinem esse tradunt auctores, ut solis ortus inde videatur quarta fere noctis vigilia. Solinus: *Talis è Casio speculæ est ut lucem prius videas quàm auspicetur dies.* Salmas.

Sed in monte Casii.] Nescio quorsum istud, *sed* hoc loco positum. nullo modo enim cohæret cum præcedentibus. *Idem.*

Sed in monte Casio, &c.] Pal. idem, *Casio*, Grut.

* *In monte Casio.*] Casius vel Cassius mons duplex; alter ad Pelusium in ipso Ægypti aditu: quo accessisse Hadrianum, præter Dionem, & refert Spartianus mox, & Appianus Alexandrinus. Alter Casius ad Antiochiam fuit. nam ita multi illum præaltum montem nominant, qui ei urbi imminet. Dion in Trajano Corasium: ἐγειάθη τὸ αὐτὸ τὸ Κορσίλιον, sed legendum ibi, αὐτὸ τὸ ὄρος Κάσιον, vel unica dictione Ὀρκαίσιον. nam in secunda Persicorum Procopii Orocasias nominatur mons quidam ad Antiochiam. de hoc igitur Casio loquitur Spart. non de illo alteto. *Casaub.*

1. *Cùm videndi solis ortus gratia nocte ascendisset.*] Plinius, *Cassii montis excelsa altitudo, quarta vigilia surgentem per tenebras solem aspicit.* Idem.

2. *Sacrificanti afflavit.*] Jovem Casium etiam ibi fuisse cultum constat. *Idem.*

3. *Peragrata Arabia Pelusium venit.*] Vult Hadrianum ex Arabia transisse in Ægyptum. Dio ait recta è Judæa. Διὰ δ' Ἰουδαίας μὴ τούτου εἰς Αἰγυπτον πορευθείς. *Idem.*

4. *Pelusium venit, & Pompeii tumulum, &c.*] Tumulus Pompeii in Casio monte fuit, quod Κάσιον ὄρος τοῦ Αἰγύπτου, & Κάσιον ὄρος τοῦ Πηλουσίου vocat Strabo ad differentiam alterius Cassii, qui in Seleucia prope Antiochiam, de quo in superiori animadversione diximus. In illo monte Trajanus cum ad bellum Parthicum proficisceretur, spolia quæ de Getis ceperat, Jovi Casio appendit; crateres nempe argenteos & poculum deauratum ex uri sylvestris cornu. *Salmas.*

5. *Pompeii tumulum magnificentiùs extruxit.*] Dio, Καὶ τὸ μνῆμα αὐτοῦ διεφθαρμένον ἀνῳκοδόμησεν. *Casaub.*

6. *Antinoum suum dum per Nilum navigat.*] Auctorem sequitur ipsum Hadrianum, qui ita in literas retulerat. Dio, Ἐπ' ὄν εἰς τὸν Νεῖλον ἐμπεσὼν, εἰς ἀθεμιτους ἡδονὰς ἐτράπη. *Idem.*

7. *Aliis eum devotum pro Hadriano asserentibus.*] Observabamus ad quartum Suetonii, veterum persuasionem hanc fuisse, posse alicujus produci fata, si ejus vicem subiret alter, velut hostia quædam succidanea. Multa hujus superstitionis, falsissimæ quidem, sed ex vero manantis, exempla non in Græcorum & Romanorum solum historiis; sed & multarum aliarum gentium Barbarorum: vel vide quæ de insulis Canariarum insularum narrat Aloysius Cadamustus capite octavo. Neque tantùm pro capitibus principum hujusmodi permutatio fieri solita: verùm etiam pro quovis aliorum. Aristides Hadriani

ferme

pro Hadriano asserentibus,[1] aliis quod & forma ejus ostentat & nimia voluptas Adriani. [2] & Græci quidem volente Adriano

ferme æqualis, in Sacrarum quinta narrat, se, cùm periculosè ægrotaret, oraculo monitum, Ὅτι ἡ Φιλουμένη ψυχὴν ἀντὶ ψυχῆς, τὸ σῶμα ἀντὶ σώματος ἀποδώσει, τὴ αὐτῆς ἀντὶ τῆς ἐμῆς. Moritur ergo Philumene, convalescit Aristides. Erat hæc filia Callitychæ nutricis quondam Aristidis, vel collactaneæ: Oportebat autem, ut qui pro alio moriebatur, ultro mortem oppeteret: quod & in victimis aræ admovendis scimus servatum. Aurelius Victor, de Hadriano & Antinoo verba faciens: *Quæ quidem alii pia volunt religioque: quippe Hadriano cupiente fatum producere, cùm voluntarium ad victum magi popposcissent, cunctis retractantibus, Antinoum objecisse se referunt.* Fere tamen quicunque ex antiquis scriptoribus Hadriani famæ voluerunt consultum, sacrificium istud humanum studio dissimularunt. Quare etiam Athenagoras in Apologetico ad Marcum imperatorem, Antinoi consecrationem humanitati Hadriani adscribit, non amori fœdo. Κόλασις, inquit, φιλανθρωπίας τῆς ὑμετέρου εὐσεβοῦσιν εἰς τὸν Ἀντίνοον ἐπιχώριοι θεοί. *Idem.*

Aliis cum devotum pro Hadriano asserentibus.] Qui pro alio devovebantur, & alieni fati vicarii, sua sponte mortem obibant, Græcis ἀνθύψυχοι dicti quod animam pro anima redderent. ut de Alcestide narrant Græci. Dio vel Xiphilinus ὑπερηθύσθη quidem Antinoum scribit, sed non in eam rem, ut Adriani fata proferrentur, siquidem ejus verba recte interpretamur, quæ perperam accepta viris doctis putamus. nam, nisi fallor, sentit Dio Antinoum ab Hadriano ad hoc immolatum, ut extispicio puerilis victimæ futura exploraret. nam quæ de Adriani curiositate heic scribit circa divinationes & vaticinationes, magicasque artes, ad illum morem cædendarum humanarum hostiarum, ut extispiciis futura panderentur, spectat, quem morem curiositatum Hadriani ædulus imitator Julianus usurpasse dicitur. Lampridius de Heliogabalo: *Cædit & humanas hostias fœtis ad hoc pueris nobilibus & decoris per omnem Italiam patrimis & matrimis, credo ut major esset utriusque parenti dolor, omne denique magorum genus aderat illi, &c.* Ubi vides pueros etiam decoros ad hanc rem quæri solitos. Antinous autem adeo decorus ut & formæ gratia Hadriano amaretur ejusque delicium esset. non dubium igitur in alia fuisse sententia Dionem ac Spartianum de hac Antinoi morte sive immolatione, vel causa immolationis. *Salmas.*

1. *Aliis, quod & forma ejus ostentat, & nimia voluptas Hadriani.*] Honestè reticet rem turpem & ne nominandam quidem. ita enim suppleti debet: aliis asserentibus eum fuisse delicias Hadriani, quod & forma ejus ostentat, & Hadriani nimia voluptas. hoc est παιδομανίαν. *id voluptas* significat hoc loco, ut mox, *in voluptatibus nimius.* Est autem firmissimum quo utitur argumentum, à forma Antinoi: quam didicerat Spartianus ex illius statuis, & veteribus nummis. *Casaub.*

2. *Et Græci quidem volente Hadriano cum consecraverunt.*] Respicit ad profusas Græculorum adulationes, quibus Hadriani luctum minuere conati sunt, cùm illi Alexandriæ Antinoum suum muliebriter deflerent. Habes insuetre exemplum in decimoquinto Athenæi, de Pancrate. Ait, *volente Hadriano*, quasi consecrationis hujus non fuisset Hadrianus auctor, sed Græci homines: quod & Athenagoras iis verbis quæ modò attulimus, videtur significare. Illi igitur non solùm inter heroas & minorum gentium deos Antinoum retulerunt: sed & stationem in cœlis certam eidem assignarunt, novum sidus ANTINOVM inter cœlestes imagines

Adriano cum consecraverunt, * oracula † per eum dari asse-

commenti. Ejus posituram in siderum ἐπεγθονίοις & descriptionibus astrologorum invenies. Quidam in orbe Lunæ cum Endymione collocarunt. Ejus consecrationis cùm alia extant hodieque monumenta, tum istud Romæ egregium.

ΑΝΤΙΝΟΩ
ΣΥΝΘΡΟΝΩ ΤΩΝ
ΕΝ ΑΙΓΥΠΤΩ ΘΕΩΝ
Μ. ΟΥΛΠΙΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ
ΠΡΟΦΗΤΗΣ.

Qui lapidem hunc honori Antinoi dedicavit, Hadriani libertus fuit, aut alicujus è Trajani cognatis. Erat autem προφήτης, id est, sacerdos Antinoi: sed quoniam vulgò creditum est hoc sacerdotio præditis vim divinandi inesse; ideo non ἱερέα se aut sacerdotem vel flaminem nominat, verùm Prophetam. Quòd autem hic nominatur Antinous συνθρονος † ἐν Αἰγύπτῳ θεῶν, deorum Ægypti consessor & consors, illud significat: urbem de hujus nomine Antinoum sive Antinoopolin in Thebaide jussu Hadriani appellatam, non à fundamentis fuisse novam factam; sed ejus gratia instauratam, & quasi denuo conditam: cùm esset ante is locus alii numini consecratus. Besam deum illum, & urbem quoque priores vocabant: quam appellationem diu etiam postea retinuerunt Ægyptii, altera Græcis relicta. Propterea fuêre qui de duobus unum nomen componerent, & oppidum istud Bessantinovm appellarent. *Idem.*

Et Græci quidem volente, &c.] Tertulliani locus de hac Antinoi consecratione excutiendus. is ita se habet in vulgatis codicibus Apologetici c. XIII. *Cum Simonem magum statua & inscriptione sancti Dei inauguratis, quum de pædagogiis adhuc nescio quem cinædum deum facitis.* legendum, *Synodi Deum facitis.* id est in Synodum & collegium Deorum cooptatis. sic *collegium Deorum* in veteri inscriptione: Jovi, optimo, maximo. caelestino. pontifvs. et. minervae. et. collegio. sanctissimo. *Deorum*, scilicet. sic in alia inscriptione, *Deorum consilium* dicitur: item *consessus Deorum* in alio marmore. & *Synodus Xystica* sæpe occurrit in veteribus monumentis. qui autem de hominibus in Deorum numerum referebantur: hi παίρεδροι deorum fieri dicebantur, & συνέδροις, quasi adsessores & eadem sede præditi cum ceteris Diis. Hoc est quod ait Tertullianus, Synhodi deorum fieri, & collegio eorum adscribi. Virgilius ad Augustum:

Tuque adeo quem mox quæ sint habitura deorum
Concilia, incertum est. ——

Synhodus Deorum apud Græcos erat ex duodecim Diis, quos magnos appellabant. in quorum numerum qui ex hominibus referebantur, hi παίρεδροι τῶν μεγάλων θεῶν dicebantur. Hesychius: παίρεδρος, ὁ ἐπιτιθέμενος, ὁ ἐπιμένων, συνέδρος. Sciendum vero est unicuique Deorum suos attributos παίρεδρους. Jovi τὰς ἑπτὰ θεάς, sex mares, sex fœminas, quos propterea Consentes appellabant, id est, συνέδρους, Matri deûm idæos Dactylos. Consentes veteribus Latinis dicti qui Jovis consiliarii & assessores esse existimabantur. *consentium* igitur *deorum*, & consessus, & *concilium*, & *collegium*, & *Synodus*, ut in illo Tertulliani loco, sunt συνώνυμα. Hujusmodi autem deorum παίρεδροι qui de hominibus in deorum concilium & collegium adlegebantur, Latini veteres appellarunt *novemsiles* vel *novemsides* secundum quorumdam opinionem, quod eadem sede præditi essent. *Quos Græci συνέδρους, à novem ac sidendo, idvelt eadem sede præditi.* quod novem in eadem sede, hoc est, in eodem templo collocati essent. putavi tamen aliquando deum Synodi dici Antinoum, qui pro deo coleretur à Synodo Xystica. sic enim argumentabar: cum ephebum à Græcis in gratiam

afferentes : quæ Adrianus ipse composuisse jactatur.

[1] Fuit

tiam & solatium Hadriani consecratum ; statuas ejus in Gymnasiis Græcorum positas cum Herculis, Mercurii, Minervæ, & aliorum deorum qui in Gymnasiis ponebantur, simulacris. Agonem in ejus honorem institutum Gymnicum, ab ejus nomine Ἀδριάνειον dictum. cum igitur illi de more sacra facerent Xystici qui in eo agone certabant, putabam Synodi deum propterea cum appellari à Tertulliano. nam Synodi illæ Xysticorum sua sacra habebant, & pontifices suos, ut & alia omnia collegia. Sed *Deorum Synhodi fieri*, dicitur Tertulliano qui in Synodum & Concilium deorum cooptatur. *Salmas.*

* *Oracula per eum dari asserentes.*] Idem Græci de Hephæstione narrabant quem Alexander divum fecerat, somnia per illum immitti, curationes fieri, & oracula reddi asserentes. De paredris supra diximus, ita scilicet appellari solitos, qui beneficio principis alicujus, aut propriæ virtutis merito, numinis dignitatem erant adepti, & in consortium Deorum recepti. nil erat esse Deum nisi Dei quoque officio fungerentur. itaque novitii illi & adscriptitii Dii, ut aliqua divinitatis auctoritate censerentur, somniis & oraculis responsa dare, & curationes facere credebantur. quod in Æsculapio, Amphiarao, Trophonio, aliisque stulta credidit antiquitas. idem de Hephæstione finxerunt, qui Alexandro adulabantur ; & de Antinoo qui Hadriano. παρέδρους ejusmodi Deos appellitabant. Hinc & παρεδρεύοντες δαίμονες dicti quos ad futura præmoscenda magi evocabant. tres igitur ibi ἀναλογίαν spirituum gradus ponuntur à Fulgentio. Dynameri, hoc est, Δυναμικοί, potentes & magni Dii vel spiritus, quorum in oraculis reddendis, & somniis mittendis semper certior fides & effectus major. Hos Græci Θεοὺς δυναμικοὺς vocarunt. hinc qui apud Samothraciam colebantur Θεοὶ δυνατοί. δυνατὸς autem & δυναμικὸς idem. Dynameros etiam apud Dardanum liceat interpretari, quos simpliciter Θεοὺς appellabant. qui distinguebantur in superos, inferos & medioxumos. De Paredris jam diximus, & quare sic dicti jam dedimus rationem, eos nimirum qui ex hominum numero inter Deos relati, & alicui Deo adsessores & ministri attributi. Sequitur de catabolicis quos eosdem cum infernalibus videtur facere Fulgentius. Sed unde nomen his catabolicis ? an ἀπὸ τῆς καταβολῆς, quæ vox sacrificium vel victimam significat ? quod scilicet sacrificiis & victimis elicerentur. Hesychius: καταβολή. θυσία, πλάτη. Græci καταβάλλειν ἱερεῖον, mactare hostiam dicunt. Hinc καταβόλαι victimarii. vel confectores victimarum. & καταβολή, victima. sed Catabolici dicti illi dæmones ac spiritus quod dejicerent & adfligerent, prosternerentque, quos numine suo implebant, ἀπὸ τοῦ καταβάλλειν, vel ἀπὸ τῆς καταβολῆς, quæ accessionem & adflationem cum impetu significat, quod derepente irruerent scilicet, & vates suos corriperent, spirituque fatidico implerent. nam καταβολὴ πνεύματος ἀπὸ τοῦ καταβάλλειν significat, ut ex Polluce videre est. *Idem.*

† *Per eum oracula dari asserentes.*] Hinc & prophetas habuit. in veteri inscriptione Ulpius Apollonius quidam propheta Antinoi memoratur. D. Hieronymus in Hegesippo : *Tumulos mortuis templaque fecerint, sicut usque hodie videmus. è quibus est & Antinous servus Hadriani Cæsaris, cujus & Gymnicus agon exercetur Antinoius, civitatem ex ejus nomine condidit, & statuis prophetas in templo.* Agon ille Gymnicus in honorem Antinoi institutus celebrabatur, ut ex illis verbis constat, apud Antinoopolim Ægypti urbem. Licet autem in multis Græciæ urbibus templa, & sacerdotes habuerit Antinous, præcipue tamen eum colusse videntur

[1] Fuit enim poëmatum & literarum omnium studiosissimus,[2] arithmeticæ, geometriæ,[3] picturæ peritissimus. Jam psallendi & cantandi scientiam præ se ferebat: in voluptatibus nimius. [4] Nam & de suis dilectis [5] multa versibus composuit, [6] amatoria carmina scripsit. Idem armorum peri-

Ægyptii in ea urbe quæ ab ipso nomen accepit. nam ibi sepultus est. ibi oracula per eum reddi credebantur. ibi & prophetas habuit. *Idem.*

1. *Fuit enim poëmatum & literarum omnium studiosissimus.*] Servat uterque Pall. *& literarum nimium studiosissimus*, & videri queat auctoris genuinum. *Grut.*

2. *Arithmeticæ, geometriæ, picturæ per.*] Victor junior, qui ferè Spartianum sequitur cùm alibi, tum etiam hic, pro *arithmetica* tribuit Hadriano *medendi scientiam.* an ille aliter hic legit? *Casaubonus.*

Arithmeticæ, geometriæ, picturæ peritissimus.] Agnoscunt & hanc lectionem ambo Pall. *Grut.*

3. *Picturæ peritissimus.*] Dio addit plasticæ peritiam. ἴσως καὶ γλυφῆς. Fortasse Hadrianus Senecam imitatus, qui Ἀποκολοκύντωσιν scripsit, aliquod similis & argumenti & tituli scriptum composuerat: quod non abhorret ab illius ingenio. eò alludens Apollodorus dixerit, Ἄπιθι καὶ τοὺς κολοκύνθας γράφε. *Casaub.*

Picturæ peritissimus.] Dubitat Casaubonus ad hunc locum, an huc referri debeat historia quæ apud Dionem legitur. Apollodorus architectus, cum Trajanum imperatorem secum de operibus publicis aliquid agentem atque tractantem diligenter attenderet, interpellantem Hadrianum & intempestive obloquentem hoc dicto amolitus est, ἄπιθι καὶ τοὺς κολοκύνθας γράφε. τύχην δὲ ἄδικον ἐπίστασαι. Hæret, inquam, vir doctissimus, propter ambiguitatem verbi γράφειν, quod *pingere* & *scribere* significat. Ego vero quin de pictura capiendum sit, nullus dubito. τοὺς κολοκύνθας γράφειν pro ὡσεὶ τὸ κολοκυνθᾶν γράφειν, de cucurbitis scribere, Græcum non est. at κολοκύνθους γράφειν, *cucurbitas in tabula pingere*, recte, & solito Græcorum loquendi more dicitur. γράμμα autem non minus de opere picto quam de scripto usurpatur. γράμματα igitur heic vocat Dio tabellam in qua cucurbitæ pictæ fuerant ab Hadriano, qui ut videtur de belle pictis à se cucurbitis gloriabatur. *Salmas.*

4. *Nam & de suis dilectis.*] Περὶ τῶν ἐρωμένων αὐτοῦ. sed malim *delicatis* scribi, aut *deliciis.* Casaub.

Nam & de suis dilectis.] Sueton. *Sed ex dilectis unum Masgabam nomine, quasi conditorem insulæ κλίνην vocare consueverat.* dilectus est ἀγαπητός, ἐρώμενος. Totus autem hic locus ita distinguendus: *Jam psallendi & cantandi scientiam præ se ferebat. in voluptatibus nimius, nam & de suis dilectis multa versibus composuit. amatoria carmina scripsit.* Putem tamen hæc verba, *amatoria carmina scripsit*, ex glossa esse illius qui illa interpretari voluerit, *de suis dilectis multa versibus composuit.* nam qui de dilectis suis versus componit, utique is & amatoria carmina scribit. *Salmas.*

Nam & de suis dilectis multa versibus composuit; amatoria carmina scripsit.] Cur & ego illa, *amatoria carmina scripsit*, inducenda censeam, inducor ab Excerptis Palatinis. in iis enim loco horum verborum omnium tantum visitur; *Amatoria carmina versibus composuit.* Grut.

5. *Multa versibus composuit.*] Apulejus in Apologetico, *Ipsum etiam Divi Hadriani multa id genus* amatoria *legere me memini.* Casaub.

6. *Amatoria carmina scripsit.*] Retinent antiqui etiam ista verba. Ego inducenda

peritissimus, & rei militaris scientissimus, [1] gladiatoria quoque arma tractavit. [2] Idem severus, lætus: comis, gravis: [3] lascivus, cunctator: tenax, liberalis: simulator, sævus, clemens, & semper in omnibus varius. [4] Amicos ditavit, & quidem non petentes, [5] quum petentibus nihil negaret. Idem tamen facilè de amicis quicquid insusurrabatur, audivit. atque ideo propè cunctos vel amicissimos, vel eos quos summis honoribus evexit, [6] postea [7] ut hostium loco habuit, [8] ut Tatianum & Nepotem, & Septicium Clarum. Nam Eudæmonem [9] priùs conscium imperii, ad egestatem

ducenda censebam. annon enim supervacuè bis dicitur idem? *Idem.*

1. *Gladiatoria quoque arma tractavit.*] Quod in hoc principe notatum ut curiositatis argumentum; idem in aliis minùs severis duriùs acceptum. *Idem.*

2. *Idem severus, lætus: com.*] Omnia hæc uno verbo Dio Cassius. ἡπῶντο αὐτῷ τὸ πολύτροπον, *quod esset in omnibus varius*, ut expressit mox Spartianus. *Lætus* hic & alibi in his libris, opponitur severo aut rigido. *Idem.*

3. *Lascivus, cunctator: tenax, liberalis: simulator, sævus, clemens.*] Pessime interpunctus hic locus. lege & distingue: *Idem severus, lætus: comis, gravis: lascivus, cunctator: tenax, liberalis simulator: sævus, clemens & semper in omnibus varius.* eleganter *liberalis simulatorem* vocat, qui liberalem ageret, & liberalis videri vellet. *Salmas.*

Lascivus, cunctator.] Cunctatorem lascivo opponit, ut severum læto; comem gravi, tenacem liberali, & clementem sævo. *Lascivum* Græci interpretantur ἀβρότητα. quæ vox petulantem & protervum significat, in libidinem voluptatemque effusum, quique facile moveatur & impellatur ad rem quamcunque ex qua voluptatem possit comparare. Hoc sensu *lascivus* contrarius est *cunctatori*, qui nihil perperam aut proterve facit. ἀβροψυχίαν *lasciviæ* Græci proprie vocant. *Idem.*

4. *Amicos ditavit, & quidem non petentes.*] Videtur ex Dione, ἠδὴ γὰρ ἀνίμενεν αὐτοθελῶς. *Casaub.*

Amicos ditavit, & quidem non petentes; cùm petentibus nihil non negaret.] Si respicit ad ea modò dicta: *tenax, liberalis*; lectio nihil habet vitii. & tamen, neque Palatinus noster integer, eam scripturam admittit. habet enim, *cùm petentibus nihil negaret.* quæ cur non displiceat, facit sequens membrum: *Idem tamen facilè de amicis, quidquid insusurrabatur, audivit.* Grut.

5. *Cùm petentibus nihil non negaret.*] In regio, *c. p. non negaret.* in aliis, *nihil neg.* quod fortasse verius. *Casaub.*

Cum petentibus nihil non negaret.] Qui amicos ditaret & quidem non petentes, mirum est eumdem, petentibus nihil non negasse. sed tollenda negatio, & legendum auctoribus libris; *cum petentibus nihil negaret.* confirmat Dio his verbis: Καὶ πολλοῖς πολλὰ καὶ δημοσίᾳ καὶ ἰδιωτικῶς καὶ βουλομένοις τι καὶ ἀκουσίοις ἐχαρίζετο. ἠδὴ γὰρ ἀνίμενον αὐτοθελῶς, ἀλλὰ πάνυ πολὺ σπεύδων τοῦτο ἐποίει. *Salmas.*

6. *Postea ut hostium loco habuit.*] Haud aliter Palatinus. *ut* notat *velut.* Gruterus.

7. *Ut hostium loco habuit.*] Scrib. *in hast. l.* vel tolle τὸ *ut.* Casaub.

8. *Ut Tatianum & Nepotem, & Septicium Clarum.*] Habet & heic Pal. *Attianum.* Grut.

9. *Priùs conscium imperii.*] Hoc est,

ſtatem perduxit: [1] Polyænum & Marcellum ad mortem voluntariam coëgit. [2] Heliodorum famoſiſſimis literis laceſſivit. [3] Tatianum ut conſcium tyrannidis, & argui paſſus eſt & proſcribi. [4] Numilium Quadratum, [5] & Catilium Severum, & Turbonem graviter inſequutus eſt. Servianum ſororis virum nonageſimum jam annum agentem, ne ſibi

quicum Hadrianus adhuc privatus, & viam ad imperium affectans, ſolitus omnia conſilia communicare. Vel interpretare ex illis præcedentibus, *in contubernium imperatoriæ majeſtatis adſcivit.* de quibus antè. *Caſaub.*

1. *Polyænum & Marcellum, &c.*] Polyænus nomen non eſt Romanum, ſed purum Græcum. Palatinus & editio Mediolanenſis, *Polænum* habent. forte, *Pollienum*, vel *Pullienum* ſcribendum, vel etiam *Pollenium.* quæ omnia nomina ſunt Romana. Polyænus tamen retineri poteſt, cum Eudæmonem etiam hic habeamus. *Salmaſ.*

Polyænum & Marcellum.] Pal. *Polænum.* Grut.

2. *Heliodorum.*] Paullò pòſt inter philoſophos Hadriani familiares Heliodorus quidam nominatur. Dio hunc magis nobis aperit, qui eum fuiſſe Hadriano à cura epiſtolarum ſcribit. *Caſaubonus.*

Heliodorum famoſiſſimis literis laceſſivit.] Heliodorum hunc eſſe puto, cujus paulo poſt meminit, quemque in ſumma familiaritate habuiſſe dicitur Hadrianus. ſed philoſophum ibi appellat Hadrianus, & cum Epicteto conjungit: *In ſumma familiaritate Epictetum & Heliodorum Philoſophos habuit.* An & ille ipſe eſt, cujus mentio apud Dionem, quique huic imperatori ab epiſtolis fuit? at ne Rhetor quidem Dioni eſt, tantum abeſt ut Philoſophus dici mereatur. *Salmaſ.*

3. *Tatianum ut conſcium t.*] Ille eſt, qui Tatianus antea dictus: de quo jam multa. *Caſaub.*

Tatianum ut conſcium tyrannidis & proſcribi, &c.] Tatianum hunc eumdem eſſe arbitrantur eruditi, cum eo qui Attianus in his libris frequenter appellatur, tutor quondam Hadriani, & ad ſummos honores ab eodem provectus. quod non mihi fit veriſimile. nam ille in antiquis membranis & in veteri editione *Attianus* vocatur. hoc vero Tatianum conſtanter retinet editio vetus cum Palatino. ſed & cum paulo ſupra Attianum inter eos enumerarit, quos ſummis honoribus prius evexit Hadrianus, & poſtea hoſtium loco habuit, ibique ſimul cum Attiano & Nepotem & Septitium Clarum nominet, quos hoc non repetit, nulla cauſa eſt cur Attianum repetat. Diverſus igitur omnino hic Titianus ab illo Attiano. fuerit igitur hic Titianus cujus hoc loco mentio, ille idem quem decimo anno Hadriani, conſulem factum faſti notant. *Salmaſ.*

Titianum, ut conſcium tyrannidis, & argui, &c.] Sic Pal. noſter. & verò cùm præceſſerit de Tatiano, non facilè *Titianum* mutarim in nomen alterum; immò mutari non poteſt, non debet. *Grut.*

4. *Numilium Quadratum.*] Regius, *Umidium.* Scribendum *Numidium Q.* ſatis notus iſte ex hiſtoria. *Caſaub.*

Numidium Quadratum.] Pal. & vet. ed. Umidium hunc vocant. rectè hoc loco *Umidium Quadratum* libri veteres. *Umidios* & *Umnidios* exhibent lapides. *Salmaſ.*

5. *Et Catilium Severum.*] *Catalium* Pal. cum veteri editione mendoſe, ut opinor: niſi ſi forte ſcribendum, *Catullinum Severum.* Idem.

Et Catilium Severum.] Pal. *Catalium.* Grut.

1. *Ora-*

sibi supervivere, mori coëgit. Libertos denique & nonnullos milites insequutus est. Et quamvis esset [1] oratione & [2] versu promptissimus, & in omnibus artibus peritissimus, tamen [3] professores omnium artium semper ut doctior risit, contempsit, obtrivit. [4] Cum his ipsis professoribus & philosophis, libris vel carminibus invicem editis, sæpe certavit. [5] Et Favorinus quidem, [6] quum verbum ejus quoddam ab Adriano reprehensum esset, atque ille cessisset, arguentibus amicis quòd malè cederet Adriano, de verbo quod idonei autores usurpassent, risum jucundissimum movit. Ait enim, *Non recte suadetis, familiares, qui non*

1. *Oratione & versu promptissimus.*] Sic etiam Palat. noster. *Idem.*

2. *Versu promptissimus.*] Regius, *versu potentissimus.* altera lectio recta. Suetonius in Tito, *Latinæ Græcaque linguæ promptus ac facilis.* Ubi malim, *Latina Græcaque lingua p.* Casaub.

3. *Professores omnium artium, ut doctior, risit, contempsit, obtrivit.*] Hadrianus, ait Dio, cùm vellet etiam in minimis primas tenere, ἵν' ἐν τοῖς σοφισταῖς πολλὰς μὲ κηδεύλη, πολλὰς ἢ καὶ ἀπώλεσε. Ammianus libro XXX. in elogio Valentiniani, *Oderat eruditos, & opulentos & nobiles: & fortibus detrahebat, ut solus videretur bonis artibus eminere. quo vitio exarsisse principem legimus Hadrianum.* Sed ut vario fuit Hadrianus ingenio, ita varia de eo à scriptoribus sunt prodita. nam quid potest magis contradicere præcedentibus, quàm quod subjicit post pauca Spartianus? *Omnes professores & honoravit & divites fecit.* Quod tamen falso scriptum non esse docebimus. *Idem.*

4. *Cum his ipsis professoribus & philosophis, &c.*] Ad has cum Philosophis & rhetoribus de litteris concertationes & confabulationes divertisse Hadrianum refert Philostratus, animi tantum relaxandi & avocandi gratia. in Phavorino: Ταῦτα μέ, inquit, αὐτοκράτωρ Ἀδριανὸν ἀπεκόπτε καὶ ἀλόγα τὰς βασιλείους φροντίδας, ἀνιεμένων εἰς σοφιστάς τε καὶ φιλοσόφους. Ubi ridiculus est interpres qui Hadrianum philosophos & sophistas frequentasse dicit & imperatorias sæpe curas cum illis communicasse. Ἀφέγειν φροντίδας dicitur qui animum remittit, & à curis segregat. Ergò Ἀφέγειν est quod Latini dicunt *avocare.* quod Virgilius *animum pictura pascere* dixit. nam Ἀφέγειν Græcis etiam est abducere & deducere de aliqua re: ut Ἀφέγω σε τινός, Ἀφέγω σε ἀπό τ' ἀλόγε, *avoco & abduco.* Hinc & pro *oblectare* sumitur apud Græcos: ut apud Latinos *avocare* in eodem sensu positum. Et Ἀφεγωγή, *oblectamentum.* vulgo dicimus *passe-temps.* & Ἀφέγειν χρόνον, quod est *tempus transigere*, dicimus *passer le temps.* Salmas.

5. *Et Favorinus quidem.*] Et Dio Cassius & Philostratus contentionem quandam commemorant inter Hadrianum & Favorinum: sed quod hîc narratur, alibi non legas. Verbum de quo erat controversia utrius linguæ fuerit, non dicit Spartianus. Favorinus quidem & Latinæ fuit peritus, & Græcæ, ut si quis alius ea tempestate, peritissimus. *Casaub.*

6. *Quum verbum ejus quoddam, &c.*] Latinum hoc verbum fuisse suspicor de quo controversia inter Hadrianum & Phavorinum mota est. *Salmas.*

non patimini me [1] *illum doctiorem omnibus credere* [2] *qui habet tri-*
16 *ginta legiones.* Famæ celebris Adrianus tam cupidus fuit, ut libros vitæ suæ scriptos à se, libertis suis literatis dederit, jubens ut eos suis nominibus publicarent: [3] nam [4] Phlegontis libri Adriani esse dicuntur. [5] *Catacrianos* [6] libros obscu-

1. *Illum doctiorem omnibus credere.*] Non puto ipsa esse Favorini verba. *doctior* pro doctissimus, recentioris est Latinitatis idiotismus. *Casaub.*

2. *Qui habet triginta legiones.*] Sic est: temporibus illis alebantur ab imperatore Ro. legiones triginta, aut circiter. Dio proximus illi seculo duas & triginta, (non, ut vir doctus scripsit, novem & viginti) nominat, & cujusque illarum sedes indicat libro LV. *Idem.*

3. *Nam Phlegontis libri Hadriani esse dicuntur.*] Plures libros scripserat Phlegon quos commemorat Suidas. an illos omnes Hadriani fuisse intelligat Spartianus, nescio. videtur libros tantum quos de vita sua scripserat Hadrianus sub nomine Phlegontis publicasse. inter opera tamen Phlegontis, quæ recensentur à Suida, nulli sunt libri de vita Hadriani. sed multa alia eum scripsisse ibidem refert. licet igitur Phlegontis nomine publicati essent illi libri, fama tamen erat constans ab Hadriano scriptos eos esse. ideoque ab eruditis passim Hadriani, hoc est auctoris nomine citabantur. *Salmas.*

4. *Phlegontis libri Hadriani esse dicuntur.*] Phlegon igitur Hadriani libertus, non Augusti. Vide Photii Bibliothecam inemate XCVII. *Casaub.*

5. *Catacrianos libros obscurissimos.*] Regius, *Catacaymos.* Quæ pura puta est Græca vox, Κατάκαιμος sive Κατακαυσιμός. Multifariam exponi potest hic titulus. Vel quòd orbis terrarum incendium, quod Phaëthontis temeritate accidit, eo opere descripsisset: vel quòd Heracliti & quorundam aliorum philosophorum sententiam de futura conflagratione, qua totum hoc perituram pronuntiabant, iis libris tractasset. Utrumlibet horum duorum argumentum sive incendii poëtici, sive Heracliteæ ἐκπυρώσεως, cujus & Marcus Imp. libro III. meminit, intextis Lycophroneo more fabulis antiquis, obscuritatis quam ait Spartianus, fuit capacissimum. *Idem.*

Catacrianos libros obscurissimos.] Nihil opus est referre aut refellere quæ ad hunc locum commentati sunt interpretes. sed meam tantum sententiam breviter exponam. Palatinus & editio vetus præferunt *catacaimos* pro *catacrianos.* ita etiam in suis libris offendit Casaubonus, ex quo non κατάκαιμος faciendum esset, sed κατάκαιμις. sed quinam illi κατάκαιμοι? *Catacaumos Iliacum* composuerat Nero: hoc est Troiæ incendium. & nisi me fallit memoria, Lucanus quoque. an & aliquid simile tentaverat Hadrianus? sed ne in hac lectione morosius exponenda hærendum existimem, facit altera scriptura in longe vetustissimis Spartiani excerptis mihi reperta, quæ discrtim habuit, *catacaimas.* Turnebus in veteribus libris, quos pervolutavit, eamdem lectionem sibi notatam, testatus est. Circa hanc igitur solam morandum est, & in expositione ejus laborandum. nam solam eam esse veram mihi persuadeo. quomodo tamen explicanda sit juxta cum ignarissimis scio. suspicabar olim τὰ Κ' Καίνας scripsisse Hadrianum, & hunc operis illius obscurissimi fuisse titulum. tunc legendum hoc loco esset: τὰ κ' Καίνας, *libros obscurissimos Antimachum imitando scripsit.* τὰ κ' Καίνας, *res ad Cannas gestas.* ut memorabilem illam Cannensem cladem Romanorum versibus descripserit Hadrianus, exemplo Antimachi qui bellum Thebanum composuit. *Salmas.*

Cata-

obscuriſſimos,[1] Antimachum imitando, ſcripſit. [2] Floro poëtæ ſcribenti ad ſe,

Ego nolo Cæſar eſſe,
[3] *Ambulare per Britannos,*
Scythicas pati pruinas.

reſcripſit,

Ego nolo Florus eſſe,
[4] *Ambulare per tabernas,*

Lati-

Catacrianos libros obſcuriſſimos, &c.] Palatin habet, *Catacaimos*. Excerpta, *Catacannas*. Grut.

* *Libros obſcuriſſimos Antimachum imitando, ſc.*] Veterum criticorum de hoc poëta judicium legere eſt apud Dionyſium Halicarn. & Quintilianum, Horatium quoque. *Caſaub.*

1. *Antimachum imitando.*] An ſimilitudine argumenti Antimachum imitatus eſt, an vero librorum obſcuritate? ut obſcuritate imitatorem Antimachi fuiſſe intelligamus ſuadent verba Spartiani. non tamen ut obſcurus ab antiquis notatur Antimachus, nec iis poëtis adnumeratur qui κατὰ γλῶτταν ſcripſerunt. ejus adeo ſtudioſus fuit Hadrianus, ut omnibus eum poëtis, Homero etiam ipſi præferre non dubitaret. ut Hadrianus Antimacho, ſic Tiberius Euphorione & Rhiano delectabatur, quos & imitatus eſt in pangendis poëmatis. Non tamen verum eſt, quod ſcribit Dio, vulgus hunc poëtam ſemper neglexiſſe. immo vulgo ſemper in deliciis & amoribus fuit. Catullus:

At populus mundo gaudeat Antimacho.

Salmaſ.

2. *Floro poëta ſcribenti ad ſe.*] Dubitavimus olim num hic eſſet Florus cujus rerum Romanarum epitomen elegantiſſime conſcriptam habemus. vixit ille ſub Hadriano, & elegantiſſimum illud hiſtoriæ Romanæ breviarium imperante Hadriano edidit: ut ad Florum docuimus. nec prohibet quod poëtam eum hoc vocat Spartianus. ſum adhuc igitur in ea ſententia, Florum hunc & illum eumdem eſſe, quam pluribus firmabimus in nova editione illius enchiridii, propediem à nobis evulganda. *Idem.*

3. *Ambulare per Britannos.*] Scribe, *Amblare*, ob metrum. Verbum *amblare* reſedit in Gallica lingua diverſa notione, ut cùm de tolutario vel aſturcone uſurpamus. *Caſaub.*

Ambulare per Britannos.] Non opus eſt ſcribi *amblare*, propter verſum pro *ambulare*, ut vir doctus cenſebat. Trochaicus enim eſt dimetrus acataléctus, quales ſæpe ab Anacreonte uſurpati, & dimetris jambicis cataléctis mixti, ut in hoc ἀδεσπότῳ:

Στεφανηφόρε μεθ' ἡμῶν
Μέλπομαι ῥοδεν τέρενον.

Ad hoc exemplar plane facti verſus Floti hoc loco & Hadriani:

Ego nolo Cæſar eſſe,
Ambulare per Britannos,
Scythicas pati pruinas.

Salmaſ.

4. *Ambulare per tabernas.*] Sequitur: *Latitare per popinas*: taberna igitur heic ſunt œnopolia. nam medii ævi ſcriptores, *tabernas* tantum dixerunt de vinariis. id nos in noſtra lingua retinemus. nam dicimus *tavernes*. Latini *ganea* appellabant, quas recentiores *tabernas* dixere. Loca igitur illa in quibus homines vino & epulis & veneri deſidiæque operam dabant, veteribus *luſtra* & *ganea*, recentioribus Latinis *taberna*, dicebantur. & ita heic accipiendum quod objicit Floro Hadrianus, *ambulare per tabernas*, ſed male *ganeum* Donatus ceterique

Latitare per popinas,
[1] *Culices pati rotundos.*

Amavit præterea genus dicendi vetustum, [2] controversias declamavit. Ciceroni Catonem, Virgilio Ennium, [3] Sallustio Cælium prætulit. [4] Eademque jactatione [5] de Homero ac Platone judicavit. Mathesin sic scire sibi visus

terique antiquiores Grammatici λοιδ τ γαῦς deducunt. nam *ganea* pura puta vox Græca est, dicunt enim illi γάνεον, γανῶ & γάνεον idem, ut δώω & δώνεον. γάνεια autem vocabant loca voluptaria in quibus lætæ vitæ homines, ventri & libidini vacabant. γαυῶ enim lætitiam & gaudium etiam vocabant. & γαυμαι *gaudeo*. Hinc γανίται homines luxuriosi & lustris dediti, nepotes & helluones, quos Latini *ganeones* vocant. Hesychius: γανίται, δαπανηροι, ἄσωτοι. γάνεον igitur locus in quo ejusmodi homines nepotabantur. γάνεον, ganeum: ut μυσεῖον, musæum. & similia sexcenta. *Idem.*

1. *Culices pati rotundos.*] Υπὸ τ κωνώπων ἐνοχλεῖσθ τοῖς αὐτοῦ κίνδυνος κυπελλον. Acerbè Florum suggillat Imper. vitam illius describens in ganeis & popinis. Culicibus infesta esse cænopolia & omnes similes locos nemo ignorat: *rotundos* autem vocat, vel quia suctu sanguinis impleti, distenta cute rotundantur; vel ad tumusculos respiciens, qui in puncta cute culicis aculeo excitantur, verè semirotundi. *Casaub.*

Culices pati rotundos.] Culices isti non sunt quos Turnebus intelligebat κακεμφάτους, sed veri culices qui tabernas & cauponas infestant. Cæsar per Britannos ambulabat, & Scythicas patiebatur pruinas. Florus per cauponas ambulabat, & culices patiebatur, id est à culicibus infestabatur, qui circa cauponas & vinarias tabernas ut plurimum solent esse molesti. Hinc *cauponarum animalia*, dixit eleganter Plinius, cum culices intelligi vellet. lib. IX. cap. XLVII. *Musciones* sequens ætas vocavit. à *musso* ita dictos volunt Grammatici. sed verius, à *musca* per diminutionem. quid enim aliud sunt quam parvæ muscæ? hinc nobis *muscerones* dicuntur. nescio an & *vappones* eos appellarint veteres. à *vappa*, cujus, ut & vini, amantes sunt & cupidi. Sed cur culices illos tabernales, *rotundos*, hcic appellat Hadrianus? an à forma? an *culices* dixit, culicum morsus, ex quibus tuberculum rotundum surgere solet? Sic *fustes* & *flagella* pro *fustium* & *flagellorum ictibus*, in legibus Wisigothorum. *duodecim flagella accipiat.* id est, *duodecim flagellorum ictus.* & *centum fustes accipere*, pro *centum ictus fustium.* ita hoc loco *culices rotundi*, sunt ictus culicum rotundi. nisi quis à forma potius rotundos appellari censeat. sed culices rotundos adhuc non vidi. *Salmas.*

Culices pati rotundos.] Sic Pall. ambo, nisi quod integer, *rutundos* adscriptumque etiam *calices*. Grut.

2. *Controversias declamavit.*] Latinas declamationes puto intelligi: de Græcis ejusdem antè diximus. *Casaubonus.*

3. *Sallustio Cælium prætulit.*] Legebatur *Cæcilium.* membranæ *Cælium.* Cæcilius veteris poëtæ nomen: qui tam ineptè Sallustio comparetur, quam convenienter Crispus & Cælius componuntur. antiquus fuit historiographus, ex quo multa A. Gellius, Priscianus, Sosipater Charisius, alii. *Idem.*

4. *Eademque jactatione.*] Κυφότητα ἡ ἀλαζονείας. nam utrumque inest vitium, levitas & arrogantia. *Idem.*

5. *De Homero ac Platone judicavit.*] Homero prætulit Antimachum, ut ex Dione modò dicebamus. Platoni verò quem? nihil enim invenio. *Idem.*

1. *Ut*

sus est, [1] ut serò Calendis Januariis scripserit quid ei toto anno posset evenire: ita ut eo anno quo periit, usque ad illam horam qua est mortuus, scripserit quid acturus esset. Sed quamvis esset in reprehendendis musicis, tragicis, comicis, grammaticis, rhetoribus, oratoribus, facilis: tamen [2] omnes professores & honoravit & divites fecit, licet eos [3] quæstionibus semper agitaverit. Et quum ipse autor esset [4] ut multi ab eo tristes recederent, dicebat se graviter ferre siquem tristem videret. In summa familiaritate [5] Epictetum & Heliodorum philosophos, & (ne nominatim de omnibus dicam) grammaticos, rhetores, musicos, geometras, pictores, astrologos habuit: præ cæteris (ut multi asserunt) [6] eminente Favorino. Doctores qui professioni suæ inhabiles videbantur, ditatos honoratosque à professione dimi-

1. *Ut serò Kal. Januariis scripserit.*] *Serò*, id est, ὀψὲ τ᾽ ἡμέρας. vesperi diei primi ejus anni. Id tempus opportunum prædictionibus astrologorum. Regius, *ut sexto Kal. I.* fortasse, *ut sexto Kal. I.* At Robertus Bon. legit, *ut semel Kal. I.* probo: & quod sequitur, *quid ei toto anno posset evenire*, de ipso Hadriano interpretor: quod & proxima verba suadent, & similis huic locus in vita Veri: ubi dicitur *cuncta de se scisse* & omnes futuros suos actus antè præscripsisse. *ei* igitur pro sibi, vel ipsi positum, quod illi seculo familiare. *Idem.*

Ut sero calendis Januariis scripserit.] Non sollicitanda hæc scriptura, quam quasi de compacto tuentur optimi libri. *sero* autem non ideo dixisse opinor, quod serum diei aptum esset & accommodatum astrologicis speculationibus, sed *sero scripsit*, hoc est post actus diurnos & cum illi vacaret, scripsit & annotavit, quid sibi toto anno posset evenire. per hæc magnam in mathesi scientiam & experientiam Hadriani ostendit, qui Calendis ipsis Januariis, nec illis quidem totis, sed ejus diei sero, quid toto sibi anno eventurum esset, viderit & in ephemeridibus adnotaverit. *Salmas.*

Ut serò Kalendis Januariis scripserit, quid ei toto anno posset evenire.] Confirmant & hanc lectionem Palatini codd. duo. arridet tamen conjectura quam per litteras mecum communicavit Joannes Meursius; *ut vero Kal.* videatur vita Ælii Veri infra, capite 3. fine ipso. *Grut.*

2. *Omnes professores & honoravit & divites fecit.*] Propterea scribit Philostratus superasse Hadrianum omnes superioris memoriæ principes studio virtutes promovendi: hoc est, erga viros insignes virtute aut eruditione munificentiâ. *Casaub.*

3. *Quæstionibus semper agitavit.*] Reposuimus *agitaverit* pro *agitavit*, ex libris; *agitare* autem pro *exagitare* & *vexare*. Salmas.

4. *Ut multi ab eo tristes recederent.*] Alludit ad Titi Augusti dictum: *Non oportet quenquam à sermone principis tristem discedere.* Casaub.

5. *Epictetum.*] Reg. *Epycetum.* Idem. *Epictetum & Heliodorum.*] Et hæc γραφὴ duorum Palatinorum. *Grut.*

6. *Eminente Favorino.*] Reg. *præeminente F.* sublatis illis, *præ cæteris.* Casaubonus.

17 dimisit. [1]Quos in privata vita inimicos habuit, imperator tantùm neglexit: [2]ita ut uni quem capitalem habuerat, factus imperator diceret, *Evasisti.* Iis quos ad militiam ipse per se vocavit, equos, mulos, vestes, sumptus, & omnem ornatum semper exhibuit. Saturnalitia & sigillaritia frequenter amicis inopinantibus misit, & ipse ab his libenter accepit, & alia invicem dedit. Ad deprehendendas obsonatorum fraudes quum [3]cum plurimis summatibus pasceret, fercula [4]de aliis mensis etiam ultimis quibusque jussit appo-

1. *Quos in privata vita inimicos habuerat, imperator neglexit.*] Rara & eo principe dignissima laus, qui in literis tantus esset. Celebratur in Annalibus nostris Ludovici XII. regis sapientissimi, qui de Aurelianensi Duce ad regium fastigium pervenerat, vox aurea. Nam cùm illum sui stimularent, ut Ludovicum Trimolium, qui sibi olim multùm nocuisset, pro meritis acciperet, *Ego verò,* inquit, *non faciam: neque enim Galliarum regem decet offensas inimicitiasve Aurelianensis Ducis meminisse aut exigui.* Idem.

2. *Ita ut uni quem capitalem habuerat.*] Reg. *tantùm neglexit, ut Chonquem c. b.* neque Græcum id nomen agnosco, neque Latinum: nisi *Chioni* scribendum: de quo tamen legi nihil. *Idem.*

Ita ut uni quem capitalem habuerat.] Sic plane & Pal. integer. *Grut.*

3. *Cùm plurimis fumentibus pasceret.*] Lego, *cùm plurimos suis sumtibus p.* adstipulante regio codice, totus locus ita distinguendus ac scribendus. *Ad deprehendendas obsonatorum fraudes, cùm pluribus suis sumtibus pasceret, fercula de aliis mensis, etiam ultimis quibusque, jussit sibi apponi.* Planissima sententia, cùm ante nemo eam caperet. Illa verba, *cùm pluribus suis sumtibus pasceret,* propterea ab auctore adjecta, quia non semper plures paverit Hadrianus: quem paullò antè dicebat cavisse summa diligentia, ne quid otiosum pasceret: interdum tamen, i'a rebus ferentibus, aluit sumtu suo vel plurimos: ut multis opus esset mensis. Has igitur mensas Hadriani ἀνάκλιτα & opsonatores, quæstus proprii quàm existimationis sui Heri studiosiores, instruebant: sed ut quæque illarum ab Imperatoria mensa plurimùm aberat, ita parcissimè & tenuissimè insternebatur. Quam opsonatorum fraudem ut detegeret Hadrianus, quæso, quid poterat ingeniosius comminisci? *Opsonatorem* Græci vocant ὀψοφάγον, ut alibi dicebamus: posterior ætas *optionem* appellavit. *Casaub.*

Quum plurimis fumentibus pasceret.] Pal. habuit *summatibus*, non *fumentibus.* vix ambigo quin legendum sit: *ad deprehendendas obsonatorum fraudes quum cum plurimis summatibus pasceret, fercula de aliis mensis etiam ultimis quibusque jussit apponi.* convivium exhibebat summatibus & proceribus Hadrianus. hoc est quod dicit, *pascebat cum summatibus. pascere* absolute dictum pro convivium exhibere, vel epulari. *pascere* dicebatur imperator, cum sollemne convivium exhiberet magistratibus, & reliquis proceribus & summatibus. *pascere* igitur est convivia celebrare, & epulas apparare. sed tam is qui convivium præbebat, quam ille cui præbebatur, *pascere* tunc dicebatur. & *pascere apud aliquem* pro convivari, & convivio interesse. *Salmas.*

Cum plurimis fumentibus pasceret.] Eædem membranæ, *summatibus.* sed præstulerim vulgatum. *Grut.*

4. *De aliis mensis, etiam ultimis quibusque jussit apponi.*] Ita quidem à recentiore

apponi. Omnes reges muneribus suis vicit. [1] Publicè frequenter & cum omnibus lavit: ex quo ille jocus balnearis innotuit. Nam quum quodam tempore veteranum quendam notum sibi in militia, dorsum [2] & cæteram partem corporis vidisset atterere, percontatus cur se marmoribus destringendum daret, ubi audivit hoc idcirco fieri [3] quòd servum non haberet, & servis eum donavit & sumptibus. Verùm alia die quum plures senes ad provocandam liberalitatem principis [4] pariter & se attererent, evocari eos jussit, & alium ab alio invicem defricari. [5] Fuit & plebis jactan-

centiore calamo Palat. sed prius tantum fuit, *ultimis quique adponi*, sine illo *jussit*. Idem.

1. *Publicè frequenter & cum omnibus lavit.*] Duplex civilitatis argumentum: quòd publicè lavaret, & quod frequenter cum vulgo. *Casaub.*

Publice frequenter & cum omnibus lavit.] Notat Casaubonus *publice & frequenter*, &c. in nostris libris, *publice & cum omnibus* ex Δημοσίᾳ πᾶσι posita sunt, & ostendunt adeo popularem & communem fuisse Hadrianum, ut sæpius in publico & cum omnibus lavaret. *Salmas.*

Publicè frequenter & cum omnibus lavit.] Hanc lectionem servat omninò biga Palatinorum codicum. *Grut.*

2. *Et cæteram partem corporis.*] Postulabat Latinitas purior, *cæterum corpus*. Sed lego cum regiis membr. *dorsum sibi & cæteras partes c. v. atterere.* in regio est *terere*: melius *atterere*, ἐπιτρίβειν τὸ νῶτον, ut mox dicemus. at *distringere* est, διαπλήσσειν. *Casaub.*

Et cæteram partem corporis vidisset atterere.] Nec quidquam iidem libri isto variant loco. *Grut.*

3. *Quòd servum non haberet.*] Hi sunt qui propriè Græcis ἀνοπλάνδαι, quibus deerat servus qui ampullam & strigilem in balneas deferret, quique herum ibi tereret ac defricaret. *Casaub.*

4. *Pariter & se attererent.*] Scribendum ut in regio & Puteani, *paritis se attererent*. Præcedit enim, *percontans, cur se marmoribus distringendum daret*. Quare etiam illo loco, cæteras partes corporis vidisset atterere, sic accipe τὸ *atterere*, pro ad parietem solii balnearis angulum defricaret. *Idem.*

Pariter se attererent.] Ut ille scilicet veteranus fecerat, qui se marmoribus destringendum dederat, ut liberalitatem principis provocaret. reponit tamen ex suis libris vir doctus, *parieti se attererent*. quam etiam scripturam inveni in excerptis Spartiani. sed Palatinus liber retinet *pariter*. quod mutari nolim. imitabantur enim illum veteranum isti senes, & pariter sese adterebant, ut illum fecisse viderant, ut eo pacto provocarent liberalitatem Hadriani, quemadmodum & ille provocarat. si quis tamen *parieti* legendum contendat, nec dux illi nec ratio deerit. *Salmas.*

Pariter se attererent.] Sic excerpta Pal. item à manu secundâ alter ille integer; ut fortè prius habuerit *parietes* vulgatum. *Grut.*

5. *Fuit & plebis jactantissimus amator.*] Membranæ regiæ, *acutissimus am.* Robertus Bon. *diligentissimus am.* En hominum imperitorum facinus. non enim alia mutandi caussa illis fuit, præter imperitiam: cum non intelligerent Spartiani verbum, qui Hadrianum ita vocat, quod plebem Ro. non tam ex animo diligeret, quam ut de suo in illam

jactantissimus amator. Peregrinationis ita cupidus, ut omnia quæ legerat de locis orbis terrarum, præsens vellet addiscere. Frigora & tempestates ita patienter tulit [1] ut nunquam caput tegeret. Regibus multis plurimum detulit: à plerisque verò etiam pacem redemit, à nonnullis contemptus est: multis ingentia dedit munera, sed nulli majora quàm [2] Hiberorum: cui & [3] elephantum [4] & [5] quingenariam cohortem post magnifica dedit dona. [6] Quum à Pharasmane [7] ipse quoque [8] ingentia dona accepisset, atque inter illam amore, & plebis in se vicissim, se jactaret. *Casaub.*

Erat & plebis jactantissimus amator.] Palatinus liber, *accuratissimus*, quod præ vulgato amplector. & magis ad mentem Spartiani facit hoc loco, qui Hadrianum tota hac pagina laudat, & eo maxime nomine quod communissimus esset, ut qui frequenter cum omnibus lavaret, plebemque non ἀλειψάμενος aut perfunctorie, sed vere & cum cura amaret. *Salmas.*

Erat & plebis jactantissimus amator.] Sic prorsus Palat. noster. *Grut.*

1. *Ut nunquam caput tegeret.*] Tantum est ἀσκεῖν. Nam etiam quæ per naturam fieri non posse videantur, per consuetudinem, quæ natura altera est, & facilè, & sine noxa fiunt. Quis hodie nudum caput radiis solis, aut omnia perurenti frigori ausit exponere? Sed veteres à primis annis capita ad caloris frigorisque patientiam durabant, crebris frigidæ lotionibus, & assidua nuditate domi & per urbis vicos. Ad iter petasum, vel galerum, vel causiam Macedonicam sumebant, vel pileum sive Thessalicum, sive Arcadicum, sive Laconicum. tamen infrà Spartianus, Hadrianum mortis caussam hinc maximè contraxisse. *Casaub.*

2. *Hiberorum.*] Ille ipse est, qui Pharasmanes statim nominatur. nisi tamen aliter Spartiano visum. non enim sine causa dubitaveris. *Idem.*

3. *Elephantum & quingenariam cohortem, &c.*] Ita etiam Pal. *Grut.*

4. *Et quingenariam cohortem.*] Edi jussimus, *quingenariam*. nullæ enim cohortes quinquagenariæ, hoc est quæ quinquaginta hominibus constarent; sed quingenariæ omnes, ex quingentis scilicet hominibus. *Salmas.*

5. *Quingenariam cohortem.*] Malim *quingenariam*, non obscura motus ratione: etsi aliter libri. *Casaub.*

6. *Quum à Pharasmane ipse quoque ingentia dona accepisset.*] Palatinus noster cum Regio: *Quum à Pharasmane ipse quoque ingentia munia dona accepisset.* suspicor illa verba, *munia, dona*, ex variorum glossis & additamentis intrusa esse, & scripsisse Spartianum, *Cui & elephantum & quingenariam cohortem post magnifica dedit dona, quum à Pharasmane ipse quoque ingentia accepisset.* Facile enim ex proximo subintelligi potest *dona*. sed & *ingentia* pro rebus ingentibus & magnis dicunt isti auctores, ut, *ingentia polliceri, &c.* Cum igitur hoc loquendi genus parum probarent imperiti homines, alii de suo inferserunt *munera*, alii *dona*. Salmas.

7. *Ipse quoque ingentia dona accepisset.*] Pal. *ingentia munia dona accep.* putarim scribendum *munera*, & alterutram vocem interpretamentum: adfictam initio à scribâ, neque etiam deletam, ne paginam inquinaret litura. *Grut.*

8. *Ingentia dona accepisset.*] Scribo, *ingentia munera dono accepisset.* Casaubonus.

inter hæc auratas quoque chlamydes, [1] trecentos noxios cum auratis chlamydibus in harenam misit ad ejus munera deridenda. Quum judicaret, [2] in consilio habuit [3] non 18 amicos

1. *Trecentos noxios, &c.*] Lego, *Atque inter hæc auratas quoque chlamydes trecentas, trecentos noxios*: ut sit numerus par exhibitorum noxiorum ab Hadriano, & missarum à Pharasmane chlamydum. *Idem.*

Trecentos noxios cum auratis chlamydibus.] Non puto tot chlamydes auratas Hadriano misisse Pharasmanem, nec hoc dicere Spartianum. sed cum inter alia ingentia munera misisset & auratas chlamydes, Hadrianum ad ejus dona traducenda & deridenda, trecentos noxios chlamydibus auratis indutos in arenam misisse. non enim ut ad numerum chlamydum à Pharasmane missarum, numerus responderet noxiorum, curavit imperator: sed cum forte tot noxii in arenam essent mittendi, omnes illos chlamydibus auratis indui jussit in derisionem munerum Pharasmanis. solebant autem noxii per amphitheatrum in auratis tunicis, & purpureis togis traduci. *Salmas.*

2. *In consilio habuit.*] Palatinus & edit. vetus: *in consilia habuit*, pro *ad consilia*, vel *in consiliis*. Idem.

3. *Non amicos aut c. solum, sed jurisconsultos.*] Quasi non & jurisconsulti inter principum amicos. Amici principis duobus modis dicebantur: interdum illi solùm eo nomine comprehensi, quos in domestica & interiore vita haberet privata amicitia sibi junctos. ita Spartianus hic accipit: ideo addit, velut interpretans, *aut comites*. sæpiùs sic appellantur, quos publicè, ut ita dicam, princeps amabat & quorum consiliis regebatur. Sic accipe apud Suetonium in Tito, capite septimo, *Amicos elegit, quibus etiam post cum principes, ut sibi & Reip. necessariis acquieverunt, præcipuèque sunt usi.* In his & similibus locis, *amici imperatoris* sunt, quos hodie vocamus *Conseillers d'estat*. Inter hujus generis amicos ut & nunc, sic & olim semper, apud bonos certè principes, Jurisconsulti fuerunt. *Casaub.*

Non amicos suos aut comites solum.] Amici & comites Augusti dicebantur, qui à consiliis Augusti erant, & amici quidem quod in interiorem familiaritatem principis admissi, & in contubernium adsciti, omnibus ejusdem consiliis interessent. Spartianus supra, *Optimos quosque de senatu in contubernium imperatoriæ majestatis ascivit.* Idem infra scribit cum optimos quosque de senatoribus consilio suo adhibuisse. Si igitur amici Augusti, familiares, & contubernales erant, & dicebantur, inter officia domus Augustæ *cura amicorum* Augusti fuit. quo officio fungebantur ut plurimum liberti, qui *à cura amicorum* vocabantur. horum frequens in vetustis monumentis mentio: pauca ex multis exempla hoc ponam. T. FLAVI. AVG. LIB. VICTORIS. A. CVRA. AMICORVM. in alio: M. ULPIVS. AVG. LIB. HERMA. A. CVRA. AMICORVM. Comites autem Augusti iidem dicebantur, quod Augustum in omnibus processibus, ut vocabant, & expeditionibus bellicis comitarentur. ejusdemque contubernales & commensales erant. hi pedaturam in castris juxta prætorium accipiebant à pedibus LX. ad LXX. refert Hyginus in Gromatico. vetus saxum Mediolani:

C. SENTIO
SEVERO
QVADRATO
C. V. COS.
AMICO. ET
COMITI. AVG. N.

Vides *amicum & comitem* Augusti simul dici, ut hoc loco *amicos & comites* junctim posuit Spartianus. Hos igitur amicos & comites in consilio habebat, si quando judicaret imperator. aliquando etiam & Jurisconsultos adhibebat, ut hoc loco fecisse Hadrianum notat auctor.

amicos suos aut comites solùm, sed jurisconsultos, [1] & [2] præcipuè Julium Celsum, Salvium Julianum, Neratium Priscum, alioſque, quos tamen senatus omnis probasset. Constituit inter cætera, [3] ut in nulla civitate domus aliquæ transferendæ ad aliam urbem ullius materiæ causa diruerentur. [4] Liberis proscriptorum duodecimas bonorum concessit. [5] Majestatis crimina non admisit. [6] Ignotorum hereditates repudiavit: nec notorum accepit, [7] si filios

ctor. nam & Jurisconsulti sæpe inter illos amicos & comites Augustorum fuere. *Consiliarii* etiam Augustorum dicebantur. Comites igitur isti eodem & nomine & munere usque ad posteriores imperatores manserunt. nam *comites consistorii vel consistoriani* dicebantur. *consistorium*, ut notum est, τὸ συνέδριον Principis. Mentio in saxis, *Comitis intra palatium ordinis primi. comitis intra consistorium ordinis primi.* Primus autem Constantinus, ut volunt, gradus istos comitum fecit, & in primi ordinis, secundi, tertii distinxit. veterum tamen omnium imperatorum exemplo, qui amicos totidem classibus & ordinibus distinctos habuere. nam in primas & secundas & tertias admissiones digerebantur, ut ait Seneca lib. VI. de beneficiis, erantque primi, & secundi amici. Primæ classis, & primi ordinis erant fere digniores, & cum his consilia participabat imperator. sic & sub Constantino, & qui eum sequuti sunt imperatoribus consistoriani comites ordinis erant primi. *Salmas.*

1. *Et præcipuè Julium Celsum.*] Nihil variat Palatinus. sed profectò restituendum, *Juventium Celsum*, ut dudum monuere viri docti. *Grut.*

2. *Præcipuè Julium Celsum.*] Quis iste, aut ubi ejus mentio inter illius tempestatis prudentes? Pub. Juventium Celsum novimus nos clarissimum illa ætate jurisconsultum: cujus nomen hic arbitramur restituendum. *Casaub.*

3. *Ut in nulla civitate transferendæ ad aliam urb.*] Nullum dubium est, quin ad dictum s. c. respiciat Spartianus: etsi verba ejus mentem s. c. parum plenè exprimunt: quod passim in his libris observabimus. Ergo hoc ait Spartianus, constituisse Hadrianum, ne transferendæ ullius materiæ causa ad aliam urbem, in ulla civitate domum aliquam diruere fas esset. Ait, *ut in nulla civitate*, hoc est, non Romæ solùm, sed ne in aliis quidem civitatibus. Ulpianus §. sexto dictæ legis; *Hoc senatusconsultum non tantùm ad urbem, sed & ad alias civitates pertinet.* Ibidem Ulpianus docet, appellationem domus laxè hic accipiendam. Materiæ in aliam urbem solitæ transferri sunt, ut tigna, marmora, typi, & quod miteris jure mecum, parietes aut parietum partes. *Idem.*

4. *Liberis proscriptorum duodecimas bonorum concessit.*] Veteris legis Corneliæ de proscriptione duo capita fuere: altero proscriptorum liberis aditus ad honores obstruebantur: altero bona patris proscripti publicabantur. Prius caput antiquavit Julius Cæsar, & post illum principes alii, ut notamus ad Suet. libro primo, cap. XII. posterius lege hac tollit Hadrianus: sed ex parte solùm, eaque admodum exigua. *Idem.*

5. *Majestatis crimina non admisit.*] Judicia majestatis prout erat principis ingenium, vel exercebantur vel silebant. *Idem.*

6. *Ignotorum hereditates repudiavit.*] Et hoc, exemplo Augusti. Suetonius libro II. cap. LXVI. *Idem.*

7. *Si filios haberent.*] Regius, *sed si f. h.* Idem.

lios haberent. [1] De thesauris ita cavit, ut siquis in suo reperisset, ipse potiretur: si quis in alieno, dimidium domino daret: si quis in publico, [2] cum fisco æqualiter partiretur. [3] Servos à dominis occidi vetuit, [4] eosque jussit damnari per judices, si digni essent. Lenoni & lanistæ servum vel ancillam [5] vendi vetuit causa non præstita. [6] Decoctores bonorum suorum, [7] si suæ autoritatis essent, [8] catamidiari

1. *De thesauris ita cavit.*] Adi ad Justinianum Institutionum libro secundo. *Idem.*

2. *Cum fisco æqualiter partiretur.*] Palat. *æquabiliter.* Grut.

3. *Servos à dominis occidi vetuit.*] Lege titulum De jure & sævitia dominorum in elegantissimo libello Licinii Rufini, qui collationem Mosaici juris & civilis Romanorum continet. *Casaubonus.*

4. *Eosque jussit damnari per judices.*] Cajus Institutionum titulo III. *Si servus dignum morte crimen admiserit, iis judicibus, quibus publici officii potestas commissa est, tradendus est, ut pro suo crimine puniatur.* Idem.

5. *Vendi vetuit causa non præstita.*] Id est, sine judice & arbitrio domini, ut in simillima re loquitur Modestinus lege XI. Dig. Ad legem Corneliam de sicar. *Idem.*

6. *Decoctores bonorum suorum, si &c.*] Jam olim lege fuerat cautum ne liceret decoctoribus sedere in spectaculis inter sui ordinis homines. *Idem.*

Decoctores bonorum suorum si suæ auctoritatis essent.] Displicet interpretatio viri doctissimi, potest enim & ille qui suæ non sit auctoritatis, etiam decoquere, ut filius familias & pupillus. at Hadrianus solos eos decoctores, qui suæ essent auctoritatis, in amphitheatro catomis cædi jussit. interpretor igitur, *si suæ auctoritatis essent*, si sui juris essent. quinam autem sui juris esse dicerentur vel Institutiones docent. *Salmas.*

7. *Si suæ auctoritatis essent.*] Hoc est, qui vitio suo decoxissent, &c. *Casaub.*

8. *Catamidiari in amphitheatro.*] Notissimus mos veterum, fontes & pœnis addictos ad exemplum traducendi per amphitheatrum. Pro *catamidiari* regiæ membranæ præferunt *cathomidiari*: quod detracta aspiratione, videri possit non temere spernendum, pro catomis cædi, ut in vita S. Viti: *hoc audiens pater ejus jussit infantem catomis cædi: Catomidiari* ergo, sive *catomadiari* fuerit κατωμαδιάζειν. Sed placet magis vulgata lectio, quæ & sine dubio vera est. Græcum est, κατὰ μασθιάζειν. Noxii per fora, theatra & amphitheatra inter magna rerum verborumque ludibria traducebantur. Quare etiam quò major esset omnium cachinnatio, vel asino imponebantur, ut infrà notamus, vel joculariter ornati producebantur. In quibusdam Græciæ urbibus mos fuit, decoctores in forum inducere, & sedere jussis, cophinum capiti imponere ludibrii causa: idque vocabant κοφινίζειν. *Idem.*

Catamidiari in amphitheatro.] Veteres omnes *catomidiari*. & mihi placet, & hanc lectionem solam veram esse existimo. *Catomidiari*, est quod alii dixere, *catomis cædi*, à κατὰ μασθὸν voce Græca quæ κατὰ ὤμων significat, verbum Latinum *catomidiare*, hoc est scapulas verberare, nam *a* in *i* mutant Latini in plerisque vocibus quas ex Græco deflexerunt. sic καμμίζω, *comisso*. sic λεπιστὴ, *lepista*. πατέλλη, *patina*. & infinita talia. sic *catomidiare* λατὰ τὸ κατωμάδιον. Hinc igitur *catomidiare* verbum, κατὰ τὸ ὤμων τύπτειν. quod alii dixerunt, *catomis cædere*, vel *catomum*, τὸ κατώμιον, vel τὸ κατωμάς, pars est

tamidiari in amphitheatro & dimitti jussit. Ergastula fer-

sub collo inter scapulas, quod Latini *interscapulum* vel *interscaplium*, & *conscaplium* appellant. hoc est, σαγμάτιον. sic autem aliquis catomo aut catomis cædi dicitur, cui catomum aut catoma cæduntur, quemadmodum *capite cædi* ille dicitur cui caput cæditur. & apud veterem Juvenalis interpretem, *manibus scapulare*, cui manus flagris cæduntur, aut ferula, ad illum versum Satyrici:

Nec prodest agili palmas præbere Luperco.

Palmas ideo dicit quia aut catomidiabantur, seu *catomis cædebantur*. Luperci, ut notum est, per urbem discurrentes occurrantium sibi qua mulierum, qua virorum terga aut manus feriebant pellibus. quibus etiam sponte cædenda terga mulieres præbebant. nam hoc ad fœcunditatem facere credebatur. Decoctores ergò bonorum suorum Hadrianus in amphitheatro catomidiari jussit, & dimitti. Pustibus aut virgis castigatos possumus, immo debemus intelligere, nisi malimus plumbatis, quarum ictibus cervices & terga contundi moris fuit, sed posteriorum tantum imperatorum ævo. *Salmas.*

Catomidiari in amphitheatro & dimitti jussit.] Pal. *catomidiari* proximè ad lectionem regiarum membranarum. *Grut.*

1. *Ergastula servorum & libertorum tulit.*] Libertos intellige eos, qui ut ingrati in servitutem retracti: nam inter jura patronatus & istud, de quo lege Ælia Sentia cautum. Est verò insignis hic locus: nam aliunde hoc non discas. Sed an credemus constitutione ista Hadriani omnia penitus ergastula fuisse sublata? hæreo. nam publica saltem ergastula etiam post illa tempora, inter coërcitionum species video nominari. *Ferre* pro auferre, familiare his scriptoribus. *Casaub.*

Ergastula servorum & libertorum tulit.] Ergastula servorum nota, sed libertorum non item. Omnes enim tam editi quam scripti non *libertorum*, sed *liberorum* exhibent: *ergastula servorum & liberorum tulit.* eamdem igitur tollendorum in totum ergastulorum causam habuit Hadrianus, quam olim Augustus repurgandorum. multi enim liberi & ingenui homines ex occulto & insidiis inter viam rapiebantur, & in ergastula compingebantur à possessoribus: multi etiam sua sponte ad vitandam militiam, in ea se conjiciebant ut laterent. Suetonius in Tiberio: *Curam sustinuit repurgandorum tota Italia ergastulorum, quorum domini in invidiam ventrent, quasi exceptos supprimerent non solum viatores, sed & quos sacramenti metus ad hujusmodi latebras compulisset.* Idem in Augusto: *Rapti per agros viatores sine discrimine, liberi servique, ergastulis possessorum supprimebantur.* Hadrianus illa non repurgavit, sed penitus sustulit, ut ne unquam illi fraudi occasio pateret. non enim in gratiam servorum, sed ingenuorum viderur ea sustulisse, ne ut antea sæpe factum per factionem possessorum abripi possent & in ergastulum dari. Hoc est quod ait Spartianus ergastula servorum & liberorum per Hadrianum sublata. Sane concesserim libenter non de publicis ergastulis, sed de privatis hanc Hadriani constitutionem esse intelligendam, & male sentire viros doctos qui de publicis etiam eam explicant. Hadriani enim multæ constitutiones & rescripta in libris Digestorum reperiuntur, quæ mentionem habent operis publici & metalli pœnæ. privata igitur tantum ergastula ab Hadriano sublata fuisse ponamus. hoc sub ipso tantum obtinuisse, vel non diu post ipsum durasse, fidem fecerint multi auctorum loci qui mentionem eorum repræsentant. Porro vox *ergastuli* non tantum origine, sed etiam formatione Græca, eamque ut alias plerasque, à Siculis Romani sumpsere. ut enim ab ἐργαστής, ἐργάστυλος· κορυφαστής, κορυφάστυλος· ἔρως ἔρωτος, ἐρώτυλος, & τὸ ἐρώτυλον pro amatorio. sic ἐργαστής, ἐργάστυλος dimi-

servorum & libertorum tulit. [1] Lavacra pro sexibus separavit. [2] Si dominus in domo interemptus esset, non de omnibus servis quæstionem haberi, sed de his qui per vicinitatem poterant sentire, præcepit. [3] In Hetruria præturam imperator egit. [4] Per Latina oppida dictator [5] & ædilis & duumvir fuit. [6] Apud Neapolim demarchus, [7] in patria sua quinquennalis: [8] & item Adriæ quinquennalis quasi in 19

diminutiva forma, qui terram colit, & in terræ cultu laborat, qua arando, qua fodiendo. ἐργάσυλον igitur est ἐργασήριον, ut ἐράσυλος, ἐραστήριον. inde ἐργασύλῳ τόπῳ adjective locus in quo ejusmodi ἐργασυλοι vincti detinebantur ad opus rusticum faciendum: quod adjectivum postea in substantivum transiit & ἐργάσυλον factum. inde Romanis ergastulum. Salmas.

1. *Lavacra pro sexibus separavit.*] Olim viri feminæque mixtim lavabant, nullo pudore nuditatis: quem turpissimum morem Græcos accepisse à Romanis in M. Catone queritur Plutarchus. Quem tollere conatus Hadrianus: de quo Dio, λύσας χωρὶς ἀλλήλων αὐτοὺς, viris & mulieribus, ἐξαγόρευσε. Sed non obtinuit, aut non diu lex Hadriani: nam alioquin opus nova lege non fuisset, cujus auctor Marcus; qui auctore Capitolino, *lavacra mixta sustulit.* Laodiceni concilii canone XXX. vetantur συλλύειν γυναῖκα ἀνδρὶ. Quid profuit? adeò enim mos ille per hunc canonem extinctus non est, ut etiam è clero & monachorum ordine multi, post concilium illud, promiscuè cum feminis lavarent. *Casaub.*

2. *Si dominus in domo interemtus esset.*] Moderatur senatusconsulto Silaniano: cujus providentia crudelis ex Tacito & libris Jurisprudentum nota. Hadrianeæ verò hujus constitutionis in superstitibus veteris doctrinæ civilis reliquiis, nulla, nisi fallor, extat hodie mentio. *Idem.*

3. *In Hetruria præturam imperator egit.*] Accipiebam *in Hetruria*, pro in aliquo, aut si fortè, in quibusdam Hetruriæ oppidis. Certum est fuisse urbes in Italia nonnullas, quæ suos magistratus prætores vocarent: idque ex Cicerone & aliis docti pridem observarunt. Sed aliò ducit nos vetus inscriptio, in qua leguntur hæc inter cætera: PRAET. ETRVR. XV. POPVLORVM. *Idem.*

4. *Per Latina oppida dictator.*] Nam & Dictatores vocarunt suos magistratus quædam Latinæ urbes. *Idem.*

5. *Et ædilis & duumvir fuit.*] Utrumque nomen in municipiis & coloniis frequens fuisse, notum omnibus. *Idem.*

6. *Apud Neapolim demarchus.*] Neapoleos ordinarius magistratus ita vocabatur ab antiquo. *Idem.*

7. *In patria sua quinquennalis.*] Jam diximus Italicam in Bætica intelligi. In plerisque coloniis & municipiis fuisse Quinquennales, nemo jam ignorat. Absens autem gessit hunc magistratum Hadrianus, si verè observatum Dioni, nunquam illum post susceptum imperium, patriam suam adiisse: etsi de illa meritum quàm optimè. *Idem.*

In patria sua quinquennalis.] Glossæ, πενταετηρικὸν exponunt in capite de magistratibus: Varia autem corpora & collegia suos Quinquennales habuere, & quidem non ex nomine suo perpetuos; item municipia & oppida, coloniæque multæ de quibus nos alibi. *Salmas.*

8. *Et item Adriæ quinqu.*] Reg. *& iterum Ad. q.* Ex initio hujus libri clarum, cùm hæc urbs Hadriani alia patria dicatur. *Casaub.*

si in alia patria, [1] & [2] Athenis archon fuit. [3] In omnibus penè urbibus,[4] & aliquid ædificavit, & ludos edidit. Athenis mille ferarum venationem in stadio exhibuit. Ab urbe nunquam ullum venatorem aut scenicum avocavit. Romæ post cæteras immensissimas voluptates, in honorem socrus suæ, [5] aromatica populo donavit. [6] In honorem Trajani [7] balsama & crocum per gradus theatri fluere jussit:

1. *Et Athenis archon fuit.*] Hadrianum jam imperatorem archonta Athenis fuisse notat heic Spartianus. in superioribus tamen animadversionibus notavimus, cum antequam imperaret, hoc magistratu functum esse, Trajano VI. & Tito Sextio Africano Coss. hoc est anno Trajani quartodecimo. *Salmas.*

2. *Athenis archon fuit.*] Lege Trebellium Pollionem in Gallienis. *Casaub.*

3. *In omnibus pene urbibus ædificavit.*] De Græcia certè locuples testis Pausanias: cujus Περιήγησις Hadriani referta est ædificiis. *Idem.*

4. *Et aliquid ædificavit & ludos edidit.*] Palatinus, *lusos edidit*. vet. edit. *lusus*. ut ludus pro lusu, sic lusus etiam pro ludo sumitur. hinc *lusorium* apud medii ævi scriptores pro ludo vel amphitheatro ipso. vetus interpres Juvenalis ad illud:

—— *quod comminus ursos*
Figebat Numidas Albana nudus arena.
In lusorio Cæsario juvenis iste ursos sæpe quasi venator occidit. Multis autem in urbibus ludos edidisse Hadrianum vel novos instituisse passim loquuntur veterum monumenta Παναθήναια Athenis. Παναθήναια Agoni illi nomen: cujus mentio in veteri inscriptione, Παναθήναια, Ὀλύμπια, Παναθήνια, Ἀδριάνεια. Fallitur vero vir summus qui quattuor illos agones pro uno accepit, & de Adrianeis interpretatur. vetus interpres Pindari ad Olympionicas: Εἰσὶ δὲ ἀγῶνες ἡ τὰ Παναθήναια νεμόμενοι, ἢ τὰ Ἡφαίστεια, ἢ τὰ Ὀλύμπια, ἢ τὰ Ἐλευσίνια, ἢ τὰ Παναθήναια. Quibus verbis omnes agones complexus est qui Athenis aut in Attica celebrarentur. vetusta igitur τὰ Ὀλύμπια καὶ τὰ Παναθήναια, nec ab Hadriano instituta, ut videtur velle Dio. nisi forte duo Παναθήναια Athenis fuisse dicamus. una quidem jam ex antiquo instituta & celebrari solita; alia nuper ab Hadriano. *Salmas.*

5. *Aromatica populo donavit.*] Parentaliorum die fiebat in plebem divisio specierum variarum, ut vini, olei, aut pecuniæ. cujus moris testes extant infinitæ inscriptiones. Sed aromatica donare, meritò notatum in Hadriano ut rarum, & antè fortasse inauditum. *Casaub.*

6. *In honorem Trajani.*] Id est, ludis quos in honorem Trajani magnificentissimos edidit. multos autem edidit honorandæ Trajani memoriæ: natalitios, parentalitios, sive consecrationis, & Parthicos. sic appellati, qui in honorem victoriarum Trajani agebantur: de quibus Dio. *Idem.*

7. *Balsama & crocum per gradus theatri fluere jussit.*] Ad croci sparsionem in theatro fieri solitam hæc referri debere recte viris doctis animadversum. κρόκου ῥαντίσις optimæ Glossæ vocant. in illo vetusto Glossario scriptum est:

Sparsio, πρόχυσις ἢ ῥαντισμός.
Spartum, λόγχαιον. [τὸ ἡμίτριγις.
Nihil ibi *spartum* ad theatra. recte autem *spartum*, λόγχαια exponitur. titulus exstat capitis cujusdam in ὀνειροκριτικοῖς Artemidori, εἶδε λόγχας, καὶ λίνα καὶ κανναβίνας, qui sic erat vertendus: *de sparto, lino & Cannabe.* Hesychius,

fit: [1] fabulas omnis generis more antiquo in theatro dedit: [2] histriones aulicos publicavit. In circo multas feras, [3] & sæpè centum leones, interfecit. [4] Militares pyrrhicas populo frequenter exhibuit: gladiatores frequenter spectavit. Quum opera ubique infinita feciſſet, nunquam ipſe, nisi

sychius, σπάρτον, λόγχιας χοινίον. *funis è sparto.* Salmaſ.

1. *Fabulas omnis generis.*] Suetonius in Octavio, cap. XLIII. *Fecit ludos nonnunquam & vicatim, ac pluribus scenis per omnium linguarum histriones.* Sed Spartianus ad fabularum diverſas ſpecies videtur aſpicere. *Caſaub.*

Fabulas omnis generis more antiquo in theatro dedit.] Fabulæ omnis generis ſunt prætextatæ, togatæ, tabernariæ, Atellanæ, quarum meminerunt Grammatici veteres, quas antiqui poëtæ in ſcena dictabant, quæ omnes poſteriorum imperatorum ævo agi deſierunt, & in deſuetudinem abierunt. eas vero revocavit in ſcenam Hadrianus, & more antiquo in theatro exhibuit. *Salmaſ.*

2. *Hiſtriones aulicos publicavit.*] Ut ludum peculiarem habuit princeps, & proprios gladiatores qui & fiſcales dicti, & poſtulaticii, quòd eorum editionem populus à principe ſolitus poſtulare: ſic etiam hiſtriones, quos Spartianus aulicos appellat. *Caſaub.*

Hiſtriones aulicos publicavit.] Id eſt, in publico ut agerent permiſit, & publice ſpectandos dedit. Sic Suetonius in vita Auguſti: *Solebat etiam citra ſpectaculorum diem, ſi quando quid inuſitatum dignumque cognitu advectum eſſet, id extraordinem quolibet loco publicare.* Publicare igitur eſt, publico ſpectaculo oſtendere, publice ſpectandum exhibere. *Salmaſius.*

Hiſtriones aulicos publicavit.] Sententia ambigua, vel quod ludis privatorum commodato dederit hiſtriones ſuos Princeps; vel quod permiſerit eoſdem ſpectari à populo in Palatio. ſed prior interpretatio verior videtur. *Gruterus.*

3. *Et ſæpe centum leones interfecit.*] Regius, *& ſæpe cunctos leones.* Fuerit hoc ſingulare, & venationum Hadriani proprium, ut ſolos aliquando leones exhiberet: qui longè urſis, tauris, & aliis multis feris præſtant, quæ in circo aut amphitheatro per venationes ſolitæ confici. *Caſaub.*

Et ſæpe centum leones interfecit.] Eamdem lectionem in Palatino inveni, quam in Regio Caſaubonus: *& ſæpe cunctos leones interfecit.* ut magnum magnificentiæ, vel ut loquebantur, magnanimitatis argumentum crebro notant in Romanis principibus ſcriptores multarum ferarum, & leonum præcipue confectionem. idem Spartianus de Marco: *In munere autem publico tam magnanimus fuit, ut una miſſione centum leones ſimul exhiberet ſagittis interfectos.* Idem dicit hoc loco de Hadriano, cunctos leones qui una miſſione ſimul exhibiti eſſent, interfectos. Dio centum leones & centum leænas una miſſione aliquando exhibitas ab Hadriano & interfectas refert. fere ſemper centenos exhiberi ſolitos video una miſſione, & in eo magnifici editores, quod omnes interficerentur. *Salmaſ.*

4. *Militares pyrrichas populo freq. exhib.*] Etiam pyrrichæ inter populi voluptates, ut notum ex Suetonio. addit *militares*, ſine cauſſa: eſtque non ἀλογολόγως, ſed perpetuum epithetum: omnis enim pyrriche militaris. Lege Athenæum. *Caſaub.*

Militares pyrrichas populo frequenter exhibuit.] De pyrrichis militaribus, nihil ſcio quod non jam dictum ſit, niſi hoc quod me vetus epigramma Latinum ἀνέκδοτον docuit, aciem illam in armis ſaltantium ex viris & mulieribus componi ſolitam, & buxeis armis, non ex ferro, fuiſſe inſtructam. *Salmaſ.*

nisi in Trajani patris templo, nomen suum scripsit. [1] Romæ instauravit Pantheum, Septa, basilicam Neptuni, sacras ædes plurimas, forum Augusti, [2] lavacrum Agrippæ: [3] eaque omnia propriis & veteribus nominibus consecravit. [4] Fecit & sui nominis pontem, [5] & sepulcrum juxta Tiberim, [6] & ædem Bonæ deæ transtulit: [7] & [8] colossum stantem atque suspensum [9] per Detrianum architectum * de eo loco in quo

1. *Romæ instauravit Pantheon, Septa, basil. N.*] Tito imperante cùm Roma continuos tres dies totidemque noctes flagravit, asserant & istæ, & quæ subjunguntur, forum Augusti, ac lavacrum Agrippæ: Dio inter alia quæ tum incensa, hæc nominat, τὰ Σεπτὰ, τὸ Ποσειδώνιον, τὸ βαλανεῖον τὸ Ἀγρίππα, καὶ τὸ Πάνθειον. Horum autem omnium Trajanus instaurationem inchoavit, non perfecit: aut si quid ab eo pristinæ formæ fuerat redditum, alio casu aliquo fuerat labefactatum. *Casaub.*

2. *Lavacrum Agrippæ.*] Ad oram Palatini, adscriptum erat eadem manu, *Agrippinæ*. sed *Agrippæ* verum est. ita enim Dioni vocatur. *Salmas.*

3. *Eaque omnia propriis & veteribus nominibus consecravit.*] *Et veterum nominibus.* Pal. cum veteri editione. *Idem.*

4. *Fecit & sui nominis pontem.*] Ælium pontem nominat Dio. *Casaub.*

5. *Et sepulchrum juxta Tiberim.*] Procopius, qui solus ex antiquis describit accuratè, modò sepulchrum Hadriani nominat, modò Hadriani turrim, vel arcem. Videtur autem opus imperfectum ab Hadriano relictum: nam inter ea quæ Romæ Pius fecit, recensetur Capitolinus & sepulchrum Hadriani. *Idem.*

Et sepulcrum juxta Tiberim.] De hoc sepulcro accipienda sunt verba Joannis Antiochensis libro περὶ ἐγκαινολογίας: Ἐγγύτερον μὲν ἴσασιν Ἀδριανοῦ τηλικοῦτον ἄχαλκον μὲν πεφρικὸς, ὑψηλὸν δὲ καὶ ἐφθαλμὸν ἱκανῶς ἵππον ταχύτητον ἄνδρα δίκην. οἱ δὲ ἐν γῇ βαδίζοντες, ὑπὲρ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ ὕψους τοῦ κλίσματος, αὐτὸν ὑπὸ τοῦ ἵππου βραχύτατον καὶ τὸν Ἀδριανὸν νομίζουσι. κλίσμα vocat sepulcri molem, cui superimposita illa quadriga cum statua Hadriani altissimum vero fuisse illud monimentum testis Procopius, qui nunc arcem, nunc turrim appellat, meminitque equorum & statuæ superpositæ. *Salmas.*

6. *Et ædem Bonæ deæ transtulit.*] Impropriè loquitur, & eget interpretamenti. Hic vero per ædis translationem intelligimus, antiqui Bonæ deæ simulacri in alium locum translationem & dedicationem, cum ædis novæ extructione. *Casaub.*

7. *Et colossum stantem atque suspensum per Decrianum architectum, &c.*] Nomen artificis hujus verum, restitui ope chirographi Palatini, vulgati hactenus, *Detrianum.* Grut.

8. *Colossum stantem.*] Hic est colossus Neronis de quo Plinius, & Suetonius. Hujus colossi translatio non adeò mira est, atque illud, quòd stans & suspensus fuerit translatus. *Casaub.*

9. *Per Detrianum architectum.*] An *Dextrianum?* Erat ea tempestate Cassius Dexter quidam: cujus hic libertus fortasse. an est verius, *Demetrianum?* Idem.

Per Detrianum architectum.] Detrianus hic ut nunc scribitur nec Græcus est nec Romanus de nomine. nihil tamen variant antiqui libri. Detrianus igitur scriptum more illius seculi pro *Dextrianus.* nisi forte *Dentrianus* scribendum. nam *Dentrius* nomen Romanum, unde *Dentrianus.* posset etiam legi, *Dextrianus.* Salmas.

* De

in quo nunc templum urbis est ingenti molimine, [2] ita [3] ut operi etiam elephantes XXIIII. exhiberet. Et quum hoc simulacrum [3] post Neronis vultum cui antea dicatum fuerat [4] Soli consecrasset, aliud tale [5] Apollodoro architecto autore facere Lunæ molitus est. In colloquiis etiam humillimorum civilissimus fuit, [6] detestans eos qui sibi hanc voluptatem humanitatis [7] quasi servantes fastigium principis inviderent. [8] Apud Alexandriam in musio, multas quæstiones

* *De eo loco in quo nunc templum Urbis est.*] Vespasianus ex Aurea domo Neronis in Sacram viam transtulerat, ut narrat Dio. Et Sacra autem via, & Urbis templum in quarta regione collocantur à Victore. *Casaub.*

1. *Ita ut operi etiam elephantes* XXIIII. *exhiberet.*] Non ad speciem aut pompam huic operi admovit elephantos Hadrianus, sed tantæ molis erat stantem atque suspensum colossum transferre, ut præter equos, etiam viginti elephantos adhiberi fuerit necesse: ut ita accipiamus suadent, immo compellunt verba Spartiani: *Ingenti molimine, ita ut operi etiam viginti quatuor elephantes exhiberet.* Salmas.

2. *Ut operi ei elephantes* XXIIII. *exhiberet.*] Malim *adhiberet.* nam *operi exhibere*, duriusculum. Elephantos autem operi adhibet Hadrianus ad rei speciem & pompam: non quòd ita esset necesse. nam Dominicus Fontanus, qui ante XVII. annos, auspiciis maximi principis Sixti V. molimine non minùs memorabili, obeliscum Romæ transtulit, elephantos quidem operi nullos adhibuit; sed homines nongentos & septem, equos septuaginta quinque. *Casaub.*

3. *Post Neronis vultum cui antea dicatum fuerat Soli consecrasset.*] Fallitur Spartianus. Verum quidem est hoc simulacrum post Neronis vultum Soli fuisse consecratum: sed ejus consecrationis Vespasianus auctor, non Hadrianus, quod vult Spartianus. similis Lampridii error in Commodo. *Idem.*

4. *Soli consecrasset.*] Reg. *sibi consecr.* sed refutat historia, & quod sequitur de Luna. nam ita amant Sol & Luna conjungi & simul dedicari, simul coli. ut in veteri lapide, SOLI ET LVNAE DONVM. POSVERVNT. *Idem.*

5. *Apollodoro architecto.*] Is est de quo multa Dio in Hadriano. *Idem.*

6. *Detestans eos qui sibi hanc vol.*] Possis referre ad adulatores, qui majestatem imperatoriam exaggerantes negarent comitatem & civilitatem regias esse virtutes. Sic Alexandro Severo nimiam civilitatem amici objiciebant: quasi molliorem sibi & contemtibiliorem potestatem imperii faceret, ut refertur à Lampridio. Potius tamen eos intelligam, qui ex immodica reverentia principis, cum metu sua desideria Hadriano exponerent: qualis ille joco Augusti correptus, *Quòd sic ipsi libellum porrigere dubitaret, quasi elephanto stipem.* Idem.

7. *Quasi servantes fastigium principis.*] *Servantis* scriptum in Palatino, legendum, *servanti. detestans eos qui sibi hanc voluptatem humanitatis quasi servanti fastigium principis, inviderent.* hæc mens enim hujus sententiæ. principem qui nimis sollicite & accurate principis fastigium servare conatur, carere ea voluptate humanitatis quæ in humillimorum colloquiis & conversatione percipi solet. Detestabatur igitur eos Hadrianus, qui sibi hanc voluptatem inviderent, dum illum ab humiliorum congressu & colloquio volebant amovere hoc nomine, quod servandum ipsi esset fastigium principis. *Salmas.*

8. *Apud Alexandriam in Musio vr.*]

stiones professoribus proposuit, & propositas ipse dissolvit. Marius Maximus dicit eum natura crudelem fuisse, [1] & idcirco [2] multa piè feciſſe, quòd timeret ne sibi idem quod Domitiano accidit, eveniret. Et quum titulos in operibus non amaret, [3] multas civitates *Adrianopolis* appellavit, [4] ut ipsam Carthaginem, [*] & Athenarum partem. Aqua-

De hoc ad Tranquilli Claudium satis olim. Locus sive regio urbis in qua Museum fuit, Bruchium vocabant: Ammianus accipit libro XXII. ubi ait fuisse *diuturnum præstantium hominum domicilium*: ex quo multi magnæ doctrinæ viri prodierint. Erat hoc Alexandrinorum prytaneum quoddam, hoc est, πυρὸς παιδεῖον. Βρύχιον corruptè, pro Πυρυχεῖον. *Casaub.*

Apud Alexandriam in Musio.] Ita semper exaratum in antiquis libris. *Musium* pro *Museum*. nam Græcum est Μουσεῖον. πλὼ ἐν Μουσείῳ σίτησιν pro magno munere viris eruditione præstantibus olim concessam fuisse ab imperatoribus passim legitur apud auctores cum Græcos tum Latinos. Αἰγυπτίων πρέσβεις vocat Philostratus. πυρυχεῖον etiam dictum fuit illud Musarum πυξωνεῖον. quod in eo scilicet conditum esset & servaretur frumentum ad illam σίτησιν doctorum hominum destinatum. nam πυρυχεῖον & πυξωνεῖον idem. & σίτησις ἐν πυξωνείῳ dicebatur, ut σίτησις ἐν Μουσείῳ. Museum autem Alexandrinum, & πυρυχεῖον, pro eodem posuit Ammianus Marcellinus. & sic appellata est regio quædam Alexandrinæ urbis, in qua Μουσεῖον illud, sive πυρυχεῖον, vel Μουσῶν πυξωνεῖον ut vocat Eustathius, erat situm. *Salmas.*

1. *Et idcirco multa piè feciſſe.*] Sic quoque Pal. *Grut.*

2. *Multa piè feciſſe.*] Reg. vocem *piè* non agnoscit. *Casaub.*

3. *Multas civitates Hadrianopolis appellavit.*] Sanè multas: nam præter illas quarum intercidit memoria, sex septem urbes nomine eodem diligentissimus & veteris geographiæ peritissimus Abrahamus Ortelius adnotavit. Quædam sine dubio Hadriani vel Hadrianæ quasi Hadrianopoles dictæ: nam ita erat moris hujusmodi nomina dimidiata efferre. Sic *Antinoum* pro Antinoopolis: Sed & Ælias nominavit non paucas. Erat illis temporibus usitatissimum hoc adulationis genus: quo novorum semper Augustorum gratiam captabant civitates. *Idem.*

Multas civitates Hadrianopolis appellavit.] Pervolutanti mihi veterum scripta non plures novem hoc nomine urbes occurrerunt. quarum notissimæ duæ Hadrianopoles dictæ, nec alio nomine cognitæ. reliquæ sub prioribus nominibus remanserunt, quamvis earum cives pro Hadrianopolitis se jactaverint, & ita appellari voluerint. prima in Cyrenaica quæ *Hadrianopolis* in vetusta Peutingerorum tabula appellatur. altera in Thracia viginti quattuor millibus passuum distans à Plotinopoli. Atque hæ duæ sunt Hadrianopolis sic proprie nec unquam aliter appellatæ. reliquæ nomen antiquum suum retinuerunt. Antinoopolis quam Hadrianus in honorem delicati sui condidit, dicta etiam fuit Hadrianopolis. Stephanus: Ἀδριανὰ πόλις αἰτ' Ἀδριανὸν παιδός. τὸ ἐθνικὸν Ἀδριανός. συλλέβα ἡ πόλις τῷ Ἀδριανοπόλις. Ἀντινόεια vocat ab Antinoo, ut Antiochia ab Antiocho. *Salmas.*

4. *Ut ipsam Carthaginem.*] At non obtinuit hæc nova appellatio, ne eo quidem vivente. *Casaub.*

Ut ipsam Carthaginem & Athenarum partem.] Carthaginem Adrianopolim

Aquarum etiam ductus infinitos hoc nomine nuncupavit. [1] Fisci advocatum primus instituit. Fuit memoriæ ingentis, [2] facultatis immensæ: [3] nam & ipse orationes dictavit, & ad omnia respondit. Joca ejus plurima extant: nam fuit etiam dicaculus. Unde illud quoque innotuit, quòd quum cuidam canescenti quiddam negasset, eidem iterum petenti, sed infecto capite, respondit, [4] *Jam hoc patri tuo negavi.*

lim appellatam, & partem Athenarum nesciremus, nisi hic docuisset. sed & illas omnes civitates quas Hadrianopoles dictas in superiori animadversione docebamus, uni Stephano debemus quod ita appellatas esse scimus. nam veterum nemo præter illum meminit. ad Athenas quod attinet, cum illam urbem multis operibus instaurasset Hadrianus, partem urbis quæ maxime illis ædificiis ornata fuit, Hadrianopolim nuncupavit: errant viri docti qui novarum Athenarum nomine, partem illam urbis, quam splendidis ædificiis ornavit Hadrianus, insignitam fuisse censent. cum plane ac diserte scribat heic Spartianus Hadrianopolim partem Athenarum fuisse dictam. & mirum ni ex istis ipsis versiculis, qui in arce illius urbis inscripti erant, hoc hauserit Spartianus, vel ille quisquis est quem sequitur. sic enim habent.

Αι δ' εισ' Αθηναι Θησεως ωδε πολις,
Αι δ' Αδριανου κ' ουχι Θησεως πολις.

En Ἀδριανοῦ πόλις Athenæ, vel Athenarum pars illa quam novis operibus illustravit Hadrianus. ex sola autem illa inscriptione certum mihi est hunc auctorem adstruere Athenarum partem Hadrianopolim fuisse nuncupatam. sed nec omittendum est in optimo Palatino *Thenarum*, heic pro Athenarum haberi scriptum. *Thenæ* colonia in Africa celebris, sed quam heic intelligi nolim. *Salmas.*

* *Et Athenarum partem.*] Pausanias tamen, & Dio qui Hadriani munificentiam erga Athenienses prædicant, ejusque aliquot opera commemorant, quibus Athenas decoravit, nihil quod huc faciat, memoriæ prodiderunt. *Casaub.*

1. *Fisci advocatum primus instituit.*] Ante Hadrianum jura fisci curabant Cæsarum procuratores. *Casaub.*

2. *Facultatis immensæ.*] Magni & excellentis ingenii, quod par esset tot privatis publicisque curis. tacitè anteponit Hadrianum aliis principibus, qui præ ignavia, ut de Trajano scribit Julianus, alieno uterentur ingenio in dictandis orationibus, & formandis epistolis aut rescriptis. *Idem.*

Facultatis immensæ.] *Facultas* hoc loco non magnum aut excellens ingenium significat, nec illam vim qua quis multa potest simul facere, sed dicendi tantum facilitatem & copiam. facultatem hoc sensu optimi quique auctores dixere. Cicero pro Cornelio Balbo: *Quæ fuerit heri die Cn. Pompeii gravitas in dicendo, quæ facultas, quæ copia.* Et paulo post: *Quæ enim in L. Crasso potuit homine nato ad dicendi singularem quamdam facultatem major esse uberias?* Idem pro Deiotaro *facultatem* simpliciter pro dicendi facultate dixit. *Salmas.*

3. *Nam ipse orationes dictavit.*] Interserit Palatin. copulam, *& dictavit.* Grut.

4. *Jam hoc patri tuo negavi.*] Argutè, sed salis hujus Υπηρεσιῶν illud ἀνδριαντοδες Laïs, auctor, Hadrianus imitator. *Casaub.*

Jam hoc patri tuo negavi.] Dicaculum fuisse Hadrianum ex hoc responso conatur ostendere Spartianus. hujus tamen dicti ipsum esse auctorem negant eruditi, & Laidi tribuunt, moti au-

gavi. [1] Nomina plurimis sine nomenclatore reddidit, [2] quæ semel & congesta simul audiverat, ut nomenclatores sæpius errantes emendaverit. Dixit & veteranorum nomina quos aliquando dimiserat. [3] Libros statim lectos & ignotos quidem plurimis memoriter reddidit. Uno tempore scripsit, dictavit, audivit [4] & cum amicis fabulatus est. [5] Omnes publicas rationes ita complexus est, ut domum privatam quivis paterfamiliâs diligens non satis novit. [6] Equos & canes sic amavit ut eis sepulcra constitueret.

auctoritate Ausonii cujus notum est epigramma:

Canus regabat Laidis nuclem Myron:
Tulit repulsam protinus, &c.

Sed illi tota via deerrarunt. Quis enim non videt Ausonium hujusce dicti salem & argutiam hinc sumpsisse & ingeniose Laidi accommodasse, cui nimium bene convenire videbatur hoc responsum, & aliquanto etiam melius quam Hadriano? adeo autem verum est ex dicto Hadriani salsuram, ut ita dicam, & condituram illius epigrammatis mutuatum esse Ausonium, ut & ipsimet Hadriani verbis concluserit, *Patri negavi jam tuo:* personas tantum mutavit, Laidem pro Hadriano, & illi canescenti nomen Myronis adfinxit. *Salmas.*

1. *Nomina plurimis sine nomenclatore reddidit.*] Cùm ad salutationem certis diebus etiam plebem admitteret. In reg. *sine nominis latore.* Casaub.

2. *Quæ semel & congesta simul audiverat.*] Et nos quoque vidimus prodigiosæ memoriæ aliquot similia exempla. Omnia tamen quæ legimus aut vidimus, superat quod de Proclo, nobilissimo illo Platonis interprete, narratur. Is cùm esset Olympiodori auditor, (hominis facundi, & cujus dicentis oratio non fluebat, sed torrentis instar ferebatur, ut pauci dicta ejus assequerentur,) solitus à recitatione omnia quæ dixisset Olympiodorus totidem atque iisdem verbis reddere. *Idem.*

3. *Libros statim lectos & ignotos quidem plurimis memoriter reddidit.*] Ferri potest, *plurimis:* ego tamen *plurimos*, vel *plurimùm* scribi malim. *statim lectos* est quod Marinus dixit, σὺς ψιλῶ ἀναγνῶναι. *Idem.*

Libros statim lectos & ignotos quidem plurimis.] Sic & Pal. codex. *Grut.*

4. *Et cum amicis fabulatus est.*] Post hæc verba subjungit princeps editio, *si credi potest.* quod nescio an sit Spartiani. fortasse additum ab aliquo lectore qui credulitatem suam non commodabat verbis Spartiani, referentis Hadrianum uno tempore scripsisse, dictasse, & audivisse & cum amicis fabulatum esse. *Salmas.*

5. *Omnes publicas rationes ita complexus est, ut domum privat.*] Mira res: sed minùs mirabitur qui eorum meminerit quæ de Rationario imperii ab Augusto instituto, & tabulario Cæsaris, ac Beneficiorum libro Suetonius, aliique scriptores nos docent. Omnino quod diligenti patrifamilias privatarum rationum libri fuerunt, id sobriis & frugi Cæsaribus, quales imprimis Octavius, Vespasianus, & Hadrianus, superiùs dicti commentarii. *Casaub.*

Omnes publicas rationes ita complexus est, &c.] Pal. præmittit: *Si potest credi; omnes publicas rationes, &c.* Grut.

6. *Equos & canes sic amavit, ut eis sepulchra constitueret.*] Mos olim multorum, cujus sunt exempla apud Plinium, Plutarchum, Ælianum, Martialem, aliosque, omnibus obvia. Hadrianus verò & sepulchra equis canibusque quos ama-

ret. [1] Oppidum Adrianotheras in quodam loco, quòd illic & feliciter esset venatus & ursam occidisset aliquando, constituit. [2] De judicibus omnibus semper cuncta scru- 21
tando,

amaverat, constituere; & eorum memoriam carmine epitaphio solitus prosequi. præcipuè autem in Borysthene equo hæc officia usurpavit, cùm illo ad venandum diu multumque esset usus. *Casaub.*

Equos & canes sic amavit ut sepulcra his constituerit.] Extat hodieque epigramma Hadriani in Borysthenem equum cui sepulcrum constituerat. quod quia uno & altero loco mendosùm protulit Casaubonus, ego heic emendatius adponam.

Borysthenes Alanus,
Cæsareus veredus,
Per æquor & paludes,
Et tumulos Etruscos,
Volare qui solebat,
Pannonios nec ullus
Apros cum insequentem
Dente aper albicante
Ausus fuit nocere,
Vel extimam saliva
Sparsit ab ore caudam,
Ut solet evenire:
Sed integer juventa,
Inviolatus artus,
Die suæ peremptus,
Hoc situs est in agro.

In Latinis ubi legebatur, *apros insequentem*, claudicante versu, reposuimus, *Aprosve cum sequentem* vel *insequentem. nocere aliquem* trita bonis & antiquis auctoribus loquutio. Celsus: *si falangium mouit.* nocere aliquem dicitur serpens, cum mordet. & sic *aper equum nocere*, in epitaphio Borysthenis dixit Hadrianus. *Salmas.*

1. *Oppidum Hadrianotheras in quodam loco constituit.*] Constituit in Mysia. Dio, πόλιν ἐν τῇ Μυσίᾳ οἰκίσας Ἀδριανοῦ θήρας αὐτὴν ὀνομάσε. At Cedrenus sic, ἐν Μυσίᾳ θηρεύσας, οἰκοδόμησε πόλιν, ἣν μεταγόμασεν αὐτὸς Ἀδριανοῦ θήρας ἐν μιλίτοις. unde cognoscimus castra exercitus Hadriani in urbis novæ sedem fuisse conversa, ut sæpe factum legimus. ita accipi debet quod ait, ἐν μιλίτοις. Metata quid sint vel ex titulo Cod. sic inscripto notum. Græci μιτάτα semper non μιλίτα. Porrò hanc urbem Græci non Hadrianotheras, sed breviùs Ἀδριανοῦ, & corruptè Ἀδριανὺς dixerunt, jam inde ab initio cùm est constructa. *Casaub.*

Oppidum Hadrianotheras.] Scribendum *Hadrianutheras.* hoc est Ἀδριανοῦ θήρας. sic *Antinupolis*, aliquando *polis* omittebant dicentes *Hadrianu.* sic *Antinou* apud Marcellinum. *Salmas.*

2. *De judicibus omnibus semper cuncta scrutando*] An potius *de indicibus*? Duobus potissimùm temporibus diligenti hac inquisitione opus imperatori: cùm aut defertur aliquis puniendus: aut commendatur promovendus. de priore videtur locutus Spart. nam *index* est delator: de posteriore Capitolinus cùm de Marco scribit simillime: *Suffragatoribus non citò credidit, sed semper diu quæsivit quod erat verum.* Si retinemus *judicibus*, referemus ad cognitiones principum: ubi de caussis fere agi solitum apud judices ordinarios prius ventilatis: à quibus ad imperatorem esset appellatum. *Casaub.*

De judicibus omnibus semper cuncta scrutando.] Sic scribi debet hic locus, & exponi. *Cuncta scrutando de omnibus judicibus, tamdiu requisivisse Hadrianum quamdiu verum inveniret.* Hoc puto significat, studiosè ac diligenter eum inquisivisse in vitam, mores & actus omnium judicum. hoc est provinciarum præsidum. ut si male provincias administrare comperti essent, successores illis mitteret, & ipsi puniendi evocarentur. quod optimus semper principes factitasse certum est. *judices* autem de provin-

tando, tamdiu requisivit quamdiu verum inveniret. Libertos suos nec sciri voluit in publico, [1] nec aliquid apud se posse, [2] dicto suo omnibus superioribus principibus vitia imputans libertorum, damnatis omnibus libertis suis [3] quicunque se de eo jactaverant. Unde extat etiam illud severè quidem, sed propè joculare de servis. Nam [4] quum quodam tempore [5] servum suum inter duos senatores [6] è conspectu ambulare vidisset, [7] misit qui ei colaphum daret, & diceret, *Noli inter eos ambulare quorum esse adhuc potes servus.* Inter cibos [8] unicè amabat tetrapharmacum, quod erat

provinciarum præsidibus tralatitium est. *Salmas.*

De judicibus omnibus, semper cuncta ferundo, &c.] Potest quidem tolerari istud; sed tolerabilius fuerit, si littera mutata, fieret *indicibus*. quomodo etiam volebat Casaubonus. *Grut.*

1. *Nec aliquid apud se posse.*] *Nec* pro nedum. Voluit libertos suos publicè ignorari: nedum ut olim Claudius, Galba, Vitellius, paterentur credi ab omnibus, multum apud se libertos suos posse. Erit planior sententia, si scribas, *Libertos suos nesciri voluit in publico aliquid apud se posse.* At Rob. Bon. vel imperitiâ, vel nactus aliam lectionem, sic expressit, *Hadrianus noluit libertos suos ferre sua secreta aut consilia.* Casaub.

2. *Dicto suo.*] Scribe, *edicto suo.* De hujus generis edictis notavimus ad Suetonium. *Idem.*

Dicto suo.] Nihil mutandum, nec sequor virum doctissimum legentem, *edicto suo.* satis habuisset dicere *edicto.* atque ita semper apud Suetonium de ejusceemodi edictis, *edicto increpuit. edicto admonuit.* at heic Hadrianus nolebat libertos suos in publico conspici, aut aliquid apud se posse, dicto suo omnibus superioribus principibus vitia imputans libertorum. id est cum diceret, aut dicere solitus esset, superioribus principibus vitia libertorum esse imputanda. si quis tamen malit *edicto*, non pugnabo. *Salmas.*

Dicto suo, omnibus superioribus Principibus vitia imputans libertorum.] Hoc est, sententia sua, quam crebro usurpare solebat. *Grut.*

3. *Quicunque se de eo jactaverant.*] Hoc & Dio tetigit. quid sit *jactare se de principe*, declarant unicè verba Lampridii in Alexandro: *Nec dedit alicui facultatem vel fumorum vendendorum de se, vel sibi de aliis malè loquendi: maximè occiso Thurino, qui illum quasi fatuum & vaccordem sæpe vendiderat.* Casaub.

4. *Cum servum suum inter duos senatores è conspectu ambulare vidisset.*] *E conspectu*, hoc loco non est ἐκ θεατοῦ, nec ex edito loco, unde conspici potest: *è conspectu* est à longe, ita tamen ut conspici possit. *Salmas.*

5. *Servum suum inter duos senatores.*] Medius locus honestissimus, sive deambularent sive sederent. Inde Hadriani indignatio. *Casaub.*

6. *E conspectu a. vidisset.*] *Conspectus* hic est σκοπιὰ, locus elatior unde spectantur inferiora. Possumus accipere de genere quodam fenestrarum aut specularibus. *Idem.*

7. *Misit qui ei colaphum daret, & diceret: Noli inter, &c.*] Sic quidem à calamo recenti, sed aliud quid horum loco ibi fuisse, prodit Excerptum, in quo, *misit qui colla fundaret qui nolit inter, &c.* abjectis ceteris. *Grut.*

8. *Unicè amabat tetrapharmacum.*] Alludum ad tetrapharmacum quod celebrant medici. *Casaub.*

1. *Penna*

erat de fasiano, fumine, [1] perna & crustulo. [2] Fuerunt ejus temporibus fames, pestilentia & terræmotus: [3] quæ omnia quantum potuit, procuravit: multisque civitatibus vastatis per ista, subvenit. Fuit etiam Tiberis inundatio. [4] Latium multis civitatibus dedit, tributa multis remisit. [5] Expeditiones sub eo graves nullæ fuerunt. Bella etiam silentio penè transacta. A militibus [6] propter curam exercitus nimiam multùm amatus est, simul quòd in eos liberalissimus fuit. Parthos in amicitia semper habuit, quòd inde regem retraxit quem Trajanus imposuerat. [7] Armeniis regem habere permisit, [8] quum sub Trajano legatum habuissent. [9] A Mesopotamiis non exegit tributum quod

1. *Perna & crustulo.*] In Vero non ut diversa hæc ponuntur, sed ut conflata in unam è duabus speciem, quam vocat *pernam crustulatam*. Idem.

2. *Fuerunt ejus temporibus fames &c.*] Suetonium imitatur, qui etiam fortuita & tristia adnotat, quæ sub principibus evenerant. *Idem.*

3. *Quæ omnia quantum potuit procuravit.*] Græci τὰ δεινὰ προφασίζονται. sed illi à re medica verbum mutuantur: *procurare* sacrorum est verbum. *Idem.*

4. *Latium multis civitatibus dedit.*] Nondum enim jus civitatis promiscuum fuit & commune. Atqui non desunt, qui Hadriano tribuant illam legem, per quam civitas omnibus data: quos & locus hic refellit, & Jurisconsulti, qui Marcum Antoninum faciunt auctorem, suffragante Aurelio Victore. *Idem.*

5. *Expeditiones sub eo graves nullæ fuerunt.*] Esset verum si bellum saltem Judaicum excepisset. Annon enim inter gravia illud bellum, quo sexcenta propè millia hostium ceciderunt? Jam Romani exercitus clades tanta, ut obsetvet Dio, Hadrianum cùm ad senatum scriberet, solenni illa formula abstinuisse: SI VOS LIBERIQVE VESTRI VALETIS, BENE EST: EGO EXERCITVSQVE VALEMVS. *Idem.*

6. *Propter curam exercitus nimiam multum amatus est.*] *Nimia cura exercitus*, esset pro magna. posset tamen legi, atque ut quidem puto, melius: *A militibus propter curam exercitus nimium multum amatus est.* Sic *nimium quantum* apud Florum. *Salmas.*

7. *Armeniis regem habere permisit.*] Palatinus *Armeniis*. Trajanus autem occiso Armeniorum rege, quod diadema à rege Parthorum non à se accepisset, legatum illis imposuerat. hunc legatum retraxisse inde heic dicitur Hadrianus, & regem iis ut haberent permisisse. sed quomodo nunc Hadrianus permittit Armeniis regem habere, qui initio statim imperii Armeniam & Mesopotamiam & Assyriam Persis concessit, reductis inde exercitibus? nam hoc ipso satis illis permiserat regem habere. *Idem.*

Armeniis regem habere permisit.] Nihilo pejus Palatinus, *Armeniis regem, &c.* Grut.

8. *Cum sub Trajano legatum habuissent.*] Occiderat enim vel removerat regem ipsorum Trajanus. *Salmas.*

9. *A Mesopotamiis non exegit trib.*] Quare exigeret? jam enim dictum omnia fuisse relicta trans Euphratem & Tigrim. *Casaub.*

A Mesopotamiis non exegit tributum, quod Trajanus.] Palatinus; *Mesopotamenses non exegit tributum*, quæ & ipsa

quod Trajanus imposuit. [1] Albanos & Hiberos amicissimos habuit, quòd reges eorum largitionibus prosequutus est quum ad illum venire contempsissent. [2] Reges Bactrianorum legatos ad eum amicitiæ petendæ causa supplices
22 miserunt. Tutores sæpissimè dedit. [3] Disciplinam civilem non aliter tenuit quàm militarem. [4] Senatores & equites Rom. semper in publico togatos esse jussit, [5] nisi si à cœna reverterentur. [6] Ipse quum in Italia esset, semper togatus processit. Ad convivium venientes senatores, stans excepit: [7] semperque aut pallio tectus discubuit, aut toga sub-

ipsa Latina locutio est & vetus. sic *exigor portorium* apud Cæcilium. nam *exigi aliquis tributum* eodem loquendi genere dicitur, quo *aliquem tributum exigere*. *Mesopotamenses*. nam Græcis Μεσοποτάμιοι. & Μεσοποτάμειοι, sed quo jure à Mesopotamensibus tributum exegisset Hadrianus qui eam provinciam dimiserat, & Parthis concesserat, cum retineri non posse videret? *Salmas.*

1. *Albanos & Hiberos.*] Suprà mentio facta est Alanorum, & eorum regis: sed non ideo hic quicquam mutandum. Albani populi supra Hiberes siti, jam inde à bellis Mithridaticis rebus Romanis interveniunt. Alani quoque: sed seriùs noti; & vix, ut puto, ante Flavios principes. *Casaub.*

2. *Reges Bactrianorum.*] Pal. *Bactranorum*. Βάκλοις & Βάκλαοι dicebantur. unde & tam *Bactrani* quam *Bactriani*. Salmas.

3. *Disciplinam civilem.*] Curam morum publicorum, quæ censorum olim erat provincia. Sic apud consultos juris antiquos, *disciplina publica*, & *disciplina communis*. Casaub.

4. *Senatores & equites Rom. &c.*] Revocata Augusti lege, de qua Suetonius capite 42. sed Augusti lex etiam plebem complexa: quæ per Hadrianum libera à necessitate hujus habitus. postea etiam equites idem sibi licere voluerunt: ipsique adeo senatores, sæpe, jam Hadriani temporibus, pænulati aut lacernati in publicum prodibant, ut ex A. Gellio constat. *Idem.*

5. *Nisi si à cœna reverterentur.*] Fuit enim moris, ut cœnatoria gestarent cùm à cœna domum redirent. Sic è balneis & thermis in balneari veste revertebantur. Ferè autem qui à convivio redibant, comissantium licentiam atque petulantiam imitabantur. *Idem.*

6. *Ipse cùm in Italia esset semper togatus processit.*] Capitolinus de Marco, *Per Brundusium veniens in Italiam togam sumpsit*. Lampridius de Alexandro, *In urbe semper togatus fuit, & in Italia urbibus*. Extra Italiam rarò togam aut imperatorium cultum assumebant. *Idem.*

7. *Semperque aut pallio tectus discubuit, aut toga submissa.*] Ea tempestate nemo fuit lautiorum in Urbe, quin impensi pretii cœnatoria haberet: nam in utroque lectorum genere paruit vel maxime Romanorum luxus, ut alibi docemus. ideo notat Spartianus, Hadrianum exemplo suo aliorum ἀσωτίαν castigasse. *Idem.*

Semperque aut pallio tectus discubuit, aut toga.] Romanæ fuit consuetudinis calceos soleis mutare cum accumberent mensæ, & togas cænatoriis. Hadrianus autem semper palliatus aut togatus accubuit, sed toga submissa. submissa autem toga non est quæ nullos facit sinus, nam demissa id esset, sed sub bracchium missa: qui enim ad cœnandum accumbunt, necessario bracchio dextro

submissa. [1] Judicum sumptus constituit & ad antiquum modum redegit. [2] Vehicula cum ingentibus sarcinis urbem ingredi prohibuit. [3] Sederi equos in civitatibus non sivit. [4] Ante octavam horam in publico neminem nisi ægrum lavari passus est. Ab epistolis & à libellis, primus equi-

dextro exerto esse debent. quod faciebant scilicet, toga sub dextrum brachium missa & in lævum humerum congesta. at in publico utrumque humerum toga obvolutum habebant. at palliati omnes iidem & bracchium exerti. Pallium igitur & toga submissa invicem respondent. *Salmas.*

1. *Judicum sumtus constituit.*] Malim *judiciorum:* ut referamus ad judicum sportulas, & præmia advocatorum: de quibus tamen nihil ab Hadriano cautum reperio. Si retineas *judicum*, sensus erit, imminutas impensas à magistratibus fieri solitas, tam in Urbe, quàm in provinciis. Errant qui scribunt, *judices sumtus*, & de revocatis legibus sumtuariis interpretantur. *Casaubonus.*

Judicum sumptus constituit.] Palatinus legit, *diligentia judices sumptus conviviis constituit.* Lego: *Diligentia judicis sumptus conviviis constituit, & ad antiquum modum redegit.* Ad legem sumptuariam hoc pertinet, quam ex integro sanxisse videtur Hadrianus, redigendo ad antiquum modum conviviorum sumptus, idque diligentia judicis, cujus officio continebatur videre ne quis plus in cœnam insumeret, quam illa lege statutum esset. sed quod ait ad antiquum modum redegisse cœnarum sumptus Hadrianum, non ad Fanniam ut puto legem aut Liciniam referendum, nam nimis illæ antiquæ & diu antiquatæ, verum ad Juliam, qua modus hic conviviis erat definitus, ut non plus ducenti sestertii profestis diebus in cœnam impenderentur < Kalendis, Idibus, Nonis, aliisque festivis, trecenti: nuptiis autem & repotiis, mille. *Salmas.*

2. *Vehicula cum ingentibus sarcinis Urbem ingredi prohibuit.*] Utilis & Romæ necessaria lex. Juvenalis:

—— *modò longa coruscat*
Sarraco veniente abies, &c.

Casaub.

3. *Sederi equos in civitatibus non sivit.*] *Sederi*, pro insideri. Capitolinus in Marco: *Sederi in civitatibus vetuit in equis.* Sic alibi, *sideri equos*, & *sideri in equis*, aut vehiculis, pro vehi, ἐφεδρεύειν. Porrò lex hæc postea mutata est alia molliore, per quam equo vehi licuit in civitatibus, vehiculo non licuit. *Idem.*

Sederi equos.] Notanda loquutio qua *equum sedere*, & *equus sederi* dicitur. in vita Marci, *in equo sederi* dixit. *Salmasius.*

4. *Ante octavam horam in publico, &c.*] Accommodatè ad mores publicos. lavabant enim sub horam cœnæ: ea erat nona: Martialis,

Imperat extinctos fingere nona toros.

Casaub.

Ante octavam horam in publico neminem nisi ægrum lavari passus est.] Ad nonam ut plurimum patebant balnea, & ante solis occasum claudebantur. Lampridius in Alexandro Severo: *Addidit & oleum luminibus thermarum, cum ante & ad nonam paterent, & ante solis occasum clauderentur.* Ita enim locus ille legendus ex veteris scripturæ vestigiis, qui vulgo valde depravatus circumfertur. eadem hora qua balnea, & tabernæ vinariæ, & lupanaria aperiebantur. hinc nonariæ meretrices dictæ, quod ad nonam prostarent. Hadriani tempore octava thermis aperiendis videtur constituta. Ab octava igitur ad nonam hora lavandi; ut a nona ad decimam cœnandi. qui temporius aut lavarent, aut cœnarent, intemperantes habiti. *Salmas.*

1. Ex-

equites Romanos habuit. [1] Eos quos pauperes & innocentes vidit, sponte ditavit: quos verò calliditate ditatos, etiam odio habuit. [2] Sacra Romana diligentissimè curavit: peregrina contempsit. [3] Pontificis maximi officium peregit. Causas Romæ atque in provinciis frequenter audivit, adhibitis consilio suo consulibus atque prætoribus & optimis senatoribus. [4] Fucinum lacum emisit. [5] Quatuor consulares per omnem Italiam judices constituit. Quando

1. *Eos quos pauperes & innocentes.*] In regio periodus hæc integra rejicitur post istam, quæ sequitur statim: *Pontificis maximi officium peregit.* Ejusmodi transpositiones multæ in eo codice occurrebant. *Casaub.*

2. *Sacra Romana diligentissimè curavit.*] Græca sacra, ut Eleusina, Hadriano peregrina non erant, cum ipse tanto rerum litterarumque Græcarum studio teneretur, ut inde vulgo Græculus audiret. per peregrina igitur sacra, Ægyptiaca intelligit, quæ multi principes contempserunt: confundit Aurelius sacra Cereris cum Eleusinis initiis. forsasse in eorum sacrorum ritu aliquid mutavit Hadrianus, & ut more magis Attico celebrarentur, curavit. Eleusina autem sacra usque ad Valentinianum & Theodosium mansere. sub quibus imperatoribus penitus deserta sunt, & abolita. *Salmas.*

3. *Pontificis maximi officium peregit.*] Cum priores titulo contenti, ut amat fieri, rem negligerent. omnes enim imperatores ab Augusto pontifices maximi: cujus rei caussam ad Suetonium exponebamus lib. II. cap. XXXI. *Casaub.*

4. *Fucinum lacum emisit.*] Purgato & effosso altius emissario Claudii imperatoris: de quo Suetonius, & Tacitus libro XII. *Idem.*

5. *Quatuor consulares per omnem Italiam judices constituit.*] Tangit mutationem ab Hadriano factam in administratione Italiæ & provinciarum. Sed Spartiani negligentiam hic non exculaverim. cur enim rem scitu dignissimam, scriptione parum dignam putavit? Nam certum est adeò multa Hadrianum in imperii administratione immutasse, ut prioris formæ, cujus auctor Augustus, non multa post illum fuerint vestigia. De quatuor istis Italiæ consularibus, Capitolinus in Pio: *Hæc ab Hadriano inter quatuor consulares, quibus Italia committebatur, electius est ad parem Italiæ regendam.* Idem.

Quatuor consulares per omnem Italiam judices constituit.] De consularibus hoc dicendum κατ' ἀναφορὰν. nam vulgo persuasum esse video viris in hac litteratura primariis, consulares qui provincias hoc jure ac nomine regerent, partim ab Hadriano institutos, partim vero à Constantino. Id certe longe secus habet. Quippe ante Constantinum hæc divisio provinciarum in consulares & proconsulares in usu erat. & consularis provinciæ dicebatur, qui eam jure consulari administrabat. idem de Hadriano dicendum, qui non primus hanc consularium administrationem instituit; sed cum ante ipsum Italia non regeretur à Consularibus, ipse consulares judices qui singulis Italiæ provinciis jura darent, constituit. altius igitur totam hanc rem repetamus. Ex provinciis quæ populo assignatæ sunt in partitione per Augustum institura, aliæ fuere prætoriæ, aliæ proconsulares. ac duæ quidem Proconsulares, quibus qui præerant proconsules dicti sunt, Africa nempe & Asia. Decem autem prætoriæ, quas enumerat Strabo lib. XVII. sub finem. reliquas omnes sibi Cæsar retinuit, ac regendas suscepit. & in eas quidem modo consulares viros mittebat,

Quando in Africam venit, [1] ad adventum ejus post quinquennium pluit: atque ideo ab Africanis dilectus est. Peragratis sanè omnibus partibus capite nudo, & in summis plerumque imbribus atque frigoribus, [2] in morbum incidit 23

bat, modo prætorios, modo equites. consulares qui mittebantur ex parte Cæsaris, legati consulares dicti sunt: qui prætorii, legati pro prætore. Græci πρεσβευτὰς ὑπατικοὺς, καὶ πρεσβευτὰς στρατηγικοὺς eos vocant, ut Strabo lib. III. quos autem ex equestri ordine ad regendas provincias mittebat, hi minutis provinciis præerant, præsidum nomine atque procuratorum. Consulares qui populi provincias administrabant, dicebantur proconsules, & sortito in eas proficiscebantur, antiquo scilicet more, qui stante republica obtinebat. qui vero provincias Cæsaris, legati consulares vel consulares simpliciter. nec illos proconsules dici moris erat, ne confunderentur cum populi Proconsulibus. alias nihil prohibebat & eos appellari legatos Cæsaris pro consule, ut legati pro prætore dicebantur prætorii viri, quos provinciis suis nomine ac jure prætorio gubernandis præficiebat Cæsar. hinc illi consulares qui passim in veterum libris & antiquis laxis occurrunt de provinciarum rectoribus. atque hi originem habent non ab Hadriano vel Constantino, sed ab Augusto ipso. quoties itaque leges in veteribus monumentis consularem provinciæ, semper de legato Cæsaris consulari intelligas licebit. Strabo ὑπατικὰς ἡγεμονίας eos vocat, & ὑπατικὰς ἀρχὰς ὀνομαζομένας. sed pro arbitrio suo imperatores provinciarum jura & administrationes sæpe mutabant, & quæ populi erant suas esse volebant, suas autem populo transcribebant. & sic de consularibus proconsulares, & contra; de præsidalibus prætorias & de prætoriis præsidales faciebant. quarum mutationum exempla tam multa reperiuntur in antiquis præsertim inscriptionibus, ut ea huc afferre nihil sit necesse. Hinc sub Imperatoribus, consulares provinciarum & proconsules passim observare est, qui post administratas illas provincias consules primum fierent, cum antehac non fuissent. sed & inferiorum principum ævo consulares & proconsulares ita distincti, ut minor esset dignitas consularitatis quam proconsulatus. præter hos autem provinciarum consulares, qui legati Cæsaris erant, reperio in veteribus inscriptionibus, *Consulares Aquarum & Miniciæ*, qui alibi curatores Aquarum & Miniciæ dicuntur, & procuratores. sic & in veteribus Glossis, *consularis*, κηβολικὸς exponitur. quis vero ignorat κηβολικὸν procuratorem Cæsaris appellari? unde igitur illi consulares dicti? à consularibus ornamentis quibus insigniti. *Salmas.*

1. *Ad adventum ejus post quinquennium pluit.*] Ait pluisse in Africa sub Hadriani adventum: cùm superioris quinquennii siccitate Afrorum agri squallerent. *Casaub.*

2. *In morbum incidit lethalem.*] Periisse Hadrianum aquæ intercutis morbo, scribunt plerique: Dio & ἀιμορραγίαις laborasse, & φθίσι. profluvii sanguinis & Spartianus mox meminit. *Idem.*

In morbum incidit lethalem.] Nulla paulo vetustior editio quæ non habeat *lectualem*: per lectualem morbum intelligit longum & diuturnum difficilemque ac tabificum morbum, quem contraxerat Hadrianus ex eo quod in summis caloribus atque frigoribus capite intecto semper iter facere solitus esset. lectuales ejusmodi morbos Latini vocarunt, quod diu in lecto detinerent ægrotantes. sed & ipsi qui longis ac lentis languoribus laborabant, lectuales dicti. Græcis κλινικοί. Latini etiam *clinices* eos dixerunt, voce Græca. *Salmasius.*

dit lectualem. Factusque de successore solicitus, primùm de Serviano cogitavit: quem postea, ut diximus, mori coëgit. [1] Fuscum, [2] quòd imperium præsagiis & ostentis agitatus speraret, [3] in summa detestatione habuit: [4] Pletorium Nepotem [5] quem tantopere antè dilexit, ut veniens ad eum ægrotantem Adrianus [6] impunè non admitteretur, suspicionibus adductus: [7] eodem modo & [8] Terentium Gentianum: & hunc vehementiùs, [9] quòd à senatu diligi tunc videbat. Omnes postremò de quorum imperio cogitavit,

In morbum incidit lethalem.] Palatini ambo repræsentant à prima manu illud quod & in suis invenit Janus Parrhasius; repræsentant, inquam, *lectualem*; neque videtur vox avo illo indigna. *Grut.*

1. *Fuscum.*] Huic pater Claudius Fuscus Salinator, de quo in epistolis Plinii & Trajani, & in Fastis: fuit enim collega Hadriani II. consulis: mater, filia Julii Serviani: nam Dio semper illum Σερουιανὸν ὑὸν appellat. *Casaub.*

2. *Quòd imperium speraret.*] Reg. *paraverat.* Fortasse, *speraverat.* aut *paravit.* infrà, *quibi præparabat imperium.* Idem.

Quod imperium, præsagiis & ostentis agitatus, speraret.] Sic & Pal. an fuit *spiraret?* nam aliud quid fuisse verbi primitus illo loco, indicio est, quod legatur in regio codice, *paraverat.* Grut.

3. *In summa detestatione habuit Pletorium Nepotem, &c.*] Hæc est distinctio membranarum Palatinarum. sed enim cùm & sic laborent superiora, non video quomodo emendari queant nisi admisso conjectaneo Casauboni nostri; *Fuscum quoque quod imperium, &c.* ut subintelligatur scilicet, *mori coëgit.* Idem.

4. *Pletorium Nepotem, &c.*] Totum locum ita concipiamus: *Quem postea, ut diximus, mori coëgit: Fuscum quoque, quòd imperium præsagiis, & ostentis agitatus, speraret. In summa detestatione habuit Pletorium Nepotem, quem tantopere d.* Oscitans librarius cùm τὸ *quoque* ante *quod* omisisset. insuper distinctione prava locum deformaverat. *Casaub.*

5. *Quem tantopere antè dilexit.*] Hoc est, dilexerat. *Idem.*

6. *Impune non admitteretur.*] Regius, *non impune admitt.* vitiato sensu, qui hic est: Ægrotabat Pletorius Nepos: invisit illum Hadrianus, suo illo more, de quo dictum suprà: cùm ad fores Nepotis venisset, repulsam tulit à janitoribus, aut admissionalibus. videbatur imminuta imperatoris majestas: Hadrianus tamen amori Nepotis injuriam ab ipsius servis acceptam condonavit. Placet viro præstantiss. delendam esse vocem *Hadrianus* de hac periodo: ita fore cætera plana ex obscurissimis. Vult enim, inquit, Hadrianum suspicione quadam affectati imperii Pletorium perstrinxisse: ideoque ad se ægrum venire interdixisse. Eadem locutio: *Urbem quam statuo vestra est.* & *ad eum* pro ad se. Quam, etsi videtur aliter nobis, noluimus prætermissam. *Idem.*

7. *Eodem modo & Terentium Gentianum.*] Sic & Palat. noster. *Grut.*

8. *Terentium Gentianum.*] Membranæ, *Tercentium G.* fortasse aliquid latet. *Casaub.*

9. *Quod à senatu diligi tunc videbat. Omnes postremo.*] Aliquid omnino deest, nec sensus procedit, nisi deleveris τὸ *videbat*, & hoc modo distinxeris: *Pletorium Nepotem quem tantopere ante dilexit, ut veniens ad eum ægrotantem Hadrianus impune non admitteretur suspicionibus adductus, eodem modo & Terentium Gentianum, & hunc vehementius, quod à senatu diligi tunc videbat, omnes postremo de quo-*

gitavit, quasi futuros imperatores detestatus est, [1] & omnem quidem vim crudelitatis ingenitæ usque eò repressit donec in villa Tiburtina profluvio sanguinis penè [2] ad exitum venit. Tunc liberè Servianum quasi affectatorem imperii, [3] quòd servis regis cœnam misisset; quòd [4] in sedili regio juxta lectum posito sedisset, [5] quòd erectus ad stationes militum senex nonagenarius processisset, mori coëgit: multis aliis interfectis vel apertè, vel per insidias: quando quidem etiam [6] Sabina uxor non sine fabula veneni dati ab Adriano defuncta est. [7] Tunc Ceionium Commodum, [8] Nigrini generum insidiatoris, [9] quondam sibi [10] forma commendatum, adoptare constituit. [*] Adoptavit ergo

de quorum imperio cogitavit, quasi futuros imperatores detestatus est. Salmas.

1. *Et omnem quidem vim crudelitatis ingenitæ.*] Pal. *ingenua. ingenuum* idem quod *ingenitum.* sic *ingenuum signum*, ἔμφυτον καὶ ζωγράφημα. *Idem.*

2. *Ad exitum venit.*] Regius, *exitium.* Casaub.

3. *Quòd servis regis cœnam misisset.*] His artibus Galbam Othoni dejectum meminerat Hadrianus. Pro *cœnam*, est in antiquis editionibus *scenam.* Lego cum Scaligero, *strenam.* Idem.

Quod servis regis cœnam misisset.] Hæc vera lectio. id quod in sportula mittebatur clientibus de cœna divitum, cœna etiam dicebatur. Græci δεῖπνον εἰς σπυρίδι, cœnam in sportula dicunt. per cœnam igitur sportulam intellige vel sportularem cœnam. *Salmas.*

Quòd servis regiis strenam misisset.] Est ab ingenio eximii Scaligeri, cùm inveniſſet in mſſ. regis *scenam.* & verò etiam in Pal. reperias, *scenam.* vulgati prius *regis cœnam misisset*; nullo bono sensu. *Grut.*

4. *In sedili regio juxta lectum posito.*] Circum lectos erant sedilia & cathedræ. In sella autem regia sedere privato nefas: sic equo imperatoris insidere fas privato non erat, ut habes apud Vopiscum in Aureliano. Utrumque autem horum non in Romanis solum imperatoribus olim servatum; sed & in aliis regibus ac principibus. *Casaub.*

5. *Quòd erectus ad stationes militum senex nonag. processisset.*] Non est otiosum verbum *erectus.* nam ex eo præcipua calumniandi occasio obtrectatoribus: quasi habilem se regno militibus probare Servianus voluerit. *Idem.*

6. *Sabina uxor, non sine fabula veneni dati.*] Victor: *Hujus uxor Sabina, dum propè servilibus injuriis afficitur, ad mortem voluntariam compulsa est. Quæ palam jactabat quàm immane ingenium pertulisset: & elaboraſſe, ne ex eo ad humani generis pernitiem gravidaretur.* Idem.

7. *Tunc Ceionium Commodum, Nigrini generum, insidiatoris quondam sui, formâ commendatum.*] Est à codice Regis Galliarum. nam vulgati, *quondam sibi forma comm.* à quibus nihil recedit Palatinus. *Grut.*

8. *Nigrini generum insidiatoris quondam sibi forma commendatum.*] Lege: *Nigrini generum insidiatoris quondam sui, sibi forma commendatum.* Salmas.

9. *Quondam sibi forma commendatum, adop.*] Distinguit legitque Regius, *Nigrini generum, insidiatoris quondam sui, forma commendatum.* nec displicet. *Casaubonus.*

10. *Forma commendatum.*] Aristotelis dicto fidem facit, τὸ καλὸν πανταχοῦ ἐπιφανὲς συστατικὸν ἔχει. *Idem.*

[*] *Ad-*

ergo Ceionium Commodum Verum invitis omnibus, eumque Ælium Verum Cæsarem appellavit. Ob cujus adoptionem ludos circenses dedit, & [1] donativum populo ac militibus expendit: quem prætura honoravit, ac statim Pannoniis imposuit, decreto consulatu cum sumptibus; eundem Commodum secundùm consulem designavit. Quem quum minùs sanum videret, sæpissimè dictavit, [2] *In caducum parietem nos inclinavimus*, [3] *& perdidimus quater millies* H-S. *quod populo & militibus pro adoptione Commodi dedimus.* Commodus autem præ valetudine, nec gratias quidem in senatu agere potuit Adriano de adoptione. Denique [4] accepto largiùs antidoto, ingravescente valetudine, [5] per somnum periit, ipsis calendis Januariis. Quare
24 ab Adriano [6] votorum causa lugeri est vetitus. [7] Et mortuo Ælio

* *Adoptavit ergo Ceionium Commodum Verum.*] Obiter indicat fuisse hunc etiam ante adoptionem πολυώνυμον. Dictus est enim L. Ceionius Commodus Verus: post adoptionem verò, L. Ælius Verus Cæsar. *Idem.*

1. *Donativum populo ac militibus expendit.*] Alius verborum diligentior dixisset, donativum militibus, congiarium populo. Alii promiscuè usurparunt utrumvis horum pro utroq; *Idem.*

2. *In caducum parietem nos inclinavimus.*] Alludit ad proverbium Græcorum, ἐπὶ τὸ ῥᾴδιον τεῖχος ἐκλίναμεν. *Idem.*

3. *Et perdidimus quater millies* HS.] Congiarii nomine erogatum populo millies HS. donatum militibus ter millies. ita capimus quod scriptum est in Vero, & hunc locum ex illo illustramus. *Idem.*

4. *Accepto largiùs antidoto*] Antidotum pro actione cathartico: non semper enim locum in venenis habet. *Idem.*

5. *Per somnum periit.*] Dormienti sanguis omnis est effusus. ex Spartiani & Dionis junctis verbis cognoscimus. *Idem.*

6. *Votorum causa lugeri est vetitus.*] Ne auspicatissimi diei religio vitiaretur; nihil enim religionum ceremoniis magis credebatur adversari, quàm luctus. Propterea multi apud veteres rei divinæ operati mortuos suos agnoscere noluerunt. Lege Valerium Maximum, lib. v. cap. x. hæc ratio cur votorum die intervenientes non lugeatur Verus. Sic Marcus, cùm ei filius esset mortuus, *Quia Indi Jovis* OPT. MAX. *erant, interpellari eos publico luctu noluit. Vota & Votorum dies* Latinis appellari qui annum inchoant, ob solennem pro salute principis votorum nuncupationem, ambigit nemo. Et quidem τριέτης tertius post Kal. Ianu. dies appellatione Votorum intelligitur, ut est in lege CCXXXIII De verborum significatione, & apud Dionem libro LVIII. licet ipsis etiam Kalendis suscepta pro principe vota, ut illo ipso loco scripsit Dio. Retinuere Christiani principes Votorum & morem & appellationem. *Idem.*

7. *Et mortuo Ælio.*] Melius in regio, *Sed mortuo Ælio.* Idem.

Sed mortuo Ælio Vero Cæsare.] Et istud est à codice regio, à quo non nimis abit Palat. in quo, *Et mortuo.* nam publicati, *At mortuo.* Grut.

1. *Ad-*

Ælio Vero Cæsare, Adrianus ingruente tristissima valetudine, [1] adoptavit Arrium Antoninum, qui postea Pius dictus est: [2] sed ea demum lege, ut ille sibi duos adoptaret, Annium Verum & Marcum Antoninum. Hi sunt, qui postea [3] duo pariter augusti, primi rempub. gubernaverunt. Antoninus quidem Pius idcirco appellatus dicitur, [4] quòd [5] socerum fessum ætate, manu sublevarit. quamvis alii cognomentum hoc ei dicant inditum, [6] quòd [7] multos senatores [8] Adriano jam sævienti eripuisset: alii quòd ipsi Adriano magnos honores post mortem detulisset. Antonini adoptionem plurimi tunc factam esse doluerunt, [9] speciatim Catilius Severus præfectus urbis, qui sibi præparabat imperium. Qua re prodita, [10] successore accepto, dignitate privatus est. [11] Adrianus autem ultimo vitæ tædio

1. *Adoptavit Arrium Antoninum.*] Regius, *Annium Antoninum.* nec rarò factum, ut duarum vocum istarum altera alterius loco scriberetur. est verò Antoninus cognomen Arriorum, non Anniorum, qui cognomine dicti sunt Veri. *Casaub.*

Adoptavit Arrium Antoninum.] Sic prorsus Palat. non *Annium*, ut male alii codd. *Grut.*

2. *Sed ea demum lege.*] Sic loquitur quasi parum ex voluntate Pii hæ adoptiones ab eo factæ. & ita sæpius infrà. Suetonius in simili re usus verbo *cogendi*, in Tiberio, cap. XV. *Adoptatur ab Augusto, coactus prius ipse Germanicum fratris sui filium adoptare.* Casaub.

3. *Duo pariter Augusti primi Remp.*] Regius, *primitus*, αὖτε ἀρχῆς: quod alienum ab hoc loco: nisi interpreteris ἀρχῶντες. *Idem.*

4. *Quòd socerum fessum ætate manu sublevarit.*] Veri namque est simile senis parenti non semel hoc officii genus exhibuisse Antoninum, sed id facere consuetum quoties in senatum veniret, & inde cognomentum Pii meruisse. *Salmasius.*

5. *Socerum fessum ætate manu sublevarit.*] *Fessus ætate*, ut apud Tacitum sæpius, *fessa ætas* est senectus. *Casaub.*

6. *Quod multos senatores Hadriano jam sævienti eripuisset.*] Pal. *abripuisset.* edit. Mediol. *arripuisset*, pro *abripuisset.* Salmasius.

7. *Multos Senatores Hadriano jam sævienti eripuisset.*] Pal. *abripuisset.* Gruterus.

8. *Hadriano jam sævienti eripuisset.*] Puteani cod. *abripuisse*: regius, *surripuisset* melius pro ὑπεξαιρεῖν, furtim eripere. *Casaub.*

9. *Speciatim Catilius Severus.*] Pal. *Atilius Severus.* vet. edit. *Attilius.* supra tamen *Catilius* dictus est, & ibi Palatinus habebat, *Catalius. Salmas.*

10. *Successore accepto, dignitate privatus est.*] Postrema verba non necessariò ab auctore adjecta: nam ut *dare successorem* pro dignitate privare dicebant: sic *accipere successorem* pro dignitate privari. *Casaub.*

11. *Adrianus autem ultimo vitæ tædio jam affectus.*] Quid est *ultimum vitæ tædium*? omnino scribendum & distinguendum: *Hadrianus ultimo, vitæ tædio jam affectus. ultimo*, ut *postremo.* Salmasius.

ergo Ceionium Commodum Verum invitis omnibus, eumque Ælium Verum Cæsarem appellavit. Ob cujus adoptionem ludos circenses dedit, & [1] donativum populo ac militibus expendit: quem prætura honoravit, ac statim Pannoniis imposuit, decreto consulatu cum sumptibus; eundem Commodum secundùm consulem designavit. Quem quum minùs sanum videret, sæpissimè dictavit, [2] *In caducum parietem nos inclinavimus*, [3] *& perdidimus quater millies* H-S. *quod populo & militibus pro adoptione Commodi dedimus.* Commodus autem præ valetudine, nec gratias quidem in senatu agere potuit Adriano de adoptione. Denique [4] accepto largiùs antidoto, ingravescente valetudine, [5] per somnum periit, ipsis calendis Januariis. Quare
24 ab Adriano [6] votorum causa lugeri est vetitus. [7] Et mortuo Ælio

* *Adoptavit ergo Ceionium Commodum Verum.*] Obiter indicat fuisse hunc etiam ante adoptionem πολυώνυμον. Dictus est enim L. Ceionius Commodus Verus: post adoptionem verò, L. Ælius Verus Cæsar. *Idem.*

1. *Donativum populo ac militibus expendit.*] Alius verborum diligentior dixisset, donativum militibus, congiarium populo. Alii promiscuè usurparunt utrumvis horum pro utroq; *Idem.*

2. *In caducum parietem nos inclinavimus.*] Alludit ad proverbium Græcorum, ἐπὶ τὸ ἐπιχείλιον τοῖχον ἰέναι. *Idem.*

3. *Et perdidimus quater millies* HS.] Congiarii nomine erogatum populo millies HS. donatum; militibus ter millies. ita capimus quod scriptum est in Vero, & hunc locum ex illo illustramus. *Idem.*

4. *Accepto largiùs antidoto*] Antidotum pro acriore cathartico: non semper enim locum in venenis habet. *Idem.*

5. *Per somnum periit.*] Dormienti sanguis omnis est effusus. ex Spartiani & Dionis junctis verbis cognoscimus. *Idem.*

6. *Votorum causa lugeri est vetitus.*] Ne auspicatissimi diei religio vitiaretur; nihil enim religionum ceremoniis magis credebatur adversari, quàm luctus. Propterea multi apud veteres rei divinæ operati mortuos suos agnoscere noluerunt. Lege Valerium Maximum, lib. v. cap. x. hæc ratio cur votorum die interveniente non lugeatur Verus. Sic Marcus, cùm ei filius esset mortuus, *Quia Iudi Jovis* OPT. MAX. *erant, interpellari eos publico luctu noluit. Vota* & *Votorum dies* Latinis appellari qui annum inchoant, ob solennem pro salute principis votorum nuncupationem, ambigit nemo. Et quidem τριάς tertius post Kal. Ianu. dies appellatione Votorum intelligitur, ut est in lege CCXXXIII. De verborum significatione, & apud Dionem libro LVIII. licet ipsis etiam Kalendis susceptra pro principe vota, ut illo ipso loco scripsit Dio. Retinuere Christiani principes Votorum & morem & appellationem. *Idem.*

7. *Et mortuo Ælio.*] Melius in regio, *Sed mortuo Ælio.* Idem.

Sed mortuo Ælio Vero Cæsare.] Et istud est à codice regio, à quo non nimis abit Palat. in quo, *Et mortuo.* nam publicati, *At mortuo.* Grut.

1. *Ad-*

Ælio Vero Cæsare, Adrianus ingruente tristissima valetudine, [1] adoptavit Arrium Antoninum, qui postea Pius dictus est: [2] sed ea demum lege, ut ille sibi duos adoptaret, Annium Verum & Marcum Antoninum. Hi sunt, qui postea [3] duo pariter augusti, primi rempub. gubernaverunt. Antoninus quidem Pius idcirco appellatus dicitur, [4] quòd [5] socerum fessum ætate, manu sublevarit. quamvis alii cognomentum hoc ei dicant inditum, [6] quòd [7] multos senatores [8] Adriano jam sævienti eripuisset: alii quòd ipsi Adriano magnos honores post mortem detulisset. Antonini adoptionem plurimi tunc factam esse doluerunt, [9] speciatim Catilius Severus præfectus urbis, qui sibi præparabat imperium. Qua re prodita, [10] successore accepto, dignitate privatus est. [11] Adrianus autem ultimo vitæ tædio

1. *Adoptavit Arrium Antoninum.*] Regius, *Anninum Antoninum.* nec ratò factum, ut duarum vocum istarum altera alterius loco scriberetur. est verò Antoninus cognomen Arriorum, non Anniorum, qui cognomine dicti sunt Veri. *Casaub.*

Adoptavit Arrium Antoninum.] Sic prorsus Palat. non *Annium*, ut male alii codd. *Grut.*

2. *Sed ea demum lege.*] Sic loquitur quasi parum ex voluntate Pii hæ adoptiones ab eo factæ. & ita sæpius infrà. Suetonius in simili re usus verbo *cogendi*, in Tiberio, cap. XV. *Adoptatur ab Augusto, coactus prius ipse Germanicum fratris sui filium adoptare.* Casaub.

3. *Duo pariter Augusti primi Remp. g.*] Regius, *primitus*, ἀπ' ἀρχῆς: quod alienum ab hoc loco: nisi interpreteris πρώτους. *Idem.*

4. *Quòd socerum fessum ætate manu sublevarit.*] Veri namque est simile senis parenti non semel hoc officii genus exhibuisse Antoninum, sed id facere consuetum quoties in senatum veniret, & inde cognomentum Pii meruisse. *Salmasius.*

5. *Socerum fessum ætate manu sublevarit.*] *Fessus ætate*, ut apud Tacitum sæpius, *fessa ætas* est senectus. *Casaub.*

6. *Quod multos senatores Hadriano jam sævienti eripuisset.*] Pal. *abripuisset.* edit. Mediol. *arripuisset*, pro *abripuisset.* Salmasius.

7. *Multos Senatores Hadriano jam sævienti eripuisset.*] Pal. *abripuisset.* Gruterus.

8. *Hadriano jam sævienti eripuisset.*] Puteani cod. *abripuisse*: regius, *surripuisset* melius pro ὑπεξαιρεῖν, furtim eripere. *Casaub.*

9. *Speciatim Catilius Severus.*] Pal. *Atilius Severus.* vet. edit. *Attilius.* supra tamen *Catilius* dictus est, & ibi Palatinus habebat, *Catalius. Salmas.*

10. *Successore accepto, dignitate privatus est.*] Postrema verba non necessariò ab auctore adjecta: nam ut *dare successorem* pro dignitate privare dicebant: sic *accipere successorem* pro dignitate privari. *Casaub.*

11. *Adrianus autem ultimo vitæ tædio jam affectus.*] Quid est *ultimum vitæ tædium*? omnino scribendum & distinguendum: *Hadrianus ultimo, vitæ tædio jam affectus. ultimo*, ut *postremo.* Salmasius.

dio jam affectus, [1] gladio se transfigi à servo jussit. Quod quum proditum esset, & in Antonini usque notitiam venisset, ingressis ad se præfectis & filio, rogantibusque ut æquo animo necessitatem morbi ferret, iratus illis, [2] autorem proditionis jussit occidi, [3] qui tamen ab Antonino servatus est. Statimque testamentum scripsit: nec tamen actus reipub. prætermisit, [4] dicente Antonino, parricidam se futurum si Adrianum adoptatus ipse pateretur occidi. Et post testamentum quidem iterum se conatus occidere, subtracto pugione, [5] sævior factus est: petiit & venenum à medico, qui se ipse, ne daret, occidit. Ea tempestate supervenit quædam mulier quæ diceret somnio se monitam, ut insinuaret Adriano ne se occideret quòd esset bene valiturus: quod quum non feciisset, esse cæcatam. [6] Jussam tamen iterum [7] Adriano eadem diceret, [8] atque genua ejus oscularetur, [9] receptura visum si id feciisset.

[1] Quod

1. *Gladio se transfigi à servo jussit.*] Servus ille est Mastor Iazyx, de quo multa Dio. *Casaub.*

2. *Autorem proditionis.*] Grave verbum: sed sine re, nam quod notandum duximus, proditio hic est παλιωρκία, occulti consilii revelatio, non ἐπιβουλὴ. *Idem.*

3. *Qui tamen ab Antonino servatus est; dicente Antonino, parricidam se futurum, si Hadrianum adoptatus ipse pateretur occidi. Statimque testamentum scripsit: nec tamen actus reipublicæ prætermisit. Et post, &c.*] Duarum periodorum ordinem, qui inversus erat, redintegravi; sequutus & judicium Casauboni nostri, & lectionem Roberti Bononiensis; tanto confidentius, quod in altera lectione nihil restaret tolerabile. *Grut.*

4. *Dicente Antonino, parricidam se fut.*] Non cohærent ista cum superioribus; sed non dubitabit attentus lector, duarum periodorum ordinem inversum esse. Quare ita integrum locum restituemus. *Autorem proditionis jussit occidi: qui tamen ab Antonino servatus est; dicente Antonino, parricidam se futurum, si Hadrianum adoptatus ipse pateretur occidi. Statimque t.* Casaub.

5. *Sævior factus est.*] Reg. *sæverior.* atqui non solum sævus, sed & furiosus factus est Hadrianus, ut narrat Lampridius in Heliogabalo. *Idem.*

6. *Jussam tamen iterum, Hadriano eadem diceret.*] Sic & Pal. non *diceret*, ut editiones. *Grut.*

7. *Hadriano eadem diceret atque genua ejus oscularetur.*] Paulo aliter hæc concepta in veteribus libris scriptis & editis, nempe ad hunc modum: *Jussam tamen Hadriano eadem dicere & genua ejus oscular. oscular* pro *oscularī.* sic *revertere* & *experire* apud hos auctores pro *reverti* & *experiri.* Salmas.

8. *Atque genua ejus oscularetur; receptura visum si id feciisset.*] Pal. non habet vocem *visum*, nisi à manu recenti ad oram, præfertque *oscular* non *oscularetur.* & verò cum præcedat *dicere*, scribendum erit *oscular.* Grut.

9. *Receptura visum, si id feciisset.*] Rectè *receptura*, cum editis scripti. referendum ad vocem *oscularetur*, sine cauſa docti

[1] Quod quum in somnium impleſſet, oculos recepit, [2] quum aqua quæ in fano erat, ex quo venerat, oculos abluiſſet. [3] Venit & de Pannonia quidam natus cæcus ad febrientem Adrianum, eumque contigit: quo facto, & ipſe oculos recepit, & Adrianum febris reliquit: [4] quamvis Marius Maximus [5] hæc per ſimulationem facta commemoret. Poſt hoc Adrianus Bajas petiit, Antonino Romæ ad imperandum relicto. Ubi quum nihil proficeret, [6] accerſito Antonino, in conſpectu ejus apud ipſas Bajas periit, die ſexto Iduum

ſi docti mutant in *recepturam*. ſic paullò antè *diceret* ſcribunt editiones: membranæ *dicere*. utrumque rectum. *Caſaubonus*.

1. *Quòd cùm inſomnium impleſſet.*] Regius, *Quòd cùm ex ſomnio impleſſet*. Idem.

Quod cum inſomnium impleſſet.] Pal. & edit. Mediol. *inſomnio impleſſet*. Salmaſ.

Quod cùm inſomnium impleſſet.] Pal. *in ſomnio*. Grut.

2. *Cùm aquâ quæ in fano erat, ex quo venerat, oculos abluiſſet.*] Nimirum ſolebant homines, remedium morbis petituri, indormire templis, ibidemque captare ſomnia. id fecit & hæc mulier. itaque ſomnio monita eſt in fano. mos iſte notiſſimus. *Idem*.

3. *Venit & de Pannonia quidam natus cæcus.*] Hoc fidem ſuperat, ut nati cæci oculos receperint. minus incredibile eſt, quod ſuggerit Palatinus: *vetus cæcus*. ſic *veteres cæci* Juvenali:

Et quæ jam veteres ſanant mortaria cæcos.

ſic Marcello *antiqua cæcitas*. Salmaſ.

Venit & de Pannonia quidam natus cæcus ad febrientem Hadrianum.] Neſcio an hanc ſcripturam admittere debeamus. quippe natus cæcus ſanari non poteſt ab homine mortali. & verò Palnoſter habet *quidam vetus cæcus*, quod eſſet Spartiani lingua, is qui diu laboraſſet cæcitudine. *Grut*.

4. *Quamvis Marius Maximus hæc per ſimulationem facta commemoret.*] Omnia quæ heic Spartianus narrat tanquam verè facta, ea Marius Maximus ſimulata & ficta eſſe commemorabat, & ad hoc tantum excogitata ab Antonino, ut Hadrianus in ſpem recuperandæ ſanitatis induceretur, qui ideo ſe occidere tentabat, quod eam recuperare poſſe deſperaret. Hoc ut prohiberet Antoninus & Hadrianum bono animo eſſe juberet, quaſi brevi convaliturum, hac illum arte & ſimulatione aggreſſus eſt. induxit mulierem quamdam quæ diceret ſomnio ſe monitam ut inſinuaret Hadriano ne ſe occideret, quod eſſet bene valiturus. quod quum non feciſſet eſſe cæcitatem. juſſam tamen Hadriano eadem hæc dicere, & genua ejus oſculari, recepturam viſum ſi ita feciſſet: induxit & Pannonium quemdam veterem cæcum, qui à febriente Hadriano tangeretur ad viſum recipiendum: quo facto & illum oculos recepiſſe, & ab Hadriano febrem diſceſſiſſe. Hæc ſunt quæ per ſimulationem facta commemorabat Marius Maximus, quæ alii reapſe & in veritate accidiſſe volebant. *Salmaſius*.

5. *Hæc per ſimulationem facta commemoret.*] Ita vocavit Marius incantationes & alia remedia magica, quibus levari morbus Hadriani aliquandiu eſt viſus. *Caſaub*.

6. *Accerſito Antonino, in conſpectu ejus periit.*] Non omnes idem tradiderunt: nam alii auctores priùs periiſſe Hadrianum, quàm Baias adveniſſet Antoninus, memoriæ prodiderunt. *Idem*.

Iduum Juliarum. Inviſuſque omnibus [1] ſepultus eſt in villa Ciceroniana Puteolis. Sub ipſo mortis tempore & Servianum nonaginta annos agentem, ut ſuprà dictum eſt, ne ſibi ſuperviveret, atque (ut putabat) imperaret, mori coëgit: & ob leves offenſas plurimos juſſit occidi, quos Antoninus reſervavit. Et moriens quidem, hos verſus feciſſe dicitur,

[a] *Animula vagula, blandula,*
Hoſpes, comeſque corporis,
Quæ nunc abibis in loca
Pallidula, rigida, nudula;
Nec ut ſoles, dabis jocos.

26 Tales autem [3] nec multo meliores fecit & Græcos. [4] Vixit annis LXXII. menſibus V. [5] diebus XVII. [6] Imperavit annis

1. *Sepultus eſt in villa Ciceroniana Puteolis.*] Imperatoribus & cæteris quos conſecratio manebat, ſi alibi quàm Romæ diem obiiſſent, funus duplex fiebat: priùs enim more communi corpus eorum cremabatur: deinde ablatæ Romam reliquiæ Mauſoleo inferebantur, & conſecrationis ritus peragebantur. Ita factum in Trajano, Hadriano, & aliis principibus qui longiùs Roma eſſent mortui. Quorundam, ut Auguſti, corpora in urbem illata, ut ibi non conſecrarentur ſolùm, ſed & ſepelirentur. Videtur ſanè Antoninus ideo Puteolis Hadrianum ſepeliſſe, quòd deſperaret tam citò ſe poſſe eius conſecrationem à Romano ſenatu obtinere. declarat hoc Spartianus extremo libro: etiam hic ſi attendimus: ait enim; *inviſuſque omnibus ſepultus eſt in villa.* Locum villæ Ciceronianæ hodieque monſtrant Puteolani, non procul ab urbe ſua, quâ itur Neapolin. *Idem.*

2. *Animula vagula, blandula.*] Mirum cuare Spartiano hi verſiculi parum videantur elegantes: nam ita mox judicat. *Idem.*

3. *Nec multò meliores fecit & Græcos.*] Extant nonnulli adhuc, non quales hic criticus judicat; ſed qui merito ſuo cæterorum quos amiſimus ingens deſiderium in nobis excitent. Quare etiam non defuêre qui argutias illius imitarentur. *Idem.*

4. *Vixit annis* LXXII. *menſibus* V. *diebus* XVII.] Hunc numerum retinent omnes libri: Dio, Victor, aliique ſexaginta duo annos Hadrianum vixiſſe prodiderunt. Euſebius ſexaginta annis majorem obiiſſe ſcripſit. Faſti tamen Siculi hanc Spartiani ſcripturam confirmant. Ἐπὶ τούτου τῷ ὑστάτῳ Αἰλίῳ Ἀδριανὸς νοσήσας σὺν ὀλίγαις ἡμέραις ἐτελεύτησεν ὢν ἐτῶν ἑξ'. Et quidem aliquot quinque annis liberalior eſt quam Spartianus. *Salmaſ.*

Vixit annis LXXII. *menſibus* V. *diebus* XVII. *imperavit annis* XXI. *menſibus* XI.] Sic nullo apice minus exemplar Palatinum. *Grut.*

5. *Diebus* XVII.] Regius, XII. ſed vulgatus numerus quadrat exactè. *Caſaubonus.*

6. *Imperavit annis* XXI. *menſibus* XI.] Et hîc conſtans error eſt: nam XX. non XXI. ſcribi debuit. repugnat enim rationi temporum numerus editus: repugnat & Dioni, qui ponit ἔτη εἴκοσι, καὶ μῆνας ἑπτὰ. *Idem.*

1. *Fluxo*

nis XXI. mensibus XI. Statura fuit procerus, forma comptus,[1] flexo ad pectinem capillo,[2] promissa barba,[3] ut vulnera quæ in facie naturalia erant, tegeret: habitudine robusta. Equitavit ambulavitque plurimum.[4] Armisque & pilo se semper exercuit.[5] Venatu frequentissimè[6] leonem manu sua occidit.[7] venando autem[8] jugulum & costam

1. *Flexo ad pectinem capillo.*] Martial. *Tu flexa mitidus coma vagaris.* Idem.

Flexo ad pectinem capillo.] *Flexi ad pectinem capilli*, sunt arte flexi & calamistro crispati. contra ingenio suo flexi qui nulla arte adhibita tales sunt. *Salmas.*

2. *Promissa barba.*] Primus Romanorum, dato aliis exemplo. Dio: Ἀδριανὸς πρῶτος ἡγεμὼν γενειάσκησε. caussam cognoscimus ex Spartiani verbis: *ut vulnera quæ in facie naturalia erant, tegeret.* hem! *vulnera naturalia.* sed appellat auctor *vulnera naturalia* maculas genitivas & συμφύτους, quæ sic faciem dehonestarent, ut cicatrices. *Casaub.*

3. *Ut vulnera quæ in facie naturalia erant.*] *Vulnera naturalia* vocat quæ Græci ἕλκη ἐμφυῆ in facie. infra *vulnerata frons* dicitur. *Salmas.*

4. *Armisque & pilo se semper exercuit.*] Est ἐν διὰ δυοῖν figura. *armis & pilo*, ut, *patera & auro.* vel ita cape, cùm cæteris armorum generibus, tum etiam pilo. *Casaub.*

Armisque & pilo se semper exercuit.] Exercitium armorum ab exercitio sagittarum, missilium pilorumque diversum. sic exercitium armorum à sagittis separat Suetonius in Domitiano: *Armorum*, inquit, *nullo, sagittarum vel præcipuo studio tenebatur.* si arma generaliter accipiantur, non sum nescius & sagittas, & pila, & alia missilia eo nomine comprehendi. sub armorum vero exercitio, scutum & gladius tantum comprehendebatur. Armorum igitur exercitium, tam apud milites quam gladiatores in solo clypeo & gladio constabat. qui clypeum scienter vibrare & quatere, & obliquis ictibus telorum jactum deflectere, qui gladio dimicare noverat, is in armorum exercitio peritus censebatur. Hinc qui illam armorum scientiam exactè perdiscere volebant, in ludo lanistæ operam dabant, & gladiatoriis armis exercebant: quod & multi imperatores fecere. Spartianus de Hadriano: *Idem armorum peritissimus & rei militaris scientissimus, gladiatoria quoque arma tractavit.* ratio tractandorum armorum in milite & gladiatore pæne similis, nisi quod penes gladiatorem exactior. accedere, recedere; in clypeum assurgere, & mox subsidere, & in arma sua se colligere: impetum in aliam partem minari, in aliam facere, & cætera ejusdem modi, in utrisque similia. *Salmas.*

Armisque & pilo se semper exercuit.] Ita quoque idem codex; non *pilâ*; aut *palo.* Grut.

5. *Venatu frequentissimè.*] Membranæ, *venatus*, ὑπερβατως. melius *venatu*, ὡς ὑπερ. *Casaub.*

Venatu frequentissime leonem manu sua occidit.] Casaubonus; *Venatus frequentissime leonem manu sua occidit.* illud *venatus* nescio an possit esse, inter venandum vel cum venaretur. nec enim *venatu* per se probum est. dicendum enim esset *in venatu.* Salmas.

6. *Leonem manu sua occidit.*] Ut illum qui tot annos Africæ tractum Alexandriæ vicinum vastaverat. *Casaub.*

7. *Venando autem jugulum & costam fregit.*] Regius verò, pro *costam* scribit *coxam* rectè. nam ita & Dio, ὡς τὸ σκέλος μικρῷ ὑπερβάλλῃ. *Idem.*

8. *Jugulum & costam fregit.*] *Costa*

ſtam fregit. venationem ſemper cum amicis participavit. [2] In convivio tragœdias, comœdias, [3] Atellanas, ſambucas, lectores, poëtas, pro re ſemper exhibuit. [4] Tiburtinam villam mirè exædificavit, ita ut in ea & provinciarum & locorum celeberrima nomina inſcriberet. [5] velut Lyceum, Academiam, Prytaneum, Canopum, [6] Pœcilen, Tempe vocaret. [7] Et ut nihil prætermitteret, [8] etiam inferos finxit. Signa mortis hæc habuit: Natali ſuo ultimo quum Antoninum commendaret, [8] prætexta ſponte delapſa

itrepſit pro antiquitus ſcripto, *oſſa*. nam ita Palatinus ad oram adſcriptum habuit. *coſſa* pro *coxa*. inde noſtrum *exiſſe*. *coſſa* igitur vel *coxa* legendum ex Dione qui μηρὸν habet. *Salmaſ.*

Jugulum & coxam fregit.] Eſt à codice Regio, quem ſublevat Palatinus, in quo ſuperſcriptum. aliter legi *coſſam*. habebat autem vulgatum illud *coſtam*, in textu. *Grut.*

1. *In convivio tragœdias, com.*] Hoc quoque ſpecimen morum habet: vide Suetonium in Auguſto, capite LXXIV. *Caſaub.*

2. *Atellanas, ſambucas, lectores.*] *Sambuca* heic non ſunt inſtrumenta illa muſica vulgo nota, ſed muſicariæ mulieres, quæ illo inſtrumento ludere ſciunt. *Sambucum* enim Latini dixerunt pro *ſambucicine*, vel ſambuciſta. Gloſſæ manuſcriptæ: *ſambucus*, *biſtrio*, *ſaltator*. Salmaſ.

3. *Tiburtinam villam mirè exædificavit.*] Apparet è ruderibus; quæ miri operis hodieque teſtes eſſe, docti viri ſcribunt in Italiæ ſuæ deſcriptione. *Caſaub.*

4. *Velut Lyceum, Academiam, Prytaneum.*] *Lycium* & *prytaneum* hoc loco veteres. ſic *topium* & *muſium*, & *nymphium* dixere. *Salmaſ.*

5. *Pœcilen Tempe vocaret.*] Idem veteres ſcriptum habent, *picilen* pro pœcilen. nec aliter illa ætate ſcribebant. *picile*, ποικίλη. ſic *ſolicifimus* Auſonio, συλοικιστικός. quod non verſus gratia ab illo uſurpatum eſt, ſed uſitatiſſimam in illa ætate ſcribendi rationem ſequutus eſt. ſic *Synaliphe*, pro *Synalœphe*. *cimiterium* in vetuſtis martyrologiis pro *cœmiterium*. & quod magis miteris *anlidus* pro *aulœdus* apud Capellam: ſic *tragidi* pro *tragœdia*. Gloſſæ: *tragidi*, τραγῳδοί. *Idem.*

6. *Et ut nihil prætermitteret, etiam inferos finxit.*] Cum Spartianus dicat villam Tiburtinam miris operibus ab Hadriano fuiſſe extructam & ornatam, ita ut & Academiam, & Lyceum & Prytaneum & Canopum & Tempe ad imitationem celebrium illorum locorum ibidem exædificaverit, & ne quid prætermitteret, inferos etiam finxerit; minime pictos inferos intelligere debemus, & penicillo expreſſos, ſed locum quemdam in ea villa ædificatum ad exemplum inferorum, ut ibi eſſent omnia quæ apud inferos eſſe dicuntur, Elyſii campi, Styx, Acheron, & cætera quæ de inferis memorantur. quemadmodum enim & Academia & Lyceum & Canopus loca erant in ea villa ſic extructa, ut Academiam vere referrent, & Canopum & Lyceum, idem quoque de inferis quos ibidem finxerat, ſentiendum. *Idem.*

7. *Etiam inferos finxit.*] Νεκυίαν, ut puto, Homericam vel penicillo pingendam curavit, vel aliter exprimendam. *Caſaub.*

8. *Prætexta ſponte delapſa caput ei aperuit.*] Scripſerat Spartianus, non *aperuit*, ſed *operuit*. quod, ut poſtea obſervavimus, etiam eruditiſſimus Lipſius ante

psa caput ei operuit. Annulus in quo imago ipsius sculpta erat, sponte de digito delapsus est. Ante diem natalis ejus, nescio quis ad senatum ululans venit: contra quem Adrianus ita motus est, quasi de sua morte loqueretur, quum ejus verba nullus agnosceret. Idem quum vellet in senatu dicere, [1] *Post filii mei mortem*, *Post mortem meam* dixit. Somniavit præterea se à patre potionem soporiferam impetrasse. Item somniavit à leone se oppressum esse. In 27
mortuum eum à multis multa sunt dicta. Acta ejus irrita fieri senatus volebat: [2] nec appellatus esset divus nisi Antoninus rogasset. [3] Templum denique ei pro sepulcro apud Puteolos constituit, [4] & quinquennale certamen, [1] & fla-

ante nos vidit. Die natali vota faciebant pro sua & suorum salute, eumque diem cognati & propinqui communi religione concelebrabant. Evtat Hadriani schedium, die ejus natali ad matrem missum: quo ipsam & sorores suas invitat ad cœnam; ut communibus votis pro mutua salute deos orent. ait ergò Spartianus, *Natali suo ultimo cùm Antoninum commendaret:* id est, rem divinam faciens vota pro Antonino, recens in filium adoptato nuncuparet. *diis commendare*, vel ἀνωλῶς *commendare*, est δύχαῖς ὑπὲρ τινός· unde est, *natalem alicujus commendare.* Spartianus in Geta: *Cùm infantiæ Getæ natalem Severus commendare vellet.* Lampridius in Alexandro, *Cùm ejus natalem auspices commendarent.* Solitos Romanos cùm sacra facerent lacinia togæ sive prætextæ caput velare, ne tirunculi quidem, nesciunt. Alibi dicebamus caducum auspicium appellasse veteres, & pessimi semper ominis loco habuisse, si quid inter sacrificandum cecidisset: sicut hic prætexta de capite delabitur, & de digito annulus. nam hæc duo omina simul videntur fuisse oblata. *Idem.*

Prætexta sponte delapsa caput ei aperuit.] Est à conjectura Lipsii nostri, probata etiam aliis, & à ratione. nam & Pal. noster adstipulatur vulgato, *operuit*, Grut.

1. *Post filii mei mortem, Post mortem meam dixit.*] Pal. non agnoscit dictionem *mortem*, secundo loco positam, recte. *Idem.*

2. *Nec appellatus esset divus, nisi Antoninus rogasset.*] Hic quoque ægrè impetravit. vide Aurelium Victorem. *Divus* est δεοποιηθεὶς: sed Græci θεὸς sæpe vertunt: alii θεῖος aut θεοπρεπὴς. *Casaub.*

3. *Templum denique ei pro sepulcro apud Puteolos constituit.*] Etiam Romæ postea templum illi constitutum. *Idem.*

4. *Et quinquennale certamen.*] Pialia intelligit, sive Εὐσεβεῖα, ab Antonino Pio in patris honorem Puteolis, ut ait Spartianus, institutæ. Mentio hujus agonis in vetere inscriptione Græca: ubi nobilis agonista & palmarum quàm plurimarum, ludos unde præmia reportarat enumerans, vicisse ait ΕΤΣΕΒΕΙΑ. ΕΝ ΠΟΤΙΟΛΟΙΣ. ΔΙΣ. Idem agon in saxo Melphæ cruto, & *sacrum certamen* nominatur & *isselasticum.* etsi vitiosè sculptum *selasticum.* σισελαστικὸν proprium est hieronicarum verbum, ut dicebamus ad Athenæum lib. XV. cap. XVII. Est ergo certamen *isselasticum* sive *selasticum*, cujus victores eos honores

[2] & flamines & sodales, & multa alia [3] quæ ad honorem quasi numinis pertinerent. [3] Quare, ut suprà dictum est, [4] multi putant ob hæc Antoninum Pium dictum.

ÆLII

res consequebantur, qui Hieronicis exhibebatur. Inscriptio saxi Melphensis est hæc:

IMP. CÆSARI.
DIVI. HADRIANI. FIL.
DIVI. TRAIANI
PARTHICI. NEPOTI
DIVI. NERVÆ. PRONEP.
T. ÆLIO. HADRIANO
ANTONINO. AUG. PIO
PONTIF. MAX. TRIB. POT. V.
IMP. II. COS. III. P. P.
CONSTITUTORI. SACRI
CERTAMINIS. SELASTICI
SOCII. LICTORES. POPULARES
DENUNCIATORES. PUTEOLANI.

Idem.

Et quinquennale certamen.] Εὐσέβεια vel Pialia intelligit, agonem sacrum in honorem Hadriani Puteolis ab Antonino Pio constitutum. & mirum non Ἀδριάνεια potius dictum esse certamen illud ab ejus nomine, cujus honori dicabantur, quam Εὐσέβεια, de constitutoris nomine. sic quinquennalem agonem in honorem Augusti institutum Neapoli, Σεβάστα appellaverunt. Sic Ἀντίνοεια Hadrianus ab Antinoo appellavit. & sic semper in omnibus observatum, ut nomen ejus ferrent illa ludicra cujus memoriæ & honori consecrabantur. Iselasticus autem fuit ille agon Puteolanus. quo nomine celeberrimis & antiquissimis Græciæ certaminibus adæquatus est. sola enim iselastica olim fuere, Olympia, Nemea, Pythia, Isthmia. & sciendum est in omnibus sacris certaminibus qui coronabantur, Hieronicas esse appellatos: non tamen omnia sacra certamina iselastica fuisse. qui in iselasticis vicerant, præter honorem εἰσιτητίας, perpetuum statutum vectigal è publico percipiebant. *Salmas.*

1. *Et flamines & sodales.*] In antiquis inscriptionibus sæpius leges, *flamen Hadrianalis*: invenies etiam, *sodalis Hadrianalis*. Casaub.

2. *Quæ ad honorem quasi numinis pertinerent.*] In regio non habetur τὸ *quasi*, & videtur vox adjecta à pio aliquo, qui ridiculam impietatem deos facientium de mortuis hominibus impatienter ferret. nam veteres quos semel consecraverant, non quasi deos, sed verè deos haberi postularunt, & coli. *Idem.*

3. *Quare, ut suprà dictum est, multi putant, Antoninum Pium dictum.*] Expressi quod erat in Palatino. vulgati amplius: *Quare, ut supra dictum est, multi putant ob hæc Antoninum, &c.* Grut.

4. *Multi putant ob hæc Antoninum Pium.*] *Ob hæc* non legitur in scriptis libris, nec editione prima. & sane absque illis etiam constat sensus: *Quare ut supra dictum est, multi putant Antoninum Pium dictum. quare*, id est, ob quam rem. *Salmas.*

ÆLII SPARTIANI
ÆLIUS VERUS
AD
DIOCLETIANUM AUG.

Diocletiano Aug. [1] *Ælius Spartianus suus Sal.*

IN animo mihi est, Diocletiane Auguste, [2] tot principum maxime, [3] non solùm eorum [4] qui principem locum [5] in hac statione quam temperas, [6] retentarunt, [7] ut usque ad divum Adrianum feci, sed illorum etiam qui vel Cæsarum nomine appellati sunt, nec principes aut Augusti fuerunt, vel quolibet alio genere aut in famam aut in spem principatus venerunt, [8] cognitioni numinis tui sternere: quorum præcipuè 1

1. ÆLIVS *Spartianus suus Sal.*] Ὁ αὐτῷ ἰδιώτης. Sic Eutropius in epistola ad Valentem, subscripsit hoc modo, *Eutropius v. c. peculiariter suus.* id est vestræ clementiæ peculiaris servus. *Casaub.*

2. *Tot principum maxime.*] Abest vocula *tot* à regio: in qua tamen præcipua vis est hujus adulationis. *Idem.*

3. *Non solum eos, &c.*] Est à regio & Pal. codd. *Grut.*

4. *Qui principum locum.*] Scribo *principem locum.* Casaub.

Qui principum locum.] Omnino legendum est, *principem locum:* atque ita excudi voluimus. Tacitus lib. 11. Annal. *Adeo neminem iisdem in terris ortum qui principem locum impleat.* vulgò, *principis locum.* sed ibi scripti codices, *principem locum* habent. & recte. Ammianus Marcellinus lib. XIV. *Eo necessitatis adductus, ultimaque ni vigilasset opperiens, principem locum si qua patuisset copia affectabat.* alibi *principalem locum* pro eodem dixit. *Salmas.*

5. *In hac statione quam temperas.*] Id est, imperatoria. alibi vocatur, *statio regia.* alia est *statio Cæsarum*, apud Capitolinum in hujus Veri filio. *Casaub.*

6. *Retentarunt.*] Severus in epistola ad Albinum, *Tu velim exercitus Resp. ac nobis retentes.* Idem.

7. *Ut usque ad divum Hadrianum feci.*] Ab ipso Julio Cæsare: nam inde erat orsus Spartianus, ut in fine hujus scribit. *Idem.*

8. *Cognitioni numinis tui sternere.*] Alii libri, *cognitionem numini tui sternere.*

Ferri

cipuè de Ælio Vero dicendum est, [1] qui [2] primus tantùm *Cæsaris* nomen accepit, adoptione Adriani [3] familiæ principum adscriptus. Et quoniam nimis [4] pauca dicenda sunt, [5] nec debet [6] prologus enormior esse quàm fabula, de ipso jam loquar.

2 CEJONIUS COMMODUS, [7] qui & ÆLIUS VERUS appellatus est, quem sibi Adrianus ævo ingravescente morbis tristioribus pressus, peragrato jam orbe terrarum, adoptavit, nihil habet in sua vita memorabile [8] nisi quòd tantùm *Cæsar* est appellatus: non testamento, ut

Ferri & vulgata potest, si scribas, *cognitionem numini tuo sternere*. eâdem sententiâ. *Sternere* pro referre in literas, & historiæ inserere: ut apud Græcos κατα-στρωννύειν. *Idem.*

1. *Qui primus tantùm.*] Regius, *qui primus Cæsaris tamen n. a.* Mox, *tantùm Cæsar est app.* Idem.

2. *Primis tantùm.*] Ita planè Pal. alii vocem *primus* non habebant. *Grut.*

3. *Familiæ principum adscriptus.*] Reg. *adscitus.* Casaub.

Familiæ principum adscriptus.] Non damno quidem, *adscriptus*, sed *adscitus* magis probo, quo frequentius in hac re Spartianus usus & reliqui. *Salmas.*

4. *Pauca dicenda sunt.*] Reg. *pauca ad hoc dic.* Scribe, *pauca de hoc d.* Casaub.

5. *Nec debet prologus enormior esse quam fabula.*] Proverbium est: *Prologus fabula longior*: σκέλος δράματος μακρότερον. ex hoc autem loco licet conjicere quam non optimi fuerint illi libri quibus usus est præstantiss. Casaubonus in his authoribus emendandis. præferunt enim, *morosior*, quod in optimo Palatino correctionis vicem additum repperimus. is enim in contextu habebat *mormior*: pro quo scioli corrigebant, *morosior*. at *mormior*, est pro *inormior*. non enim aliter tunc temporis scribebant: *inormis* & *inorme* pro *enormis*. ideoque primam ejus vocis syllabam temporis illius poëtæ correptam efferebant, quæ longa manssisset, si per *e* scriberetur. dicebant igitur *inormis*, ut *inanis*, & similia. *Salmas.*

6. *Prologus enormior e. quàm fabula.*] Propriè *enorme*, quod non exactum est ad amussim, nec bene quadrat, τὸ μὴ ὀρθὸς σκάμμα ἰέναι. dicitur *enorme* & quod est ἀσύμμετρον: & quod longius est quàm par sit. *Casaub.*

7. *Qui & Ælius Verus.*] *Helvius* pro Ælius Palatinæ Bibliothecæ liber. *Salmasius.*

8. *Nisi quod tantùm Cæsar est appell.*] Regius, *nisi quòd primo tantùm Cæsar.* scribe *primus.* Duo observanda notat in Vero; quòd Cæsar tantùm fuerit: cùm antè imperatoribus hoc nomen esset proprium. Tunc primùm enim novum genus honoris in Remp. inductum, ut essent CAESARES, velut candidati quidam imperii, & designati ejus heredes. Eadem olim Augusti mens, cùm Cajum & Lucium suos, PRINCIPES JUVENTUTIS voluit appellari. pari civilitatis studio, atque titulum PRINCIPIS SENATUS ipse sibi vindicavit. Porro huic Vero simul cum appellatione Cæsaris tributa est facultas utendi coccinei pallii præsente Hadriano: & purpura etiam, sed sine auro. *Casaub.*

Nisi quod tantùm Cæsar est appellatus.] Adducit ex suis vir doctissimus: *nisi quod primo tantùm Cæsar est appellatus*, quod nostri non agnoscunt. Ex qua lectione conjecturam ducunt legendum: *quod primus tantùm Cæsar*, quod nos

to, ut antea solebat, neque eo modo quo Trajanus est adoptatus; sed eo propè genere quo nostris temporibus à vestra clementia [1] Maximianus atque Constantius Cæsares dicti sunt: quasi quidam principum filii viri, & designati augustæ majestatis heredes. Et quoniam de *Cæsarum nomine* in hujus præcipuè vita est aliquid disputandum, [2] qui hoc solum [3] nomen adeptus est, Cæsarem, vel ab elephanto ([4] qui lingua Maurorum *cæsa* dicitur) in prælio cæso, [5] eum qui primus sic appellatus est, doctissimi & eruditissimi viri putant dictum: vel [6] quia mortua matre, ventre cæso sit natus: [7] vel quòd cum [8] magnis crinibus sit utero parentis effusus: vel quòd oculis cæsiis [9] & ultra humanum morem vigue-

nos non sequimur. Hac enim lectione delendum esset, *tantum*: ut hoc diceret: hoc memorabile vitam habuisse Ælii Veri, quod primus Cæsar esset adoptione appellatus. Non enim hoc voluit Spartianus: sed nihil extare in vita Ælii Veri memoratu dignum, nisi quod tantum Cæsar est appellatus. non enim ad imperatoriam pervenit dignitatem, sed in Cæsariana dignitate mansit. sic etiam paulo post loquitur: *Et quoniam de Cæsarum nomine in ejus præcipue vita est aliquid disputandum, qui hoc solum nomen adeptus est.* De Ælio enim Vero loquitur, qui tantum Cæsar est appellatus, quemque adeo dicit nihil de se memoria dignum dare, quam hoc, quod solum nomen Cæsaris habuit. Notandum igitur, Spartianum dicere non primum quidem Cæsarem, sed Cæsarem tantum dictum. quod bis dixit. nihil igitur mutandum in vulgata lectione. *Salmas.*

1. *Maximianus atque Constantius Cæsares dicti sunt.*] Fuerat à Diocletiano ascitus ante istos Maximianus Herculius, sed in imperatorem: isti in Cæsares. ille collega & ex æquo particeps imperii: hi in spem futuræ successionis. quare de his Aurelius Victor, *creatos Cæsares, in affinitatem vocant*: de illo, *Maximianum imperatorem jubet.* eleganter. sic alibi duobus locis *Cæsarem jubet*, pro creat. *Casaub.*

2. *Qui hoc solum nomen adeptus est.*] Idem liber: *indeptus est.* Salmas.

3. *Nomen indeptus.*] Est à Palatino. aliæ editiones, *adeptus.* Grut.

4. *Qui lingua Maurorum Cæsa dicitur.*] Audio quidem doctissimum virum *Cæsar* pro *Cæsa* legentem ex Servio: sed optimorum librorum scripturam non dissimulabo, qui omnes *Cæsæi* hoc loco scriptum exhibent. *Salmasius.*

5. *Eum qui primus sic appellatus est.*] Non igitur Julius Cæsar: neque enim primus ille id cognomen apud Rom. aut in gente Julia tulit. *Casaub.*

6. *Quia mortua matre ventre cæso sit natus.*] Multorum hæc sententia. Sed Cæsarem ideo dixerunt quia fuit ejus mater *Ketsitsa* cæsa. *Idem.*

7. *Vel quòd cum magnis crinibus.*] *Magni crines*, magna cæsaries. nam crines sunt πλόκαμοι. cæsariam enim Græci, etiam θρεπτοθαλείαν vocant, hoc est crines appositos. *Salmas.*

8. *Magnis crinibus.*] Magna cæsarie. *Casaub.*

9. *Et ultra humanum morem vigueritt.*] Reg. *his & ultra.* pro, *& his ultra* h. m, v. probat Cæsarem à colore oculorum sic dictum, quasi γλαυκωπὸν: quia præstan-

viguerit. Certè quæcunque illa [1] felix necessitas fuit, unde tam clarum & duraturum cum æternitate mundi nomen effloruit. Hic ergo de quo sermo est, primùm Lucius Aurelius Verus est dictus, sed ab Adriano ascitus in Æliorum familiam, hoc est in Adriani transcriptus, & appellatus est Cæsar. Huic pater Cejonius Commodus fuit, quem alii Verum, alii Lucium Aurelium, multi Annium prodiderunt: majores omnes nobilissimi, quorum origo pleraque ex Hetruria fuit, vel ex Faventia. Et de hujus quidem familia plenius in vita Lucii Aurelii Cejonii Commodi Veri Antonini, filii hujusce, quem sibi adoptare Antoninus jussus est, differemus. Is enim liber debet omnia quæ ad stemma generis pertinent, continere, qui
3 habet principem de quo plura dicenda sunt. Adoptatus autem Ælius Verus ab Adriano eo tempore quo jam (ut superiùs diximus) parum vigebat, & de successore necessariò cogitabat, statimque prætor factus, [2] & Pannoniis dux ac rector impositus, mox consul creatus. [3] Et quia erat deputatus imperio, [4] iterum consul designatus est. Datum etiam populo congiarium causa ejus adoptionis, [5] collatumque militibus H-S ter millies,* circenses editi: neque

præstantissima fuerit oculorum acie. excellunt nempe oculi cæsii: ideo Minervam quæ γλαυκῶπις poëtæ dicta, Ἀθηναίη, quasi Ἀθρηίη ἀπὸ τοῦ ἀθρεῖν volunt dictam. *Idem.*

1. *Felix necessitas fuit.*] Id est caussa. Sed necessitas ferè in deteriorem partem capitur. *Idem.*

2. *Et Pannoniis dux ac rector impositus.*] Nummus. L. ÆLIVS. CAESAR. PANNONIA. S. C. *Idem.*

3. *Et quia erat deputatus imperio iterum consul designatus.*] Ut imperium suscipiens consulatum simul iniret: nam ita fuit motis. *Idem.*

Et quia erat deputatus imperio.] Optimus liber: *deputans imperio.* quod non pro rejectitio debet esse. sic enim loquebantur illa ætate. posterior vero ætas etiam ad satietatem abusa est illo loquendi genere. *deputans* igitur pro *deputatus.* sic *nominans* pro *nominatus.* sic *res studentes*, pro *multo studio dignas* Cyprianus dixit. Sophocles, ὁρῶν' ἀφ' ὑψηλοῦ πρᾶγμα pro claris & manifestis quæ videri possint a quolibet: inde passim in vetustis formulis: *jactante denario*, pro jactato: & *argentum computans* pro computato: hoc est numerata pecunia. *Salmasius.*

4. *Iterum consul designatus.*] In Hadriano hunc locum sic expressit. *Quem prætura honoravit ac statim Pannoniis impossuit, decreto consulatu cum sumpturus, eundem Commodum secundum consulem designavit.* Clarius sic & lucidius. hinc igitur illa lucem debent mutuari. *Idem.*

5. *Collatumque militibus* H-S. *ter millies.*]

que quicquam prætermissum quod posset lætitiam publicam frequentare. Tantumque apud Adrianum principem valuit, ut præter adoptionis affectum quo ei videbatur adjunctus, solus omnia quæ cuperet [1] etiam per literas impetraret. Nec provinciæ quidem cui præpositus erat, defuit. Nam bene gestis rebus vel potius feliciter, etsi non summi, [2] medii tamen obtinuit ducis famam. Hic tamen valetudinis adeò miseræ fuit, ut Adrianum statim adoptionis pœnituerit, [3] potueritque eum amovere à familia imperatoria, quum sæpe de aliis cogitaret, si fortè vixisset. Fertur denique ab his qui Adriani vitam diligentiùs in literas retulerunt, Adrianum Veri scisse genituram: & eum quem non multùm ad rempublicam gerendam probaret, ob hoc tantùm adoptasse, [4] ut suæ satisfaceret voluptati:

lies.] *Militibus*, inquit. de militum ergo donativo solùm loquitur. Quare igitur emendemus? cùm major summa, quæ alibi expressa, etiam populo datum congiarium comprehendat. *Casaubonus.*

Collatumque militibus ter-s ter millies.] Variat hæc summa in Hadriano, ibi enim, *quater millies* ponitur, in verbis Hadriani: *Perdidimus quater millies H-S. quod populo & militibus pro adoptione Commodi dedimus.* Sed ibi populus & milites comprehensi. heic tantum milites. noli dubitare quin & hoc loco quoque sub hoc ter millies sestertio comprehendat & populum & milites. quod tamen negat vir doctissimus; at cur negat? aperte enim in sequentibus id narrat, ubi profert ad litteram verba Hadriani: *Ter millies perdidimus, quod exercitui populoque dependimus.* Ad hoc igitur exemplum puto emendandum illud, *quater*, quod in vita Hadriani habetur, & referibendum *ter*. Salmasius.

* *Circenses editi.*] Regius, *additi.* Quasi fuerint Circenses qui ex alia causa celebrabantur, puta ob natalem principis, aut ludos, ampliati numero vel dierum vel missuum. Legas alibi in his libris, *Addidit Circenses.* Casaub.

Circenses editi.] Falsa est Regii codicis scriptura, *additi.* nec enim numero dierum ampliati Circenses qui in natali principis vel ob adoptionem edebantur. *Salmas.*

1. *Etiam per litteras impetraret.*] Palatinus: *imperaret.* Idem.

2. *Medii tamen obtinuit ducis famam.*] *Medius* pro mediocris: & *mediocritas* pro mediocritas etiam apud optimos scriptores. *Casaub.*

3. *Potueritque eum amovere.*] Regius, *petieritque.* Magni Turnebi, *voluerit.* Idem.

Potueritque eum amovere.] Ad ram nostri codicis adpositum, *petieritque:* quam lectionem in contextu habuerunt Casauboniani libri, sic illi pejorem semper habuerunt. nec enim heic locum potest habere. dicit Hadrianum potuisse amovere Ælium Verum si vixisset, ob improsperam miseramque valetudinem. hoc est, fortasse fuisse amoturum. κινδυνεύειν hoc sensu usurpant Græci, quo *potuisse* hoc loco Spartianus. ἐκινδύνευσεν ἂν ἀποθανεῖν αὐτόν. *Salmas.*

4. *Ut suæ satisfaceret voluptati.*] Hoc voluit in Hadriani vita tectis illis verbis,

luptati: &, ut quidam dicunt, jurijurando quod interceſſiſſe inter ipſum ac Verum ſecretis conditionibus ferebatur. [1] Fuiſſe enim Adrianum peritum matheſeos, Marius Maximus uſqueadeo demonſtrat, ut eum dicat cuncta de ſe ſciſſe, ſic, ut omnium dierum uſque ad horam mortis [4] [2] futuros actus antè perſcripſerit. Satis præterea conſtat [3] eum de Vero ſæpe dixiſſe:

Oſtendent terris hunc tantùm fata, neque ultrà
Eſſe ſinent.

Quos verſus quum aliquando [4] in hortulo ſpatians cantitaret, atque adeſſet unus ex literatis quorum Adrianus [5] ſpecioſa ſocietate gaudebat, velletque addere:

——— nimium vobis Romana propago
Viſa potens, ſuperi, propria hæc ſi dona fuiſſent.

Adrianus dixiſſe fertur, [6] *Hos verſus vita non capit Veri*, illud addens:

——— manibus date lilia plenis:
Purpureos ſpargam flores, animamque nepotis
His ſaltem accumulem donis, & fungar inani
Munere.

[7] Quum quidem etiam illud dicitur [8] cum irriſione dixiſſe, *Ego mihi divum adoptavi, non filium.* [9] Eum tamen quum conſola-

bis, *forma commendatum.* Sed vide aliquantò poſt. *Caſaub.*

1. *Fuiſſe enim Hadrian.*] Reg. *etenim fuiſſe Hadrian.* Pro *præſcripſerit*, regius *præſcripſit.* non improbem *perſcripſerit*: hoc eſt accuratè & dietim ſcripſerit. *Idem.*

2. *Futuros actus ante præſcripſerit.*] Lege, *perſcripſerit*: ex omnibus libris. *perſcribit*, γράφει, gloſſæ veteres. *Salmaſ.*

Futuros actus ante perſcripſerit.] Sic diſertè Pal. non *præſcripſerit.* Grut.

3. *Eum de Vero ſæpe dixiſſe: Oſtendent terris.*] Idem Gordianus de filio, ut ſcribit Capitolinus. *Caſaub.*

4. *In hortulo ſpatians.*] Regius, *in circo.* Sic & Angeli Politiani codices. *Idem.*

5. *Specioſa ſocietate* g.] Simile illi in vita Had. *plebis jactantiſſimus amator.* Utrobique idem vitium notatur: quòd fuerit & *diutiùs* magis quàm & *civaq* ſtudioſus. *Idem.*

6. *Hos verſus vita non capit Veri.*] Capitolinus in Vero hujus F. *Nota eſt fabula quam Marci non capit vita.* hoc eſt, non patitur credi. Juvenalis:

Non capit has nugas humilis domus.

Idem.

7. *Cum quidem etiam illud dicitur, &c.*] Palatinus adſcriptum habet, alias legi, *Eum quidem.* Grut.

8. *Cum irriſione dixiſſe.*] *Cum riſione*, Palatinus & editio Mediolanenſis. *Salmaſius.*

9. *Eum tamen cum conſolaretur.*] Idem liber,

solaretur unus de literatis qui aderant, ac diceret; *Quid si non rectè constellatio ejus collecta est* [1] *quem credimus esse victurum?* Adrianus dixisse fertur, *Facilè ista dicis* [2] *tu qui patrimonii tui non resp. quæris heredem.* Unde apparet eum habuisse in animo alium deligere, atque hunc ultimo vitæ suæ tempore à rep. submovere: [3] sed ejus consilia juvit eventus. Nam quum de provincia Ælius rediisset, atque orationem pulcherrimam, quæ hodieque legitur, sive per se, sive [4] per scriniorum aut dicendi magistros parasset, qua

liber, cum eadem editione: *Nunc tamen cum consolaretur*: lege, *Hunc tamen cum consolaretur unus de litteratis qui aderant. Hunc*, id est, Hadrianum. *Idem.*

1. *Quem credimus esse victurum.*] Imò verò, *non victurum.* Id enim est quod Hadriano dolet. Petavius, mutata distinctione sic scribebat: *Quid si non rectè constellatio ejus collecta? Est quem credimus esse victurum.* Duo affert minuendo luctui Hadriani: quorum posterius in vulgata lectione dissimulatur. convenientissima sanè consolanti & meliora sperare jubenti oratio. *Casaub.*

Quem credimus esse victurum.] Ex sua mente & voto ac desiderio loquitur hic litteratus, qui consolator adstat Hadriano. Hadrianus quidem ex scientia dicebat; Adoptavi mihi divum non filium, de eo quem certo sciret non esse victurum. At hic litteratus consolandi gratia posse fieri dicebat, ut ejus constellatio male collecta esset, quem & vellet vivere, & victurum etiam crederet. quod volumus enim, id libenter credimus. Quid si, inquit, male collecta est ejus genesis, quem victurum credimus? Credimus quia optamus, & ideo dubitamus de ejus constellatione an recte sit collecta. non alius est hujus loci sensus. *Salmas.*

2. *Tu qui patrimonii tui non Reip. &c.*] Est enim longè aliud servulis suis dominum, & Reip. principem quærere. *Casaub.*

3. *Sed haud ejus consilia juvit eventus.*] Mendosa lectio: nam sententia tam falsa est, quàm quod falsissimum. Hadrianus cùm diffideret ingenio Veriani valetudini, cogitabat alium deligere cùm moreretur: quod tamen invitus, & magnis rationibus, atque adeò, ut videri voluit, amore Reip. coactus, erat facturus. interea moritur Verus: Hadrianus, vitata illa molestia quam diximus, fit voti compos. an non igitur ejus voto deus affuit, & consilia juvit eventus? Patet legendum, *sed haec ejus consilia juvit eventus.* Idem.

Sed haud ejus consilia juvit eventus.] Immo juvit. eventus enim id præstitit, quod ipse in animo habebat facere. Submovit enim à vita Ælium verum quem ipse summovere parabat ab imperio. Restituendum igitur ex optimi libri Palatini fide: *sed ejus consiliis juvit eventus.* quæ lectio conservatur etiam in editione Mediolanensi. ubi notandus est Ἀχαϊσμὸς, *juvit consiliis*, pro juvit consilia. Antiqui enim non solum *juvare aliquem*, sed *alicui juvare* dicebant. Apud Plautum in Cistellaria; *quando ita tibi juvat, vale.* Salmas.

Sed ejus consilia juvit eventus.] Ita proximè Palatinus, *consiliis* nempe; nam vulgg. prius, *sed haud ejus consilia, &c.* Grut.

4. *Per scriniorum aut dicendi magistros.*] Quis primùm magistros scriniorum instituerit, nusquam invenio apud veteres. Hic antiquissima est ejus dignitatis mentio: nam in priorum temporum historia mentio horum nulla; in posteriorum, frequentissima. Videin Alexandro

qua Cal. Januariis Adriano patri gratias ageret, accepta potione qua se existimaret juvari, Calend. ipsis Januariis periit: [1] jussusque ab Adriano, quia vota interveniebant, non lugeri. Fuit hic vitæ lætissimæ, eruditus in literis, Adriano (ut malevoli loquuntur) acceptior forma quàm moribus. In aula diu non fuit, in vita privata, etsi minùs probabilis, minùs tamen reprehendendus, ac memor familiæ suæ, comptus, decorus, [2] pulchritudinis regiæ, oris venerandi, [3] eloquentiæ celsioris, versu facilis, in repetiam non inutilis. Hujus voluptates ab iis qui vitam ejus scripserunt, multæ feruntur, [4] equidem non infames, sed aliquatenus diffluentes. [5] Nam tetrapharmacum [6] seu potiùs pentapharmacum, quo postea semper Adrianus est usus, ipse dicitur reperisse, hoc est, sumen, fasianum, pavonem, [7] pernam crustulatam, [8] & aprugnam. [9] De quo genere

xandro Severo, & apud auctores juris. *Casaub.*

1. *Jussusque ab Adriano, &c.*] *Jussus non lugeri*, pro lugeri vetitus. *non jubere* pro vetare, frequens in Codice Theodosiano, & aliis æquævis auctoribus. *Salmas.*

2. *Pulchritudinis regiæ.*] In Pertinace, *statura imperatoria*. Cornelius Nepos in Iphicrate, *Imperatoria forma*. Casaub.

3. *Eloquentiæ celsioris.*] Regius, & Politiani, *eloquentiæ sonoræ*. Idem.

4. *Equidem non infames, sed aliquatenus diffluentes.*] En voluptatum patronum. quas hic vocat non infames voluptates, ex iis sunt quas mox, *non ad perniciem publicam promtas*. Idem.

5. *Nam tetrapharmacum seu potius pentapharmacum.*] In Hadriani vita tetrapharmacum appellat, & quattuor in illo tantum species inditas nominat. Fasianum, sumen, pernam & crustulum. Heic vero etiam Pentapharmacum fuisse dicit, & quinque ejus species enumerat: sumen, fasianum, pavonem, pernam, crustulatam & aprugnam. & ita quidem si pernam crustulatam pro una specie accipiamus, quod vix fieri posse arbitror. recte igitur abest vox, *pernam*, veteri editioni Mediolanensi. sic erunt illæ quinque species, sumen, fasianus, pavo, crustulata, & apruna. Pavo autem non erat in tetrapharmaco Hadriani. reliquæ quattuor species inerant. tantum aprunam heic pro perna posuit. Crustulatam autem vel crustulatum, quod cum perna jungebatur perperam, pro crustulo dixit. Sic *magistrati* pro magistris apud Livium: *terminati* pro *terminis*. sic *signatum* pro *signum* in vita Antonini Pii: *Signatum tribuno æquanimitatis dedit*. Salmas.

6. *Seu potius pentaph.*] Regius & Politiani, *s. p. ut alii ferunt, p.* Casaub.

7. *Pernam crustulatam.*] Iidem codd. *pernam, crustula, & aprugnam.* Sed fuerint per hanc scripturam species sex: quod pentapharmaci non capit appellatio. *Idem.*

8. *Et aprugnam.*] *Aprunam* Palatinus. Excerpta Spartiani; *prunam*. manifesto pro *aprunam*. Aprunam autem frequentius scriptum in libris quam *aprugnam* reperias. *Salmas.*

9. *De quo genere cibi.*] Tota hæc periodus usque ad vocem *Fertur* ab iisdem libris

genere cibi aliter refert Marius Maximus, non pentapharmacum, sed tetrapharmacum appellans: ut & nos ipsi in ejus vita prosequuti sumus. Fertur etiam aliud genus voluptatis quod Verus invenerat. Nam lectum eminentibus

libris abest: ubi eorum loco sunt ista solùm: *Prout alibi in vita Hadriani descripsimus.* Sed eo loco nihil Spartianus de pentapharmaco. *Casaub.*

1. *Nam lectum eminentibus quatuor anaclinteriis fecerat.*] Lectorum quatuor sunt κύλικες: ad caput unum, alterum ad pedes: ad spondas interiorem & exteriorem duo. illud cui incumbit caput, Græci ἀνακλιντῆριον, vel ἀνάκλιντρον nominant; Romani fulcrum, vel interdum pluteum. LXX. Geneseos interpretes, κεφαλὴν κλίνης. Erat apud veteres lectorum genus qui duo anacliteria habebant: quos ipsi ἀμφικεφάλους, quasi utrinque capitatos dixerunt. At eum Veri lectum de quo hic Spartianus, enormis fuisse magnitudinis necessum est. Nam in amphicephalis, longitudo solùm desiderabatur ultra communem morem: in isto, & latitudo par necessaria: in quo quidem adversis vestigiis, jacerent qui omni ex parte invicem oppositi cubabant. *Reticulum minutum* quo Spartianus ait fuisse undique inclusum hunc lectum, conopeum est, reticulato opere confectum. nam ejusmodi erant conopea etiam apud Ægyptios: unde in alias gentes illorum usus manavit. ideo Herodotus ἀμφιδλήστρους vocat. Quod addit eum lectum foliis rosæ fuisse repletum, novum non est Veri inventum; sed pervetus lascivientium τρυφητὴν luxus. Amabant enim delicatiores cubare in floribus. Lampridius in Heliogabalo, *Stravit & triclinia de rosa, & lectos.* Claudianus de lecto geniali,

Roseisque cubilia surgunt Floribus.

Tales sunt quæ Νυμφῶν ὄνειροι dicebantur. *Idem.*

Nam lectum eminentibus quatuor anaclinteriis.] Ἀνακλιντῆριον magis Græci dicunt, & κλιντῆριον, & ἀνάκλιντρον & ἐπίκλιντρον itaque hoc legerim lubentius: *anaclinteriis.* anaclinterium autem dicebatur pars lecti, ad quam pulvinum ponebant sustinendo capiti. Attici ἐπίκλιντρον appellabant. habuere etiam lectos antiqui duobus eminentibus anaclinteriis, quos ἀμφικεφάλους vocabant. ita enim apud Hesychium κεφάλαιον est cervical vel pulvinus. nam in illa parte lecti cui caput incumbebat, & qua pulvinus ponebatur, eminentem pluteum ex asseribus compactum exigebant, quod ἀνάκλιτον & ἀναπαυτῆριον & ἀνάκλιτρον vocabant. hi etiam plutei in hodiernis lectis ad caput fieri solent. cathedræ similiter, & sedilia quibus adduntur ejusmodi plutei reclinando dorso ἀνάκλιτρα Græcis dicuntur. hos pluteos sive anaclita hodie vocamus *dossalia* vel *dossuaria*, quod ad ea dorsum applicemus & adclinemus. Duo lecti latera, *sponda* Latinis, κύλικες Græcis. harum altera interior, altera exterior dicta. interior quæ propius parietem erat, & ea eminenti etiam pluteo munita, sed non tam alto quam ille qui ad lecti caput. hinc pluteus proprie dicebatur illa interior sponda. Isidorus: *Sponda exterior pars lecti, pluteus autem interior.* Sic enim lectos in cubiculo collocabant veteres, ut parieti propius admoverentur, nec in medio essent positi, quod etiam hodieque solemus. sic illa pars quæ parietem spectabat & pluteo muniebatur, & interior sponda vocabatur. ad pluteum mulieres cubabant, viri autem in priore sponda, quæ & exterior, quæque carebat pluteo. prior & exterior sponda eadem. Tibullus:

Et pressus prior est interiorque torus.

Salmas.

bus quatuor anacliteriis fecerat, minuto reticulo undique inclusum, eumque foliis rosæ [1] quibus demptum esset album, replebat, jacensque cum concubinis, velamine de liliis facto se tegebat, unctus odoribus Persicis. Jam illa frequentantur à nonnullis, [2] quod & [3] accubationes ac mensas de rosis ac liliis fecerit, & quidem purgatis: quæ etsi non decora, [4] non tamen ad perniciem publicam prompta sunt. [5] Atque idem [6] Ovidii libros amorum in lecto semper

1. *Quibus demptum esset album.*] Nam ea pars rosæ minùs tenera & delicata. Sic mox accubationes & mensæ fiunt de rosis & liliis, sed priùs purgatis. *Casaubonus.*

2. *Quod & accubationes ac mensas de rosis ac liliis fecerit.*] *Accubitationes*, in membranaceo Palatino & veteri editione. Casaubonus legit *accubita*. nos *accubitationes* retinemus. *accubitationes* enim pro accubitis dixit: qua voce etiam usus est infra: *Ut accubitationum numerus crescerat & convivarum.* Ubi vulgo perperam *accubantium*, editum est. sed quod heic dicitur, accubationes ac mensas de rosis & liliis fecisse Ælium Verum, de accubitis quidem vel accubitationibus potest esse verum. at quomodo mensæ de rosis & liliis factæ? Parva igitur mutatione legendum: *Accubitationes ad mensas de rosis & liliis fecit.* Quod potest esse verum. sed longe verius nihil esse mutandum. sic enim mensas & triclinia de rosis facere dixit, ut Trebellius *cubicula de rosis facere*, pro, cubicula rosis sternere. mensas igitur de rosis facere nihil aliud est quam rosas in mensam spargere, & mensam rosis sternere & operire, ita ut tota de rosis facta videatur. *Salmas.*

3. *Accubationes ac mens.*] Scripta lectio, *accubitationes*. Fortasse, *accubita sibi ac mens.* de ea voce ad Heliogabalum. *Casaub.*

Accubitationes.] Sic quoque Palat. noster, non *accubationes*. Grut.

4. *Non tamen ad perniciem publicam prompta sunt.*] Examinamus hunc locum ad illa Taciti: *Quin & incestum, ac, si sperneretur, ne in malum publicum erumperet, metuebatur.* lib. XII. Annal. cap. 5. *Idem.*

5. *Atque idem Ovidii libros amorum.*] Veteres libri: *Atque idem Ovidii ab aliis relata, idem Apicii libros amorum, in lecto semper habuisse.* Quæ nullo majori opere, quam levi transpositione videntur posse sanari. sic igitur lege: *Atque idem Apicii relata, idem Ovidii libros amorum in lecto semper habuisse.* Illud vero *ab aliis*, ut ex glossa natum expungimus. qui enim *relata* quid esset ignorabat, *ab aliis* de suo addidit. *Relata* autem Apicii, sunt scripta Apicii. nam *referre* pro scribere istis auctoribus protritum. *Salmas.*

Atque idem Ovidii libros amorum in lecto semper habuisse, idem Martialem.] Locus malè acceptus: neque tamen juvat Palatinus, quàm quod prodat falsitatem lectionis vulgatæ. habet enim, *Atque idem Ovidii ab aliis relata, idem Apicii libros amorum in lecto semper habuisse. idem Martialem.* Grut.

6. *Ovidii libros Amorum in lecto semper habuisse.*] Antiqui cùm in lectis plurimum studerent, ut docuimus ad Tranquilli secundum librum, pulvino soliti subjicere auctores quibus maximè delectarentur: quod Platonem fecisse in Sophrone mimographo, scribunt veteres. Porrò hic locus, si quis alius in his libris, mendosissimus est, & verbis quoque plusculis mutilatus: *Atque idem Apicium, & Ovidii libros Amorum in lecto semper habuisse, atque ad verbum memoria*

per habuisse, idem Martialem epigrammaticum poëtam, Virgilium suum dixisse. Jam illa leviora quòd [1] cursoribus suis exemplo cupidinum alas frequenter apposuit, eosque ventorum nominibus sæpe vocitavit, Boream alium, alium Notum, & item Aquilonem aut Circium, cæterisque nominibus appellans, & indefessè atque inhumaniter faciens cursitare. Idem uxori conquerenti de extraneis voluptatibus, dixisse fertur, *Patere me per alias exercere cupiditates meas:* [2] *uxor enim dignitatis nomen est, non voluptatis.* [3] Ejus filius

moria (vel *memoriter*) *tenuisse fertur*, *idem M.* Aliter constituere scripturam conclamatam non possumus. *Casaub.*

1. *Cursoribus suis exemplo Cupidinum alas fr. apposuit.*] Non legimus ante Verum apposuisse quenquam aut suis aut publicis cursoribus alas: erat tamen militum πτεροφόρων, id est pinnigerorum, sive pinnitaporum ordo, quibus imperatores & præsides provinciarum pro tabellariis cursoribusque utebantur. Vide quæ de illis scripsimus ad secundum Tranquilli. Cursores verò imperatorum peculiari habitu fuêre. Et erant non servi sed ingenui: quod tamen mutasse Alexandrum narrat Lampridius: quo notabilior Veri inclementia, qui cursores suos homines ingenuos, *indefessè atque inhumaniter facientes cursitare.* Idem.

2. *Uxor enim dignitatis nomen est, non voluptatis.*] Tria sunt conjunctionis hujus nomina apud juris auctores & alios: uxor, pellex, amica. horum unicum est nomen dignitatis, uxor. αὐτὴ ἡ ἀξίωσις καὶ ἡ σεμνότης. Reliqua sunt nomina voluptatis: Voces *concubina* & παλλακὴς modò pro amica, modò pro pellice usurpari, observamus apud auctores juris tam civilis quàm canonici. *Idem.*

3. *Ejus filius est Antoninus Verus qui adoptatus est à Marco, &c.*] Multa in his verbis imperitorum hominum flagitia. *Antoninus* primùm perperam scriptum pro *Annius*. Nam ante adoptionem, dici hic Antoninus non potuit. Vitiosissimè in regio & Politiani, *Ennius Antoninus Verus.* sed hoc vitium veram lectionem prodit, quam diximus: cætera etiam gravius affecta: nam iidem codd. & Puteani quoque sic habent: *Qui adoptatus est à Marco, vel certè cum Marco: & cum eodem æquale gessit imperium.* Sic & prima editio: nisi quòd pro *vel* editum est *Verus*. Est autem planè insignis restitutio, & necessaria. discimus hinc variè traditam esse à veteribus adoptionem Veri, qui postea imperavit: quosdam unà cum Marco à Pio adoptatum scripsisse: ut facti inter se fratres, ambo Pii essent filii, Hadriani nepotes. atque hoc multis locis scriptum ita à Spartiano. Non defuêre, ut hic Spartianus observat, qui Verum non cum Marco, sed à Marco dicerent adoptatum. Fuerit ergo Verus istorum sententiâ Marci non frater, sed filius, Pii nepos, Hadriani pronepos. *Idem.*

Ejus filius est Antoninus Verus.] Nescio quid in mente fuerit eruditissimo viro cum putaret hoc legendum: *Annius Verus*, pro *Antoninus*. nec enim mihi potest opponi, Verum non fuisse dictum Antoninum, priusquam adoptaretur ab Antonino Pio. quid enim de Marco, qui simul adoptatus est, quem Antoninum vocat? an ille ante adoptionem Antoninus vocabatur? igitur Verus de quo hic sermo, nunquam Annius est dictus. sed ipse Antoninus Marcus sic dicebatur. post excessum vero patris, Annius Verissimus vocatus est ab Hadriano. *Salmas.*

filius est Antoninus Verus, [1] qui adoptatus est à Marco. [2] Verus certè cum Marco æquale gessit imperium. Nam ipsi sunt qui primi *duo Augusti* appellati sunt: & quorum fastis consularibus sic nomina præscribuntur, [3] ut dicantur [4] non tantùm duo Antonini, sed duo Augusti: tantumque hujus rei & novitas & dignitas valuit, [5] ut fasti consulares 6 nonnulli ab his sumerent ordinem consulum. Pro ejus adoptione [6] infinitam pecuniam populo & militibus Adrianus dedit. Sed quum eum videret homo paulo argutior miserrimæ valetudinis, ita [7] ut scutum solidius jactare non posset,

1. *Qui adoptatus est à Marco. Verus certe cum Marco.*] Optime restituit hunc locum Casaubonus ex libris hoc modo: *Eius est filius Antoninus Verus qui adoptatus est à Marco, vel certe cum Marco, & cum eodem æquale gessit imperium.* In omnium tamen facile optimo Palatino sic habetur scriptum: *Qui adoptatus est à Marco Vermarco & cum eodem, &c.* Si *Vermarco* illud deleatur, erit integrum: *Qui adoptatus est à Marco, & cum eodem æquale gessit imperium.* Ut opinionem unam heic tantum tangat adoptati à Marco Lucii Veri. *Idem.*

2. *Vel certè cum Marco, & cum eodem æquale.*] Si certè etiam Pal. nisi quod habeat primore voce *verus*. Grut.

3. *Ut dicantur non tantum duo Antonini.*] Vox *tantum* abest veteribus libris. legatur ergo: *Ut dicantur non duo Antonini, sed duo Augusti.* Et hoc voluit Spartianus; Verum & Marcum primos una æquale imperium gessisse, & simul Augustos appellatos: adeo ut eorum nomina fastis sic præscriberentur, *duo Augusti*, non *duo Antonini*: & per duos Augustos nemo non intelligi sciret Verum Antoninum & Marcum Antoninum. *Salmas.*

4. *Non duo Antonini.*] Ita disertè Palatin. sine illo *tantum*, quod interlineare ibi solùm à manu recenti. *Grut.*

5. *Ut fasti consulares nonnulli ab his sumerent ordinem consulum.*] Hoc vult: fuisse qui in digerendis consularibus fastis, basim suppurationis suæ ponerent consulatum Marci & Lucii Veri, duorum Augustorum ab eo capite annos posteriores numerabant: ut dicerent, hoc illudve accidisse anno post consulatum duorum Augustorum tali. *Casaub.*

6. *Infinitam pecuniam populo & mil.*] Quatuor millies ns. Quoties jam dictum? *Idem.*

7. *Ut scutum solidius jactare non posset.*] *Solidius*, pro gravius: nam quæ sunt πυκνὰ nec ἀραιόστερα, eadem graviora sunt. Olim etiam principes, scutum quatientes variis motibus exercebantur in campo. *Idem.*

Ut scutum solidius jactare non posset.] *Solidius* non cum scuto jungendum, sed cum jactare. non enim nomen est, sed adverbium. Verus adeo imbecillarum virium & miseræ valetudinis, ut scutum in exercitio armorum solide jactare non posset. non igitur opponit scutum solidum scutis levioribus, quibus exercebantur ad palum. immo scuta illa exercitoria lusoriaque, etsi de levi materia, graviora tamen haud paulo erant scutis vulgaribus. quatere autem & jactare scutum non principum solum exercitium, sed militum omnium qui in armaturæ exercitio hoc primum discebant quomodo tractandum & jactandum esset scutum. Græci σείειν ἀσπίδα, & ἀσπίδα τινάσσειν. *Salmas.*

1. Qui

posset, dixisse fertur, [1] *Ter millies perdidimus quod exercitui populoque dependimus: siquidem satis* [2] *in caducum parietem incubuimus:* [3] *& qui non ipsam remp. sed nos ipsos sustentare vix possit.* Et hæc quidem Adrianus [4] cum præfecto suo loquutus est. Quæ quum prodidisset præfectus, [5] ac per hoc Ælius Cæsar indies magis magisque, [6] solicitudine, [7] utpote desperati hominis, aggravaretur, præfecto suo Adrianus qui rem prodiderat, successorem dedit, [8] volens videri quòd verba tristia temperasset: sed nihil profuit. Nam, ut diximus, [9] *Lucius Ceionius Commodus Verus Ælius Cæsar* (nam

1. *Ter millies perdidimus q.*] Scribe, *quater millies*, ut in Hadriani vita; nam sequitur, *quod exercitui populoque dependimus.* At paullò ante, *collatumque militibus* HS. *ter millies.* rectè: nam ibi de impensa in solos milites facta loquitur. *Casaub.*

Ter millies perdidimus.] Hanc lectionem confirmat supra: *Datum etiam populo congiarium causa ejus adoptionis, collatumque militibus ter millies.* Salmas.

2. *In caducum parietem incurrimus.*] Palatinus & vetus editio: *incumbimus.* In Adriano tamen, *inclinavimus* pro eodem dixit. *Idem.*

3. *Et qui non ipsam Remp.*] Scribe ut in regio: *& qui non Remp. sed nos ipsos sustentare vix possit: non*, pro nedum. *Casaub.*

4. *Cum præfecto suo locutus est.*] Quisnam iste est Hadriani præfectus? multi enim erant præfecti: ut prætorii duo, Urbis unus, ærarii duo, castrorum item unus, alii. Fortasse scribendum, *cum præfecto Severo locutus est.* Ut intelligatur hic Catilius Severus præfectus Urbi cui Hadrianus paullò ante obitum suum successorem dedit, sicut dictum est in ejus vita. *Idem.*

5. *Ac per hoc Ælius Cæsar indies magis magisque sollicitudine, utpote desperati hominis, aggravaretur.*] Mire homini nocere, opinionem cujusque rei; ostendimus ad illa de Germanico apud Tacitum: *Sævam vim morbi augebat persuasio veneni à Pisone accepti.* l. 11. Annal. *Grut.*

6. *Sollicitudine utpote desperati hominis aggravaretur.*] Fortasse, *desperati honoris*: nam hoc ait: eo magis Veri sollicitudinem auxisse, quo magis spes minuebat obtinendi honoris, cujus spem certam antè habuerat. Sicui placet nihil mutare, erit *sollicitudo desperati hominis*, pro qualis solet esse sollicitudo hominum, quos omnis undique spes destituit. vel erit absolute dictum, *utpote desperati hominis*, pro ὅτι ἀπηλπισμένου ἀνθρώπου. *Casaub.*

7. *Utpote desperati hominis.*] Hoc est, ipsius Ælii desperati: nec aliter hæc possunt exponi. Hadrianus coram præfecto suo judicium quod habuit de Ælio Cæsare liberius aperuit, caducum parietem illum appellans. qua re prodita per præfectum Ælio Cæsari, in dies magis & magis adflictabatur sollicitudine, qua adflictari par est hominem qui salutem suam desperari ab omnibus intelligit. *Salmas.*

8. *Volens videri quod verba tristia temperasset.*] An quod verbis tam tristibus non usus esset, quam retulisset ille præfectus, sed mitioribus lenioribusque? an verba quæ habuit tristia de Ælio Cæsare per hoc mitigasse ac temperasse videri voluit, dum præfectum suum qui illa prodidit, dignitate privavit? & hoc potius. *Idem.*

9. *Lucius Ceionius Commodus Ælius Verus Cæsar.*] His, inquit Spartianus, omnibus nominibus appellatus est, ac ejus filius qui adoptatus est à Marco,

(nam his omnibus nominibus appellatus est) periit: sepultusque est imperatorio funere: [1] neque quicquam de regia, [2] nisi mortem, habuit dignitate. [3] Doluit ergo illius mortem [4] ut bonus pater, [5] non ut bonus princeps. Nam quum amici soliciti quærerent qui adoptari posset, [6] Adrianus dixisse fertur his, [7] *Etiam vivente adhuc Vero decreveram*: ex quo ostendit aut judicium suum aut scientiam futurorum. Post hunc denique Adrianus diu anceps quid faceret, Antoninum adoptavit, Pium cognomine appellatum: cui conditionem addidit, [8] ut ipse sibi Marcum & Verum Antoninus

vel ut alii volunt cum Marco, Lucius Ceionius Ælius Commodus Verus Antoninus, non autem Annius, ut supra ostendimus. *Idem.*

1. *Neque quicquam de regia, nisi mortem, habuit dignitate.*] Reponenda est Palatini Codicis scriptura: *Neque quicquam de regia nisi mortis habuit dignitatem.* Mortis dignitatem vocat imperatorium funus quo elatus est. & hoc tantum de Regia habuit, ut qui rex, hoc est imperator non fuit, Regium & imperatorium funus meruerit. *Idem.*

Neque quidquam de regiâ nisi mortis habuit dignitatem.] Ita uterque Palatinus, quomodo item erat in codice regio. ante impressi; *nisi mortem, habuit dignitate.* Grut.

2. *Nisi mortem.*] Planiùs dixisset, *nisi in morte.* Nam durum est quòd *mortem* dixit, cùm funus imperatorium intelligeret. *Casaub.*

3. *Doluit ergo illius mortem.*] Vel *movit*, ita scribe. *Idem.*

Doluit illius mortem ut bonus pater, non ut bonus princeps.] Immo contra videtur doluisse mortem illius Hadrianus, non ut bonus pater, sed ut bonus princeps. cui sententiæ favent quæ sequuntur. Nam quum amici solliciti quærerent quis adoptari posset, Adrianus dixisse fertur his, *etiam vivente adhuc Vero decreveram.* Nonne hoc boni principis potius quam boni patris dictum, cujus hoc fuit judicium de Ælio Vero filio, ut in animo habuerit à rep. submovere nisi periisset, quod inutilem eum imperio judicaret, & in ejus locum digniorem aliquem utilioremque subrogare? sic igitur ejus mortem doluit, ut diceret, etiam vivente Vero se decrevisse alium adoptare. Si res igitur sit mei judicii, non dubitem verba hæc sic transponere: *Doluit illius mortem ut bonus princeps, non ut bonus pater.* Salmas.

4. *Ut bonus pater.*] Hoc est, vehementer: quod eo maximè probatur, quia imperatorio extulit funere. *Casaubonus.*

5. *Non ut bonus princeps.*] Cùm bonus princeps optare non debuerit, eum habere successorem in imperio, qui futurus esset Reip. inutilis. *Idem.*

6. *Hadrianus dixisse fertur his.*] Palatinus *is.* legendum, *id.* Et sic distinguendum: *Hadrianus dixisse fertur, Id etiam vivente adhuc Vero decreveram.* Salmas.

7. *Etiam vivente adhuc Vero decreveram.*] Nempe adoptare alium: nam quem adoptaret nondum decreverat. Falsum alioqui foret quod statim subjicit, *Post hunc Hadrianus diu anceps quid faceret, Antoninum adoptavit.* Casaubonus.

8. *Ut ipse sibi Marcum & Verum Antoninus.*] Lege ex Palatino: *Cui conditionem addidit, ut ipse sibi Marcum & Verum Antoninum adoptaret.* Hoc est, ut ipse Antoninus sibi Marcum & Verum adoptaret. *Salmas.*

1. *Filiam-*

toninus adoptaret, [1] filiamque suam Vero non Marco daret. Nec diutius dixit, gravatus languore ac diverso genere morborum, sæpe dicens; [2] *Sanum principem mori debere, non debilem.* [3] Statuas sanè Ælio Vero [4] per totum orbem colossicas poni jussit, templa etiam in nonnullis urbibus fieri. Denique illius merito, filium ejus Verum, nepotem utpote suum, qui pereunte Ælio [5] in familia ipsius Adriani remanserat, adoptandum Antonino Pio cum Marco, ut jam diximus, dedit: sæpe dicens, [6] *Habeat respub. quodcumque de Vero:* quod quidem contrarium his quæ de adoptionis pœnitentia per autores plurimos intimata sunt, quum Verus posterior [7] nihil dignum præter clementiam in moribus habuerit, quod imperatoriæ familiæ lumen afferret. Hæc sunt [8] quæ de Vero Cæsare mandanda 7

litteris

1. *Filiamque suam Vero non Marco daret.*] Nam Marco affinitas Commodi destinata est, ut scribitur alibi. Cæterum hæc conditio impleta non est: nam Faustina Pii Marco nupsit. Vide in Marco & Vero. *Casaub.*

2. *Sanum principem mori debere, non debilem.*] Æmulatur Hadrianus Vespasiani notum dictum: *Imperatorem stantem mori debere.* Idem.

3. *Statuas sanè Ælio Vero per totum orbem colossicas poni jussit.*] Id eò factum, ut omnibus persuaderetur, Hadrianum pro herede & imperii successore Ælium Verum habuisse. Statuæ colossicæ deorum aut imperatorum erant. Quæ aliis ponebantur, quàmlibet magnis & honoratis viris, erant cujusque staturæ pares. Græci ἰσομεγέθεις vocant. *Idem.*

4. *Per totum orbem colossicas.*] Colossicæ statuæ κολοσσιαῖαι Græcis: ut αἰθεριαὶς κολοσσιαῖς. Sed *colossicæ* heic libri. *Colossicæ* igitur statuæ pro colossicæ. In Alexandro Severo: *Statuas colossicas in urbe multas locavit artificibus undique conquisitis. colossicas* semper reponunt eruditi viri pro *colossas*, contra librorum fidem. *Colossum* pro *colossicum:* ut *Electrum* apud Lampridium, pro *electricum. electri nummi.* Sic *vasa auricalca*, pro ex auricalco. *Salmas.*

5. *In familia ipsius Hadriani remanserat.*] Eadem verba leges apud Capitolinum: ut videantur ambo ex eodem aliquo auctore transcripsisse. *Casaub.*

6. *Habeat Resp. quodcumque de Vero.*] Contrarium est apud Victorem alterum: cùm enim Maximinus junior occideretur, non suo, sed patris nomine ac merito, conclamarunt cuncti militari joco, *Ex pessimo genere nec catulum habendum.* Idem.

7. *Nihil dignum præter clementiam.*] Non video quid hic faciat vox *dignum:* nam ea sublata nihil sententiæ decesserit: lux quinimo accesserit. Legi potest, *nihil admodum.* Idem.

Nihil dignum præter clementiam in moribus habuerit.] *Dignum* hoc loco absolute ponitur pro λαμπρῷ & magnificum, multique meriti, & ἀξιομακάριστον. ut dicat nihil habuisse dignum in moribus, quod lumen adferret imperatoriæ dignitati, nisi unam, si forte, clementiam. *Salmas.*

8. *Quæ de Vero Cæsare mandata litteris fuerunt.*] Lege meo periculo: *Hæc sunt quæ de Vero Cæsare mandanda litteris*

literis fuerunt: [1] de quo idcirco non tacui, quia mihi propositum fuit omnes qui post Cæsarem dictatorem, hoc est divum Julium, vel Cæsares vel Augusti, vel principes appellati sunt, quique in adoptionem venerunt, vel imperatorum filii, aut parentes Cæsarum nomine consecrati sunt, singulis libris exponere, meæ satisfaciens conscientiæ, [2] etiamsi [3] multis nulla sit necessitas talia requirendi.

rit fuerunt. Hæc enim esse dicit quæ scribenda habuit de Ælio Cæsare: nec aliter Palatinus exhibet & v. ed. atque ita edi curavimus. *Idem.*

1. *De quo idcirco non tacui, &c.*] Perpetuum scriptorum horumce vitium, ut idem repetant sæpiùs. *Casaub.*

De quo idcirco non tacui.] *Non tacui* pro scripsi vel dixi. ut *non jubere* pro vetare. *Salmas.*

2. *Etiamsi multis nulla sit necessitas talia requirendi.*] Ain' tu *multis*? ergo quibusdam. quare istis potiùs quàm aliis? Dele vocem *multis*, auctoribus membranis. *Perquirendi* in eisdem pro *requirendi*. Casaub.

Etiamsi multis nulla sit necessitas talia requirendi.] Dicit multis non esse necessitatem talia requirendi, quia pauci sunt historiæ curiosi studiosique. si qui sunt autem, necesse est ut hæc ejusmodi requirant, quo curiositati suæ satisfaciant. *Requirendi* etiam non *perquirendi*, heic habent nostri. *Salmas.*

3. *Multis nulla sit necessitas.*] Illud *multis* retinetur à Palatino. *Grut.*

[1] JULII CAPITOLINI ANTONINUS PIUS AD DIOCLETIANUM AUG.

1 [2] TITO AURELIO FULVIO BOIONIO ANTONINO PIO, paternum genus è Gallia Transalpina, Nemausense scili-

1. JULII CAPITOLINI.] De ætate qua vixit hic scriptor, satis initio dictum est. cætera de illo nobis hodie incognita: ut & de Cornelio Capitolino. *Casaub.*

JULII CAPITOLINI.] Meminit hujus Julii Capitolini Flavius Vopiscus in Probo, inter eos scriptores qui verius quam elegantius scripserunt. *Salmasius.*

2. TITO AURELIO FULVIO BOIONIO ANTONINO.] Regius, *Fulvo Iotio*, quorum prius rectum est: nam enim Romanorum cognomina in *ius* terminabantur: hoc autem cognomen tulit Pius ab avo & patre: quorum uterque mox in vulgatis libris *Aurelius Fulvius* nominatur: in Regio semper *Fulvus*, at *Ionio* perperam pro *Boionio*. Unde habuit Pius hoc nomen, fortè ab avia materna Bovinia Procella, cùm hæres ab illa fuisset scriptus. *Boionius* idem ac Bovinius. alii non hunc, sed Marcum vocant Boionium. *Casaub.*

TITO AURELIO FULVIO BOIONIO.] In Palatino pro *Fulvo Boionio*, leges

scilicet, avus Titus Aurelius Fulvius, qui per honores diversos [1] ad secundum consulatum & præfecturam urbis pervenit. Pater Aurelius Fulvius, [2] qui & ipse fuit consul, [3] homo castus & integer. [4] avia materna [5] Boionia Procilla, mater Arria Fadilla. avus maternus [6] Arrius Antoninus, bis consul, homo sanctus, & qui Nervam miseratus esset quòd imperare cœpisset. soror uterina, Julia Fadilla. vitricus Julius Lupus consularis. socer Annius Verus. [7] uxor Annia Faustina. filii mares duo, duæ fœminæ, gener per majorem filiam, Lamia Syllanus; per minorem, Marcus Antoninus fuere. Ipse Antoninus Pius natus est tertiodecimo Cal. Octobres, [8] sub Domitiano duodecimo, &

leges unica voce, *Fulboionio.* manifesto pro *Fulbo Boionio.* *Fulbo* autem pro *Fulvo.* & ita in sequentibus semper scriptum invenitur: quod & lapides & vetera monumenta confirmant. *Salmas.*

TITO AVRELIO FVLVIO BOIONIO.] Sic & Palat. etiam infra. sed heic tamen junctim, *Fulboionio*: nimirum repeti debebat syllaba *Fulbo Boionio.* Grut.

1. *Ad secundum consulatum.*] Bis consul fuit principe Domitiano: in priore consulatu collegam habuit Domitianum undecies: posteriorem gessit quadriennio post collega Atratino. *Casaubonus.*

2. *Qui & ipse fuit consul.*] Suffectus, ut opinor, non ordinarius. nam in Fastis tacetur ejus nomen. *Idem.*

3. *Homo tristis & ager.*] Scripta lectio, *homo castus & integer.* Idem.

Homo castus & integer.] Palatinæ membranæ & editio Mediol. *homo tristis & integer.* morum tristitia in laude ponitur sæpius apud istos authores. Tristibus autem istis opponuntur, οἱ ἁβρόβιοι homines læti & lætæ vitæ. Tristis igitur hoc loco severum significat. *Salmas.*

Homo tristis & integer.] Ita Palatinus, & malui, quàm quod in aliis, *homo castus & integer.* quippe *tristis* idem cum severo, qualis describitur Cato. *Grut.*

4. *Avia materna Bevinia Fadilla.*] *Boionia* non *Bevinia* legit bonæ notæ liber Palatinus. nec dubium quin debeat scribi, *Boionia.* ab hac igitur avia materna Boionia Fadilla, Boionius nomen habuit Antoninus Pius. *Boionia Procilla: Boionia Antulla* in saxis. *Salmas.*

5. *Bevinia Procilla.*] Est in Pal. *Boionia*, ut proculdubio fuerit *Boionia*, habueritque nomen matris simul ac patris. *Grut.*

6. *Arrius Antoninus bis consul.*] Hic est quem inter suffectos consules nominat Cassiodorus in ultimo Domitiani anno. *(casaub.*

7. *Uxor Annia Faustina.*] Quæ & Galeria Faustina dicitur initio vitæ Marci. *Idem.*

8. *Sub Domitiano duodecimo & Dolabella* Coss.] Factumaliquid sub illo aut illo principe latinè dici scio: sub consulibus illis, an Latinum sit viderimus: certè non est usitatum. Quare legebam hic, *sub Domitiano, ipso duodec. & D. C.* sed aliter scripti medentur. Nam in libro Puteani, pro *sub*, exaratum *Fl.* quare scribe, *Flavio Domitiano.* Idem.

Flavio Domitiano.] Sic & Palat. non *sub Domitiano.* Excerpta neque *sub* habent, neque *Flavio*; sed tantum, *natus est* XIII. *Kal. Octobris Domitiano duodecies.* Grut.

1. *In*

mo, & Cornelio Dolabella Coss. [1] in villa Lanuvina: [2] educatus Lauri in Aurelia: ubi postea palatium extruxit, cujus hodieque reliquiæ manent. Pueritiam egit cum avo paterno, mox cum materno, omnes suos religiosè colens: atque adeò & consobrinorum & vitrici & multorum affi-
2 nium hereditate ditatus est. [3] Fuit vir forma conspicuus, ingenio clarus, moribus clemens, nobilis vultu, & placidus ingenio, singularis eloquentiæ, nitidæ literaturæ, præcipuè sobrius, diligens agri cultor, mitis, [4] largus, alieni abstinens, [5] & omnia hæc cum mensura & sine jactantia. In cunctis postremò laudabilis, [6] & qui meritò Numæ Pompilio

1. *In villa Lanuvina.*] Scripti, *Lavinia.* nihil interesse inter Lavinium & Lanuvium, multis disputat illustrissimus Scaliger. Videntur Pii majores qui in Italiam primi è Gallia nostra migrarunt, apud Lanuvium municipium consedisse. ideo scribit de Pio Aurelius Victor, *vir veterrimæ familiæ è Lanuvino municipio.* at Romæ seriùs innotuit hæc familia: Villæ hujus Lanuvinæ & Lampridius meminit initio vitæ Commodi. *Casaub.*

In villa Lanuvina.] Ita Palatinus, non *Laviniana.* hæc villa Antonini Lanuvina dicta sic videtur quod vicina esset Lanuvio municipio. è quo municipio originem duxisse Antoninum Pium scribit Aurelius Victor. Marcus Antoninus de vita sua ut patrem Antoninum Pium valde in vestitu civilem & communem fuisse ostendat, scribit eum (scilicet Lanuvii visum esse tunicatum. nam in municipiis Italiæ tunicati fere omnes, non togati. *Salmas.*

2. *Educatus Lauri in Aurelia.*] Hâc petebantur Etrusci. in ea via ad XII. ab urbe lapidem fuit villa Pii, ubi & educatus est, & mortuus. *Lorium* & *Laurium* ea villa nominatur infrà, & Eutropio, Eusebio, aliis. Græcè Λωρεῖον. *Casaub.*

Educatus Lauri in Aurelia.] Melius scribatur *Lori* ex veteribus libris. *Lorium* infra nominatur. *Larios* vocat Aurelius Victor: *Igitur Aurelius socero apud Larios anno vitæ post quintum & septuagesimum mortuo, confestim Lucium Verum in societatem potentiæ accepit.* Laurentium autem quo secessit Commodus pestis tempore, longe ab hoc Lorio diversum, & in via Hostensi, non longe à Lanuvio. *Salmas.*

Educatus Lauri.] Pal. *Lori*; quod eodem quidem recidit, sed tamen notandum fuit. nam & postea eadem iterum formâ comparet in nostro. *Gruterus.*

3. *Fuit vir forma conspicuus.*] Totam hanc periodum ex fide veteris & optimi libri sic distinguendam & constituendam censeo: *Fuit vir forma conspicuus, clarus moribus, clemens, nobilis, vultu placidus, ingenio singulari, eloquentiæ nitidæ, litteraturæ præcipuæ, sobrius, diligens agri cultor, mitis, largus, &c.* Salmasius.

4. *Largus, alieni abstinens.*] Scribe, *largus sui, alieni abstinens.* ex Roberto Bonon. *Casaub.*

5. *Et omnia hæc cum mensura.*] Imitatur illud Terentianum: *& tamen omnia hæc mediocriter.* Idem.

6. *Et qui meritò Numæ Pompilio comparatur.*] Sanè meritò: nam quem potius cum Numa, qui sacra & cæremonias Romæ constituit, componas, quàm cum cui sua pietas cognomen peperit Pii? *Idem.*

1. *Vel*

Pompilio ex bonorum sententia comparatur. *Pius* cognominatus est à senatu, [1] vel [2] quòd [3] socerum fessa jam ætate, manu, præsente senatu, levaverit: (quod quidem [4] non satis magnæ pietatis est argumentum, quum [5] impius sit magis qui ista non faciat, quàm pius qui debitum reddat) vel quòd eos quos Adrianus [6] per malam valetudinem occidi jusserat, reservavit: [7] vel quòd Adriano contra omnium studia, post mortem infinitos atque immensos honores decrevit: vel quòd, quum se Adrianus interimere vellet, ingenti custodia & diligentia fecit ne id posset admittere: [8] vel quòd verè natura clementissimus, & nihil temporibus suis asperum fecit. Idem [9] fœnus trientarium, hoc

1. *Vel quod socerum fessa jam ætate, manu.*] Hæc aliter concipiuntur in illo optimo: *Vel quod soceri fessi jam ætatem manum præsente senatu levaret.* Lege: *Vel quod soceri fessi jam ætate manum præsente senatu levaret.* Manum igitur levare hominis ætate jam fessi, est manum ejus sustentare & quasi scipionis vicem se supponere. quod χειρίζειν χεῖρα dixit Heliodorus in re simili. sic *attollere palmas*, Valerio Flacco lib. IV. *Salmas.*

2. *Quod socerum fessa jam ætate, manu.*] Pal. integer, *quod soceri fessi jam ætatem*, neque aliter excerpta. forte, *quod soceri fessam jam ætatem, manu.* Grut.

3. *Socerum fessa jam ætate.*] Malim *fessum.* Casaub.

4. *Non satis magnæ pietatis argumentum est.*] Scribe, *non satis magnum.* Idem.

5. *Impius sit magis qui ista non faciat, quàm pius qui debitum reddat.*] Turpiter aliquem se jactare, qui tantum fecerit officium suum; pluribus ostendi veterum sententiis, in ludo Discursuum meorum. *Grut.*

6. *Per malam valetudinem.*] Bonus & antiquus auctor dixisset, per valetudinem. sed *malam valetudinem* dicebant, & unica etiam voce, *malevaletudinem.* in actis passionis beati Cypriani manuscriptis, *benevaletudo* pro bona valetudo. *Salmas.*

7. *Vel quòd Hadriano contra omnium studia, &c.*] Ex omnibus quæ adferuntur hic, istam potissimum rationem probo. magnis enim laboribus Pio constitit, ut hæc postrema pietatis officia parenti suo præstaret, cujus memoriam senatus cupiit damnare. cùm igitur studio huic suo pietatis nomen necessariò prætenderet; puto inde illi partum Pii cognomen. Hæc quoque, nisi fallor, caussa est, cur ludos Puteolis in honorem Hadriani à se institutos, Pialia sive Εὐσεβεῖα Pius idem nuncuparit. *Casaubonus.*

8. *Vel quod verè natura clementissimus.*] Romani quem laudatum volebant à clementia, *pium* vocabant. Vulcatius Gallicanus in Avidio Cassio, *Hanc Marci clementiam senatus his acclamationibus profitetur esse: Antonine pie, dii te servent, Antonine clemens, dii te servent.* Idem.

9. *Fœnus trientarium, hoc est minimè usuris exercuit.*] Sapiunt glossemæ hæc, *hoc est minimis usuris.* fortasse inducenda: quæ tamen libri omnes retinent. Trientarium fœnus, sive, usuræ trientes sunt, cùm centesima redigitur ad trientem, & pro centum, non duodena annua, sed quaterna tantùm pendunter. Pii exemplum retulit optimus Alexander: qui *fœnus publicum trientarium exercuit, ita ut pauperibus plerisque sine usuris pecunias daderit.* Idem.

hoc est minimis usuris exercuit, ut patrimonio suo plurimos adjuvaret. Fuit quæstor liberalis, prætor splendidus, [1] consul cum Catilio Severo. Hic in omni vita privata in agris frequentissimè vixit: sed clarus in locis omnibus fuit. Ab Adriano [2] inter quatuor consulares, quibus Italia committebatur, electus est [3] ad eam partem Italiæ regendam in qua plurimùm possidebat, ut Adrianus viri talis & 3 honori consuleret & quieti. Huic quum Italiam regeret, imperii omen factum est. Nam quum tribunal ascendisset, inter alias acclamationes dictum est, *Auguste, dii te servent.* [4] Proconsulatum Asiæ sic egit, ut solus avum vinceret. In proconsulatu etiam sic imperii omen accepit. Nam quum [5] sacerdos fœmina Trallis ex more proconsules semper

1. *Consul cum Catilio Severo.*] Quarto Hadriani anno. *Idem.*

2. *Inter quatuor consulares.*] De his in vita Hadriani. *Idem.*

3. *Ad eam partem Italiæ regendam in qua plurimum possidebat.*] Hadrianus ut Antonini Pii honori consuleret & quieti, cum quattuor consularibus regendam totam Italiam daret, Antonino commisit eam partem Italiæ in qua plurimos agros habebat. Ea videtur esse Campania: nam ibi plurimum possidebat ille, & ibi libenter esse solebat. *Salmas.*

4. *Proconsulatum Asiæ sic egit, ut solus avum vinceret.*] Avus hic quem intelligit, est Pii avus maternus Arrius Antoninus. Ambo proconsules Asiæ fuerunt. & Pius, & avus. De avo illius Proconsule Asiæ, & immortali laude quam inde reportavit, Plinius in epistola ad ipsum Arrium Antoninum. *Quòd semel atque iterum consul fuisti similis antiquis, quòd proconsul Asiæ qualis ante te, qualis post te vix unus aut alter, (non finit enim me verecundia tua dicere, qualis nemo) quòd sanctitate, quòd auctoritate, atate quoque principe civitatis, est quidem venerabile ac pulchrum: ego tamen te vel magis in remissionibus miror.* Ingentem, ut vides, integritatis & prudentiæ famam ex ea provincia reportaverat Arrius: ut non dubitet Plinius omnibus illum anteponere, qui ante ipsum aut post ipsum Asiam rexerant. Hinc cognoscimus cur dicatur Pius à Capitolino, *solus in suo proconsulatu avum vicisse.* Quod Plinii epistolas ad Arrium Antoninum scriptas vir illustrissimus Pio missas putat: id verò temporum ratio manifestissimè revincit. Nam Arrius ille cui Plinius scribebat, senex tum capularis erat, duobus consulatibus, & proconsulatu illo Asiæ multos antè annos functus, otio pridem redditus. scriptæ autem sunt epistolæ illæ à Plinio, sub primos Trajani annos: qua tempestate constat Pium, vix ex ephebis egressum, primos adolescentiæ annos attigisse. *Casaub.*

Proconsulatum Asiæ sic egit.] Hujus proconsulatus meminit Philostratus in Polemone: Ἦρξε μὲν γὰρ, inquit, πάσης ὁμοῦ Κοίλης ὁ Ἀντωνῖνος. Quo in proconsulatu quam moderate clementerque se gesserit fidem faciet suavis & lepida historia quæ apud Philostratum refertur. *Salmas.*

5. *Sacerdos fœmina Trallis.*] Scribe, *Trallibus.* Casaub.

Sacerdos fœmina Trallis.] Nihil variant nostri codices. *Trallis* autem pro *Tralles,*

semper hoc nomine salutaret, non dixit, *Ave proconsul*, sed, [1] *Ave imperator*. [2] Cyzici etiam de simulacro dei ad statuam ejus corona translata est. Et post consulatum in viridario taurus marmoreus, [3] cornibus ramis arboris accrescentibus, appensus est. [4] Et fulgur cœlo sereno sine noxa in ejus domum venit. Et in Hetruria [5] dolia quæ defossa fuerant, supra terram reperta sunt. Et [6] ejus statuas in omni Hetruria [7] examen apum replevit. [8] Et somnio sæpe monitus, [9] se penitus ejus Adriani simulacrum inferere. Proficiscens ad proconsulatum, filiam majorem amisit. De hujus uxore multa

Tralles, vel Τραλλεις, non inusitato metaplasmo. Alias Τραλλεις, populus Illyricus. legi etiam posset, *Tralli*: nam Trallis urbs illa Græce dicitur, Τραλλεις. *Salmas.*

1. *Ave imperator.*] Eadem salutatio à populo Rom. facta, etsi aliud cogitante, omen Trajano fuit imperii: ut in Panegyrico natra: Plinius. *Casaub.*

2. *Cyzici etiam de simulacro Dei.*] *Cyzici* constanter hoc libri. unde & vet. ed. *Citiciæ*. sed omnino *Citici* pro *Cidici*, nam ita scribebant. *Salmas.*

3. *Cornibus ramis arboris accrescentibus, appensus est.*] Cùm esset in viridario taurus marmoreus positus, arbor proxima teneros ramos primùm submisit tauri cornibus: deinde cùm paulatim crescerent, & cornua & ipsum tandem taurum sustuleruut: ut videretur sic appensus cornibus, tanquam aliquod donarium studio & industria dedicantium ibi positum. digna planè res admiratione, & quæ meritò sit habita prodigii loco. *Casaub.*

4. *Et fulgur cœlo sereno, &c.*] Fulgur etiam pro fulmine posuerunt. *Idem.*

5. *Dolia quæ defossa fuerant.*] In horreis dolia defodere moris erat: quod è scriptoribus rei rusticæ, poëtis & jurisconsultis notissimum. *Idem.*

6. *Ejus statuas in omni Hetruria examen apum replevit.*] Examen apum συμβολικῶς populorum multitudinem devotabat. quare hoc portentum futiles augures sic interpretati sunt, quasi omnes gentes in fidem Arrii Antonini, qui postea Pius, se dedituræ essent. *Idem.*

7. *Examen apum replevit.*] Palatinus, *apium*. sic *civitatium*, *hominum* Sallustio. *Salmas.*

8. *Et somnio sæpe monitus se penitus, ejus Adriani simulacrum inferre.*] Optimè ad veritatem emendabat doctissimus Casaubonus: *Penatibus suis Adriani simulacrum inferre.* Sed penates simpliciter, pro ædibus vel domo fere accipiuntur. itàque Deos penates semper addunt, qui de diis volunt intelligi. Palatinus codex habet: *sed penum ejus*, puto sic posse rescribi: *se D. penus*, hoc est compendiosè: *se diis penatibus ejus. ejus* autem pro *suis*: nec mutandum. sic enim alibi loquuntur isti authores. monitus igitur Antoninus inter deos penates suos simulacrum Adriani inferre. *Idem.*

9. *Se penitus ejus Hadriani simulacrum inferre.*] Corruptissima lectio, etiam in veteribus. Legendum censeo, *Et somnio sæpe monitus est, penatibus suis Hadriani simul. inf.* non longè discedimus à lectione edita. sententia verò optima, & ut arbitror certissima. Filii apud Romanos partes mortuos loco numinum colebant: ut ad Suet. observamus. Quare Pius cùm juberetur Hadrianum inter penates suos referre, in spem inducebatur & adoptionis & imperii. Hæc certissima sunt. *Casaub.*

multa dicta sunt [1] ob nimiam libertatem & vivendi facilitatem, quæ iste cum animi dolore compressit. Post proconsulatum, in consiliis Adriani Romæ frequens vixit, [2] de omnibus quibus Adrianus consulebat, mitiorem [3] sententiam semper ostendens. Genus sanè adoptionis tale fertur: Mortuo Ælio Vero quem sibi Adrianus adoptaverat & Cæsarem nuncupaverat, dies senatus habebatur. [4] Eò Arrius Antoninus soceri vestigia levans venit, atque idcirco ab Adriano dicitur adoptatus: quæ causa sola esse adoptionis nec potuit omnino nec debuit, maximè quum & semper rempub. bene egisset Antoninus, & in proconsulatu se sanctum gravemque præbuisset. [5] Ergo quum eum Adrianus adoptare se velle publicasset, acceptum est spatium deliberandi utrum arrogari ab Adriano vellet. Adoptionis lex hujusmodi data est: ut quemadmodum Antoninus ab Adriano adoptabatur, ita sibi ille adoptaret M. Antoninum fratris uxoris suæ filium, & L. Verum, Ælii Veri qui ab Adriano adoptatus fuerat, filium, qui postea Verus Antoninus est dictus. Adoptatus est v. Calend. Martias die, in senatu gratias agens quòd de se ita sensisset Adrianus: [6] factusque est patri & in imperio proconsu-

1. *Ob nimiam libertatem facilitatemque vivendi.*] *Libere vivere* dicuntur qui genio indulgent suo, lætamque & hilarem in voluptatibus degunt vitam. & hæc libertas vivendi appellatur, quam alibi licentiorem vitam appellat & liberam. & hoc sensu *vindicata libera* dicebatur Heliogabalo, quam libere licenterque, hoc est jocosè atque hilare transigerent. ita Græci ἱλαροβίους vocant homines amatores & delicioſe viventes. sic ἱλαροβιάσθαι dicebant pro hilaritate, & jocosa vita. unde ἱλαροβιαζεσθαι, ridere, & hilarem se præbere. *Salmas.*

2. *De omnibus de quibus Hadrianus consulebat, mitiorem sententiam semper ostendens.*] Nemini istud umquam virio fuit, sed laudi; ut palam feci productis exemplis ad illa Taciti de M. Lepido: *Pleraque à sævis adulationibus aliorum in melius deflexit.* Grut.

3. *Sententiam semper ostendens.*] Græcum est, γνώμην ἀποφαίνων. *Casaub.*

4. *Eò Arrius Antoninus, soceri vestigia levans, venit.*] Alii genitorem ajunt fuisse, non socerum. *vestigia levare*, venustè, pro ingredientem sublevare manu, & ὑποβαστάζειν. *Idem.*

5. *Ergo cum quum Hadrianus.*] *Ergo quumcum Hadrianus adoptare se velle publicasset.* ita Pal. *Salmas.*

6. *Factusque est patri & in imperio proconsulari, &c.*] Inter principatus titulos & proconsulatus fuit, & tribunitia potestas. Exemplum jam inde ab Augusto: estque apud Dionem utriusque dignitatis origo diligenter expositа. Græci pro-

consulari & in tribunitia potestate collega. Hujus primum hoc fertur, quòd [1] quum ab uxore argueretur [2] quasi parum nescio quid suis largiens, dixerit, *Stulta, postea quam ad imperium transivimus, & illud quod habuimus ante perdidimus.* [3] Congiarium militibus ac populo de proprio dedit, & ea quæ pater promiserat. Et ad opera Adriani plurimùm contulit: & aurum coronarium, quod adoptionis suæ causa oblatum fuerat, Italicis totum, [4] medium provincialibus reddidit. [5] Et patri, quoad vixit, religiosissimè paruit. 5 Sed Adriano apud Baias mortuo, [6] reliquias ejus Romam pervexit sanctè ac reverenter, [7] atque in hortis Domitiæ collocavit: etiam repugnantibus cunctis, inter divos eum retulit. [8] Uxorem Faustinam, *Augustam* appellari à senatu per-

ci proconsulare imperium modò τὸν δεύτερον τῶν ὑπάτων nominant, modò τὸν τῶν ὑπάτων ἡγούμενον. *Casaub.*

1. *Quum ab uxore argueretur quasi parum nescio quid suis largiens.*] Haud scio quam bene hæc conveniant cum Antonini responso. Arguitur ab uxore Antoninus quasi parum largiens suis: respondet ille, postquam ad imperium venerint, & illud quod ante habuerant, perdidisse. quorum verborum vim mentemque non capio, & facile mihi persuadeo legendum esse: *Quum ab uxore argueretur quasi earum nescio quid suis largiens*, vel *rarum*. Nescio quid earum, rem nescio quam multi pretii. & huic lectioni optime respondet dictum Antonini, quo negavit quicquam se proprium jam habere, sed omnia amisisse, quæ habuerit, priusquam ad imperium transiret. *Salmas.*

2. *Quasi parum nescio quid suis largiens.*] Aliis verbis de Marco idem Capitolinus: *Erat haud secus rei suæ quam in privata domo parcus ac diligens, pro instituto patrio volens agere, dicere, cogitare.* Casaub.

3. *Congiarium militibus ac populo.*] Sequitur non longè, *Congiarium populo dedit, militibus donativum addidit.* Sive eadem est liberalitas, sive alia, mirum est cur maluerit hanc historiam separatis locis ponere, quàm unà & semel. *Idem.*

4. *Medium provincialibus reddidit.*] Novè, *medium*, pro cujusvis rei dimidio. *Idem.*

5. *Et patri quoad vixit religiosissimo paruit.*] Palatinus: *& patri cum advixit.* Lege, *& patri dum advixit. advivere* pro simplici vivere. *Salmas.*

6. *Reliquias ejus Romam pervexit sanctè & reverenter.*] Exemplo Tiberii & Caligulæ: de quibus Suetonius lib. II. cap. C. & IV. cap. XIII. *Casaub.*

7. *Atque in hortis Domitiæ collocavit.*] Hortorum Domitiæ meminit Victor in regione urbis XIV. & Vopiscus in Aureliano. *Collocare* hic cave accipias pro condere aut sepelire: id enim significat quod Græcis κατατίθεσθαι de mortuis: cùm eos lugendos laudandosque in vestibulo domus exponebant. Nam similiter Hadriani reliquiæ in his hortis sunt expositæ, ut illas pop. Rom. inspiceret ac veneraretur, priusquàm in sepulcrum sive Hadriani molem inferrentur. *Idem.*

8. *Uxorem Faustinam Augustam appellari à senatu permisit.*] Numisma antiquum, FAVSTINA AVGVSTA. LAETITIA. S. C. Et in alio, FAVSTINA AVG.

permisit: Pii appellationem recepit. Patri & matri atque avis & fratribus jam mortuis, statuas decretas libenter accepit. Circenses natali suo dicatos non respuit,[1] aliis honoribus refutatis.[2] Clypeum Adriano magnificentissimum posuit, & sacerdotes instituit. Factus imperator, nulli eorum quos Adrianus provexerat, successorem dedit.[3] Fuitque ea constantia ut septenis & novenis annis in provinciis bonos præsides detineret.[4] Per legatos suos plurima bella gessit.[5] Nam & Britannos per Lollium Urbicum legatum vicit,[6] alio muro cespititio submotis barbaris ducto:[7] & Mauros ad pacem postulandam coëgit: & Germanos

ANTONINI AVG. PII. P. P. CONCORDIA. *Idem.*

1. *Aliis honoribus refutatis.*] *Refutare* etiam apud Ciceronem sæpe pro ἀποστρέφεσθαι & ἐκβάλλειν. hic mollius, pro non admittere, ἀποδοκιμάζειν. *Idem.*

Aliis honoribus refutatis.] *Refutare honores* pro non recipere. sic nummos *refutare*, Solino. *Salmas.*

2. *Clypeum Hadriano magnificentissimum.*] Genus honoris frequens & notum. vide Pollionem in Claudio. *Casaubonus.*

3. *Fuitque ea constantia, ut septenis.*] Appellat constantiam τὸ βέβαιον Pii, & animum bonæ spei plenum: qui illud non metueret, ne præsides provinciarum capti imperandi consuetudine longi adeò temporis, res novas molirentur. difficillimum est enim, ut æquo animo sub legibus vivant, assueti diuturnis imperiis. *Idem.*

Fuitque ea constantia.] Constantiam hèic simpliciter accipimus, animi propositum certum fixumque, quod demutari non potest flectique, quin obtineat quod semel decrevit. Hanc ergo constantiam tenuit in detinendis bonis præsidibus Antoninus, nec sibi persuaderi sivit ut daret successores illis quos bene gerere remp. comperisset. sic constantiam sumit in Marco Antonino: *Sane quantivis esset constans, erat etiam verecundus.* Constantiam opponit verecundiæ: verecundus enim qui animi quadam imbecillitate, & frontis teneritudine nihil potest negare. constans contra, qui mores suos tenet, nec facile mutatur. *Salmas.*

Fuitque ea constantia, ut septenis & novenis annis in provinciis bonos præsides detineret.] Ita & de Tiberio Tacitus libro 1. Annal. cap. 80. *Grut.*

4. *Per legatos suos plurima bella gessit.*] Pausanias in Arcadicis: Antoninus prior, inquit, ultro quidem bellum nemini unquam intulit: lacessitus verò hostes validè repulit, & res magnas gessit. deinde subjicit eruditus ille scriptor præcipua rerum hujus Pii. *Casaub.*

5. *Nam & Britannos per Lollium Urbicum legatum vicit.*] Brigantas populum Britanniæ magnis cladibus à Pio fuisse affectum testis Pausanias. in nummis tamen non Brigantico, sed BRITANNICVS appellatur. *Idem.*

6. *Alio muro cespititio submotis barbaris ducto.*] Respicit priorem illum murum, qui ab Hadriano fuerat exstructus. *Idem.*

7. *Et Mauros ad pacem postulandam coëgit.*] Pausanias, qui ferè solus belli hujus memoriam nobis conservavit, de pace nihil: sed hoc solum, fugatos Mauros, & in ultimum Africæ angulum, ubi mons Atlas, fuisse compulsos. *Idem.*

manos & Dacos & multas gentes atque Judæos rebellantes contudit per præsides ac legatos. In Achaia etiam atque Ægypto [1] rebelliones repressit. Alanos molientes sæpe re- 6
frenavit: [2] procuratores suos modestè suscipere tributa jussit: excedentes modum, rationem factorum suorum reddere præcepit: [3] nec unquam lætatus est lucro quo provincialis oppressus est. [4] Contra procuratores suos conquerentes libenter audivit. His quos Adrianus damnaverat, in senatu indulgentias petiit, [5] dicens, etiam ipsum Adrianum hoc fuisse facturum. [6] Imperatorium fastigium ad summam civilitatem deduxit. [7] Unde plus crevit recusantibus aulicis ministris, qui illo nihil per internuntios agente,

1. *Rebelliones repressit.*] Τὰς ἀποστασίας. accipio enim ut in epistola Faustinæ ad Marcum, *Horter, ut si amas liberos, tuos istos rebelliones acerrimè profliguarie.* Idem.

2. *Procuratores suos modestè suscipere.*] Bis particulam, &, interserunt hæc veteres libri: *Procuratores suos & modestè suscipere tributa jussit & excedentes modum rationem factorum suorum reddere præcepit.* Salmas.

3. *Nec unquam lætatus est lucro.*] Adde, *ullo*, ex veteribus. *Idem.*

4. *Contra procuratores suos conquerentes.*] Contra, non est ἐπὶ & ἐναντίως, ut sæpe sumitur, pro è contrario: sed *conqueri contra aliquem* dixit, pro de aliquo. *Casaub.*

5. *Dicens etiam ipsum Hadrianum hoc fuisse facturum.*] Si convaluisset, & à furore fuisset liberatus. Refero enim ad narrationem memorabilem quæ Lampridio narratur in Alagabalo: *Ex eo emollitam Hadriani insaniam ferunt, per quam multos senatores occidi jusserat: quibus servatis Antoninus Pii nomen meruit, quòd eos post ad Senatum adduxit, quos omnes jussu principis interfectos credebant.* Refertur & ab Aurelio Victore in extremo Hadriano. *Idem.*

6. *Imperatorium fastigium ad summam civilitatem deduxit: unde plus crevit.*] Sic necesse est. arguitè Plinius Panegyr. ad Trajanum, cap. 71. *Cui nihil ad augendum fastigium superest, hic uno modo crescere potest, si se ipse submittat, secutus magnitudinis suæ.* Grut.

7. *Unde plus crevit, recusantibus aulicis ministris.*] Scribendum: *Imperatorium fastigium ad summam civilitatem deduxit, unde plus crevit: recusantibus aulicis ministris, qui &c.* quo civiliorem se, inquit, exhibebat Pius, eò plus illi reverentiæ præstabatur. *aulici ministri* sunt fumorum venditores. *recusare κατὰ ἀντίφρασιν* pro indignari, & ferre aliquid impatienter. *Casaub.*

Unde plus crevit recusantibus aulicis ministris.] Optime distinguunt, *unde plus crevit*, eruditissimi viri. referendum enim ad fastigium quod sic magis crescebat, quo magis ad civilitatem deducebatur. sed illud, *recusantibus aulicis*, non est, indignantibus, sed ἀποτρεπομένοις & repellentibus eos qui sua opera uti vellent, cum nihil possent, sed ipse omnia ageret sciretque Antoninus, nihilque internuntiorum ministerio nec per aulicos curaret. ut dicam tamen quod sentio, legendum mihi videtur, *recusatis aulicis ministris*, id est rejectis & ab illo ministerio quod prius obibant sub aliis imperatoribus, repulsis: cum scilicet per internuntios agerentur omnia. *recusare* autem est παραιτεῖσθαι. ut hoc *recusare aulicos*, sic Tertulliano,

agente, nec terrere poterant homines aliquando, nec ea quæ occulta non erant vendere. Senatui tantùm detulit imperator [1]quantum quum privatus esset deferri sibi ab alio principe optavit. Patris patriæ nomen delatum à senatu, quod primò distulerat, cum ingenti gratiarum actione suscepit. Tertio anno imperii sui Faustinam uxorem perdidit: [2]quæ à senatu consecrata est, [3]delatis circensibus atque templo, [3]& flaminicis & statuis aureis atque argenteis: quum etiam ipse hoc concesserit [4]ut imago ejus cunctis circensibus poneretur. [5]Statuam auream delatam à senatu positam suscepit. M. Antoninum quæstorem, consulem petente senatu creavit. Annium Verum, qui postea dictus est Antoninus, ante tempus quæstorem designavit: [6]neque de provinciis neque de ullis actibus quicquam constituit [7]nisi quod priùs ad amicos retulit: [8]atque ex eorum sententia formas composuit. [9]Visus est sanè ab amicis, & cum

tulliano, *recusare annos*, hoc est deponere & exuere. infra, *recusare remp.* est dimittere gubernacula reip. ita hoc loco recusare aulicos ministros dicitur Imperator, qui per illos adiri non vult reliquorum more imperatorum, sed ipse civiliter cum omnibus, absque interruntiorum opera, conversatur & colloquitur. *Salmas.*

1. *Quantum quum privatus esset deferri sibi ab alio principe optavit.*] Metius Falconius Nicomachus in ea oratione quam habuit in senatu postquam Tacitus factus esset imperator: *Omnia seria, cuncta gravia, & quasi ipsa respublica jubeat, auguranda sunt: scit enim qualem sibi principem semper optaverit: nec potest aliud nobis exhibere, quàm quod ipse desideravit & voluit.* Casaub.

2. *Quæ à senatu consecrata est.*] Multi nummi testantur: ut hic, DIVA. FAVSTINA. PIA. SIDERIBVS. RECEPTA. S.C. *Idem.*

3. *Et flaminicis.*] Extat vetus inscriptio hæc:

SÆNIÆ. CN. FIL.
BALBILLÆ
SACERDOTI. DIVÆ
FAUSTINÆ. DECURI
ONES. ÆRE. COLLA
TO. OB. MERITA. EJUS.

Idem.

4. *Ut imago ejus cunctis Circensibus poneretur.*] Notum honoris genus ex Suetonio, & iis quæ ad illum observamus libro primo, cap. LXXVI. *Idem.*

5. *Statuam auream delatam à senatu positam suscepit.*] Potest abesse τὸ *positam*. imò fortasse debet. *Idem.*

6. *Neque de provinciis, neque de ullis actibus.*] Regius hoc tantùm, *Neque de ullis actibus.* Idem.

7. *Nisi quod priùs ad amicos retulit.*] Bonus Latinitatis auctor dixisset: *Nec, de provinciis neque de ullis actibus quicquam priùs constituit, quam ad amicos retulisset.* Salmas.

8. *Atque ex eorum sententia formas composuit.*] Principum constitutiones, formas vocarunt. *Casaub.*

9. *Visus est sanè ab amicis & cum privatis vestibus.*] Poterat intelligi de toga communi, quæ nihil differret à toga senatoria, aut cujuscunque etiam è civibus

cum privatis vestibus, & domestica quædam gerens. Tanta sanè diligentia subjectos sibi populos rexit,[1] ut omnia & omnes, quasi sua essent, curaret. [2] Provinciæ sub eo cunctæ floruerunt. Quadruplatores extincti sunt. Publicatio bonorum rarior quàm unquam fuit, [3] ita ut unus tantùm proscriberetur affectatæ tyrannidis reus, [4] hoc est, Attilius Tatianus senatu puniente, à quo conscios requiri vetuit, [5] filio ejus in omnibus semper adjuto. Periit & Priscianus reus affectatæ tyrannidis, sed morte voluntaria. De qua conjuratione quæri vetuit. Victus Antonini Pii talis fuit, ut esset opulentia sine reprehensione, parsimonia sine sordibus, & mensa ejus per proprios servos, proprios aucupes, piscatores & venatores instrueretur. [6] Balneum quo usus fuisset, sine mercede populo exhibuit: [7] nec omnino quic- 7

vibus Romanis. Verùm quia sequitur, *& domestica quædam gerens*, sic accipiendum, ut Pius ne togatus quidem domi ab amicis fuerit visus; sed solùm tunicatus, aut, si fortè, propter frigus pænulatus. Privatæ vestes igitur sunt, qualibus domi homines privati utebantur. *Idem.*

1. *Ut omnia & omnes, quasi sua essent, curaret.*] Scribe cum Roberto Bonon. *ut omnes & omnia.* Illud *quasi sua essent*, videtur ei contrarium, quod de Hadriano alibi scriptum, sæpe illum in senatu dixisse, *Ita se Remp. gesturum, ut sciret populi rem esse, non propriam.* Idem.

Ut omnia & omnes quasi sua essent.] Nihil mutant veteres libri, nec sane quicquam mutandum. *Salmas.*

Ut omnia & omnes, quasi sua essent curaret.] Collegimus huc pertinentia multa ad illa Othonis ad prætorianos milites: *Minore avaritia aut licentia grassatum esset Titus Vinius, si ipse imperasset. nunc & subjectos nos habuit, tanquam suos; & viles, ut alienos.* libro 1. Hist. Taciti cap. 37. f. *Grut.*

2. *Provinciæ sub eo cunctæ floruerunt.*] Aurelius Victor prudenter & verè de hoc Pio: *Plane docuit*, ait, *eo demum fortunatas urbes fore, si regna sapientia sint:* alludens dictum Platonis. *Casaub.*

3. *Ita ut unus tantùm proscriberetur.*] Atqui plures fuerunt sub Pio affectatæ tyrannidis rei: in his ille Celsus, de quo Faustina in epistola ad Marcum. *Idem.*

4. *Hoc est Attilius Tatianus.*] Alii libri, *Titianus.* periit pridem hæc omnis historia apud Dionem: neque est unde jacturam sarcias. *Idem.*

Hoc est, Attilius Tatianus.] Palatinus & vet. ed *Atilius Titianus.* Salmas.

5. *Filio ejus in omnibus semper adjuto.*] *Ad omnia semper adjuto.* Pal. & editio Mediol. *Idem.*

Filio ejus in omnibus semper adjuto.] Insignis profecto clementia. sic & de Augusto erga M. Antonii filium Vellejus lib. 11. cap. 100. *Grut.*

6. *Balneum quo usus fuisset, sine mercede populo exhibuit.*] Hoc vult: Pium lavisse publicè, sive in publicis balneis, ut de Hadriano dictum: sed ad balneas suo sumtu paratas & calefactas, postquam ipse exiisset, populum gratis admisisse. *Casaub.*

Balneum quo usus fuisset, sine mercede populo exhibuit.] Palatinus non agnoscit illud *sine.* Grut.

7. *Nec omnino quicquam de vita pri-*

no quicquam de vitæ privatæ qualitate mutavit. Salaria multis subtraxit, quos otiosos videbat accipere, dicens, [1] *Nihil esse sordidius, imò crudelius, quàm* [2] *si remp.* [3] *ii arroderent qui nihil in eam suo labore conferrent.* [4] Unde etiam Mesomedi lyrico salarium imminuit. [5] Rationes omnium provincialium apprimè scivit & vectigalium. [6] Patrimonium privatum in filiam contulit: [7] sed fructus reipub. donavit.

[1] Spe-

vitæ qualitate mutavit.] In Hadriano: *Omnia denique ad privati hominis modum fecit.* Casaub.

1. *Nihil esse sordidius, imò crudelius.*] Quæri potest, quàm bene vox *sordidius* hic conveniat: est enim magnificentiæ propius quàm sordibus, multos pascere: quod ante omnia caviſſe Hadrianum superiore libro dictum. Illud vero Alexandri Severi planè divinum dictum: *Nefas est, ut dispensator publicus in delectationes suas & suorum convertat id quod provinciales dederint.* Idem.

2. *Si Rempublicam ii arroderet, qui nihil in eam suo labore conferret.*] Ita etiam præter Regium codicem, membranæ Palatinæ; non, *ii arroderent qui nihil in eam suo labore conferrent*, ut retro vulgati. *Grut.*

3. *Ii arroderent.*] Regius, *ii arroderet*, &, *conferret.* Casaub.

4. *Unde etiam Mesomedi lyrico salarium immunuit.*] Lyricus poëta fuit, natione Cretensis, magnæ temporibus illis famæ. *Idem.*

Unde etiam Mesomedi lyrico.] Hujus lyrici poëtæ etiam hodie extat inter veterа epigrammata carmen Anacreonticum de vitro, quod in Trochaicos numeros redegerunt Critici malo facinore & exemplo. sic enim restituendum, ut lyrici videatur esse.

Τὸν ὕαλον σκόμιζε
Κόψας ἐγχαίτης ἀνήρ.
Εἰς ἢ πῦρ ἔθηκε βαλὼν
Ὡς σίδηρον δόδυπτε.
Αἱ δ' ὑαλοι εἶτα κηρὸς
Ἐξιχνεῦτο παμφάγοις
Ἅλοξιν ἐκπυρούμεναι.

Θαῦμα δ' ἦν ἰδεῖν βροτοῖς
Ὁλκὸν ὡς πυρὸς ῥέουσα,
Καὶ τ' ἐγχάραξιν πεφυκυῖα
Μὴ πιστὸν ἀμφιλαφῆ.
Εἰς ἢ δ' ἀπήλυσεν ἀκμαὶ
Χειλέων ἔθηκε βάλων. *Salmas.*

5. *Rationes omnium provincialium apprimè scivit.*] Reg. vocem *omnium* non agnoscit: Faber mutandam censebat in *onerum.* Prima editio, *Rationes provinciarum.* rectè. sed possumus & vulgatam ferre. *omnium provincialium* dixerit, pro omnium redituum & commodorum quæ ex provinciis ad Remp. pervenire solent. referendum autem hoc ad imperii rationarium. *Casaub.*

Rationes omnium provincialium.] Quomodo potuit Antoninus omnium provincialium rationes scire? vetus editio cum Palatino legunt: *Omnium provinciarum rationes apprime scivit.* Publicas rationes dixit Spartianus in Hadriano: *Omnes publicas rationes ita complexus est ut domum privatam quivis paterfamilias diligens non satis novit.* Salmas.

6. *Patrimonium privatum in filiam contulit.*] Non dicit utrum donatione inter vivos, an mortis caussa facta. infrà de Pio suprema ordinante scribit: *Privatum patrimonium filiæ reliquit.* Casaub.

7. *Sed fructus reip. donavit.*] Videbatur magis rationi consentaneum, ut contrarium fieret: fructus, inquam, filiæ donaret: proprietatem verò Reipublicæ. Faustina sanè quid ex iis prædiis, quorum ususfructus ad Remp. pertineret, commodi potuerit percipere, præter aliquam fortasse oblectationem, non video. *Casaub.*

1. Spe-

[1] Species imperatorias superfluas & prædia vendidit: & in suis propriis fundis [2] vixit variè ac pro temporibus: [3] nec ullas expeditiones obiit nisi quòd ad agros suos profectus est & ad Campaniam, dicens, *grávem esse provincialibus comitátum principis etiam nimis parci:* & tamen ingenti autoritate apud omnes gentes fuit, quum in urbe [4] propterea sederet, [5] ut undique nuntios, medius ut pote, citiùs [6] posset accipere. Congiarium populo dedit, militibus donativum addidit. Puellas alimentarias in honorem Faustinæ, Faustinianas constituit. [7] Opera ejus hæc extant Romæ, Templum Adriani honori patris dicatum, [8] Græco-stadium post incendium restitutum, instauratum amphitheatrum, sepulcrum Adriani, templum Agrippæ, pons sublicius, [9] phari restitutio, Cajetæ portus, [10] Tarracinensis portus restitutio, [11] lavacrum Ostiense, Antiatum aquæ ductus,

[1] templa

1. *Species imperatorias superfluas, &c.*] Vide ad Marcum. *Idem.*

2. *Vixit variè ac pro temporibus.*] An tempora Reip. dicit? an tempora anni? nam pro tempore anni, aliter diem disponebant, & totam vitæ rationem mutabant. Lege Plinii epistolas XXXVI. & XL. libri noni. *Idem.*

3. *Nec ullas expeditiones obiit, &c.*] Profectiones principis ab Urbe, appellat Capitolinus *expeditiones*, hoc est, στρατείας: respiciens ad eam quæ dicebatur militia Palatina. *Idem.*

4. *Propterea sederet.*] Reg. *resideret.* Idem.

5. *Ut undique nuntios, medius, &c.*] Faber, locum hunc, ita censebat scribendum, *ut undique nuntios medius posset accipere.* Nos, mutata distinctione, ita scribimus: *ut undique nuntios (medius ut pote) citiùs posset accipere.* Appellat medium, qui in medio imperio sedeat: regia videlicet urbe, & capite imperii, Roma: quam undique longè lateque diffusæ provinciæ in orbem cingebant. *Idem.*

Ut undique nuntios medius, ut pote, citius posset accipere.] Vera est distinctio quam adhibet vir eruditissimus: *Ut undiquè nuntios, medius ut pote, citius posset accipere.* Salmas.

6. *Posset accipere.*] Ad oram adscriptum habebat Pal. *anticipare* pro accipere. *Idem.*

7. *Opera ejus extant Romæ.*] Distingue: *Opera ejus hæc extant. Romæ, &c.* Casaub.

8. *Græcostadium.*] Græcostasis dicitur aliis. *Idem.*

9. *Phari restitutio, Cajetæ portus.*] Malim uno spiritu hæc legere, *Phari restitutio Cajetæ portus.* ut non diversa opera duo denotentur, sed unicum. Phari tempore Plinii duo tantùm videntur fuisse in Italia, Puteolis & Ravennæ, postea plures sunt factæ. *Idem.*

10. *Tarracinensis portus restitutio.*] Cajetano & Tarracinensi poterat adjicere Puteolanum, sive coloniæ Flaviæ. quem à Pio fuisse ornatum novis munitionibus pilarum vice, testatur hodieque veteris inscriptionis fragmentum. *Idem.*

11. *Lavacrum Ostiense.*] Reg. *lavatorium Ostiense.* vox sequioris seculi lecta nobis & alibi. *Idem.*

templa Lanuviana. Multas etiam civitates adjuvit pecunia, ut opera vel nova facerent, vel vetera restituerent: ita ut & magistratus adjuvaret, & senatores urbis ad functiones suas. Hereditates eorum qui filios habebant, repudiavit. Primus constituit ne pœnæ causa legatum relictum maneret: successorem viventi bono judici nulli dedit, nisi Orphito præfecto urbi, sed petenti. Nam Gavius Maximus præfectus prætorii usque ad XX. annum sub eo pervenit, vir severissimus, cui Tatius Maximus successit. In cujus demortui locum duos præfectos substituit, Fabium Repentinum & Cornelium Victorinum. Sed Repentinus famosa voce percussus est quòd per concubinam principis ad præfecturam veniisset. Usque adeo sub eo nullus percussus est senator, ut etiam parricida confessus in insula deserta poneretur, quia vivere illi naturæ legibus non licebat. Vini, olei, & tritici penuriam per ærarii sui damna emendo

1. *Templa Lanuviana.*] Regius, *Lavinia*: ita passim ubique Lavinium & Lanuvium invicem permutantur. *Idem.*

2. *Primus constituit ne pœnæ causa legatum relictum maneret.*] Qui pro *maneret* corrigunt *valeret*, errant, nec locutionibus jurisconsultorum aures habent satis tritas. Pœnæ nomine inutiliter legari discimus ex legibus multis quà Digestorum, quà Codicis: sed quod hic observat Capitolinus, primum fuisse Pium, qui hoc jus sanciret, neque in Digestis, opinor, neque in Codice, neque alibi usquam legas. *Idem.*

3. *Nisi Orphito præfecto urbi.*] Videtur esse L. Cornelius Scipio Orphitus, qui sub Pio consul fuit. ejusdem gentis alter fuit Orphitus Marco principe consul cum Rufo, qui Orphitiano SCto nomen dedit. *Idem.*

4. *Gavius Maximus.*] Vetus lapis, C. GAVIVS. C. F. STRABO. MAXIMVS. COS. *Idem.*

5. *Sed Repentinus famosa voce percussus est.*] Omnes legunt: *sed Repentinus famosa percussus est.* ita nostri. fortasse sentiendum, *famoso. famosis* dicebant simpliciter cum subintelligerent libellos: vel *famosa*, subintelligendo scripta. quidni & *famosas*? ut cantiones & cantilenas ad aliquem infamandum compositas & publice cantatas subaudiamus. *famosam vocem* heic nullo modo probare possum. *Salmas.*

6. *Famosa voce percussus est.*] Non probo Regiam & Politiani lectionem, *famoso percussus est.* Sic apud M. Tullium *percutere cogitatione.* Casaub.

Famosa voce percussus est.] Pal. non habet *voce* nisi à manu recentiori: adeo ut inclinet ea lectio ad Politiani & Regii codicis scripturam, *famosi percussus est.* si quid tamen mutandum, malim deleto *voce*, retineri *famosa*, ut subintelligatur vel *voce* vel *fama*, vel aliud quid simile. nam & infra in *M. Antonino*, cap. 3. ponitur abstracte *Imperatoriam*, item in Vero, cap. 6. *Tiberiman*: denique in Opilio, cap. 2. *privatas curare.* Grut.

7. *Per ærarii sui damna.*] Κυρολογία. nam *damnum* est ἀναλίσκειν. at *ærarium* pro fisco principis, ἀκτήματος. *Casaubonus.*

1. Tum

emendo & gratis populo dando, ſedavit. Adverſa ejus 9
temporibus hæc provenerunt: Fames de qua diximus, circi
ruina, [1] terræmotus, quo Rhodiorum & Aſiæ oppida con-
ciderunt: quæ omnia mirificè inſtauravit. Et Romæ in-
cendium, quod trecentas quadraginta inſulas vel domos
abſumpſit. Et Narbonenſis civitas, & Antiochenſe oppi-
dum, & Carthaginenſe forum arſit. Fuit & inundatio Ti-
beris. Apparuit & ſtella crinita. Natus eſt & biceps puer,
[2] & uno partu mulieris quinque pueri editi ſunt. Viſus eſt
in Arabia jubatus anguis major ſolitis, qui ſe à cauda me-
dium comedit. Lues etiam in Arabia fuit. Hordeum in
Mœſia in culminibus arborum natum eſt. Quatuor præ-
terea leones manſueti, ſponte ſe capiendos in Arabia præ-
buerunt. [3] Pharaſmanes rex ad eum Romam venit, pluſ-
que illi quàm Adriano detulit. [4] Pacorum regem Ladis
dedit. Parthorum regem ab Armeniorum expugnatione
ſolis literis repulit. [5] Abgarum regem ex orientis partibus
[2] ſola

1. *Terræ motus, quo Rhodiorum & Aſiæ oppida conciderunt.*] Regius, *Corinthiorum.* Dio ſuadeat *Cyzicenorum.* ſed pars maxima librorum ſtat ab edita lectione. *Idem.*

2. *Et uno partu mulieris quinque pueri editi ſunt.*] Ego ſuſpicor hic commiſſum eſſe anachroniſmum, & lapſum memoria Capitolinum. nam videtur Sarapias intelligi, quæ uno fœtu quinque enixa liberos, miſſa eſt Alexandria ad Hadrianum, non autem ad Pium. Magis in hoc genere mirandum eſt, quod apud Euſtathium memini legere narrat ille paulò ante memoriam ſuam factum, ut illuſtris cujuſdam viri uxor uno partu pueros novem ederet: quorum ſeptem cùm mater ſubmergendos miſiſſet, eos pater, caſu interveniens, ſervaviſſam penè fluitantes. Gephyros inde eſſe appellatos, à loco ubi fuerant, niſi adfuiſſet θεὸς ἀπὸ μηχανῆς, perituri. *Casaubonus.* *Idem.*

3. *Pharaſmanes rex.*] Hiberorum. *Idem.*

4. *Pacorum regem Ladis dedit.*] Scribe, *Lazis.* hujus populi nomen, variè corruptum in Latinis codicibus, ex Græcis ſcriptoribus ubique ſic reſtituendum. Nuperæ Ptolemæi tabulæ *Zalas* perperam nominant: in Græco exemplari rectè Λαζῶν: quanquam alii Λαζοὺς potiùs dicunt. gens Scythica, quæ Colchorum ditionem inſedit. *Idem.*

Pacorum regem Ladis dedit.] *Ladis* in *Lazis* mutant eruditiſſimi viri, ſed nihil neceſſe. *Ladi* enim ſunt Lazi, ſcribendi more tunc temporis uſitato. *d*, pro *z*. ſic *Cadices* pro *Cyzices*, ſupra notabamus. ſic *orydia* pro *oryza*, *Trapedia* pro *Trapezia*. ſic *ſibadia ſacra* Arnobio, quæ Σαβάζια Græcis dicuntur. *Salmaſius.*

Pacorum regem Ladis dedit.] Pal. *Ladiis.* non dubium eſt quin reponi debeat *Lazis.* Grut.

5. *Abgarum regem ex orientis, &c.*] Familiare nomen regulis Orientis Abgarus, vel ut plures Græcorum ſcribunt Ἀῦγαρος. minùs rectè alii libri *Abgarum.*

[1] sola autoritate deduxit. [2] Causas regales terminavit. [3] Sellam regiam Parthorum regi repetenti, quam Trajanus ceperat, pernegavit. [4] Rimethalcen in regnum Bosphoranum, [5] audito inter ipsum & curatorem negotio, remisit. [6] Olbiopolitis contra Tauroscythas in Pontum auxilia misit: & Tauroscythas usque ad dandos Olbiopolitis obsides vicit. Tantum sanè autoritatis apud exteras gentes nemo habuit, quum semper amaverit pacem, eo usque ut Scipionis sententiam frequentarit, qua ille dicebat, [7] *Malle se unum civem servare, quàm mille hostes occidere.* [8] Menses Septembrem atque Octobrem, [9] Antonianum atque Faustinianum appellandos decrevit senatus, sed id Antoninus respuit. Nuptias filiæ suæ Faustinæ, quum Marco Antonino eam conjungeret, usque ad donativum militum celeberrimas fecit. Verum Antoninum post quæsturam consulem

garus. Ferè qui leguntur Abgari, Edessæ toparchæ fuerunt. Sed & Persidis rex quidam Abgarus Spartiano nuncupatur in Severo. *Casaub.*

1. *Sola autoritate.*] Hinc illa sunt Victoris junioris: *Orbem terræ nullo bello per annos viginti tres autoritate sola rexit.* Idem.

2. *Causas regales terminavit.*] Victor idem, *Adeò trementibus cum atque amantibus cunctis regibus, ut parentem seu patronum magis quàm dominum imperatorumve reputarent.* Quod ambitiosè ait Victor de cunctis regibus, verius interpreteris tu de regulis aliquot Orientis populorum, qui suos illa tempestate reges habuerunt; sed ferè ex imperatoris Rom. ordinatione. *Idem.*

3. *Sellam regiam Parthorum.*] Promissam ab Hadriano, ut scribit Spartian. *Idem.*

4. *Rimethalcen in regnum Bosporanum.*] Variè depravatum hoc nomen in regio & aliis. etiam Græci reges illorum tractuum plures appellant Ῥοιμητάλκας, sive Ῥοιμητάλκους. *Idem.*

5. *Audito inter ipsum & curatorem.*] Scrib. *& procuratorem.* Idem.

6. *Olbiopolitis contra Tauroscythas in Pontum auxilia misit.*] Olbiopolitæ Græci erant aut certè Græcis mixti: Tauroscythæ barbari, vel Scythæ, vel Gothi, sive Getæ: à quibus etiam Borysthenem civitatem fuisse habitatam auctor est Dio Chrysostomus, qui omnia illa loca lustraverat. *Idem.*

7. *Malle se unum civem servare.*] Hinc ille tantus honos civicæ præ exteris coronis. *Idem.*

8. *Menses Septembrem atque Octobrem, Antoninianum atque Faustinianum.*] Immo *Antoninum & Faustinum.* Antoninus enim mensis & Faustinus ab Antonino & Faustina, sicut Julius à Julio, Augustus ab Augusto: non Augustanus nec Julianus. *Salmas.*

Menses Septembrem atque Octobrem, Antoninum atque Faustinum, &c.] Sic libuit rescribere, suasu exemplaris Palatini; eò quidem libentius, quod *Julius* & *Augustus* menses sunt, neque quid tamen additum nomini. vulgò erat, *Antonianum atque Faustinianum.* Grut.

9. *Antonianum.*] Scrib. *Antoninianum.* Casaub.

1. *Apol-*

sulem fecit. Quum [1] Apollonium quem Chalcide acciverat, [2] ad Tiberianam domum in qua habitabat vocasset, ut ei Marcum Antoninum traderet, atque ille dixisset, *Non magister ad discipulum debet venire, sed discipulus ad magistrum,* [3] risit eum dicens, *Facilius fuit Apollonio a Chalcide Romam venire quàm à domo sua in palatium:* [4] cujus avaritiam [5] etiam in mercedibus notavit. Inter argumenta pietatis ejus & hoc habetur, quòd quum Marcus mortuum educatorem suum fleret, [6] vocareturque ab aulicis ministris ab ostentatione pietatis, ipse dixerit: *Permittite* (inquit) *illi ut homo sit: neque enim vel philosophia vel imperium tollit affectus.* [7] Præfectos suos & locupletavit & ornamentis consularibus donavit: si quos

1. *Apollonium quem Chalcide acciverat.*] Scripti, *à Chalcidè*, ut paulò post. in antiquis editionibus & regio, hæc urbs semper *Calchis* dicitur, non *Chalcis*: quem Ionismum causse nihil est cur hic probemus. Plures fuerunt eadem tempestate Apollonii. *hic* Syrus fuit è Chalcide urbe, cujus præter geographos sæpe Josephus meminit: professione Stoicus, ut in Marco scribitur, & in Eusebii Chronico: ubi rectè *Chalcidicus* nuncupatur: perperam in Marci vita, *Chalcedonius*. Idem.

2. *Ad Tiberianam domum.*] In Vero Antonino, *educatus est in domo Tiberiana.* alibi dicitur Tiberiana ἀπλῶς. *Idem.*

3. *Risit eum.*] Sed & morem gessit insipienti sapientiæ magistro: ad quem itasse Marcum juvenem cur dubitemus, cum etiam *asciius jam in imperatoriam dignitatem, tamen ad domum Apollonii discendi caussa veniret?* auctor Capitolinus. *Idem.*

4. *Cujus avaritiam etiam mercedibus notavit.*] Scripti codices, *in mercedibus.* diversa nonnihil sententia: quam & vulgata non incommodam continet. Propter hæc verba dubito sintne de hoc Apollonio accipienda, quæ scribit Marcus imperator libri primi initio. quid enim illis tantis virtutibus magis contrarium quàm hæc μικροψυχία, & sordes? *Idem.*

5. *Etiam mercedibus notavit.*] Sic olim editi: quod cum etiam servaret Pal. prætuli nuper vulgato, *in mercedibus*, Grut.

6. *Vocareturque ab aulicis ministris.*] Regius, *& vocatur*, sed non admittunt sequentia. Scribe cum Josepho Scaligero, *revocaretur*q; nam principium dictionis periit ob verbi præcedentis finem. Nos scribebamus, *jocaretur que*, παθηλικῶς, ut alibi. *Casaub.*

Vocareturque ab aulicis ministris ab ostentatione pietatis.] Legebam olim, *jocaretur que*: atque ita etiam postea Casaubono veniisse in mentem vidi, verum illud *vocaretur* miro consensu retinent libri, sic sane verbo *appellari* usus est Lampridius in Commodo: *Appellatus est à nimiis quasi obstupratus, eosdemque ita ut non apparerent subito deportavit.* Ubi *appellari à nimiis* eodem plane sensu dictum est, quo hoc *vocari ab aulicis ministris.* Salmas.

Vocareturque ab aulicis ministris ab ostentatione pietatis.] Sic & Pal. additumque, alias legi, *vocaretur que.* malim *avocaretur que*: quamquam fortè eadem & publicatæ vis. *Grut.*

7. *Præfectos suos & locupletavit & ornamentis consularibus donavit.*] Non solos

si quos repetundarum damnavit, eorum liberis bona paterna restituit, ea tamen lege ut illi provincialibus redderent quod parentes acceperant. [1] Ad indulgentias proniſſimus fuit. [2] Edita munera, in quibus elephantos, [3] & [4] crocutas, & ſtrepſicerotas, & crocodilos etiam atque hippopotamos, & omnia [5] ex toto orbe terrarum cum tigridibus
11 exhibuit. [6] Centum etiam leones una miſſione edidit. Amicis ſuis in imperio ſuo [7] non aliter uſus eſt quàm privatus: [8] quia & ipſi nunquam de eo cum libertis ſuis per fumum

los prætorii præfectos intelligit; ſed & alios, qui à Pio vel provinciis imponebantur, vel in aliis publicæ rei ſtationibus collocabantur. Hos à benigniſſimo principe conſularibus ornamentis fuiſſe ornatos, non eſt mirum; cùm etiam procuratoribus ſuis ducenariis eadem Claudius ſæpe conceſſerit. *Caſaub.*

1. *Ad indulgentias proniſſimus fuit.*] Politiani codex, *indulgentiam.* potes referre ſive ad reliquorum indulgentias, ſive ad condemnationum. etſi non deſuerunt magni principes, qui ab utroque hoc genere indulgentiarum cenſerent ſibi abſtinendum. Lampridius de Alexandro, *Condemnationes & varas eſſe juſſit: & quæ facta fuerant, non rudiſſit.* Idem.

Ad indulgentias proniſſimus fuit.] Indulgentiæ criminum, & indulgentiæ debitorum apud auctores dicuntur, ad quas autem indulgentias proniſſimum fuiſſe Antoninum Pium hoc loco velit intelligi Capitolinus, dubium eſſe poſſet, niſi præmiſſa de debitorum indulgentiis ſuaderent accipere. Sed & quæ ſequuntur de munerum editione eodem ſpectare videntur, ad deſignandum nempe munificum magnanimumque imperatoris ingenium. ad utriuſque tamen generis indulgentias proclivem & propenſum fuiſſe Antoninum licet interpretari. *Salmaſ.*

2. *Edita munera in quibus elephantos & crocutas & ſtrepſicerotas.*] Neſcio unde *ſtrepſicerotas* huc invexerunt eruditi homines. ad unum enim omnes ſic legunt: *Edita munera in quibus elephantos & corocottas & tigrides & rhinocerotes, crocodillos etiam & omnia ex toto orbe terrarum cum tigridibus exhibuit.* Cur igitur ſtrepſicerotas, pro rhinocerotas ſubſtituerunt? *corocotta* autem fere ſemper ſcriptum invenitur in melioris notæ libris, non *crocotta.* Κροκόττας tamen Græcis appellatur hoc animal. *Idem.*

3. *Et crocutas & ſtrepſicerotas, & crocodilos.*] Scribendum, *corocotas, ſtrepſicerotas, crocodilos.* de utroque genere horum animalium conſule Plinium. *Caſaub.*

4. *Corocottas & ſtroepſicerotas, crocodilos.*] Nimium abit ab his Pal. nam primam vocem expreſſit ut eam hic poſui. in ſequentibus variat. habet enim, *& tigrides, & rhinocerontes. crocodilles, &c.* Grut.

5. *Ex toto orbe terrarum.*] Scripti, *ex omni orbe terrarum.* Caſaub.

6. *Centum etiam leones una miſſione edidit.*] Hoc ut magnum in Hadriano notavit Spartianus: *In circo multas feras & ſæpe centum leones interfecit.* Salmaſ.

7. *Non aliter uſus eſt quàm privatus.*] Καινοπρεπῶς, pro, quàm ut privatus. *Caſaub.*

8. *Quia & ipſi.*] Non diſpliceat, *qui & ipſi.* ſed & *quia* probamus. Eſt verò κραυοπρεπὴς oratio, *& ipſi nunquam cum libertis ſuis*: pro, neque ipſi neque liberti ſui. γεγραφὼς τὸν hominis fumos vendentis deſcriptionem petas licet è Lampridii Alexandro. alibi dicuntur iſti in his libris, *dicta factaque principis*

fumum aliquid vendiderunt: siquidem libertis suis severissimè usus est. Amavit histrionum artes: piscando se & venando multùm oblectavit, & deambulatione cum amicis atque sermone. [1] Vindemias privati modo cum amicis agebat. [2] Rhetoribus & philosophis per omnes provincias & honores & salaria detulit. [3] Orationes plerique alienas esse dixerunt quæ sub ejus nomine feruntur: Marius Maximus ejus proprias fuisse dicit. Convivia cum amicis & privata communicavit & publica: nec ullum sacrificium per vicarium fecit, nisi quum æger fuit. [4] Quum sibi & filiis honores peteret, [5] omnia quasi privatus fecit. Frequentavit & ipse amicorum suorum convivia. Inter alia etiam hoc civilitatis ejus præcipuum argumentum est, [1] quòd

principis fumis vendere; vel *fumum de principe vendere*. Attici scurræ genus istud hominum non καπνοπώλας aut καπνολόγους, sed καπνὸς appellarunt, ut ad sextum Athenæi dicebamus. *Idem.*

1. *Vindemias privati modo cum amicis agebat.*] Festum οἰνομάστην soliti etiam Imperatores cum amicis rure agitare. plura de hoc Lampridius in Heliogabalo. *Idem.*

2. *Rhetoribus & philosophis per omnes provincias, &c.*] Extat vestigium constitutionis hujus in libris juris hodieque, tam in lege sexta Digestorum, De excusationibus tutorum; quàm in lege quarta, Cod. De professoribus & med. *Idem.*

Rhetoribus & philosophis per omnes provincias.] Antonino Pio attribuit Capitolinus, quod Aurelius Victor Hadriano tribuere videtur: *Leges, Gymnasia, doctoresque curare occepit. adeo quidem ut etiam ludum ingenuarum artium, quod Athenæum vocant, constitueret.* Dio Marcum Athenis idem instituisse refert: Ὁ δὲ Μάρκος ἐλθὼν εἰς τὰς Ἀθήνας, καὶ μυηθεὶς ἐκεῖνος μὲ τοῖς Ἀθηναίοις πᾶσι, ἔδωκε καὶ καθ' ἅπασαν οἰκουμένην ἐπὶ πᾶσιν λόγων παιδείας μισθὸν ἐτήσιον φέρουσι. ἐπὶ δὲ τούτῳ autem ille μισθὸς, erant μυρίαι δραχμαί. hac enim mercede docebant Athenis & Romæ, Philosophi, oratores, Sophistæ, Grammatici. unde passim apud Græcos auctores, qui illorum temporum adfines fuere, μυριάς ὁ ἐπὶ βασιλέως, pro salario quod erat constitutum philosophis & oratoribus. Μυριάς autem efficiunt, monetæ Romanæ quadraginta sestertia, aureos vero quadringentos, at nostræ, coronatos millenos. *Salmas.*

3. *Orationes plerique alienas esse dixerunt, &c.*] Ferebantur olim multorum principum orationes, quas vel ipsi in senatu recitaverant, vel ad senatum miserant, quoties jus aliquod novum introducere, aut vetus instaurare vellent. Hæ sunt orationes quarum toties in Pandectis & Codice utroque fit mentio. *Casaub.*

4. *Quum sibi & filiis honores peteret.*] Filiis quidem diversos honores petiit: sibi quem peteret, unus fuit consulatus. petiit autem hunc gessitque tot, ex quo factus est imperator: cum antè semel fuisset Cos. *Idem.*

5. *Omnia quasi privatus fecit.*] Lege Plinii panegyricum, ubi de Trajano idem. *Idem.*

1. *Quod*

[1] quòd quum [2] domum Omuli visens, miransque columnas porphyreticas, requisisset unde eas haberet: atque Omulus ei dixisset, *Quum in domum alienam veneris, & mutus & surdus esto*, patienter tulit. cujus Omuli multa joca semper pa-
12 tienter accepit. Multa de jure sanxit, ususque est [3] juris peritis, [4] Vinidio Vero, [5] Salvio Valente, Volusio Metiano, [6] Ulpio Marcello, & Jaboleno. Seditiones ubicunque factas, non crudelitate, sed modestia & gravitate compressit. [7] Intra urbes sepeliri mortuos vetuit. [8] Sumptum muneribus gladiatoriis instituit. [9] Vehicularium cursum summa diligentia sublevavit. Omnium quæ gessit, & in senatu

[1] &

1. *Quod cum domum Omuli visens.*] In Palatino codice *Omulli*, & infra *Omullus*. aliquando etiam *Omullius*. Salmas.

2. *Domum Omuli visens.*] In sacrorum inscriptionibus semper est *Omollus*. at hic est C. Valerius Omollus Verianus, homo consularis & prudens: ut colligas ex hoc dicto, & item alio quod refert Lampridius in Severo. *Casaub.*

3. *Jurisperitis Vinidio Vero.*] Scribe ex eodem Palatino: *Vindio Vero*. nam ita etiam in Digestis vocatur. *Salmas.*

4. *Vinidio Vero.*] Is est quem libro quarto & quinto Digestorum, Ulpianus Vindium nominat. *Casaub.*

5. *Salvio Valente.*] Ulpianus lib. VII. De officio proconsulis: *Iisdem criminibus quibus quis liberatus est, non debet præses pati eundem accusari; & ita Divus Pius Salvio Valenti rescripsit.* Refertur in titulo De accusat. alibi, nisi fallor, nulla in toto jure istius mentio. *Idem.*

6. *Ulpio Marcello & Jaboleno.*] *Jaboleno* sit pro *Zaboleno*, ut *jugum*, ζυγὸν & *Ionarius* pro *Zonarius* apud Nonium. utrumque autem pro *Diaboleno*, quomodo scriptum hoc loco repperi, in optimo codice Palatinæ Bibliothecæ. Διαβολὴ. inde Διαβολικὸς: vel etiam Διαβολικῶς, *Diaboleno*, vel *Diabolimus*. deinde *Zaboleno* & *Jaboleno*: ut *Dieta*, *Zeta*, *Diarrhœa*, *Zarilum*; & διαῤῥοὴ, ζαῤῥοή. *Salmas.*

7. *Intra urbes sepeliri mortuos vetuit.*] Mortuos intra urbem neque Romani sepeliebant, neque Athenienses, neque alii populi quàm plurimi: quare illorum caussa nihil opus hac Pii lege. Sed erant quibus in civitate sepelire jura municipalia permitterent, ut significat Ulpianus: & de Lacedæmoniis scimus ex Plutarcho. *Casaub.*

8. *Sumptum muneribus gladiatoriis instituit.*] Malim *statuit*, vel *constituit*: nam hoc vult: impositum esse modum sumtibus munerum gladiatoriorum. *Idem.*

Sumptum muneribus gladiatoriis instituit.] Instituere hoc pro statuere: ut *injungere*, pro *jungere*, in Digestis sæpe. *Salmas.*

9. *Vehicularium cursum.*] Exposuimus ad Hadrianum. *Casaub.*

Vehicularium cursum summa diligentia sublevavit.] Cum Antonini temporibus cursus publicus, provincialium onus fuerit, & primus eum Severus, ut se hominibus commendaret, à privatis ad fiscum traduxerit, certum est Antoninum cum publicum cursum sublevaret, rationem tantum habuisse provincialium qui eum præstabant. sublevavit autem cursum publicum Antoninus diplomata paucis largiendo, ac non nisi in publicis ac necessariis causis evectiones fieri sinendo: quo plures enim essent, quibus cursus usurpandi licentia daretur, eo majus provincialium onus, & gra-

[1] & per edicta rationem reddidit. [2] Periit anno septuagesimo: sed quasi adolescens desideratus est. Mors autem ejus talis fuisse narratur: [3] Quum Alpinum caseum in cœna ediſſet avidiùs, nocte rejectavit, [4] atque alia die febre commotus est. Tertia die quum se gravari videret, M. Antonino remp. & filiam præsentibus præfectis commendavit, [5] Fortunamque auream quæ in cubiculo principum poni

& gravior præstatio. hinc illa querela Ammiani Marcellini de Episcopis cursu publico ultro citroque discurrentibus per Synodos, quæ res, ut ait, *rei vehicularis nervos succidebat. vehicularius cursus* generalis appellatio publici cursus quæ rhedas, cisia, veredos, angarias & omnia quæ in cursu publico usurparentur, sive vehicula, sive animalia comprehendit. at clavularis cursus, particularis fuit & specialis. Clavulare carrum dicebatur, quod undique clavulis erat confixum & contextum, & capsum ex clavulis factum habebat, ad res quæ imponerentur retinendas, ne defluerent. quod & in nostris carris oneratiis fieri videmus, quæ undique vallantur & fudibus vel clabulis muniuntur ne onera imposita decidant. Latini capsum vocabant. Carrum igitur clavulare adjective dictum: postea adjectivum in substantivum transiit, & clabulare absolute appellatum hoc carri genus, quod clabulas haberet. hoc ita esse ut diximus evincet illustris locus ex leg. 1. Cod. Theod. de curiosis, qui ex emendatione nostra ita legendus est: *Hi vero per vigili diligentia providebunt, ne quis citra evectionis auctoritatem moveat cursum vel amplius postulet quam concessit evectio; ne habens unius copiam rhedæ, flagitet duas: aut rhedam usurpet cui birotum, vel veredum postulet cui clavulare permissum est.* Quibus verbis omnia quæ in publico cursu movebantur vehicula continentur, rhedæ, birotæ, veredi, & clabularia vel carra, quæ alias angariæ dicuntur. *Salmas.*

1. *Et per edicta rationem reddidit.*] Similium edictorum exemplum apud Suetonium in Augusto, cap. XXVIII. & Claudio cap. XVI. *Casaub.*

Et per edicta rationem reddidit.] Huc pertinet, quod scribit Aurelius Victor: *Usque eo autem mitis fuit, ut cum ob inopiæ frumentariæ suspicionem lapidibus à plebe Romana perstringeretur, maluerit ratione exposita placare quam ulcisci seditionem. dicta* pro *edicta* scriptum habetur in Palatino. nec semel sic scriptum in antiquis libris offendimus, *dictum* pro *edictum*. ut contra *edicere* non raro pro simplici dicere. *Salmas.*

2. *Periit anno septuagesimo.*] Falsissimum: nec difficile est rationem inire, cùm de natali Pii ex ipso Capitolino constet. Nam si à duodecimo Domitiani consulatu ad annum descendas quo excessit Pius, & Marcus imperium susceptit, quatuor & septuaginta annos invenies. Theophilus imperasse scribit annos XXII. menses septem, dies sex. *Casaub.*

Periit anno septuagesimo.] Convenit hic numerus cum Fastis Siculis. nam à duodecimo consulatu Domitiani quo Pium natum tradidit Capitolinus usque ad consules Braduam & Vetum, quibus idem denatus dicitur, anni sunt septuaginta. Joannes Gazensis viginti quattuor annos regnasse scribit, cum alii fere omnes, aut viginti tres aut viginti duo tantum ponant. *Salmas.*

3. *Cum Alpinum caseum.*] Caseus Alpinus, quem Alpes mittunt: Plinius libro XI. cap. XLII. *Casaub.*

4. *Atque alia die.*] Τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ. *alia* pro altera, ut sæpe Plautus. *Idem.*

5. *Fortunamque auream, &c.*] Eadem in Marco. hoc simulacrum velut pignus

poni solebat, transferri ad eum jussit: [1] signum tribuno Æquanimitatis dedit: atque ita conversus quasi dormiret, [2] spiritum reddidit apud Lorium. alienatus in febri, nihil aliud quàm de republ. & de his regibus quibus irascebatur,
13 loquutus est. Privatum patrimonium filiæ reliquit. Testamento autem omnes suos legatis idoneis prosequutus est. [3] Fuit statura elevata decorus. Sed quum esset longus & senex, incurvareturque, [4] tiliaceis tabulis in pectore positis fasciabatur, ut rectus incederet. [5] Senex etiam antequam

imperatoriæ majestatis fuit: ideo Fortuna regia nominatur in Severo. *Idem.*

1. *Signum tribuno Æquanimitatis dedit.*] Erit mens auctoris magis perspicua, si scribas & hic & in vita Marci, ÆQVANIMITAS. Pro tessera modò plura, modò pauciora verba dabant: sæpe unicam vocem. omnium exempla apud Suetonium, quæ nota studiosis, vel noscenda. Hic vero datur à Pio signum verbo, ÆQVANIMITAS: ut ab impuro Cajo, qui tribuno signum petenti sollitus PRIAPVM, aut VENEREM dare. *Idem.*

Signum tribuno æquanimitatis dedit.] Non placet legi *Æquanimitas*, pro æquanimitatis: sic enim, signum æquanimitatis dare dicitur, ut pro signo Venerem dare aut Priapum, quemadmodum à Caligula factum narrat Suetonius. Qui *signum dabat* imperator nominandi quidem casu illud enunciabat; Æquanimitas, Venus, Priapus. *Salmas.*

2. *Spiritum reddidit apud Lorium.*] De Lorio sive Laurio villa jam dictum. *Casaub.*

3. *Fuit statura elevata decorus.*] Posterior Victor: *Procerus membra, decenter validus.* Distingue: *Procerus membra decenter, validus.* Procerum membra decenter vocat, quem Capitolinus statura elevata decorum. *Salmas.*

4. *Tiliaceis tabulis in pectore positis fasciabatur.*] Petitum ab arte medicinæ exemplum: nam in medicorum libris tabularum hujusmodi multiplex docetur usus. Vulgò hodie feminæ surrigendo corpori non tiliaceas tabellas, sed ferulas è balenæ costa, aut ebeno, aut alia materia non prædura neque rigida pectori apponunt. *Casaub.*

Tiliaceis tabulis.] Palatinus, *tiliaticis.* Salmas.

5. *Senex etiam antequam salutatores venirent, &c.*] Etsi non damno vulgatam lectionem hujus loci; præfero tamen quam olim in suis exemplaribus Victor invenit: quæ caput hujus periodi facit caudam præcedentis. Quare scribe, *ut rectus incederet etiam senex. Antequam salutatores, &c.* Verba posterioris Victoris, qui, ut sæpe diximus, pleraque ex istis auctoribus ὀφθῶς ἐν descripsit, sunt hæc. *Priusquam salutandus prodiret, degustans panis aliquantulum, ne frigescente circum præcordia per jejunia sanguine, viribus exesis, interciperetur, eoque actuum publicorum laboribus minimè sufficeret.* Idem, ut vides, cum Capitolino dicit Victor; sed feciste hoc Pium senem: hoc verò non dicit Victor. *Casaub.*

Senex etiam antequam salutatores venirent.] Non placet mihi distinctio quæ viro doctissimo placet, ut sic legamus: *Ut rectus incederet senex etiam. Antequam salutatores venirent, &c.* Nonne enim satis dixisse, *Cum senex esset & incurvus, tiliaticeis tabulis ad pectus positis devinciebatur, ut rectus incederet.* Benemane enim salutabantur imperatores, quibus non erat moris aliquid gustare priusquam salutarentur. Antoninus vero jam senex ad sustentandas vires, paulum sicci panis sumebat priusquam salutandus prodiret. *Salmas.*

1. *Panem*

tequam salutatores venirent, [1] panem siccum comedit ad sustentandas vires. [2] Fuit voce rauca & sonora, cum jucunditate. A senatu divus est appellatus, cunctis certatim adnitentibus: [3] quum omnes ejus pietatem, clementiam, ingenium, sanctimoniam laudarent. [4] decreti etiam sunt omnes honores qui optimis principibus antè delati sunt. Meruit & flaminem & circenses & templum & sodales Antoninianos: [5] soluſque omnium propè principum prorsus sine civili sanguine & hostili, [6] quantum ad seipsum pertinet, vixit: [7] & qui rite comparetur Numæ, cujus felicitatem pietatemque & securitatem ceremoniasque semper obtinuit.

JULII

1. *Panem siccum comedit ad sustentandas vires.*] Per *panem siccum*, panem solum intellige absque ullo alio pulmento. fuit autem hæc veterum frugalitas, eorum præcipue qui negotiosam vitam πρὸς ἀσκησιλαϊκὴν agebant, ut matutinis horis solo pane degustato usque ad vesperam & tempus cœnæ impransi perdurarent, adeo ut ne biberent quidem. panis enim siccus jentaculum fuit veterum. hinc ἀριστοσίτειν pro jentare apud Lucianum. qui panem siccum comedere non poterant, aut palmulas, aut uvas passas, aut parum mellis Attici vel salis cum pane edebant. quidam bibebant, quidam nec bibebant. hinc βουκελλίζειν *jentare* veteres Grammatici exponunt, à *bucceis* panis quas in jentaculo comedebant. *Idem.*

2. *Fuit voce rauca, &c.*] Regius, *Fuit vocis raucæ & sonoræ cum jucunditate.* Casaub.

3. *Cùm omnes ejus pietatem, &c.*] Et harum & cæterarum virtutum testimonium Pio exhibent, velut una voce, omnes antiqui scriptores: ut videatur non temere pronuntiasse Victor alter, haud dubiè sine exemplo illum vixisse. multa de ejus laudibus magna quidem, sed quæ non dubito esse vera, Marcus filius patris simillimus, in sexto commentariorum quos de se ipso fecit. Scribit Pausanias, propter summam pietatem & reverentiam erga numen Pii nomen eum invenisse: posse verò eundem & COMMVNEM PARENTEM ob beneficia omnibus populis præstita, jure nuncupari. *Idem.*

4. *Decreti etiam sunt.*] Regius, *Additi etiam sunt.* Idem.

5. *Soluſque omnium propè, &c.*] Eximia, sed heu! rara etiam bonorum principum laus: fuisse eorum imperium ἀναίμακτον. *Idem.*

6. *Quantum ad seipsum pertinet.*] Vel *se*, vel *ipsum* puto περιλλεκτικῶς, ex glossa natum. *Idem.*

Quantum ad seipsum pertinet.] *Seipsum*, pro *ipsum*. sic enim loquebantur ætate Capitolini vel Spartiani. *Salmasius.*

7. *Et qui rite comparatur Numæ.*] Scribe ex Palatino & veteri editione: *Et qui recte comparetur Numæ.* Idem.

JULII CAPITOLINI M. ANTONINUS PHILOSOPHUS.

1 [2] MARCO ANTONINO in omni vita philosophanti viro, & qui sanctitate vitæ omnibus principibus antecellit, pater Annius Verus, qui in prætura decessit: [3] avus Annius Verus, item consul & præfectus urbi, [4] adscitus in patritios à principibus Vespasiano & Tito censoribus: patruus Annius

1. M. ANTONINVS PHILOSOPHVS.] Omnes libri veteres hanc ἐπιγραφὴν agnoscunt: cui similis illa in Dionis & Zonaræ codicibus, ΜΑΡΚΟΣ ΑΝΤΩΝΙΝΟΣ Ο ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ. Nos tamen non dubitamus, recentiorum criticorum inventum esse, ut inter imperatoris hujus titulos PHILOSOPHI appellatio locum habeat. Omnes antiquæ historiæ hoc cognomen ignorant: omnes saxorum inscriptiones: omnes nummi, qui extant etiam hodie quàm plurimi. & meritò: cur enim eo nomine optimum & minimè ambitiosum principem afficerent, quod neque ille vivus, quæ fuit ipsius moderatio, agnovisset: neque illi unquam, vel vivo vel mortuo, neque à Senatu, neque à populo fuit delatum? Non negamus sapientissimum principem jam inde à puero per omnem vitam philosophantem, à multis antiquis scriptoribus philosophum legi appellatum: sed ἐπιθέτως, non ἐπωνύμως, & sic planè, ut Julium Cæsarem virum fortem, Augustum felicem, Caligulam insanum sæpe dicimus: cognomen verò PHILOSOPHI sic Marco fuisse unquam datum, ut Trajano OPTIMI, Tito Aurelio PII, id nos esse verum negamus & pernegamus. *Casaub.*

MARCVS ANTONINVS PHILOSOPHVS.] Rectè animadverterunt eruditissimi viri, hanc PHILOSOPHI ἐπιγραφὴν, quæ adtribuitur Antonino Marco, non esse veterem, quam scilicet refutant & nummi ejus nomine cusi & veterum monumentorum inscriptiones. sed quod iidem ajunt omnes libros veteres hanc agnoscere, nescio quam veteres illi fuerint quos viderunt. nostri sane omnes, quos & veteres, imo & vetustissimos suo jure meritoque possumus appellare, nullomodo agnoscunt. *Salmas.*

2. MARCO ANTONINO, *in omni vita philosophanti viro.*] Penè ad verbum nescio quis scriptor apud Suidam, Μάρκῳ ὁ τῷ Ἀὶλίῳ βασιλεὺς Ῥωμαίων, ὁ ἐπικλητὸς τὸν πάνυ φιλόσοφον. *Casaub.*

3. *Avus Annius Verus, iterum Consul, & præfectus Urbi.*] Dioni non iterum, sed ter fuit consul, τρὶς non δὶς: & tribunus militum, non Urbi præfectus: nisi apud Xiphilinum πολιαρχήσαντα scribendum, pro χιλιαρχήσαντα. *Idem.*

4. *Adscitus in patricios à principibus Vespasiano & Tito censoribus.*] Legendum: *Adscitus in patritios à Vespasiano & Tito censoribus.* Salmas.

1. *Mater*

nius Libo consul: amita Galeria Faustina Augusta: [1] mater Domitia Calvilla, Calvisii Tulli bis consulis filia: [2] proavus paternus Annius Verus prætorius [3] ex Succubitano [4] municipio ex Hispania factus senator: proavus maternus Catilius Severus, bis consul & præfectus urbi: avia paterna Rupilia Faustina, [5] Rupilii Boni consularis filia, fuere. Natus est Marcus Romæ sexto Cal. Maias in monte Celio in hortis, [6] avo suo iterum & Augure Coss. [7] Cujus familia in originem recurrens, à Numa probatur sanguinem trahere, ut Marius Maximus docet. Item [8] à rege Salentino [9] Malennio Dasummi filio, [10] qui Lupias condidit. Educatus est [11] in eo loco in quo natus est, & in domo avi sui Veri juxta ædes Laterani. Habuit & sororem natu minorem Anniam Cornificiam: uxorem Anniam Faustinam consobrinam suam. [12] M. Antoninus * principio avi sui nomen

1. *Mater Domitia Calvilla.*] Quæ & Lucilla etiam dicta paulò pòst: *Cum Lucillam matrem Marci vidisset.* Casaub.

2. *Proavus pater.*] *Paternus.* Idem.

3. *Ex Succubitano municipio ex Hispania.*] Scrib. *municipio Hispaniæ.* nam παρέλκει τὸ *ex*, neque est in Regio. *Idem.*

Ex Succubitano municipio ex Hispania.] Pal. habet, *municipio ex Spania.* & verò in multis aliis calamo exaratis codicibus ita semper id vocis invenitur. *Grut.*

4. *Municipio ex Hispania.*] Idem liber: *Municipio ex Spania.* notum est, *Spaniam* pro *Hispania* veteribus dictam, & *Spanum* pro *Hispano*, Græcis pariter & Latinis. *Salmas.*

5. *Rupilii Boni consularis filia.*] Obscurus homo & nomine & cognomine. videtur fuisse consul suffectus: aut fortasse ne id quidem, sed ornamentis consularibus ornatus. *Casaub.*

6. *Avo suo iterum & Augure Coss.*] Hadriani anno IV. Coss. fuerunt Annius Verus II. & Augur. *Idem.*

7. *Cujus familia in originem recurrens, à Numa Pompilio.*] Brevius, sed clarius Eutropius: *Cùm ejus origo paterna à Numa Pompilio, materna à Salentino rege penderet.* Idem.

8. *A rege Salentino.*] Qui Salentinorum sive Japygiæ rex erat. *Idem.*

9. *Malennio Dasummi filio.*] A quo manavit Dasumiorum appellatio inter Romanas gentes: quos alioquin obscurissimos nobilitat senatusconsultum Dasumianum: cujus fit aliquoties mentio in titulo Pandectarum De fideicommissariis libertatibus. Extat & lapis Romæ, Q. DASVMIO IANVARIO positus. *Idem.*

10. *Qui Lupias condidit.*] Reg. *Lopiæ.* Straboni libro VI. in τῶν Σαλεντίνων Salentinorum, Λεπτίας. *Idem.*

Qui Lupias condidit.] Sic Regius codex, sic Palat. non *Lupias.* Grut.

11. *In eo loco in quo natus est, & in domo avi s.*] Regius de duobus locis unum facit: *in quo natus, in domo avi s.* Omnia hæc in regione Urbis secunda, sive Cœlimontio. *Casaub.*

12. *M. Antoninus principio avi sui nomen habuit & Catilii Severi.*] Non pauca sunt quæ suspectam mihi reddunt hanc lectionem. cur enim dicit avi sui nomen

nomen habuit, & Catilii Severi materni proavi. Post excessum verò patris [1] ab Adriano *Annius Verissimus* vocatus est: [2] post virilem autem togam, *Annius Verus*, patre mortuo, ab avo paterno adoptatus est & educatus. 2 Fuit à prima infantia gravis. At ubi egressus est annos qui nutricum foventur auxilio, magnis præceptoribus traditus ad philosophiæ scita pervenit. Usus est magistris ad prima elementa Euphorione literatore, & Gemino comœdo, [3] musico Androne eodemque geometra: quibus

men habuisse M. Antoninum? cur non patris potius? Nam & proavus & avus & pater idem nomen habuerunt, & Annii Veri dicti sunt. Præterea non valde verisimile mihi fit, principio & avi simul & proavi materni nomen habuisse Antoninum. Rectè Palatinus particulam & nullus agnoscit, in quo ita legitur: *M. Antoninus principio avi sui nomen habuit Catilii Severi materni proavi.* Sed nondum integer & purgatus locus. Fortean sic optime emendentur: *M. Antoninus ab suis nomen habuit Catilii Severi materni proavi.* Ut suos illi parentes nomen proavi materni imposuisse intelligamus. quod diserte testatur Dio: Τοῦτον ὁ Ἀντωνῖνος Μάρκος ὁ Κατίλιος πρόπαππον ὀνομαζόμενον: πρόπαππον dixit, ut Capitolinus, principio. Nam certo certius de solo proavo materno Catilio Severo hæc loqui Capitolinum, non etiam de avo, sive paternus ille sit, sive maternus. etsi emendari non possunt, deleri certe possunt illa verba, *avi sui*, quæ molestiam hujus loci sententiæ facessunt. sed quidni possint emendari? certe aut nulla aut hæc emendatio vera est: *Principio avi sui nomen habuit Catilii Severi materni proavi.* Id est principio ætatis suæ: ævum pro ætate. unde primævus & longævus. *Salmas.*

* *Principiò avi sui nomen habuit, & Catilii Severi.*] Dio in Hadriano, ὅτος ὁ Ἀντωνῖνος Μάρκος, ὁ Κατίλιος πρόπαππον ὀνομαζόμενον. Cautè accipe vocem *principiò*. nam principiò quidem, hoc est, lustrico die, appellatus est M. Annius Verus: postea verò adoptatus à proavo materno, L. Catilio Severo, dici cepit L. Catilius L. F. Annius Severus. *principiò* igitur interpretare, quando primùm in Aureliam gentem venit. Avus & proavus materni quorum hîc meminit, nomen & cognomen idem ambo habuerunt. *Casaub.*

1. *Ab Hadriano Annius Verissimus vocatus est.*] Antè dicebatur *Annius Verus*. Hadrianus jussit dici *Annium Verissimum*. quare? ὅτι τῷ ὄντι ἐφιλαλήθης ἐγένετο, inquit Dio. hoc est, quòd esset veritatis amantissimus, tenacissimus. Magnum rectæ indolis argumentum, & animi verè generosi, amor veritatis, odium falsi. Nullum vitium æquè ac mendacium servilis ingenii est indicium. *Idem.*

2. *Post virilem autem togam Annius Verus.*] Rediit igitur ad illud nomen quod principiò habuerat, sicuti modo diximus. Sed in regio exemplari & Politiani, verba illa sunt omissa, *Annius Verus*, sententiâ diversâ: quam tamen non putamus veram. *Idem.*

3. *Musico Androne.*] Marcus imperator initiò operis sui nominans eos qui primi ipsum studiis philosophiæ imbuerant, Tantasidem quendam nominat: quod nomen cùm videatur nobis mendam continere, videndum an non is ipse sit, qui Andron hîc appellatur. *Idem.*

1. *Usus*

bus omnibus ut disciplinarum autoribus plurimum detulit. [1] Usus præterea grammaticis, Græco, Alexandro: quotidianis Latinis, [2] Trosio Apro, & Pollione, [3] & Eutychio Proculo Siccensi. Oratoribus usus est, Græcis, [4] Annio Marco, [5] Caninio Celere, [6] & Herode Attico: Latino,

1. *Usus præterea grammaticis, Græco, Alexandro.*] Marcus, Παρὰ Ἀλεξάνδρου δὲ γραμματικὸν τὸ ἀνεπίπληκτον. *Idem.*

2. *Trosio Apro.*] Prima editio distinguit inter has voces, quasi essent duorum nomina: quod non puto. Membranæ, *Crosio Apro.* Idem.

Trosio Apro & Pollione, &c.] Veteres membranæ, *& Polone* legunt. suspicor, corruptum latere nomen urbis ex qua fuerit Trosius Aper. ut duos tantum heic habeamus Latinos Marci Grammaticos, Trosium Aprum, & Eutychium Proculum Siccensem. Trosii vero Apri patriam celant & dissimulant illa verba, *& Polone.* an *Polone* ex urbe Pola? *Salmas.*

3. *Et Eutychio Proculo Siccensi.*] Regius & Polit. corruptissimè, *Cutilio Protheo: Succesivè orat.* probo editam lectionem. Sicca urbs Africæ notissima: ubi postea fuisse institutum episcoparum, scimus ex historia ecclesiastica. Videtur hic Proculus ille esse, qui *sui temporis doctissimus grammaticus* Pollioni dicitur in Æmiliano tyranno. *Casaub.*

4. *Annio Marco.*] Fuit temporibus Hadriani Marcus quidam orator & sophista vehemens, ipsi Hadriano admodum probatus, uti narrat Philostratus. sed de illo agi hic non puto. Prima editio, *Aninio Macro:* scripti quidam *Annio Macro.* Ipse quidem inter disciplinarum auctores à quibus fuerat juvenis informatus, Marcianum quendam nominat, Marcum aut Macrum nullum. *Idem.*

Annio Marco.] Marcus hic non potest esse alius quam cujus mentio est apud Philostratum in Sophistarum vitis. Nam & illis temporibus vixit quibus potuit esse Marci magister in Rhetoricis, & illa ætate magno in pretio fuit. *Salmas.*

Annio Marco.] Ita expresserat Pal. noster, convenienter editioni primæ: quæ cùm debeat originem suam codici alicui manu scripto, duobus testibus standum nobis putabatur. alias vulgati, *Annio Marco*, ineptè. *Grut.*

5. *Caninio Celere.*] Hic & inter Lucii præceptores infrà nominatur. *Casaub.*

Caninio Celere.] Nusquam hujus oratoris mentionem fieri reperio nisi apud unum Philostratum, cujus nec vitam ex proposito scripsit, sed obiter tantum meminit, & πυκνογραφον nominat. quem & ab epistolis imperatoris fuisse dicit, sed cujus non dicit. sed Hadriani fuisse facile est divinare. *Salmasius.*

6. *Et Herode Attico.*] Recte ita emendarunt viri docti monstra primæ editionis, & membranarum. in vita Veri, sic jungitur cum Caninio Celere ut hoc loco. Dio nominat Claudium Herodem. in veteri lapide, TI. CLAVDIVS ATTICVS HERODES. *Casaub.*

Et Herode Attico: Latino Frontone.] Hujus Herodis, qui præceptor Marci imperatoris fuit, effossa est ante aliquot annos tribus ab urbe miliariis inscriptio Græca, quæ dedicationem continet fundi Triopii & ædiculæ Minervæ & Adrastææ: eam inscriptionem Herodis tetrarchæ nomini vindicarunt doctissimi viri, nam ibi Herodem se nominat Auctor ἐπιγραφῆς:

Ὑμμε γὸ Ἡρώδης ἱερὸν τλὺ γαῖαν ἔθηκεν.

Nos certis argumentis ducti hujus esse Herodis Attici nobis persuasimus, & notis illam inscriptionem illustravimus. *Salmas.*

Latino, Frontone Cornelio. [1] Sed multum ex his Frontoni detulit, cui & statuam in senatu petiit: Proculum verò usque ad proconsulatum provexit, [2] oneribus in se receptis. Philosophiæ operam vehementer dedit, & quidem adhuc puer. Nam duodecimum annum ingressus, [3] habitum philosophi assumpsit: & deinceps tolerantiam, quum studeret in pallio [4] & humi cubaret, [5] vix autem matre agente, [6] instrato pellibus lectulo accubaret. [7] Usus est

1. *Sed multum ex his Frontoni detulit.*] Quem quidem etiam consulem fecit: sed ordinariò suffectum in duos menses, ut scribit Ausonius in Gratiarum actione. *Casaub.*

2. *Oneribus in se receptis.*] Hæc scriptura omnium: quam evertit palam quod sequitur, *& quidem adhuc puer.* Scribe igitur sine dubitatione ulla cum summo viro Hadriano Turnebo, sic, *Proculum verò usque ad proconsulatum* (vel potiùs *consulatum*) *provexit, oneribus in se receptis. Phil.* mos principum fuit tenuiorum inopiam sublevare, cùm illis magistratus mandarent, ut ad vitam Hadriani dicebamus. Etiam alio loco paulò post, *honoribus*, pro *oneribus* suppositum. *Idem.*

Oneribus in se receptis.] Nullus facilior lapsus librariorum, quàm in hac voce; quod scilicet scriberetur sæpè *honoribus*: degeneravitque plerumque in *honoribus*, ut & heic. sed perperam. quocirca non dubitavi admittere ὑστεροτυπίαν optimi Turnebi. *Gent.*

3. *Habitum philosophi assumsit.*] Pallium nempe Græcanicum, sine tunica, cum totius corporis illuvie. Lege Dionis Chrysostomi orationem περὶ τοῦ χιτῶνος, & Tertullianum De pallio. Hic communis habitus omnium philosophantium, quo separabantur à cæteris. *Casaub.*

Habitum Philosophi assumpsit.] *Pallium*, inquiunt, *sine tunica.* cur sine tunica? quia talis habitus philosophi. verum est, sed Cynici. at κυνισμὸν nunquam professus est Marcus. habitus autem Cynicorum eo tantum à reliquorum philosophorum habitu distabat, quod hi tunicam sub pallio non gestarent, reliqui omnes gestarent. *Salmas.*

4. *Et humi cubaret.*] Χαμαδύναι sive humicubatio olim consueta omnibus qui vitam delicatiorem aspernarentur. vel enim super duro silice, aut nudo solo dormiebant: vel stoream aut psiathum, aut pelliculas substernebant. *Casaubonus.*

5. *Vix autem matre agente.*] Scribebam, *urgente.* sed nihil muto. nam & agere posuerunt pro impellere, auctor esse, vel jubere. Alii *satis agere* eodem sensu. Faustina autem filio Marco, non luxuriæ magistra, sed vitæ tenuiter ac sobriè instituendæ. Nam ait filius doctum se à matre τὸ λιτὸν καὶ τὸ εὐπορεῖν, καὶ πόρρω τῆς βαλανικῆς ἀγωγῆς. Propterea vir ille divinus, neque satis unquam vel cognitus vel laudatus, alio loco diis gratias agit, quod cùm lege fatorum matri ipsius cita mors immineret, postremos saltem annos unà cum ipsa egerit, vel potiùs illa secum. *Idem.*

6. *Instrato pellibus lectulo accubaret.*] *Cubare* proprie de cubicularibus lectis: *accubare* de tricliniaribus, quæ & accubita dicuntur, & accubationes. dicitur & de lucubratoriis lectulis, de quibus multa notamus ad Suetonium: neque dubium de iis hic esse accipiendum. *Idem.*

7. *Usus est etiam Commodo magistro, cujus.*] Esset obscurum de quo sentiat: nisi sequeretur, *cujus affinitas ei fuerat desti-*

est etiam Commodo magistro, cujus ei affinitas fuerat destinata. [1] Usus est & [2] Apollonio Chalcedonio Stoico philosopho. Tantum autem studium in eo philosophiæ fuit, 3 [3] ut adscitus jam in imperatoriam dignitatem, tamen [4] ad domum

destinata. quæ ostendunt Lucium Cejonium Commodum Cæsarem intelligi, qui fuerat ab Hadriano adoptatus. hujus affinitatem fuisse Marco destinatam, non semel dicit Capitolinus. *Idem.*

Usus est etiam Commodo magistro.] Ut planum faciat quis ille Commodus, addit, *cujus illi affinitas fuerat destinata.* cujus affinitatis etiam infra meminit. Virilem togam sumpsit quintodecimo ætatis anno (de Marco loquitur) statimque ei Lucii Ceionii Commodi filia desponsata est ex Adriani voluntate. at mirum alibi nusquam apud hos auctores hujus Ceionii Commodi filiæ mentionem extare; Nam locus qui infra legitur, *& quum dissolutis sponsalibus quæ cum Lucii Ceionii Commodi filia desponderi voluerat*, vitiose scriptus est: nec de filia Ceionii Commodi, sed de filio Antonino Vero accipiendus est. & ita accepisse scripsisseque se, auctor ipse Capitolinus in Vero, his verbis de Hadriano: *Quum sibi ille Pium filium, Marcum nepotem esse voluisset, posteritati satis providens, & ea quidem lege ut filiam Pii Verus acciperet, quæ data est Marco idcirco quia hic ad hoc impar videbatur ætate, ut in Marci vita exposuimus.* Vero igitur destinata erat Pii filia, ex instituto Hadriani. Sed cum impar esset ætate, Marco data est. ipse Verus Marci filiam accepit. at Lucii Ceionii Commodi filia desponsata Marco ubinam gentium est, aut quid illa factum? Aliud mihi exoritur dubium; quomodo Commodus ille præceptor Marci, aut in quibus disciplinis? Eum ducis famam ex rebus gestis obtinuisse refert Spartianus, etsi non summi, mediocris tamen. verum in philosophia videtur illo magistro usus esse Marcus. Nam statim sequitur: *usus est & Apollonio Chalcedonio.* Marcus autem in vita enumerans omnes per quos aut in litteris aut in vita & moribus profecit, Commodum hunc ne nominat quidem: sed Verum fratrem, à quo habuisse se dicit, τὸ φιλοσύγκλητον. τὸ δὲ καὶ ἀδελφὸν Οὔηρα τὸ φιλοσύγκλητον. De alio Vero non licet intelligere quam qui simul cum Marco imperavit. Hæc igitur excutienda doctis in medium relinquo. *Salmas.*

1. *Usus est & Apollonio Chalcedonio Stoico.*] Nihil hoc loco variant libri. sed ipse Capitolinus variat, qui in Antonino accitum Chalcide hunc Apollonium dixerat. nunc heic eum Chalcedonium facit. ne verò mutandum esse in Chalcideno credamus, præsto sunt authores qui Chalcedonem illi patriam assignent. Eutropius: *Institutus est*, inquit, *ad philosophiam per Apollonium Chalcedonium.* Locum hunc considerandum attentius doctis relinquo. *Idem.*

2. *Apollonio Chalcedonio.*] Membranæ, *Calcedonico.* Scribendum verò, *Chalcideno*, ut ad Pium probavimus. *Casaubonus.*

3. *Ut adscitus jam in Imperatoriam dignitatem, tamen, &c.*] Non agnoscitur à Palatinis duobus vox *dignitatem*; adscriptaque eis à manu recentissima. ut fuerit fortè, *ut adscitus jam Imperator, &c.* sed non opus est insistere conjecturis. potest enim ferri lectio prior, omisso verbo illo *dignitate.* uti ea ipsa subintelligatur, vel *majestatem*, vel tertium quid, istis simile. sanè & capite sequenti posuit absolutè *Aurelium*, subaudiendumque *familiam.* quæ dictio, an & heic quoque subintelligenda, viderint quibus otium & tempus, quo utroque destituor. suspicor tamen posse belle convenire. *Grut.*

4. *Ad domum Apollonii discendi caussa veniret.*] Etiam ad Sexti domum discendi caussa ventitasse jam imperato-

domum Apollonii discendi causa veniret. [1] Audivit & Sextum Chæronensem Plutarchi nepotem: [2] Junium Rusticum, [3] Claudium Maximum, [4] & [5] Cinnam Catullum, Stoicos. [6] Peripateticæ verò studiosos audivit Claudium Severum, [7] & præcipuè Junium Rusticum. quem & reveritus est & sectatus: qui domi militiæque pollebat, Stoicæ disciplinæ peritissimum, cum quo omnia communicavit publica privataque consilia: [8] cui etiam ante præfectos præ-

rem Marcum, Dio narrat, & Philostratus in Herode. *Casaub.*

1. *Audivit & Sextum Chæronensem.*] Marcus Sextum nominat tantùm: Philostratus Σέξτου τὸν ἐκ Βοιωτίας φιλόσοφον: Suidas etiam Plutarchi nepotem, cum Capitolino. Sanè in Græco qui penes nos est, codice, nusquam aliter quàm Σέξτος ὁ ἐμπειρικὸς, auctor ille nominatur. Adde quòd ille empiricus, nullius dogmatis approbator, nedum auctor, omnium fuit eversor. Sextus hic Marci præceptor, non ea solùm quæ priores sciverant sapientes, nota habuit exactè: sed ipse etiam nonnullorum scitorum fuit auctor, & primus inventor. *Idem.*

Audivit & Sextum Chæronensem.] Dubitant viri docti Sextus hicne sit cujus hodieque habemus adversus reliquas philosophorum sectas, dissertationes. Sane Πυῤῥώνειον fuisse hunc Sextum Chæronensem scribit Suidas: at in Græcis exemplaribus manuscriptis, ἐμπειρικὸς vocatur ille Sextus. Hujus mentionem à Galeno factam repperi, qui quidem Galenus οὐσχεσῳ & hujus Sexti Chæronensis fuit sub Marco nempe imperatore, ut videatur paulo antiquior Empiricus ille hoc nostro Chæronensi. *Salmas.*

2. *Junium Rusticum.*] Miratus sum, quod legi in primo aureolorum Marci librorum: nam ille gratias superis agit, quòd cùm sæpe Rustico succensuisset, nunquam tamen illum, aut facto aut verbo læsisset, cujus postea se pœniteret. *Casaub.*

3. *Claudium Maximum, & Cinnam Catullum.*] Et istorum meminit Marcus: sed solis cognominibus, τοῦ Κλαυδίου, & τοῦ Μαξίμου. *Casaubonus.*

Claudium Maximum.] Meminit hujus Maximi non semel Marcus in libris de vita sua. *Salmas.*

4. *Et Cinnam Catullum.*] Scribe: *Catulum.* Nam *Catulus*, non Catullus vocabatur ille Cinna, & ita habet Palatinus. *Idem.*

5. *Cinnam Catullum.*] Noster authenticus, *Catulum*; neque aliter in vita sua ipse Marcus. *Grut.*

6. *Peripatetica verò studiosos.*] Membranæ, *studiosus.* ἐφεξῆς ἄν. & ita scribendum necessariò: nam peripateticum unum nominat, Claudium Severum: in quo desinit enumeratio præceptorum Marci. postea verò tanquam ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς de Junio Rustico quædam adjicit. Quare post *Severum* major distinctio ponenda. *Casaub.*

7. *Et præcipuè Junium Rusticum.*] Alieniore loco posita est hæc de Junio Rustico repetitio. cur enim uno ductu contextuque, cum de Stoicis ageret, de hoc Stoico quæ voluit dicere, non continuavit? Hæc est istorum scriptorum in scribendo securitas, ut omnia permisceant & confundant. *Salmas.*

8. *Cui etiam ante præfectos prætorio semper osculum dedit.*] Et quòd osculo convenientem excipit, magnum; & quòd ante præfectos prætorii, maximum. ideo laudata Similis modestia, qui simile honoris genus ab Hadriano sibi

prætorio semper osculum dedit: quem & consulem iterum designavit, [1] cui post obitum à senatu statuas postulavit. Tantum autem honoris magistris suis detulit, ut imagines eorum aureas in lararío haberet, [2] ac [3] sepulcra eorum [4] aditu, hostiis, floribus semper honoraret. Studuit & juri, [5] audiens L. Volusium Metianum: tantumque operis & laboris studiis impendit, [6] ut corpus afficeret, atque in hoc solo pueritia ejus reprehenderetur. Frequentavit & declamatorum scholas publicas: [7] amavitque ex condiscipulis præcipuos senatorii ordinis [8] Sejum Fuscianum, [9] & Aufidium Victorinum: ex equestri, [10] Bæbium Longum [11] & Calenum, in quos maximè liberalis fuit:

sibi delatum, sapienter non admisit, ut narrat Xiphilinus. *Casaub.*

1. *Cui post obitum à senatu statuas postulavit.*] Pro magno hoc tum censebatur. *Idem.*

2. *Ac sepulcra eorum aditu, hostiis, floribus honoraret.*] *Aditu* vera lectio, & ita membranæ Pal. hæc tria verba propria juris monumentorum, itus, aditus, ambitus. hinc illa in titulis sepulcrorum incidi solita: *itu, aditu, ambitu, coronare, sacrificare.* &, *itu, ambitu, sacrificium faciendi.* Libertos ingratos aditu etiam & accessu sepulcri sui prohibebant atque ita in titulo cavebant: sed frequenti aditu monumenta eorum honorabant, quos in vita charos habuerant, sacrificabant, rosis & floribus ornabant. Propertius:

——— *memento*
Hoc itere ad lapides sæpe venire meos.

Salmas.

3. *Sepulcra eorum aditu, hostiis, &c.*] Regis & aliæ membranæ, *additis hostiis.* sensu non incommodo. Alii solebant defunctorum amicorum sepulcra visere, & floribus ornare: Marcus etiam hostias adjiciebat. Aliquando placebat scribi *redditu* pro *aditu.* nam sæpe qui defuncti memoriam honoratam volebant, redditu in eam rem assignabant. sed non dubitandum quin auctor scripserit *aditu.* Casaub.

4. *Aditu, hostiis, floribus.*] Rectè *aditu*; neque secus Palatinus. eamque vocem omninò hèic necessariam, meminí pluribus alibi adstruere *in* libellis Suspicionum. *Grut.*

5. *Audiens L. Volusium Metianum.*] Vel *Maecianum*, ut antè monuimus. *Casaubonus.*

6. *Ut corpus afficeret.*] Explicat Dio, Ἐκ τῆς πολλῆς ἀσχολίας τῷ σώματι ἀσθενεῖν τὸ σῶμα ἴσχει. *Idem.*

7. *Amavitque ex condiscipulis præcipuos.*] Regius, *amavitque condiscipulos, præcipuè senatorii ord.* Idem.

8. *Sejum Fuscianum.*] Quæsivi hunc, neque reperi usquam. In vita Commodi Fuscianus quidam Lampridio nominatur secundùm Cos. qui etiam Urbi fuit præfectus, ut narratur in Pertinace qui illi successit. Fuerit hic fortasse Marci condiscipulus: nisi tamen ætas impediat. sed non urget hoc incommodum. *Idem.*

9. *Et Aufidium Victorinum.*] Fuit hic bis consul & præfectus urbi: is est ad quem Marci extant rescripta nonnulla. Membranæ, *Lausidium.* Scribo, *L. Aufidium*, etsi non nescio alios huic Marci, non Lucii prænomen tribuere. *Idem.*

10. *Bebium longum.*] Scrib. *Babium.* ut semper apud auctores alios. *Idem.*

11. *Et Calenum.*] Regius, *Galienum.* Idem.

Et Ca-

fuit : & ita quidem ut quos non posset ob qualitatem vitæ
4 reip. præponere, [1] locupletatos teneret. Educatus est in Adriani gremio, qui illum (ut suprà diximus) Verissimum nominabat : [2] & qui ei honorem equi publici sexenni detulit : [3] octavo ætatis anno in Saliorum collegium retulit.

In

Et Calenum.] *Et Callenum.* vet. ed. & Pal. *Salmas.*

Et Calenum.] Pal. *Callenum.* Grut.

1. *Locupletatos teneret.*] In contubernio videlicet suo, aut aliàs in usu vitæ privatæ. *Casaub.*

Locupletatos teneret.] Diverso modo liberalem se præbuit Marcus in condiscipulos suos, cum alios honoribus bearet, & reip. præponeret : si quorum vero vitæ qualitas id ferre non posset, eos locupletaret. ita illos honoribus, istos divitiis, suo quemque pro merito, magnos faciebat. *locupletatum tenere* pro locupletare, sic & *locupletatum habere*, quæ loquendi forma ita crebra est apud infimæ Latinitatis scriptores, ut aliam non habeant usitatiorem. *apertum habere* pro aperire. *solutos habere*, pro solvere. *Salmas.*

2. *Et qui ei honorem etiam publicè sexenni detulit.*] Membranæ hic & veteres editiones insigniter corruptæ. Quare ita scribamus, *qui ei honorem, & quidem sexenni detulit.* bona prorsus & convenientissima sententia. De honoribus enim Marci dicturus auctor, jure ab illo orditur, qui sexenni est habitus ab Hadriano, & quidem publicè. Non dicit Capitolinus, quale id fuerit honoris genus : sed non est difficile aliquid divinare, quod à vero non abhorreat. Nam videtur Hadrianus cùm ludos spectaret, in suggestu suo aut cubiculo puerum Marcum collocasse ; aut aliquem in orchestra honore insignem locum illi attribuisse : vel cùm iter faceret, in suo vehiculo eum aliquando habuisse : aliquid denique eorum illi tribuisse, quæ solita in principibus juventutis, aut imperatorum liberis usurpari. Firmat validè hanc emendationem, quod subjicitur de habito octenni Marco honore. ordine enim progreditur, hic quidem. utinam verò & in omni vita. *Casaub.*

Et qui ei honorem etiam publice sexenni detulit.] Non alius contaminatior locus, aut fœdius corruptus in his auctoribus sese offert quam hic est. Vetus lectio Palatini optimi Codicis hæc est : *Et qui ei honorem, & qui publicis exennis.* Legendum contendo : *Et qui ei honorem equi publici sexenni detulit.* Honor autem hic equi publici ab Hadriano delatus Marco, & per se magnus olim fuit, & eo heic etiam major quod sexenni delatus. ut & ille qui sequitur quod octavo ætatis in collegium Saliorum relatus est. Nam & aliis quamplurimis deferebatur hic honos, sed qui id ætatis essent quo tunc Marcus, paucis. ideoque pro magno heic ponit Capitolinus honorem equi publici ei sexenni delatum. non parvi autem honoris rem fuisse equo publico ab imperatore donari, liquet ex multis auctorum locis. & veteres inscriptiones pæne infinitos suggerunt equo publico donatos. *Salmasius.*

Et qui ei honorem, etiam publicè, sexenni detulit.] Turbat & heic quoque Pal. sed proximius tamen accedit ad lectionem vulgatam, quàm ceterorum scripti. habet enim *& qui ei honorem & qui publicis exenni detulit* ; factumque deinde scriptura recentiore, *exennis.* Grut.

3. *Octavo ætatis anno in Saliorum collegium retulit.*] Soliti enim in hoc Martis sacerdotum collegium patricii juvenes cooptari patrimi & matrimi. Ferè autem nobilis juventus ad honores per sacerdotia adibat. *Casaub.*

1. Co-

In saliatu omen accepit imperii. [1] Coronas omnibus in pulvinar ex more jacientibus, aliæ aliis locis hæserunt; [2] hujus, velut manu, capiti Martis aptata est. [3] Fuit [4] in eo sacerdotio & præsul & vates & magister, & multos inauguravit atque exauguravit, nemine præeunte, [5] quòd ipse carmina cuncta didicisset. Virilem togam sumpsit quintodecimo ætatis anno, statimque ei L. Cejonii Commodi filia desponsata est ex Adriani voluntate. [6] Nec multò pòst præfectus feriarum Latinarum fuit. In quo honore præ-

1. *Coronas omnibus in pulvinar ex more jacientibus.*] Salii die festo ancilia per urbem gestabant apicati, & caput coronati: eam coronam mox conditis ancilibus, in pulvinar conjiciebant, ubi Martis simulacrum. ita enim soliti jactu floris modò serti, modò soluti, suos deos honorare. *Idem.*

Coronas omnibus in pulvinar ex more jacientibus.] Salii coronas jaciunt in pulvinar Dei sui, quod non ex alio discas auctore. sed & in reliquorum divorum pulvinaria & statuas jaci coronas & flores omne genus notius est quam ut pluribus debeat indicari, diebus præsertim festis. *Salmas.*

2. *Hujus velut manu, capiti Martis aptata esset.*] Hujus loci sensus est. cum coronæ quæ à Saliis jaciebantur in pulvinar Martis, fortuitu vel in hanc vel in illam partem caderent, atque aliis aliæ locis hærerent, illam quam jecit Marcus, in caput Martis sic cecidisse atque hæsisse, ac si manu illam aptasset atque imposuisset, non vero jecisset, ut tunc factum erat, de longinquo. atque hinc factum omen imperii Marco. *Idem.*

3. *Fuit in eo sacerdotio & præsul & vates & magister.*] In voce *præsul* quæ sæpe Latinis generaliter omnem ἀρχηγὸν notat, heic κυριολογία est: nam propriè *præsul* sive *præsultor* princeps Saliorum dicitur, ὁ ἐξάρχων τῆς ὀρχήσεως. *Vates* is erat in Saliorum collegio, ad quem pertinuit cura carminum Saliarium & axamentorum. *Magister*, commune nomen omnium ἀρχείτων cujuscunque collegii sacerdotalis. nam quos Græci δεχτῆρας, δεχτάκους, δεχταύλους aut similibus vocibus designant, Latini magistros sui ordinis nuncupant: & δεχτερεύειν, *magisterium sacerdotii.* Casaub.

4. *In eodem sacerdotio & præsul & vates & magister.*] Distinguit hæc tria in Saliatu munera Capitolinus, Præsulis, Vatis & Magistri. & præsul quidem est, quem *præsultorem* Glossæ veteres vocant. *præsultor*, ὁ ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀρχηγὸς ὀρχήσεως. Vates est ὑμνῳδός. omnes quidem erant ὑμνῳδοὶ & χορδοτυποὶ Salii. sed ut inter χορδοτυποὺς erat præsul, sic inter ὑμνῳδοὺς ille quem heic vatem appellat Capitolinus. Vates igitur qui carmen canebat Saliare, aut saltem qui præcinebat; ut præsaltor qui præsaltabat. ad omnes autem æque pertinuisse curam carminum & axamentorum, non ad unum solum, verisimilius, immo verius est. Magister vero est ἐξαρχῶν, ad quem, puto, spectabat & inaugurandi & exaugurandi potestas. quod quidem tunc fecit Marcus, cum esset magister collegii, etiam nemine præeunte, cum cuncta & inaugurationis & exaugurationis carmina teneret. *Salmas.*

5. *Quòd ipse carmina cuncta didicisset.*] Membranæ, *quo tempore carmina cuncta.* quod facile sit concinnare, nisi placeret vulgata. *Casaub.*

6. *Nec multò pòst præfectus feriarum Latinarum fuit.*] Legendum, *præf. Urb. feria-*

re præclarissimè se pro magistratibus agentem, [1] & in conviviis Adriani principis ostendit. Post hoc patrimonium paternum sorori totum concessit: quum eum ad divisionem mater vocaret: [2] respondit, avi bonis se esse contentum: addens, ut & mater, si vellet, in sororem suum patrimonium conferret, [3] ne inferior esset soror marito. [4] Fuit autem ea vitæ indulgentia, ut cogeretur nonnunquam vel [5] in venationes pergere, vel in theatrum descendere, vel specta-

feriarum Latinarum causa fuit. Cùm esset compendio scriptum *præf. Urb.* imperiti homines scripserunt *præfectus*, omissa voce *Urbi.* deinde altera vox sublata tanquam superflua. Hæc ita esse & res ipsa & usus Latinè loquentium evincit. nam puer ille patricius, qui proficiscentibus consulibus ad Latinas ferias in montem Albanum Urbi præficiebatur; neque fuit, neque aut dictus est, aut dici potuit, præfectus feriarum Latinarum; sed contrà, Præf. Urb. Latinarum causa: vel, sacro Latinarum, ut loquitur Suetonius. & sic Græci non ἄρχὴν vel ἐπιμελείας τῶν ἀνοχῶν, sed πολιαρχεῖν ἐν ταῖς ἀνοχαῖς. ita semper Dio ubique. *Idem.*

1. *Et in conviviis.*] Regius, *in convivia.* Idem.

2. *Respondit.*] Sic hunc locum scribe & distingue: *Post hoc patrimonium paternum sorori totum concessit, quum eum ad divisionem mater vocaret, respondit que avi bonis se esse contentum.* Salmas.

3. *Ne inferior esset soror marito.*] Numidio Quadrato. Natus ex hoc matrimonio Numidius Quadratus. *Casaub.*

4. *Fuit autem ea vitæ indulgentia, &c.*] *Indulgentia vitæ* Capitolino dicitur, quæ Platoni ἄκρασια τοῦ ἤθους, facilitas morum, per quam alienæ voluntati nos accommodamus sæpius quam nostræ. vitia huic virtuti contraria sunt αὐθάδεια & ἰσχυρογνωμοσύνη, sive pertinacia: cùm aliquis quod vult, vehementer vult, & sic, ut dimoveri non possit. Rara laus in ea præsertim fortuna & ætate, qua fuit tum Marcus: potuisse illum suorum omnium voluntatibus se συγκαταβιάζειν, quasi careret propria. Pro illis, *in venationes pergere*, regius præfert, *venationem spatiari.* credo, pro *spectare.* malo quod editum: & refero ad veram venationem, non amphitheatralem, propter sequentia; ut bis idem dicat. *Idem.*

Fuit autem ea vitæ indulgentia.] Indulgentiam igitur heic accipimus non ἀνεσίθειαν solum & ὑπαναγκίαν, at aliquid plus per indulgentiam voluit indicare Capitolinus, quæ tanta in Marco fuerit, ut etiam contra animi sui voluntatem & propositum cogeretur quædam facere. & hæc δυσωπία est quum instantes amicos & acrius urgentes repellere non possumus, & vinci patimur: atque ita voluntate nostra cogimur. quo vitio laborasse videtur Marcus, etsi id purgare serio conatur auctor iste, qui verecundum fuisse sine ignavia contestatur: & tamen fatetur infra, *Quamvis esset constans, fuisse tamen verecundum.* Indulgentiam ergo δυσωπίαν heic interpretamur. nam δυσωπεῖσθαι est exorari. qui facile exorantur, iidem & ad indulgentiam proni, nec sui sed aliorum arbitrii sunt, totique in aliena potestate versantur. *Salmas.*

Fuit autem ea vitæ indulgentia.] Scio quomodo hæc alii interpretentur: inclinat tamen animus suspicari, scriptum primitus *ea vitæ inindulgentia*, syllaba repetita. indulget vitæ, qui ei sufficit quod debet: non indulget, qui ita se macerat ut pereat in valetudinem. *Grut.*

5. *In venationes pergere.*] Sic Palatinus

spectaculis interesse. [1] Operam præterea pingendo sub magistro Diogneto dedit. [2] Amavit pugilatum, luctamina, & cursum, & aucupatus. & pila lusit apprimè, & venatus est. [3] Sed ab omnibus his intentionibus studium eum philosophiæ abduxit, seriumque & gravem reddidit: non tamen

nus & vetus editio. nam venationes non aliæ heic sunt intelligendæ quam amphitheatrales. dixisset igitur *venarum pergere*, si veram venationem intelligi voluisset. At bis idem dicit Spartianus: sequitur enim, *& spectaculis interesse.* sed ibi spectacula proprie sunt circensium spectacula. Non libenter autem spectabat Marcus aut amphitheatrales venationes, nec ludos scenicos, nec Circenses. itaque cogebatur illis aliquando interesse, &, ut erat summæ lenitatis & facilitatis atque indulgentiæ, cogentibus se manum dabat. *In venationes pergere*, est ad venationes amphitheatrales ire & illis interesse. venationes enim hoc numero plurium dicebantur. *Salmas.*

1. *Operam præterea pingendo sub Diogneto magistro dedit.*] Ego non dubito Diognetum hunc esse, à quo didicisse ait Marcus τὸ ἀκτυόστικὸν, ne vana pro seriis amplecteretur, falsa pro veris: qui error omnibus seculis maximam humani generis partem occupavit: & ne facilè iis crederet, quæ de diis homines γόητες & περιτροχάδην fingere soliti. Nemini potiùs quàm pictori hujus τελείνης agnitio conveniebat. norat enim pleraque eorum quæ de diis vulgò crederentur, ad libidinem pictorum inventa primò; ridiculè postea fidem inveniisse apud homines quà superstitiosos, quà veritatis incuriosos. *Casaub.*

Operam præterea pingendo sub Diogneto dedit.] Pictorem hunc Diognetum oportet fuisse, sub quo pingendi artem didicerit Marcus. meminit Diogneti Marcus de vita sua, sed à quo non picturam se didicisse dicit, sed τὸ ἀκτυόστικὸν καὶ τὸ ἀπατηλὸν τῆς τέχνης περιτροχάδην καὶ γόητων ἀνθρώπων καὶ τῶν τοιούτων λεγομένων. Non jam igitur ille pictor sed philosophus: & ad magicarum incantationum præstigias & ludibria, quibus fidem nullam adjungi & accommodari debere Marcum docebat ille Diognetus. qua in re non pictoris officium faciebat scilicet, sed philosophi. Alius igitur omnino Diognetus ille Marci ab hoc pictore Diogneto Capitolini. quid igitur dicemus? hunc Diognetum pictorem fuisse simul & philosophum? potest hoc dici. possunt etiam diversi esse & hic sub quo dedit operam picturæ Marcus, & ille cujus ipse meminit: Palatinus *Diogenetum* heic legit, non *Diognetum*. & ita etiam princeps editio. *Salmas.*

2. *Amavit pugilatum, luctamina, & cursum.*] An ut spectaculo pugilum, luctatorum & cursorum se oblectaret? an potius ut iste illa omnia faceret, exercendi corporis? hoc verius. in Vero ait Capitolinus: *Amavit venatus, palæstras, & omnia exercitia juventutis.* Et auctor est Galenus Υγιεινῶν libro sexto, Antoninum curandi corporis fuisse admodum studiosum: certamq; vitæ rationem constantissimè tenuisse. *Casaub.*

3. *Sed ab omnibus his intentionibus.*] Studiis & occupationibus. *Idem.*

Sed ab omnibus his intentionibus.] Liber Palatinus: *intentionis.* forte *intentioris*, ut ad *Philosophiæ* referatur hoc modo: *Sed ab omnibus his, intentioris studium eum Philosophiæ abduxit:* Ut intentiorem Philosophiam vocet Stoicam, cui plurimum deditus Marcus. si cui placeat magis vulgatam lectionem retinere, per me licet retineat, ut intentio sit σπουδαχὴ & studium. nihil igitur mutandum puto. *Salmas.*

1. *Sua*

tamen prorsus abolita in eo comitate, quam præcipuè [1] suis mox amicis atque etiam minùs notis exhibebat: quum frugi esset sine contumacia, verecundus sine ignavia, sine tristitia gravis. His ita se habentibus, quum post obitum L. Cæsaris Adrianus successorem imperii quæreret, nec idoneus, utpote decem & octo annos agens, Marcus haberetur, amitæ Marci virum Antoninum Pium Adrianus ea lege in adoptionem legit, ut sibi Marcum Pius adoptaret: [2] ita tamen ut & Marcus sibi Lucium Commodum adoptaret. Sanè ea die qua adoptatus est Verus, in somnis se humeros eburneos habere vidit: [3] scisciatusque an apti essent oneri ferundo, solito reperit fortiores. Ubi autem comperit se ab Adriano adoptatum, magis est deterritus quàm lætatus: jussusque [4] in Adriani privatam domum migrare, invitus de maternis hortis recessit. Quumque ab eo domestici quærerent cur tristis in adoptionem regiam transiret, disputavit quæ mala in se contineret imperium. Tunc primùm pro Annio Aurelius cœpit vocari, quòd in Aureliam, hoc est Antonini, adoptionis jure transisset. Octavodecimo ergo ætatis anno adoptatus, [5] in secundo consulatu Antonini jam patris sui, [1] Adria-

1. *Suis mox amicis.*] An igitur tunc amici illius non erant? imò erant: sed *mox amicos* appellat eos qui Marci imperantis dicti postea sunt amici, quòd cum illis consilia sua participaret, ut ad Hadrianum diximus. Si cum verbo jungas, durius culum erit, *mox exhibebat.* Casaub.

2. *Ita tamen ut & Marcus.*] Vide quæ notavimus ad Verum Cæsarem. *Idem.*

3. *Scisciatusque.*] Novè, pro experrus, περιπθόμενος, vel πείρας λαβὼν φιλήσεως: neque enim heic est idem ac περιθάνεσθαι. *Idem.*

4. *In Hadriani privatam domum.*] In qua privatus habitaverat. *Idem.*

5. *In secundo consulatu Antonini jam patris sui.*] Hic video pleraque omnia in deterius esse mutata: non quia sic disponi melius sit, sed temere, nulla certa ratione; imò contra certissimam ut plurimùm rationem: sicut isto loco: nam ita habent regiæ membranæ: *In secundo consulatu Antonini. Jam qui dicebant Marcum velle finiti belli gloriam sibi vendicare, &c.* Translatis in alium locum, quæcunque in vulgatis habentur post illa *in secundo consulatu Antonini*, usque ad versum primum paginæ 172. quæ nemo est tam stultus qui putet cum istis posse continuari. Quo igitur casu factum dicemus ut illa ordine tam perverso describerentur? quid ille Marrucinus cogitabat, qui hæc ista disposuit? Nos igitur cùm vitam principis tam boni, tam malè fuisse acceptam doleremus; non temperavimus, quin & memoriæ Marci & honori Capitolini, pro

[1] Adriano ferente, gratia ætatis facta, quæstor est designatus. Adoptatusque in aulicam domum, [2] omnibus parentibus suis tantam reverentiam quantam privatus exhibuit. Eratque haud secus rei suæ quàm in privata domo [3] parcus ac diligens, pro instituto patris volens agere, dicere, cogitare. [4] Adriano Baiis absumpto, [5] quum Pius ad vehendas ejus reliquias esset profectus, [6] relictus Romæ, avo justa implevit: [7] & gladiatorium, quasi privatus quæstor, edidit munus. Post excessum Adriani statim Pius per uxorem suam Marcum scisitatus est: [8] & quum dissolutis 6

ni, pro virili consuleremus: totumque hunc librum verbis quidem Capitolini, sed judicio nostro retexeremus, & hoc mangonio scriptum antiquum faceremus novum. Eam lucubratiunculam in studiosorum gratiam separatim, cum bono Deo, sumus edituri. *Idem.*

1. *Hadriano ferente gratia ætatis facta.*] *Ferre* pro referre ad senatum & patres. Nam gratiam annariæ legis petitu Hadriani senatus fecit. sic Commodus fit consul venia hujus legis impetrata, inquit Lampridius: hoc est, Marco ferente, senatu decernente. *Idem.*

2. *Omnibus parentibus suis tantam reverentiam.*] Hem! *omnibus?* tam multos igitur habuit Marcus parentes? Atqui patre qui genuerat pridem extincto, duos solos habuit parentis reverentia colendos, patrem Pium, & Hadrianum avum. mater, & avi paternus ac maternus fato jam concesserant. Quinam igitur isti tot parentes? Si γονέας quæris præter quos diximus, nulli erant: sed nego vocem *parentis* ex usu veterum Romanorum debere hoc accipi: verùm planè quomodo in idiotismo Gallico, Hispanico etiam & Italico, pro quibuscunque sanguine vel affinitate junctis usurpatur. *Idem.*

3. *Parcus ac diligens.*] Dio de Marco, οἰκονομικώτατος & ὡς ἀληθῶς λιτός. *Idem.*

4. *Hadriano Baiis absumpto.*] *Baias* in veteri Palatino scribendum; *apud Baias*, sic in Hadriano: *In conspectu ejus apud ipsas Baias periit.* Salmas.

5. *Cum Pius ad vehendas ejus reliquias esset profectus.*] Hadrianus cum postremùm Roma proficiscens Baias peteret, Pium ad imperandum reliquit in Urbe. sed cùm remediis nihil proficeret, finem adesse sibi intelligens, Antoninum accersiit, ut in ejus conspectu moreretur: quod & factum esse scribit Spartianus: Capitolinus alios hoc auctores sequitur. *Casaub.*

Cùm Pius ad advehendas ejus reliquias.] Sic Pal. ut appareat ea syllaba absorpta, scriptum solummodò, *ad vehendas.* Grut.

6. *Relictus Romæ avo justa implevit.*] Si de Hadriano intelligit, cui per adoptionem nepos Marcus, mirum est, cur dicatur Marcus justa illi implevisse, quasi privatus quæstor. Deinde constat mortuo Hadriano funus factum esse primùm Puteolis; deinde autem Romæ, postquam eò advectæ ipsius reliquiæ. An igitur avum hic accipere debemus Annium Verum paternum Hadriani avum, cui paullò ante mortuo, justa nondum implevisset? *Casaubonus.*

7. *Et gladiatorium quasi privatus quæstor.*] *Et gladiatorium quasi privatus quæstor edidit munus.* ita legendum ex veteri codice. *Salmas.*

8. *Et quum dissolutis sponsalibus, quæ cum Lucii Ceionii filia desponderi voluerat: impe-*

solutis sponsalibus, quæ cum Lucii Cejonii Commodi filia desponderi voluerat, impar adhuc ætati esset, habita deli-

impar adhuc ætati esset.] Jam antè diximus librariorum improbitatem eximiè grassatam esse in hoc libro: cujus rei insigne argumentum locus hic præbet, corruptus insigniter. quæro quis ille sit de quo hæc verba, *impar adhuc ætati* (vel potius *ætate*:) dicantur? omnino, ut hæc scriptura est, vel de Marco illa accipienda, vel de filia Lucii. atque falsum utrumque: de neutro enim illorum sentiebat Capitolinus cùm ea poneret; sed de Vero qui cum Marco imperavit. Audiamus ipsius testimonium: scribit enim in illius vita: *Ab Hadriano Aurelio datus est adoptandus ea lege, ut filiam Pii Verus acciperet, quæ data est Marco idcirco, quia hic ad hoc impar videbatur ætate, ut in Marci vita exposuimus.* Vides non laudari solùm istum locum: sed iisdem etiam verbis repetitis, ejus sententiam indicari. Cùm igitur in hodiernis codicibus nulla hoc loco mentio facta Veri inveniatur: constat liquidò vulnus illis esse impositum, & voces aliquot ademtas. Deesse verò unum aut alterum vocabulum, acutus lector facilè concederet nobis, si observaverit, quod res arguit manifestissimè, binorum sponsaliorum heic fuisse factam mentionem: Marci cum Lucii filia, & Veri cum Pii filia Faustina. utraque Hadrianus fieri voluerat jusseratque: & tamen utraque post ejus obitum dissoluta voluntate Pii: qui ne temerè patris voluntatem videretur irritam fecisse, hanc caussam facto prætexuit, quòd Verus filiæ suæ nuptiis impar adhuc ætate esset. His politis nemo cui rite cor saliat negaverit, mutilum locum & conclamatum in pristinam sententiam his aut similibus verbis esse restituendum. *Et quum dissolutis sponsalibus, quæ cum Lucii Ceionii Commodi filia [contrahere illum Hadrianus voluerat, Faustina illi offerretur, quòd Verus, cui eam Hadrianus] desponderi voluerat, impar adhuc ætate esset, de eo habita deliberatione cogitare velle se dixit.* Audebo dicere, dextro Apolline manus interfecto loco à nobis admotas. nam membranæ nihil aliud gisi mendæ vetustatem arguunt. erat in iis & veteribus editis, *de habita delib.* scripsimus, *de eo habita del.* Casaub.

Et quum dissolutis sponsalibus.] Pessime de hoc auctore meriti sunt, qui locum istum ad hunc quo legitur hodie modum, interpolaverunt. Videamus igitur quemadmodum poterit constitui totus hic locus ad scripturæ veteris instar, ut non sibi ipsi disconveniat Capitolinus & ratio historiæ constet. Ita legimus: *Post excessum Hadriani statim Pius per uxorem suam Marcum scisciratus est, & eum dissolutis sponsalibus quæ cum Lucio Commodo desponderi voluerat, impari adhuc ætate, habita deliberatione, velle se dixit.* Nihil omnino nobis permisimus licentiæ, nec tantillum discessimus à vestigiis veteris libri. & hic horum verborum sensus est: Verus qui Lucius Commodus erat priusquam à Marco adoptatus est, quum ab Hadriano Aurelio datus esset adoptandus, & ea quidem lege ut Pii filiam Lucius Commodus acciperet, cum mortuo Hadriano impar ætate videretur ad hoc matrimonium, data est Pii filia Marco quam Hadrianus Vero dari voluerat. ita igitur hæc procedunt: post excessum Hadriani Pius per uxorem suam Marcum scisciratus est, & eum habita deliberatione velle se dixit, dissolutis sponsalibus quæ cum Lucio Commodo desponderi voluerat, Hadrianus scilicet, post cujus mortem hæc fiunt præter ipsius voluntatem. ut exploraret voluntatem Marci, Pius per uxorem cum tentavit quid animi haberet de hac conditione, & eum velle se dixit potius quam Verum cujus erat impar ætas ad hoc matrimonium. *cum velle se dixit*, generum scilicet, & ita infra locutus est. *Salmas.*

1. *Commodi filia desponderi voluerat, impar adhuc ætati esset, habita deliberatione cogitare, &c.*] Locus verè interfectus.

deliberatione cogitare velle se dixit. His ita gestis, [1] adhuc quæstorem & [2] consulem secum Pius Marcum designavit, & Cæsaris appellatione donavit: [3] & sevirum turmis equitum Romanorum jam consulem designatum creavit: & edenti cum collegis ludos sevirales adsedit, & in Tiberianam domum transgredi jussit, & aulico fastigio renitentem ornavit, & in collegia sacerdotum jubente senatu recepit, secundùm etiam consulem designavit, quum ipse quartùm pariter iniret. Per eadem tempora [4] quum tantis honoribus occuparetur, & quum formandus ad regendum statum reipub. patris actibus interesset, studia cupidissimè frequentavit. Post hæc Faustinam duxit uxorem, & susceptâ filia, tribunitia potestate donatus est, [5] atque impe-

ctus. Palatinus codex non agnoscit vocem *filia*, habetque *impari adhuc ætati*, excluditque prærerea verbum *cogitare*. videantur notæ Casauboni nostri. *Grut.*

1. *Adhuc quæstorem.*] Hoc notat, quia contra veterem disciplinam: cùm neque magistratus continuare fas esset: neque à quæstura ad consulatum ascenderetur, sed ad præturam. *Casaubonus.*

2. *Consulem secum Pius Marcum designavit.*] Cùm quidem Pius tertium, Marcus primum consulatum unà egerunt. *Idem.*

3. *Et sevirum turmis equitum Rom.*] Inscriptio vetus, VI. VIRO. EQVIT. ROMAN. TVRM. & cum adscripto turmæ numero. Lapis alius: VI. VIR. EQVIT. ROM. TVRMAL. PRIMAT. Erant seviri distincti in seniores & juniores: quod ex aliis lapidibus cognoscimus. *Idem.*

4. *Quum tantis honoribus occuparetur.*] Malim scribi: *oneribus*. Idem.

5. *Atque imperio extra urbem Proconsulari.*] Vana illa adjectio *extra urbem*. nam imperium Proconsulare extra urbem tantum fuit: intra urbem nullum Proconsulis imperium. Supra in Antonino Pio: *Facultasque est patri & in imperio Proconsulari, & in tribunitia potestate collega.* Et ita alibi passim apud alios. Augustus non contentus perpetua dictatura, omnium populi Romani magistratuum, & qui intra urbem, & qui extra urbem imperium haberent, titulis & insignibus ornari & muniri voluit. inter quæ non omisit proconsulare imperium. quod postea sequentes imperatores etiam usurparunt, quibus semper honoris gratia proconsulare imperium delatum est, & tam Cæsaribus quam Augustis, solebat dari. Tacitus lib. 1. Annal. *At Germanico Cæsari proconsulare imperium petivit, missique legati qui deferrent.* Quibus igitur hic proconsulatus honos delatus, non mirum & eos proconsules fuisse appellatos. & istum quidem proconsulis titulum ex imperatoribus ante Antoninum Pium qui usurparit, neminem invenio: etsi omnes jam inde ab Augusto imperio proconsulari donati sint. falsissimum vero in veteribus inscriptionibus sex tantum inveniri, qui proconsules nominentur, & Severo quidem antiquiorem nullum ita nominari. Nam & Marcus Antonius, & Commodus, & Verus, & Gordianus, & Valerianus & Gallienus & reliqui omnes ita passim in veteribus saxis inscribuntur. *Salmas. sius.*

imperio extra urbem proconsulari, [1] addito jure quintæ relationis: tantumque apud Pium valuit ut nunquam quenquam sine eo facilè promoverit. [2] Erat autem in summis obsequiis patris Marcus, quamvis non deessent qui aliqua adversum eum insusurrarent, [3] & præ cæteris [4] Valerius Omulus: qui quum Lucillam matrem Marci in viridario venerantem simulacrum Apollinis vidisset, insusurravit, [5] *Illa nunc rogat ut diem tuum claudas, & filius imperet.* quod omnino apud Pium nihil valuit: tanta erat Marci probitas, & [6] tanta in imperatorio principatu mo-
7 destia. [7] Æstimationis autem tantam curam habuit, [8] ut & procuratores suos puer semper moneret nequid arrogantiùs facerent, [9] & hereditates delatas reddens proximis aliquando respuerit: denique per viginti & tres annos in domo patris ita versatus, ut ejus quotidie amor crescere: [10] nec præter duas noctes per tot annos ab eo mansit diver-

1. *Addito jure quintæ relationis.*] De hoc jure diximus ad Suetonium libro primo, cap. xx. *Casaub.*

2. *Erat autem in summis obsequiis patris Marcus.*] Loquendi genus insolens, *esse in obsequiis summis alicujus*: cui non nihil affine, quod apud Luciferum observabamus, *repræsentare se alicui in obsequiis.* ita dictum, ut *esse in amore alicui*, & *imperare in amore omnium*, quomodo loquitur alibi Capitolinus. *Idem.*

3. *Et præ cæteris Valerius Omulus.*] Balat. *Omullus*, fortasse melius. *Grut.*

4. *Valerius Omulus.*] Vel *Omullus.* Casaub.

5. *Illa nunc rogat, ut diem tuum claudas.*] Apud tyrannos & vota crimina sunt. Et Caligula, *Optimam sibi exules suos mortem imprecari, misit circum insulas, qui universos contrucidarent*, ait Suetonius. *Idem.*

6. *Tanta in imperatorio principatu modestia.*] Arqui nondum imperator erat Marcus, sed solùm Cæsar. verùm ita locutus, quòd jam tum futuri imperii certam in spem venerat. Sed alii libri pro *principatu* scribunt *participatu.* Idem.

7. *Æstimationis autem.*] Melius libri, *Existimationis.* Idem.

Existimationis autem tantam curam habuit.] Est à Palatino nostro. nam prius editi, *Æstimationis*, quod huic minus quadrare, indicatum & ab aliis. *Grut.*

8. *Ut & procuratores suos semper moneret.*] Trajectio est in verbis commissa: nam ita accipiendum: *ut & puer procuratores suos.* Casaub.

9. *Et hereditates delatas reddens proximis aliquando respuerit.*] Immo potius debuit: *Et hereditates delatas respuens proximis aliquando reddiderit.* Hoc enim vult, Marcum sibi delatas hereditates respuisse & proximis reddidisse. *Salmas.*

10. *Nec præter duas noctes ab eo mansit.*] Scribe, *emansit.* translatum à militari disciplina. Notum qui dicantur emansores in jure. idem est *decubare* apud A. Gellium lib. x. cap. xv. *Casaubonus.*

Nec præter duas noctes, &c.] Non audio virum doctissimum emendantem: *ab eo emansit.* nam eundem sensum

diversis vicibus. Ob hoc Antoninus Pius quum sibi adesse finem vitæ videret, vocatis amicis & præfectis, ut successorem eum imperii omnibus commendavit atque firmavit, [1] statimque signo Æquanimitatis tribuno dato, Fortunam auream quæ in cubiculo solebat esse, ad Marci cubiculum transire jussit. Bonorum maternorum partem [2] Mummio Quadrato sororis filio (quia illa jam mortua erat) tradidit. Post excessum divi Pii à senatu coactus regimen publicum capere, fratrem sibi participem in imperio designavit: quem *Lucium Aurelium Verum Commodum* appellavit, Cæsaremque atque Augustum dixit, atque ex eo pariter cœperunt rempublicam regere. Tuncque primùm Romanum [3] imperium [4] duos Augustos habere cœpit * lictum cum alio participasset. [5] Antonini mox

sum præstat lectio vulgata. *ab aliquo manere*, est amanere, ἀπομένειν. Glossæ veteres: *emansit*, ἀπεμείνατο. dicebant etiam *emanere* & *eminere* pro eodem. eadem glossæ: *emansiones*, ἀναπαυμοί, ἀπόμονοι. pervigilia emansiones dicebantur, quod qui pervigiliis alicujus dei operabantur, domo secubabant & emanebant, vel amanebant. nam *manere* pro cubare dicebant. hinc amanere & emanere est secubare Sueton. in Octavio: *Ac per annos amplius quadraginta eodem cubiculo æstate & hyeme mansit.* id est cubavit. τὸ *apud aliquem manere* contrarium est, *ab aliquo manere*, quod heic habemus. *Salmas.*

1. *Statimque signo æquanimitatis dato.*] Ita supra loquutus in Antonino. *Idem.*

2. *Mummio Quadrato.*] Scripti, *Munnio.* scribendum, *Numidio*, aut *Numio.* Casaub.

Mummio Quadrato sororis filio.] Haud aliter idem noster Palatinus. *Gruterus.*

3. *Imperium duos Augustos habere cœpit * lictum cum alio, &c.*] Isthæc ita scribuntur in Pal. integro, tamquam nihil desit, qui excerpta continet, non habet illud *lictum cum alio, &c.* ut suspicio oriri posset à margine irrepsisse in contextum, quamvis mutilum. *Grut.*

4. *Duos Augustos habere cœpit ..... lictum cum alio participasset.*] Desunt pauca verba. Sententiam expleveris, si scribas, *cum id nemo ante istum cum alio participasset.* Vel hoc modo, *cum antea nemo sibi relictum cum alio participasset.* Casaub.

*Duos Augustos habere cœpit * lictum cum alio participasset.*] Et hic locus unus est de depositis ac desperatis. videamus an ita legendo in meliorem possit restitui: *Tuncque primum Romanum imperium duos Augustos habere cœpit. id quum cum alio participasset, Antonini mox ipse nomen recepit. id*, nempe imperium. nam post participatum statim imperium, Marcus qui Verus prius vocabatur, Antonini nomen recepit. nec movere quemquam debet concursus duarum vocum *cum cum*, in diversa significatione. sic enim alibi usus est Spartianus. In Hadriano: *Ad deprehendendas observatorum fraudes quum cum plurimis summatibus pasceret.* Salmas.

5. *Antonini mox ipse nomen recepit.*] Antoninus cognomen fuit Arriæ gentis. Pius Augustorum primus id gessit: initiò quidem ut cognomen: cum ad-

mox ipse nomen recepit. & quasi pater L. Commodi esset, [1] & Verum eum appellavit, addito Antonini nomine: filiamque suam Lucillam fratri despondit. [2] Ob hanc conjunctionem [3] pueros & puellas novorum hominum frumenta-

optatus fuisset à T. Arrio Antonino avo materno. sed quod priùs illi cognomen erat, accedente Pii cognomine factum est nomen: dictus est enim T. ANTONINVS PIVS. Sic accipiendum quod ait in Diadumeno Lampridius: *Pius verum nomen Antonini habuit, cognomen Pii.* Nam hoc nisi dextrè interpreteris, falsissimum est. A Pio transiit eadem appellatio ad Marcum: qui non quasi cognomine, sed ut vero nomine dictus est MARCVS ANTONINVS. Quare scribit Lampridius: *Marcus verum nomen Verissimi habuit: sed hoc sublato atque abolito, non prænomen Antonini, sed nomen accepit.* In Marco cepit hæc appellatio velut symbolum esse imperii: quòd imperium cùm ipse communicasset Vero, etiam hoc nomen illi detulit, ut subjicit statim Capitolinus. & Lampridius quoque non prænomen, sed nomen Antonini ab illo acceptum admonet. Posteriores verò imperatores ad Maximinum usque, prænomine hoc usi tanquam omnibus Augustis debito: qua de re præclarè disserit apud populum Rom. Alexander Severus, referente Lampridio. Ita vides appellationem eandem pro cognomine, nomine, & prænomine diversis temporibus habitam. Quod semel dictum voluimus: quia multa sparsim hi scriptores super ea re, parum perspicuè, & indigestè. *Casaub.*

1. *Et Verum eum appellavit.*] Dele τὸ &. Ait Marcum simul cum communicato imperio Veri nomen fratri Lucio communicasse. Nos scimus etiam ante adoptionem, nedum ante imperii participatum, hunc Veri nomen habuisse: quo & pater ejus adhuc privatus fuit nominatus. Scribit tamen idem auctor in ejus vita, *Ex Antonini conjunctione Verus & Antoninus appellatus est.* Et iterum ibidem, *Verum vocari præcepit, suum in illum transferens nomen.* Video nec video qui rectè ista capiam. *Idem.*

Et Verum eum appellavit.] Tamen hic ejus filius Lucius Commodus non ante appellatus est Verus quam adoptaretur à Marco & particeps imperii fieret, qui Lucii Commodi nominibus antea tantum censebatur. ideoque Capitolinus hoc diligenter observavit, ut Lucium Commodum semper vocaret, cum ejus meminit ante adoptionem: post vero, ut in sequentibus, non jam Lucium Commodum, sed Verum appellat. Nec mirum à principio Veri nomen habuisse hunc Lucium, etsi patrem haberet Verum nomine. sic enim & ipse Marcus, Annii Veri filius, Veri nomen post virilem demum togam accepit, cum principio ætatis suæ proavi materni Catilii Severi nomen haberet, & Catilius vocaretur. *Salmas.*

2. *Ob hanc conjunctionem.*] Sic infra conjunctionem vocat, in vita Veri. *Idem.*

3. *Pueros & puellas novorum hominum frumentaria, &c.*] Minùs rectè in membranis *præceptioni.* rectè *perceptioni.* familiare verbum juris auctoribus, & Symmacho, aliisque. Secuti in hac re sunt Divi fratres exempla Trajani, Hadriani, & Pii: qui beneficium frumentationis novis constitutionibus ampliarunt. Sed qui sunt isti *novi homines*, quorum pueri tunc primùm perceptioni frumentariæ ascripti? Nos eos interpretemur, qui recens ex lege Pii civitatem nacti, cives quidem erant, sed conditionis deterioris quàm alii ab antiquo cives Rom. Sic alibi invenias duo civium genera, veterum & novorum. neque est quisquam rerum Rom. peritus quin sciat, novorum quàm veterum civium conditionem fuisse in multis durio-

mentariæ perceptioni ascribi præceperunt. Actis igitur quæ agenda fuerant in senatu, pariter castra prætoria petiverunt, & vicena millia nummum singulis ob participatum imperium militibus promiserunt, & cæteris pro rata. Adriani autem sepulcro corpus patris intulerunt magnifico exequiarum officio: mox justitio sequuto, publicè quoque

duriorem: quod vel hic unicus Plinii locus arguit è libro Panegyrico: ubi de tributo vigesimæ verba faciens, ita scribit: *Hæc manserunt do legis veteribus civibus servabatur: novi seu per Latium in civitatem, seu beneficio principis venissent, nisi simul cognationis jura impetrassent, alieniſsimi habebantur, quibus conjunctissimi fuerant.* Si in exigendis vectigalibus discreta fuerunt novorum & veterum civium jura: dubitabimus & in perceptione frumentaria veteribus potiùs quàm novitiis & ascriptitiis civibus fuisse consultum? Vera igitur causa hujus liberalitatis ea fuit, quam notat Capitolinus: ob conjunctionem Lucillæ Marci filiæ, & Veri Antonini. qua occasione solitam provocari liberalitatem principum nemo ignorat. *Casaub.*

Pueros & puellas novorum hominum.] Moris est Latinos scriptores novos homines appellare non alios quam qui ex humili loco ad summa evecti merito suo vel principum favore natalibus suis nihil debent. aut cur novorum potius civium pueri puellæque huic tantum alimentariæ perceptioni adscripti? sed me ex hoc nodo moraque quæstionis absolvam unius litteræ mutatione. Legendum enim: *Pueros & puellas novorum nominum frumentariæ perceptioni ascribi præceperunt.* Primus, ut dixi, Trajanus, pueros & puellas alimentarias constituerat. quibus liberalitatis incrementum adjecit Hadrianus. Pius etiam in honorem Faustinæ novas puellas ascribi fecit, quas Faustinianas appellavit. Nunc Marcus & Verus ob conjunctionem & participationem imperii novorum nominum pueros & puellas ascribi præcipiunt: cum enim darent nomina sua qui ascribendi erant huic frumentariæ perceptioni, pueri puellæque ideo *novorum nominum* dicuntur, quod præter illos & illas, quarum nomina jam habebantur ascripta, quasque jam instituerant priores imperatores; novi isti, Marci & Veri jussu ascribantur. Atque hæc est hujus loci vera lectio. *Salmas.*

1. *Et cæteris pro rata.*] Vicena millia quasi legitimus fuit modus donativi cuique militum, prætorianorum præsertim, dari soliti post susceptum imperium. at centurionibus duplum dabant: tribunis verò & præfectis alarum adhuc alterum tantùm, ut ad Suetonium observabamus libro 1. cap. XXXVIII. Hoc vocat Capitolinus *pro rata.* Casaub.

2. *Magnifico exequiarum officio, mox justitio sequuto.*] Quid hoc sibi vult, ut præcedant exequiæ magnifico officio celebratæ, mox justitium sequatur, & ordo funeris publice expediatur? an non & ille funeris ordo exequiæ sunt? cur igitur hæc exequiæ separantur à funere ut res diversa & distincta? funus, exequiæ, pompa funeris, nonne res eadem? ita quidem in plebeiis funeribus, at in imperatoriis non item. quod aperte locus hic indicat, quo nescio an clarior & illustrior alius in his auctoribus reperiri possit. sciendum est, imperatore mortuo, more reliquorum hominum, exequias ejus celebrari & corpus humo condi solitum. quod factum cum esset, justitium indicebatur, & pompa funeris publice explicabatur, & lecto ferebatur imago ejus cerea ad verum expressa, & reliqua ad consecrationem pertinentia peragebantur, quæ apud Herodianum describuntur. apud

quoque funeris expeditus est ordo. Et laudavere uterque pro rostris patrem, flaminemque ei ex affinibus, & [1] sodales ex amicissimis Aurelianos creavere. Adepti imperium, ita civiliter se ambo egerunt, [2] ut [3] lenitatem Pii nemo desideraret, quum eos [4] Marullus sui temporis mimographus cavillando impunè perstringeret. [5] Funebre munus patri dederunt. [6] Dabat se Marcus totum & philosophiæ, amorem civium affectans. Sed interpellavit istam felicitatem securitatemque imperatoris prima Tiberis inundatio, quæ sub illis gravissima fuit: quæ res & multa urbis ædificia vexavit, & plurimum animalium interemit, & famem gravissimam peperit. [7] Quæ omnia mala [8] Marcus & Verus sua cura & præsentiâ temperarunt. [9] Fuit eo tempore etiam Parthicum bellum, [10] quod Vologesus paratum

8

quem exemplum hujus moris illustre legere est in vita Severi. *Salmas.*

1. *Sodales ex amicissimis Aurelianos creavere.*] Servat memoriam vetus lapis. SODALI. MARCIANO. AVRELIANO. *Casaub.*

2. *Ut lenitatem Pii nemo desideraret.*] Non injucunda super hac re, prompsimus ad illa Livii de Hieronymo succedente patri Hieroni Siciliæ regi: *Vix quidem ulli bono moderatoque regi facilis erat favor apud Syracusanos, succedendi tanta caritate Hieronis.* lib. XXIV. cap. 4. ubi reponendum videtur, *apud Syracusanos succedenti, tanta caritate Hieronis.* Grut.

3. *Lenitatem Pii nemo desideraret.*] Galenus vocat Marcum βαγώμορά τε καὶ μιτριον, ἥμερόν τε καὶ πρᾶον. *Salmas.*

4. *Marullus sui temporis mimographus.*] Pro, illius temporis. *Casaub.*

5. *Funebre munus patri dederunt.*] Ludos gladiatorios: quod genus spectaculi proprie *munus* dixerunt. *Idem.*

6. *Dabat se Marcus totum & philosophiæ.*] Reperit ut hoc doceat nos: Marcum etiam postquam imperium esset adeptus, totum fuisse in philosophiæ studiis: saltem per initia & dum licuit: mox enim negotiorum procellis jactatum, aliis curis coactum vacare. *Idem.*

7. *Quæ omnia mala Marcus & Verus sua curâ & præsentiâ temperarunt.*] Sic quoque Pal. non *temperavit*, ut editio princeps. præsentiæ autem meminit Capitolinus, quia ipsa mirè recreatur populus uti pluribus probavi in Discussibus meis ad Taciti lib. XV. cap. 36. f. *Grut.*

8. *Marcus & Verus sua cura & præsentia temperarunt.*] Princeps editio, *temperavit. præsentia* hic, est favor, auxilium: βοήθεια propriè Græcis: cùm ad vocem laborantis accurrimus, & præsentes illi nos sistimus, atque opem ferimus: sic *præsentia numina* apud poëtam, id est, propitia. *Casaub.*

9. *Fuit eo tempore etiam Parthicum bellum.*] Sub initia divorum fratrum. *Idem.*

10. *Quod Vologesus patratum sub Pio, Marci & Veri tempore indixit.*] Σφάλμα est temere in hanc editionem ex alia propagatum: nam *paratum*, erat scribendum. Vologesus hic filius est illius Vologesi, de quo Tacitus in Annalibus. quidam è Græcis scribunt Οὐολόγαισον, ut Dio: alii Βολόγαισον, ut Aristides. *Idem.*

1. Fu-

paratum sub Pio, Marci & Veri tempore indixit, [1] fugato [2] Atidio Corneliano, qui Syriam tunc administrabat. Imminebat etiam Britannicum bellum, [3] & Catti in Germaniam ac Rhetiam irruperant. Et [4] adversus Britannos quidem Calphurnius Agricola missus est, contra Cattos Aufidius Victorinus. Ad Parthicum verò bellum senatu consentiente, [5] Verus frater ejus missus est: ipse Romæ remansit, quòd res urbanæ imperatoris præsentiam postularent. Et Verum quidem Marcus Capuam usque prosequutus, [6] amicis comitantibus à senatu ornavit, [7] additis officiorum omnium principibus. Sed quum Romam rediisset

1. *Fugato Atidio Corneliano.*] Malim *Atilio.* nam in antiqua inscriptione nominatur *Atilius Cornelianus*, hujus, nisi fallor, filius. *Idem.*

2. *Atidio Corneliano.*] Sic quoque Pal. *Grut.*

3. *Et Catti in Germaniam ac Rhetiam irruperant.*] Germaniam accipe quà fuit Romanorum provincia, Rheno propior. nam & Catti, sive Chatti populus Germaniæ. *Casaub.*

4. *Adversus Britannos Calphurnius Agricola missus est.*] Firmat hanc historiam unicum, quod sciam veteris apud Britannos arx testimonium, cujus inscriptio servat hodieque nomen *Calphurnii Agricolæ legati Augusti.* Idem.

5. *Verus frater ejus missus est.*] Sic loquitur tanquam de proconsule: non ut de eo qui pari potestate cum Marco imperaret. inde etiam verbum *ornavit:* quo mox utitur. *Idem.*

Verus frater ejus missus est.] Brevius & concinnius Palatinus: *Verus frater est missus.* & ita semper fratrem vocat. *Salmas.*

6. *Amicis comitantibus à senatu ornavit.*] *Comitantibus*, id est, qui Marcum Capuam usque erant prosecuti, & comitati. vel, pro comitaturis: id est, qui Vero in provincia futuri erant comites & consiliorum participes. *Casaub.*

7. *Additis officiorum omnium principibus.*] *Principes officiorum, sive principales,* itemque *magistros officiorum* dixerunt, qui inter sui ordinis homines principem locum tenent: posterior ætas primicerios, quasi πρωτοστατας τῶν ἄλλων. *Idem.*

Additis officiorum omnium principibus.] Quos heic principes officiorum, alibi magistros vocat. in Pescennio: *Quum hoc ei & præfecti suggererent & officiorum magistri.* Singula officia Palatina habebant principes suos: qui & primates officii dicebantur & priores. unus tamen erat qui proprie princeps officii dicebatur tam in Palatinis officii, quam in officiis præsidum & rectorum provinciarum. præter hos principes singulorum officiorum, erat magister officiorum qui omnibus officiis præerat, & omnium officiorum Palatinorum, & principum officiorum princeps fuit & magister. is in vetusta inscriptione dicitur magister omnium officiorum: FL. EVGENIO. V. C. EX PRAEFECTO. PRAETORIO. CONSVLI. ORDINARIO. DESIGNATO. MAGISTRO. OFFICIORVM. OMNIVM. Idem princeps officiorum dicitur in antiquo saxo: NERITO. DIVI. CLAVDI. PRINCIPIS. OFFICI. IMPER. id est principis officiorum, non principis officii, ut censebat vir magnus. multum interest inter officii principem & officiorum. hic magister dicebatur, & omnia officia sub se habebat: ille unius officii princeps &

disset Marcus, cognovissetque Verum apud Canusium ægrotare, ad eum videndum contendit, susceptis in senatu votis: quæ posteaquam Romam rediit, audita Veri transmissione, statim reddidit. Et Verus quidem posteaquam in Syriam venit, [1] in deliciis apud Antiochiam & Daphnen vixit, [2] armisque se gladiatoriis & venatibus exercuit, quum per legatos bellum Parthicum gerens, imperator appellatus esset, quum Marcus horis omnibus reipublicæ actibus incubaret, [3] patienterque delicias fratris

primus erat, nec magister audiebat. habebat autem hic magister officiorum & officium suum, & principatus dicebatur, & omnes qui in ejus officio apparerent, principes. itaque magisterianus & magistri princeps idem est. Magisteriana potestas dicebatur de magistro officiorum. *Salmas.*

1. *In deliciis apud Antiochiam & Daphnen vixit.*] Verum dum fuit in Syria resedisse apud Daphnen, testatur & sanctissimi Albercii historia. Quod autem in Italia Baiæ, ad Alexandriam Canopus, id erat in Syria suburbium Antiochiæ Daphne: locus ita infamis voluptatibus, ut modestioribus ac frugi propè inaccessum scribat Chrysostomus. Et natum ex eo proverbium, *Daphnicis moribus agere*: quod de luxuria diffluentibus usurpabant: Erant sanè omnia ibi ad amœnitatem comparata: cœli aërisque temperamentum maximum: solum & natura & arte delitiis hominum τρυφητὴν accommodum. Sed duo fuere imprimis, quæ in admirationem & amorem Daphnes cunctos raperent: arborum umbriferarum, & optimarum aquarum copia. Præcipuæ arborum lauri & cupressi erant: quas multis constitutionibus cædere imperatores vetuerunt, ut ex historia & Codicis titulo scimus. Erant & arbores aliæ multæ, quæ totum locum instar pergularum tegerent, quas moris est in hortis & pomariis è vitis arbore aliisque conficere. accedebat gratia florum, quos sub illis arboribus terra edebat, & aspectu & odoratu suavissimos pro anni tempore alios atque alios. *Casaubonus.*

2. *Armisque se gladiatoriis exercuit.*] Lampridius de Pertinace: *Objectum ei Julianæ quòd armis gladiatoriis exercitatus esset.* At sine probro de Hadriano Spartianus, *Gladiatoria quoque arma tractavit.* Idem.

3. *Patienterque delicias fratris & propè invitus ac nolens ferret.*] Lege, *& propè non invitus ac volens.* Sic ferebat fratris delicias patienter, ut videretur non invitus connivere, & reip. actibus solus, suam & Veri vicem, incubare. Paullò post: *Tantæ autem sanctitatis fuit Marcus, ut Veri vitia & celaverit, & defenderit, cùm ei vehementissimè displicerent.* Idem.

Patienterque delicias fratris ac prope invitus ac nolens.] Optime vetus editio: *ac prope invitus ac volens.* & sic legimus: non, *ac prope non invitus ac volens.* quod tamen placuit eruditissimo Casaubono. eleganter dictum, *prope invitus ac volens.* Marcus patienter fratris delicias ferebat, atque ita patienter, ut videretur prope invitus & volens eas ferre. ἐκὼν nempe, ἀίκητι ὃ ἑκοῦσι, quod exprimere voluit hoc loco Capitolinus. medius igitur inter volentem & nolentem eas ferebat: qui quidem si potuisset mutare fratrem & facere ut ne in deliciis viveret, libenter id fecisset: sed quoniam mutari non poterat, quod reliquum fuit, ferebat patienter ac prope nolens volens. *Salmas.*

1. *Prope*

tris & [1] prope invitus ac volens ferret. Denique omnia quæ ad bellum erant necessaria, Romæ positus & disposuit Marcus & ordinavit. Gestæ sunt res in Armenia prosperè [2] per Statium Priscum Artaxatis captis: delatumque *Armeniacum* nomen utrique principum: quod Marcus per verecundiam primò recusavit, postea tamen recepit. Profligato autem bello, uterque *Parthicus* appellatus est. sed hoc quoque Marcus delatum nomen repudiavit, quod postea recepit. *Patris patriæ* autem nomen delatum fratre absente, in ejusdem præsentiam distulit: medio belli tempore [3] & Civicam patruum Veri & [4] filiam suam nupturam [5] commissam sororis suæ curæ, [6] eandem locupletatam, Brun- 9

1. *Prope invitus ac volens.*] Ausus sum admittere hanc lectionem, cùm eam firmarent non modò membranæ Palatinæ, sed & Augustanæ. putant alii adhuc legendum, *prope non invitus*: sed cum id sit contra libros, non id ausus fui recipere; tantò quidem minus, quod videretur exprimere voluisse illud Græcorum, οὐχ ἑκών, ἑκών. *Grut.*

2. *Per Statium Priscum Artaxatis captus.*] Armeniæ urbs sive φρούριον, captum à Romanis bello Mithridatico: deinde amissum ab iisdem & receptum sæpiùs. Statius Priscus consul fuit primo & vigesimo Pii anno. De cognominibus Marco delatis, quorum hic mentio, adeantur veteres inscriptiones & nummi. *Casaub.*

3. *Et Civicam patruum Veri.*] Videtur is esse, qui sub Hadriano consulatum gessit cum L. Ceionio Commodo Vero, qui postea dictus est Cæsar. Nominatur in antiquo lapide, SEX. VETVLENVS. CIVICA. POMPEIANVS. *Idem.*

4. *Filiam suam nupturam.*] Lucillam Vero desponsatam, antequam ad bellum Parthicum proficisceretur. *Idem.*

5. *Commissam sororis suæ curæ, eandem locupletatam.*] *Sorori suæ*, in Palatino. ex cujus fide totum hunc locum sic constituere licet: *Et filiam nupturam commissam sorori suæ, eandemque locupletatam, Brundusium usque deduxit & ad eum misit: Romamque statim rediit revocatus eorum sermonibus qui dicerent Marcum velle finiti belli gloriam sibimet vindicare.* verba autem illa, *eandemque locupletatam*, manifesto de filia Marci, non de sorore capienda sunt. nec aliter patitur orationis contextus. Si enim de sorore intelligeret, aliter loquutus esset, hoc nempe modo: *Filiam suam commissam sorori suæ, eidemque locupletatæ, Brundusium usque deduxit*: sed ut dixi, de filia non de sorore capiendum, quam non nudam ad virum mitit, sed locupletatam, ut imperatoris filiæ conveniebat, & imperatoris uxori futuræ. *Salmas.*

Commissam sororis suæ curæ.] Palatinus adsentitur Augustanis membranis, eisque quas excussit Puteanus; habentque tantum, *sorori suæ.* nihilo pejus quam vulgatum; si non melius. *Grut.*

6. *Eandem locupletatam.*] Legendum censeo, *eademque locupletata.* nempe sorore sua Annia Cornificia. Nam cùm ejus fidei crederet charissimum filiæ pignus; videtur bonus pater, de ejus salute sollicitus, sororem locupletasse, ut & iter adeò longum ne gravaretur susciperé, & eò diligentius illam curaret. *Casaub.*

1. Mar-

Brundusium usque deduxit, & ad eum misit. Romam verò statim rediit, revocatus eorum sermonibus qui dicebant [1] Marcum velle finiti belli gloriam sibimet vindicare, [2] atque idcirco in Syriam proficisci. [3] Ad proconsulem scribit, nequis filiæ suæ iter facienti occurreret. [4] Inter hæc liberales causas ita munivit, [5] ut primus juberet [6] apud præfectos ærarii Saturni unumquemque civium [7] natos liberos profiteri, [8] intra tricesimum diem nomine impositio. [9] Per provincias tabulariorum publicorum usum instituit, [10] apud quos idem de originibus fieret quod Romæ

1. *Marcum velle finiti belli gloriam sibimet vindicare.*] Quod frigidæ nimis ambitionis: nedum cadat in hominem Philosophum, *aliena intervenire gloriæ*, ut loquitur Tacitus l. IV. Hist. cap. ultimo; ubi nos hac de re, plura. *Grut.*

2. *Atque idcirco in Syriam proficisci.*] Decreverat enim initio Marcus in Asiam proficisci, & filiam suam ad Verum ipse deducere: quod Acta etiam Albercii confirmant. *Casaub.*

3. *Ad proconsulem scripsit.*] Puteani, *proconsules.* magnâ sententiæ differentiâ: nam ex illa voce *proconsulem*, colligebamus, Marci filiam Brundusii navem conscendisse, non ut in Epirum trajiceret, & inde per provincias Macedoniæ, Achaiæ, & Asiæ, in Syriam tenderet; sed ut rectâ in Syriam vel Asiam navigaret. *Idem.*

4. *Inter hæc liberales causas ita munivit.*] Juris verbum est *munire*, frequens apud antiquos prudentes. Erat sanè Marcus libertatum conservandarum studiosissimus: cujus rei gratia multa ab eo nova jura fuisse introducta, vel XI. Digestorum liber palam fecerit. *Idem.*

5. *Ut primus juberet.*] Falsum hoc, nisi commoda interpretatione mollias. Marcus sanè non primus hujus instituti auctor: sed vetus inventum in melius reformavit. *Idem.*

6. *Apud præfectos ærarii Saturni.*] Ubi acta publica servabantur. *Idem.*

7. *Natos liberos profiteri, intra tricesimum diem nomine impositio.*] Voluit Marcus unumquemque civium intra tricesimum diem natos liberos profiteri. verba autem illa, *nomine impositio*, otiosa sunt, cum enim profitebantur natos liberos, sub nomine illo & illo eos deferebant. nec aliter in acta referri poterant. inferebatur enim nomen actis publicis. nec nomen tantum, sed etiam cognomen. Forte legendum hoc loco: *Intra tricesimum diem à nomine impositio.* Salmas.

8. *Intra trigesimum diem nomine impositio.*] Distingui malim, *Natos liberos profiterentur intra trigesimum diem, nomine impositio.* Nam ante professionem nomina imponebant die lustrico. Nominalia autem Græci septima vel octava die à nativitate celebrabant. nec multo aliter, opinor, Latini. *Casaub.*

9. *Per provincias tabulariorum publicorum usum instituit.*] Servi erant publici, qui in provinciarum civitatibus publica Acta curabant: ideo in lege tertia Cod. De servis publicis manumittendis, quidam quòd tabulariam administrasset, status controversiam patitur. *Idem.*

10. *Apud quos idem de originibus fieret.*] Hujusmodi tabulas Græci παιδογραφίας dixerunt. Modestinus libro primo Excusationum: Η ἡλικία δείκνυ) ἢ ἐκ παιδογραφιῶν, ἢ ἐξ ἑτέρων ἀποδείξεων νομίμων. Ubi vides alteram utilitatem, quæ ex isto Marci in-

næ apud præfectos ærarii: ut si fortè aliquis in provincia natus causam liberalem diceret, testationes inde ferret: atque hanc totam legem [1] de assertionibus firmavit: [2] aliasque de mensariis & auctionibus tulit. Senatum multis cognitionibus, & maximè ad se pertinentibus, judicem dedit. [3] De statu etiam defunctorum intra quinquennium quæri jussit: neque quisquam principum ampliùs senatui detulit. In senatus autem honorificentiam, multis & [4] prætoriis & consularibus privatis decidenda negotia delegavit, quò magis eorum cum exercitio juris autoritas crescceret. Multos ex amicis in senatum allegit cum ædilitiis aut prætoriis dignitatibus: [5] multis senatoribus vel pauperibus sine crimine, dignitates tribunitias ædilitiasque con-

ci instituto capitur, præter illam quæ ad liberales causas pertinebat. Nam quoties erat de alicujus ætate quæstio, ad tabularios adibatur. Quàm multi autem juris articuli in quibus de ætate movetur controversia? *Idem.*

1. *De assertionibus.*] Id est, liberalibus caussis. *Assertio* vel *vindicia* Græcis ἀπογραφὴ, vel ἀπογραφὴ δίκης. *Idem.*

2. *Aliasque de mensariis & auctionibus tulit.*] Reg. *de mensariis & actionibus.* an latet hic aliquid viderint scutiores. ego non dubito rectam esse vulgatam, quæ mensarios cum auctionibus recte jungit: cùm celebrarentur ut plurimùm auctiones ad mensam alicujus trapezitæ: nam ibi nomina facere, inde expungere moris erat. Cura mensariorum ad præfectum Urbi pertinebat. *Idem.*

3. *De statu etiam defunctorum intra quinquennium quæri jussit.*] Et hoc ad liberales caussas pertinet, de quibus antè dictum. Sed parum plenè Marci beneficium exprimit Capitolinus. Cape tu melius ex lege prima Digestis. Ne de statu defunctorum post quinquennium quæratur. *Idem.*

4. *Prætoriis & consularibus decidenda negotia delegavit.*] Refero huc verba Ulpiani libro primo De appellationibus; *Interdum Imperator ita solet judicem dare, ne liceat ab eo provocare: ut scio sæpissimè à Divo Marco judices datos.* Idem.

5. *Multis senatoribus vel pauperibus sine crimine.*] Tolle τὸ *vel*, quod optimam sententiam corrumpit. Senatores pauperes sine crimine, ii sunt de quibus Spartianus in Hadriano. *Senatoribus qui non vitio suo decoxerant, &c.* Idem.

Multis senatoribus vel pauperibus sine crimine.] Palat. *Multis Senatibus.* in promptu est facere ex *senatibus*, *summatibus*: *multis summatibus vel pauperibus sine crimine senatoribus.* Summates autem illos intelligo qui non erant ordinis senatorii, quibus dignitates ædilitias & tribunicias concedebat Marcus: quod idem faciebat in senatoribus qui sine crimine ad egestatem perducti essent. *Salmas.*

Multis Senatoribus pauperibus sine crimine, &c.] Prius publicati, *Senatoribus vel pauperibus*; quam syllabam mediam sustuli, quod non inveniſſet in suis libris Puteanus. vereor nihilominus, ne aliud quid adhuc latear. nam habet Palatinus: *Multis Senatibus vel pauperibus sine crimine Senatoribus dignitates.* an voluit forte dicere, eis etiam succurrisse quibus parerent angustiæ fuerant, non solùm quibus propriæ? *Grut.*

concessit: [1] nec quemquam in ordinem legit nisi quem ipse bene sciisset. Hoc quoque senatoribus detulit, [2] ut quoties de eorum capite esset judicandum, [3] secretò pertractaret, [4] atque ita in publicum prodiret: nec pateretur equites Romanos talibus interesse causis. Semper autem quum potuit, interfuit senatui, etiamsi nihil esset referendum, si Romæ fuit: si verò aliquid referre voluit, etiam de Campania ipse venit. [5] Comitiis præterea etiam usque ad noctem frequenter interfuit: neque unquam recessit de curia nisi consul dixisset, [6] *Nihil vos moramur, Patres conscripti:* [7] senatum appellationibus à consule factis, judicem dedit. Judiciariæ rei singularem diligentiam adhibuit: [8] fastis dies judiciarios addidit, ita ut ducentos triginta dies annuos rebus agendis litibusque disceptandis constitueret. [9] Prætorem tutelarem primus fecit, [10] quum antè tutores

1. *Nec quemquam in ordinem legit.*] Reg. *in eum ordinem legit.* planius: sed *ordo* per se, ordinem senatorium designat, aut etiam decurionum: ut sæpe observabis in antiquis inscriptionibus. *Casaub.*

2. *Ut quoties de eorum capite esset judicandum.*] Palatinus: *quoties de quorum.* ne dubita scribere: *quoties de quorumdam capite esset judicandum.* vel, *de aliquorum.* Salmas.

3. *Secretò pertractaret.*] Regius, *secreto opere pertractaret.* fortasse pro *secreta opera tractaret.* Casaub.

4. *Atque ita in publicum prodiret.*] In Senatum videlicet, tractaturus de eodem negotio cum patribus: vel in forum, ut in tribunali consulis, aut prætoris cum ipsis de re cognosceret. *Idem.*

5. *Comitiis præterea etiam usque ad noctem frequenter interfuit.*] *Comitia* appellat Capitolinus, judicia quæ in foro aut comitio celebrarentur. Quod ajunt Dio & Capitolinus interfuisse comitiis Marcum usque ad noctem, idem Suetonius de Augusto: *Ipse jus dixit assidue, & in noctem nonnunquam.* Idem. *Comitiis etiam usque ad noctem frequenter interfuit.*] Comitia notandum heic vocare Capitolinum, non quæ vulgari notione sic dicuntur, sed quæ inferior ætas *placita* vocavit. inde *comitare*, in conventu loqui & dicere: & *comitius*, verbosus, loquax. *Salmas.*

6. *Nihil vos moramur, Patres conscripti.*] Hæc formula dimittendi senatus a concionem verbo, DISCEDITE: quod apud M. Tullium extat, & T. Livium. *Casaub.*

7. *Senatum appellationibus à consule factis judicem dedit.*] Restituimus e libro Puteani, cùm antè legeretur *sin autem*, pessimè. *Idem.*

8. *Fastis dies judiciarios addidit.*] Etiam in hoc maximi principum, dico Augustum, imitatur exemplum. Vide Suetonium capite XXXII. ubi hunc locum attigimus. *Idem.*

9. *Prætorem tutelarem primus fecit.*] Meminêre multis locis juris civilis auctores. *Idem.*

10. *Cùm antè tutores à Cons. postularentur.*] Tranquillus in Claudio, c. XXIII. *Sanxit ut pupillis extra ordinem tutores à Cons. darentur.* Dabantur & à principe. *Idem.*

1. *Ex*

tutores à consulibus poscerentur, ut diligentiùs de tutoribus tractaretur. De curatoribus verò, quum antè nonnisi [1] ex [2] lege Lectoria vel propter lasciviam vel propter dementiam darentur, ita statuit ut omnes adulti curatores acciperent non redditis causis. [3] Cavit & sumptibus publicis, & calumniis quadruplatorum interceſſit, [4] appoſita falsis delatoribus nota. Delationes quibus fiscus augeretur, contempsit. [5] De alimentis publicis multa prudenter invenit. [6] Curatores multis civitatibus, quò latiùs senatorias tenderet dignitates, [7] à senatu dedit. Italicis civitatibus [8] famis tempore [9] frumentum ex urbe donavit: omnique frumentariæ rei consuluit. [10] Gladiatoria spectacula

1. *Ex lege Lectoria.*] Noſtræ *Latoria.* & ita legitur leg. 2. de Donat. Cod. Theod. sed & alibi in scriptis codicibus legem hanc *Lateriam* dici obſervavimus. *Latus*, *Latilius*, *Latitius*, *Latorius*, nomina Romanorum propria. *Salmaſ.*

2. *Lege Lectoria.*] Ita membranæ, non *Latoria*, ut alibi lex hæc vocatur. *Caſaubonus.*

Lege Latoriâ.] Ita exemplar Pal. nempe *Latoria*; non *Lectoriâ*; quod ultimum cum nuſquam occurrat apud auctores, huic inſarciri minimè poteſt, ſuaſu unius modo manuſcripti. *Grut.*

3. *Cavit & ſumtibus publicis.*] Hoc ſæpe legimus factum ab Imperatoribus. Suetonius de Nerone, *Multa ſub eo & animadverſa ſeverè, & coërcita, nec minùs inſtituta: adhibitus ſumtibus modus, publicæ cænæ ad ſportulas redactæ.* Spartianus de Hadriano: *Judicum ſumtus conſtituit, & ad antiquum modum redegit.* Refero enim ad publicos ſumtus. *Caſaubonus.*

4. *Appoſita falsis delatoribus nota.*] Videtur Marcus pœnam legis Rhemniæ intendiſſe: aut illam ipſam veterem legem, ſeverè & acriter exercuiſſe, non ut mali principes; qui aut ſpernebant palàm, aut exercebant dicis cauſſa. *Idem.*

5. *De alimentis publicis multa prudenter invenit.*] Ad hoc caput referri poteſt quod ante dictum de novorum hominum pueris puelliſque ad frumentationem vocatis lege Marci: itemque ſequentia hæc verba; *Rei frumentariæ graviter providit.* Illud pertinet ad alimenta eorum qui pane gratuito alebantur. hoc ad univerſi populi Rom. commoda: cui ſoliti imperatores ſumma cura procurare ex Ægypto, Africa, Sicilia frumenti atque aliarum ſpecierum vilitatem. Sed providit Marcus & privatorum alimentis. Quare cogitemus an non ſit hic legendum, *De alimentis publicis privatiſque.* Idem.

6. *Curatores multis civitatibus è ſenatu dedit.*] Sic *Aquini curator* nominatur in Peſcennio Nigro. Erant & regionum curatores, ac viarum, quorum mox fit mentio, & paſſim in ſaxorum inſcriptionibus: atque alii multi ſub titulis diverſis curatores leguntur. *Idem.*

7. *E ſenatu dedit.*] Palatinus: *à ſenatu dedit.* & ſic ſupra. *Salmaſ.*

8. *Famis tempore frumentum, &c.*] Sic & Pal. quod malim, quàm aliorum, *frumenta.* Grut.

9. *Frumentum ex urbe donavit.*] Regius, *frumenta.* ſic ſcribendum. *Caſaub.*

10. *Gladiatoria ſpectacula omnifariam temperavit.*] Tria præcipua Marci inventa fuerunt temperandis hiſce crudeliſſimis ſpectaculis. Primum illud, quòd ſumtus minuit: quò pertinent ſequentia

cula omnifariam [1] temperavit: Temperavit etiam scenicas donationes, [2] jubens ut quinos aureos scenici acciperent: ita tamen ut nullus editor decem aureos egrederetur. Vias etiam urbis atque itinerum diligentissimè curavit. [3] Rei frumentariæ graviter providit. [4] Datis juridicis Italiæ consuluit, [5] ad id exemplum quo Adrianus consulares viros reddere jura præceperat. [6] Hispaniis exhaustis [7] Italica allectione contra Trajani præcepta, [1] vere-

tia hæc verba: *Gladiatorii muneris sumtus modum fecit.* Alterum, quòd munera jussit edi incruenta, (certè quoties ipse interesset) retunsis aut præpilatis gladiis, & more athletarum sine cæde. Tertium illud fuit, quòd gladiatores ad bellorum usum traduxit, contra veterem observationem militare jussos. *Idem.*

1. *Temperavit etiam scenicas donationes.*] An de corollariis solum histrionicis intelligit, quorum meminere Cicero, Plinius, Suetonius, alii? an in universum de omnibus quæ accipere soliti histriones? Sæpe enim sobrii principes horum mercedem aut temperarunt, aut rescidérunt, ut Tiberius. *Idem.*

2. *Jubens ut quinos aureos scenici acciperent.*] Juvenalis,

Accipe victori populus quod postulat aurum.

Vetus interpres, *In theatro silent petere quinque aureos: nam non licebat amplius dare.* Idem.

Jubens ut quinos aureos.] Vox *jubens*, supervacanea est. verùm auctoribus istis absurdè præscribatur loquendi forma melior: adeo passim ab eâ discedunt. nam & capite sequenti ubi legitur: *Non aliter egit quàm est actum sub civitate libera*; poterat omninò omitti illud, *est actum sub.* ut velit nullum fuisse discrimen inter imperium Marci, & rempublicam Romanorum veterem. *Gron.*

3. *Rei frumentariæ graviter providit.*] Dictum modò, *omnique frumentaria rei consuluit.* quorsum igitur hæc nunc repetuntur? *Casaub.*

4. *Datis juridicis Italiæ cons.*] Vide ad Hadrianum. *Idem.*

Datis juridicis Italiæ consuluit ad exemplum Hadriani.] Quomodo hæc accipiemus? an sublatis consularibus, quos judices per Italiam instituerat Hadrianus, juridicos in eorum locum substituit Antoninus? jurisdictio in *Italiæ* provinciis varie pro temporibus administrata, modo per consulares, modo per juridicos, modo per correctores, & postea etiam per consulares sub Constantino & sequentibus. *Salmas.*

5. *Ad id exemplum.*] Regius, *addidit ad id exemplum.* videntur temere geminasse voculas *ad id.* inde vox illa ficta. puto hoc verius, quàm quod aliquando existimavi: quia præcedat vox *consuluit*, omissam esse dictionem *consulares*: ut ita scribatur totus locus. *Datis juridicis Italiæ consuluit: consulares etiam addidit, ad id exemplum, quo Hadrianus consulares viros reddere jura præceperat.* Casaub.

6. *Hispaniis exhaustis.*] Frequentibus dilectibus. *Idem.*

7. *Italica allectione contra Trajani præcepta.*] Italiam bellis civilibus exhaustam coloniis frequentaverat Augustus: simul exemplum futuris principibus dederat, ut milite Italico parcius numeros explerent. quod adeò servatum est, ut scribat Herodianus libro secundo, Italos traductis pridem animis abarte militari ad pacis artes, uni agricolationi operam dare. Cùm igitur milite provinciali legiones subinde supplerentur, maxime autem Hispanico; soliti principes exhausta per provincias oppida Italicis colonis frequentare: quod

[1] verecundè consuluit. Leges etiam addidit [2] de vicesima hereditatum, [3] de tutelis libertorum, [4] de bonis maternis, & item de filiorum successionibus pro parte materna, [5] utque senatores peregrini quartam partem in Italia possiderent. Dedit præterea curatoribus regionum ac viarum potestatem, ut vel punirent, vel ad præfectum urbi puniendos remitterent [6] eos [7] qui ultra vectigalia quicquam ab aliquo exegissent. Jus autem magis vetus restituit quàm novum fecit. Habuit secum præfectos, [8] quorum & autoritate & periculo semper jura dictavit. Usus autem

quod postea Trajani lege vetitum fuisse ex hoc unico loco discimus. *Idem.*

1. *Verecundè consuluit.*] Cum multa & accurata excusatione, qua publicè est usus: ut appareret ipsum, salva in Trajanum reverentia, legem Trajani migrare. *Idem.*

2. *De vicesima hereditatum.*] Adi ad juris auctores, & Plinium in Panegyrico. *Idem.*

3. *De tutelis libertorum.*] Ita membranæ. Legitimæ tutelæ species quædam est libertorum aut libertarum tutela. Alii libri scribunt, *liberorum.* hoc est, de iis quos patres liberis suis possent tutores dare aut non possent. ita exponimus, quia non dicit simpliciter, *de tutelis*: aut, *de tutelis pupillorum.* Idem.

De tutelis libertorum.] Sic quoque Pal. non *liberorum*, quod heic convenientius videri queat. *Grut.*

4. *De bonis maternis.*] Rectè: nam jus novum introduxit Marcus, ut matribus liberi ab intestato succedant: atque hoc est quod modo orationem D. Marci nominant; modò Senatusconsultum Orphitianum: quia Orphito & Rufo Coss. fuit factum. fuse de his apud Jurisconsultos. *Casaub.*

5. *Utque senatores peregrini quartam partem in Italia possiderent.*] Non est novum jus, sed veteris reformatio quædam. Plin. libro sexto, epistola XIX. Qui è provinciis fiebant senatores, non ideo cogebantur prius domicilium deferre: ut etiam habetur disertè in titulo De senatoribus. propterea hujusmodi opus fuit legibus. *Idem.*

6. *Eos qui ultra vectigalia quicquam ab aliquo exegissent.*] Lege titulum Pandectarum, De publicanis & vectigalibus. At liber regius, *ultra vehicula*: ut referatur ad eos qui cursum publicum usurpabant: de quibus multa scimus à variis principibus constituta. *Idem.*

7. *Qui ultra vectigalia quidquam ab aliquo exegissent.*] Haud secus Pal. non *vehicula*, quod heic minus locum suum tueatur. Diximus de istis adfatim ad illa Taciti: *Ergo edixit Princeps, ut leges cujusque publici, occultæ ad id tempus, proscriberentur.* Grut.

8. *Quorum & autoritate & periculo jura dictavit.*] Scrib. *quorum ex auctor.* non solùm usus est consilio jurisconsultorum; sed & formulam secutus ab illis sibi præscriptam. *Casaub.*

Quorum & autoritate & periculo jura dictavit.] Verba autem ipsa haud scio an illam sententiam admittant, ut Marcus non solum usus sit consilio jurisperitorum, sed etiam formam sequutus ab iis præscriptam. de præfectis enim loquitur urbis & prætorio, quorum auctoritate ac periculo jura dictasse Antoninum refert. Cum auctores alicui sumus aliquid faciendi, jubemus ut periculo nostro faciat. sic judices periculo suo judicare dicebantur, à quibus appellari non licebat: quos *periculi sui judices* eleganter vocat Ammianus Marcellinus. a præfectis non appellabatur.

M

12 tem est Scævola præcipuè juris perito. Cum populo autem non aliter egit quàm est actum sub civitate libera. Fuitque per omnia moderatissimus in hominibus deterrendis à malo, invitandis ad bona, remunerandis copia, indulgentia liberandis: fecitque ex malis bonos, ex bonis optimos: moderatè etiam cavillationes nonnullorum ferens. [1] Nam [2] quum quendam Veterasinum famæ detestandæ honorem petentem moneret [3] ut se ab opinionibus populi vindicaret, & ille contrà respondisset, multos qui secum in harena pugnassent, se prætores videre, patienter tulit. Ac ne in quenquam facilè vindicaret, [4] prætorem quoque dum pessimè egerat, non abdicare se prætura jussit,

batur. & præfectus quidem prætorio semper vice sacra judicavit: præfectus urbi non semper. auctoritate igitur ac periculo suorum præfectorum jura semper dictavit Marcus, id est, præfectis suis potestatem absque provocatione judicandi semper concessit. *Salmasius.*

Quorum ex auctoritate & periculo semper jura dictavit.] Videatur heic Casaubonus noster, nec non Cujacii liber v. Observ. cap. 25. non possum tamen mihi persuadere aliud esse *periculum*, quam *brevicularium*: de quo certius quid opinaret si incidissem in testimonia, quorum, tamquam laudata à doctissimo Savarone, meminit Casaubonus noster. *Grut.*

1. *Nam cum quendam Veterasinum.*] Hunc ideo famæ detestandæ hominem vocat Capitolinus, quod sæpius ad bestias pugnasset. debet igitur illius infamis hominis heic nomen esse proprium. Palatinus habet: *Veterasinum.* forte: *Vitrasium* vel *Vitrasinum.* Salmas.

2. *Cùm quendam Veterasinum.*] Non assentior Petro Fabro, scribente *quendam harenarium.* Potest scribi *Vitrasium.* fuit Romæ ea tempestate nota gens Vitrasia: unde & Vitrasiano senatusconsulto nomen. potest etiam, *Veterrasinum*, ut accedamus propiùs ad vestigia editæ lectionis. eam vocem ad Lampridii Commodum explicamus. *Casaub.*

Cùm quendam Vetrasinum.] Vulgo editi *Vetrasinum:* sed malunt alterum membranæ Palatinæ. *Grut.*

3. *Ut se ab opinionibus populi vindicaret.*] Hoc est, sermonibus & rumoribus, qui de eo sinistri jactabantur: *id* enim est *opinio* & *opinari*, ut ad Suetonium observabamus. *Casaub.*

Ut se ab opinionibus populi vindicaret.] Opiniones heic populi de illo Vetrasio vel Vetrasino, malæ & in malam partem. nam *opinio* ut *fama*, est τῶν μείζων. unde & opinari bene aut male de aliquo. recentioris tamen Latinitatis auctores frequentius in bonam accipiebant *opinari*, unde *opinati duces*, optimi & præstantissimi, οἱ δόκιμοι στρατηγοί. *Salmas.*

4. *Prætorem quoque dum pessimè egerat.*] Reg. *prætorem quique dum p. e.* Lege, *prætorem qui quidam p. e.* vel *quendam.* Casaub.

Prætorem quoque dum pessime egerat.] Optimus Palatinus: *prætorem qui quendam pessime egerat.* & ita omnino scribendum. *Salmas.*

Prætorem qui quidam pessimè egerat.] Sic nullo apice minus Palat. codex. nam malè retrò cusi, *prætorem quoque dum pessimè egerat.* Grut.

1. *Fisco*

juſſit, ſed collegæ juriſdictionem mandavit. [1] Fiſco in cauſis compendii nunquam judicans favit: [2] ſanè quamvis eſſet conſtans, erat etiam verecundus. Poſteaquam autem à Syria victor frater rediit, patris patriæ nomen ambobus decretum eſt, quum ſe Marcus abſente Vero ergà omnes ſenatores atque homines moderatiſſimè geſſiſſet. [3] Corona præterea civica oblata eſt ambobus, petiitque Lucius ut ſecum Marcus triumpharet. Petiit præterea Lucius ut filii Marci Cæſares appellarentur. Sed Marcus [4] tanta fuit moderatione ut quum ſimul triumphaſſet, [5] tamen [6] poſt mortem Lucium tantùm Parthicum, Germanicum ſe vocaret, quod ſibi bello proprio pepererat. In triumpho autem liberos Marci utriuſque ſexus ſecum vexerunt, [7] ita tamen

1. *Fiſco in cauſsis compendii judicans nunquam favit.*] Fiſci mala cauſſa nunquam niſi ſub bono principe: ait Plinius in Paneg. *Caſaub.*

2. *Sanè quamvis eſſet conſtans, erat etiam verecundus.*] Non eſt hic *verecundus* αἰσχυντηλὸς, ſed αἰδήμων, & is qui rogatus negare non ſuſtineret. Sic Græci αἰδεῖσθαι pro, cedere precibus. Verecundiæ illi quam Capitolinus hic intelligit, affinis eſt quæ propriè Græcis cum nimia eſt, δυσωπία dicitur. ſed à nimietate hujus affectus Marcum defendit auctor his verbis, *erat verecundus ſine ignavia.* Idem.

3. *Corona præterea civica.*] Propter ſummam hujus coronæ nobilitatem, ejus honos jam inde ab Auguſto ad imperatores eſt tranſlatus. *Idem.*

4. *Tanta fuit moderatione.*] Reg. *tanta fuit moderationis.* Idem.

5. *Tamen poſt mortem Lucium.*] Apertè mendoſam ſcripturam ſic emendabam: *Tamen poſt mortuum Lucium, cum tantùm Parthicum, Germanicum ſe vocaret.* Sed aliter ſtatuendum auctoribus membranis: in quibus *Lucii* ſcriptum eſt, voce *Parthicum* prætermiſſa. Scribe igitur, *poſt mortem Lucii tantùm Germanicum ſe vocaret.* Idem.

Tamen poſt mortem Lucium tantum Parthicum.] Si quid eſſet mutandum, ſic eſſet: *tamen poſt mortem Lucii, Lucium tantum Parthicum, ſe vero Germanicum vocaret.* vel ſi *poſt mortem* tantum legamus, facile erit intelligere mortem Lucii: Parthicum autem etiam appellatum Marcum dum viveret Lucius, oſtendit Capitolinus ſupra: *profligato autem bello uterque Parthicus appellatus eſt.* ſed hoc quoque ſibi Marcus delatum nomen repudiavit, quod poſtea recepit, ut ex hoc loco apparet. mortuo Lucio, Lucium tantum Parthicum, ſe vero Germanicum vocavit, quod nomen ſibi proprio ſpecialique bello pepererat. poſſet etiam legi: *poſt mortem Lucii eum tantum Parthicum, ſe vero Germanicum vocaret.* Salmaſ.

6. *Poſt mortem Lucii tantùm Germanicum ſe vocaret.*] Accedit prorſus ad hanc aliorum authenticorum ſcripturam Pal. niſi quod habeat, *Lucium.* editi prius, *Poſt mortem Lucium tantum Parthicum Germanicum ſe vocaret.* Grut.

7. *Ita tamen ut & puellæ virgines vehèrent.*] Erat moris jam olim, ut cum patre triumphante vehèrentur in curru, non pueri ſolùm, ſed & puellæ. τὸ *tamen* hic non eſt particula adverſativa: ſed παρέλκει, ut aliquoties in his libris. *Caſaub.*

tamen ut & puellas virgines veherent. [1] Ludos etiam ob triumphum decretos spectaverunt habitu triumphali. Inter cætera pietatis ejus hæc quoque moderatio prædicanda est : [2] Funambulis post puerum lapsum culcitras
13 subjici jussit : unde hodiéque rete prætenditur. Dum Parthicum bellum geritur, natum est *Marcomannicum*, quod diu eorum qui aderant arte suspensum est, ut finito jam orientali bello Marcomannicum agi posset. Et quum famis

1. *Ludos ob triumphum decretos.*] Qui etiam ludi victoriæ aut victoriales dicuntur. *Idem.*

2. *Cunabilis post puerorum lapsum culcitras subjici jussit.*] Regius *Funabilis* : sine dubio pro *funambulis*. Scribimus igitur, *Funambulis post puerorum lapsum*. Et notum est quanto cum sui capitis periculo artem quam profitentur funambuli exerceant. Quare non rarò videmus accidere, ut vel peritissimi usuque maximo præditi schœnobatæ de sublimi fune lapsi funus inveniant. Neque potest obscurum esse quò pertineat ingeniosum istud principis humanissimi de culcitis subjiciendis inventum. Etiam hodie solet culcita excipi funambulus, cùm pectori incumbens, per extentum funem, volanti similis deorsum fertur. Ait autem *post puerorum lapsum*, occasionem indicans quæ Marcum impulit, ut hoc excogitaret. Sed sequentia quomodo interpretabimur ? *unde hodieque rete prætenditur.* aut quis veterum hujus moris fecit mentionem ? Quamobrem vulgatam lectionem *cunabulis*, quam & scripti plerique retinent, damnare non possumus. Sententiam quæ optima simul & planissima est, fuse explicamus in Commentario De lectis & stragula veterum veste, capite de cunis infantium. *Culcitras* scribit regius, cum vulgatis : rectius *culcitas* cum Pandectis Pisanis & libris melioribus. *Idem.*

Cunabulis post puerorum lapsum.] Nihil illa lectione inquinatius. De funambulis autem loqui velle Capitolinum certo certius est, non de cunabulis. legendum igitur ex Palatino : *funambulis post puerum lapsum, culcitas subjici jussit. post puerum lapsum*, non *post lapsum puerorum*. nec enim credibile tot pueros lapsos esse. Hic ergo sensus est: Cum funambulus puer lapsus esset, & ut credi par est, collum fregisset, Marcus qua erat moderatione & pietate, ne quid tale postea eveniret, funambulis culcitas subjici jussit, ut si laberentur funambuli, culcitis excepti nihil mali paterentur. sequitur : *unde hodieque rete prætenditur.* Ut si fune laberentur, reti quod prætendebatur susceptí, ad terram usque non devenirent ? *Recte* habet Palatinus. sed pro *rete* positum est. *Salmasius.*

Funambulis post puerum lapsum culcitas subjici jussit.] Sic initio fuit in Palatino integro. sed factum deinde, *Cunabulis post puerorum lapsum culcitras* ; quomodo vulgati, perperam. vult enim pueri funambuli casum occasionem præbuisse huic remedio. quamvis possit quoque retineri, *puerorum* ; uti plures scilicet deciderint. planè Palatinus in quo excerpta præfert : *Funambulis post puerorum lapsum culcitas*, &c. qui hoc propugnant *cunabula*, non faciunt illi quidem absurdè : sed difficilius forte probaverint rete ideo præpansum cunabulis ne inde exciderent pueri, quàm ego ostendero schœnobatis rete subtensum ne decíderent in perniciem suam, & forassis etiam spectatorum, quod suo ævo obtinuisse, indicare voluit Capitolinus. *Grut.*

1. *Fratre*

famis tempore populo insinuasset de bello, [1] fratre post quinquennium reverso, in senatu egit, ambos necessarios dicens bello Germanico imperatores. [2] Tantus autem terror belli Marcomannici fuit, [3] ut undique sacerdotes Antoninus acciverit, peregrinos ritus impleverit, [4] Romam omni genere lustraverit, retardatusque à bellica profectione sit. celebravit & Romano ritu lectisternia per septem dies. [5] Tanta autem pestilentia fuit [6] ut vehiculis cadavera sint [7] exportata [8] sarraciscque. [9] Tunc autem [10] Antonini leges sepeliendi sepulcrorumque asperrimas sanxerunt:

1. *Fratre post quinquennium reverso.*] Constat ratio: nam in Vero dicitur hoc bellum per quadriennium esse actum, non tam à Vero, quàm à legatis Veri. in itu & reditu aut belli apparatu, vel ordinatione provinciæ bello confecto, annus insumtus. *Casaub.*

2. *Tantus autem terror belli.*] Scribe ex eodem Palatino: *tantus autem timor.* Timor enim ex parte Romanorum erat, qui Marcomannos, & ab illis bellum timebant. *Salmas.*

Tantus autem terror belli Marcomannici fuit.] Vox *fuit* forsan attexta à librariis. planè non comparet in Pal. nisi à manu secundâ. *Grut.*

3. *Ut undique sacerdotes acciverit.*] Puto tunc accidisse propter ingentem numerum victimarum quæ mactabantur, & in futurum mactandæ vovebantur, ut jocis urbanorum hominum perstringeretur hic imperator: cùm dicerent, boves, si victor rediret Marcus, defuturos. *Casaub.*

4. *Romam omni genere lustraverit.*] Usitatum lustrationis genus fuit, ut vel aspergine circumlatæ aquæ urbes expiarent. vel ipsas victimas cùm pomeria aut muros urbis ducerent. *Idem.*

5. *Tanta autem pestilentia fuit.*] Scribe cum Regio, *Tanta autem tunc pestilentia.* vel ut nobis placebat, *Tanta ea tempestate pestilentia fuit.* Idem.

6. *Ut vehiculis cadavera sint exportata sarraciscque.*] Cùm de more honestiores in lectis efferrentur; vel pauperes, populari saltem sandapila, non vehiculis, ut tunc: & quidem ad sordidos usus comparatis. tale enim sarracum fuit. *Idem.*

7. *Exportata sarraciscque.*] *Serraciscque.* Serracum & Sarracum dicebatur, & erat hæc vox jam optimis Latinitatis temporibus usitata. Juvenalis:

——— *corusca*
Serraco veniente abies.——

Glossæ: *Sarraca*, ἅμαξα. Corrigendus error est eruditorum hominum, quibus hodie persuasum est *serracum* idem esse cum sarraco. tantum sane interest quantum inter cophinum & plaustrum. Soracum enim vox est mere Græca, nam σωρὸς illis dicitur. *Salmasius.*

8. *Sarraciscque.*] Pal. *ferraciscque.* Gruterus.

9. *Tunc autem Antonini leges sepeliendi, &c.*] Quia grassante pestilentia violari sepulcrorum jura solebant, alias sanctissima: ideo novis legibus hisce fuit tum opus: & eo quidem asperioribus, quo vehementior erat vis morbi. Declarant hunc locum Thucydidis verba è descriptione illa accurata pestilentiæ Athenienſium. ut ex lege sexta De religiosis, & sumtibus funerum: & lege tertia De sepulchro violato. *Casaubonus.*

10. *Antonini leges sepeliendi sepulcrorumque asperrimas sanxerunt.*] Pal. *asperrima*, quod etiam ferri queat. *Grut.*

runt: [1] quandoquidem caverunt [2] ne uti quis vellet fabricaret sepulcrum: quod hodieque servatur. Et multa quidem millia pestilentia consumpsit, multosque ex proceribus: quorum amplissimis Antoninus statuas collocavit. [3] Tantaque clementia fuit [4] ut & sumptu publico [5] vulgaria funera juberet efferri: [6] & plano cuidam qui diripiendæ urbis occasionem cum quibusdam conscriis requirens, de caprifici arbore in campo Martio concionabundus, ignem de cælo lapsurum, [7] finemque mundi affore diceret, si ipse lapsus ex arbore in ciconiam verteretur: quum statuto

1. *Quando quidem caverunt, ne uti quis vellet fabricaret sepulcrum.*] Hæc lectio est membranarum: ubi differte scriptum *ne*, secus quàm in vulgatis. coërcentur hac lege immodici heredum sumtus circa sepulcra: quæ pro defuncti conditione ad certum modum impensarum Marcus redegit. Sed cùm pestilentiæ tempore hæc lex sit lata, quando catervatim homines moriebantur, non video quàm opportuna lex ista fuerit. nam ut docebamus ex Thucydide, tali tempestate incuriam potiùs heredum circa defunctos, habuit Marcus castigare, quàm luxum coërcere. Quare unius vocis adjectione locum ita censeam potiùs integrandum: *Quando quidem caverunt, ut si quis succedere vellet, fabricaret sepulcrum.* Casaub.

Quando quidem caverunt ne uti quis vellet fabricaret sepulcrum.] Pal. Cod. sic habet: *Tunc autem Antonini, &c. quandoquidem ita caverunt, ne quis velle fabricaretur sepulcrum.* ex quo facimus: *quandoquidem ita caverunt, ne quis belle fabricaretur sepulcrum.* belle autem sepulcrum fabricari, est sumptuose sepulcra ædificare & marmoribus & aliis ejusmodi decorare: quod vetuerunt illo in tempore, cum pestis ubique grassaretur, Antonini, caveruntque ne quis belle sepulcrum conderet. Belle autem pro decore & magnifice non heic tantum sed alibi positum leges. merito igitur ita caverunt prudentissimi imperatores: ne multum temporis impenderetur extruendis magnificis sepulcris, & mora illa retardarentur sepulturæ: quod minime oportuit in tanta sepeliendorum hominum & fabricandorum sepulcrorum multitudine. *Salmasius.*

2. *Ne uti quis vellet fabricaret sepulcrum.*] Lectio importuna. tale enim nihil præcipiendum veniebat tempore pestis; sed potius, ne quis negligeretur ab heredibus, ut rectè monuerunt viri eruditissimi. Palatinus nihil nobis opitulatur, nisi quod detegat falsitatem scripturæ: habet enim, *ne quis velle abfricaretur sepulcrum.* Grut.

3. *Tantaque clementia fuit.*] Abutitur voce *clementia*: nam ὁσίως, & pietatem erga defunctos intelligit. *Casaub.*

4. *Ut & sumtu publico vulgaria funera juberet efferri.*] Reg. *fieri.* Æmilius Probus, sive is est Cornelius Nepos, in Cimone, *Complures pauperes mortuos, quos unde efferrentur non reliquissent, suo sumtu extulit.* Idem.

5. *Vulgaria funera juberet efferri.*] *Juberet & eo ferri*, Palat. mendose. *Salmas.*

6. *Et plano cuidam.*] Ita nostri codices. at liber Fulvii Ursini *plano.* usitatiùs, & melius. *Casaub.*

Et plano cuidam.] Palatinus cum Ursini codice consentit: habet enim, *& plano cuidam.* & ita restituendum. Glossa: *planum, fallacem*, ἀπὸ τῆς πλάνης. *Salmas.*

7. *Finemque mundi affore diceret.*] Scribe *dicebat*: ut in Regio. *Casaub.*

1. Pro-

tuto tempore decidisset, atque ex sinu ciconiam emisisset, perducto ad se atque confesso veniam daret. [1] Profecti 14
itaque sunt paludati ambo imperatores, [2] Victovalis & Marcomannis cuncta turbantibus, aliis etiam gentibus quæ pulsæ à superioribus barbaris fugerant, nisi reciperentur, bellum inferentibus. Nec parum profuit ista profectio, [3] quum Aquileiam usque venissent. Nam plerique reges & cum populis suis se retraxerunt, & tumultus autores interemerunt. Quadi autem amisso rege suo, non priùs se confirmaturos eum qui erat creatus, dicebant, quàm id nostris placuisset imperatoribus. [4] Lucius tamen invitus profectus est, [5] quum plerique [*] ad legatos imperatorum mitte-

1. *Profecti itaque sunt.*] Sic regius. erat priùs, *profecti tamen sunt.* Scribebam *tandem.* ut hac voce indiceretur mora biennii in belli hujus apparatu consumta. *Idem.*

Profecti itaque sunt paludati ambo Imperatores.] Sic regius codex. at noster heic adhæret vulgatis: *Profecti tamen sunt*, quod retineri queat, quemadmodum & infra: *Lucius tamen invitus profectus est*; nisi mutare velimus in *tandem*, ut placebat viris summis. *Grut.*

2. *Victovalis & Marcomannis cuncta turbantibus.*] Victovali jam inde à temporibus Trajani inter inimicas Romanis gentes innotuerunt. meminere Eutropius, Ammianus & alii: Aliis dicuntur *Victophali*, quibusdam *Victuhali*: Ptanio Βικτοβαλοι *Casaub.*

Victovalis.] *Victualis*, Palatinus. *Salmas.*

Victovalis & Marcomannis.] Pal. unâ litterâ minus, *Victualis.* Grut.

3. *Cùm Aquileiam usque venissent.*] Qui? nam potest utrovis modo accipi: sive de Marco & Vero, sive de hostibus: quos Marci temporibus usque ad vicina Aquileiæ loca progressos esse, testes Lucianus in Pseudomanti, & Dio. & addit Lucianus eam urbem penè interceptam à Barbaris. accipio tamen de imperatoribus: quos Aquileiam venisse, iterum in Vero dicitur. *Casaub.*

Cum Aquileiam usque venissent.] Aquileiæ hiemabant imperatores ut statim ineunte vere in Marcomannos proficiscerentur. *Salmas.*

4. *Lucius tamen invitus profectus est.*] Invitum traxit Marcus. *Casaub.*

5. *Cùm plerique ad legatos imperatorum mitterent.*] Cur ad legatos, cùm ipsi imperatores adessent? Scribe, *Cùm plerique ad imperatorem legatos mitterent.* Idem.

Quum plerique ad legatos imperatorum mitterent.] Legatos nempe consulares qui provincias barbaris vicinas regebant & in quibus belli semper aliqua suspicio esset. has provincias, quod annuis magistratibus regi non possent, sibi Cæsar reservavit, & per legatos consulares eas administrabat. barbari igitur ad illos legatos miserunt, qui limites tuebantur, & defectionis veniam postularunt. non repugnabo tamen si quis eruditissimo Casaubono assentietur legenti: *quum plerique legatos ad imperatorem mitterent.* nisi sit verius: *ad imperatores.* cum autem dicat Capitolinus Lucium tamen invitum profectum esse, non jam de profectione illa accipio qua Romam egressi Aquileiam usque venerunt, sed de ea qua Marcus ulterius pergere voluit & adversus Barbaros proficisci. cum enim Aquileiæ hibernarent, & reges plerique se retraxerunt, & legatos miserunt defectio-

mitterent, defectionis veniam postulantes. Et Lucius quidem [1] quòd amissus esset præfectus prætorio Furius Victorinus, [2] atque pars exercitus interisset, redeundum esse censebat: Marcus autem fingere barbaros existimans & fugam [3] & cætera quæ securitatem bellicam ostenderent, ob hoc ne tanti apparatus mole premerentur, [4] instandum esse dicebat. Denique transcensis Alpibus longiùs processerunt, composueruntque omnia quæ ad munimen Italiæ atque Illyrici pertinebant. Placuit autem, urgente Lucio, ut præmissis ad senatum literis Lucius Romam rediret. [5] Via quoque posteaquam iter ingressi sunt, sedens cum fratre in vehiculo Lucius, [6] apoplexi arreptus periit.

nis veniam postulantes. quod cum fieret, Lucius redeundum esse censebat: Marcus autem ulterius tendendum, quod simulate illa fieri à barbaris crederet, ne mole belli premerentur. Sed verius est de tota profectione accipiendum quam non libenter Lucius aggrediebatur, cui urbanæ voluptates magis erant cordi. *Salmas.*

* *Ad legatos Imperatorum.*] Nihil abit ab hac scripturâ Pal. nec video cur ferri nequeat, in tantâ totius narrationis confusione. *Grut.*

1. *Quòd amissus esset præfectus prætorio Furius Victorinus.*] Qui fortasse idem est cum Cornelio Victorino præf. præt. de quo in vita Pii. Pro *amissus*, alii libri scribunt, *admissus*. quod Turnebo scimus probatum. *Casaub.*

Quod admissus esset.] Quamvis non abeat à vulgato, *amissus*, noster Pal. placuit tamen Turnebi *admissus*; utique cùm item exstaret in mss. aliis. *Grut.*

2. *Atque pars exercitus interisset.*] Pal. *ut quæ pars, &c.* Idem.

3. *Et cetera quæ securitatem bellicam ostenderent.*] Numquam memini fugam inter securitatis bellicæ signa. itaque aliud quid ei voci subsit oportet. an fuit? *quæ insecuritatem bellicam, &c.* Idem.

4. *Instandum esse dicebat.*] Puteani melius, *ducebat*. Casaub.

Instandum esse ducebat.] Ita præter Puteani codicem etiam Pal. non *dicebat*, ut vulgg. *Grut.*

5. *Via quoque posteaquam iter ingressi sunt.*] Non displicet quomodo in nonnullis editionibus est emendatum: *Una quoque postea iter ingressi sunt.* Etsi scribit idem Capitolinus in Vero non ambos esse profectos, sed Lucium solum in urbem destinatum. Verùm non constat sibi Capitolinus: sicut sequentia quoque arguunt. Melius autem ista cum sequentibus cohærebunt, si scribas: *Ubi autem postea unà iter ingressi sunt, sedens cum fratre in vehiculo Lucius, ap.* Casaubonus.

Via quoque postquam iter ingressi sunt.] *Via* dixit pro *in via.* in via autem extinctum esse Lucium omnes consentiunt. distingue igitur hunc locum: *Via quoque, postquam iter ingressi sunt, sedens cum fratre in vehiculo Lucius, apoplexi arreptus periit.* Salmas.

Via quoque posteaquam iter ingressi sunt, sedens cum, &c.] Nihil admiculatur Palat. præfert tantum; *bia quoque postquam inter ingressi sunt.* aliquid proculdubio deest. *Grut.*

6. *Apoplexi arreptus periit.*] Scribe, *apoplexia.* ἀποπληξία. *Casaub.*

Apoplexi arreptus periit.] Nec fidem potest facere ad legendum, *apoplexia.* nam *apoplexi* veteres & optimi nostri

periit. [1] Fuit autem consuetudo Marco ut in circensium 15
spectaculo legeret, audiretque ac subscriberet: [2] ex quo quidem sæpe jocis popularibus dicitur lacessitus. [3] Multum sanè potuerunt liberti sub Marco & Vero, Geminas & Agaclytus. Tantæ autem sanctitatis fuit Marcus, ut Veri vitia & celaverit & defenderit, quum ei vehementissimè displicerent, [4] mortuumque eum divum appellaverit: amitasque ejus & sorores honoribus & salariis decretis sublevaverit atque provexerit, sacrisque eum plurimis honoraverit. flaminem & [5] Antonianos sodales, & omnes honores [6] qui divis habentur, eidem dedicavit. [7] Nemo est principum quem non gravis fama perstringat, usque adeo ut etiam Marcus in sermonem venerit [8] quòd Verum vel

stri retinent. nec dubium quin ἀποπλήξεις vocent ejusmodi species morborum, per quas, impetu ruentis sanguinis & vitales vias obstruentis momento quis eripitur, & suffocatur. *Salmasius.*

Apoplexia correptus.] Sic regius codex, melius quàm retro cusi, *apoplexi arreptus*, quomodo tamen & Palatinus: neque aliter ea dictio scribitur apud alios inferioris ætatis scriptores. *Grut.*

1. *Fuit autem consuetudo Marco.*] Quàm aliena hæc sint ab isto loco, ne tirones quidem monendi sunt. *Casaub.*

2. *Ex quo quidem sæpe jocis popularibus dicitur lacessitus.*] Confer cum simili loco apud Tranquillum libro secundo, capite XLV. *Idem.*

3. *Multum sanè potuerunt liberti sub Marco & Vero, Geminas & Agaclytus.*] En solutas scopas. expones vero ex iis quæ scribit idem Capitolinus in Vero, *Liberti multum potuerunt apud Verum, ut in vita Marci diximus.* Nam posita hic verba Marci æquè ac Veri existimationem lædunt: immeritò, & non sine scriptoris vel exscriptoris lata culpa. *Idem.*

4. *Mortuumque eum divum appellaverit.*] Nummi veteris inscriptio, DIVVS. VERVS. PARTHICVS. & ab altera facie, CONSECRATIO. S. C. *Idem.*

Mortuumque eum divum appellaverit.] Meminit quoque Galenus Lucii ἀποθέωσεως. *Salmas.*

5. *Antonianos sodales.*] *Antonianos.* Lapis antiquus: SODALI. ANTONIANO. VERIANO. FETIALI. *Casaub.*

Antonianos sodales.] Editi *Antonianos*; malè & præter ms. Pal. *Grut.*

6. *Qui Divis habentur.*] Pal. à manu prima, *Diis*, quod eodem redit, ut puto. *Idem.*

7. *Nemo est principum quem non gravis fama perstringat.*] Ne hominum quidem, vel sanctissimorum, nedum principum. Græcorum verum est dictum, ἀκίνδυνος μώμος ἡ τῶν ἀψευδῶν. *Casaub.*

8. *Quòd Verum veneno ita sustulerit, &c.*] Fabulam tangit Capitolinus iterum in Vero, & Aurelius Victor: ambo acriter confutant. Dio aliter rem narrat: Verum Marci vitæ insidiatum, ne perderet, periisse. ego puto falsò hæc conficta. *Idem.*

Quod Verum vel veneno ita sustulerit.] Præter Dionem qui narrat Verum, insidias Marco cum pararet, prævertum ab eodem ne præveniret, Philostratum id etiam tradere compert. in vita Herodis; ubi scribit Lucium insidiarum & conjurationis adversus Mar-

vel [1] veneno ita sustulerit, ut parte cultri veneno lita vulvam inciderit, venenatam partem fratri edendam propinans, & sibi innoxiam reservans: vel certè per medicum Posidippum, qui ei sanguinem intempestivè dicitur emi-
16 sisse. [2] Cassius post mortem Veri à Marco descivit. Jam in suos tanta fuit benignitate Marcus, ut cùm in omnes propinquos cuncta honoris ornamenta contulerit, [3] tum in filium Commodum, & quidem scelestum atque impurum, [4] citò nomen Cæsaris, & mox sacerdotium, statimque nomen imperatoris ac triumphi participationem & consulatum. [5] quo quidem tempore sine imperatoris filio ad

cum fuisse insimulatum. cujus etiam rei suspicione leviter aspersum Herodem propter familiaritatem, & jus hospitii quod ipsi cum Lucio intercedebat. Lucio igitur inter Altinum & Concordiam subiti vi morbi extincto, Romam rediit Marcus, & reliquias Lucii devexit: quibus mox conditis, ipsoque divo facto, expeditionem adversus Marcomannos jam ante Lucii mortem & cum ipso Lucio susceptam, sequuta vero Lucii morte derelictam resumpsit: quod ex Galeno notamus, qui tunc temporis vivebat & imperatori familiaris erat. cujus hæc verba sunt; τῶν δὲ πόθεν ἔσχεν Λυκίῳ ἐπιτεθεῖσθαι, οὐ μὴν ἔαυτόν γ' ἐπὶ τοὺς Γερμανοὺς στρατείας εἶχεν. qua in expeditione præter spem omnium diu mansit Antoninus. post reditum autem suum, imperatoris nomen & triumphi participationem & consulatum in filium Commodum contulit, quem admodum puerum reliquerat. *Salmas.*

1. *Veneno ita tulerit.*] Adhæret Pal. regio exemplari; mavult, inquam, *tulerit*, non *sustulerit*, quomodo antea cusi. sicque iterum locutus infra fine cap. 25. ut & in Avidio cap. 4. p. *Grut.*

2. *Cassius post mortem Veri a Marco desivit.*] Quorsum ista hoc loco? nam de Cassii rebellione inferius. eò igitur rejice. *Casaub.*

3. *Tum in filium Commodum & quidem scelestum atque impurum.*] Hoc vult: tanta fuisse Marcum in suos benignitate, ut qui deberet filium Commodum aut perdere, aut à Rep. procul habere ob vaesaniam; concesserit tamen affectui paterno, & φιλοπαιδεῖ potius quam φιλοπαίδῃ se probarit: quod apud Dionem illi objicit Imp. Severus. *Idem.*

Tum in filium Commodum.] Non miratur enim quod in filium, sed quod in talem filium, qualis Commodus, scelestum, atque impurum. *Salmas.*

Tum in filium Commodum, & quidem, &c.] Pal. *tum in filium, & Commodum quidem, &c.* Grut.

4. *Citò nomen Cæsaris.*] Atqui dictum suprà rogatu Veri liberos Marci dictos Cæsares. *Casaub.*

5. *Quo quidem tempore sine imperatoris filio ad triumphalem currum in circo pedes cucurrit.*] Turnebus olim sic emendabat. *Quo quidem tempore sanè quo imperatoris filius ad triumphalem, &c.* Alii sic: *Quo quidem tempore sanè imperatorio filius, &c.* Refellit verò has emendationes, quod de eodem scriptum antè Capitolino: *In triumpho liberos Marci utriusque sexus secum vexerat.* Nam si vectus curru triumphali Commodus, corruunt hæ correctiones. Enimverò cùm de eximiis Commodi honoribus loquatur hic Capitolinus, quàm alienæ sint ab hujus loci sententia superiores emendationes, nemo non videt. Nos aliam

ad triumphalem currum in circo pedes cucurrit. Post Veri obitum Marcus Antoninus solus remp. tenuit, multo melior & [1] feracior ad virtutes: [2] quippe qui nullis Veri jam impediretur aut simulatis callidæ severitatis ([3] quo ille ingenito vitio laborabat) erroribus, [4] aut his quibus præcipuè displicebat Marco Antonino jam inde à primo ætatis suæ tempore, [5] vel [*] institutis mentis pravæ, vel moribus.

aliam longè sententiam esse arbitramur: & pro *sine* scribimus *senatu*, pro *cucurrit*, *accurrit*. nihil potest aptius dici ad hunc locum. Sensus est: triumphanti Commodo cum Marco & Vero, insignem illum contigisse honorem, ut currum quo ipse vehebatur per circum transeuntem, senatus comitaretur, hinc inde pedibus accurrens. De hoc genere honoris dicebamus ad Suetonium libro quarto, capite XXVI. Ait autem *in circo*, quia triumphantes per circum & forum in Capitolium veniebant. *Idem.*

Quo quidem tempore sine imperatoris filio.] Palatinus habet: *quo quidem tempore sine intemperator filio*, &c. facili conjectura legimus: *quo quidem tempore senex imperator filio ad triumphalem currum in circo pedes cucurrit.* nomen imperatoris & triumphi participationem & consulatum in Commodum contulerat Marcus, inquit Capitolinus, quo quidem tempore senex imperator filio pedes cucurrit ad currum. de consulatu autem filii loquitur, non de triumpho, quem ita honoravit senex imperator, ut in officio cum aliis ad currum filii pedes curreret. sic Julianus qui in omnibus volebat Marco videri similis, consulum officia frequentabat. Ammianus lib. XXII. *Salmas.*

Quo quidem tempore sine Imperatoris filio, &c.] Nihil etiam auxiliatur huic loco Pal. nisi quod scribat, *sine Imperator filio.* Grut.

1. *Feracior ad virtutes.*] Εὐφορώτερος πρὸς ἀρετάς: sed *virtutes* hic accipe præclara facta ex virtute manantia. *Casaub.*

2. *Quippe qui nullis Veri jam.*] Vocat, *simulatos callidæ severitatis errores?* an severus aut severitatis simulator Verus? nihil minus. nihil enim magis contrarium lascivo & simplici quam calliditas & severitas, quæ tribuitur huic Lucio Vero. an hoc vult, Lucium qui vixerit non in libero imperio, sed sub Marco, non sui arbitri semper fuisse, sed accommodasse se moribus Marci & severitatem aliquando simulasse? legebam aliquando, *securitatis.* quæ securitas aliquanto magis cum ἀνηθοποιΐᾳ convenit. sed sequitur, *quo ille ingenito vitio laborabat*, quod jam minime ad securitatem potest aptari. Vitium igitur ingenitum vocat, callidam severitatem, quam fingere noverat Verus, & propter quam merito displicebat Marco, cujus in vita & moribus nihil fictum aut simulatum: Eutrop. scribit *cum ingenii parum civilis fuisse, reverentia tamen fratris nihil unquam atrox ausum.* accommodasse autem aliquando se Marci moribus Lucium, testatum etiam reliquit in ejus vita Capitolinus. *Salmas.*

3. *Quo ille ingenito vitio laborabat erroribus.*] Palatinus: *quia ille.* perperam. *Callidæ severitatis errores*, ut infra: *luxuriæ errores* dixit in Vero. *Idem.*

4. *Aut his quibus præcipue displicebat.*] *Aut his qui præcipue displicebant Marco Antonino.* Idem.

5. *Vel institutis mentis pravæ, vel moribus.*] Ingenita Vero vitia, quæ non ab aliis accepisset, verùm ipse suopte ingenio excogitasset, appellat *institutas mentis pravæ.* At *mores*, quæ velut contagione à sodalibus & familiaribus in ipsum

bus. Erat enim ipse tantæ tranquillitatis [1] ut vultum nunquam mutaverit mœrore vel gaudio, philosophiæ deditus Stoicæ, quam & per optimos quosque magistros acceperat, & undique ipse collegerat. Nam [2] & Adrianus, ut dictum est, hunc eundem successorem paraverat: [3] nisi ei ætas puerilis obstitisset. Quod quidem apparet ex eo [4] quòd generum Pio hunc eundem delegit, ut ad eum, dignum utpote virum, [5] quandoque Romanum perveniret impe-
17 rium. Ergo provincias post hæc [6] ingenti moderatione ac benignitate tractavit. [7] Contra Germanos res feliciter gessit. [8] Specialiter ipse bellum Marcomannicum, [1] sed

ipsum erant derivata. nam ἡ ἀλήθεια est φύσει· ἡ δὲ ψεῦδος verò ex quibus nascitur ἠθῶν πονηρία, est ἀνωμαλότης. *Casaub.*

* *Instituis mentis prava vel moribus.*] *Mens prava*, ut mala mens Comico: *mala mens, malus animus.* Salmasius.

1. *Ut vultum nunquam mutaverit mœrore vel gaudio.*] Hæcilla est ἀπάθεια Stoicorum: quorum doctrinam plenè hauserat imbiberatque Marcus. *Casaub.*

Ut vultum nunquam mutaverit mœrore nec gaudio.] Eutropius ex hoc loco sumpsit: *à principio*, inquit, *vitæ tranquillissimus, adeo ut ab infantia quoque vultum nec ex gaudio nec ex mœrore mutaverit.* Salmas.

2. *Et Hadrianus, ut dictum est.*] Sic membranæ. locus quò nos rejicit non est in iis quæ præcesserunt Julii Capitolini. *Casaub.*

Et Hadrianus.] Lege ex Palatino: *Nam & Hadrianus, ut dictum est, hunc eundem successorem paraverat.* Salmas.

3. *Nisi & ætas puerilis obstitisset.*] Scribe, *nisi ei ætas.* & observa genus loquendi. *Casaub.*

4. *Quòd generum Pio hunc eundem delegit.*] Ain' tu? Marcum Hadrianus Pio generum delegerat? atqui toties dictum, & dicendum, Hadriani jussu Ceionii Commodi filiam fuisse ei desponsatam. nemo excusaverit hanc tantam inconstantiam: auctor enim dum modo hos sequitur, modò illos, planè ἀσυστάτως scribit. *Idem.*

Quod generum Pio hunc eundem delegit.] Non Hadrianus Pio Marcum generum delegit, sed ipse sibi Pius: cum voluisset Hadrianus ut is Verum sibi generum haberet. sed quum Verus impar ætate esset, dissoluta sunt sponsalia, quæ cum illo desponderi voluerat Hadrianus, & sic ejus locum occupavit Marcus cui Pii filia data est. ex Hadriani voluntate Lucii Cejonii filiam Marco fuisse desponsatam uno loco tantum scribit Capitolinus. Parum igitur sibi constat hic author. *Salmas.*

5. *Quandoque.*] *Quandocunque, quandoque & quandocunque* invicem alterum pro altero posita reperiuntur apud milites. *Idem.*

6. *Ingenti moderatione.*] Alibi, *moderamine.* Casaub.

7. *Contra Germanos res feliciter gessit.*] En ut longo intervallo post Lucii mortem repetit, quæ statim ejus mortem sunt sequuta, multis rebus interpositis quæ longi temporis spatio expeditione ista Germanica posteriores fuere. Nam, ut jam supra docuimus, Marcus consecrato Lucio expeditionem adversus Germanos repetiit, quam cum fratre susceperat, quamque fratris morte omittere fuerat coactus. *Salmas.*

8. *Specialiter ipse bellum Marcomannicum, &c.*] *Specialiter*, hoc est, suo unius ductu

[1] sed quantum nulla unquam memoria fuit, tum virtute tum etiam felicitate transegit, & eo quidem tempore quo pestilentia gravis [2] multa millia & popularium & militum interemerat. Pannonias ergo Marcomannis, Sarmatis, Wandalis, simul etiam Quadis extinctis, servitio liberavit: & Romæ cum Commodo, quem jam Cæsarem fecerat, filio ut diximus suo, triumphavit. Quum autem ad hoc bellum [3] omne ærarium exhausisset suum, neque in animum induceret ut extra ordinem provincialibus aliquid imperaret, in foro divi Trajani [4] auctionem ornamentorum imperialium fecit, venditque aurea pocula & crystallina &

ductu & auspiciis, non etiam Veri fratris: qui ejus belli initiò est extinctus. Scribendum judico, *Speciali ipse bellum Marcomannicum, sed quantum nulla unquam memoria fuit, tum virtute, tum etiam felicitate transegit.* Etiam in pleriisque libris est *speciale*, non ut in regio *specialiter*. Casaub.

Specialiter ipse bellum Marcomannicum.] *Speciale* Palatinus, & princeps editio. speciale bellum gessisse Marcomannicum dicitur Marcus, quod ipse gessit solus, & per se. *proprium* supra dixit in eadem re. *Salmas.*

Speciali ipse bellum Marcomannicum, &c.] Etiam in nostro visebatur *Speciale*, non illud vulgatum *specialiter*. Grut.

1. *Sed quantum nulla unquam memoria fuit.*] Oratoriene hoc sit dictum, an ex fide historica, quæ omnes ampullas & περιφωνήματα aspernatur, non sine caussa potest dubitari. Sed loquitur auctor ex sententia hominum illius tempestatis: qui neque ullum bellum cum Marcomannico, neque ullum imperatorem aut ducem cum Marco censebant comparandum. Quamobrem in Romana inscriptione, quæ posita fuit Marco post patratum hoc bellum, leges hæc verba. Quod. omnes. omnium. antr. se. maximor. impp. gloriam. supergressus. bellicosiss. gentib. deletis. atque. subactis. S. P. Q. Rom. neque multò aliter de ejus belli magnitudine Ammianus Marcellinus judicat libro xxxi. *Casaub.*

Sed quantum nulla unquam memoria fuit.] Palatinus, *sed quanto*: ex quo olim faciebam: *sed quanta nulla unquam memoria fuit, tum virtute, tum felicitate transegit.* sed vulgatam tuetur Eutropius: felicitatem autem qua usus est in illo bello conficiendo Marcus, sic expressit Dio: τὸν πόλεμον αὐτὸν συνέστη μέγας, τὸ νίκη τῇ βασιλέως κατεχύθη, μᾶλλον δὲ καὶ θεᾷ ἐδωρήθη, qui locus etiam confirmat lectionem, *quantum*, ut ad bellum referatur. Nam ait Dio, πόλεμον συνέστη μέγας. *Salmas.*

2. *Multa millia & popularium & militum interemerat.*] Urbanam multitudinem vocat *populares*, & militibus opponit. sic sæpe apud optimos Latinæ linguæ scriptores. Pro *interemeret*, regius, *interierunt*. non malè, si scribas, *pestilentia gravi*. Casaub.

3. *Omne ærarium exhausisset suum.*] Id est, tam fiscum quàm ærarium. *Idem.*

4. *Auctionem ornamentorum imperialium fecit.*] Factum sæpe à Rom. imperatoribus, ut in pecuniæ inopia species supervacuas, quæ inter ornamenta imperialia habebantur, venum exponerent. *Idem.*

na & myrrhina, vasa etiam regia [1] & vestem uxoriam fericam & auratam, [2] gemmasque etiam quas multas [3] in repostorio sanctiore Adriani repererat: & per duos quidem menses hæc venditio celebrata est, tantumque auri redactum ut reliquias belli Marcomannici ex sententia persequutus, postea dederit potestatem emptoribus, ut siquis vellet empta reddere atque aurum recipere, [4] sciret licere. Nec molestus ulli fuit [5] qui vel non reddidit empta, vel reddidit. [6] Tunc viris claris permisit ut eodem cultu quo & ipse, [7] vel ministeriis similibus convivia exhiberent.

[1] In

1. *Et vestem uxoriam fericam & auratam.*] Johannes Gazensis βαζιλικὸν κόσμον tantum dixit. serica autem & aurata vestis propria fuit Augustæ non Augusti. Eutropius tamen & Victor *suam* huic interserunt; *uxoriam ac suam fericam atque auream vestem.* habuerunt rationem temporis sui, quo serica veste Augusti utebantur. *Salmas.*

2. *Gemmas quin etiam, quas multas.*] Sic Pal. videturque paullò vividius, quàm vulgatum, *gemmasque etiam quas, &c.* Grut.

3. *In repostorio sanctiore.*] Ita dictum, ut sanctius ærarium. *Casaub.*

4. *Sciret licere.*] Mira locutio: *dedit potestatem, ut sciret licere:* sed non est obscura mens. antecedens positum pro consequenti: nam est sensus: dedit potestatem ut consulerent suis quisque commodis, gnari id sibi licere. Sic locutus Cicero epistola quadam ad Acilium proconsulem: *Peto abs te ut eum in meis intimis maximeque meritissimis scias esse.* Id est, sic ejus consulas commodis, ut qui scias eum mihi esse conjunctissimum. *Idem.*

5. *Qui vel non reddidit empta vel reddidit.*] Illud, *vel reddidit*, adjectum ab illis videtur, qui sententiam integram absque eo non putarent: sed penitus supervacaneum est. finito enim & peracto bello, dedit potestatem Marcus emptoribus, ut si quis vellet empta reddere, pretium, quod dedisset, reciperet. nulli vero molestum se exhibuit qui semel empta retinere maluit. adde quod nec aliter olim descripsere Victor & Eutropius, quorum hæc verba sunt: *post victoriam tamen emptoribus pretia restituit qui reddere comparata voluerunt: molestus nulli fuit, qui maluit semel empta retinere.* Salmas.

6. *Tunc viris claris permisit.*] Regius, *clarioribus:* sic olim legit Victor, cujus verba: *Hic permisit viris clarioribus, ut convivia eodem cultu quo & ipse, & ministeriis similibus, exhiberent.* Erat hæc permissio necessaria, ut instituta sectio posset peragi. Nam alioqui imperatoriam supellectilem quis esset ausus emere? *Casaub.*

Tunc viris clarioribus permisit.] Sic noster quoque Pal. ideoque ejeci alterum illud, *viris claris.* Grut.

7. *Vel ministeriis similibus.*] Hoc enim licebat nemini. Tranquillus de Domitiano: *Generum fratris, indigne ferens & ipsum albatos ministros habere, proclamavit,*

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη.

Ne custores quidem fas privato habere eodem cultu quo essent imperatorii. Erant autem hæc ministeria albata & aurata, ut ex Suetonio, Lampridio, aliis, est notum. ac ferè non alia quàm lasciva erant ista ministeria: quæ propterea gium principem Theodosium lege sustulisse narrat Victor. *Casaub.*

Vel ministeriis similibus.] *Vel* pro *&*. quod non semel apud istos auctores obser-

[1]In munere autem publico tam magnanimus fuit ut centum leones una missione simul exhiberet sagittis interfectos. Quum igitur in amore omnium imperasset, atque ab 18
aliis modò frater, modò pater, modò filius, ut cujusque ætas sinebat, & diceretur & amaretur, [2] octavodecimo anno imperii sui, sexagesimo & primo vitæ, diem ultimum clausit. [3] Tantusque illius amor eo die regii funeris claruit, ut nemo illum plangendum censuerit, certis omnibus quòd à diis commodatus, ad deos rediisset. Denique priusquam funus conderetur, ut plerique dicunt (quod nunquam antea factum fuerat neque postea) [4] senatus populusque, non divisis locis, sed in una sede propitium deum dixit.

observabis. *tunc viris clarioribus permisit, ut eodem cultu quo & ipse, vel ministeriis similibus convivia exhiberent.* pro quo Eutropius & Victor: *& ministris similibus.* perperam permisit Antoninus ut privati eodem cultu quo ipse, & similibus ministeriis convivia exhiberent ministeria sunt, vasa aurea & argentea. non igitur promiscui usus, vasa aurea & argentea. ministeria pro vasis & poculis. Paulus lib. III. sent. tit. de usufructu. *Salmas.*

1. *In munere autem publico tam magnanimus fuit.*] Parum hæc superioribus cohærent: & longè alius ordo in regio. *Magnanimus*, μεγαλόψυχος, pro magnificus. *Casaub.*

In munere autem publico tam magnanimus fuit.] Expressit Dionem qui μεγαλόφρων eadem notione posuit: pro liberali & magnifico. Eutropius in eadem re: *in editione munerum post victoriam adeo magnificus fuit, ut centum simul leones exhibuisse tradatur.* animosum optimi & vetusti scriptores in eodem significatu posuere. sic *animosus homo* in codice Theodosiano, qui in extruendis & decorandis magnifice ædificiis, minime sumptibus parcit: μεγαλόψυχον Græci vocant ut Latini magnanimum & animosum. unde μεγαλοψυχεῖν pro largiri & magnifice liberalem esse. contra μικρόψυχοι, tenues, sordidi, parci & avari. *Salmas.*

2. *Octavodecimo anno imperii sui.*] Mirum unde hic error: qui tamen etiam apud Aurelium Victorem habetur, sive auctorum ille est, sive exscriptorum. Annus integer in hoc numero prætermittitur, & dies amplius decem vel undecim. Obiit apud Sirmium, (alii scribunt Vendobonæ) die decimosexto Kalendarum Aprilium, ait Tertullianus in Apologetico. *Casaub.*

3. *Tantusque illius amor eo die regii funeris clarnit.*] Tolle vocem *eo*, quæ totam sententiam obscurat. Ait, die quo celebratum est imperatorium Marci funus, neminem illum planxisse: jam quippe illum populus Rom. eluxerat. Nam ad nuntium è Pannonia allatum de ejus obitu, *Consusa luctu publico Urbs, senatus in Curia vestis tetra (vel atra) amictu, lacrymans convenit*, ait Victor. *Idem, Tantusque illius amor die regii funeris.*] Mirum est exstare etiam in Palat. turbatrix illud pronomen, *amor eo die*. certè deleri debebat; & forsan etiam sequens *regis funeris*. Grut.

4. *Senatus populusque, non divisis locis.*] Aurelii Victoris verba hinc cape: *Denique qui sejuncti in alia, Patres ac vulgus Soli omnia decrevere, templa, columnas, sacerdotes.* Casaub.

1. *Hic*

xit. [1]Hic sanè vir tantus & talis, ac diis vita & morte conjunctus, filium Commodum dereliquit: [2]qui si felix fuisset, filium non reliquisset. Et parum sanè fuit quòd illi honores divinos omnis ætas, omnis sexus, omnis conditio ac dignitas dedit, nisi quòd etiam [3]sacrilegus judicatus est, qui ejus imaginem in sua domo non habuit, qui per fortunam vel potuit habere vel debuit. Denique hodieque in multis domibus M. Antonini statuæ consistunt inter deos penates: nec defuerunt homines [4]qui [5]somniis eum multa prædixisse futura & vera concinuerunt. Unde etiam templum ei constitutum, dati sacerdotes Antoniniani, & sodales & flamines, [6]& [7]omnia quæ de sacratis decre-

1. *Hic sanè vir tantus.*] Infertam periodum alieno loco nemo non videt. *Idem.*

2. *Qui si felix fuisset, filium non reliquisset.*] Scribebam, *qui felix fuisset, si filium.* Spartianus in Severo, *Quid Marco felicius fuisset, si Commodum non reliquisset heredem?* Dio eleganter: quòd filium, ait, à se educatum optimè, pessimum reliquerit, ἵν' ὑπὸ τοῦ τοιούτου οὐδὲ μισηθεὶς αὐτὸς σωθείη. *Idem.*

Qui si felix fuisset filium non reliquisset.] Nihil mutandum, amat enim ejusmodi trajectionibus uti Capitolinus. *si felix fuisset, filium non reliquisset.* pro, *felix fuisset, si filium non reliquisset.* Salmasius.

3. *Sacrilegus judicatus est, &c.*] Genus honoris, quod initio peperit affectus in principem, vel metus aut adulatio: postea necessitas accessit. *Casaub.*

4. *Qui somniis eum multa prædixisse augurantes, futura & vera concinuerunt.*] Induxerunt alii vocem *augurantes*, auctoribus libris suis. cuperem & ego, si pateretur Palatinus ætate nulli manuscripto codici secundus. & verò si propius inspiciamus Latinitatem auctoris, non eum dedecere videtur. *Grut.*

5. *Somniis eum multa prædixisse.*] Videtur significare solitam in Marci templis exerceri τὴν δι' ὀνειράτων μαντικὴν: consultoresque inibi incubantes somnia captasse, ut in Æsculapii templis, & aliis quibusdam fieri solitum. Legebatur, *multa prædixisse augurantes futura & vera*: nos vocem *augurantes*, libris auctoribus induximus. *Casaub.*

6. *Et omnia quæ de sacratis decrevit antiquitas.*] Ut *sacratis* dixerit pro *consecratis*? non puto. sacrati enim & sacratissimi imperatores dicebantur à veteribus, sed tantum vivi. at consecrati, de divis, hoc est mortuis. legendum: *dati sacerdotes Antoniniani & sodales & flamines, & omnia quæ de sacratis decrevit antiquitas. desacratos* vocat unico vocabulo Capitolinus, qui consecrati dicerentur. at *desacrare* quin pro *consecrare* usurpaverint, non dubito. desacrati igitur & consecrati ἀπαθανατισθέντες sunt: & vox ipsa *desacratus*, propius & magis proprie verbum ἀπαθανατισθεὶς exprimit. *Salmas.*

7. *Omnia quæ de sacratis decrevit antiquitas.*] Impropriè *sacratis*, pro consecratis. nam *sacrare* cùm de personis dicitur, est θεὸν τινὰ ἀποφαίνειν, ut olim in tribunis factum, postea in imperatoribus: qui propterea sacratissimi dicuntur. at mortuis principibus quos inter cœlites retulerant, non divini aliquid, sed deitatem, ut ita dicam, censebant inesse: neque hoc *sacrare*, sed *consecrare*, Græci ἀποθεοῦν dixerunt, vel θεὸν ποιεῖν. *Casaub.*

1. *Quod*

decrevit antiquitas. Ajunt quidam ([1] quod verisimile videtur) Commodum Antoninum successorem illius ac filium non esse de eo natum, sed de adulterio: [2] ac [3] talem fabellam vulgari sermone contexunt: Faustinam quondam Pii filiam, Marci uxorem, [4] quum gladiatores transire vidisset, unius ex his amore succensam, quum longa ægritudine laboraret, viro de amore confessam. Quod quum ad Chaldæos Marcus retulisset, illorum fuisse consilium [5] ut occiso gladiatore, [6] sanguine illius sese Faustina sub- 19

1. *Quod verisimile videtur.*] *Quod & verisimile videtur*, Palatinus. *Salmas.*

Quod & verosimile.] Adjeci copulam *&* volente Palatino, quod in ea videretur nescio quid energiæ. *Grut.*

2. *Ac talem fabellam vulgari sermone contexunt.*] Cur fabellam appellat historiam, quam modò dixit verisimilem? quod & paullò post repetit. *vulgari sermone contexere*, non est vili & plebeia dictione componere: sed è sermonibus vulgi, non autem ex ullo probatæ fidei auctore. *Casaub.*

Ac talem fabellam vulgari sermone contexunt.] Quærit vir eruditissimus cur fabellam appellet, quod paulo post verisimile esse dicit, sed quando hæc quærebat, non meminerat fabulam & fabellam illa ætate, non pro ficto & composito ad arbitrium sermone, ut priscis Latinitatis temporibus, sed pro sermone quolibet vel narratione seu ficta, seu vera, quæ in ore populi versabatur, usurpatam. Capitolini enim tempore atque etiam anteriore, *fabula* est sermo simpliciter. ita fabellam hoc loco accipe. *Salmas.*

3. *Talem fabellam vulgari sermone.*] Notat *fabula* Latinis, non rem modò fictam, sed & factam, omniumque ore jactatam, ut plurimus ostendi in Suspicionibus. *Grut.*

4. *Cùm gladiatores transire vidisset.*] Non temere aut casu, ut vulgò accipiunt: sed *cùm ostentata per arenam peritorum corpora mortis suæ pompam ducerent*, ut loquitur Quintilianus. *Casaub.*

Cum gladiatores transire vidisset.] Per sollemnem traductionem & pompam, qua depugnaturi gladiatores per ora populi transducebantur. *Salmas.*

5. *Ut occiso gladiatore.*] Scripti quidam, *ut occiso Pantomimo, seu gladiatore.* Scripserat Capitolinus, *ut occiso pantomimo seu gladiatore.* nam sequitur, *De amatis pantomimis ab uxore fuit sermo, ut superiùs diximus.* Casaub.

Ut occiso gladiatore.] Sic noster Pal. in quo nec vola nec vestigium *pantomimi.* quare id etiam abjeci, quamvis alluderent aliorum membranæ, & auctor infra testaretur tale quid à se scriptum. quis enim scit, an non, &c. is locus expertus sit scalpellum librariorum? *Grut.*

6. *Sanguine illius sese Faustina sublavaret.*] Hoc est, locos sibi & τὰ φύσεα lavaret. Utrumque potest significari voce *sublavare*, leviter lavare, vel inferiores partes lavare: quod magis videtur sententiæ accommodum. Princeps editio *sublevaret.* Sunt qui scribant, gladiatoris hujus quem Faustina deperibat, sanguinem, in aquæ speciem mutatum, illi infaustæ fuisse propinatum: cui rei fingendæ videtur vox ista *sublevare* ansam præbuisse. hoc tamen commentum secutus est ille suaviludius, qui inscriptionem eam composuit, quæ à Faustina posita fingitur, amore isto liberata. *Casaub.*

Sanguine illius sese Faustina sublavaret.] Nescio quis primus *sublavaret*, hoc loco reposuit pro eo quod vetus editio & scripti codices habebant, *sublevа-*

sublavaret, atque ita cum viro concumberet. Quod quum esset factum, solutum quidem amorem, natum verò Commodum gladiatorem esse non principem: qui mille propè pugnas publicè populo inspectante gladiatorias imperator exhibuit, [1] ut in vita ejus docebitur. Quod quidem verisimile ex eo habetur quòd tam sancti principis filius his moribus fuit, quibus nullus lanista, nullus scenicus, nullus harenarius, nullus postremò ex omnium dedecorum ac scelerum colluvione concretus. Multi autem ferunt Commodum omnino ex adulterio natum: siquidem Faustinam satis constat [2] apud Cajetam [3] conditiones sibi & nauticas & gladiatorias elegisse: de qua quum diceretur Antonino Marco, ut repudiaret, si non occideret, dixisse fertur, [4] *Si uxorem dimittimus, reddamus & dotem.*

[1] Dos

levavit. quam veram esse scripturam quovis pignore contendere sum paratus. non dicit autem quomodo sublevarit se Faustina sanguine illius gladiatoris occisi. quod de industria tacuit hic auctor, & modestis verbis mollivit horrendum medicationis genus. non dubium certe est, pro remedio sanguinem illum ebibisse Faustinam, atque ita se sublevasse. Nam *sublevare*, *subvenire*, *succurrere*, *juvare*, verba sunt medelarum & medicamentorum propria. *Salmas.*

Sanguine illius sese Faustina sublevavit.] Palatinus adhæret vulgatis, *sublevaret*; quod tamen minus quadrat. *Gruterus.*

1. *Ut in vita ejus docebitur.*] Non extat hæc vita à Capitolino scripta: est enim Lampridii quæ infrà habetur: nisi imponunt nobis vulgares tituli. *Casaubonus.*

Ut in vita ejus docebitur.] Vita Commodi vulgo non huic sed Lampridio ascribitur. excerpta tamen Spartiani utriusque vitæ unum auctorem faciunt, nec eum Capitolinum, sed Spartianum. fitque mihi valde verisimile, ab uno eodemque auctore & hanc & illam vitam perscriptam, sive ille sit Capitolinus, sive magis Spartianus, ut excerpta illa nobis indicant. *Salmas.*

2. *Apud Cajetam.*] Aurelius Victor, *In Campania sedens amœna litterum otia obsidebat.* cum vide. *Casaub.*

3. *Conditiones sibi & nauticas & gladiatorias elegisse.*] Ut χαμεῦν & subere, voces honestissimæ ad turpem notionem transferuntur, sic *conditio.* nam apud Ciceronem atque alios, *conditio* id est quod vulgò dicitur, *un parti.* hic aliter. *Idem.*

Conditiones sibi & nauticas & gladiatorias.] Facilis in nauticis legendis ratio, & parum fallax: nudi enim plerumque agebant. ipsa igitur aderat, & qui sibi magis placerent, quosque valentiores judicabat, oculis arbitris eligebat. *Salmas.*

4. *Si uxorem dimittimus, reddamus & dotem.*] Perpendimus locum hunc ad illud Taciti de Tiberio latitante Capreis: *Traditur etiam matris impotentia extrusum, quam dominationis sociam asperabatur: neque depellere poterat, cùm dominationem ipsam domum ejus accepisset.* lib. IV. Annal. cap. 57. *Grut.*

1. *Dos*

[1] Dos autem quid erat, nisi imperium quod ille ab socero, volente Adriano adoptatus, acceperat? Tantum sanè valet boni principis vita, sanctitas, tranquillitas, pietas, ut ejus famam nullius proximi decoloret invidia. Denique Antonino quum suos mores semper teneret, neque alicujus insusurratione mutaretur, non obfuit gladiator filius, uxor infamis: [2] deus usque etiam nunc habetur, [3] ut vobis ipsis, sacratissime imperator Diocletiane, & semper visum est & videtur: qui eum inter numina vestra, non ut cæteros, sed specialiter veneramini, ac sæpe dicitis vos vita & clementia tales esse cupere qualis fuit Marcus, [4] etiamsi philosophia nec Plato esse possit, si revertatur in vitam: & quidem hæc breviter & congestè. [5] Sub Marco Antonino [6] hæc sunt gesta post fratrem. [7] Primùm [1] cor-

1. *Dos autem quid erat.*] Sic scripti. alii, *quid habebatur.* Casaub.

Dos autem quid erat.] Palatinus & editio princeps: *dos autem quid habebatur.* quod non temere rejici debuit. *Salmas.*

Dos autem quid erat nisi imperium?] Pal. *dos autem quid habebatur imperium.* sine voce *nisi*: ut fortè voluerit, sine interrogatione: *dos autem quidem habebatur imperium.* sed vel satis fuisset; *dos autem erat imperium.* Grut.

2. *Deus usque etiam nunc.*] Scripti, *deusque etiam nunc h.* Casaub.

Deusque etiam nunc.] Ita præter Casauboni scriptos codd. etiam Palatinus noster: non, *Deus usque etiam nunc*, ut ante publicati. *Grut.*

3. *Ut vobis ipsis sacratissime imperator.*] In primis editionibus & manu exaratis plerisque, *vobis ipsi.* qui fuit postremæ Latinitatis idiotismus. nam in scriptoribus illis, ut apud Ivonem Carnutensem, sæpissimè leges, *vos ipse attendite.* &, *vos ipse scripsistis*, ac similia. ejus generis est apud veteres Romanos, *tacente nobis*, *dicente nobis*, quæ nota sunt eruditis. *Casaub.*

Ut vobis ipsis, sacratissime imperator.] Constanter heic habent veteres libri: *vobis ipsi.* quod glossæ confirmant veteres in quibus legitur: *vos ipse*, αὐτὸς. *vos mitto.* Salmas.

Ut vobis ipsis.] Etiam Pal. *ipsi.* sed potuit delituisse littera finalis sub voce sequenti. *Grut.*

4. *Etiamsi philosophia nec Plato esse possit.*] *Scribe: Ac sæpe dicitis vos vita & clementiâ tales esse cupere qualis fuit Marcus: etiam si philosophiâ nec Plato esse possit.* Talis & tantus videlicet qualis quantusque in eo studio fuit Marcus. *Casaub.*

5. *Sub Marco Antonino hæc sunt gesta.*] Non quid sub Marco Antonino gestum sit, sed quid ab ipso post fratris mortem, cum solus teneret imperium, significare voluit hoc loco Capitolinus. restituendum igitur ex veteri libro: *sed Marco Antonino hæc sunt gesta post fratrem. Primum corpus ejus Romam devectum est.* Salmas.

6. *Hæc sunt gesta. Post fratrem primum.*] Distingue, *Sub Marco Antonino hæc sunt gesta post fratrem. Primùm corpus.* Casaub.

7. *Primum corpus ejus Romam devectum est.*] Pleraque in hac pagina jam supra dicta fuere: quæ nunc temere repetit, aut frustra ibi sunt posita, cum heic illa iterum reponere cogitaret. ordine tamen heic paulo meliore procedit,

[1] corpus ejus Romam devectum est, & illatum majorum sepulcris : [2] divini honores decreti. Deinde quum gratias ageret senatui quòd fratrem consecrasset, occultè ostendit omnia bellica consilia sua fuisse quibus superati sunt Parthi. Addidit præterea quædam quibus ostendit nunc demum [3] se quasi à principio acturum esse remp. [4] amoto eo qui remissior videbatur. [5] Nec aliter senatus accepit quàm Marcus dixerat, ut videretur gratias agere quòd Verus excessisset vita. [6] Omnibus deinde sororibus & affinibus & libertis, juris & honoris & pecuniæ plurimum detulit. [7] Erat enim famæ suæ * curiosissimus, † & requirens

dit, & uno contextu narrat quæ Marcus gesserit post mortem fratris. post cujus consecrationem statim de profectione adversus Germanos cogitavit Marcus, idque verba illa quæ paulo post sequuntur manifesto evincunt : *proficiscens ad bellum Germanicum filiam suam non decurso luctus tempore, grandævo equitio Romam filio Claudio Pompeiano dedit.* per filiam suam, Lucillam intelligit, Vero prius nuptam, quàm collocavit Pompejano Marcus ad bellum proficiscens, cum illa nondum Verum eluxisset. non igitur potuit annus interesse inter Marci profectionem & Veri consecrationem. *Salmas.*

1. *Corpus ejus Romam devectum est.*] Suspicionem mendæ injicit regius qui præfert, *corpus ejus ut Romam deveheretur eil & ill.* Auctor est Galenus in Commentario Περὶ ἀθυμιῶν, Marcum Veri media hieme defuncti corpus Romam adveniisse, & justis illi factis ad bellum contra Germanos statim esse profectum. *Casaub.*

2. *Divini honores decreti.*] Pal. voculâ amplius, *divini in honores decreti.* an fuit ? *divini inde honores decreti.* Grut.

3. *Se quasi à principio acturum esse Remp.*] Ὅτι εἰσεῖ ἐξ ὑπαρχῆς μέλλοι πολιτεύεσθαι : hoc est, velut jactis novis fundamentis omnia in melius mutare. *Casaub.*

4. *Amoto eo qui remissior videbatur.*] De Vero hæc dicuntur quem remissiorem fuisse vult, quod voluptatibus & deliciis esset deditus. si tamen fides habetur Dioni, non remissior fuerit Marco Verus, immo etiam aliquanto bellicis actibus aptior & accommodatior. & tamen omnia bellica consilia sua fuisse videri volebat Marcus oratione ad senatum. *Salmas.*

5. *Nec aliter senatus accepit quàm Marcus dixerat.*] Satis inhumanum est putare Marcum de morte fratris palàm esse gavisum. Molliamus censeo asperitatem sententiæ, & scribamus, *Nec aliter senatus accepit quæ Marcus dixerat, quàm ut videretur grat. ag.* Casaub.

Nec aliter senatus accepit quam Marcus dixerat.] Nolim mutari *quam* in *quæ*. apparet enim quid velit Capitolinus ; nempe senatum sic accepisse verba Marci, quasi ille gauderet quod Verus excessisset è vita. & recte sic quidem accepit : cum aperte ea verborum Marci mens fuerit. *Salmas.*

Nec aliter Senatus accepit, quàm Marcus dixerat, ut videretur.] Nihil variant membranæ Palat. & subest sensus aliquis huic scripturæ. *Grut.*

6. *Omnibus deinde sororibus.*] Jam dixit, *Amitasque ejus & sorores honoribus & salariis sublevavit.* Quare in regio ista hæc non leguntur. *Casaub.*

7. *Erat enim famæ suæ curiosissimus.*] Paullò post, *Multæ loquentium dictis vel litteris*

rens ad verum quid quisque de se diceret, [1] emendans quæ bene reprehensa viderentur. Proficiscens ad bellum Germanicum, filiam suam [2] non decurso luctus tempore, [3] grandævo equitis Romani filio Claudio Pompeiano dedit, genere Antiochensi, nec satis nobili: [4] quem postea bis consulem fecit, quum filia ejus Augusta esset & Augustæ filia. [5] Sed has nuptias & Faustina & ipsa quæ dabatur, invitæ habuerunt. Quum Mauri Hispanias propè omnes 21
vastarent, [6] res per legatos benè gestæ sunt. Et quum [7] per Ægyptum Bucolici milites gravia multa fecissent,

per

literis vel sermone respondebat. Et in fine, *De avaritia se multis epistolis purgat.* Idem.

* *Curiosissimus, & requirens.*] Caret particula, *&*, vetus editio. sic igitur *διεωδίτως* concipienda hæc periodus: *erat enim famæ suæ studiosissimus, requirens ad verum quid quisque de se diceret, emendans quæ bene reprehensa viderentur.* Salmas.

† *Et requirens ad verum quid quisque de se diceret, emendans quæ bene reprehensa viderentur.*] Sed de Principibus, qui habitu dissimulato explorarunt populi de se opinionem, non vulgaria posuimus ad Taciti lib. II. c. 13. p. *Grut.*

1. *Emendans quæ bene reprehensa viderentur.*] *Erat emendans*, pro emendabat. ut Attici *ἐπαυρῶν ἐῶ* pro *ἐπαύρω. Casaub.*

2. *Non decurso luctus tempore.*] Ante exactum annum luctus legitimi. *Idem.*

3. *Grandævo equitis Rom. filio.*] Sic regius: alii libri, *grandævi.* malè. *Idem.*

4. *Quem postea bis consulem fecit.*] In anno Marci XIII. Severum II. & hunc Pompejanum Coss. exhibent Fasti. alterum consulatum adhuc quæro. *Idem.*

5. *Sed has nuptias, & Faustina, & ipsa quæ dabatur, invitæ habuerunt.*] Quid mirum? videtur enim pollui nobilitas familiæ nuptiis tam imparibus; ut pluribus diduximus ad illud Taciti lib. I. Ann. cap. 53. *Futras in matrimonio Tiberii Julia, spretaque ut imparem.* Grut.

6. *Res per legatos bene gestæ sunt.*] Huc refero quod in saxo quodam Hispanico dicitur Marcus, DEVICTOR OMNIVM GENTIVM BARBARARVM. Addit regius, *& per ipsum compositæ.* Casaubonus.

7. *Per Ægyptum Bucolici milites gravia multa fecissent.*] Volcatius Gallicanus in Avidio Cassio non idem solùm dicit, sed iisdem planè verbis cum Capitolino: ut videatur alter alterum describere: vel potiùs, quod & certum est, ambo Marii Maximi verbis loquuntur. de hoc bello & prædonibus istis Ægyptiacis eorumque duce Isidoro, lege Xiphilinum. dicti sunt *Βουκόλοι* & Bucolici à vulgari appellatione ejus loci quem insiderent: nam, ut ait Heliodorus, *Βουκόλια σύμπασα κέκληται τὰ πρὸς Αἰγυπτίων ὁ τόπος.* Vide necessariò sequentia: nullus enim est veterum scriptorum, unde hæc discas tam bene, atque hic unus. *Idem.*

Per Ægyptum Bucolici milites gravia multa fecissent.] Palatinus, *Bucolicis*: mendosè. ipsissima autem hæc verba referuntur à Volcatio in Avidio Cassio. *Nam quum & Bucolici milites per Ægyptum gravia multa facerent, ab hoc vetiti sunt.* Salmas.

Per Ægyptum Bucolici milites gravia multa fecissent.] Pal. noster planè alio sensu, *Bucolicis*; & contra ea quæ refert in Avidio Cassio Vulcatius c. 6. f. *Grut.*

per Avidium Cassium [1] retusi sunt, qui postea tyrrannidem arripuit. [2] Sub ipsis profectionis diebus in secessu Prænestino agens, [3] filium nomine Verum Cæsarem [4] execto sub aure tubere septennem amisit, quem non plus quinque diebus luxit, [5] consolatusque etiam medicos [6] actibus publicis se reddidit. Et quia ludi Jovis optimi maximi erant, interpellari eos publico luctu noluit: jussitque ut statuæ tantummodo filio mortuo decernerentur, & [1] imago

1. *Retusi sunt.*] Reg. *retunsi.* ut obtunsus, alibi, pro obtusus. *Casaub.*

Retusi sunt.] Etiam noster Palatinus mavult illud aliorum, *retunsi.* Grut.

2. *Sub ipsis profectionis diebus, &c.*] Palam est auctorem loqui de altera Marci ad bellum Germanicum profectione, post Veri mortem susceptа: hoc enim arguunt manifestissimè verba præcedentia, quibus hæc cohærent. *Casaubonus.*

3. *Filium nomine Verum Cæsarem.*] Lege quæ notamus ad Lampridii Commodum. *Idem.*

4. *Execto sub aure tubere.*] Videtur, ea voce medicorum imperitiam notare, qui intempestiva tuberis sectione pernitiem huic puero attulerunt. *Idem.*

Exsecto sub aure tubere.] Sic rectè Pal. nempe incidit in febrem continuam ob dolorem obortum à sectione illâ, & sic periit. *Grut.*

5. *Consolatusque etiam medicos actibus publicis se reddidit.*] Prorsus ridicula lectio: placet nobis impense Lipsii emendatio, *Consultusque, etiam medios publicis actibus reddidit.* Casaub.

Consolatusque etiam medicos actibus publicis se reddidit.] Nihil aliud video huic loco corrumpendo materiam suggessisse quam vox *consolatus* ignorata. Hujus, inquam, unius vocabuli parum cognita ratio fecit, ut *medios* pro *medicos* legeretur: aliud enim nihil mutandum: *consolatusque, etiam medicos actibus publicis reddidit.* quæ sententia olim fuit doctissimi Lipsii. sed ille *consultus* pro *consolatus* legebat, ego *consulatus* retineo. non semel mihi veteres libros pervolventi *consolatio* pro *consultatio*, & *consolari* pro *consuli* scriptum occurrit. apud Servium lib. III. Æneidis: *Augurium est exquisita Deorum voluntas per consolationem avium aut signorum. Consolationis* etiam scriptum repperi bis aut ter in optimo Titi Livii exemplari. sic *consolatus* hoc loco pro *consultus.* ut autem *consolari* pro consulere, ita contra *consulere* pro consolari, quo sensu apud Venantium sæpe positum reperitur, & notant veteres Glossæ: *consulit: ἐπιθύει, ἐφροντίσατο.* sed ut dicam libere quod sentio, mihi videtur quoties *consolatio*, pro *consultatio* legitur, consolationem ibi scriptum esse pro consulatione. nec dubium quin *consulare* pro *consulere* dixerint, ut *inducare* pro *inducere, &c.* Salmas.

Consolatusque etiam medicos, actibus publicis se reddidit.] Nihil divertunt ab hac scriptura membranæ Pall. quam quod non agnoscunt pronomen *se*, si quid murandum; bellè Lipsius, *consultusque etiam medios, publicis actibus, &c.* sed quis ille imporunè impudens qui ausus fuisset consulere Imperatorem tam recenti luctu. verosimilius est, Marcum ea statim fuisse fortitudine animi, ut alios erigere tentaverit alloquio suo, etiam medicos, qui non simpliciter sanè lugebant hanc filii ejus mortem; vel ob artis suæ successum minus felicem. *Grut.*

6. *Actibus publicis se reddidit.*] Haud aliter Tiberius: de quo ipsemet sic apud Tacitum lib. IV. cap. 8. *Idem.*

1. *Imago*

[1] imago aurea circensibus per pompam ferenda, [2] & ut saliari carmini nomen ejus insereretur. Instante sanè adhuc pestilentia, & [3] deorum cultum diligentissimè restituit, & servos, [4] quemadmodum bello Punico factum fuerat, ad militiam paravit, [5] quos *Voluntarios* exemplo Volonum appellavit. Armavit etiam gladiatores, [6] quos *Obsequentes* appellavit. [7] Latrones etiam Dalmatiæ atque Dardaniæ, milites fecit. [8] Armavit & Diocmitas. emit & Germanorum

1. *Imago aurea circensibus per pompam ferenda.*] Petitum exemplum ab iis quæ in Germanicum olim decreta. Tacitus: *Decretum ut ludos circenses eburna effigies præiret.* notus mos. *Casaub.*

2. *Et ut saliari carmini nomen ejus insereretur.*] Tacitus, *Ut nomen ejus saliari carmine caneretur.* Multa nos de hoc genere honoris apud Athenæum libro sexto, capite XIV. ἄξιός ἐστ ϗ πάνυ. ut si dicas, dignus est, cujus nomen saliari carmine canatur. *Idem.*

3. *Deorum cultum diligentissimè restituit.*] Fecerat idem imminente bello Parthico. *Idem.*

4. *Quemadmodum bello Punico factum esset.*] Robertus à Porta, *bello secundo Punico.* Idem.

5. *Quos Voluntarios exemplo Volonum appellavit.*] De Volonibus notum ex Livio, Festo, Macrobio, aliis. Apud Livium in eadem historia Voluntarii quoque sæpe nominantur, qui diversæ conditionis fuerunt ab istis Marci Volonibus: liberi nempe homines, non servi: qui cùm vel propter ætatem, vel quòd legitima stipendia confecissent, cogi non possent, sponte militabant. Evocati postea dicti sunt, hoc est, inquit Dio, ἀνεκλήθησαν. *Idem.*

6. *Quos Obsequentes appellavit.*] Tanquam non in legionibus militantes, sed in obsequiis principis. in vita Pertinacis: *Cùm milites de castris ad obsequium principis convenissent.* Idem.

7. *Latrones etiam Dalmatiæ atque Dardaniæ milites fecit.*] Latrones appellat gentem latrocinio deditam, ex præda & rapinis plurimùm viventem. *Idem.*

8. *Armavit & Diocmitas.*] Diu multumque perpendenti non aliunde mihi deduci posse videntur isti Diocmitæ quam ἀπὸ τῦ διωγμῦ. nam à διωγμός, διωγμίτης, vox quidem non illa barbara, insolentis tamen & novæ formæ. itaque magis placeat διωγμῖται illos appellari, ἀπὸ τῦ διωγμίσεως. quod verbum factum est à διωγμός. sic autem videntur appellasse genus militum leviter armatorum, & expeditorum, ad persequendum fugitivos aut latrones, quos & διώκτας appellabant. & ut ita accipiamus, aperte suadent verba Marcellini: *genus semierminum*, inquit, *hominum quos Diocmitas appellant.* Salmasius.

Armavit & Diocmitas.] Sic omnibus litteris codex Palatinus. *Gruterus.*

Armavit & Diocmitas.] Errant qui existimant scribendum *diognitas.* διωγμός Græcum est vocabulum: at διωγμίτης, non Græcum sed Barbarum. Nobis diu placuit scribi *diocitas.* Sed quoniam *Diocmitas* scriptum in omnibus libris, regio excepto, invenimus, scribam lubens cum Josepho Scaligero, *Decimitas.* id nomen populi in agro Synadensi Phrygiæ, de quo Strabo aliique. Videtur Marcus horum aliquot cohortes in exercitu suo habuisse, ut Dalmatarum & Dardanorum. Meruerunt aliquando inter Romanorum mercenarios & Dolomitæ. gens ea fuit in Persidis montanis sita: de qua fuse Procopius libro ultimo. *Idem.*

norum auxilia contra Germanos. Omni præterea diligentia paravit legiones ad Germanicum & Marcomannicum bellum: & ne provincialibus esset molestus, auctionem rerum aulicarum, ut diximus, fecit in foro divi Trajani, in qua præter vestes & pocula & vasa aurea, etiam signa [1] cum tabulis [2] magnorum artificum vendidit. [3] Marcomannos autem in ipso transitu Danubii delevit, & præ-
22 dam provincialibus reddidit. [4] Gentes omnes ab Illyrici limite, [5] usque Galliam conspiraverant, [6] ut Marcomanni, [7] Narisci, [8] Hermunduri, & Quadi, [9] Suevi, Sarmatæ, [10] Latringes, & Buri: * hi aliique cum Victovalis † Sosibes, [1] Sico-

1. *Cum tabulis magnorum artificum.*] Perperam in membranis, *magistrorum artificum.* Idem.

2. *Magnorum artificum.*] Non aliter quoque Palat. *Grut.*

3. *Marcomannos in ipso transitu Danubii delevit.*] Marcomannos intellige, non gentem ipsam, quæ multis post seculis infesta Romano nomini perduravit: sed illum tantùm exercitum eorum, qui stabat in acie. Sequitur statim, *Accepto in deditionem Marcomannos.* Casaubonus.

4. *Gentes omnes ab Illyrici limite usque Galliam conspiraverant.*] Aurelius Victor, *Triumphi acti ex nationibus quæ regi Marcomaro ab usque urbe Pannonia, cui Carnuto nomen est, ad media Gallorum protendebantur.* Idem.

5. *Usque in Galliam.*] Sic quoque Palatinus noster. *Grut.*

6. *Ut Marcomanni, Narisci.*] Narisæ dicuntur veteri libro, quod abest propius à Dionis lectione, qui in excerptis legationum, Ναρίσκους appellat. Οὐαρίσκους Ptolemæo. recte igitur hîc *Varistæ* legeretur. sed N & V sæpe invicem mutantur. itaque Narisæ & Varistæ idem, vel Naristi & Varisti. *Salmas.*

7. *Narisci.*] In excerptis Legationum è Dione appellantur isti Ναρίσκοι. in regio quoque eadem terminatio: sed in principio ibi peccatum, *Tharistæ* pro Naristæ. Tacitus *Naristos* aut fortasse *Naristos* nominat, in libro De moribus Germanorum. in codice Augustano *Varistæ*: quomodo etiam in Ptolemæi codicibus: nam ibi Οὐαρίσκοι. *Casaub.*

Narisci.] Exstat in Pal. *Varistæ*, quemadmodum & aliorum aliquot authentici. *Grut.*

8. *Hermunduri & Quadi.*] Reg. *Hermunduli.* Quatuor hos populos etiam Tacitus similiter jungit. *Juxta Hermunduros*, ait, *Narisci, ac deinde Marcomanni & Quadi agunt.* Casaub.

9. *Suevi, Sarmatæ.*] Plura genera Sarmatarum ponit tabula vetus Peutingerorum. *Salmas.*

10. *Latringes & Buri.*] Reg. *Latringes, Burci.* Suspicor esse qui in libris Taciti dicuntur Marsigni & Burii, sermone cultuque Suevos referentes. nisi mavis Marsignos Taciti esse Μαρσίνγους Ptolemæi: quod propius vero. *Casaub.*

Latringes & Buri.] Palatinus: *Lacringes, Burei.* & *Lacringes* quidem melius quam *Latringes.* Nam Dioni sunt Δαίσγεγοι pro Λάκγγοι, quomodo reponendum apud Dionem censeo. Buri autem Βοῦροι Dioni dicuntur in Trajano. populos autem illos omnes quibus cum rem habuit Marcus, sic enumerantur à Dione: *Astingi, Jazyges, Marcomanni, Quadi, Naristæ, Diacringi, Buri.* Salmas.

Latringes & Buri.] Idem codex *Lacringes & Burei.* Grut.

* *Hi*

[1]Sicobotes, [2]Rhoxolani, Baſtarnæ, [3]Alani, Peucini, [4]Coſtoboci. Imminebat & Parthicum bellum & Britannicum. Magno igitur labore etiam ſuo gentes aſperrimas vicit, [5]militibus ſeſe invitantibus, ducentibus etiam exercitum legatis & præfectis prætorio: accepitque in deditionem Marcomannos, plurimis in Italiam traductis. [6]Semper ſanè cum optimatibus, non ſolùm bellicas res, ſed etiam civiles, priuſquam faceret aliquid, contulit. Denique ſententia illius præcipua ſemper hæc fuit, *Æquius eſt ut ego tot & talium amicorum conſilium ſequar, quàm ut tot & tales amici meam unius voluntatem ſequantur.* Sanè quia durus

* *Hi aliique cum Victualis.*] Regius *Hyalii*. Aſſentior Beato Rhenano, qui pridem corrigendum monuit *Taiſali*. nota gens ex Mamertini panegyrico, & magis ex Ammiani hiſtoria xxxi. ubi multa de horum turpi & obſcœna vita. *Caſaub.*

Hi aliique cum Victovalis.] Palatinus unica voce: *Hialique cum Victualis*. populos ego quidem nullos iſto novi nomine. *Victuali* autem ſemper ſcriptum in optimo libro. *Salmaſ.*

Hi aliique cum Victovalis.] Pal. iterum *Victualis*. ita tamen expreſſit priora, ut hæreas an duabus vocibus pronuntiari voluerit, an verò unà, *Hialique*; quod & alii invenerunt in libris ſuis. *Grut.*

† *Sofibes, Sicobotes.*] Nobis hæc populorum nomina, alibi non comperta. Qui deinceps ſequuntur, omnes vulgò notiſſimi. *Coſtoboci*, Dioni Κοστόβοκοι. *Caſaub.*

1. *Sicobotes.*] Haud ſecus Palatinus. *Grut.*

2. *Rhoxolani, Baſtarnæ, Alani.*] *Blaſtarni* pro Baſtarni. nam & ibi in propinquo ponuntur, *alpes Baſtarnicæ*. Salmaſius.

3. *Alani, Peucini.*] Noſter, *Halani, Peutini*. Grut.

4. *Coſtoboci.*] *Coſtoboca*, Ammiano Marcellino. *Salmaſ.*

5. *Militibus ſeſe invitantibus.*] Quis neget veram eſſe lectionem libri Palatini, *ſeſe imitantibus? ſeſe* autem loquendi genere illa ætate vulgato pro *ipſum*. nempe Marcum; cum milites ſcilicet ipſum imperatorem ſuum imitarentur & ad illius exemplum laborarent. *Idem.*

Militibus ſeſe invitantibus.] Pal. *imitantibus*. quæ probiſſimum heic fuerit, ſi acceperit ſcriptor *ſeſe* pro *eum*. fit enim fere ut miles ſequatur exemplum ducis ſui. vulgato tamen non ſua etiam deſit ratio. *Grut.*

6. *Semper ſanè cum optimatibus.*] Non ſignificat vox hæc ſub Imperatoribus, quod olim libera Rep. cùm eſſent & dicerentur alii optimates, alii populares. nam mutata ejus forma, & ſtudiis partium extinctis, omnes qui in Repub. eminerent dicti optimates. Gloſſæ vertunt rectè, ἀριστοκράτας. at vetere notione, optimates erant οἱ ἀλίγαρχοι, non autem indiſtinctè τοὺς ἀριστοκράτας ἢ πλουσίους. *Caſaub.*

Semper ſane cum optimatibus.] Optimates heic vocat Capitolinus, quos in Hadriano *ſummates* Spartianus appellat: *quum cum plurimis ſummatibus paſceret*. alibi dicuntur *proceres*. optimates illis temporibus & proceres, & ſummates, non alii erant & dicebantur quam ſenatores. optimos nobilium vocat Aurelius Victor Scotthi. *Salmaſ.*

rus videbatur ex philosophiæ institutione Marcus ad militiæ labores atque ad omnem vitam [1] graviter carpebatur: sed malè loquentium dictis, vel literis vel sermone respondebat. Et multi nobiles [2] bello Germanico sive Marcomannico, imò plurimarum gentium, interierunt: [3] quibus omnibus statuas in foro Ulpio collocavit. Quare amici frequenter suaserunt ut à bellis discederet, & Romam veniret: sed ille contempsit ac perstitit; [4] nec priùs recessit quàm omnia bella finiret. [5] Provincias ex proconsula-

1. *Graviter carpebatur.*] Istud probabilius, quàm quod antè dictum: *Dabat se Marcus totum & philosophiæ, amorem civium afficiens.* Casaub.

2. *Bello Germanico, sive Marcomannico, sive plurimarum gentium.*] Sic loquitur ut significet posse hoc bellum non solùm Germanicum aut Marcomannicum appellari; sed etiam Sarmaticum, & Quadicum, & Suevicum, &c. *Idem.*

3. *Quibus omnibus statuas in foro Ulpio collocavit.*] Sic Augustus statuas omnium ducum in utraque fori sui porticu dedicavit. *Idem.*

4. *Nec priùs recessit quàm omnia bella finiret.*] Rectè, si de prioribus expeditionibus accipias: nunquam enim recessit nisi victor & rebus cum hoste compositis. at ultimum bellum constat ab eo non esse confectum: sed non recedit à bello qui illi immoritur. *Idem.*

5. *Provincias ex proconsularibus consulares, aut ex consularibus proconsulares, aut prætorias, &c.*] Provinciarum alia est ordinaria administratio, alia extraordinaria. sæpe enim principes, pro temporum necessitatibus, formam usitatam immutarunt. *Temporaria autem permutatio jus provinciæ non immutat*, inquit Ulpianus lege CXXIV. de regulis juris. Exempla sunt in historia principali, jam inde ab Augusto multa. Ejusmodi est quod hic observatur de Marco: & quod de Alexandro scribit Lampridius: *Provincias prætorias præsidiales plurimas fecit: proconsulares ex senatus voluntate ordinavit.* Observabis in Capitolini verbis distingui provincias consulares à proconsularibus: in quo vel peritissimi rei Romanæ jure hæreant. nam quod inter has discrimen statuemus? Proconsulares scimus dictas in quas mittebantur functi consulatu, ut illis proconsule præessent. iidem consulares dicebantur, & eorum provinciæ modò consulares, modò proconsulares. Mira igitur hæc Capitolini distinctio. Accedit huc, quòd præsidialium provinciarum nulla heic mentio. cur prætermisit? melius Lampridius: qui tria provinciarum nomina, quot & fuerunt, ponit distinctè: proconsularium, & prætoriarum, quæ in potestate populi; & præsidialium, quæ propriæ principis ex institutione Augusti. Erant præter provincias & præfecturæ quædam cùm in Italia, tum alibi, quas consulares viri administrabant, de quibus in Hadriani vita dictum est. an igitur de his præfecturis sentit Capitolinus, & provincias diversa notione nominat? *Idem.*

Provincias ex proconsularibus consulares, aut ex consularibus proconsulares.] Semper fuit in arbitrio ac potestate Romanorum Principum jam inde ab Augusto provinciarum administrationem pro belli ac temporum necessitate immutare. pacatas provincias & quæ annuis magistratibus facile regi possent, populo concessit Augustus, eæque ordinario jure administrabantur. nam magistratus Populi Romani, Consules, Prætores, magistratu functi sortitu provincias illas accipiebant regendas, mote

sularibus consulares, aut ex consularibus proconsulares, [1] aut prætorias pro belli necessitate fecit. Res etiam in Sequanis turbatas, [2] censura & autoritate repressit. Compositæ

more qui stante etiam rep. observabatur, & peracto administrationis tempore decedebant. ac dictæ illæ proconsulares & prætoriæ, vel etiam proconsulares tantum, ut in superioribus observabamus. & proconsules dicebantur prætores, qui jure & imperio consulari provinciis præerant. Bellicas autem provincias & quæ annuo magistratu retineri non poterant, suæ esse partis voluit Cæsar, easque per legatos consulares & prætorios administrabat. & ex quidem in quas ex parte Cæsaris viri consulares mittebantur, consulares dictæ, ut prætoriæ, quæ à legatis prætoriis. vel potius inter provincias Cæsaris si quæ essent ex antiquo consulares, in eas viros consulares legatos mittebat; si quæ vero prætoriæ, prætorios qui & legati Augusti pro prætore dicebantur. hinc nata differentia provinciarum consularium & proconsularium, quæ sub libera Republica fuit inaudita. sed sub Cæsaribus, ut jam ante ad Hadriani vitam notavi, populi provinciæ proconsulares dicebantur, Cæsaris vero consulares. illæ à proconsulibus more & ordine antiquo administrabantur: istæ jure novo & extraordinario per legatos Augusti consulares. si quid autem novi exoriretur in provinciis pacatis, aut in earum vicinia, & bellici motus existerent, de proconsulari consularem eam faciebat Cæsar, & eo legatos mittebat, & populo in locum ejus quam ademerat, aliam ex suis quæ pacatior esset reddebat, & sic illa de consulari proconsularis fiebat. hoc est quod ait Spartianus, Marcum pro belli necessitate de consularibus proconsulares, & de proconsularibus consulares provincias fecisse. quoties igitur legeris *consularem provinciæ*, semper de legato Cæsaris ille tibi consularis accipiendus; quoties proconsulem, de magistratu populi Romani intelligere debebis: & secundum hanc proconsulum & consularium differentiam, distinctio quoque provinciarum proconsularium & consularium procedit. *Salmas.*

1. *Aut prætorias.*] Eas intelligo quæ à legatis prætoriis regebantur, qui & legati Augusti pro prætore dicti sunt. Populus etiam habuit suas provincias prætorias. nam ex institutione Augusti inter populi provincias, duæ tantum proconsulares fuere, decem prætoriæ, in quas prætores mittebantur. ita Strabo lib. XVII. εἰς ἣ τὰς δημοσίας ὁ δῆμος πραιτῆς ἢ ὑπάτους πέμπει. *prætores aut consulares.* sed omnes postea prætores prætoriique qui provincias populi administrabant, dicti sunt proconsules, & proconsulari jure eas regebant. hinc tam frequens mentio proconsulum eorum qui nunquam consules fuissent, in veterum libris. quod sæpe viris doctis imposuit. Tacitus lib. XVI. Annal. scribit Petronium factum esse proconsulem Bithyniæ, & mox consulem. Bithynia populi fuit provincia, quam inter πραιτωρίας, id est prætorias recenset Strabo. itaque idem Tacitus lib. I. Annal. Granii Marcelli prætoris Bithyniæ meminit. ubi prætorem in proconsulem mutandum existimant viri docti. sed frustra, nam prætor & proconsul, idem. Petronius Bithyniæ præses, proconsul dicitur, qui nunquam tamen antea consul fuerat. nec consularis erat, sed consulari potestate Bithyniam prætoriam administrabat. *Idem.*

2. *Censura & autoritate repressit.*] Reg. *compressit. Censura* pro severitate & exactiore disciplina, recentioris est Latinitatis. *Casaub.*

Censura & autoritate repressit.] Censuram pro gravitate ac dignitate posuerunt illius ætatis scriptores. unde *ornia censuram*, quæ veteribus oris dignitas, dixerunt. Censura igitur est

ἀξίωμα.

sitæ res in Hispania quæ per Lusitaniam turbatæ erant, [1] Filio Commodo accersito ad limitem, togam virilem dedit: quare congiarium populo divisit, & eum [2] ante
23 tempus consulem designavit. Siquis unquam [3] proscriptus esset à præfecto urbi, non libenter accepit. Ipse in largitionibus pecuniæ publicæ parcissimus fuit: quod laudi potius datur quàm reprehensioni: sed tamen & bonis viris pecunias dedit, & oppidis labentibus auxilium tulit, [4] & tributa vel vectigalia [5] ubi necessitas cogebat remisit. Absens [6] populi Romani voluptates curari vehementer præcepit per ditissimos editores. Fuit enim populo hic sermo, quum sustulisset ad bellum gladiatores, quòd populum sublatis voluptatibus vellet cogere ad philosophiam. jusserat enim, ne mercimonia impedirentur, [7] tardiùs pantominos exhiberi, non totis diebus. Ipse in re magnopere laudandus. sic princeps philosophus, qui urgentibus etiam reipublicæ necessitatibus non solum novis indictis & tributis onerandos non duxerit provinciales, sed solitis etiam debitisque pensionibus sublevaverit, & illis vectigalia remiserit. *Salmas.*

5. *Ubi necessitas cogebat.*] Sic & noster codex; optimeque convenit antedictis: *Ipse in largitionibus pecuniæ publicæ parcissimus fuit.* tributa quippe & vectigalia exacta bono publico: ideoque non nisi justa umquam de caussa remissa. *Grut.*

6. *Populi Rom. voluptates.*] Perperam in scriptis, *voluntates.* notum est spectacula sic vocari. *Casaub.*

Populi Romani voluptates curari vehementer præcepit per ditissimos editores.] Qui nimirum damnum minus sentirent; & gloriosum arbitrarentur placere vel sic populo. *Grut.*

7. *Tardiùs pantominos exhiberi, non votis diebus.*] Potest scribi, *non totis diebus.* Potest & retineri quod est editum. *votis diebus*, quibus eduntur ludi votivi, quas *Εὐχολυμπιάδας ἡμέρας* appellat Dio in He-

---

ἀξίωσις. Dignatio, dignitas, honor, meritum. postea etiam vulgus cepit *censuram* usurpare pro honestate vultus & decore, proque ipsa forma & pulcritudine. unde & *censorium hominem* vulgo qui pulcher esset, vocabant, & sic ab animo ad corpus transtulerunt. *Salmasius.*

1. *Filio Commodo accersito ad limitem.*] Germanicum. Dio. *Casaub.*

2. *Ante tempus.*] Venia legis annariæ impetrata. Lamprid. *Idem.*

3. *Proscriptus esset à præfecto Urbi.*] Accipe illa *à præfecto Urbi*, ut exempli loco posita: non enim libentiùs accepit Marcus à senatu proscriptos, aut aliis magistratibus. *Idem.*

4. *Et tributa vel vectigalia ubi necessitas cogebat, remisit.*] Non magna principis optimi laus; si necessitate cogente, hoc est, iis à quibus exigi nihil poterat, tributa remisit. sed scripserat fortasse, *ubi necessitas non cogebat.* ut intelligamus voluntatem Marco sublevandi tenuiores, defuisse nunquam: etsi voluntas sæpe, per Reip. necessitates. sed nihil pronuntio. *Idem.*

Et tributa vel vectigalia ubi necessitas cogebat remisit.] Hanc necessitatem ad Marcum refero, qui etiam ubi necessitas cogeret, & res ita postularent, tributa tamen tum remiserit, cum opus esset minime remitti. qua in re magnopere laudandus. sic princeps philosophus, qui urgentibus etiam reipublicæ necessitatibus non solum novis indictis & tributis onerandos non duxerit provinciales, sed solitis etiam debitisque pensionibus sublevaverit, & illis vectigalia remiserit. *Salmas.*

pantomimos exhiberi non votis diebus. De amatis pantomimis ab uxore fuit sermo, ut superiùs diximus: sed hæc omnia per epistolas suas purgavit.] Idem Marcus [1] sederi in civitatibus vetuit in equis sive vehiculis: lavacra mixta submovit. Mores matronarum composuit diffluentes, [2] & juvenum nobilium. [3] Sacra Serapidis [4] à vulgaritate

in Heliogabalo: Hi ludi, ceu debiti, maxima cura edebantur, & religione etiam quam cæteri majore. *Casaub.*

Tardius pantomimos exhiberi non votis diebus.] Notare vult certos dies, quibus diebus tardius exhiberi jussi sunt pantomimi: & causam hanc addit, *ne mercimonia impedirentur.* illis igitur diebus tantum, tardius exhibebant pantomimos quibus mercimonia poterant impediri. Mercimoniorum vero dies, nundinæ. Hinc ad certam veramque hujus loci lectionem possumus pervenire. liber Palatinus, pro *non votis*, habet diserte, *novetis*, quidam etiam *novis.* omnino legendum, *novis diebus.* per nonos dies, Nundinas intelligit. quibus diebus ne impediretur mercimoniorum cursus, non hora solita vulgataque, sed paulo tardius exhibebantur pantomimi. sic Virgilius in Moreto, *nonos dies* vocat mercimoniorum dies, hoc est nundinas:

——— *nonisque diebus*
Venales alterum fasces portabat in urbem.

tres illa tempestate fuisse notos & celebres pantomimos, Pyladen, Morphum, & tertium quemdam, cujus nomen ignotum, qui alternis diebus saltabant. *Salmas.*

Tardius pantomimos exhiberi non votis diebus.] Palat. habet *novetis diebus.* ut fortè aliud quid adhuc lateat sub illis, *non votis.* Grut.

1. *Sederi in equis.*] Expositimus ad Hadrianum. ibidem & de lavacris mixtis. *Casaub.*

2. *Et juvenum nobilium sacra Serapidis.*] Volebam distinctum: *Mores matronarum composuit diffluentes, & juvenum nobilium. Sacra Serapidis.* vel pueri hoc videant: sed & liber regius non aliter. *Idem.*

3. *Sacra Serapidis à vulgaritate Pelusia submovit.*] Lege, *Pelusia.* urbem enim hanc Ægypti nemo unquam dixit Pelusiam: omnes Pelusium. Pelusiam sive Pelusiacam vulgaritatem appellat cives Pelusiotas, & omnem illam turbam, quæ Serapeæ hujus festivitatis caussa, eò solebat ex cætera Ægypto convenire. Concurrebatur in eam urbem & mercimonii gratia. Videntur ludi Pelusii quorum meminit Tertullianus libro De baptismo, magna hominum frequentia celebrati. Cùm igitur Pelusiotæ obtentu sacrorum Serapidis, & religionis ludorum, multa flagitia & scelera soliti essent exercere, ut eorum petulantiam coërceret Marcus, sacra ista illis ademit. nam alioquin mirum, sacra Ægyptiaca, quæ etiam Romam essent recepta, urbi Ægyptiacæ fuisse adempta. Sed populi hujus perversam mentem & pravos mores etiam proverbio notarunt veteres. *Idem.*

Sacra Serapidis à vulgaritate Pelusia submovit.] Omnes libri, *Pelusiæ* retinent: etiam princeps editio, *Peleſiæ.* sic esset Pelusia pro Pelusium. quod non est prorsus aspernandum. licenter enim agebant in enumerandis urbium nominibus illi veteres & in genere & in numero, ut τὸ Λούγδουνα pro Lugdunum: si quis malit, *à vulgaritate Pelusia*, legere cum eruditissimo viro, non me rapiat reluctantem, sed ducat volentem. *Salmas.*

4. *A vulgaritate Pelusiæ.*] Sic etiam noster Pal. alias maluissem *Pelusiacæ*, aut *Pelusia*, aut aliud quid. porrò isthæc ita capio, non ut omninò abstulerit Pe-

lusiotis

garitate Pelusiæ submovit. Fama fuit sanè [1]quod [2]sub philosophorum specie quidam remp. vexarent & privatos: 24 quod ille purgavit. Erat mos iste Antonino [3]ut [4]omnia crimina minore supplicio quàm legibus plecti solent, puniret: quamvis nonnunquam contra manifestos & gravium criminum reos inexorabilis permaneret. Capitales causas [5]hominum honestorum ipse cognovit, & quidem summa

lusiotis omnibus sacra Serapidis, sed ab eis excluserit vulgus promiscuum, cura eorum demandata sacerdotibus tantum ac viris primariis. *Grut.*

1. *Quòd sub philosophorum specie quidam remp. vexarent & privatos.*] Verbum *vexare* variam interpretationem admittit. Cùm tanti faceret Marcus philosophiam, nemo prudens dubitaverit fuisse multos, qui philosophiæ studium simularent, potiùs quàm scita præstarent: ut imperatoris benevolentiam sibi conciliarent. Hi gratia qua pollebant apud principem ad quæstum suum abutebantur, cum multorum querelis. Sunt isti fortasse, quos dicit Capitolinus, remp. vexasse & privatos. Sed & illi remp. vexant, qui pravis religionibus vulgi animos inficiunt: sæpe ut ad rerum novarum molitionem impellant. Etiam illi vexant remp. qui cùm in illam nihil conferant, ex ærario alimenta percipiunt, & alia commoda debita iis, qui propter industriam suam & operam publico navatam, digni sunt præmio, καὶ τὸ ἀχρεῖον σίτησιν. *Casaub.*

2. *Sub philosophorum specie quidam rempublicam vexarent & privatos.*] Evenit sub Marco quod sub aliis solet evenire principibus, ut omnes qui vident principem ad alicujus rei studium animi quadam inclinatione ferri, statim ejusdem rei studio ut cum maxime teneri se fingant, ad gratiam scilicet & favorem promerendum. Cum igitur plurimus esset in philosophiæ studiis Marcus, multos illa tempestate extitisse non est dubium, qui tota animi contentione philosophiam sectarentur, & philosophandi libidine ducerentur, ut liberalitatem optimi principis provocarent, quem hujusmodi hominibus favere animadvertebant. Et sic erant reip. oneri, cum eos imperator promoveret, ditaret, stipendiis salariisque sublevaret. & isti erant qui rempublicam vexabant, & sub philosophiæ obtentu multa sibi licere putabant, & impune quidvis moliebantur. Privatos autem vexari ab hoc genere hominum habitum philosophi præ se ferentium, idcirco puto dixit, quod innumera rune copia emerserat hominum qui philosophos ementiebantur, & Cynicos profitebantur: mera potius mendicabula, qui magna libertate & audacia in domos privatorum se inferebant, vere ὑφαπτοδίκτας, quibus nihil clausum tectumque poterat esse, quique libere quod opus esset, perebant; liberius, non dantes convicitis & maledictis impetebant, & ita privatos vexabant æruscatores ejusmodi & nulli rei bonæ homines, quique nihil philosophorum haberent præter barbam & pallium. *Salmas.*

3. *Ut omnia crimina minore supplicio quàm legibus plecti solent, puniret.*] Moderationem hanc & σωφροσύνην Marci in criminibus puniendis Philostratus in vita Herodis tangit. *Idem.*

4. *Omnia crimina minore supplicio quàm legibus plecti solent, puniret.*] Quod & ipsum aliis quoque Principibus sollemne, uti pulcrè ostendit Freherus noster in *Sulpitio suo.* Grut.

5. *Hominum honestorum.*] Scrib. *honestiorum*, καὶ εὐδοκιμούντων. non enim poterat omnium honestorum. *Casaubonus.*

1. Præ-

summa æquitate, ita ut,[1] prætorem reprehenderet[2] qui citò reorum causas audierat: juberetque illum iterum cognoscere,[3] dignitatis eorum interesse dicens ut ab eo audirentur qui pro populo judicaret.[4] Æquitatem autem etiam circa captos hostes custodivit. Infinitos ex gentibus in Romano solo collocavit.[5] Fulmen de cælo precibus suis[6] contra hostium machinamentum extorsit, suis pluvia

1. *Prætorem reprehenderet qui citò reorum causas audierat.*] Rectè. nam juxta P. Syrum: *In judicando, criminosa est celeritas.* Quinimmò ut idem vult Mimographus: *Properare in judicando, est crimen quærere.* Grut.

2. *Qui citò reorum causas audierat.*] Qui judicia de reis brevi auditione peregerat: quod inter mali principis notas ponunt veteres. *Casaub.*

3. *Dignitatis eorum interesse dicens.*] Lege, *reorum.* Solebant prætores non per se, sed per decemviros, aut quæsitores, alioqui quibus jurisdictionem mandassent, de reorum etiam honestiorum causis cognoscere: hoc nonfert Marcus, & ait verè interesse dignitatis reorum, ut ab eo audirentur, qui pro populo judicaret. *Idem.*

Dignitatis eorum interesse dicens.] *Eorum*, reorum scilicet. nec enim alio potest referri, cum de reis tantum loquatur. non opus est igitur *reorum* reponi. *Salmas.*

Dignitatis eorum interesse dicens.] Sic Palat. & subintelligitur *reorum*, quod præcessit. *Grut.*

4. *Æquitatem etiam circa captos hostes custodivit.*] Exemplum est hujus æquitatis, quod narrat Dio. Captivus adolescentulus Barbarus, à Marco de re aliqua interrogatus, negavit se responsurum priùs quàm jussisset ille dari sibi vestem defendendo frigori, quo urebatur. indulsit Marcus, nihil commotus hac captivi hominis libertate. *Casaub.*

5. *Fulmen de cælo precibus, &c.*] Imò verò militum Christianorum, qui illi tunc militabant, precibus. *Idem.*

Fulmen de cælo precibus suis contra hostium machinamentum extorsit.] In epistola Marci, quæ Græce est edita apud Justinum ad finem ejus Apologetici, ita hæc res narratur: Ἅμα δὲ τῷ τότε ἱδρύσθαι ἐπὶ τῶν γῆν ἐαυτῶν καὶ δόξαν θεῶν ὀργίων, ἐξίστασθαι ἐκκλησίαν ἀχρεῖον, ἐπὶ μὲ ἡμᾶς ψυχρότητος, ἐπὶ δὲ τὰς Γερμανικὰς ἐπιβολὰς χάλαζα πυρώδης. ubi per illa verba, τὰς Ῥωμαίων ἐπιβολὰς, idem videtur intelligere quod hoc Spartianus de hostium machinamento. quod tamen, ut verum fatear, quid sit nescio. simpliciter enim alii auctores scribunt, adversus Germanos & Sarmatas fulmen elicitum precibus imperatoris Marci, nihilque de istiusmodi machinamento produnt. an machinam bellicam aliquam hostium intelligit, in quam fulmen descenderit, quo conflagravit? sed Græculus ille auctor epistolæ illius subditiciæ, ἐπιβολὰς Ῥωμαίων dum vocat, ad hoc fortasse machinamentum respexerit. quod tamen affirmare nolim. Et rectè quidem vir summus judicavit non esse germanam illius Marci epistolam, sed ab aliquo non Græco sed semibarbaro homine confictam. *Salmasius.*

6. *Contra machinamentum hostium.*] Nunc intelligo quale illud fuerit hostium machinamentum. Barbari ex composito pugnam detrectabant, quod absque prælio Romanos in potestatem venturos sperarent, æstu sitique confectos & undique conclusos, locis opportunis omnibus à se occupatis ne aquari possent. Epitome Dionis: καὶ οἱ βάρβαροι ἐπειδὴ τῷ μὲ μάχῃ ἐπικρατῆσαι ἀδύνατοι ἦσαν

via impetrata quum siti laborarent. Voluit Marcomanniam provinciam, voluit etiam Sarmatiam facere: & fecisset nisi Avidius Cassius rebellasset sub eodem in oriente, [1] qui imperatorem se appellavit (ut quidam dicunt) Faustina volente, quæ de mariti valetudine desperaret. Alii dicunt, ementita morte Antonini, Cassium imperatorem se appellasse quum divum Marcum appellasset. [2] Et Antoninus quidem [3] non est satis motus defectione Cassii, [4] nec in ejus affectus sæviit, sed per senatum hostis est judicatus, [5] bonaque ejus proscripta per ærarium publicum: Relicto

δυνάσεντες σφᾶς ῥᾳδίως ὑπὸ τῷ ἥλιῳ ὄντα· καὶ ὑπὸ ἧς ἀνύσας αὐτοῦ. πινόμενοι δὲ τὰ πίεζε λαμβάνοντες ἀπιφορέζαν ὅπως μηδαμόθεν ὕδωρ λάβωσι· πολὺ χαλεπωτέρα ἡ πλινθὶ ἐδείκνυτο. Idem intellexit auctor fictitiæ Epistolæ, cum barbaros ἐπιστέλλειν Ῥωμαίων vocat: ἐπὶ μὲν ἡμῶν ψυχρότερον ὕδωρ, ἐπὶ δὲ τῶν Ῥωμαίων ἐπιστέλλει χαλεπὸν πυρώδης. *Idem.*

1. *Qui imperatorem se appellavit, ut quidam dicunt Faustina volente.*] Eadem pœne verba apud Volcatium. *Idem.*

2. *Et Antoninus quidem non est satis motus defectione Cassii, nec in ejus affectus sæviit*] Et hoc verbis ferè iisdem apud Volcatium: *Nec tamen Antoninus graviter est iratus, rebellione cognita, nec in ejus liberos aut affectus sæviit.* sunt, opinor, verba Marii Maximi. *Casaub.*

3. *Non est satis motus defectione Cassii.*] *Satis* pro valde. hoc est, non valde motus est defectione Cassii. sic supra: *satis nobilis*, pro valde nobilis. *Salmas.*

4. *Nec in ejus affectus sæviit.*] Uxorem Cassii intelligit, & liberos ac generum: de quibus vide in ipsius vita. Non cepêre hoc verbum qui scripserunt in membranis, *nec ejus affectus sævi*: atqui affectus sæpe apud hos scriptores, sunt charitates, & ipsæ personæ quæ affectu præcipuo amantur. Capitolinus in Gordiano, *affectus suos unicè dilexit.* sic & alii scriptores sæpe. *Casaub.*

Nec in ejus affectus sæviit.] Prius erat scriptum: *nec affectus ejus sæviit. Sævire aliquem* pro sævire in aliquem, loquendi forma illo sæculo usitata. incertus auctor in Magni Alexandri vita, qui sub Constantio vixit, de Bucephala, *namque homines edit, & ejusmodi pabulum sævit.* pro sævit in ejusmodi pabulum. sic Tertullianus, lib. III. adversus Marcionem: *quem post necem prophetarum, suffigendo nervos ejus clavis, desævierunt. pro in quem desævierunt*: ita sævire affectus hoc loco pro sævire in affectus. *Salmas.*

5. *Bonaque ejus proscripta per ærarium publicum.*] Non laboramus de mente, quæ hæc est: proscripti Cassii bona non in fiscum Cæsaris fuisse illata, sed in ærarium publicum. pluribus verbis hoc narrat Vulcatius. in verbis laboramus. *proscribi per ærarium*, nescio quid sit. Puto omissione hîc peccatum. nam quia sequens periodus incipit à voce *relicto*, videtur in hujus fine omissum verbum *redacto*, ob affinitatem illarum duarum vocum. Scribo igitur, *bona ejus proscripta, inque ærarium publicum redacta. Relicto* e. aut voce *per* servata: *bona ejus proscripta per senatum: inque ærarium publicum redacta.* Casaub.

Bonaque ejus proscripta per ærarium publicum.] Mira loquutio, *per ærarium bona proscribi*, quæ proscribuntur, & in ærarium rediguntur. nihil tamen mutatum velim. ut enim dicerentur fiscum proscripsisse alicujus bona, sic per fiscum proscripta recte dicuntur, cum nempe fiscus vel ejus procurator proscri-

Relicto ergo Sarmatico Marcomannicoque bello, contra 25
Cassium profectus est. [1] Romæ turbæ etiam fuerunt, quasi Cassius absente Antonino adventaret: sed Cassius statim interfectus est: caput ejus allatum est ad Antoninum. Marcus tamen non exultavit interfectione Cassii, caputque ejus humari jussit. [2] Mæcianum etiam filium Cassii, cui Alexandria erat commissa, exercitus occidit: [3] nam & præfectum prætorio sibi fecerat. qui & ipse occisus est. In conscios defectionis vetuit senatum graviter vindicare: simul petiit nequis senator tempore principatus sui occideretur, [4] ne ejus pollueretur imperium: eos etiam qui deportati fuerant revocari jussit, quum pauciissimi centuriones capite essent puniti. Ignovit & civitatibus quæ Cassio consenserant: ignovit Antiochensibus qui multa in Marcum pro Cassio dixerant. quibus & spectacula & conventus publicos tulerat, & omnium concionum genus, contra quos edictum gravissimum misit. Seditiosos autem eos & oratio Marci indicat indita à Mario Maximo, qua ille usus est apud amicos. Denique noluit Antiochiam videre quum Syriam peteret: [5] nam nec Cyprum voluit videre,

ex

proscriptionem bonorum sibi vindicat. ita *fiscum* aliquando pro fisci advocato memini legere. At heic non per fiscum illa proscripta Cassii bona fuisse docet Capitolinus quæ in fiscum principis relata non sint, sed per ærarium publicum: quasi dicat non principem illa bona proscribi curavisse, nec ejus fiscum, sed populum vel ejus ærarium. *Salmasius.*

Bonaque ejus proscripta per ærarium publicum.] Nihil recedit ab hac scriptura Palatin. & videtur phrasis eorum temporum; quâ voluerint, ærarii quæstores ea bona sibi applicasse. *Grut.*

1. *Romæ turbæ etiam fuerunt.*] In vita Cassii: Nec Romæ terror defuit, *Cùm quidam Avidium Cassium dicerent absente Antonino, esse venturum.* Casaub.

2. *Metianum etiam filium Cassii.*] *Mæcianum*, in melioribus libris. & ita legendum. *Salmas.*

Mæcianum etiam filium.] Sic Palat. non ut vulgati *Metianum.* Grut.

3. *Nam & præfectum prat. sibi fecerat.*] Non Metianus, ne esses: sed Cassius. vide in ejus vita. *Casaub.*

4. *Ne ejus pollueretur imperium.*] Ἀχύρωσις *ejus*, pro suum, vel ipsius. *Idem.*

5. *Nam nec Cyprum voluit videre ex qua erat Cassius.*] Scribe *Cyrrhum.* Dio, ὁ δὲ Κάσσιος Σύρος ἐκ τῆς Κύρρου ἦν. legendum Κύρρου. Nam Cassius non Cyropolitanus fuit, sed Cyrrhestes, vel Cyrrhestanus ex urbe Syriaca Cyrrho. ita scribi debere id nomen auctor est Stephanus Περὶ πόλεων. *Idem.*

Nam nec Cyprum voluit videre.] *Cyprum* pro *Cyrrum.* ut infra apud Vopiscum, *Arpianum* pro *Arrianum.* Salmasius.

26 ex qua erat Cassius. [1] Fuit Alexandriæ, clementer cum iis agens. [2] postea tamen Antiochiam vidit. Multa egit cum regibus, & pacem confirmavit sibi occurrentibus cunctis regibus & [3] legatis Persarum: omnibus orientalibus provinciis charissimus fuit: [4] apud multas etiam philosophiæ vestigia reliquit. [5] Apud Ægyptios civem se egit [6] & philosophum [7] in omnibus stadiis, templis, locis. Et quum multa Alexandrini in Cassium dixissent fausta, tamen omnibus ignovit, [8] & filiam suam apud eos reliquit. [9] Faustinam uxorem suam in radicibus montis Tauri, [x] in

1. *Fuit Alexandriæ, clementer cum iis agens.*] *Cum iis, ὡς τὸ σημαινόμενον*, sed fortasse verius, *cum cunctis*. Casaub.

2. *Postea tamen etiam Antiochiam vidit.*] Ponenda hæc erant ante verba præcedentia: *Fuit Alexandriæ, &c.* vel scribendum, *postea sanè, & An.* Idem.

3. *Legatis Persarum.*] Parthos intellige. vide Lamprid. in Alexandro. *Idem.*

4. *Apud multas etiam philosophiæ vestigia reliquit.*] Robertus Bonon. *apud milites.* non probo. *Philosophiæ vestigium* interpretor, memoriam gravissimorum sermonum, quos & privatim & publicè habuit, quocunque venisset: cùm ad virtutum amorem, & sapientiæ studium omnes hortaretur, & exemplo suo stimularet. *Idem.*

5. *Apud Ægyptios civem se egit.*] Vel *civilem*, quod Petrus Faber malebat: potest defendi utrumque. *Idem.*

6. *Et philosophum in omnibus studiis, templis, locis.*] *Studia* appellat loca in quibus eruditi conveniebant communicaturi de studiis. *μουσεῖα* Græci. *Idem.*

7. *In omnibus studiis, templis, locis.*] Legendum censeo: *in omnibus stadiis, templis, locis.* loca enim publica designavit in quibus habuit sermones de philosophia Marcus. in stadiis autem & gymnasiis id frequenter fiebat apud Græcos, ut homines docti & philosophi plerique illo convenirent & sermones de studiis & litteris concelebrarent. quod fecit apud Ægyptios Marcus, in locis omnibus publicis, ut sunt stadia & templa. *Salmas.*

8. *Et filiam suam apud eos reliquit.*] Potest fieri ut filiam suam Marcus Alexandriæ relinqueret, cùm ipsa vel ob valetudinem patrem comitari non posset, vel aliam ob causam. sed in hoc *quid* sit adeò memorabile, non video. Cogitemus igitur, num de Cassii filia Alexandra hæc sint potiùs accipienda. *suam* pro ipsius vel ejus. abutuntur enim his voculis sæpe etiam mediæ Latinitatis auctores. *Casaub.*

Et filiam suam apud eos reliquit.] Filiam Marci accipe; cum enim offensus esset Alexandrinis Marcus, quod in Cassium multa fausta dixissent, ignovit illis facile, qua erat clementia, atque ut certius offensæ depositæ pignus haberent, filiam suam apud eos reliquit. nec hoc parum fuit. Nam civitates quibus graviter infensus fuit, nec voluit videre: Alexandriam vero non solum invisit, sed filiam suam ibi reliquit, non valetudine ejus id cogente vel alia re, sed ob hoc solum, ut fiduciam Alexandrinis daret suæ cum illis reconciliationis. *Salmas.*

Et filiam suam apud eos reliquit.] Signum haud parvum favoris. videbatur enim paternæ benevolentiæ pignus atque obses. *Grut.*

9. *Faustinam suam in radicibus, &c.*] Obsecutus sum Palatino, qui non agnoscebat vocem *uxorem*, quæ adhuc in publicatis, & satis sanè subintelligitur. *Idem.*

x. *In*

[1] in vico Halalæ [2] exanimatam subito morbo amisit. Petiit à senatu ut [3] honores Faustinæ ædemque decernerent, laudata eadem, [4] quum tamen impudicitiæ fama graviter laborasset: quæ Antoninus vel nescivit vel dissimulavit. [5] Novas puellas Faustinianas instituit in honorem uxoris mortuæ. [6] Divam etiam Faustinam à senatu appellatam gratulatus est: quam secum & in æstivis habuerat, [7] ut matrem castrorum appellaret. Fecit & coloniam vicum in quo obiit Faustina, & ædem illi extruxit. sed hæc postea ædes [8] Heliogabalo dedicata est. [9] Ipsum Cassium pro clementia [10] occidi passus est, non occidi jussit. [11] Deportatus

1. *In vico Alale.*] Vide ad Alagabali vitam. *Casaub.*

In vico Halale exanimatam subito morbo.] *In vico Halalæ*, Pal. & ita legenam Halala vicus ille vocabatur. *Vicus Halalæ*, ut urbs Romæ. *Salmas.*

In vico Halale.] Palatinus *Halalæ*. Grut.

2. *Exanimatam subito morbo amisit.*] *Exanimatam vi subiti morbi.* ita Palatin. in hibernis autem amisit uxorem suam Marcus. *Salmas.*

Exanimatam subito morbo amisit.] Pal. *exanimatam vi subiti morbi.* quod admitterem si confirmaretur aliorum præterea scriptorum fide. *Grut.*

3. *Honores Faustinæ ædemque decernerent.*] Templum Faustinæ fuerat positum in Romulei montis pede. *Casaubonus.*

4. *Cùm tamen impudicitiæ fama graviter laborasset.*] Satis dictum antè: eoque nomine reprehensus vulgò Marcus. extant tamen nummi multi in ejus honorem cusi, cum hac inscriptione, PVDICITIA. *Idem.*

5. *Novas puellas Faustinianas.*] Cur dicat *novas* clarum est, ex vita Pii. *Idem.*

Novas puellas Faustinianas instituit in honorem Faustinæ.] *Novas puellas* dixit eodem sensu quo *pueros & puellas nostrorum nominum*, supra dixit. *Salmas.*

6. *Divam etiam Faustinam à senatu appellatam.*] Nummi, DIVA. FAVSTINA. PIA. & ab altera parte, CONSECRATIO. S. C. *Casaub.*

7. *Ut matrem castrorum appellaret.*] Post illam de Quadis insignem victoriam, Marcus IMPERATOR VII. salutatus est: Faustina verò, MATER CASTRORVM. Olim Livia Augusti *Parens patriæ* dicta, exemplum dedit similium adulationum. *Idem.*

8. *Heliogabalo dedicata est.*] Narrat Spartianus in extremo Caracallo. *Idem.*

9. *Ipsum Cassium pro clementia occidi passus est, non jussit.*] Gallicanus, *quem quidem occidi non jussit, sed passus est.* Dicitur autem passus fieri quod factum non vindicavit. nam constat occisum Cassium inscio atque inconsulto Marco. *Idem.*

10. *Occidi passus est, non occidi jussit.*] Palat. *occisus passus est.* forte, *occisum passus est, non occidi jussit.* prohibuisset enim occidi si scivisset, nihilque magis cum timuisse scribit Dio, quam ne se inscio occideretur. quod cum esset factum, magnam sibi exercendæ clementiæ præreptam occasionem doluit. *Salmasius.*

11. *Deportatus est Heliodorus filius Cassii.*] Ita dictus hic de avi sui nomine, ut ferè semper apud Græcos. Cassio autem pater Heliodorus. *Casaub.*

Deportatus est Heliodorus filius Cassii.] An hunc solum ex filiis Cassii deportatum esse, reliquos autem donatos

portatus est [1] Heliodorus filius Cassii, & alii liberum exilium acceperunt cum bonorum parte. [2] Filii autem Cassii [3] & amplius media parte acceperunt paterni patrimonii, & auro atque argento adjuti, mulieres autem etiam ornamentis, [4] ita ut [5] Alexandria filia Cassii [6] & Druncianus gener, liberam vagandi potestatem haberent, [7] commendati amitæ marito. Doluit denique Cassium extinctum, dicens voluisse se sine senatorio sanguine imperium transigere. Orientalibus rebus ordinatis, [8] Athenis fuit,

27

[1] &

media patrimonii parte, in summa securitate vixisse dicemus? cur vero dispar hujus causa fortunaque. sed solent isti auctores, quidquid apud diversos scriptores legerunt, conradere, & nullo delectu, aliqua etiam invicem pugnantia τὸν μέσον Μίνωτον congerere. ita heic fecit Capitolinus: cum enim legisset, Heliodorum Cassii filium deportatum, ut repperit, ita heic posuit. rursus cum penes alium reperisset filios Cassii donatos plus media parte patrimonii, & hoc sicut repperit, chartis illevit. *Salmas.*

1. *Heliodorus filius Cassii.*] Sic etiam Palat. noster. *Grut.*

2. *Filii autem Cassii e.*] Scribo, *Filii autem Cassi alii e.* nam de uno è filiis Cassii, Heliodoro, dictum est. nisi cui suspecta ibi vox *filius.* Volcatius certè ejus mentionem facit nullam. *Casaub.*

Filii autem Cassii & amplius media parte.] Distinguit filios Cassii ab illis aliis quos liberum exilium cum bonorum parte accepisse scripsit: nam filios Cassii, plus media parte patrimonii accepisse. *Salmas.*

3. *Et amplius media parte.*] Vulcatius omittit illa, *& amplius.* Casaub.

4. *Ita Alexandria filia Cassii.*] Alexandria hæc filia Cassii non heic solum vocatur, sed apud Volcatium quoque, nec libri variant. Alexandram tamen in suis vocari vir eruditissimus observat. sed parum refert Alexandra an Alexandria dicatur, cum utrumque idem sit. *Salmas.*

5. *Alexandria filia Cassii.*] Scribe ut in regio, & Puteani, *Alexandria.* nam Græci Ἀλέξανδρος. *Casaub.*

6. *Et Druncianus gener.*] Vulcatius, *Druentianus:* in regio, *Adruntianus.* Paulus libro singulari De publicis judiciis: *Divus Marcus Drunciani utpote senatoris, qui Cassiani furoris socius fuerat, bona post mortem vindicari jussit.* Referuntur hæc in lege septima Codicis, Ad legem Juliam majestatis. Non ait Paulus simpliciter Drunciani bona jussisse Marcum vindicari: sed cum hac adjectione, *post mortem.* nihil quod hoc destruat Capitolinus aut Vulcatius. illi ajunt Druentiano datam facultatem ut tanquam insons viveret: Paulus indicat mortuum ut sontem. illud ex indulgentia Marci; hoc ex censura. nusquam scriptum à Capitolino aut Vulcatio, Marcum Drunciano ignovisse penitus, & omnem pœnam remisisse. *Idem.*

Et Druncianus gener.] Ita quoque nullo apice minus Palatinus. *Grut.*

7. *Commendati amitæ marito.*] Vulcatius, *quos quidem amitæ suæ marito commendavit.* Casaub.

8. *Athenis fuit.*] *Fuit* pro venit. *Idem.*

Athenis fuit & inter alia Cereris templum adiit.] Cod. Palat. *Athenis fuit, & initalia Cereris adiit, ut innocentem se probaret.* Quis non videt locum ab illis fuisse corruptum, qui quid essent initalia parum intelligebant? initalia Capitolinus vocat quæ frequentius & usitatius initia dicuntur. ab *initium* τὸ ἴνιτιον ita est *initalis*; ut à parricidium, parri-

[1] & inter alia [2] Cereris templum adiit [3] ut se innocentem probaret, [4] & [5] sacrarium solum ingressus est. [6] Revertens ad Italiam navigio, tempestatem gravissimam passus est. Per Brundusium veniens in Italiam, [7] togam & ipse sumpsit, & milites togatos esse jussit: [8] nec unquam sagati fuerunt sub eo milites. [9] Romam ut venit triumphavit. [10] Exindè Lavinium profectus est. Commodum deinde sibi collegam [11] in tribunitiam potestatem junxit: congiarium populo dedit & spectacula mirifica: dein civilia multa correxit. Gladiatorii muneris sumptus modum fecit. [12] Sententia

patricidale; conjugium, conjugale, & cetera. *initalia* autem vel *initia* Cereris adire dixit pro μυεῖσθαι. Et sane Marcus initiatus est Cereris sacris ut innocentem se probaret. Dio in eadem historia: Εἰς Ἀθήνας ἦλθε καὶ ἐμυήθη. En tibi vel ob hoc solum Athenas visendi cupidum fuisse Marcum, ut initia Cereris adiret. *Salmas.*

1. *Et inter alia Cereris templum adiit, ut se innocentem probaret.*] Aut locus vitiosus est, aut delendum illud *templum*; quod non comparet in Pal. haberque, *& initalia ceteris adit, ut se.* fortè fuit, *& initialia Cereris adiit, ut se &c.* ut ita vocet ipsa initiamenta. sed præstat forsan retinere vulgatum, exclusa tantum voce *templum*. Grut.

2. *Cereris templum adiit.*] Dio, de Marco ex Syria revertente, εἰς Ἀθήνας ἦλθε καὶ ἐμυήθη. *Casaub.*

3. *Ut se innocentem probaret.*] In sacris Eleusiniis clamabat sacer præco, ἐκτὸς ἐκτὸς ὅστις ἀθέμιτος. Vel ut ait Lampridius, *Nemo ingrediatur nisi qui se innocentem novit.* Hæc prioribus temporibus erat τῆς ἐφοδίου formula: postea fuit alia: nam tria nominatim hominum genera sacris arcebantur: athei, Christiani, & Epicurei. *Id.m.*

Ut se innocentem probaret.] Sic enim innocentiam suam probavit, quod exesse sacris jubebantur qui sibi alicujus sceleris essent conscii. quod in Eleusiniis sacris non solum fiebat, sed in aliis omnibus in quibus clamabat sacerdos & edicebat exirent omnes, qui se innocentes non esse scirent. *Salmas.*

4. *Et sacrarium solum ingressus est.*] *Solum* pro *solus*. sic Græci καθ' ἑαυτὸν pro μόνον. ita enim & alibi loquutus hic author. In Alexandro Severo: *Jam illud insigne quod solum intra palatium præter præfectum & Ulpianum quidem neminem vidit. solum* enim ibi pro *solus*. Idem.

5. *Sacrarium solùm ingressus est.*] Scribe ex regio, *solus*. Casaub.

6. *Revertens ad Italiam.*] Sic scripti, pro in Italiam. *Idem.*

7. *Togam & ipse sumsit.*] Vide ad Hadrianum Spartiani. *Idem.*

8. *Neque unquam sagati fuerunt sub eo milites.*] Romæ quidem, aut in Italia. ita accipe. *Idem.*

9. *Romam ut venit triumphavit.*] Regius, *Romam ut venit, cum Commodo filio suo, quem jam ut diximus, Cæsarem fecerat, triumphavit.* Idem.

Romam ut venit, triumphavit.] Sic & Palatinus, nihil amplius. *Grut.*

10. *Exinde Lavinium profectus est.*] In villam Lanuvinam, de qua diximus ad Pium. *Casaub.*

Exinde Lavinium profectus est.] Hæc quoque verba visuntur in Pal. *Grut.*

11. *In tribunitiam potestatem.*] Regius, *in tribunitia potestate.* Casaub.

12. *Sententia Platonis.*] In quinto De republica. *Idem.*

tentia Platonis semper in ore illius fuit, *Florere civitates, [1] si aut philosophi imperarent, aut imperatores philosopharentur.* Filio suo [2] Brutii Præsentis filiam junxit, nuptiis celebratis exemplo privatorum. quare etiam congiarium populo dedit. Deinde ad conficiendum bellum conversus, in administratione ejus belli obiit, labentibus jam filii moribus ab instituto suo. [3] Triennio bellum postea cum Marcomannis, Hermunduris, Sarmatis, Quadis etiam egit: [4] & si anno uno superfuisset, provincias ex his feciſſet. [5] Ante biduum [6] quàm expirasset, admissis amicis [7] dicitur ostendisse

1. *Si aut philosophi imperarent.*] Hanc sententiam in ore Marci semper fuisse dicit, quàm & re ipsâ comprobavit. *Salmas.*

2. *Brutii Præsentis filiam.*] Crispinam, filiam viri consularis. nam Brutius Præsens collega fuit Pii secundùm consulis: deinde Marcus iterum fecit consulem: inque ejus consulatu ipse ultimum diem clausit. *Casaub.*

Brutii Præsentis.] Melius fortasse Palatinus, *Brutii.* Grut.

3. *Triennio bellum postea.*] Τὸ *postea*, turbatum hic aliquid docet: nam ridiculum est, subjici ista verbis præcedentibus, quæ Marci mortem continent. hujus triennii mentio est in Eutropio, & in Eusebii Chronico: unde clarum pertinere hæc verba non ad ultimam Marci contra Germanos expeditionem, sed ad superiorem huic proximam. *Casaub.*

Triennio bellum postea cum Marcomannis.] Triennium in bello Marcomannico consumpsisse Marcum scribit etiam Eutropius, non tamen hoc postremo, in quo & mortuus est, sed illo priore, quo confecto cum filio Commodo triumphavit. *Salmas.*

4. *Et si anno uno superfuisset, provincias ex his feciſſet.*] Dio idem, sed non ita præcise: Καὶ εἰ μὲν πλέον ἐβιώσατο, πάντως τὰ ἔθνη ἂν ἐπῆρεν. *Casaub.*

5. *Ante biduum quàm expirasset.*] Sic pars librorum: alii, *expiraret:* quod etsi melius, haud scio tamen an & verius. nam illa ætas hæc duo tempora amavit confundere. *Idem.*

Ante biduum quam expirasset.] Melius ex Palatino legas: *ante biduum quam expiraret.* Salmas.

6. *Quàm expiraret.*] Sic etiam meus Palat. non *expirasset.* Grut.

7. *Dicitur ostendisse sententiam de filio eandem, quam Philippus de Alexandro.*] Videtur respicere ad dictum aliquod Philippi morientis de Alexandro: sed non ita est: nam Philippum repentina mors ita oppressit, ut dicendi quicquam facultatem non haberet. Legimus igitur: *Ostendisse sententiam de filio non eandem quam Philippus de Alexandro.* Sapientissimus princeps cùm morti propinquus de filii moribus, qui, ut subjicit Capitolinus, turpem jam & cruentum se ostentabat, cogitare cepisset, non abstinuit quin suum de illo judicium amicis aperiret. Ait igitur illis Marcus: ea Commodum esse indole, iis moribus, ut non possit ipse de eo sperare, aut aliis spondere, quod olim Philippus de suo Alexandro vere præsagisset. *Casaub.*

Dicitur ostendisse sententiam de filio eandem, quam Philippus de Alexandro.] Sententia quam de filio Alexandro Philippus ostendisse hoc loco dicitur, non alia potest esse, nam neque alia memoratur, quam illa qua dixit, οὐ πάνυ Μακεδονικὰ ἢ σὺ χαρεῖ sed nec omissam esse negationem, qua restituta locus planus & integer sit futurus, facile vincam.

dissè sententiam de filio eandem quam Philippus de Alexandro, quum de hoc malè sentiret, [1]addens [2]minimè se ægrè mortem ferre, filium superstitem relinquens. nam jam Commodus turpem se & cruentum ostentabat. Mors 28
autem talis fuit: Quum ægrotare cœpisset, filium advocavit, atque ab eo primùm petiit ut belli reliquias non contemneret, ne videretur remp. prodere: & [3]quum filius ei respondisset, [4]cupere se primùm sanitatem, [5]ut vellet, permisit, [6]petens tamen * ut expectaret paucos dies, † aut simul

vincam. ait igitur Capitolinus eamdem de filio sententiam ostendisse Marcum moriturum, quam olim de Alexandro Philippus, sed longè diversa mente. Sequitur enim: *cum de illo male sentiret.* Idem igitur de filio male sentiens dixit, quod Philippus bene sentiens de Alexandro. quo dicto significabat Marcus, vix orbem Romanum suffecturum ejus vitiis, qui omnia, profusa libidine, contaminatissimisque moribus, perditurus esset. non video qui possit aliter hujus loci sententia explicari. *Salmas.*

1. *Addens minimè se ægrè mortem ferre, filium superstitem relinquens.*] Vocem *mortem* quæ exciderat, restituimus è regio. sed locus nondum bene habet. Scribo, *Addens minimè se ægrè mortem ferre, sed quòd moreretur filium superstitem relinquens.* Quanto morientibus parentibus solatio esse solent liberi superstites; tantum doloris Marco afferebat Commodus superstes: quem provida mens illius pernitiosissimum Reip. futurum augurabatur. *Casaub.*

Addens minime se ægre mortem ferre, filium superstitem relinquens.] Palatinus, & prima editio *mortem*, huic non agnoscunt. nec sane illa addita quicquam accedit huic loco perspicuitatis, cujus hic esse debet sensus, ut non dicat Marcus minime se ægre mortem ferre, sed illud solum, quod filium superstitem relinquat. Cui sententiæ ut ratio constet, legendum sit: *Addens se nimium ægre ferre, filium superstitem relinquens.* Et id confirmant post paulo sequentia: *Fertur filium mori voluisse, quum talem videret futurum qualis extitit post ejus mortem.* Posset etiam nulla aut minima mutatione legi: *Addens minimo se ægre ferre, &c.* igitur, *minimo ægre ferre*, esset, ὀλίγῳ βαρίως φέρειν. utut est, non aliud hoc loco vult dicere Marcus, quam se ægre ferre, quod filium superstitem relinquat, quem mortuum videre præoptasset. *Salmas.*

2. *Minimè se ægrè mortem ferre, filium superstitem relinquens.*] Nihil variat hoc loco codex noster, nisi quod accedat vulgatis, respuatque verbum *mortem.* Grut.

3. *Cùm filius ei respondisset, cupere se primùm sanitatem.*] Sine caussa viri doctissimi hæc conati emendare: optimè enim habent. Victor alter Commodi responsum aliis verbis, sed in eandem sententiam, refert hoc modo: *Cùm in supremis moneretur à parente, attritos jam Barbaros ne permitteret vires recipere: respondit, Ab incolumi quamvis paullatim negotia perfici posse; à mortuo verò nihil.* Casaub.

4. *Cupere se primum sanitatem.*] Ita & Pal. Lipsio placebat *civitatem.* Grut.

5. *Ut vellet permisit.*] *Ut vellet*, ex formula qua dicebant: *vellem ut vellet.* Casaub.

6. *Petens tamen ut expectaret paucos dies, aut simul proficisceretur.*] Quæro quo sensu hæc dicantur, & quid sibi velit quod petit Marcus? ut dicam quod sentio, videtur Marcus cum ægrotare cepisset, Romam revertendi consilium

mul proficiſceretur. Deinde [1] abſtinuit cibo potuque, mori cupiens, auxitque morbum. Sexta die vocatis amicis, & [2] ridens res humanas, [3] mortem autem contemnens, ad amicos dixit, *Quid me fletis, & non magis de peſtilentia & communi morte cogitatis?* Et quum illi vellent recedere, ingemiſcens ait, *Si jam me dimittitis, vale vobis dico, vos præcedens.* [4] Et quum ab eo quæreretur cui filium commendaret, ille reſpondit, *Vobis, ſi dignus fuerit, & diis immortalibus.* Exercitus cognita mala valetudine, vehementiſſimè dolebant, quia illum unicè amabant. Septimo die gravatus eſt, & ſolum filium admiſit: quem ſtatim dimiſit [5] ne in eum mor-

cepiſſe, & filio auctorem fuiſſe ut maneret, & belli reliquias perſequeretur. quod cum nollet facere, petiit ut ſaltem dies paucos expectaret, nec ſimul proficiſceretur. ſecundum quam ſententiam legendum: *Ut paucos dies expectaret, haut ſimul proficiſceretur.* Nam ſæpe, *aut* pro *haud* vel *haut* veteres libri ſcriptum exhibent. atque hoc verum eſſe puto. nam petierat Marcus ægrotans, ut filius bellum inceptum conficeret, ſe mortuo. quod cum ille recuſaſſet, petiit ut non ſtatim poſt mortem ſuam proficiſceretur, ſed paucos dies ſaltem expectaret: ut ſic videretur rempublicam non prodere, qui poſt mortem patris, etiam aliquantulum contra barbaros ſubſiſteret, & voluntatem aliquam belli conficiendi præ ſe ferret. Et videtur Marcus de valetudine deſperaſſe, ſtatim atque ægrotare cæpit. *Salmaſ.*

* *Ut exſpectaret paucos dies, &c.*] Pal. quoque præ ſe fert illud *exſpectaſſet*, ſed, quomodo tamen minime ſcriptum ab auctore, arguit vel ſequens *proficiſceretur*. quod Lipſius noſter mutatum it in *proficiſceretur*. Grut.

† *Aut ſimul proficiſceretur.*] *Simul*, hoc eſt, ſimul cum dicto, ſtatim, & nulla interpoſita mora. hoc perinde eſt ac ſi diceret infelix pater: Si meo uteris conſilio, fili, manebis, & ſuſceptum bellum hoc urgebis: ſin aliud cogitas, & ire vis te perditum, age, voluntati tuæ morem gere: nihil te moror. ſed quia ait auctor, habitum hoc colloquium cum adhuc Marcus ægrotare cepiſſet, fortaſſe ſcribi ſit ſatius: *ut ſimul proficiſceretur.* Caſaub.

1. *Abſtinuit cibo potuque.*] Pal. *abſtinuit vi potuque*; quo quid velit, neſcio. *Grut.*

2. *Ridens res humanas.*] Non videre, ſed rite ac ſuo pretio æſtimare res humanas ſolitus vir hic ſapientiſſimus. Hoc ille nos docet divinis illis ſuis libris. *Caſaub.*

3. *Mortem autem contemnens.*] Meliùs Marcus libro nono: Μὴ πρόφερε θανάτου, ἀλλ' ἀφορίσεως αὐτοῦ. & videſis ſequentia. *Idem.*

4. *Et cùm ab eo quæreretur cui filium commendaret.*] Scilicet expectavit Marcus, ut alius eum paterni hujus officii ſui moneret. ſed lege Herodianum: cujus narratio conſtans & gravis, plus fidei meretur, quàm iſti ex diverſis ſcriptoribus conſuti centunculi. *Idem*

5. *Ne in eum morbus tranſiret.*] Peſte igitur videtur abſumptus Marcus qui filium ideo dimittit ne in eum morbus tranſeat. etſi non id aperte tradant auctores; & Dio ſcribat etiam, non vi morbi quo tunc laborabat extinctum eſſe, ſed opera & ope medicorum, τῷ Κομμόδου χαριζομένων. *Salmaſ.*

Ne in illum morbus tranſiret.] *Tranſire* verbum inſignite proprium de ejuſmodi

morbus transiret. Dimisso filio, caput operuit quasi volens dormire: sed nocte animam efflavit. [1] Fertur illum mori voluisse quum filium [2] talem videret futurum qualis extitit post ejus mortem, ne, ut ipse dicebat, similis [3] Neroni, Caligulæ & Domitiano esset. Crimini ei datum 29
est quòd adulteros uxoris promoverit, [4] Tertullum & Utilium & Orphitum & Moderatum, ad varios honores: [5] quum Tertullum etiam prandentem cum uxore deprehenderit. de quo mimus in scena præsente Antonino dixit, quum stupidus nomen adulteri uxoris à servo quæreret, [6] & ille diceret *ter Tullus*, & adhuc stupidus quæreret, respondit ille, *Jam dixi ter, Tullus dicitur*. Et de hoc qui-

modi morbis contagiosis. unde & *transitio*, pro contagione. Ovidius:

Multaque corporibus transitione nocent.

Idem.

1. *Fertur illum mori voluisse.*] Regius, *Fertur filium mori voluisse, cùm eum talem videret futurum.* Placet sententia: quæ evidentior futura, si scribas, *Fertur illum filium mori voluisse.* atque ita legit olim Robertus à Porta. Ex iis quæ antè dicta sunt, nemo mirabitur Marcum optasse filio mortem, priusquam illa pateretur, quæ non temere ipse metuebat. *Casaub.*

Fertur illum mori voluisse quum filium.] Omnino restituenda Palatini Codicis scriptura: *Fertur filium mori voluisse, cum eum talem videret futurum.* Salmas.

Fertur filium mori voluisse, cùm eum talem, &c.] Exhibui lectionem Pal. nostri, quod firmaretur auctoritate aliorum codd. scriptorum. Nam pessimè prius cusi; *Fertur illum mori voluisse, quàm filium talem videret.* Ut enim patres liberos bonos optant superstites, sic iidem malunt supervivere liberis malis. De Augusto Suetonius cap. 65. Videatur Quintilianus pater Declamatione CCCXLIV. *Grut.*

2. *Talem videret futurum qualis extitit.*] Idem Palatinus: *qui talis extitit, qui talis*, pro *qualis*. Salmas.

3. *Neroni, Caligulæ.*] Ita omnes libri: nec refert quòd alio ordine vixerunt. *Casaub.*

4. *Tertullum & Utilium.*] A regio abest &. Lego cum illustrissimo Scaligero, *Tertullum Tutilium.* Gens Tutilia ex historia & saxis nota. *Idem.*

Tertullum & Utilium.] Nusquam ambigo quin legi debeat, *Tertullum*, & *Tutilium*, sed cum & particula, quam omnes libri agnoscunt, ut diversi sint isti Tertullus & Tutilius. *Salmas.*

Tertullum & Utilium.] Pal. *Tertullum et utilium*, quo ipso proximè accedit ad Scaligeranam conjecturam *Tertullum Tutilium.* verùm enimverò cur isti *Tertullo* addidit nomen familiæ, non etiam aliis? suspicatus sum olim, fuisse potius, *Tertullum, & Vitulum*; ut cognomen fuerit alicujus è familia *Voconiorum.* Grut.

5. *Cùm Tertullum etiam prandentem cum uxore deprehenderit.*] Temporibus illis certum flagitii argumentum habebatur, si quis cum Augusta familiarius se ageret, quàm reverentia domus aulicæ postulabat. *Casaub.*

6. *Et ille diceret ter Tullus.*] Hoc est, Tullus, Tullus, Tullus. *Idem.*

Et ille diceret ter Tullus.] *Diceret* pro dixisset. *Salmas.*

quidem multa populus,[1] multa alii dixerunt, patientiam Antonini incusantes. Ante tempus sanè mortis priusquam ad bellum Marcomannicum rediret, in Capitolio juravit, nullum senatorem se sciente occisum,[2] quum etiam[3] rebelles dixerit se servaturum fuisse, si sciisset.[4] Nihil enim magis & timuit & deprecatus est quàm avaritiæ famam: de qua se multis epistolis purgat. Dederunt ei vitio[5] quòd & fictus fuisset, nec tam simplex quàm videretur, aut quàm vel Pius vel Verus fuisset.[6] Dederunt etiam crimini[7] quòd aulicam arrogantiam confirmaverit[8] submovendo amicos à societate communi & à conviviis. Parentibus conse-

1. *Multa etiam alii.*] Vox *etiam*, est à Pal. hactenus aliis edd. omissa. *Grut.*

2. *Quum etiam rebelles.*] Palatinus, *rebelliones. Rebellio*, ut notum est, & ἀποστασία & ἀποστατῶ significat. *Salmasius.*

Quum etiam dixerit se servaturum fuisse si sciisset.] Ut de Cassio quem servatum voluerat: sed occisus est insciо Marco, quem quidem occisum passus est, non occidi jussit, ut supra dixit Capitolinus. *Idem.*

Cùm etiam rebelliones dixerit se servaturum.] Repræsentavi lectionem quæ erat in mss. aliorum, etiamque visitur in Pal. nostro. usique ea voce ejus sæculi scriptores haud semel, ut annotatum ab aliis. prius edebatur, *etiam rebelles.* Grut.

3. *Rebelles dixerit se servaturum fuisse.*] Lego cum principe editione, *rebelliones.* Casaub.

4. *Nihil enim magis & timuit & deprecatus est, quàm avaritiæ famam.*] Αἰτιολογῶν illud *enim*, eò spectat, quòd mali principes proscriptionibus damnatorum amabant locupletari. Et *in largitionibus pecuniæ publicæ fuisse parcissimum* antè dictum. Hinc igitur illa avaritiæ criminatio: quam optimus scriptor Dio tanta diligentia diluit. *Idem.*

5. *Quòd & fictus fuisset, nec tam simplex quàm videretur.*] Loquere tu Dio, & sententiam tuam dice: Ὅτι οὐ σφόδρα πιστὸς, ἀλλ' ἐξ ὑποκρίσεως πολλὰ ὑπεκρίνατο σοφίλλου. Et statim, Οὕτως οὐκ ἀληθῶς ἀγαθὸς ἀνὴρ ἦν, ἀλλὰ δόξαν ἀγαθοῦ ἀνδρὸς ἐπεποίητο εἶχε. *Idem.*

6. *Dederunt etiam crimini quòd aulicam arrogantiam.*] Legitur in quibusdam codicibus: *Dederunt etiam crimini quòd liberti multum potuere sub eo verò:* sed scribendum, *sub eo & Vero*, ut alio loco suprà scriptum est. ubi cùm eadem verba habeantur, quid opus eadem hic repetere? jure igitur sunt extrusa ab hac sede. *Idem.*

7. *Quòd aulicam arrogantiam confirmaverit.*] Est contrarium ejus quod in Pio dixit, *Imperatorium fastigium ad summam civilitatem deduxit.* Idem.

8. *Summovendo amicos à societate communi & à conviviis.*] Μονοφαγία, ut Athenæus observat, velut criminis loco solita quondam objici. Marcum verò pro se loquentem audiamus. Is cùm alia se à patre Pio doctum refert, tum imprimis τὸν κοινονημοσυνίλιον. propria Marco est vox illa. sic autem appellat civilitatem, & virtutem illam, per quam censeri communi cum ceteris civibus jure æquo animo aliquis patitur. Herodianus vocat, τὸ μέτριον καὶ ἰσόμοιρον. Subjicit verò Antoninus, quasi hanc vocem interpretans: Καὶ τὸ ἰφεῖσθαι τοῖς φίλοις μὴτε σωφρονεῖν αὐτοὺς πάνυ, μήτε σωφρονεῖν ἐπαίνεσις. Didici, inquit, à parente, amicis

consecrationem decrevit. Amicos parentum etiam mortuos statuis ornavit. Suffragatoribus non citò credidit, sed semper diu quæsivit quod erat verum. [1] Enisa est Fabia ut Faustina mortua in ejus matrimonium coiret, sed ille concubinam sibi ascivit procuratoris uxoris suæ filiam, [2] ne tot liberis superduceret novercam.

[1] JULII

cis remittere & cœnandi mecum necessitarem, & unà mecum peregrinandi. Non igitur ut aulicum arrogantiam confirmaret, ut malè feriati quidam in animum induxerunt, solus esitavit Marcus: sed ut sæpiùs convivandi molestia & se pariter, & amicos suos liberaret. *Idem.*

Submovendo amicos à societate communi atque à convivio.] Civilissimi & communissimi quique principes amicos semper suos conviviis adhibuere privatis & publicis. Capitolinus in Antonino Pio: *Convivia cum amicis & privata communicavit & publica.* Lampridius de Alexandro Severo: *Aliquos autem haberet quotidianos etiam non vocatos.* Quod etiam moris habuit Antoninus Pius, ut non solum publicis conviviis, sed etiam privatis & quotidianis amicos adhiberet: quam consuetudinem submovisse arguitur heic Antoninus Marcus. quotidiani convivæ imperatorum, etiam non vocati aderant, & adesse quodammodo cogebantur, quod sine illis esse non posset princeps. non tenuit autem hunc morem Marcus, sed amicos liberabat hac necessitate veniendi & gratiam illis faciebat secum convivandi. nullos igitur habuit ejusmodi quotidianos convivas Marcus qui de necessitate imperatorio convivio interessent & non vocati: nec ejusmodi alios qui cogerentur συναπδημεῖν, & in comitatu esse principis. & κοινοπραγοσύνην eleganter vocat modestam illam, moderatam, usitatam & ordinariam, ut ita dicam, hominis mentem, quæ in commune quodammodo consulit, nec omnia ad commodum suum refert, respectumque etiam habet eorum cum quibus versatur, modeste modiceque de se sentiens. at contra inflati & superbi omnes se sibi tantum suisque commodis natos arbitrantur, & præ se ceteros contemnunt & negligunt. & hi sunt qui sensum communem non habere recte dici possunt. nam ita sensum communem accipit Juvenalis eodem plane sensu, quo Marcus κοινοπραγοσύνην. lib. III. Sat. VIII.

Rarus enim ferme sensus communis in illa
Fortuna, &c. Salmas.

1. *Enisa est Fabia ut Faustina mortua in ejus matrimonium coiret.*] Hæc fuit Veri soror, auctore Capitolino in ejus vita. Videtur illa ipsa esse Lucii Ceionii Commodi filia quam voluerat Hadrianus Marco desponderi. etsi unde illi fuerit nomen Fabiæ nescimus. In Antoninorum stemmate reperiuntur aliquot Fadillæ. fortasse & hæc Fadia vero nomine fuit, non Fabia. *Casaub.*

Enisa est Fabia.] Sic quoque Palatinus; etsi non abhorream ab amicissimorum meorum conjectura, *Fadia.* Grut.

2. *Ne tot liberis superduceret novercam.*] Κυρίως *superducere* de noverca Donatus: *Phasma nomen est fabulæ Menandri, in qua noverca superducta est adolescenti.* sic Græci ἐπαγεσθαι & ἐπεισάγειν. Vetus poëta, Ὁ παιδὶ αὐτῷ μητρυιὰν ἐπεισάγων. *Casaub.*

1. JULII

[1]JULII CAPITOLINI VERUS IMPERATOR AD DIOCLETIANUM AUG.

1 SCIO plerosque ita vitam Marci ac Veri, [2]literis atque historiæ dedicasse, [3]ut priorem Verum [4]intimatum legentibus darent, [5]non imperandi sequuti ordinem, [6]sed

1. JULII CAPITOLINI.] Etiam membranæ omnes vitæ hujus auctorem faciunt Capitolinum, non Spartianum: cui ascribunt eædem patris hujus Veri Cæsaris vitam. Si quis tamen utrumque scriptum diligentius inter se comparet, inveniet cur ejus animo suspicio obortiatur de fide librorum hac in parte. nihil enim simillius gemino hoc scripto. *Casaub.*

JULII CAPITOLINI.] Vix est ut mihi persuaderi sinam alius esse auctoris hanc vitam quam Spartiani. cujus sententiæ fundum habeo vetera excerpta Spartiani. Quæ quidem excerpta, certum est, auctorem illorum quisquis est, non ex hac sarragine & colluvie scriptorum, sed ex integris Spartiani scriptis collegisse. ille igitur excerptor hanc vitam Spartiano vindicat, ut & superiores Marci & Antonini. *Salmas.*

2. *Literis atque historiæ dedicasse.*] Regius, *historia.* at *historiæ dedicare*, ut illa, historiæ tradere, consecrare posteritati. *Casaub.*

Litteris atque historiæ dedicasse.] Ita Palatinus noster, non *historiæ.* idem codex vitæ hujus auctorem adseverat Capitolinum, non Spartianum. *Grut.*

3. *Ut priorem Verum intimandum legentibus darent.*] *Intimare*, ut rectè Glossarum auctor, est γνωρίσαι, & ἐμφανίσαι, cognoscendum aliquid exhibere. quare ineptè locutus est auctor, si ita scripsit. nam quò illud *darent*? cujus verbi notio inest τῷ *intimare*, ut diximus. ideo etiam, optimus ille Glossographus, *intimare* περιχωῦ interpretatur. neque aliter verbo *intimare* usus Spartianus in vita Veri. Lego igitur, *intimandum legentibus putarent*: vel, *crederent.* ut statim, *credidi celebrandum.* Casaub.

Ut priorem Verum intimandum legentibus darent.] Legatur: *Priorem Verum intimatum legentibus darent. intimatum darent*, id est intimarent. ut *effectum dare* pro efficere, *impetratum dare*, pro impetrare. Duo verba sunt ejusdem notionis, intimare & insinuare; utrumque enim ἐμφανίζειν vel δηλοῦσθαι significat. nam *intimare* est quasi in intimo ponere vel intimum facere. sic & *insinuare*, eadem ratione dicitur: unde nostrum, *enseigner.* apud recentes enim Latinitatis magistros insinuare est docere. Glossæ veteres: *intimare*, γνωρίσαι, *denotare*: ἐμφανίσαι, φανερῶσαι. *Salmas.*

4. *Intimandum legentibus darent.*] Nihil ab hac divertit scriptura Palatinus. *Grut.*

5. *Non imperandi secuti ordinem.*] Ita veteres: alii *secutos*, nihilo deterius, & fortasse verius. *Casaub.*

Non imperandi secuti ordinem.] Scribendum: *sequutos.* nam refertur ad *plerosque: scio plerosque ita vitam Marci ac Veri litteris atque historiæ dedicasse, ut priorem Verum intimatum legentibus darent, non imperandi sequutos ordinem, sed vivendi.* Salmas.

Non

[1] sed vivendi. Ego verò, quòd prior Marcus imperare cœpit, deinde Verus qui superstite periit Marco, priorem Marcum, dehinc Verum credidi celebrandum. Igitur [2] L. Ceionius Ælius Commodus Verus Antoninus, qui ex Adriani voluntate Ælius appellatus est, ex Antonini conjunctione Verus & Antoninus; [3] neque inter bonos, neque inter malos principes ponitur, quem constat [4] non inhorruisse vitiis, [5] nec abundasse virtutibus: vixisse deinde [6] non in suo libero principatu, sed sub Marco [7] in simili ac pari majestatis imperio. à cujus secta, lascivia morum [8] & vitæ licentioris nimietate dissensit. [9] erat enim morum simplicium, & qui adum-

Non imperandi sequutos ordinem sed vivendi.] Ordinem vivendi dixit propterea quod illi priores vixisse intelligi debent, qui priores vita sunt functi. superstes fuit Vero Marcus: post Verum igitur vixit. atque hic ordo est vivendi, quo in ordine prior est Marco Verus. *Idem.*

Non imperandi, secutos ordinem.] Sic erant à manu primâ in Palat. factumque deinde, *secuti sunt ordinem*, quod & mihi quoque minus placet. *Grut.*

1. *Sed vivendi.*] Hoc est moriendi, sive vitam finiendi. ita enim exposuimus ad Spartianum in vita Hadriani: ubi similiter *vita* pro morte ponitur. Macrinus apud Lampridium, *mihi non multum superesse videtur ad vitam*, hoc est, ad finem vitæ, sive mortem. *Casaub.*

2. *L. Ceionius Ælius Commodus Verus.*] Pro *Ælius*, in vita à Spartiano scripta, sæpiùs legitur *Aurelius*. Idem.

3. *Neque inter bonos neque inter malos.*] Inter medios igitur ponendus Verus. Nam medios vocant isti scriptores, qui nec boni nec mali fuere. *Salmas.*

4. *Non inhorruisse vitiis.*] Οὐκ ἀποθριξαμβήσας τῇ κακίᾳ. translatum ab apris & aliis feris, quæ tum maximè horripilantes surrigunt setas cùm maximè ad sæviendum se parant. *Casaub.*

5. *Nec abundasse virtutibus.*] Reg. *non abundasse*, elegantiùs. *Idem.*

6. *Non in libero principatu.*] Lege ex Pal. & vet. ed. Mediolanensi, *non in suo libero principatu.* Salmas.

Non in libero principatu.] Palatinus amplius, *non in suo libero*, forsan rectè. *Grut.*

7. *In simili ac pari majestatis imperio.*] Meliùs dixisset, *in similis ac paris imperii majestate.* nam ex imperio nascitur majestas; non ex majestate imperium. *Casaubonus.*

In simili ac pari majestatis imperio.] Legendum: *In similis ac paris majestatis imperio.* Simile & paris majestatis imperium est, duorum Augustorum, qui pari majestate regnant. *Salmas.*

8. *Et vitæ licentioris nimietate.*] Licentis sive licentiosæ vitæ nulla est mediocritas. meliùs paullò pòst, *licentia vitæ liberioris.* at *secta* eleganter pro moribus, ex M. Tullio. *Casaub.*

9. *Erat enim morum simplicium, &c.*] Quo illud *enim*? hoc vult: per simplicitatem morum Veri factum, ut vitia sua palàm faceret, cùm non minùs viveret incaute, quàm parum castè. *Idem.*

Erat enim morum simplicium, & qui adumbrare nihil posset.] Id est qui nec simulare posset, nec dissimulare. de quâ, virtute ne an vitio, multa coacervavimus ad illud Taciti: *Nullam æque Tiberius, ut rebatur, ex virtutibus suis, quàm dissimulationem diligebat.* Grutcrus.

5. *In*

adumbrare nihil posset. Huic naturalis pater fuit L. Ælius Verus, qui ab Adriano adoptatus, primus, *Cæsar* est dictus, & [1] in eadem statione constitutus periit. Avi ac proavi & item majores plurimi consulares. [2] Natus est Lucius Romæ in prætura patris sui, XVIII. Calend. Ianuarias, [3] die quo & Nero qui rerum potitus est. Origo ejus paterna pleraque
2 ex Hetruria fuit, materna ex Faventia. Hac prosapia genitus, patre ab Adriano adoptato, in familiam Æliam devenit: mortuoque patre Cæsare, [4] in Adriani familia remansit. A quo Aurelio datus est adoptandus, quum sibi ille Pium filium, [5] Marcum nepotem esse voluisset, posteritati satis providens, & ea quidem lege ut filiam Pii Verus acciperet: quæ data est Marco idcirco quia hic ad hoc impar videbatur ætate, [6] ut in Marci vita exposuimus. Duxit autem uxorem Marci filiam Lucillam: [7] educatus est *in* domo Tiberiana. [8] Audivit Scaurum grammaticum Latinum, Scauri filium, [9] qui grammaticus Adriani fuit: Græ-

1. *In eadem statione constitutus periit.*] Abest à regio vox *constitutus*. Casaubonus.

2. *Natus est Lucius Romæ in prætura patris sui.*] Post adoptionem igitur patris sui. nam scribit Spartianus: *Adoptatus Ælius Verus ab Hadriano eo tempore quo jam parum vigebat, & de successore necessariò cogitabat, statimque prætor factus.* Hoc verò falsum est, si rectè scribitur infrà vixisse hunc annis quadraginta duobus. Sequor verò Capitolinum: & Spartianum, qui Cæsarem Verum post adoptionem factum prætorem scribit, aut erasse puto, aut quod fortasse verius, esse corruptum. Planè ita censeo, scripserat Spartianus *statimque Proc. factus.* id est proconsul. imperiti homines scripserunt *Prætor.* non puto futurum quemquam historiæ hujus peritum, qui emendationem istam non approbaturus sit. *Idem.*

3. *Die quo & Nero.*] Suetonius, capite sexto. *Idem.*

4. *In Hadriani familia remansit.*] Spartianus, *Qui pertunte Ælio in familia ipsius Hadriani remanserat.* Idem.

5. *Marcum nepotem esse voluisset.*] Si historiam spectes, nihil refert sive *Marcum* hic legas, sive *Verum.* qua de re satis diximus ad librum superiorem. Sed postulat hujus loci sententia scribi hic *Verum.* Sequitur, *Verum pater ita in adoptionem Pii transire jussivat, ut nepotem appellaret.* Idem.

6. *Ut in Marci vita exposuimus.*] Vide quæ ibi observamus. locus est non longè ab initio libri. *Idem.*

7. *Educatus est in domo Tiberiana.*] Ibidem & Marcus: ut antè dictum. *Idem.*

8. *Audivit Scaurum Grammaticum.*] *Scaurinum* libri veteres præferunt. & sane *Scaurinus* vocabatur Scauri illius nobilissimi Hadriani temporibus Grammatici filius. qui Scaurinus Scauri filius habuit & filium qui Scaurinus vocabatur, qui & Grammaticus & præceptor fuit Alexandri Severi. *Salmas.*

9. *Qui grammaticus Hadriani fuit.*] A. Gellius libro XI. cap. XV. *Casaub.*

1. Tri-

Græcos, [1] Telephum, [2] Hephæstionem, Harpocrationem: rhetores Apollonium, Celerem Caninium, [3] Herodem Atticum: Latinum, Cornelium Frontonem: philosophos, Apollonium & Sextum: hos omnes amavit unicè, [4] atque ab his invicem dilectus est; nec tamen ingeniosus ad literas. Amavit autem [5] in pueritia versus facere, pòst orationes: & melior quidem orator fuisse dicitur quàm poëta, imò (ut veriùs dicam) peior poëta quàm rhetor. Nec desunt qui dicant eum fuisse adjutum ingenio amicorum, [6] atque ab aliis ei [7] illa ipsa qualiacunque sunt scripta. Siquidem multos disertos & eruditos semper secum habuisse dicitur. Educatorem habuit Nicomedem. Fuit [8] voluptuarius & nimis lætus, & omnibus deliciis, ludis, jocis [9] decenter aptissimus. [10] Post septimum annum in familiam Aureliam traductus, Marci moribus & autoritate formatus est. Amavit venatus, palæstras, & omnia exercitia

1. *Telephum, Hephæstionem.*] Hic autem Telephus Grammaticus Pergamenus fuit, qui multa scripsit, quæ referuntur à Suida. *Salmas.*

2. *Hephæstionem, Harpocrationem.*] Hephæstion hic videtur ille esse Alexandrinus grammaticus, cujus extat hodieque de re metrica elegans libellus. Harpocrationem quendam Suidas commemorat sophistam Alexandrinum qui Ælius fuit dictus. est hic fortasse Veri præceptor: aut alter ille Valerius Harpocration, qui eruditum illum de dictionibus decem oratorum Atheniensium librum composuit. *Casaub.*

3. *Herodem Atticum.*] Missus ad hunc fuit Verus, nec doctorem tantum sed hospitem habuit Herodem: qua ex familiaritate & hospitii jure, in suspicionem venit Herodes apud Marcum quasi socius, conscius, & particeps consiliorum Veri & insidiarum Marco paratarum. *Salmas.*

4. *Atque ab his invicem dilectus est, nec tamen ingeniosus ad literas.*] Distingue: *Hos omnes amavit unice, atque ab his invicem dilectus est. Nec tamen ingeniosus ad literas.* deest enim, *fuit.* *tamen* vero pro *autem* hoc positum est. *Idem.*

5. *In pueritia versus facere.*] Et præcipue tragicos, si Victori fides. *Idem.*

6. *Atque ab aliis ei illa qualiacunque sunt.*] *Illa ipsa qualiacunque sunt.* Palatinus & vetus editio. *Idem.*

7. *Illa qualiacunque sunt.*] Extabant, ut apparet, temporibus Capitolini scripta Veri imperatoris: sic enim loquitur, quasi illa legerit. *Casaub.*

8. *Voluptuarius & nimis lætus.*] *Voluptarius*, vet. ed. & ita sæpe legas *voluptarium*, pro *voluptuarium.* Salmasius.

9. *Decenter aptissimus.*] Sic apud Victorem: *procerum membra decenter.* Idem.

10. *Post septimum annum in familiam Aureliam traductus.*] Post mortem patris sui. atqui eo anno quo Verus Cæsar obiit, filius hic illius septenni major fuit: novem minimum annorum. mendose igitur notatus hic numerus. *Casaubonus.*

1. Me-

citia juventutis. Fuitque privatus in domo imperatoria
3 viginti & tribus annis. Qua die togam virilem Verus accepit, Antoninus Pius ea occasione qua patris templum dedicabat, populo liberalis fuit; [1] mediusque inter Pium & Marcum idem resedit, quum quæstor populo munus daret. Post quæsturam statim consul est factus cum Sextilio Laterano: [2] interjectis annis, cum Marco fatre iterum factus est consul. Diu autem & privatus fuit, & ea honorificentia caruit qua Marcus ornabatur. [3] Namque [4] in senatu ante quæsturam non sedit: [5] neque in itinere cum patre, sed cum præfecto prætorii vectus est: [6] nec aliud ei honorificentiæ adnomen adjunctum est quàm quòd Augusti filius est appellatus. Fuit studiosus etiam Circensium haud aliter quàm gladiatorii muneris. Hic quum tantis deliciarum & luxuriæ quateretur erroribus, ab Antonino videtur ob hoc retentus, quòd eum pater ita in adoptionem Pii transire jusserat, ut nepotem appellaret: cui, quantum videtur, fidem exhibuit, non amorem. Amavit tamen Antoninus Pius simplicitatem ingenii [7] puritatemque vivendi:

1. *Mediusque inter Pium & Marcum idem resedit, &c.*] Pone τελειαν τογαν ante hæc verba. diversus est hic honor à præcedenti: non enim togam virilem simul sumsit, & ludos quæstor dedit. imò, ut videtur, satis serò quæsturam consecutus est: nam consulatus qui mox ei delatus, in annum incidit Pii decimum sextum. *Idem.*

2. *Interjectis annis.*] Videtur numerus deesse. Scribo, *interjectis* VII. *annis.* Idem.

3. *Namque in senatu ante quæsturam non sedit.*] Palat. absque negatione. legendum; *Neque in senatu ante quæsturam sedit: neque in itinere cum patre, sed cum præfecto prætorii vectus est.* Salmasius.

4. *In senatu ante quæsturam non sedit.*] Quæstura & ædilitas curulis velut januæ erant, per quas aditus cuivis patuit in senatum: in principum liberis id tempus non expectabatur: quod tamen hic in Vero factum. *Casaub.*

5. *Neque in itinere cum patre vectus est.*] Nam vehi cum principe magni honoris loco habitum. *Idem.*

6. *Nec aliud ei honorificentiæ adnomen adjunctum est.*] Pro duabus vocibus *ad nomen*, scribendum junctim, & unico verbo, *adnomen.* *Adnomen* pro agnomen: sic *adnoscere* pro agnoscere in his ipsis libris sæpius nobis lectum. & *dinoscere* in aliis pro *dignoscere.* ait igitur nullo alio honorifico cognomine insignitum esse Verum, quam quod diceretur Augusti filius: non enim Cæsar dicebatur, ut ipsius pater ab Adriano adoptatus. nec enim Cæsar prius appellatus quam quum illum in societatem imperii ascivit Marcus. *Salmas.*

7. *Puritatemque vivendi.*] Καθαρειότητα: quæ jure inter virtutes censetur. *Casaub.*

1. *Prin-*

vivendi: hortatusque est ut imitaretur & fratrem. Defuncto Pio Marcus in eum omnia contulit, [1] principatu etiam imperatoriæ potestatis indulto: sibique consortem fecit, quum illi soli senatus detulisset imperium. Dato igitur imperio & indulta tribunitia potestate, proconsulatus etiam honore delato, [2] *Verum* vocari præcepit, suum in eum transferens nomen, quum antè *Commodus* vocaretur. [3] Lucius quidem Marco [4] vicem reddens suscepit, obsequutus ut legatus proconsuli vel præses imperatori; [5] jam primùm quum Marcus pro ambobus ad milites est loquu- 4

1. *Principatu etiam imperatoriæ potestatis indulto.*] Lege cum prima editione *participatu.* non semel ea menda commissa in his libris. *Idem.*

Principatu etiam imperatoriæ potestatis indulto.] Pal. & Mediolanensis editio; *participatu*: & rectè. *Salmas.*

Participatu etiam imperatoriæ.] Sic quoque Pal. nec non editio princeps; surrepserat deinde, *principatu ejus.* minus rectè. *Grut.*

2. *Verum vocari præcepit, suum in eum transferens nomen.*] Idem supra dixit in vita Marci *Salmas.*

3. *Lucius quidem Marco vicem reddens suscepit.*] Totum locum ita concipimus: *Lucius quidem Marco vicem reddens, sicuti par erat, obsequutus ut legatus proconsuli, vel præses imperatori. Jam &c.* Est certum quod dicit Capitolinus: Verum per initia principatus sui, proconsulem egisse potius quàm principem αὐτοκρατορα. *Casaub.*

Lucius quidem Marco vicem reddens suscepit obsequutus.] Palat. *si susciperet.* sensu tali: Lucius tot & tam ingentium beneficiorum memor quæ in eum contulerat & congesserat Marcus, ut gratum se ostenderet, minorem semper & inferiorem sese Marco gessit, quamvis in pari esset imperio: Quoties igitur Marcum susciperet, sic illi obsequebatur, ut proconsuli legatus solet, aut præses imperatori. *si susciperet*, est, cum susciperet. Ea reverentia & illo obsequio suscipere solebat Marcum Verus, quo imperatores à præsidibus, proconsules à legatis suscipi mos est. *Salmas.*

4 *Vicem reddens suscepit.*] Ita Regius codex. noster Pal. *vicem reddens, si susciperet, obsecutus*; quemadmodum retrò publicati. neutra lectio bona. suspicabar olim; *vicem reddens, sic susperit, & obsecutus*, &c. *Grut.*

5. *Jam primùm cùm Marcus pro ambobus ad milites est locutus, &c.*] Distinctio major ponenda ante *jam.* dixit modò Verum Marco obsecutum ut inferiorem, neque ut parem idem juris in Rep. sibi usurpasse. id nunc probare aggreditur. duo ejus argumenta vel fortasse & plura attulerat. sed locus hodie inquinatissimus, & ut censeo mutilus. Scribe autem ex libris, *Jam primùm enim Marcus.* hoc solum rectè in antiquis: cætera æquè malè. primum quod affertur argumentum ei quod dicimus probando, planum certumque est: ait Marcum post initum à se & Vero imperium, suo fratrisque nomine milites esse allocutum. Allocutio militum proprium & peculiare jus fuit Augustorum: privato nec militem fas alloqui, nec in concionem prodire, aut ad senatum epistolam mittere: omnes autem privati præter principem. mater etiam imperatoris hoc jure caruit. *Casaubonus.*

Jam primum quum Marcus.] Restitue & distingue cum Casaubono: *Jam primum enim Marcus pro ambobus ad milites loquutus est.* Optima editio: *Jam*

loquutus [1] & pro consensus imperio [2] graviter se ad Marci mores egit. Ubi verò in Syriam profectus est, non solùm licentia vitæ liberioris, sed etiam adulteriis & juventutis amoribus infamatus est. Siquidem tantæ luxuriæ fuisse dicitur, [3] ut etiam posteaquam de Syria rediit, [4] popinam domi institueret, ad quam [5] post convivium Marci divertebat, ministrantibus sibi omni genere turpium personarum. [6] Fertur & nocte perpeti alea lusisse, quum in Syria concepisset id vitium: atque intantum vitiorum Cajanorum & Neronianorum ac Vitellianorum fuisse æmulum, [7] ut vagaretur nocte per tabernas ac lupanaria, [8] obtecto

primum eum. Ita etiam edi volebamus, quod nescio quomodo simus obliti. *Salmas.*

Jam primum cujus Marcus pro, &c.] Haud aliter quoque Pal. non ut ante vulgg. *id primum quum Marcus.* Grut.

1. *Et pro consensus imperio graviter se ad Marci mores egit.*] Prima editio: *& proconsulis imperio graviter.* Scribebam, *& in proconsulis*, vel *proconsulatus imperio graviter se Veros ad Marci mores egit.* Et erunt fortasse quibus hæc lectio arrideat. nos non dubitamus gravius hic latere ulcus. Quid multa? videtur Capitolinus tale quid scripsisse: *Et pro consensu in imperio* [*gratias egisse: ipse autem in principio*] *graviter se ad Marci mores egit.* Satis constat novos imperatores antiquius nihil habuisse, ubi primum nacti essent imperium, quàm ut in senatum statim, ac deinde in castra prætoria se conferrent, ut illic quidem patribus, hic verò militibus, quòd imperio suo consensissent, gratias agerent. Omnino enim illa *pro consensus imperio*, aliter quàm ut diximus emendanda non sunt. Sic *consensus e imperio* dixit Gallicanus in Avidio Cassio. Quod sequitur de Veri moderatione in principio imperii, & reverentiâ Marco præstita; non perstitisse illum in eadem simulatione alter quoque locus declarat: ubi auctor: *Reversus*, ait, *à Parthico bello minore circa fratrem cultu fuit.* Casaub.

Et pro consensus imperio graviter se ad Marci mores egit.] Scribe: *Graviter se & ad Marci mores egit.* Suspicor autem hæc non tantum vitiosa esse, sed etiam aliquot verborum defectu laborare, ad quem explendum melioris exemplaris & integrioris ope opus sit. *Salmas.*

Et pro consensus imperio.] Sic & Pal. locus minus sanus. *Grut.*

2. *Graviter se, & ad Marci mores egit.*] Illud & manavit à Palatino, & profectò requiritur. *Idem.*

3. *Ut etiam posteaquam de Syria rediit.*] Palatinus: *quam postea*, quæ transpositio elegantiæ est. sic *quem prius*, pro priusquam. *Salmas.*

4. *Popinam domi instituerat.*] *Instituerit.* Pal. *Idem.*

Popinam domi instituerit.] Prius erat *instituerat.* sed alterum suggessere membranæ Palatinæ. *Grut.*

5. *Post convivium Marci divertebat.*] *Deverterat*, scriptum in prima editione. & ita melius scribi censeam. nam *de* Latina præpositio respondet Græcæ τῇ τροφῇ. *Salmas.*

6. *Refertur & nocte perpeti alea lusisse.*] Pernoctem aleam vocat Juvenalis quæ perpeti nocte luditur. *Idem.*

7. *Ut vagaretur nocte per tabernas & lupanaria.*] Similia his Suetonius Nerone, cap. XXIV. *Casaub.*

8. *Obtecto capite cucullione vulgari viatorio.*] In Heliogabalo: *Tectus cucullione mulio-*

tecto capite [2] cucullione vulgari viatorio, [3] & commissaretur cum triconibus, & committeret rixas, dissimulans quis esset, [3] sæpeque afflictum livida facie rediisse, & in tabernis agnitum quum sese absconderet. [4] jaciebat & nummos in popinas maximos, [5] quibus calices frangeret. [6] Amavit & aurigas Prasino favens. [7] Gladiatorum etiam frequentiùs pugnas in convivio habuit, trahens cænam in noctem: & [8] in thoro convivali condormiens, ita ut levatus

mulionico ne agnosceretur. Glossæ veteres: *cucullio*, σκέπασμα. Latini *tegillum* pro eodem dixere. Festus *tegillum* parvum cuculliunculum interpretatur, de scirpo factum. *Salmas.*

1. *Cucullione.*] Laxè nimis Glossarum magister, *cucullio*, σκέπασμα. scribe σκέπασεγν. formam & usum disce ex Johanne Cassiano libro primo, capite quarto, & aliis qui veterum monachorum habitum descripserunt. *Casaub.*

2. *Et commisceretur cum triconibus.*] Sequor scripturam optimi libri Palatini, *Et comisaretur cum triconibus.* tricones autem isti, cum quibus comisatum ibat Verus, sunt nequam nebulones, nulli rei bonæ homines. Glossæ: *trico*, ἄχρηστος, ἄκλυτος, λαγαλόν. qui nihil igitur habent, quod agant, homines desides & male feriati istoc nomine nuncupabantur, & langones & langi dicebantur. *Salmas.*

Et cum commisceretur cum triconibus.] Palat. noster & excerpta *comisaretur*, emendatumque in altero *commessatur*. quod quis ferè probare posset, nisi alterum optimè huic conveniret. *Grut.*

3. *Sæpeque afflictum livida facie rediisse.*] *Afflictum* esset, in turba humi dejectum & κατεπατημένον. sed quod additur de livida facie, aliter legendum indicat. Lego, *sæpeque à conflictu livida facie rediisse.* Casaub.

Sæpeque adflictum livida facie rediisse.] Omnino verius puto: *sæpeque efflictum livida facie rediisse. efflictum* id est percussum. Apulejus lib. III. *Retroflexum effligere lapide gestit.* Ubi *effligere* lapide est percutere & verberare. *effligere* apud Plautum etiam legitur, sed fere pro perdere & pessumdare. Heic & apud Apulejum simpliciter pro ferire & percutere. sic *cædes*, quæ apud veteres, pro occisione & contrucidatione semper sumi solet, recentis ævi scriptoribus usurpari cœpit pro verberatione tantum, & pulsatione, quæ pugnis fit, & manibus. Ad illud Comici: *Ibimus ergo ipsum experiri. Expresse ostendit*, inquit, *pauperioris loquacem contumaciam usque ad pericula cædis.* Hoc est, usque ad verberum pericula. *Salmas.*

Sæpeque afflictum livida facie rediisse.] Pall. duo *efflictum*; quod alteri præposuerim. *Grut.*

4. *Jaciebat & nummos.*] Suetonius de Cajo, *Quin & nummos non mediocris summæ sparsit in plebem.* Casaub.

5. *Quibus calices frangeret.*] Simillis ἀναθλάσις apud Græcos, de qua in Animadversionibus ad Athenæum libro primo, capite XIV. *Idem.*

6. *Amavit & aurigas prasino favens.*] Cajanum hoc: nam de Caligula Suetonius, *Prasinæ factioni ita addictus & deditus, ut stare in stabulo assidue & manere.* Etiam Commodus factioni prasinæ addictus fic, ut prasinum ipse indueret cùm circenses in palatio sibi exhibebat. *Idem.*

7. *Gladiatorum etiam frequentius pugnas in convivio habuit.*] *Gladiatore etiam frequentius pugnarum in convivio habuit.* Ita Pal. quod quid sit ignoro. fortasse nullum hæret vitium in vulgata. *Salmas.*

8. *In thoro convivali.*] *Toro.* apage aspirationem ab hac voce. *Casaub.*

vatus cum stromatibus in cubiculum perferretur. [1] Somni fuit permodici, digestionis facillimæ. [2] Sed Marcus hæc omnia quasi nesciens dissimulabat rem, pudore illo ne reprehenderet fratrem. [3] Et notissimum ejus quidem [4] fertur tale convivium, [5] in quo primùm duodecim accubuisse dicitur, [6] quum sit notissimum dictum de numero convivarum, [7] *Septem, convivium; novem verò, convitium.* donatos autem pueros decoros qui ministrabant singulis, [8] donatos etiam structores & lances singulis quibusque: [9] donata & viva animalia, vel cicurum vel ferarum

1. *Somni fuit permodici, digestionis facillimæ.*] Non enim semper qui plurimum edunt aut bibunt, plurimum & dormiunt. *Idem.*

2. *Sed Marcus hæc omnia quasi nesciens, dissimulabat rem, &c.*] Videbatur distinguendum & scribendum: *Sed Marcus hæc omnia, quasi nesciens, dissimulabat; retemus pudore illo, ne repr. fr.* Nunc muto nihil, refragantibus libris. sic alibi, *metu illo.* Dissimulationis verò hujus qua usus Marcus, non ea fuit caussa vera, quam affert Capitolinus; sed quòd nollet si quid fuit pudoris residuum in Vero, increpationibus suis id exhaurire. norat vir sapientissimus, sapientum id esse consilium. *Idem.*

Sed Marcus hæc omnia quasi nesciens dissimulabat rem, pudore illo.] Legendum: *Sed Marcus hæc omnia, quasi nesciens, dissimulabat, pudore illo ne reprehenderet fratrem.* Salmas.

Sed Marcus hæc omnia quasi nesciens dissimulabat rem, pudore illo, &c.] Pal. noster non habet illud *quasi*, nisi inter lineas, à manu recentissima. idem loco vocis *rem*, exhibet. R. majusculum cum superjacente lineâ. *Grut.*

3. *Et notissimum ejus quidem fertur tale convivium.*] Palatinus initio habuit *fertur tale convivium.* quid? an quod confertim discubarent, nata vox *fertale?* alii examinabunt. *Idem.*

4. *Fertur tale convivium.*] Mendose in regio, *feriale convivium.* Casaub.

5. *In quo primùm duodecim accubuisse dicitur.*] Puto Verum famosissimam illam Octavii juvenis cœnam δωδεκάθεον æmulatum: cujus si venisset in mentem Capitolino hæc scribenti, abstinuisset, credo, voce *primùm.* Idem.

6. *Cùm sit notissimum dictum de numero convivarum.*] Videri possent voces tres à fine irrepsisse in contextum è margine; nisi scriptor iste satis alioqui luxuriaret vocibus superfluis. *Grut.*

7. *Septem convivium; novem verò convitium.*] Ausonius in Ephemeride:

Quinque advocavi: sex enim convivium
Cum rege justum: si super, convitium est.

Lege Aulum Gellium lib. XIII. cap. XI. *Casaub.*

8. *Donatos autem pueros decoros, &c.*] Adi ad Athenæum, & Lampridium in Heliogabalo. *Idem.*

Donatos etiam structores.] Elegantèr, *structores*, εἰκοδόμους δείπνων vocat Hesychius, qui Græce propria voce τεκτονήσους dicebantur. *Salmas.*

9. *Donata & viva animalia vel cicurum vel ferarum avium.*] Pro, *Et cicurum & ferarum avium.* Sic infra: *Cepisse equis aurei vel brabia pastilari*, hoc est, aurei & brabia. Sed heic etiam observemus licet, genus mirificum locutionis; *Animalia ferarum avium & cicurum*, & *animalia quadrupedum.* Quis enim sic loquitur? debuit enim: donatas aves feras & cicures vivas, & quadrupedes quarum cibi erant adpositi. nec de vitio tamen licebat suspicari. Hoc igitur impu-

rum avium vel quadrupedum quorum cibi appositi erant. donatos etiam calices singulis per singulas potiones, murrhinos, [1] & crystallinos Alexandrinos, quoties bibitum est. data etiam aurea atque argentea pocula & gemmata. [2] Coronas quinetiam datas, lemniscis aureis interpositis, & alieni temporis floribus. data & vasa aurea cum unguentis ad speciem alabastrorum. data & vehicula [3] cum mulabus ac mulionibus cum juncturis argenteis, ut ita de convivio redirent. [4] Omne autem convivium æstimatum dicitur sexagies centenis millibus H-s. Hoc convivium posteaquam Marcus audivit, ingemuisse dicitur & doluisse publicum fatum. Post convivium lusum est tesseris usque ad lucem. Et hæc quidem post Parthicum bellum, ad quod eum misisse dicitur Marcus, ne vel in urbe ante omnium oculos peccaret, vel ut parsimoniam peregrinatione addisceret, vel ut timore bellico emendatior rediret, vel ut se imperatorem esse cognosceret. Sed quantum profecerit, [5] cum alia vita tum hæc

Imputemus sæculo & sæculi scriptoribus, qui nec ipsi de se exigi volunt elegantiam aliquam aut scribendi venustatem, contenti si sola historiæ veritate censeant ut *Idem.*

1. *Et crystallinos. Alexandrinos ac quoties bibitum est.*] Cur addit, *& quoties bibitum est?* jam dixerat, *per singulas potiones*, quod idem est. Lege igitur hunc totum locum & distingue sic: *Donatos etiam calices singulis per singulas potiones, murrhinos & crystallinos Alexandrinos. data etiam aurea atque argentea pocula & gemmata.* Idem.

Et crystallinos Alexandrinos quoties libitum est.] Sic Pal. nam vulgati: *Alexandrinos, ac quoties.* Grut.

2. *Coronas quinetiam datas lemniscis aureis interpositis.*] Coronæ enim fiebant ex foliis, quibus interponebantur aurei lemnisci: & ficlauream triumphi concinnari solitam scribit eruditissimus & vetustissimus auctor Tertullianus, de Corona militis. *Salmas.*

3. *Cum mulabus ac mulionibus, cum juncturis argenteis.*] *Junctura* est qua junguntur mulæ carrucariæ, ut jumenta ubi boves ad aratrum jugo. Fieri autem solitas ex argento & Ulpianus docet, qui junctura argentea facit mentionem in lege decimanorum, Digestis, De auro, argento, mundo, &c. *Casaub.*

Cum mulabus ac mulionibus, cum juncturis argenteis.] De juncturis nihil reliqui fecere quod notatu sit dignum, viri eruditione præstantes. *jungula* vocat auctor glossarum. ut enim a cingo, cingula: sic a jungo, jungula: *jungla, λώραι ζευκτηρίαι* pro jungula. ut ungla pro ungula. *Salmas.*

4. *Omne autem convivium æstimatum dicitur sexagies centenis millibus sestertiûm.*] Budæi æstimatione, fiunt aurei quingenti supra centum & quinquaginta duo millia. nec mirabitur summæ hujus magnitudinem, qui Neronis aut Vitellii cœnas meminerit. *Casaub.*

5. *Cum alia vita.*] Hoc est, cætera vita,

6 hæc quam narravimus cœna monstravit. Circensium tantam curam habuit, [1] ut frequenter provincialibus literas causa circensium & miserit & acceperit. Denique etiam [2] præsens & cum Marco sedens, multas à Venetianis est passus injurias, [3] quòd turpissimè contra eos faveret. Nam & [4] Volucri equo prasino aureum simulacrum fecerat quod secum portabat. [5] Cui quidem passas uvas & nucleos in vicem hordei in præsepe ponebat, [6] quem sagis fuco tinctis

sive cætera alia quæ gessit in vita. *Idem.*

1. *Ut frequenter provincialibus literas causa Circensium & miserit & acceperit.*] Nic *causa Circensium*: hoc est parandorum equorum gratia curulium. ejus argumenti epistolas multas habes apud Symmachum. ex epistola autem ejusdem LXIII, libro quarto, discimus tanto studio Circenses actitatos Antiochiæ, ut sæpe Antiochensium summates ad mercandas quadrigas usque in Hispaniam mitterentur. *Idem.*

Ut frequenter provincialibus literas, causa circensium & miserit & acceperit.] *Ut frequenter provincia literas causa circensium, &c.* Pal. an scribendum, *Ut frequenter è provincia literas causa circensium & miserit & acceperit*: Ut velit Lucium è provincia, hoc est, Syria literas Romam misisse, & vicissim accepisse, circensium causa? cum scire vellet scilicet quis in qua factione vicisset: Venetiani an Prasini defecissent, & similia quæ ad circenses pertinent. Id comprobare videtur quod sequitur: *Denique etiam præsens & cum Marco sedens multas a Venetianis est passus injurias.* Absens igitur illas literas scribebat. *Salmasius.*

2. *Præsens & cum Marco sedens.*] Cùm in Circo spectaret Circenses. *Casaub.*

3. *Quòd turpissimè contra eos faveret.*] Duo eâdem operâ præstabat Verus: Venetianos irridebat, & prasinæ factionis populo favebat. Multis autem modis signum favoris in theatro & circo dabant; ore, gestu totius corporis, & vestis agitatione vel otarii: interdum vero & sannas in eos adjiciebant quibus pon faverent. putâ, manu in obscœnum modum formata, & in illos protensa: quod vocat Capitolinus, *turpiter contra aliquem facere.* Idem.

Quod turpissimè contra eos faveret.] Dicitur contra aliquem favere, qui contrariæ ejus parti favet. Verus favebat Prasinis, Venetianorum contrariis. turpissimè autem favere est cum clamore, & motu corporis indecenti favere. ἀκόσμως σπουδάζειν id vocat Arrianus in dissertationibus libro III. cap. IV. *Salmas.*

4. *Volucri equo prasino.*] Sic scribendum: infrà, *Habuit calycem crystallinum nomine Volucrem, ex ejus equi nomine quem dilexit.* Hujusmodi nomina equis curulibus imponebant. notus Caligulæ Incitatus. *Casaub.*

5. *Cui quidem passas uvas & nucleos.*] Hanc insaniam de Cajanis vitiis traxit. Lege Dionem libro LVIII. & Suetonium, capite IV. eadem væsania Heliogabali. *nucleos* hîc interpretor πίτυλους. *Idem.*

Cui quidem uvas passas & nucleos.] Nucleos, στρόβιλους & στρόβιλια Glossarum auctores exponunt. videntur igitur Græci tam nucem pineam quam nucleum στρόβιλον vocasse. *Salmas.*

6. *Quem sagis fuco tinctis coopertum.*] Vocat *purpurea tegumenta.* Vox *sagum*, & σισύρα appellatio certæ vestis est: & σάγος quodvis tegumentum. quæ alii coopertoria vel tegumenta equorum dicunt, ea sæpe nominantur saga, ut hîc. *Casaub.*

Quem

ctis coopertum, in Tiberianam ad se adduci jubebat. [1] cui mortuo sepulcrum in Vaticano fecit. [2] In hujus equi gratiam primùm cœperunt equi aurei vel bravia postulari. In tanto autem equus ille honore fuit, ut ei à populo prasinianorum sæpe modius aureorum postularetur. Profectum eum ad Parthicum bellum, Marcus Capuam prosequutus est. Quumque inde per omnium villas se ingurgitaret morbo implicitus, [3] apud Canusium ægrotabat, [4] quò ad eum visendum frater contendit. Multa in ejus vita ignava & sordida, etiam belli tempore, [5] deteguntur. Nam quum [6] interfecto legato, cæsis legionibus, [7] Syriis defectionem cogitantibus, oriens vastaretur, ille in Apuleia venabatur: & apud Corinthum & Athenas inter symphonias & cantica navigabat: & per singulas maritimas civitates Asiæ, Pamphyliæ, Ciliciæque clariores, voluptati-

bus

Quem sagis fuco tinctis coopertum.] Quemadmodum equum suum Volucrem sagis fuco tinctis cooperiebat Verus, sic Commodus pelle inaurata equum Pertinacem nomine integebat. *Dorsualia* vocabant ejusmodi pelles quibus equorum terga insternebantur. dicebantur & *scordisca*. nam *scordiscum* σκόρδισκον à scorto quod pellem significat. Ergò scordiscum vel scortiscon est ἱμάντινον, pellis nempe qua equi insternuntur. *Salmas.*

1. *Cui mortuo sepulchrum in Vaticano fecit.*] In Vaticano Gircenses exhibebant imperatores. ibi igitur prope Circum qui Neronis dicitur Victori, videtur exstructus hic tumulus. *Casaub.*

2. *In hujus equi gratiam primùm cœperunt equi aurei vel bravia postulari.*] Scribe, ut olim ad Suetonii librum quintum emendavimus, *cœperunt equis aurei*. malim etiam, *velut bravia*. Morem aurigarum postulandi aurum, aperit & Dio in Caracallo. *Idem.*

In hujus equi gratiam primùm cœperunt equi aurei vel bravia postulari.] Recte vir doctissimus pridem emendavit: *Cœperunt equis aurei vel bravia postulari*. Sed quod idem, *velut bravia*, mavult legere, id non recipiendum. *vel* enim hoc pro particula & positum est. *aurei vel bravia*, pro aurei & bravia. quod minime observatum frequenter imposuit hominibus doctis. *Salmas.*

3. *Apud Canusium ægrotabat, &c.*] Scribe, *ægrotavit*, &c. Casaub.

Apud Canusium ægrotabat.] Omnino scribendum Palatino auctore: *Apud Canusium ægrotavit*. Salmas.

Apud Canusium ægrotavit.] Ita ferè Pal. nempe *ægrotabit*; non ut hactenus editi *ægrotabat*. Grut.

4. *Quo ad eum visendum frater contendit.*] Idem liber, *Quo cum visendum frater contendit*. Salmas.

5. *Deteguntur.*] Pro, commemorantur memoriæ prodita. durum verbum. *Casaub.*

6. *Interfecto legato, cæsis legionibus.*] Severianum cæciderat Vologæsus cum omni ejus exercitu. *Idem.*

7. *Syriis defectionem cogitantibus.*] Lege, *Syria*. Salmas.

Syriis defectionem cogitantibus.] Pal. *Syria*. æquè bene, si non melius. *Grut.*

7 bus immorabatur. Antiochiam posteaquam venit, ipse quidem se luxuriæ dedit: duces autem confecerunt Parthicum bellum [1] Statius Priscus, & Avidius Cassius, [2] & Martius Verus [3] per quadriennium, ita ut Babylonem & Mediam pervenirent, & Armeniam vendicarent. partúmque est ipsi nomen *Armenici*, *Parthici*, *Medici*, quod etiam Marco Romæ agenti delatum est. Egit autem per quadriennium Verus [4] hyemem Laodiceæ, æstatem apud Daphnen, reliquam partem Antiochiæ. [5] Risui fuit omnibus Syriis, quorum multa joca in theatro in eum dicta extant. [6] Vernas in triclinium Saturnalibus & diebus festis semper admisit. Ad Euphratem tamen impulsu comitum suorum secundò profectus est. [7] Ephesum etiam rediit, ut Lucillam uxorem missam à patre Marco susciperet: & idcirco maximè, ne Marcus cum ea in Syriam veniret [8] ac flagitia ejus agnosceret. Nam senatui Marcus dixerat se filiam in Syriam deducturum. Confecto sanè bello, regna regibus, provincias verò comitibus suis regendas dedit. Romam inde ad triumphum invitus, quòd Syriam quasi regnum suum relinqueret, rediit, & pariter cum fratre triumphavit, susceptis à senatu nominibus quæ in exer-
8 citu acceperat. [9] Fertur præterea ad amicæ vulgaris arbitrium

1. *Statius Priscus.*] De quo in Marci vita. *Casaub.*

2. *Et Martius Verus.*] Is est, quem Dio Cappadociæ præsidem appellat. *Idem.*

3. *Per quadriennium.*] Vide ad illa è Marci vita, *fratre post quinquennium reverso.* Idem.

4. *Hyemem Laodiceæ.*] *Laodicia*, vetus editio, & Pal *Salmas.*

5. *Risui fuit omnibus Syriis.*] Scribe *Syris.* Antiochenses præsertim intellige. *Casaub.*

Risui fuit omnibus Syris.] Sic rursus Pal. non *Syriis*, ut vulgati. *Grut.*

6. *Vernas in triclinium Saturnalibus & diebus festis semper admisit.*] De Saturnalibus sine caussa notat ut rarum. quis nescit Saturnaliorum diebus servos omnia pro dominis egisse? Scribi malim, *Vernas in triclinium, ut Saturnalibus, &c.* Casaub.

7. *Ephesum etiam rediit, ut Lucillam uxorem, &c.*] Vide locum ex Actis Abercii, quem protulimus ad vitam Marci. *Idem.*

8. *Ac flagitia ejus agnosceret.*] *Adnoscere*, habetur in optimo Pal. ita supra *adnomen* pro *agnomen*, Salmas.

9. *Fertur præterea ad amicæ vulgaris arbitrium in Syria posuisse barbam.*] Antiochenses & Syri eos qui barbam alerent aversabantur, & subsannabant. Ab Hadriano omnes ferè Rom. imperatores barbati. sed qui molliores fuêre inter illos, ii in gratiam Antiochen-

sium

trium in Syria posuisse barbam. unde in eum à Syris multa sunt dicta. Fuit ejus fati ut in eas provincias per quas rediit, Romam usque, [1]luem secum deferre videretur. Et nata fertur pestilentia in Babylonia: [2]ubi [3]de templo Apollinis [4]ex arcula aurea quam miles fortè inciderat, spiritus pestilens evasit, atque inde Parthos orbemque compleſſe. Et hoc non Lucii Veri vitio, sed Cassii, à quo contra fidem Seleucia, quæ ut amicos milites nostros receperat, [5]expugnata est. Quod quidem inter cæteros etiam [6]Quadratus belli Parthici scriptor, incusatis Seleucenis qui fidem primi ruperant, purgat. Habuit hanc reverentiam Marci Verus, ut nomina quæ sibi delata fuerant, cum fratre communicaret die triumphi, quem pariter celebrarunt. Reversus è Parthico bello, minore circa fratrem cultu fuit Verus: nam & libertis inhonestiùs indulsit, & multa sine fratre disposuit. His accessit quòd quasi reges aliquos

sium barbam posuerunt. Contrà Macrinus, cùm severitatis famam affectaret, ac velut alter Marcus haberi vellet, in oculis Antiochensium θρίξας ἔσεσε, ait Herodianus. *Casaub.*

1. *Luem secum deferre videretur.*] De hac pestilentia in vita Marci. *Idem.*

Luem secum deferre viderentur.] Palat. *secum ferre.* Salmas.

2. *Ubi de templo Apollinis.*] Idem liber: *Apollonis.* inflexione Græca. *Idem.*

3. *De templo Apollinis.*] Addit Ammianus libro XXIII. *Apollinis Chomei.* sed quis ille Apollo Chomeus? noli dubitare quin sit legendum *Chochæus* vel *Chothæus.* Seleucia enim illa etiam Coche dicta teste ipso Ammiano l. XXIII. *Quibus Coche quam Seleuciam nominant haud longius disparatur.* Inde Apollo Χωχαῖος. *Idem.*

4. *Ex arcula aurea quam miles forte inciderat.*] Foramen fuisse dicit angustum Ammianus Marcellinus libro XXIII. *Idem.*

5. *Expugnata est.*] Expugnari urbs dicitur quæ vi capitur, aut deditionem facere cogitur. sed *expugnata* hoc est, solo æquata, & funditus deleta. *Casaub.*

Expugnata est.] Ammianus Marcellinus, expulsatam dicit hanc urbem, lib. XXIII. *Post hanc Seleucia ambitiosum opus Nicatoris Seleuci. Quæ per duces Veri expulsata.* Expulsatam posuit pro expugnatam. *Salmas.*

6. *Quadratus belli Parthici scriptor.*] Asinius Quadratus, cujus Παρθικὰ laudant Græci & Latini non rarò. Scripserat de hoc bello, & de universis Marci rebus, ut indicat Zosimus. *Casaub.*

Quadratus belli Parthici scriptor.] Quadratus παρθικὰ scripserat, vel παρθυλωνικὰ: nam ita scriptum inveni apud Stephanum ἐθνικῷ γεγράφοτα, qui Quadratum citat sæpe. aliquando etiam παρθυηνικὰ, quod corruptum est, pro παρθυλωνικὰ. Parthi enim dicebantur, & Parthyæi & Parthyeni. Vixit hic Quadratus sub Philippis, & Romanam historiam exorsus à primo anno urbis usque ad millesimum quem Philippi celebrarunt, χιλιαρχίαν, vel χιλιάδα, titulo signavit. *Salmas.*

aliquos ad triumphum adduceret, sic histriones eduxit è Syria: [1] quorum præcipuus fuit Maximinus, quem Paridis nomine nuncupavit. Villam præterea extruxit in via Clodia famosissimam, in qua permultos dies & ipse ingenti luxuria debacchatus est cum libertis suis [2] & amicis paribus, [3] quorum præsentiæ nulla inerat reverentia. Et Marcum rogavit: qui venit ut fratri venerabilem morum suorum & imitandam ostenderet sanctitudinem: & quinque diebus in eadem villa residens, cognitionibus continuis operam dedit, [4] aut convivante fratre, [5] aut convivia comparante. [6] Habuit [7] & Agrippum histrionem, cui cognomentum erat Memphi, quem & ipsum è Syria veluti trophæum Parthicum adduxerat, [8] quem Apolaustum nomi-

1. *Quorum præcipuus fuit Maximinus.*] Vet. ed. *Maximus.* Idem.

2. *Et amicis paribus.*] Refer ad similitudinem morum: *par* sæpe, pro similis. vel, ad ætatem. *Casaub.*

Et amicis paribus quorum præsentiæ nulla inerat reverentia.] Pal. *Quorum præsentia nulla inerat provincia.* Legas: *Et amicis paribus quorum præsentia illa inerat provincia:* Et amicis qui præsentes erant in illa provincia, nec amicis quidem omnibus sed vitæ & morum similitudine paribus & eadem sectantibus. Omnes igitur amici pares Veri qui domos & villas habebant in via Clodia ad Verum conveniebant, cum illic esset in villa quam ibi extruxerat. nec movere debet quemquam, quod viam Clodiam vocat provinciam: sic enim aliæ viæ ab urbe & sub urbe provinciæ dictæ: ut Flaminia provincia, & Aurelia. sic omnes regiones suburbicariæ, etiam provinciæ dicebantur. Amicos igitur pares Veri vocat qui in illa regione aderant, solitos ad ipsum in villam commeare, ut ibi totos dies debacchantur & luxuriæ operam darent. *Salmas.*

3. *Quorum præsentiæ nulla inerat reverentia.*] Pal. *quorum præsentia nulla inerat*, ut videri queant aliquammulta desiderari; dixeritque forte ablegasse alios comites, quorum gravitate luxuria ejus inhiberetur. verum si hoc admiserimus, quæretur, cur antea tam licenter egerit. & alioqui si volebat amoliri tales, non erat ei accersendus frater. *Grut.*

4. *Aut convivante aut convivia comparante.*] Comparante, id est parante. Tibullus:

Et calidam fesso comparat uxor aquam.

Sic *malum alicui comparare.* Plaut. Ita & comparare hoc loco ut παρασκευάζειν. Glossæ: *Comparat, κατασκευάζει. Salmas.*

5. *Aut convivia comparante.*] Regius, *coeptante.* Casaub.

Aut convivia comparante.] Sic & Palatinus. *Grut.*

6. *Habuit & Agrippum histrionem.*] Regius *Agrippinum.* mallem *Agrippum*, vel *Agrippinum.* Casaub.

Habuit & Agrippum Histrionem.] Ita Pal. at vir doctissimus qui mallet, *Agrippam* vel *Agrippinum*, non sequendus. Agrippa & Agrippinus nomina pure Romana sunt. Hic vero histrio de genere Syrorum: unde & Memphis illi cognomentum, & nomen Agrippus. *Salmas.*

7. *Et Agrippum histrionem.*] Haud aliter quoque Palatinus. *Grut.*

8. *Quem Apolaustum nominavit.*] Propter

nominavit. Adduxerat secum & fidicinas & tibicines & histriones, [1] scurrasque mimarios & præstigiatores, [2] & omnia mancipiorum genera, quorum Syria & Alexandria pascitur voluptate, prorsus ut videretur bellum non Parthicum sed histrionicum confeciſſe. Et hæc vitæ diversi- 9
tas atque alia multa, inter Marcum & Verum simultates feciſſe, non aperta veritas indicabat, [3] sed [4] occultus rumor insusurrabat. Verùm illud præcipuum, quòd quum Libonem quendam patruelem suum Marcus legatum in Syriam misisset, atque ille se insolentiùs quàm verecundus senator efferret, [5] dicens, * ad fratrem se scripturum esse

[1] siquid

pter obscenum ministerium: nam ἀπόλαυσιν vita, qualis Epicureorum. Videtur esse Apolaustus ille, quem unà cum aliis libertis auscis cæsum temporibus Commodi narrat Lampridius. *Idem.*

1. *Scurrasque mimarios.*] Alibi vocat, *scurras mimicos.* Salmas.

2. *Et omnia mancipiorum genera quorum Syria.*] Intelligit nanos & illos pueros minutos procacitate commendatos Romanis proceribus: Suetonii lib. secund., capite LXXXIII. *Casaubonus.*

3. *Sed occultus rumor insusurrabat.*] Pal. *inseverat.* Legendum: *Non aperta veritas indicabat, sed occultus rumor severat.* Seri enim rumores & seminati dicuntur, sic & sermones serere. sed & *inseverat*, eodem sensu possimus ferre. *inserere*, ἐμφῦσαι καρδίαις. unde inserere rumores, est disseminare. *Salmas.*

4. *Occultus rumor inseverat.*] Est à Palatin. aliisque scriptis antea erat, *insusurrabat.* Grut.

5. *Dicens, ad fratrem se scripturum esse, si quid forte dubitaret.*] Regius, *ad fratres suos scripturum.* Sunt hæc Libonis verba; qui cùm esset frater patruelis Marci, per vanitatem & arrogantiam quoties de illo, aut ejus fratre loqueretur apud provinciales, fratres illos nominabat: jure ille quidem & more Romano; nam & patrueles fratres suos, ἀνεψιοὺς vocabant fratres: sed hanc appellationem ægrè ferebat Verus: ut qui fratrem sei à privato homine appellari sine majestatis imperatoriæ imminutione non posse censeret. Hinc causa odii in Libonem, & suspicio veneni ex illo odio. *Casaub.*

Dicens ad fratrem se scripturum esse si quid forte dubitaret.] Vetus editio & Pal. hoc loco cum Regio consentiunt: *Dicens ad fratres suos scripturum esse si qui fortasse dubitaret.* Videtur ex seculi sui consuetudine & usu loquendi; prius scriptum esse *ad fratre suo.* in tabulis enim parum observabant leges Grammaticas. hinc in veteribus lapidibus monumentorum *ante fronte* pro *ante frontem. cum quem* pro *cum quo. cum conjugem suam, cum parentem. à latu* pro *à latere. extra fano, extra fanestmario.* ita enim scriptum in antiquis libris. ex eadem consuetudine loquendi supra dixit Capitolinus, *vos ipsè* pro *vos ipsi.* ex illis igitur *ad fratre suo* factum est postea *ad fratres suos*, secundum Grammaticorum præscriptum, non juxta rei veritatem. nam omnino scribendum fuit, *ad ipsum fratrem suum.* & Marcum intelligebat ille legatus cui frater patruelis erat. hoc impatienter tulit Verus, adeo sui nullam præsentis haberi rationem abisto legato fratre Marci patrueli, ut non aliter secum ageret, quam si nusquam esset, aut longe abesset, nec ad se rem ullam refer-

[1] siquid fortè dubitaret, nec Verus præsens pati posset, subitoque morbo notis propè veneni existentibus interisset, [2] visum est nonnullis, non tamen Marco, [3] quòd ejus fraude putaretur occisus. Quæ res simultatum auxit rumorem. Liberti multum potuerunt apud Verum, [4] ut in vita Marci diximus, Geminas & Agaclytus, cui dedit, invito Marco, Libonis uxorem. [5] Denique nuptiis ab Vero celebratis, [6] Marcus convivio interfuit. Habuit & alios libertos Verus improbos, [7] Codem & Eclectum, cæterosque quos omnes Marcus post mortem Veri, [8] specie honoris

referret, sed ad fratrem suum scripturam jactaret, si quid dubitatione dignum emersisset. non aliter aut explicari, aut emendari hunc locum posse arbitror: atq; hæc mea sententia est. *Salmas.*

* *ad fratres suos scripturum esse, &c.*] Consipirant in hanc lectionem codex Regius & Palatinus. nam publicata, *ad fratrem se scripturum.* Grut.

1. *Si quid fortasse dubitaret.*] Pal. & vet. ed. *si qui forte dubitaret.* Salmas.

2. *Visum est nonnullis quod ejus fraude putaretur occisus.*] *Visum est nonnullis quod putaretur occisus.* Pro, nonnulli putaverant occisum: illa enim ætate, abutebantur ista loeutione vel verbo potius *visus est.* ut, visus est hoc facere, vel quod hoc faceret, pro hoc fecit. sic *videri pro judicare*, pro judicare. in epistolis Pontificum à Gretzero editis frequens occurrit hæc locutio. *ad me venire visus est.* pro, ad me venit. *Idem.*

3. *Quod ejus fraude putaretur occisus.*] Notanda locutio, *visum est quòd putaretur occisus*, pro, quòd esset occisus. apud Græcos sæpe δοκεῖν pro εἶναι. *Casaub.*

4. *Ut in vita Marci diximus.*] Et quidem totidem verbis, ut ibi notatum est. *Idem.*

5. *Denique nuptiis ab Vero celebratis, Marcus convivio interfuit.*] Nisi inserta negatione legas, *convivio non interfuit.* quod præcedentia verba suadent, quibus dicitur Marcus has nuptias non probasse. *Idem.*

Denique nuptiis ab Vero celebratis Marcus convivio interfuit.] Interponenda omnino hoc loco negationis particula, ex fide Pal. Codicis: *convivio non interfuit.* quod si nihil aliud, id certe satis indicat vox *denique* quæ hujus initio periodi posita est: *Agaclytus cui dedit invito Marco Libonis uxorem. denique nuptiis Marcus non interfuit.* Salmas.

6. *Marcus convivio non interfuit.*] Negativam requirebat orationis nexus: & visitur ea ipsa planè in Palatino. vulgatis antea male aberat. *Grut.*

7. *Codem & Eclectum.*] Non dubito prius nomen esse corruptum. Eclecti nomen Græco more scriptum est Ἐκλεκτός: nam Latinum esset Electus. origine fuit Ægyptius, Commodi mox cubicularius. de hoc multa Herodianus. *Casaub.*

Codem & Eclectum.] Pal. scribit, *Coadem.* ita & vet. ed. mutata litteræ, verum erues, quod est *Coetem.* Coetes enim ille libertus vocabatur: Κοίτης. nam Κοίτος & Κοῖτος nomina sunt propria apud Græcos. Coeti mentio in veteri inscriptione. *Salmas.*

Codem & Eclectum.] Palatin. *Coedem & Treclectum.* sed postea tamen infra agnoscit *Eclecto*: videtur illum *Coedum*, mutandum in *Cæsum*, aut dictionem litteris ei vicinam. *Grut.*

8. *Specie honoris adjecit.*] Sic & apud Tacitum, libr. XII. Annal. capit. 41. videndus Suetonius Julii cap. 9. sub finem. *Idem.*

1. *Quod*

ris abjecit, Eclecto retento, qui postea Commodum filium ejus occidit. Ad bellum Germanicum, [1] quòd Marcus nollet Lucium sine se vel ad bellum mittere, vel in urbe dimittere causa luxuriæ, simul profecti sunt, atque Aquileiam venerunt: invitoque Lucio Alpes transgressi, quum Verus apud Aquileiam tantùm vectatus convivatusque esset, Marcus autem omnia prospexisset. [2] De quo bello quid per legatos barbarorum pacem petentium, quid per duces nostros gestum est, in Marci vita plenissimè disputatum est. Composito autem bello in Pannonia, [3] urgente Lucio Aquileiam rediret, quòd urbanas desiderabat Lucius voluptates, [4] in urbem destinatus est: sed non longè ab Altino subitò in vehiculo morbo quem apoplexin vocant, correptus Lucius, [5] depositus è vehiculo, detracto sanguine Altinum perductus, quum triduo mutus vixisset, apud Altinum perit. Fuit sermo quòd & socrum Faustinam in- 10
cestasset. Et dicitur Faustinæ socrus dolo, aspersis ostreis veneno extinctus esse: idcirco quòd consuetudinem quam cum matre habuerat, filiæ prodidisset: [6] quamvis & illa fabula quæ in Marci vita posita est, [7] abhorrens à talis viri vita sit exorta: quum multi etiam uxori ejus, [8] flagitium mortis

1. *Quod Marcus nollet.*] Pal. & vet. ed. *Marcus quod nollet.* Salmas.

2. *De quo bello quid per legatos.*] Forte: *De quo bello quid & per legatos barbarorum pacem petentium, quid & per duces nostros gestum est, in Marci vita plenissime disputatum est.* Idem.

3. *Urgente Lucio Aquileiam rediret.*] In Marco, *Placuit autem, urgente Lucio, ut prætoriis ad sinatum litteris, Lucius Romam rediret.* Urbem sanè non Aquileiam desiderabat Lucius. mutandum tamen nihil, nisi quis malit, *rediret*, pro *rediret*: nam ut dicitur in Marci vita, transcensis Alpibus longiùs ab Aquileia ambo processerant. *Casaubonus.*

4. *In urbem destinatus est.*] An solus Lucius destinatus est? atqui Marcus quoque cum Lucio fuit in eodem vehiculo, cum apoplexi correptus, & simul in urbem ambo contendebant. optime Palatinus liber hoc loco legit, *in urbem destinatum est.* hoc est destinarunt imperatores Marcus & Verus. *Salmas.*

5. *Depositus è vehiculo, detracto sanguine.*] Hinc illi malevoli & iniqui de Marco sermones, quod per Posidippum medicum sanguinem Vero intempestive emitti curaverit, ut refertur in vita Marci. *Idem.*

6. *Quamvis & illa fabula.*] De extincto Vero fraude Marci, cùm illi venenum propinasset. *Casaub.*

7. *Abhorrens à talis viri vita sit exorta.*] Pal. *exterta.* Grut.

8. *Flagitium mortis assignent, idcirco.*] *Flagitium mortis assignent, & idcirco.* Pal. *Salmas.*

1. *Cujus*

mortis assignent, idcirco quòd Fabiæ nimium indulserat Verus: [1] cujus potentiam uxor Lucii vel Marci ferre non posset. Tanta sanè familiaritas inter Lucium & Fabiam sororem fuit, ut hoc quoque usurpaverit rumor, quòd inierint consilium ad Marcum è vita tollendum: Idque quum esset per Agaclytum libertum proditum Marco, [2] ante adventum, Lucium Faustina nece prævenerat. [3] Fuit decorus corpore, [4] vultu geniatus, barba propè barbaricè demissa,

1. *Cujus potentiam uxor Lucii vel Marci ferre non posset.*] Potest sic accipi, ut conjunctis consiliis uxor Marci cum uxore Lucii, cum potentiam Fabiæ ferre non possent, cui nimium & magis quam sorori par esset, indulgebat Lucius, eam dolo sustulerint: & ita *vel* pro *&* accipiemus, ut alibi locis aliquammultis. sed satius est Palatinam lectionem sequi, quæ *vel Marci*, non agnoscit. varias tangit Capitolinus de morte Veri opiniones. cujus mortis causam, quidam Faustinæ ascribebant, idcirco quod consuetudinem quam cum matre habuerat, filiæ prodiderat. alii vero Lucillæ ipsi Lucii uxori facinus istud assignabant, quæ Fabiam pellicem & ex eo nimis potentem apud Lucium maritum ferre non posset. Nec vero interierat Faustinæ quam potens esset Fabia & quantum illi indulgeret Lucius, sed uxoris Lucii, cui pellex erat Fabia. Legendum igitur: *Quum multi etiam uxori ejus flagitium mortis assignent, & idcirco quod Fabiæ nimium indulserat Verus: cujus potentiam uxor Lucii ferre non posset.* Idem.

2. *Ante adventum, Lucium Faustina nece prævenerat.*] Palat. pro, *nece prævenerat*, exhibet, *ne præveniret*. quod & vetus editio conservavit. Lege ergò: *Tanta sane familiaritas inter Lucium & Fabiam sororem fuit, ut hoc quoque usurpaverit rumor, quod inierint consilium ad Marcum è vita tollendum: idque cum esset per Agaclytum libertum proditum Marco, antevertisset Lucium Faustina ne prævenisset.* Quod autem narrat hoc Capitolinus ejusmodi est. Lucius cum Fabia sorore consilium inierat ad Marcum è vita tollendum. id cum prodidisset Marco Agaclytus Veri libertus, Faustina Lucium prævenit, ne præveniret, & hunc è vita sustulit. *Idem.*

Ante adventum, Lucium Faustina nece prævenerat.] Abit à vulgatis Palatin. quippe in eo; *Ante adventum Lucium Faustina ne præveniret.* Grut.

3. *Fuit decorus corpore, vultu geniatus.*] Hanc lectionem *gemmatus* tueri placet eruditissimis viris adversus omnium librorum authoritatem, *qui geniatus* præferunt: & *vultu geniatum* interpretator qui facie sit venusta & geniali & plurimum grata atque amabili. nam geniatus est *ἀγαθοῦ*. Isidorus in Glossis: *Geniatus, genialis, gratus.* A voce enim genius, verbum geniare pro decorare, unde *degeniare* apud Cassiodorum pro dedecorare, & devenustare. Genius igitur est venustas & gratia quæ Græcis *ἀγαθὸν* dicitur & *χάρις*. Corrigendus Cassiodorus l. VI. form. XXVII. *confidis gemmatum tribunal.* scribe, *geniatum tribunal.* sic *genius judicii* apud eumdem lib. VII. cap. XXIV. & alibi, *geniata obsequia.* & passim geniatus pro pulcro & decoro, & qui habet genium. hinc *geniatus vultus* hoc loco *ἀγαθοῦ*. *Salmas.*

4. *Vultu gemmatus.*] Gemmata facies dicitur, in qua tumores crebri, ut de Tiberio scribit Suetonius. in idiotismo nostro similis metaphora: dicimus enim *visage boutonné.* Casaub.

Vultu gemmatus.] Palatinus uterque subscribit codici Regio, præfertque *geniatus*: quod magis arridet: præsertim

missa, procerus, & fronte in supercilia adductiore venerabilis. Dicitur sanè tantam habuisse curam flaventium capillorum, [1] ut capiti auri ramenta respergeret, quò magis coma illuminata flavesceret. Lingua impeditior fuit. aleæ cupidissimus, vitæ semper luxuriosæ, atque in pluribus Nero, [2] præter crudelitatem & ludibria. Habuit inter alium luxuriæ apparatum calicem crystallinum nomine Volucrem, ex ejus equi nomine quem dilexit, humanæ potionis modum supergressum. Vixit annis quadraginta duobus. [3] Imperavit cum fratre annis undecim. Illatumque ejus corpus est Adriani sepulcro, in quo & Cæsar pater ejus naturalis sepultus est. Nota est fabula quam Marci non capit vita, quòd partem vulvæ veneno illitam, quum eam execuisset cultro una parte venenato, [4] Marcus Vero porrexit: sed hoc nefas est de Marco putari, quamvis Veri & cogitata & facta mereantur: quod nos [5] non in medio relinquimus, [6] sed togam purgatam confutatamque respui-

11

sertim cùm non meminerim *cultum geminatum* Latinis usurpatum pro eo qui abundet tumoribus. *Grut.*

1. *Ut capiti auri ramenta respergeret.*] Ineptè vulgò, *roramenta*: etsi ita plerèque etiam membranæ. in Commodo rectè, *capillo semper fucato, & auri ramentis illuminato.* Trebellius in Gallieno, *Crinibus suis auri scobem asperxit.* ramentum, dixerunt & scobem, quod humi cadit cùm lima similive instrumento aliquid atteritur. affines sunt voces, rasura & rasamen. nam hujusmodi ramenta Græci appellant ψήγματα, ξισμάτα, σχισμάτα, aut ῥινήματα. Porro veteres cùm magnam haberent curam flaventium capillorum, usi in eam rem medicamentis variis, quorum meminerunt medici in præceptis ἡγεμαλάκτης. *Casaub.*

Ut capiti auri ramenta respergeret.] Ramentum auri Græcis τρίμμα χρυσοῦ dicitur. unde etiam *auri trimmam* Latini dixere. trimma auri est, auri rasura vel ramentum. *Salmas.*

2. *Præter crudelitatem & ludibria.*] De crudelitate Neronis Suetonius capite XXXIII. *Ludibria* autem Capitolinus vocat, illud insanum ejusdem studium ludicrarum artium. *Casaub.*

3. *Imperavit cum fratre annis undecim.*] Imò novem, ut dudum probarunt viri docti. *Idem.*

4. *Marcus Vero porrexit.*] Sic melius Pal. quàm vulgatus, *porrexit.* Grut.

5. *Non in medio relinquimus.*] Pal. *relinquemus.* Et paulo post ex eodem legendum: *Sed totum purgatum confutatumque respuimus.* Salmas.

6. *Sed totam purgatam confutatamque respuimus.*] Scribe *totum purgatum, confutatumque resp.* Casaub.

Sed totam purgatam confutatamque respuimus.] Sic quoque Pal. absque quo fuisset, prætulissem conjectanem aliorum, *totum purgatum confutatumque.* Interim crimina hominibus adficta, aut incredibilia haberi aut credibilia, prout eis vita fuit, proba vel improba. *Grut.*

respuimus, quum adhuc post Marcum, præter vestram clementiam, Diocletiane Auguste, imperatorem talem nec adulatio videatur, potuisse confingere.

VULCATII GALLICANI V. C.

AVIDIUS CASSIUS.

1 AVIDIUS CASSIUS, ut quidam volunt, ex familia Cassiorum fuisse dicitur, 3 per marem tamen avo genitus Avidio Severo: qui ordines duxerat, & post ad summas dignitates pervenerat. 4 Cujus Quadra-

1. VULCATII GALLICANI V. C.] Senatoria dignitate fuisse Vulcatium præditum indicio sunt illæ notæ, v. c. id est, vir clarissimus. fuit hic titulus diu ordinis amplissimi proprius. qui inde colligunt quintum fuisse consulem, faciunt ineptè: cum ne unum quidem hujus consulatum auctoribus Fastis possint probare. *Casaub.*

VULCATII GALLICANI.] Hucusque ordine procedunt libri in collocandis imperatorum vitis. turbant vero deinceps & miscent omnia. nam hanc vitam rejiciunt post Didii Juliani, Commodi, Pertinacis vitas. an hunc scribendi ordinem sequuti sint auctores nescio. omnes sane veteres cum scripti, tum editi in hac serie constanter conspirant. De authore autem hujus Avidii Cassii, non certiores nos dimittunt iidem libri. habui enim antiqua Spartiani excerpta ex Pal. Bibliotheca qui Spartiano cum reliquis supra scriptorum imperatorum libris attribuerent. Idem stili genius, eadem scribendi ratio in hoc scriptore deprehenditur atque in Spartiano, cui Pii, Marci, & Veri vitæ etiam in vetustis membranis feruntur ascriptæ: eadem vero in multis prope verba, ut si diversi sint auctores censendi, uno veluti ore loquuti videri debeant. *Salmas.*

2. AVIDIUS CASSIUS, *ut quidam volunt, ex familia Cassiorum fuisse dicitur.*] Atque ipse Cassius nongenus trahere se à Cassio, & stirpis originem, sed nomen tantum L. Cassii gestare scribit. ait enim, *Ubi L. Cassius, cujus nos frustra tenet nomen?* & refutat hanc fabulam Dio qui non dubitanter Syrum natione prodit, Heliodori filium. *Casaub.*

3. *Per matrem tamen avo genitus Avidio Severo.*] Vetus omnis habuit lectio, *Ex Cassiorum familia fuisse dicitur. per matrem tamen novo genitus Avidio Severo.* Non ambiguum est illud *matrem* corruptum esse pro *patrem*. Scribendum igitur hoc loco, *Ex Cassiorum familia fuisse dicitur per matrem tamen, novo genitus Avidio Severo qui ordines duxerat, & post ad summas dignitates pervenerat.* quorum hæc mens est: Cassium ex familia fuisse Cassiorum, sed per matrem tantum: patrem enim novum hominem habuisse Avidium Severum. quod explicat dum ait, *qui ordines duxerat, & post ad summas dignitates pervenerat.* Tale est enim novorum hominum fatum, ut ex nullis aut minimis principiis ad summa quæque perveniant & evehantur. & hi sunt qui vulgo *novi homines* sunt appellati. *Salmas.*

Per matrem tamen avo genitus Avidio.] Exstat & in Pal. nostro lectio illa primogeniæ editionis, *per matrem tamen novo genitus Avidio.* Grut.

4. *Cujus Quadratus in Historiis meminit.*] Quibus in historiis? Pompeianæ enim

Quadratus in historiis meminit: & quidem graviter,[1] quum illum summum virum & necessarium reipubl. asserit,[2] & apud ipsum Marcum Antoninum prævalidum. Nam jam eo imperante[3] periisse fatali sorte perhibetur. Hic ergo Cassius[4] ex familia (ut diximus)[5] Cassiorum,[6] qui in Caium Julium conspirarunt, oderat tacitè principatum, nec ferre poterat imperatorium nomen:[7] dicebatque[8] nihil esse gravius nomine imperii quod non posset è rep. tolli nisi per alterum imperatorem. Denique tentasse in pueritia dicitur extorquere etiam Pio principatum,[9] sed per patrem virum sanctum & gravem,[10] affectationem tyranni-

enim illum scripsisse superius in vita Veri annotabamus, & Γ'αμμικλιὰ γλαλάδα. quam an hoc loco intelligat, nescio. ita esse tamen sentio. *Salmas.*

1. *Cùm illum summum virum & Reip. necessarium asserit.*] Elogium hoc planè magnificum; & quod melius imperatori alicui conveniat, quàm privato duci, licet fortissimo. Sic Lampridio dicitur Alexander Severus, *juvenis optimus & Reip. necessarius.* Casaub.

2. *Et apud ipsum Marcum Antoninum prævalidum.*] *Et apud ipsum Marcum, prævalidum*, P. & v. ed. & sane ita sæpe ab authoribus nominatur, non adjecto Antonini cognomine, Græci etiam non aliter quam Μάρκον nuncupant. *Salmasius.*

3. *Periisse fatali sorte.*] Ἀπολέειν ἐς τὸ χρεών. Latini veteres, *fato concedere, fato fungi, naturæ concedere.* Casaub.

4. *Ex familia Cassiorum qui in curia in Julium conspiraverunt.*] Palatinus: *Hic ergo Cassius ex familia ut diximus Cassiorum qui in C. Julium conspiraverunt.* facile est enim videre male feriatos homines ex illa nota, *in C.* feciſſe, *in curia.* Salmas.

5. *Cassiorum qui in Curia in Julium conspiraverunt.*] Palatinus stat à vulgatis, *Cassiorum qui in Cajum Julium conspiraverant.* Grut.

6. *Qui in Curia in Julium conspiraverunt.*] Expressa est membranarum scriptura: alii, *qui in Cajum Julium conspiraverant.* Casaub.

7. *Dicebatque nihil esse gravius nomine imperii.*] Explevimus ex membranis mutilum ante & corruptum locum. *Idem.*

Dicebatque nihil esse gravius nomine imperii.] Perperam in principe editione: *dicebatque esse gravius imperii nomen.* Salmasius.

8. *Nihil esse gravius nomine imperii.*] Vox *nihil* non visitur etiam in Palatin. habet is tamen, *nomine*, non *nomen*, quod restat in vulgatis. *Grut.*

9. *Sed per patrem virum sanctum & gravem.*] Patrem Avidium Severum intelligit, quem de patre avum fecerant optimi correctores. Heliodorum tamen Cassii patrem Dio nominat, & Syrum natione fuisse scribit. diversos igitur secutus est authores Volcatius: nisi dicamus Avidium Severum Heliodorum fuisse dictum, quod non nimis à vera ratione longe fuerit. solemne enim Græcis unico tantum nomine appellare de quibus scribunt. ut Herodes Græcis tantum dicitur, qui erat Tit. Claudius Atticus Herodes. *Salmas.*

10. *Affectationem tyrannidis latuisse.*] Pal. *affectionem*, & v. ed. sic infra paulo post, *misera conditio imperatorum quibus de affecta tyrannide nisi occisis credi non potest. affecta* pro *affectata.* ut *affectio.* pro *affectatio.* vide quæ superius in Hadriano

rannidis latuisse,[1] habitum tamen semper à ducibus suspectum. [2] Vero autem illum parasse insidias, ipsius Veri epistola indicat quam inserui. Ex epistola Veri: *Avidius Cassius avidus est imperii, quantum & mihi videtur, & jam inde sub avo meo patre tuo innotuit, quem velim observari jubeas. Omnia ei nostra displicent,* [3] *opes non mediocres parat,* [4] *literas nostras videt.* [5] *Te*[6] *philosopham aniculam, me luxuriosum morionem vocat. Vide quid agendum sit: ego hominem non odi: sed vide ne tibi & liberis tuis*[7] *non bene consulat,* [8] *quum*[9] *tales inter præcinctos habeas,* [10] *quales milites libenter audiunt, libenter vident.*

2 Rescriptum Marci de Avidio Cassio: *Epistolam tuam legi,*[1] *soli-*

driano nobis sunt notata. sic *trahere* pro *tractare*, unde *rem trahere*, pro rem tractare, de re tractare. Justinus lib. XVI. *dum re in senatu tracta cum exitus non inveniretur.* Idem.

1. *Habitum tamen semper à ducibus suspectum.*] Lege absque præpositione: *habitum tamen semper ducibus suspectum.* Idem.

2. *Vero autem illum parasse insidias.*] Reg. *antè autem illum* quod possumus tueri. *antè*, id est, etiam prius quàm moreretur Verus: nam erupit Cassii conjuratio mortuo demum illo. hic autem tempus illud intelligitur, quo Syriam regebat Verus. *Casaub.*

3. *Opes non mediocres parat.*] Semper suspectæ regnantibus divitiæ. Unde Tigellinus insusurrat auribus Neronis: *Plautum magnis opibus, ne fingere quidem cupidinem otii, &c.* lib. XIV. Annal. cap. 57. ubi nos plura. *Grut.*

4. *Literas nostras videt.*] Philosophiam: cujus studium profitebatur Verus quo tempore se ad Marci mores agebat. *Casaub.*

5. *Te philosopham aniculam.*] Videtur scribendum, *te philosophum aniculam.* hoc est, quem vulgò homines pro philosopho habent. *Idem.*

Te Philosopham aniculam.] Φιλόσοφον γραιδάριον. nec mutandum *philosophum* in *philosophum.* magno enim contemptu ne philosophum quidem Marcum appellabat Cassius, sed philosopham aniculam. *Salmas.*

6. *Philosopham aniculam.*] Sic quoque Palat. & rectè. ut enim ei Verus videbatur morio luxuriosus, sic Marcus anicula Philosopha. ita contrario modo Caligulæ dicta avia sua Livia, *Ulyssea stolatus*, cap. 23. Suetonii. *Grut.*

7. *Non bene consulat.*] Regius *consulatur.* Casaub.

8. *Quum tales inter præcinctos habeas.*] *Cincti* & *præcincti* sunt & dicuntur milites. Petronius:

Qui pugnas & castra petit præcingitur auro.

propter pecuniam quam in zona gestabant milites. sic infra cinctos pro militibus posuit. *Salmas.*

9. *Tales inter præcinctos habeas.*] Milites aut cinguli honore præditos. cingulum, ζώνη & φάλειαν idem. *Casaub.*

10. *Quales milites libenter audiunt.*] Cupidos rerum novarum, à quibus ingentia sperant præmia. *Idem.*

Quales milites libenter audiunt.] Pal. *qualem milites*, & recte: de solo enim Cassio loquitur & intelligit. legendum igitur: *sed vide ne tibi & liberis tuis non bene consulat, quum talem inter præcinctos habeas, qualem milites libenter audiunt, libenter vident.* Vide, inquit, ne tibi non vortat bene, talem inter præcinctos habere qualis est Cassius, quem libenter vident & audiunt milites. *Salmas.*

1. *Solli-*

[1] *solicitam potius quàm imperatoriam*, [2] *& non nostri temporis.* [3] *Nam si ei divinitus debetur imperium, non poterimus interficere, etiamsi velimus.* [4] *Scis enim proavi tui dictum,* [5] *Successorem suum nullus occidit. sin minùs,* [6] *ipse sponte sine nostra crudelitate fatales Laqueos inciderit.* [7] *Adde quòd non possumus reum facere* [8] *quem nullus accusat, & (ut ipse dicis) milites amant. Deinde* [9] *in causis majestatis hæc natura est,* [10] *ut videantur vim pati etiam quibus proba-*

1. *Sollicitam potiùs quàm imperatoriam.*] Quasi virtus imperatoris præcipua sit τὸ ἄδεκτον, & fati sui fiducia quo animo qui sunt, ii suspicionibus non facilè commoventur. *Casaub.*

2. *Et non nostri temporis.*] Hoc vult: Sollicitum esse & meticulosum, non est imperatoris: certè meum non est, qui bonis artibus ad imperium accessi, & nullius facti mihi sum conscius, cur odio cujusquam sim dignus. *Idem.*

3. *Nam si ei divinitus debetur imperium, non poterimus interficere.*] Regius, *non poterimus resistere.* quod lenitati Marci est convenientius. *Idem.*

Nam si ei divinitus debetur imperium, non poterimus interficere.] Addit *etiam si velimus, non poterimus interficere.* & respondet epistolæ Veri qui cavendum Marco Cassium censebat, & eum ex medio tollendum, ut suspectum imperio: non eum posse interfici etiam si omnia fiant, cui divinitus debeatur imperium. *Salmasius.*

Nam si ei divinitus debetur imperium, non poterimus interficere.] Hocque est quod volebat Titus Imper. *Principatum fato dari.* quod examinat accuratius Plinius in Panegyrico suo, mox ab initio. *Grut.*

4. *Scis enim proavi tui dictum.*] Mos avum appellat. sic Verus imperator aliis nepos, aliis proncpos Hadriani dictus. *Casaub.*

5. *Successorem suum nemo occidit.*] Est in voce ὁμωνυμία. Successorem appellamus tam illum qui ex voluntate principis, aut legibus regni vel imperii destinatur successioni; quàm eum qui fatali lege ad successionem, sive debitam sive indebitam, est destinatus. ille potest occidi; hic non potest: semper enim quicquid humanæ mentes moliantur, *Fata viam invenient.* Idem.

Successorem suum nullus occidit.] Usurpatum & Senecæ adversus Neronem, ut patet ex Dionis Cassii fragmentis apud Xiphilinum. *Grut.*

6. *Ipse sponte sine nostra crudelitate fatales laqueos inciderit.*] Haud aliter Cajus Memmius apud Sall. Jugurth. cap. 31. *Nihil vi, nihil seditione opus est: necesse est suamet ipsi more præcipites eant.* Idem.

7. *Adde quòd non possumus reum facere quem nullus accusat.*] Nisi adsit accusator, institui judicium non potest. Itaque ævi principes cùm aliquem imperio suspectum vellent tollere, acculatorem submittebant: quod etsi iniquum est, speciem tamen, saltem inanem, justitiæ habet. *Casaub.*

8. *Quem & nullus accusat.*] Palatinus inserviit particulam &, quæ non frustranea est. prudenter enim innuit, non facile, non honestè, non turò, recipiendum inter reos eum, cui nullus adest accusator, & superest tamen favor militum. *Grut.*

9. *In causis majestatis hæc natura est.*] Sic omnes libri: pro, *causis majestatis hæc natura inest.* vel, *causarum majestatis.* Casaub.

10. *Ut videantur vim pati etiam quibus probatur.*] ὡς δοκεῖν ἀδικεῖσθαι καὶ τὰς σαφῶς ἐλαφρύνας. nihil video cur non Latina hæc sit oratio. Ut sæpe in libris juris actor causam suam judici probare vel approbare dicitur, cùm illi rationibus suis facit satis: sic reo sua

probatur. Scis enim ipse quid avus tuus Adrianus dixerit, Misera conditio imperatorum, [1] *quibus de affectata tyrannide nisi occisis non potest credi. Ejus autem exemplum ponere* [2] *quàm Domitiani* [3] *qui hoc primus dixisse fertur, malui.* [4] *Tyrannorum enim etiam bona dicta non habent tantum autoritatis quantum debent. Sibi ergo habeat suos mores, maximè quum bonus dux sit & severus, & fortis & Reip. necessarius.* [5] *Nam quod dicis, liberis meis cavendum esse morte illius, planè liberi mei pereant si magis amari merebitur Avidius quàm illi,* [6] *& si Reipub. expediet Cassium vivere*
3 *quàm liberos Marci.* Hæc de Cassio Verus, hæc Marcus. Sed nos hominis naturam & mores breviter explicabimus. Neque enim plura de his sciri possunt quorum vitam illustrare nullus [7] audet eorum causa à quibus oppressi fuerunt. [8] Addemus autem quemadmodum ad imperium venerit, & quem-

accusatio probatur, quando ille certis argumentis convictus tenetur. *Idem.*

Ut videantur vim pati etiam quibus probatur.] Sic uterque Palatinus; nisi quod excerpta adscriptum haberent manu recentissima, *etiam ab his quibus probatur.* sensus verborum est, perire tamquam innocentes quos perculit lex majestatis. rationem reddidit Livia Augusti apud Dionem libro LV. Οὐδεὶς γὰρ ῥᾳδίως πιστεύει ὅτι τις ἐν τῇ ἐξουσίᾳ ᾗ σὺ δυνάμει ποιοῦσιν ὢν ὑπὸ ἰδιώτου τινὸς ἀσθενοῦς ἐπιβουλεύεσθαι δύναιτο: *Haud enim facilè creditur, eum qui in tanta potentia ac licentia vivit, ab inermi homine privatoque insidiis peti posse.* Lipsius verba textus hujus emendanda putabat Epistolâ XVIII. Centuriæ Miscellæ; legebatque, *etiam quibus parabatur*, vel, *& à quibus.* Grut.

1. *Quibus de affectata tyrannide.*] Palat. *de affectâ tyrannide.* vide quæ supra nobis notantur. *Salmas.*

2. *Quàm Domitiani.*] Suetonius capite XI.

3. *Qui hoc primus dixisse fertur, malui.*] Dictio, *malui*, non est in Palatino; ponitur quidem inter lineas, sed ita, ut dicat scriba, subintelligendam. *Grut.*

4. *Tyrannorum etiam bona dicta non habent tantum auctoritatis quantum.*] Verum est Græcorum dictum,

οὐχ ὁ λόγῳ ἐστὶν ὁ πείθων, ἀλλ' ὁ τρόπῳ. *Casaub.*

5. *Nam quod dicis, liberis meis cavendum esse morte illius.*] Hoc nusquam dixit Verus expressè in ea certè quæ præcedit epistola: significavit tamen non obscurè, cùm imminens periculum ob oculos poneret. *Idem.*

6. *Et si reip. expediet Cassium vivere quam liberos Marci.*] V. ed. *expedit.* Græca autem figura, cui deest, *magis*, pro *si reip. magis expedit Cassium vivere quam Marci liberos.* cujus loquutionis exempla passim obvia. *Salmasius.*

7. *Et eorum causa à quibus oppressi fuerint.*] Dele *&* ac scribe *fuerunt.* Casaubonus.

Et eorum causa, &c.] Dele particulam *&*. Salmas.

8. *Addemus autem quemadmodum ad imperium venerit, &c.*] Tria se pollicetur dicturum: quomodo ad imperium venerit, quomodo fuerit occisus, & ubi victus. Lege omnia quæ deinceps sequuntur: miraberis scriptoris hujus supinitatem: vel fatum & cladem mecum

& quemadmodum sit occisus & ubi victus. Proposui enim Diocletiane Auguste, omnes qui imperatorum nomen [2] sive justè sive injustè habuerunt, in literas mittere, [3] ut omnes purpuratos Augustos cognosceres. Fuit his moribus ut nonnunquam trux & asper videretur, aliquando mitis & lenis, sæpe religiosus, aliàs contemptor sacrorum, [3] avidus vini, [4] interim abstinens, cibi appetens, & inediæ patiens, veneris cupidus & castitatis amator. [5] Nec defuere qui illum Catilinam vocarent: quum & ipse se ita gauderet appellari, [6] addens futurum se Sergium, si dialogistam occidisset, [7] Antoninum hoc nomine significans: qui tan-

cùm miseraberis. nam eorum quæ hic proponuntur, quæque necessario erant dicenda, alterum caput ita negligenter attingitur, ut penè prætermissum jure videatur; tertium penitus omittitur. *Casaub.*

1. *Sive justè sive injustè.*] Pal. non agnoscit illud *sive justè*. Grut.

2. *Ut omnes purpuratos Augustos.*] Nec Augustos tantum, sed etiam Cæsares & qui quoquomodo περιπεφυκότας τῇ ἀρχῇ. *Salmas.*

3. *Avidus vini, interim abstinens, cibi appetens, inediæ patiens.*] Brevius in excerptis, sed alia mente: *avidus vini, abstinens cibi, veneris cupidus. nec defuere qui illum Catilinam vocarent.* præfero tamen vulgatam, quam præfert etiam optimus Pal. quæ magis quadrat in varietatem morum Cassii: qua quidem natura pro temporibus & locis mores suos variandi, Catilinam illum optime referebat: unde & Catilina etiam dictus Cassius. *Idem.*

4. *Interim abstinens.*] *Interim* pro *interdum*, ut sæpe, Palatinus tamen heic legit: *item abstinens.* forte, *idem avidus vini, idem abstinens.* nec negem tamen *item* heic legi posse. *Idem.*

5. *Nec defuere qui illum Catilinam vocarent.*] Non solùm propter similem conjurationem; sed magis propter morum similitudinem. *Casaub.*

6. *Addens futurum se Sergium si dialogistam occidisset.*] Ea vaecordia fuit Cassius, ut non solùm Catilina audiret lubens; sed ultro etiam diceret, se vel Sergium dici velle, si modò Marcum occidisset. Quis autem hic Sergius? Aio illum ipsum esse Catilinæ libertum, vel cognatum, & in conjuratione socium, quem lacerat ac proscindit meritò divina illa M. Tullii δεινότης. ejus verba sunt in ea Pro domo sua ad pontifices. *Idem.*

Addens futurum se Sergium si dialogistam occidisset.] Pugnat heic cum Dione Volcatius sive Spartianus; qui disertim scribit Cassium ne levissima quidem unquam contumelia aut minimo maledicto Marcum perstrinxisse, ut nec ipsum Cassium à Marco convitiis ullo modo lacessitum, nisi quod ingratum eum sæpius compellaverit. at heic *dialogistam* vocat Marcum, & supra in litteris Veri, *philosopham aniculam* appellabat: quod longe abest ab illa moderatione modestiaque quam in illo prædicat Dio, qui tradit nec maledicum quidquam aut contumeliosum in Marcum ab illo unquam dictum scriptumve. *Salmasius.*

7. *Antoninum hoc nomine significans.*] Nihil admodum erat opus, ut hanc interpretationem Capitolinus adjiceret: est enim manifestissimum Marcum intelligi à Cassio: qui in epistola ad generum, *Marcus Antoninus*, ait, *philoso-*

tantùm enituit in philosophia, ut iturus ad bellum Marcomannicum, [1] timentibus cunctis [2] nequid fatale proveniret, rogatus sit non adulatione sed seriò, ut præcepta philosophiæ ederet: [3] nec ille timuit, sed [4] per ordinem paræneseon, [5] hoc est præceptionum, per triduum disputavit. Fuit præterea disciplinæ militaris Avidius Cassius tenax,
4 [6] & qui se Marium dici vellet. Quoniam de severitate illius dicere cœpimus, multa extant crudelitatis potiùs quàm severitatis ejus indicia. Nam primùm milites qui provinciali-

libus

phatur, & quærit de clementia, & de animis, & de honesto & de justo. his verbis exponitur vox *dialogista*. Casaub.

1. *Timentibus cunctis ne quid fatale proveniret, rogatus sit non.*] Melius in regio, *eveniret*. C. Plinius epistolarum libro primo, de Tito Aristone ægrotante: *nihil est illo gravius, sanctius, doctius: ut mihi non unus homo, sed literæ ipsæ, omnesque bonæ artes in uno homine summum periculum adire videantur.* Idem.

Timentibus cunctis ne quid fatale proveniret.] *Provenire* pro *evenire*. nam *provenire alicui* pulcre dicitur & procedere: rem ipsam sic narrat Aurelius Victor, *tantumque Marco sapientiæ, lenitudinis, innocentiæ ac litterarum fuisse ut is Marcomannos cum filio Commodo petiturus philosophorum obtestantium circumfunderetur; ne se expeditioni aut pugnæ prius committeret, quam sectarum ardua & occulta explanâsset ita incerta belli, ejus salute, doctrinæ studiis metuebantur. ita metuebantur incerta belli doctrinæ studiis, ejus salute*, id est per ejus salutem, cujus salus, doctrinæ studiorum salus esse existimabatur ab omnibus. posset etiam scribi: *ejus saluti & doctrinarum studiis metuebantur*. ita ut in eodem periculo versari viderentur unius Marci salus & doctrinarum studia. in superioribus autem rectissime vir præstantissimus emendavit: *philosophorum obtestantium vi circumfunderetur*. Salmas.

2. *Ne quid fatale proveniret.*] Ita Palatinus. neque temere mutaverim; cum non sit auctor iste ex eis qui nobis præscribere debeat proprietatem linguæ Latinæ. *Grut.*

3. *Nec ille timuit.*] Quid autem poterat timere? an sermunculos malevolorum qui studia sapientiæ vitio illi verterent. *Casaub.*

Neque ille timuit.] De fatali necessitate quam non timuit Marcus cum ad illud bellum Marcomannicum proficisceretur, cum enim cuncti timerent pro Marco ne quid illi fatale proveniret, eoque peterent amici ut philosophiæ præcepta vellet edere; ipse non timuit, sed libenter amicorum voluntati obsequutus est. *Salmas.*

Nec ille timuit.] Sic quoque Palatinus. quod si retinemus; indicat, non refugisse eam differendi provinciam Marcum, tamquam qui eidem sufficeret. *Grut.*

4. *Per ordinem paræneseon.*] Vel *paræneseon*, ut suadet sequens interpretatio. *Casaub.*

Per ordinem paræneseon.] Probo, *paræneseon*, quod vir doctissimus reponendum censuit. *Salmas.*

5. *Hoc est præceptionum.*] Censeo inducenda: nondum enim ætate Capitolini ita exaruerat Græcarum literarum studium, sine quibus nulla potest esse eruditio solida, ut voculæ præcedenti adjicienda esset interpretatio. *Casaub.*

6. *Et qui se Marium dici vellet.*] Regius, *Malium Marcum*. Idem.

Et qui se Marium dici vellet.] Ita omnes libri. *Salmas.*

1. *Pri-*

libus aliquid tuliſſent per vim, in illis ipſis locis in quibus peccaverant, in crucem ſuſtulit. [1] Primus etiam in ſupplicii genus invenit [2] ut ſtipitem grandem poneret [3] pedum octoginta & centum, [4] id eſt materiam, & à ſummo uſque ad imum damnatos ligaret: & ab imo focum apponeret, [5] incenſiſque aliis, [6] alios fumi cruciatu, timore etiam alios necaret. Idem denos catenatos in profluentem mergi jubebat, vel in mare. Idem multis deſertoribus manus excidit, aliis crura incidit ac poplites, dicens [7] majus exemplum eſſe viventis miſerabiliter criminoſi quàm occiſi. Quum exercitum duceret, & inſcio ipſo manus auxiliaria centu-

1. *Primus etiam.*] Regius, *Primitus etiam.* Caſaub.

2. *Ut ſtipitem grandem poneret pedum octoginta & centum, id eſt materiam.*] *Materiam* pro gloſſamento volunt irrepſiſſe: ego contra cenſeo, non de nihilo additum. nam ſtipites grandes ad eum modum ut octoginta vel centum pedes alti, *materiæ* proprie dicebantur, ut materiæ quinquagenariæ quæ pedum eſſent quinquaginta: ſic centenariæ quæ centum pedes haberent. *Salmaſ.*

3. *Pedum octoginta & centum.*] Hoc eſt, aut octoginta, aut centum. *Caſaub.*

6. *Id eſt materiam.*] Reg. *idem materiam.* ego hæc cenſeo gloſſema eſſe vocis *ſtipitem.* Idem.

Id eſt materiam.] Nimis reſipit gloſſam; & is à quo nata eſt, retulit fortè magis ad *focum* infra, quàm ad *ſtipitem.* Grut.

5. *Incenſiſque aliis alios fumi cruciatu, timore etiam alios necaret.*] Tria hoc mortis genera indicantur, cum alii igne, fumo alii, etiam quidam timore tantum necarentur. Palatinus liber habet: *incenſiſque aliis, alios fumo cruciato, timore etiam necaret.* ne dubita ſcribere: *incenſiſque aliis, alios fumo cruciatos, etiam timore, necaret.* hoc verum eſt, cum alios incendiſſet, alios fumo cruciatos, etiam timore, ignis ſcilicet, necabat. Fuit autem & hoc ſupplicii genus quo ſolo fumo rei punirebantur, iſque plurimum fumus ex lignis humidis & viridibus fiebat, & ex earum maxime arborum genere, quarum καπνὸς δριμύς, ut eſt ficus & ſimiles. *Ὑδροφόροι* & *ἐμφυλοι* igne comburebantur, non fumo: & vult illo genere cruciatam vitam emittere Cynicos Lucianus, ut qui viverent non aliorum hominum more, perirent & non ſolita cæteris hominibus etiam nocentiſſimis & perditiſſimis morte. ὥστε ἄμεινον, inquit, τὸ ἀπὸ δι' καπνοῦ. ἴδιον γὰρ ὑμῶν μόνων ἂν ἦν τοῦτο. quibus oſtendit gloriæ & fumorum venditores Cynicos non alia convenientiore morte finire vitam poſſe quam ἀπὸ καπνοῦ, ut fumo ſcilicet perirent, qui fumum per totam vitam vendiderant. quod fecit etiam Alexander in fumi venditore, quem ſub hoc elogio puniri juſſit, *Fumo punitur qui vendidit fumum.* Salmaſ.

6. *Alios fumi cruciatu.*] Et fumus pro inſtrumento ſævitiæ crudelibus tyrannis uſurpatus. Ne Alexandrum quidem Severum laudo, optimum alioquin principem, qui fumo ex ſtipulis & humidis lignis facto, cum puniit, qui vendiderat fumum. *Caſaub.*

7. *Majus exemplum eſſe viventis miſerabiliter criminoſi quàm occiſi.*] Hinc argumentum Senecæ lib. 1. de Clementiâ cap. 21. *Perdidit vitam qui debet, &c.* Grut.

centurionibus ſuis autoribus, tria millia Sarmatarum negligentius agentium in Danubii ripis occidiſſent, & cum præda ingenti ad eum rediſſent, ſperantibus centurionibus præmium, quòd perparva manu tantum hoſtium, ſegniùs agentibus tribunis & ignorantibus, occidiſſent, rapi eos [1] juſſit & in crucem tolli, ſervilique ſupplicio affici, quod exemplum non extabat: dicens evenire potuiſſe ut eſſent inſidiæ, [2] ac periret Romani imperii reverentia. Et quum ingens [3] ſeditio in exercitu exorta eſſet, proceſſit [4] nudus [5] campeſtri ſolo tectus, & ait, *Percutite* (inquit) *me ſi audetis, & corruptæ diſciplinæ facinus addite.* Tunc conquieſcentibus cunctis [6] meruit timeri, quia non timuit. Quæ res tantum diſciplinæ Romanis addidit, [7] tantum terroris barbaris injecit, ut pacem annorum centum ab Antonino abſente peterent: ſiquidem viderant damnatos Romani ducis judicio etiam eos qui contra fas vicerant. [8] De hoc multa gravia contra militum licentiam facta inveniuntur apud Æmilium Parthenianum, [9] qui affectatores tyrannidis jam inde à veteribus hiſtoriæ tradidit. [10] Nam & virgis cæſos in foro

1. *Juſſit in crucem tolli, ſervilique ſupplicio affici, quod exemplum non extabat.*] Supplicium enim militare non fuit, crux: ſed ſecuris, vel etiam gladius: inter quæ ſuppliciorum genera plurimum intererat. Sed & in crucem acti milites interdum, transfugæ præſertim. *Caſaub.*

2. *Ac periret Romani imperii reverentia.*] Quæ ad hujus loci explicationem faciunt, petenda ex oratione Papyrii contra Fabium, Livii lib. VIII. cap. 34. *Grut.*

3. *Seditio in exercitu exorta eſſet.*] *In exercitum exorta eſſet*, vetus lectio. *in exercitum* pro in exercitu, ut Ciceroni, *vincipitatem* pro in civitate *Salmaſ.*

4. *Campeſtri ſolo tectus.*] Haud aliter Pal. neque aliter ſcribi debet. *Grut.*

5. *Nudus, campeſtri ſolo tectus.*] Regius, *ſagulo.* Campeſtre ſagulum legi alibi nuſquam: campeſtre ἀσύλλητος quid ſit, ſcimus. quare nihil mutamus. Ac videtur Caſſius è campo ubi ſe exercebat rectà ad milites profectus. *Caſaub.*

6. *Meruit timeri, quia non timuit.*] Lucanus in ſimili narratione de Cæſare qui cæſpititium tribunal aſcenderat, integram legionem exauctoraturus:

—— *meruitque timeri*
Non metuens. —— Idem.

7. *Tantum terroris barbaris injecit.*] Idem effectus diſciplinæ memoratus Tacito, ſub Domitii Corbulonis ducatu: *Ceterum in terrore milites hoſtesque in diverſum afficit. nos virtutem auximus; Barbari ferociam infregerunt.* lib. XI. Annal. cap. 19. *Grut.*

8. *De hoc multa gravia.*] *De hoc* pro *hujus.* ut ſupra, *municipium ex Spania* pro municipium Spaniæ. ſic miles de ſtipendiis quattuor, pro *ſtipendiorum* in veteri lapide. *Salmaſ.*

9. *Qui affectatores tyrannidis.*] V. ed. *afflictores.* Idem.

10. *Nam & virgis cæſos in foro.*] Eadem

foro & in mediis castris securi percussit, qui ita meruerunt: & manus multis amputavit. [1] Et [2] præter lardum ac buccellatum atque acetum, militem in expeditione [3] portare prohibuit: & si aliud quippiam reperit, luxuriem non levi supplicio affecit. Extat de hoc epistola divi Marci ad præfectum suum talis: *Avidio Cassio legiones Syriacas dedi, diffluentes luxuria, [4] & Daphnicis moribus agentes, [5] quas totas excaldantes se reperisse Casonius Vectilianus scripsit. & puto me non erraſſe, siquidem & tu notum habeas Cassium, hominem Cassianæ severitatis & disciplinæ. [6] neque enim milites regi possunt nisi vetere disciplina. [7] Scis enim versum [8] à bono poëta dictum & omnibus frequentatum,* Moribus antiquis res stat Romana virisque. *Tu tantùm fac adsint legionibus abundè commeatus. quos (si bene Avidium novi) scio non perituros.* Responsio præfecti ad Marcum, *Rectè consuluisti, mi domine, quòd Cassium præfeciſti Syriacis legionibus. Nihil enim tam expedit quàm homo severior [9] Græcanicis mili-*

dem v. ed. *Nam & virgis cæsit in foro & in mediis castris securi percussit.* quod fere probem. *cæsit* autem pro cecidit, ut *occisit*, pro *occidit*. melius tamen legatur, *occidit*. Idem.

1. *Et præter lardum & buccellatum atque acetum.*] *Lardum* veteres scribunt, non *laridum*. buccellatum sciunt jam omnes esse ξηρὸν ἄρτον, quo plurimùm alebantur milites. etiam illud omnibus notum, ordinarium potum Rom. militum, acetum fuisse. *Casaub.*

2. *Præter laridum.*] Sic etiam Palat. neque vox ea necessariò diminuenda vocalizertiâ. *Grut.*

3. *Portare prohibuit.*] Erat usitatius, portare quicquam prohibuit. *Casaub.*

4. *Et Daphnicis moribus agentes.*] Pal. & v. ed. *Daphnidis moribus agentes.* forte, *Daphnitis moribus.* & *Daphnitæ mores*, pro Daphnitici. nam Δαφνίτης ἦθος est ab illa Daphne quæ heic intelligitur, & κατὰ τὸν Δαφνίτην. at Δαφνικὸς nullo modo dicitur. *Salmasius.*

5. *Quas totas excaldantes se, &c.*] Lampridius in Alexandro: *cùm Antiochiam venisset, ac milites lavacris muliebribus ac deliciis vacarent.* lavacra muliebria appellat, quas Capitolinus *excaldationes*. Catinus apud Vopiscum *æquam mulierem.* tarò his viri utebantur à luxuria alieni. interdum tamen. in piscinis lavationes & ψυχρολουσίας omnes, etiam ad firmandum corpus valent: cùm θερμολουσίας, ut sæpe reperit Galenus, corpora reddant ἀσθενῆ καὶ μαλακά. *Casaub.*

6. *Neque enim milites regi possunt nisi in vetere disciplina.*] Scribe authoribus libris: *nisi vetere disciplina.* Salmas.

7. *Scis enim versum à bono poëta dictum.*] Regius *ab uno poëta dictum.* fortasse *ab Ennio poëta*: nam versum esse Ennii, certum ex Augustini De civitate Dei, libro secundo, capite XXI. *Casaub.*

8. *A bono poëta.*] Ita quoque Palat. non *ab uno.* maluissem ego, *à veteri poëta*, vel tale quid. *Grut.*

9. *Græcanicis militibus.*] Romani munditiem & delicias Græcis ferebant acceptas. *Casaub.*

militibus. Ille sanè [1] *omnes excaldationes,* [2] *omnes flores de capite, collo & sinu militi excutiet. Annona militaris omnis parata est, neque quicquam deest sub bono duce: non enim multum aut quæri-*
6 *tur aut impenditur.* Nec fefellit de se judicium habitum. Nam statim ad signa edici jussit, & [3] programma in parietibus fixit, ut siquis cinctus inveniretur apud Daphnen, discinctus rediret. [4] Arma militum septima die semper respexit, vestimenta etiam & calciamenta & ocreas: delicias omnes de castris submovit, jussitque eos hyemem sub pellibus agere, nisi corrigerent suos mores: & egissent, nisi honestiùs vixissent. [5] Exercitium septimi diei fuit omnium militum, [6] ita ut & sagittas mitterent [7] & armis luderent. Dicebat enim, miserum esse, quum exercerentur athletæ, venatores [8] & gladiatores, non exerceri milites, quibus minor esset futurus labor si consuetus esset. Ergo correctâ disciplina, & in Armenia & in Arabia & in Ægypto res optimè gessit: amatusque est ab omnibus orientalibus, & speciatim ab Antiochensibus: qui etiam imperio ejus consenserunt, ut docet Marius Maximus in vita divi Marci. [9] Nam quum Bucolici milites per Ægyptum gravia multa face-

1. *Omnes excaldationes.*] Excaldationes, θερμολουσίας. & *excaldare se*, est θερμολουτῖν, unde & *caldaria*, ἐμβαπτις θερμολουτρίων, & θερμοφόρων. *Salmas.*

2. *Omnes flores de capite, collo, sinu, militi excutiet.*] Haud aliter Pal. *Gruterus.*

3. *Programma.*] Pro edicto & imperatores usurpant in Codice, & Cassiodorus in Formulis. *Casaub.*

4. *Arma militum septima die semper respexit, vestimenta etiam, & calciamenta & ocreas.*] Inter præcipuas prudentis ducis curas, erat armorum & vestium militarium frequens inspectio. Capitolinus de Gordiano: *cum esset præfectus, arma militum semper inspexit.* Idem. 5. *Exercitium septimi diei fuit.*] De observatione septimi diei aliquid notabamus ad Suetonium libro tertio, capite XXXII. sed in exercendo milite non eandem omnes rationem tenuerunt. *Idem.*

6. *Ita ut sagittas mitterent & armis luderent.*] *Ita ut & sagittas mitterent & armis luderent.* distinguit autem hoc loco exercitium sagittas mittendi & armis ludendi, ut & Spartianus in Hadriano pili & armorum: *armisque & pilo se semper exercuit.* ad quem locum legenda sunt quæ notavimus. *Salmas.*

7. *Et armis luderent.*] *Ludere armis* dicebantur qui se armis exercerent: & dies ille armiludium, ut armilustrium quo arma lustrabant. *Casaub.*

8. *Et gladiatores.*] Ab his sumsere Romani ὁπλων μιλιτίαν. Valerius Maximus, libro secundo, capite tertio. *Idem.*

9. *Nam quum Bucolici milites.*] *Nam quum & Bucolici milites.* Salmas.

1. *Ab*

facerent, [2] ab hoc retusi sunt, ut idem Marius Maximus refert in eo libro quem secundum de vita Marci Antonini edidit. Hic imperatorem se in oriente appellavit, [3] ut quidam dicunt, Faustina volente, quæ valetudini Marci jam diffidebat, & timebat ne infantes filios tueri sola non posset, atque aliquis existeret qui capta statione regia infantes de medio tolleret. Alii autem dicunt hanc artem adhibuisse militibus & provincialibus Cassium contra Marci amorem, ut sibi posset consentiri, [3] quò diceret Marcum diem suum obiisse. [4] Nam & divum eum appellasse dicitur, ut desiderium illius leniret. [5] Imperatorio nomine quum processisset, eum qui sibi aptaverat ornamenta regia, statim [6] præfectum prætorii fecit, qui & ipse occisus est, Antonino invito, ab exercitu: qui [7] & Metianum cui erat commissa Alexandria, quique consenserat spe participatus Cassio, invito, atque ignorante Antonino, interemit. Nec tamen Antoninus graviter est iratus, rebellione cognita, nec in [8] ejus liberos aut affectus sæviit. Senatus illum hostem appellavit, [9] bonaque ejus proscripsit, quæ Antoninus in privatum ærarium congeri noluit. quare senatu præcipiente in ærarium publicum sunt relata. Nec Romæ terror defuit, quum quidam Avidium Cassium dicerent, absente 7

1. *Ab hoc retusi sunt.*] Pal. iterum, *retunsi sunt.* Grut.

2. *Ut quidam dicunt, Faustina volente.*] Eadem verba in Marco. sed hoc paullò pòst multis confutatur. Dio habet pro vera historia & caussam eandem ferè affert. *Casaub.*

3. *Quo diceret.*] Scrib. *quòd dic.* Idem.

4. *Nam & divum eum appellasse dicitur.*] Similiter Philippus cùm Gordianum occidisset, divum vocabat, peregrina calliditate, inquit Capitolinus. *Idem.*

5. *Imperatorio nomine cum processisset.*] Pal. *imperatorio animo* legit, ut & vetus editio Mediolanensis, & erit hic sensus: cum primum cepit procedere Cassius Imperatorio animo, id est, animum sese pro imperatore gerendi habens & imperium arripiendi, eum qui sibi ornamenta imperatoria aptavit præfectum prætorii fecit. *Salmas.*

6. *Præfectum prætorii fecit.*] Vide librum superiorem: ibi & de Metiano, & multis aliis, quæ verbis ferme iisdem mox repetuntur. *Casaub.*

7. *Et Metianum.*] Ita rursum heic quoque Pal. ut & in vitâ Marci, non *Metianum.* Grut.

8. *Ejus liberos & affectus.*] Satis erat dicere, ejus affectus. nam *affectus* etiam pro liberis, *caritates* Ammiano Marcellino. *Salmas.*

9. *Bonaque ejus proscripsit, quæ, &c.*] *Bona ejus proscripta per ararium publicum* in vita Marci. *Idem.*

1. *Qui*

sente Antonino, [1] qui nisi à voluptariis unicè amabatur, Romam esse venturum, atque urbem tyrannicè direpturum, maximè senatorum causa qui eum hostem judicaverant bonis proscriptis. Et amor Antonini hoc maximè enituit, quòd consensu omnium, præter Antiochenses, Avidius interemptus est: quem quidem occidi non jussit, sed passus est, quum apud cunctos clarum esset, si potestatis
8 suæ fuisset, parsurum illi fuisse. Caput ejus ad Antoninum quum delatum esset, ille non exultavit, non elatus est: sed etiam doluit ereptam sibi esse occasionem misericordiæ, quum diceret se vivum illum voluisse capere [2] ut illi exprobraret beneficia sua, eumque servaret. Denique quum quidam diceret, reprehendendum Antoninum quòd tam mitis esset in hostem suum, ejusque liberos & affectus, atque omnes quos conscios tyrannidis reperisset, addente *illo* qui reprehendebat, *Quid si ille vicisset?* dixisse dicitur, [3] *Non sic deos coluimus, nec sic vivimus ut ille nos vinceret.* Enumeravit deinde, omnes principes qui occisi essent, habuisse *causas* quibus mererentur occidi, nec quenquam facilè bonum vel victum à tyranno vel occisum, dicens, meruisse Neronem, debuisse Caligulam, [4] Othonem & Vitellium, [5] nec impe-

1. *Qui nisi à voluptariis unicè amabatur.*] Id est, qui ab omnibus præterquam à voluptariis unicè amabatur. *Idem.*

2. *Ut illi exprobraret beneficia sua, eumque servaret.*] Etiam Dio auctor est, nihil gravius in Cassium dixisse Marcum, nisi quòd beneficia sua illi exprobratit, ingratum frequenter appellans. de Marci voluntate Cassium servandi multa idem Dio. *Casaub.*

3. *Non sic deos coluimus, nec sic vivimus, ut ille nos vinceret.*] O virum! quid hic faceret si verum Deum nosset? *Idem.*

4. *Othonem & Vitellium nec imperare voluisse.*] Rectè: ea enim fuêre principatus eorum primordia, contra morem opinionemque hominum; ac si non tam imperare vellent, quàm seipsos ire perditum. Vere enim Sallustius Catilin. cap. 2. *Imperium facilè his artibus retinetur quibus initio partum est, &c.* Verùm de ea re plura diximus ad Taciti illud XII. Annalium capite tricesimo: *Vangio ac Sido egregiâ erga nos fide, &c.* Interim hanc nostram interpretationem adserit ipsemet Vulcatius, dum subjicit: *nam de Pertinace & Galba paria sentiebat*; scilicet noluisse regnare; quandoquidem imperii sui initio, viam eam non calcarent, quam solent imperaturi. *Grut.*

5. *Nec imperare voluisse.*] Putem *noluisse*. nam Vitellium imperare noluisse falsissimum est: ne Otho quidem noluit: etsi ei spei paullò maturiùs renuntiavit. *Casaub.*

1. Nam

imperare voluisse. [1] Nam de Pertinace & Galba paria sentiebat, quum diceret, *In imperatore avaritiam esse acerbissimum malum.* Denique non Augustum, non Trajanum, non Adrianum, [2] non parentem suum Pium à rebellibus potuisse superari, quum & multi fuerint, & ipsis vel invitis vel insciis extincti. Ipse autem Antoninus à senatu petiit ne graviter in conscios defectionis animadverteretur, eo ipso tempore quo rogavit nequis senator temporibus suis capitali supplicio afficeretur: quod illi maximum amorem conciliavit. Denique pauciſſimis centurionibus punitis, deportatos revocari jussit. Antiochensibus qui Avidio 9
Cassio consenserant, [3] sed & aliis civitatibus quæ illum juverant, ignovit: quum primò Antiochensibus graviter iratus esset, hisque spectacula sustulisset & multa alia civitatis ornamenta, quæ postea reddidit. Filios verò Avidii Cassii, Antoninus Marcus parte media paterni patrimonii donavit, ita ut filias ejus auro, argento, [4] & gemmis honestaret. [5] Nam & Alexandriæ filiæ Cassii & genero Druentiano,

1. *Nam de Pertinace & Galba paria sentiebat.*] Ridiculum: de Pertinace Marcum. sed excusari potest, si accipias ut illud poetæ:

ἐπ' ἐλάτῃσι δίφρον τε καὶ ἵππους δάμνα χάλκεα.

& similia apud Græcos & Latinos multa: ubi τὸ κατὰς λαμβανόμενον, ἀλλοφόρως ποιεῖται. sic hoc loco, *sentiebat* de Galba, est ἔλεγεν, vel ἔλεγε: de Pertinace, ἔλεγεν ἄν. hoc ideo dicimus, quia omnes libri hanc scripturam retinent. *Idem.*

Nam de Pertinace & Galba paria sentiebat.] Μνημονικὸν ἀμάρτημα Volcatii. aut ille *de Pertinace* sunt delenda, aut erratum memoriæ, quod heic erravit author, fatendum. *Salmas.*

Nam de Pertinace & Galba, paria sentiebat.] Ridicula lectio, pronuntiare de Pertinace, illo qui nondum tempore notus erat, nedum Imperator. itaque adhæreo conjecturæ meæ; *nam de pertinacitate Galbæ paria sentiebat*; ut respexerit ad illud Taciti libro primo Historiar. capitis decimioctavi fine: *Constat potuisse conciliari animos quantulacumque parci senis liberalitate. mouit antiquus rigor, & nimia severitas; cui jam pares non sumus.* Grut.

2. *Non parentem suum Pium.*] *Non patrem suum Pium.* P. & v. ed. *Salmasius.*

3. *Sed & aliis civitatibus quæ illum juverant.*] *Sed & his & aliis civitatibus quæ illum juverant.* idem P. &. v. ed. *Idem.*

4. *Et gemmis honestaret.*] *Coheneſtaret.* Idem.

5. *Nam & Alexandriæ.*] Scribe cum regio, *Alexandræ.* Casaub.

Nam & Alexandriæ.] Ita Palatinus. vir doctissimus malit *Alexandriæ* sed supra diximus *Alexandriam* & *Alexandram* idem nomen esse, & utrumque dici. *Salmas.*

1. *Eva-*

tiano, liberam [1] evagandi ubi vellent potestatem dedit: vixeruntque non quasi tyranni pignora, sed quasi senatorii ordinis in summa securitate: quum illis etiam in lite objici fortunam propriæ vetuisset domus, [2] damnatis aliquibus injuriarum, quod in eos petulantes fuissent, quos quidem amitæ suæ marito commendavit. Siquis autem omnem hanc historiam scire desiderat, legat Marii Maximi secundum librum De vita Marci, in quo ille ea dicit [3] quæ solum Marcus mortuo jam Vero egit. Tunc enim Cassius rebellavit, ut probat epistola missa ad Faustinam, cujus hoc exemplum est: *Verus mihi de Avidio verum scripserat, quòd cuperet imperare.* [4] *Audisse enim te arbitror* [5] *quod aruscatores de eo nuntiarent.* [6] *Veni igitur in Albanum,* [7] *ut tractemus omnia diis volentibus, nihil timens.* [8] Hinc autem apparet, Faustinam ista nescisse, quum dicat Marius, infamari eam cupiens, quòd ea conscia Cassius imperium sumpsisset. [9] Nam & ipsius

1. *Evagandi ubi vellent.*] *Ubi* pro quò. sicut sæpe in Græcorum libris πῦ & ποῦ confunduntur. *Casaub.*

Evagandi ubi vellent.] *Ubi* pro quo. *Salmas.*

2. *Damnatis aliquibus injuriarum.*] Incepte alii lib. *ob injurias.* Casaub.

Damnatis aliquibus injuriarum.] Sic quoque Palat. noster. non, *ob injurias,* quod obtinet in vulgg. *Grut.*

3. *Quæ solum Marcus.*] Scribe *solus Marcus.* Casaub.

4. *Audisse enim te arbitror quod aruscatores de eo nuntiarent.*] Pal. habet *heri stratores.* ex qua eruimus, veram lectionem, quæ est, *Veri stratores.* Verus iste cujus stratores Marco nuntium attulerunt defectionis Cassianæ, non est imperator Verus & Marci collega, utpote qui jam decesserat: sed Verus Cappadociæ legatus, qui primus Marco misit nuntios de motu Cassii. Dio: ὁ γὰρ δὴ Μάρκος ὡς ἤδη ἤκουσε τὸν Βῆρον ὑπὸ Καππαδοκίας ἄρχοντα, τὸν πατέρα τοῦ αὐτοῦ κομόδου, τῶν μὲ στρατιωτῶν. quem Martium Verum vocat Capitolinus in vita Lucii Veri. Hic igitur Verus per stratores suos nuntiavit Marco defectum Cassii. & hoc erat munus stratorum qui magistratibus apparebant etiam stante rep. Cicero in epist. *litteras à te mihi stator tuus reddidit.* lib. x. *præsto mihi fuit stator ejus cum litteris, quibus me venirem demuntiabat.* unde *stratores altius cincti* Petronio. stratores in castris hoc muneris habebant, ut prætorii postici tuerentur. hinc *stratores Prætorii* dicuntur in veteribus inscriptionibus: L. MARIO. VERNO. STATORI. PR. id est, *stratorii prætorii. Salmas.*

5. *Quod aruscatores de eo nuntiarent.*] Pal. *quod heri stratores.* Grut.

6. *Veni igitur in Albanum.*] Vetus Augustorum secessus: de quo ad Suetonii Domitianum capite IV. nonnihil. *Casaub.*

7. *Ut tractemus omnia Diis volentibus, nihil timens.*] Scribendum *nihil timentes*, nisi forte fuit, *nihil timeas.* Grut.

8. *Hic autem apparet Faustinam.*] Scribe, *Hinc apparet.* Casaub.

9. *Nam & ipsius extat epistola ad Verum, qua.*] Epistola quam ait, ea ipse est, cujus exemplum subjicitur statim: illa

ipsius epistola extat ad Verum, qua urget Marcum ut in eum graviter vindicet. Exemplum epistolæ Faustinæ ad Marcum: [1] *Ipsa in Albanum cras, ut jubes, mox veniam: tamen jam hortor, ut si amas liberos tuos, istos rebelliones* [2] *acerrimè prosequaris. Malè enim assueverunt & duces & milites:* [3] *qui nisi opprimuntur, opprimunt.* Item alia epistola ejusdem Faustinæ ad Marcum: [4] *Mater mea Faustina* [5] *patrem tuum Pium ejusdem in defectione Celsi sic hortata est, ut pietatem primùm circa suos servaret, sic circa alienos.* [6] *Non enim pius est imperator qui non cogitat uxorem & filios. Commodus noster vides in qua ætate sit:* [7] *Pompeianus gener, & senior est* [8] *& peregrinus. Vide quid agas de Avidio Cassio & de ejus conscii. Noli parcere hominibus qui tibi non pepercerunt: & nec mihi nec filiis nostris parcerent, si vicissent. Ipsa iter tuum mox consequor: quia Fadilla nostra ægrotabat, in Formianum venire non potui. Sed* [9] *si te Formiis invenire non potero, assequar Capuam: quæ civitas & meam & filiorum nostrorum ægritudinem poterit adjuvare. Soteridam medicum in Formianum ut dimittas rogo: ego autem* [10] *Pisitheo nihil credo, qui*

illa verò non ad Verum missa est, sed ad Marcum. quare mirum est unde illæ voculæ *ad Verum* in hanc periodum irrepserint. Lego, *ergo ad virum.* hoc est, maritum suum. *Idem.*

1. *Ipsa in Albanum cras, ut jubes, mox veniam.*] Fortasse, *cras, ut jubes, aut mox veniam.* Idem.

2. *Acerrimè prosequaris.*] Scribe ex regio, *persequaris.* Idem.

Acerrimè persequaris.] Est à mss. aliorum, etiam Pal. nostro. antea editi *prosequaris.* Grut.

3. *Qui nisi opprimantur, opprimunt.*] Concinnius in Pal. *qui nisi opprimuntur, opprimunt.* atque ita edimus. *Salmas.*

4. *Mater mea Faustina patrem tuum Pium ejusdem.*] Scribo, *virum ejusdem:* necessaria emendatione: nisi malis τὸ *ejusdem* inducere: quod non probo: nam ratione non caret, quòd Faustina Pium matris virum potius quàm patrem suum hic nominat. *Casaub.*

5. *Patrem tuum Pium ejusdem in defectione Celsi.*] Nihil discrepat ab hac scriptura Palatinus. & tamen illud *Pium* corruptum sit oportet, vel *ejusdem.* Grut.

6. *Non enim pius est imperator qui non cogitat uxorem & suos.*] *Non cogitat, ὃς οὐ φροντεῖ, εἰ ἴδιον ἢ φροντεῖ, ἀπίστως χείρων. Casaub.*

7. *Pompeianus gener & senior est & peregrinus.*] In Marci vita, grandævus equitis Romani filius, genere Antiochensis, nec satis nobilis dicitur. neque aliud vox *peregrinus*, hoc loco significat, quàm generis obscuritatem. *Idem.*

8. *Et peregrinus.*] Hoc est, qui cùm sit procul à domo, & familia; nihil heic habet cognatorum, nihil clientium, quibus incontinenti juvemur rebus nostris dubiis. *Grut.*

9. *Si te Formiis invenire non potero.*] Non potuero. *Salmas.*

10. *Pisitheo nihil credo.*] Πεισθεῖν. *Idem.*

1. *Signa-*

do, qui puellæ virgini curationem neſcit adhibere. [1] *Signatas mihi literas Calphurnius dedit, ad quas reſcribam ſi tardavero, per Cæcilium ſenem ſpadonem, hominem (ut ſcis) fidelem: cui* [2] *verbo mandabo quid uxor Avidii Caſſii & filii & gener de te jactare dicantur.*

11 Ex his literis intelligitur Caſſio Fauſtinam conſciam non fuiſſe, quinetiam ſupplicium ejus graviter exegiſſe: ſiquidem Antoninum quieſcentem & clementiora cogitantem, ad vindictæ neceſſitatem impulit. Cui Antoninus quid reſcripſerit, ſubdita epiſtola perdocebit: *Tu quidem mea Fauſtina religiosè pro marito & pro noſtris liberis agis. Nam relegi epiſtolam tuam in Formiano, qua me hortaris ut in Avidii conſcios vindicem. Ego verò & ejus liberis parcam, & genero & uxori, & ad ſenatum ſcribam ne aut proſcriptio gravior ſit, aut pœna crudelior. Non enim quicquam eſt quod imperatorem Romanum melius commendet gentibus quàm clementia. Hæc Cæſarem deum fecit, hæc Auguſtum conſecravit,* [3] *hæc patrem tuum in primis Pii nomine ornavit. Denique ſi ex mea ſententia de bello judicatum eſſet, nec Avidius eſſet occiſus. Eſto igitur ſecura,* [4] *dii me tuentur, diis pietas mea cordi eſt. Pompeianum noſtrum in annum ſequentem con-*

12 *ſulem dixi.* hæc Antoninus ad conjugem. Ad ſenatum autem qualem orationem miſerit, intereſt ſcire. Ex oratione M. Antonini: *Habetis igitur P. C. pro gratulatione victoriæ generum meum conſulem, Pompeianum dico: cujus ætas olim remuneranda fuerat conſulatu, niſi viri fortes interveniſſent, quibus reddi debuit quod à rep. debebatur. Nunc quod ad defectionem Caſſianam pertinet, vos oro atque obſecro P. C. ut cenſura veſtra depoſita,*

1. *Signatas mihi literas Calphurnius dedit.*] Neſcio an dici debeat lectio ſincera. neque enim vero ſimile, ſæpius miſſas epiſtolas non ſignatas, utique à peregrè poſito. Palatinus ſervat *ſignatas.* an fuit? *Signatas mihi literas, &c.* ut ex intelligantur quas Imperator exaravit, cùm Signii ageret. *Grut.*

2. *Verbo mandabo.*] Ἐντολὴ ῥητὴ Græce dicuntur: quod opponunt τῷ ὑπογεγραμμένῳ, quod ſcripto mandare ſignificat. *Salmaſ.*

3. *Hæc patrem tuum ſpecialiter Pii nomine ornavit.*] Obſecutus ſum autographis Palat. utique cùm idem appareret in volumine Regio. antea legebamus, *hæc patrem tuum in primis Pii nomine, &c.* Grut.

4. *Dii me tuentur, diis pietas mea cordi eſt.*] Horatius:

Dii me tuentur: diis pietas mea
Et Muſa cordi eſt.

alluſum eodem & mox ab acclamante populo, *Dii te tuentur.* Caſaub.

1. *Neque*

sita, meam pietatem clementiamque servetis, imò vestram: [1] *neque quemquam ullum senatus occidat. Nemo senatorum puniatur,* [2] *nullius fundatur viri nobilis sanguis: deportati redeant, proscripti bona recipiant.* [3] *Utinam possem multos etiam ab inferis excitare. Non enim unquam placet in imperatore vindicta sui doloris:* [4] *quæ etsi justior fuerit, acrior videtur. Quare filiis Avidii Cassii & genero & uxori veniam dabitis. Et quid dico veniam? quum illi nihil fecerint. Vivant igitur securi,* [5] *scientes sub Marco se vivere.* [6] *Vivant in patrimonio parentum pro parte donato:* [7] *auro, argento, vestibus fruantur: sint divites,* [8] *sint securi,* [9] *sint vagi & liberi, & per ora omnium ubique populorum circumferant mea, circumferant vestræ pietatis exemplum. Nec magna hæc est P.C. clementia, veniam*

1. *Neque quemquam ullum senatus occidat.*] Cogitemus de voce *ullum*. nescio an scripserit, *nobilium*. nec refert quod idem mox dicitur. videntur tamen postrema orationis verba eam vocem tueri. *Idem.*

2. *Nullius fundatur viri nobilis sanguis.*] *Nullius fundatur viri nobilis sanguis.* quod τυποχειρόγραφον videtur esse αἱμόρρημος. *Salmas.*

3. *Utinam possem multos etiam ab inferis excitare.*] Placeat magis *mortuos*. Casaub.

Utinam possem multos etiam ab inferis excitare.] Forte, *utinam possim sepultos ab inferis excitare.* quæ conjectura est optimi & doctissimi Jureti nostri. non damno tamen *mortuos*, quod heic loci reposuit vir doctissimus. *Salmas.*

Utinam possem multos etiam ab inferis excitare.] Videat lector, an non scribi possit, *possem ultos etiam.* vocavit autem *ultos* sui sæculi locutione, de quibus Senatus aut miles ultionem sumpserat, ignaro Marco, aut patiente potius, quàm volente; Avidio scilicet, Mæciano, aliisque. *Grut.*

4. *Quæ etsi justior fuerit.*] Regius, *justa*. Casaub.

5. *Scientes sub Marco se vivere.*] Scribe ex membranis, *sub Marco Antonino se vivere*. Idem.

6. *Vivant in patrimonio parentum pro parte donato.*] Rectè *pro parte*. in Marco: *Filii Cassii & amplius media parte acceperunt paterni patrimonii*. Idem.

Vivant in patrimonio parentum pro parte donato.] Hinc accepere Capitolinus & Volcatius, dum iste Antoninum Marcum partem mediam paterni patrimonii filiis Cassii donavisse scribit; ille vero amplius etiam media parte eos accepisse tradit. *Salmas.*

7. *Auro, argento, vestibus fruantur.*] Volcatius ad filias Cassii rettulit hanc humanitatem Principis: *ita ut*, inquit, *filias ejus auro, argento & gemmis ornamentisque*. Capitolinus autem aurum & argentum filiis maribus, ornamenta autem feminis reliquisse Marcum: inde autem hæc tam diversè, quod Marci epistolæ quas uterque vidit, & quæ heic à Volcatio ponuntur, non distertim scribant, & explicent, quid cui concessum sit ac donatum. *Idem.*

8. *Sint securi.*] Volcatius: *vixeruntque non quasi Tyranni pignora, sed quasi senatorum ordinis in summa securitate.* Idem.

9. *Sint vagi & liberi.*] Ex hoc loco Capitolinus, *ita ut Alexandria filia Cassii & Drunciani gener liberam vagandi potestatem haberent.* & ita quoque Volcatius. *Idem.*

viam proscriptorum liberis & conjugibus dari. Ego verò à vobis peto ut conscios senatorii ordinis & equestris, à cæde, à proscriptione, à timore, ab infamia, ab invidia, & postremò ab omni vindicetis injuria: detisque hoc meis temporibus, [1] *ut in causa tyrannidis qui in*
13 *tumultu cecidit, probetur occisus.* [2] Hanc ejus clementiam senatus his acclamationibus prosequutus est, [3] *Antonine pie, dii te*

1. *Ut in causa tyrannidis qui in tumultu cecidit probetur occisus.*] Hoc est, ut è rebellibus ac perduellibus, illi soli pereant, qui in tumultu fuerint occisi. *Casaub.*

2. *Hanc ejus clementiam senatus his acclamationibus prosequutus.*] Mos acclamandi, qui è theatris in fora primùm penetravit, deinde etiam in senatum, ex aliis scriptoribus notus est: sed ipsas acclamationum formulas, & earum exempla non invenias apud vetustiorem alium Capitolino, ac cæteris historiæ Augustæ scriptoribus hisce. Ejus rei causa, quòd omnes quæ in his libris proferuntur acclamationes, ex Actis publicis descriptæ sunt ab auctoribus. non temere autem quid quisque vellet acclamabant: sed, ut in choris, erat aliquis cujus vox cæteris præiret: hic formulam acclamationis concipiebat: reliqua turba nihil nisi acceptas ab eo voces reddebat. Ars verò adhibita, & in concipiendis acclamationibus, quas ideo Plinius Secundus cantica appellat: & in acclamando modulatione enim quadam utebantur canentibus non dissimiles. Atque ut in rusticis quibusdam cantilenis fieri videmus, ut idem repetatur sæpius; sic qui acclamabant, non semel aut iterum, sed sæpius eadem verba resonabant. Semper autem in Actis adnotatum, quoties quidque fuisset repetitum. quod ne historici quidam neglexerunt: nam leges sæpe in istis libris: *dictum quinquies, dictum decies, dictum vicies*, & similia Trebellius verò in Claudio etiam sexagies atque octuagies idem acclamatum observat. Adeo illa tempestate mos acclamandi invaluerat: quem non dubitamus ægrè initiò & paucis auctoribus, modice ac verecundè à conscriptis patribus fuisse admissum. res enim erat, ut nobis quidem videtur, indecora prorsus, & à gravitate tam venerandi consessus alienissima. Sed ubi accessit usus & consuetudo, per quam sæpe τὸ μὴ καλὸν καλὸν πέφυκεν: facilè vetustas ipsa omnem deformitatis hujus sensum in hominum vel sapientissimorum animis extinxit. Igitur semel receptus mos auxit in dies: neque solùm in senatu aut aliis civilibus cœtibus id servatum, sed & in omnibus Ecclesiasticis conventibus idem olim factitatum. Vetus enim ecclesia & acclamandi morem usurpavit, & illas ipsas etiam formulas retinuit, quas habent auctores *illi* diversis locis. In Actis ordinationis Eradii, cùm illum beatissimus Augustinus jam senex apud clerum & populum successorem sibi dixit: post ista Augustini verba, *Presbyterum Eradium mihi successorem volo*, sequuntur ista: *A populo acclamatum est: Deo gratias, Christo laudes:* dictum est vicies ter. *Exaudi Christe, Augustino vita:* dictum est sexies decies. *Te patrem, te episcopum:* dictum est octies. Planè hæc gemina sunt iis quæ in Claudium senatores dixerunt, cùm illi imperium deferrent. *Augustæ Claudi, dii te nobis præstent:* dictum sexagies. *Claudi Auguste, principem te, aut qualis tu es, semper optavimus:* dictum quadragies. *Claudi Auguste, te Respublica requirebat:* dictum quadragies: *Claudi Auguste, tu frater, tu pater, &c.* Idem.

3. *Antonine pie, dii te servent: Antonine.*] Formulæ acclamandi aliæ erant solennes & communes: aliæ certis negotiis propriæ. Capitolinus in Maximo & Balbino: *Inde in senatum itum est: ubi post illa quæ communia solent esse festa,*

dii te servent. Antonine clemens, dii te servent. Antonine clemens, dii te servent. Tu noluisti quod licebat, nos fecimus quod decebat. [1] *Commodo imperium justum rogamus, progeniem tuam robora.* [2] *Fac securi sint liberi tui, bonum imperium nulla vis ledit. Commodo Antonino tribunitiam potestatem rogamus:* [3] *præsentiam tuam rogamus; philosophiæ tuæ, patientiæ tuæ, doctrinæ tuæ, nobilitati tuæ, innocentiæ tuæ. Vincis inimicos, hostes exuperas: dii te tuentur.* & reliqua. Vixerunt igitur posteri Avidii Cassii securi, & ad honores admissi sunt. Sed eos Commodus Antoninus post excessum divi patris sui, omnes vivos incendi jussit, quasi in factione deprehensos. Hæc sunt quæ de Cassio Avidio comperimus: cujus ipsius mores (ut suprà diximus) varii semper fuerunt, sed ad censuram crudelitatemque propensiores: [4] qui si obtinuisset imperium, fuisset non modò clemens, sed bonus, sed utilis & optimus imperator.

festa, dictum est. malim *fausta.* appellat *communia fausta*, voces usurpari solitas in omni acclamatione fausta. *hæ ἰδιόκλιτοι* acclamationes nihil aliud nisi vota & laudationes erant. ferè autem à votis incipiebant, ut hic, & alibi. Sic in illa elegantissima narratione quæ habetur in codice Theodosiano, lib. VII. titulo XX. præfectorum & tribunorum acclamationes ita incipiunt: *Auguste Constantine dii te nobis servent: vestra salus, nostra salus: verè dicimus, jurati dicimus.* Interdum & versibus acclamabant. talis illa est apud Tertullianum acclamatio,

De nostris annis addat tibi Juppiter annos. Idem.

1. *Commodo imperium justum rogamus.*] Jacobus Lectius meus, *Commodo imperium tutum rogamus.* & firmant sequentia, *progeniem tuam robora. Fac securi sint liberi tui.* Ego aliter accipiebam, & *imperium justum* interpretabar plenum, ad differentiam ejus dignitatis quam obtinebant Cæsares. *Idem.*

2. *Fac securi sint liberi nostri.*] Elegans isthæc emendatio debetur membranis Palatinis. habebamus antea oppidò inficetè, *libertini.* immò *nostris*, ut velit Senatus salute Commodi annexam item liberorum suorum incolumitatem. *Grut.*

3. *Præsentiam tuam rogamus, philosophiæ tuæ, patientiæ.*] Distingue: *præsentiam tuam rogamus. philosophiæ tuæ, patientiæ tuæ, doctrinæ.* pessimè hæc membra conjunguntur: nam præsentiam Marci optat sibi senatus. illo enim absente, postquam recitata est epistola ipsius ad senatum, acclamationes istæ sunt habitæ. Deinde sequitur *ὡς ἀπ' ἄλλης δεήσεως: philosophiæ tuæ, patientiæ tuæ, doctrinæ tuæ, nobilitati tuæ, innocentiæ tuæ.* deest in hac periodo verbum, bene precamur, vel tale quid. *Casaub.*

4. *Qui si obtinuisset imperium, fuisset non modo clemens, sed bonus, sed utilis & optimus imperator.*] *Fuisset*, hoc est, dictus fuisset. non enim ex sententia sua loquitur Vulcatius, sed ex consuetudine hominum, qui in cæteris veritatem utcumque amplectentes, in principibus per adulationem illam ferè corrumpunt. *δουλαὶ γλῶτ*, ut ait Græcus orator, *ἐπιτιμῶσαι τοῖς κρείττοσι καὶ δίκαιαι.* *Idem.*

14 rator. [1] Nam extat epistola ejus ad generum suum jam imperatoris hujusmodi: *Misera resp.* [2] *quæ istos divitiarum* [3] *cupidos & divites patitur misera. Marcus homo sanè optimus: qui dum clemens dici cupit, eos patitur vivere quorum ipse non probat vitam. Ubi L. Cassius, cujus nos frustra tenet nomen?* [4] *Ubi Marcus ille Cato Censorius? Ubi omnis disciplina majorum? quæ olim quidem intercidit, nunc verò nec quæritur.* [5] *Marcus Antoninus philosophatur, & quærit de clementia,* [6] *& de animis, & de honesto & justo,* [7] *nec sentit pro rep. Vides* [8] *multis opus esse gladiis, multis elogiis, ut in antiquum statum publica forma reddatur.* [9] *Ego verò istis præsidibus provinciarum: an ego proconsules, an ego præsides putem, qui ob hoc sibi à senatu & ab Antonino* [10] *provincias datas credunt, ut luxurientur, ut divites fiant? Audisti præf. prætorii nostri philo-*

1. *Non extat epistola ei.*] Cave referas ad proxima verba: pertinent enim ad illa, *sed ad censuram crudelitatemque propensiores.* eos fuisse Cassii mores, probat allata epistola quæ planissimum id facit. *Idem.*

2. *Quæ istos divitiarum cupidos, & divites patitur: misera.*] Sic Pal. haud tamen spreverim aliorum codicum scripturam, *patitur. Misce Marcus! homo, &c.* Grut.

3. *Cupidos & divites patitur misera. Marcus homo.*] Regius & Puteani, *cupidos & divites patitur. Miser Marcus homo.* in vulgata, *misera* in fine sententiæ χιλιαστικῶς eleganter positum, at initio periodi *misera Resp.* ἀνθρωπικῶς dictum, δυνηχὶς ἐστι ἡ πολιτεία. Probo tamen scriptam lectionem, propter sequentia verba: quibus rationem reddit, cur Marcum dixerit miserum. *Casaubonus.*

4. *Ubi Marcus ille Cato Censorius?*] Abest a regio nomen *Cato.* Ego verò miror cur Censorium potiùs quàm Uticensem Catonem appellet in hac re Cassius. *Idem.*

5. *Marcus Antoninus philosophatur & quærit de clementia.*] Cur de clementia potius quam de alia qualibet virtute? Palatinus hæc legit: *& quærit de clementes.* emenda *& quærit de clementia.* quod nemo ambigere possit, esse verum. Philosophi enim proprium de clementis quærere. *Salmas.*

6. *Et de animis.*] Ammianus Marcellinus de Juliano; *cum Maximo & Prisco Philosophis super animorum sublimitate disputans.* Idem.

7. *Nec sentit pro Rep.*] Nec sententias dicit in senatu satis fortes & viriles: sed nimietate clementiæ fovet malos, in pernitiem Reip. *Casaub.*

8. *Multis opus esse gladiis, multis elogiis.*] Respicit ad titulos puniendorum, quæ vocari elogia notum est. *Idem.*

9. *Ego verò istis præsidibus provinciarum.*] Malam crucem videlicet opto, aut tale quid. *Idem.*

Ego verò istis præsidibus provinciarum, an ego proconsules, an ego præsides putem.] Videtur hæc oratio interrupta. *Salmas.*

10. *Provincias datas credunt, ut luxurientur, ut divites fiant?*] Non quidem credunt ideo sibi creditas; sed interim non aliter se gerunt, atque si eam ob caussam accepissent. Planè, maximam partem hominum honores petentium magis animo volvere commodum suum privatum, quàm publicum. *Gruterus.*

1. Æra-

philosophi, ante triduum quàm fieret, mendicum & pauperem, sed subitò divitem factum. Unde quæso nisi de visceribus reip. provincialiumque fortunis? Sint sanè divites, sint locupletes,[1] *ærarium publicum refercient. Tantùm dii faveant bonis partibus.*[2] *Reddant Cassiani reip. principatum.* Hæc epistola ejus indicat quàm severus & quàm tristis futurus fuerit imperator.

1. *Ærarium publicum refercient.*] *Referient* P. *Salmas.*

2. *Reddant Cassiani Reip. principatum.*] Malim, *reddent*, ut pendeat à superiore periodo. *Reddere Reip. principatum*, non aliud est, quam, *reddere Remp.* Casaub.

Reddant Cassiani reip. principatum.] Cur non potius recta dicit se, id est *Cassium redditurum reip. principatum?* omnino legendum & distinguendum; *Tantùm Dii faveant bonis partibus, reddam Cassiane reip. principatum.* Cassiane, ad morem Cassiorum qui omnia olim fecerunt, ut reip. principatum redderent, & Julium Cæsarem Dictatorem conspiratione inita occiderunt. *Salmas.*

ÆLII LAMPRIDII
COMMODUS ANT.
AD
DIOCLETIANUM AUG.

DE COMMODI ANTONINI parentibus, in vita Marci Antonini satis est disputatum. Ipse autem natus est[2] apud Lanuvium[3] cum fratre Antonino Gemino,[4] pridie Cal. Septemb. patre patruoque coss. ubi & avus maternus dicitur natus. Faustina quum esset Commodo cum fratre prægnans, visa est in somnis[5] serpentes parere; sed ex his unum ferociorem. Quum autem peperisset Com-

1. ÆLII LAMPRIDII.] Excerpta Palatina Ælio Spartiano non Ælio Lampridio hanc vitam vindicant. Non habeo certi quid statuam. *Salmas.*

2. *Apud Lanuvium.*] In villa Lanuvina. vide Capitolinum in Pio. *Casaubonus.*

3. *Cum fratre Antonino Gemino.*] E re cognomen impositum. sed an rectè scriptum? nam fortasse verius litera minore, *gemino.* Idem.

Cum fratre Antonino gemino.] Scripsi vocem postremam litterâ minusculâ, quod non aliter esset in Palatino, putaremque non tam cognomen fuisse hujus pueri, quàm nativitatis notam. *Grut.*

4. *Pridie Cal. Septemb.*] Die quo & Caligula natus, ut mox. Suetonius, cap. VIII. *Casaub.*

5. *Serpentes parere.*] Videtur numerus excidisse. Scripserim cum Lectio, *s. duos parere.* quia sequitur, *sed ex his unum ferociorem.* Ita reperi postea apud Robertum Bonon. *Idem.*

Commodum atque Antoninum, Antoninus quadrimus est elatus, [1] quem parem astrorum cursu Commodo mathematici promittebant. Mortuo igitur fratre, Commodum Marcus & suis præceptis & etiam [2] magnorum atque optimorum virorum erudire conatus est. [3] Habuit literatorem Græcum, Onesicritum; Latinum, Capellam Antistium: orator ei Atteius Sanctus fuit. [4] Sed tot disciplinarum magistri nihil ei profuerunt. [5] *Tantum valet aut ingenii vis, aut* [6] *eorum qui in aula institutores habentur.* Nam à prima statim pueritia, turpis, improbus, crudelis, libidinosus, ore quoque pollutus & constupratus fuit: [7] Jam in his artifex quæ

quæ

1. *Quem parem astrorum cursu Commodo, &c.*] Malim, *ex astrorum cursu.* Ridet obiter mathematicos genethliacos, qui fratrum geminorum paria & eadem fata esse dixerant. Eos igitur exemplum hoc, ut alia infinita, vanitatis arguit. *Idem.*

Quem parem astrorum cursu, Commodo promittebant.] Quomodo parem...? an vitæ curriculo? quod si est, hoc dixerit, irridens vanitatem Mathematicorum. *Salmas.*

2. *Magnorum atque optimorum virorum.*] Notat Herodianus, statim initio. ipse Marcus quantæ fuerit sibi curæ recta liberorum educatio, testatur abunde libro primo, ubi inter maxima beneficia à Deo sibi collata & hoc ponit: τὸ ἐπιτηδείαν προφὴν εἰς τὸ παιδίον ἐπιπρῶσαι. Pitholaum cubiculariam, Commodi προφὴν novimus è Galeno. *Casaub.*

3. *Habuit literatorem Græcum Onesicritum.*] Non *Onesicritus*, sed *Onesicrates* hic litterator nomen habet in membranis Palatinis, & prima editione. *Salmasius.*

4. *Sed tot disciplinarum magistri, nihil ei profuerunt. tantum valet aut ingenii vis, &c.*] Sic quoque Aurelius Victor. in vitâ Didii Juliani: *Hincque fatis compertum, cohiberidæ cupidini, ingenium ni juvet, eruditionem imbecillem esse: cum, &c.* Grut.

5. *Tantum valet aut ingenii vis.*] Non sine caussa dubitat: nam fuit naturâ sua Commodus minimè malus: at quæ adeò, auctore Dione, αἱ τῶν ἀνθρώπων ἀρεταὶ. quod tamen elogium minus quæ statim subjicit Lampridius, nullo modo convenit. *Casaub.*

6. *Eorum qui in aula institutores habentur.*] Pitholaum videtur perstringere qui fuit ejus educator, & in aula institutor. *Idem.*

7. *Jam in his artifex quæ stationis, &c.*] Scribe: *tam in his artifex quæ stationis imperatoriæ non erant, ut calices fingeret, saltaret, &c.* Salmas.

Jam in his artifex quæ stationis Imperatoriæ minimè erant, ut calices fingeret.] Sic quoque uterque Palatinus, & nescio quomodo placeat magis, quàm divinatio aliorum *calices frangeret*. quam ipsam tamen non exsibilo. vulgatam stabilit regum aliorum exemplum, qui artis fabricæ se tradidere, cerisque fingendis & ære fundendo procudendoque oblectati fuere; item eorum qui mensulis & lucernulis, telisque adeo formandis exacuendisque, tempus tradurere. quorum meminit Plutarchus in vitâ Demetrii, Justinus libro XXVI. capite 8. habet enim calicum fictio aliquid in se, quod hominem mire delectet, dum simplice spiritu vitrum in plures habitus format, qui vix diligenti manu effingerentur, ut loquitur

quæ ſtationis imperatoriæ non erant, [1] ut calices fingeret, [2] ſaltaret, cantaret, ſibilaret, [3] ſcurram denique & gladiatorem ſe perfectum oſtenderet. Auſpicium crudelitatis [4] apud Centumcellas dedit anno ætatis XII. Nam quum tepidiùs fortè lotus eſſet, [5] balneatorem in fornacem conjici juſſit: [6] quando à pædagogo cui hoc juſſum fuerat, vervecina pellis in fornace conſumpta eſt, ut fidem pœnæ de fœtore nidoris impleret. [7] Appellatus eſt autem Cæſar puer [1] cum

rur Seneca Epiſt. xc. quid quod & arte conſtat: quæ an etiam requiratur ad calices frangendos, dubito. *Grut.*

1. *Ut calices fingeret.*] Lego, *frangeret.* de hoc genere παιδιᾶς dictum aliquid ad Verum Imper. Eſt & calices fingere vinearii artificis potiùs quàm ejus qui in imperatoria ſtatione ſit collocatus: ſed eam lectionem refellunt ſequentia. *Caſaub.*

Ut & calices fingeret.] Ita omnes libri. Nec enim illud de Vero ſimile eſt, qui per ludum & laſciviam, cum iret comiſatum, calices frangebat. at Commodus id dicitur hoc loco feciſſe inter ſtudia & artificia ſua, quibus callebat: quare & inter ceteras artes ludicras quas perdidicerat Commodus & hanc quoque annumerat Lampridius, quod calices ſciret fingere. plures ſane imperatores fingendi ſtudium amaviſſe patet illorum vitas pervolutantibus. *Salmaſius.*

2. *Saltaret, cantaret, ſibilaret.*] *Sibilare* heic eſt fiſtulare, vel fiſtula canere. *Sibilus* autem dicitur proprie ſonus quem emittit fiſtula. Ovidius:

Et norunt omnes paſtoria ſibila montes.

Idem.

3. *Scurram denique & gladiatorem ſe perfectum oſtenderet.*] Legendum abſque pronomine: *ſcurram denique & gladiatorem perfectum oſtenderet.* ſic habent libri. *gladiatorem oſtendere*, μονομαχεῖν ἐπιδείκνυσθαι. ſic *patrimum agere*, & *hominem gerere*. Idem.

Scurram denique & gladiatorem perfectum oſtenderet.] Sic malui, ſecutus fidem utriuſque Palatini, ejecto pronomine *ſe*, quod in editis. *Grut.*

4. *Apud Centumcellas.*] Fabellam de conditis Centumcellis per Hadrianum non feciſſet tanti nugator Egnatius, ſi epiſtolam Plinii XXXI. libro ſexto legere olim meminiſſet. *Caſaub.*

5. *Balneatorem in fornacem conjici juſſit.*] Balneatorum hic interpretor non dominum vel mancipem balinei, ὁ βαλανεύς: ſed ſervum mediaſtinum qui in balneis aquam & oleum affundebat. *Idem.*

Balneatorem in fornacem conjici juſſit.] Balneatorem heic poſuit pro eo qui balneum ſuccendit & calefacit. *Salmaſ.*

6. *Quando à pædagogo cui hoc juſſum fuerat.*] Pitholaus hic prædagogus vocabatur. *Idem.*

7. *Appellatus eſt autem Cæſar puer cum fratre Severo.*] Quis hic Severus frater Commodi, quæruut docti, & inveniſſe putant legendo, *Sex. Verum.* & illum eſſe ajunt cujus meminit Capitolinus, quique ſeptennis periit ſub ipſis Germanicæ profectionis diebus, eumdemque eſſe volunt cum illo quem Galenus Sextum vocat. quod veteor ut poſſit ſubſiſtere. Nam Sextus ille Marci filius cujus apud Galenum mentio, adhuc in vivis erat Marco apud Marcomannos agente: at Verus Capitolini periiſſe dicitur ſub ipſis profectionis diebus. Verum heic eſſe legendum nullus dubito: *appellatus eſt autem Cæſar puer cum fratre ſuo Vero. Severo* enim perperam irrepſit pro *Vero*. ſic apud ipſum Galenum Σεβῆρον pro Βῆρον. ita in faſtis Siculis

[1] cum fratre suo Severo: [3] XIIII. ætatis anno in collegium
2 sacerdotum ascitus est. [3] Cooptatus inter tres solos principes juventutis quum togam sumpsit: adhuc in prætexta puerili congiarium dedit, atque ipse in basilica Trajani præsedit. Indutus autem toga est [4] Nonarum Juliarum die, quo in terris Romulus non apparuit, & eo tempore quo Cassius à Marco defecit. Profectus est, commendatus militibus,

Σεβῆρ@ pro Βῆρ@, non uno loco legitur. *Idem.*

1. *Cum fratre suo Severo.*] Marco Antonino nati sunt è Faustina filii tres: Commodus qui imperavit: Antoninus Geminus, qui partu eodem cum fatre Commodo editus, quadrimus periit: & Verus ille quem obiisse cùm esset annorum septem, in Marco narrat Capitolinus. Cùm igitur plures filios tribus illis quos diximus non habuerit Marcus, quis iste frater Commodi Severus? Sed non dubitamus Verum esse, de quo Capitolinus. Lego, *Sex Verum.* Casaub.

Cum fratre Severo.] Adsentior certissimæ conjecturæ amicissimi Casauboni, *Sex. Veri*; sed secutus sum tamen manuscriptos. *Grut.*

2. *Ætatis anno in collegium sacerdotum ascitus est.*] Infrà ex Actis postea factis, vel emendatis: *assumtus est in omnia collegia sacerdotalia sacerdos*, XIII. *Kal. Invictas, Pisone & Juliano Cos.* Casaubonus.

3. *Cooptatus inter tres solos principes juventutis cùm togam sumpsit.*] Omnes libri corrupti. Lege, *inter trossulos principes juventutis.* Idem.

Cooptatus inter trossulos juventutis.] Emendabat olim Lipsius: *cooptatus inter trossulos principes juventutis.* mallem ego: *inter trossulos, princeps juventutis*, unicus princeps illa ætate juventutis Commodus. Vetus verbum *trossulus* pro equite. & sic dicti equites, ut notum est, ab oppido in Tuscis quod absque opera & adjumento peditum soli expugnaverent. sub Romulo dicebantur *celeres.* κέλης enim Græcis est eques. Ætolice, κέλης. inde *celer.* Latini recentiores *celetes* etiam dixerunt. postea dicti sunt *flexantes*, à flectendis equis in gyrum. Trossulorum autem nomen pro equitibus non diu post Gracchum mansisse auctor Plin. jam enim tum pudebat multos isto nomine appellari propter ambiguitatem vocis *Trossulus*, quæ olim equitem significabat ab oppido Trossulo quod ceperant: illo vero tempore etiam puero delicato & molli accipiebatur à Græco vocabulo ἁγόρεος, quod delicatum & mollitia infamem significat. at *heic* vetus verbum usurpavit Capitolinus; & *trossulos* pro equitibus dixit, inter quos cooptatus est Commodus & princeps juventutis designatus, cum togam virilem sumpsit. vulgo enim octavo decimo ætatis anno in equitum numerum cooptabantur. Hadrianus tamen Marco Philosopho honorem equi publici sexenni detulit, & octavo ætatis anno in Saliorum collegium retulit. at Commodus heic quarto decimo tantum ætatis anno in collegium Saliorum ascitus esse dicitur, & septimo decimo inter equites relatus, & eo tempore quo togam virilem sumpsit. Isidori Glossæ: *trossuli, equites*: *trossulus, equester adolescens.* Salmas.

Cooptatus inter tres solos.] Palatinus viam sternit ad emendationem hujus loci, scripsit enim unicâ voce *trossolos.* & verò nihil verius conjecturâ Lipsianâ, *inter trossulos*, Grut.

4. *Nonarum Juliarum die, quo in terris Romulus non apparuit.*] Romuli excessum nonnulli in diem hunc Nonarum Quintilium Caprotinarum conjiciebant, ut Plutarchus: alii in Quirinalia & Februarium mensem. *Casaub.*

1. Topi-

litibus, cum patre in Syriam & Ægyptum, & cum eo Romam rediit. Post hæc venia legis Annariæ impetrata, cos. est factus: & cum patre imperator est appellatus v. Cal. Decemb. die, Pollione & Apro coss. & triumphavit cum patre: nam & hoc patres decreverant. Profectus est cum patre & ad Germanicum bellum. Adhibitos custodes vitæ suæ honestiores ferre non potuit, pessimos quosque detinuit, & submotos usque ad ægritudinem desideravit: quibus per patris mollitiem restitutis, [1] popinas & ganeas in Palatinis semper ædibus fecit: neque unquam pepercit vel pudori vel sumptui. In domo aleam exercuit. [2] Mulierculas formæ scitioris, [3] ut prostibula mancipia lupanarium ad ludibrium pudicitiæ contraxit. [4] Imitatus etiam propolas

1. *Popinas & ganeas in palatinis semper ædibus fecit.*] Didicerat à Vero, de quo Capitolinus, *popinam domi instituit.* Idem.

2. *Mulierculas formæ scitioris ut prostibula mancipia lupanarium.*] Veteres libri insulciunt vocem *perficiem*: quam etsi corruptam, temere tamen ejecerunt viri docti: *perficiem* enim est, *per faciem*. & sic totus locus constituendus: *mulierculas forma scitioris ut prostibula mancipia, per faciem lupanarium ad ludibrium pudicitiæ contraxit.* verum egit lenonem Commodus, cum mulierculas luculentioris formæ contraheret, ut prostibula mancipia, specie lupanarium. *per faciem*, genus loquendi minus usitatum, pro per speciem. Juvenalis:

— *expedit illis*

Et strepitu & facie majoris vivere census

facie majoris census, pro specie. *Salmas.*

3. *Ut prostibula mancipia lupanarium.*] Vetus editio, ante vocem *lupanarium* inferebat monstrum verbi *perficiem*. Turnebus, *per speciem lupanarium*. nobis tamen libri regii lectio placet. niti illa *mancipia lupanarium* sunt glossa τῶ *prostibula*. Casaub.

Ut prostibula, mancipia lupanarium, ad ludibrium pudicitiæ contraxit.] Nihil hic adjuvat Palatinus. habet tamen, *ut prostibula mancipia perficiens lupanarium & dibrum pudicitiæ contraxit.* stare tamen videtur pro Turnebi emendatione; *ut prostibula mancipia, per speciem lupanarium, ad ludibrium.* Grut.

4. *Imitatus etiam propolas circumforaneos, equos curules sibi comparavit.*] Tale quid in Vero notabat Capitolinus, cùm inter flagitia illius poneret, quòd *frequenter provincialibus literas caussa Circensium & miserit & acceperit.* sed Commodi projectior pudor. Propolas circumforaneos vocat eos, qui curulium equorum greges sibi comparabant, quos dominis factionum venderent, aut locarent. Sed nondum penitus displicet, quod aliquando venit nobis in mentem: mutata distinctione totum locum ita esse concipiendum. *Mulierculas formæ scitioris, ut prostibula mancipia lupanarium, ad ludibrium pudicitiæ contraxit; imitatus etiam propolas circumforaneos: Equos c.* Erit sensus, Commodum in emendis hisce mulierculis, quarum pudicitiæ cùm ipse, tum sodales ejus erant illusuri, imitatum esse circumforaneos propolas, sive mangones impurissimos, qui virgines quas emerent, aut venderent, soliti denudare atque perspicere. Tangit hunc morem Suetonius

polas circumforaneos; equos curules sibi comparavit. [1] Aurigæ habitu currus rexit, [2] gladiatoribus convixit, [3] aquam gessit ut lenonum minister, [4] ut probris natum magis quàm
3 ei loco eum crederes ad quem fortuna provexit. Patris ministeria seniora submovit, amicos senes abjecit. Filium Salvii Juliani qui exercitibus præerat, ad impudicitiam frustra tentavit, atque exinde Juliano retendit insidias. Honestissimos quosque, aut per contumeliam aut per honorem indignissimum, abjecit. Appellatus est à mimis quasi obstupratus, eosdemque ita ut non apparerent, subitò deportavit. Bellum etiam quod pater penè confecerat, [5] regibus hostium addictus remisit, ac Romam reversus est.

[1] Romam

libro secundo, cap. XXXIX. & libro quarto, cap. XXXVI. *Casaub.*

Imitatus etiam propolas circumforaneos, equos curules sibi comparavit.] Propolæ circumforanei non alii sunt quam tenues quidam non magnarum mercium negotiatores, quas ipsi secum circumferunt & fora diversa sequuntur, tenuis lucri capiendi gratia. *Propolam* ficuum venditorem vocat Lucillius l. v. post *circumforaneos* ponenda τελείᾳ στιγμῇ, & sic distinguendum: *imitatus etiam propolas circumforaneos. Equos curules sibi comparavit. Aurigæ habitu currus rexit. Gladiatoribus convixit. Aquam gessit ut lenonum minister.* hæc enim ut diversa studia ponit, quæ diversis temporibus amplexus est monstrum illud imperatoris, ut aliquando propolas & mercatores illos circumforaneos & κατηλιθεμπόρους imitaretur, aliquando curulium negotiatores equorum, qui equos curules emebant quos aurigis & dominis factionum venderent aut locarent: sed & aurigæ habitu interdum currus regeret. *Salmas.*

Imitatus est propolas circumforaneos.] Ita legebatur & distinguebatur in Pal. hactenus vulgati, *imitatus etiam propolas.* Grut.

1. *Aurigæ habitu currus rexit.*] Non publicè tamen, nisi fortè noctu, luna silente. *Casaub.*

2. *Gladiatoribus convixit.*] Infrà, *Iidem semper ingressus est.* plura ibi. *Sed* mirum scribi constanter in membranis, *cum gladiatoribus commisit.* Idem.

Gladiatoribus convixit.] *Commisit* Casaubon. Palatinus *convisit* exhibet. *Salmasius.*

3. *Aquam gessit ut lenonum minister.*] Id est, ut aquariolus aut baccario: nam ita vocabantur οἱ παραδιάκονοι, qui in lupanaribus aquam ministrabant. Multum in illis lustris aquæ usum fuisse, testis M. Tullius plurimis locis: ut in oratione pro M. Cælio, pro Muræna, & in Vatinium. *Casaub.*

4. *Ut probris natum magis q.*] In quibusdam libris τὸ *ut* non reperitur ante *probris.* Quare Turnebus locum ita concipiebat: *Gladiatoribus convixit, aquam gessit: ut lenonum ministeriis probrosis natum magis, quàm eo loco cum crederes, &c.* Idem.

Ut probris natum magis, quàm ei loco.] Haud aliter quoque Pal. sed nihil verius Turnebi conjectaneo; *aquam gessit: ut lenonum ministeriis probrosis natum magis, quàm eo loco crederes, &c.* Gruterus.

5. *Regibus hostium addictus remisit.*] Optimè in regio & Puteani, *legibus.* ita rescribe. *Casaub.*

Legibus hostium addictus.] Sic quoque Pal. non *regibus*, ut ante vulgg. *Grut.*

1. *Romam*

[1] Romam ut rediit, subactore suo [2] Antero post se in curru locato, ita triumphavit, ut eum sæpius cervice reflexa publicè oscularetur: etiam in orchestra hoc idem fecit. Et quum portaret in lucem, [3] heluareturque viribus Romani imperii, vespera etiam per tabernas ac lupanaria volitavit. Milit homines ad provincias regendas, vel criminum socios, vel à criminosis commendatos. In senatus odium ita venit ut & ipse crudeliter in tanti ordinis perniciem sæviret, [4] fieretque contemptui. [5] Crudelis vita Commodi 4.
Quadratum & Lucillam compulit ad ejus interfectionem consilia inire, [6] non sine præf. præt. [7] Tarrutini Paterni consi-

1. *Romam ut rediit subactore suo Antero.*] Ignotus hactenus hic Anterus Commodi subactor, & qui tantum potuit apud ipsum Commodum. pro *Antero*, *Snatero* præfert heic Palat. & paulo post *Sanceri* idem habet scriptum, & *Soaterum*. vitiose omnia, sed valde veritatem proxime: nam *Soatero* scribendum, vel *Santero*: ut *Laucon* pro *Laocoon*, & similia. nomen igitur habuit *Soaterus*. Dioni enim Σωάτερος dicitur. quod mirum à nemine adhuc animadversum. Ad hoc igitur exemplum erit refingendum nomen istud infra bis aut ter positum, sed in vitio semper. *Salmas.*

2. *Antero post se curru locato, ita triumphavit ut eum sæpius cervice reflexa publicè oscularetur.*] Quos plurimum amabant imperatores, hos in triumphali curru pone se collocabant. quod Lampridius, *sæpiùs cervice reflexa*, Græcus scriptor, ὀπίσω ἐπεστραμμένος. *Casaub.*

3. *Heluaretur que viribus imperii.*] Elegantissimè. declarant autem hæc sequentia paullò pòst verba, *cum sumtus ejus vires Romani imperii sustinere non possent.* Idem.

Heluaretur que viribus imperii.] Sic infra: *destinaverat & alios quatuor occidere, cum sumptus ejus viribus imperii Romani sustineri non possent. eluteretur* pro *heluaretur*, vet. ed. perperam. *Salmas.*

4. *Fieretque contemtui.*] Atqui sævitia principis non contemtum, sed odium potiùs in subditorum animis generat, sed eò respicit Lampridius quod vitium omne parit contemtum. *Casaubonus.*

5. *Crudelis vita Commodi Quadratum & Lucillam compulit.*] Causam hujus conspirationis aliam affert Herodianus, qui omnia diligentissimè persequitur. Quadratus hic quem Herodianus *vitricum* vocat, videtur esse filius Numidii Quadrati illius, de quo in vita Marci. *Idem.*

6. *Non sine præf. præt. Tarrutini Paterni consilio.*] Ex Herodiano dubites an hoc satis verum: qui scribit, Perennem factum præfectum prætorio antè quàm hæc acciderent. Dio inter eos qui occasione hujus conjurationis cæsi sunt, aut certè sub id tempus, Paternum nominat: unde videtur data occasio conjiciendi fuisse & illum consilium: at negat non obscurè idem Dio: qui in Paterni potestate fuisse ait, vitam Commodi; si voluisset ille occidere. *Idem.*

Non sine præf. præt. Tarrutini Paterni consilio.] Pal. *Tarruteni.* Salmas.

7. *Tarrutini Paterni.*] Scribe *Tarruntii Paterni.* ut rectè legitur in lege XII. Digestis, De re militari. *Casaub.*

Tarrutini Paterni.] Malui istud cum Palatino nostro, quàm, quomodo aliis auctoribus præfectus hic nominatur, *Tarruntio*; videantur Inscriptiones nostræ pag. CCCCLXXII. 8. *Grut.*

1. *Datum*

consilio. [1] Datum autem est negotium peragendæ necis Claudio Pompejano propinquo, [2] qui ingressus ad Commodum districto gladio, quum faciendi potestatem habuisset, in hæc verba prorumpens, [3] *Hunc tibi pugionem senatus mittit*; detexit facinus fatuus, nec implevit, multis cum eo participantibus causam. Post hæc interfecti sunt Pompejanus primò & Quadratus: [4] dein Narbana atque Norbanus [5] & Paralius, [6] & mater ejus Lucilla in exilium exacta. Quum præf. prær. vidissent Commodum in tantum odium incidisse, [7] obtentu Anteri, [8] cujus potentiam præf.

præt.

1. *Datum est negotium peragendæ necis Claudio Pompejano propinquo.*] Paulò post occisus est eo tempore etiam Claudius, quæso à tutoribus: cujus filius cum pugione quondam ad Commodum ingressus est. quem hic solo Claudii nomine designat, is est Claudius Pompejanus ille, cui post Veri mortem nuptæ Lucilla. hujus filium Claudium Pompejanum cædem hanc aggressum, cum Lamptidio scribit Dio, qui sibi in his, ut testi *αὐτοπτῃ* fidem haberi postulat. *Casaub.*

2. *Qui ingressus ad Commodum.*] Sic mox. *quendam ad Commodum ingressus est.* hoc tamen falsum: non enim tentata cædes in palatio: sed in aditu Circi, ut scribit Dio. *Idem.*

3. *Hunc tibi pugionem senatus mittit.*] Dio, Τοῦτο σοι τὸ ξιφος ἡ βουλὴ πέμπει. similis vox ejus militis qui Pertinacem occidit: Τοῦτό σοι τὸ ξιφος ὁ στρατὸς πέμπει. *Idem.*

4. *Dein Narbana.*] Scribe, *Norbana.* Idem.

Dein Narbana.] Sic etiam Pal. vix tamen dubium est, quin refingi debeat in *Norbana.* Grut.

5. *Et Paralius, & mater ejus Lucilla in exilium exacta.*] Lucilla hæc soror Commodi est: quam Capreas in exilium relegatam, deinde occisam, scribit Dio. sed quis iste Paralius ejus filius? duos Lucilla habuit maritos; Verum & Pompejanum. Veri filius esse non potest. Pompejano genitus esse ac Lucillâ per temporum rationem non potest. Superest ut locus sit mendosus. Distingue: *& Paralius & mater ejus. Lucilla in exilium exacta.* Casaub.

6. *Et mater ejus Lucilla in exilium acta.*] Recte viderunt eruditi, Lucillam non posse dici aut esse matrem illius Paralii. optime igitur ex Palatini codicis fide scribas: *deinde Norbana atque Norbanus, & Paralius & mater ejus, & Lucilla in exilium exacta.* Salmas.

Et mater ejus & Lucilla.] ita quoque Pal. immissâ copulâ, quæ abest à libris editis. *Grut.*

7. *Obtentu Anteri.*] *Mss. Sauteri.* lege *Sauteri.* & mox: *ubique Sauterium edidum à Palatio.* Dio occisum à Cleandro hunc dicit. *Salmas.*

8. *Cujus potentiam præfecti prætorio ferre nunquam poterant.*] Liber regius, *cujus potentiam populus Romanus ferendam non poterat.* sæpissimè librarii literarum istarum loco P. R. aliud quid scripserunt. *Casaub.*

Cujus potentiam præf. præt. ferre non possunt.] Ridicula hæc lectio, præfectos prætorio Sauterum occidisse cujus potentiam Præfecti prætorio ferre non poterant. Palatinus habet, *P. R.* hoc est populus Romanus, quæ verissima est scripturæ hujus loci, cujus sensus est: Præfectos prætorio, cum viderent Commodum odio laborare propter nimiam Sauteri potentiam, quam populus non ferebat, interficiendum Sauterum curavisse. *Salmas.*

Cujus

prætorio ferre non poterat, urbanè Anterum eductum à palatio sacrorum causa, & redeuntem [1] in hortos suos, per frumentarios occiderunt. Id verò gravius quàm de se ipso Commodo fuit. Paternum autem & hujus cædis autorem, & (quantum videbatur) [2] paratæ necis Commodi conscium, [3] & interventorem ne conjuratio latiùs puniretur, [4] instigante Tigidio, [5] per laticlavi honorem à præfecturæ administratione submovit. Post paucos dies insimulavit cum conjurationis, quum diceret ob hoc promissam [6] Juliani filio filiam Paterni, ut in Julianum transferretur imperium. Quare & Paternum & Julianum [7] & [8] Vitruvium Secundum Paterni familiarissimum, [9] qui epistolas imperatorias curabat, interfecit. [10] Domus præterea Quintiliorum

Cujus potentiam populus Romanus ferre non poterat.] Sic libuit reponere fide membranarum, quas alii excussérunt. non dissentit Pal. quàm quod duabus litteris utrumque nomen exprimat. vulgati: *cujus potentiam præfecti prætorio ferre non potérant.* Grut.

1. *In hortos suos.*] Regius semper *ortos.* quomodo & veteres scripsisse testes grammatici. *Casaub.*

2. *Paratæ necis Commodi.*] Vel *Commodo.* Idem.

Paratæ necis Commodi conscium & interventorem.] Τὸν μεσίτην, qui id procurarat. *Salmas.*

3. *Et interventorem ne conjuratio latiùs puniretur.*] *Interventor* apud jurisconsultos, est pararius, proxeneta. hoc est μεσίτης & deprecator. *Casaub.*

4. *Instigante Tigidio.*] Regius, *Acidio.* Idem.

Instigante Tigidio.] Ita quoque Pal. *Grut.*

5. *Per laticlavi honorem à præfecturæ administratione submovit.*] Scrib, *laticlavio* vel *laticlavia:* ut alibi apud Lamprid. aut *lati clavi.* Laticlavium proprius senatorum honos. at præfecti prætorio ad illam ætatem nunquam, nisi rarissime ex ordine senatorio; semper ex equestri. Lege vetus Lampridium in Alexandro Severo, qui vetus hoc jus immutavit. *Casaub.*

6. *Juliani filio.*] Julianum patrem enim Paterno occisum scribit Dio quoque. *Idem.*

7. *Et Vitruvium Secundum Paterni familiarissimum.*] *Et Vitruvium Secundo Paterni familiarissimum.* Palat. & vet. ed. *Salmas.*

8. *Vitruvium Secundum Paterni familiariss.*] An hic Victorinus, cujus eadem narrat Dio? nam eloquentiam hominis prædicat: quod non malè conveniat cum illis sequentibus, *qui epistolas imperatorias curabat.* sed illum præfectura Urbis functum scribit: de cura epistolarum nihil. *Casaub.*

9. *Qui epistolas imperatorias curabat.*] *Curarat.* idem liber. *Salmas.*

10. *Domus præterea Quintiliorum omnis extincta.*] Par fratrum nobilissimorum & magnæ dum viverent optimæque famæ. Dio eadem narrans hoc illos necstat elogio: ἐφόνευσε τοὺς Κουιντιλίους, τὸν τε Καρδήγητον, καὶ τὸν Μάξιμον· μεγάλου γὰρ εἶχον δόξαν ἐπὶ παιδείᾳ καὶ φρονήσει καὶ ὁμοφροσύνῃ καὶ πλούτῳ. Ait occisos Quintilios Cardianum & Maximum, quòd magna florerent gloria propter eruditionem, scientiam regendorum exercituum,

liorum omnis extincta, quòd [2] Sextus Cocidiani filius specie mortis ad defectionem diceretur evasisse. Interfecta & Vitrasia Faustina, & [3] Velius Rufus, [4] & Egnatius Capito consulares. In exilium autem acti sunt [7] Æmilius Junctus & Attilius Severus coss. & in multos alios variè sævitum.

5 [6] Post hæc Commodus nunquam facilè in publicum processit: neque quicquam sibi nuntiari passus, nisi quod Perennis antè tractasset. [7] Perennis autem Commodi animum perspiciens, invenit quemadmodum ipse potens esset. Nam persuasit Commodo ut ipse deliciis vacaret, idem verò Perennis curis incumberet: quod Commodus lætanter acce-

tum, concordiam inter se, & divitias. omisit Dio honores quibus erant functi maximis. At concordia horum fratrum, æterna laude dignissima. Putes unum fuisse, non duos: ita semper conjunctim Quintilii nominantur à veteribus: imò ita conjuncti semper illi vixerunt. Consulatum simul gesserunt; provincias simul rexerunt; libros simul scripserunt, simul ediderunt. Postremò qui ita conjuncti longam egerant vitam, unâ simul jussu latronis hujus perierunt. *Casaub.*

1. *Quòd Sextus Cocidiani filius, specie mortis ad defectionem diceretur evasisse.*] Historiam perstringit, quam fusè narratam Dioni, legant studiosi apud Xiphilinum. In nominibus magna discrepantia; imò & in re: nam alterum Quintiliorum Cocidianum fuisse nominatum, significant hæc Lampridii verba. Dio alterum Maximum vocat, alterum Cardianum. sed scribendum esse aliter ex Fastis. Scribe igitur, *Sextus Condiani f.* Idem.

Quod Sextus Cocidiani filius.] Palat. *Condiciani filius*, quod propius ad verum nomen accedit. nam *Condianus* vocabatur, cujus filius hoc loco Sextus dicitur. Dioni Κονδιανὸς. *Casaub.*

2. *Sextus Condiani filius.*] Sic fere Palatinus, nempe *Concidiani*, vulgati enim pejus *Cocidiani*. Grut.

3. *Velius Rufus.*] Legitur in Fastis Vettius Rufus consul biennio ante obitum Marci. sed *Velius* hic omnes libri, non ut Onuphrius *Vettius*. Casaub.

4. *Et Egnatius Capito consulares.*] Palatinus: *& Egnatius Capito consularis*: ut de solo Egnatio consulari intelligamus. *Salmas.*

5. *Æmilius, & Attilius Severus Coss.*] Ulpianus lege XXVIII. Digestis, De fideicommissis libertatibus: *Factum est senatusconsultum, Æmilio Junco, & Julio Severo consulibus.* alibi hos consules nusquam invenio. quare utra lectio sit verior, nihil possumus pronuntiare. *Casaubonus.*

6. *Post hæc Commodus nunquam facile in publicum processit.*] *Post hæc*, id est, post Lucillæ conspirationem cujus Paternus fuit conscius. Materni verò conjuratio tempore posterior, neque habuit commune quicquam cum illa priore, cui immixtus Paternus. *Idem.*

7. *Perennis autem Commodi animum perspiciens.*] Dele *animum* auctore veteri scriptura, hoc modo: *Perennis autem Commodi perspiciens. Commodi perspiciens*, ut fugitans litium, hoc est qui Commodum optime sciret. sic enim alibi locutus: scire aliquem pro nosse. *Salmas.*

Perennis autem Commodi perspiciens.] Vulgati omnes, *Commodi animum perspiciens.* malè, certè contra Ms. & Regium & Pal. quibus ea vox media non adest. *Grut.*

1. *Hac*

accepit. [1] Hac igitur lege vivens ipse cum trecentis concubinis, quas ex matronarum meretricumque delectu [2] ad formæ speciem conciliâverat, trecentisque aliis puberibus exoletis, quos æquè, [3] ex plebe ac nobilitate, [4] nuptusque [5] forma disceptatrice collegerat, in palatio per convivia & balneas bacchabatur. [6] Inter hæc habitu victimarii, victimas immolavit. [7] in harena rudibus inter cubicularios gladiatores pugnavit, lucentibus aliquando mucronibus. [1] Tunc

1. *Hac igitur lege vivens i.*] *Lege*, hoc est, more ac ratione: ut scilicet publicæ rei partem nullam attingeret: Perennis esset unus in Rep. τὸ τέλειον. *Casaub.*

2. *Ad formæ speciem conciliaverat.*] Palat. & vet. editio pro *conciliaverat* legunt *concilii*. mihi vero magis placeret legi *ad formæ specimen*. Salmas.

3. *Ex plebe ac nobilitate nuptusque.*] Regius, *nuptiisque*. Fortasse, *nuptiis suis*. Similes nuptiæ Neronis & Spori aliquantò pòst. Sed placet Turnebi elegans conjectura, scribentis, *vultusque forma disceptatrice coëgerat*. Casaub.

4. *Nuptusque forma disceptatrice collegerat.*] Forte scribendum: *nuptus quoque forma disceptatrice*. *nuptus* verbum probum heic in re improba. *nuptus forma disceptatrice*, id est quos ad nuptum deligebat forma disceptatrice, ex formæ scilicet spectatione: cum qui sibi nuberent vel quibus ipse nuberet, ad formæ speciem, ut ante loquutus est, deligeret. *Salmas.*

Nuptiisque formâ disceptatrice collegerat.] Sic quoque Pal. non *nuptusque*, quod antea vulgabatur. lectio neutra forsan recta; eaque potior conjectura Turnebi, *vultusque formâ disceptatrice coëgerat*. Grut.

5. *Forma disceptatrice collegerat.*] hoc est, ut modò dicebat, delectos ad formæ speciem. *Casaub.*

6. *Inter hæc habitu victimarii victimas immolavit, in harena rudibus.*] Illa mendosa sunt, *inter cubicularios gladiatores pugnavit lucentibus aliquando mucronibus.* quos enim appellet cubicularios gladiatores, nescio. expungenda igitur hoc loco vox *gladiatores*, & ita legendum: *inter hæc habitu victimarii victimas immolavit. in harena rudibus inter cubicularios pugnavit lucentibus aliquando mucronibus*: aut, *inter cubicularios gladiator pugnavit lucentibus aliquando mucronibus*. pugnavit gladiator, hoc est gladiatoris habitu. sic vetus interpres Juvenalis de Nerone, *in gladiatore pugnavit*. Victor Scotthi ad feritatem ejus ingenii ostendendam scribit illum specie depugnandi gladiatores trucidasse. locus Victoris in vulgatis mendose scriptus habetur. sic enim legitur: *immiti prorsus ferequè ingenio, ut gladiatores specie depugnandi crebro trucidaret, cum ipse ferrum objectum veronibus plumbeis uteretur*. Lege: *cum ipsi ferro obtecto mucronibus plumbeis uterentur*. c & e in veteribus libris crebro invicem permutantur, *m* autem adhæserat fini præcedentis vocabuli. gladiatores cum quibus pugnabat Commodus, plumbeos tantum mucrones habebant, aut ferrum cujus in extremo erant mucrones plumbei. ipse autem lucenti ferro pugnabat: & sic eos facile trucidabat cum ipse ab illis nihil pati posset. plumbeos mucrones vocat quibus contrarii sunt *lucentes mucrones*, & pugnatorii decretoriique. *Salmas.*

7. *In harena rudibus int.*] Distingue ex Dione: *in harena rudibus: inter cubicularios gladiatores pugnavit, lucentibus aliquando mucronibus. Lucentes mucrones* opponuntur præpilatis ac retusis, quibus utebantur in ludicris certaminibus, & armaturæ tirociniis. *Casaub.*

1. *Tunc*

[1] Tunc tamen Perennis cuncta sibimet vindicavit: [2] quos voluit, interemit, spoliavit plurimos, omnia jura subvertit, [3] prædam omnem in sinum contulit. Ipse autem Commodus Lucillam sororem, [4] quum eam compressisset, occidit: sororibus dein suis cæteris, ut dicitur, constupratis, consobrina patris [5] complexibus suis conjuncta, [6] uni etiam ex concubinis matris nomen imposuit & uxoris. Quam deprehensam in adulterio exegit, exactam relegavit, & postea occidit. Ipsas concubinas suas sub oculis suis stuprari jubebat. Nec irruentium in se juvenum carebat infamia, omni parte corporis, atque ore in sexum utrumque pollutus. [7] Occisus est eo tempore etiam Claudius quasi à latronibus: cujus filius cum pugione quondam ad Commodum ingressus est, multique alii senatores sine judicio interempti, fœminæ quoque divites. [8] Et nonnulli per provincias à Perennis

1. *Tunc tamen Perennis cuncta sibimet vindicavit.*] *Tamen* pro, autem, vel potius vacat, ut in his libris sæpissimè. *Idem.*

2. *Quos voluit interemit, spoliavit plurimos, omnia jura subvertit, pr.*] Pugnant ista cum Δημαγωγῷ cum iis quæ de eodem Perenni scribit Dio. *Idem.*

3. *Prædam omnem in sinum contulit.*] Paullò post, *Qui etiam condemnationes in sinum vertisse dicuntur.* Idem.

4. *Cùm eam compressisset.*] Regius, *oppressisset.* Idem.

Cum eam compressisset.] Nulli lib. sic habent. Palat. *cum ea præmisisset.* quomodo sit explicanda illa scriptura, *cum ea præmisisset*, non video. Hæc Lucilla soror Commodi de eo occidendo inierat cum Quadrato & Tarruteno Paterno consilium, propter quod in exilium exacta fuerat & postea occisa. quod hoc loco narrat Lampridius. occidit igitur eam Commodus, *cum illa præmisisset*, id est cum prius Commodum occidere voluisset. *præmittere* pro *præire*: nec, si in mendo est, quo pacto emendem, satis perspicio. *Salmas.*

5. *Complexibus suis conjuncta.*] Palatinus, *injuncta. injuncta* pro simplici *juncta.* ita enim *injungere* sæpius in Pandectis Florentinis occurrit pro jungere. *Idem.*

Complexibus suis conjuncta.] Pal. *injuncta*, fortasse melius. *Grut.*

6. *Uni etiam ex concubinis matris nomen imposuit & uxoris.*] Omnino scribendum: *uni etiam è concubinis patris, nomen imposuit uxoris.* hoc est, unam ex concubinis patris uxorem appellavit. *Salmas.*

7. *Occisus est eo tempore etiam Claudius, quasi à latronibus.*] Claudius Pompejanus Lucillæ maritus. Sed fallitur hic Lampridius. nam hic Commodo fuit superstes. vide in Pertinace Dionem. De illis verbis, *quasi à latronibus*, lege quæ notamus ad Spartiani Caracallum. *Casaub.*

8. *Et nonnulli per provincias à Perenni.*] Regius refert ad fœminas tantum, quæ modò nominatæ: Scribit igitur, *Nonnullæ insimulatæ, spoliatæ, interemptæ.* Idem.

Et nonnulli per provincias.] Noster Palat. non accommodat istud feminis, nisi quod nihilominus habeat, *insimulatæ* cetera concepit genere masculino. *Grut.*

1. *Obji-*

à Perenni ob divitias insimulati, spoliati sunt, vel etiam interempti. His autem quibus deerat ficti criminis appositio, [1] objiciebatur [2] quòd scribere voluissent Commodum heredem. Eo tempore in Sarmatia res benè gestas per 6 alios duces, [3] in filium suum Perennis referebat. Hic tamen Perennis qui tantum potuit, subitò quòd bello Britannico militibus [4] equestris loci viros præfecerat, amotis senatoribus, [5] prodita re per legatos, exercitus, hostis appellatus [6] lacerandusque militibus est deductus. In cujus potentiæ locum [7] Cleandrum ex cubiculariis subrogavit. Multa sanè post interfectum Perennem ejusque filium, quasi à se non gesta rescidit, velut in integrum restituens. [8] Et hanc quidem pœnitentiam scelerum ultra triginta dies tenere non potuit, graviora per Cleandrum faciens quàm fecerat per suprà dictum Perennem. Et in potentia quidem Cleander Perenni successerat: in præfectura verò Niger, qui sex tantùm horis præfectus prætorii fuisse perhibetur. Mutabantur enim præfecti prætorii per horas ac dies, Commodo pejora omnia quàm fecerat antè, faciente. [9] Fuit item Martius Quartus præfectus præt. diebus quinque. Horum successores ad arbitrium Cleandri aut retenti sunt aut

1. *Objiciebatur, quòd scribere voluissent Commodum heredem.*] An *voluissent*? planior ita multò futura sententia. tamen & *voluissent* subtiliter potest excusari. *Casaub.*

2. *Quod scribere voluissent Commodum heredem.*] Sic quoque Palat. hoc est, quod eum nuncupassent heredem. *Grut.*

3. *In filium suum Perennis referebat.*] Præerat tum Illyricis exercitibus filius Perennis. *Casaub.*

4. *Equestris loci viros.*] Ulpium Marcellum intelligo. *Idem.*

5. *Prodita re per legatos, exercitus hostis est appellatus.*] Distingue, *Proditare per legatos exercitus, hostis est appellatus.* Legatos exercitus appellat illos mille quingentos jaculatores, quos ab exercitu Britannico Romam missos narrat Dio. *Idem.*

6. *Lacerandusque militibus est deductus.*] *Lacerandusque militibus est deditus*, ita Palatinus, nec aliter edi debuit. *Salm.*

Lacerandusque militibus est deditus.] Vulgati *deductus*. sed alterum tuetur fide Puteani codicis & Palatini. *Grut.*

7. *Cleandrum ex cubiculariis.*] Phryx origine & quondam Romæ de catasta emptus, & inter regios servos diu versatus. *Casaub.*

8. *Et hanc quidem pœnitentiam scelerum.*] Addit Regius, *sororum Commodus*, Idem.

9. *Fuit item Martius Quartus.*] Pal. loco vocis *item*, nihil habet. irrepsit tantum inter lineas à manu admodum recenti, *autem*. Grut.

aut occisi. [1] Ad cujus nutum etiam libertini in senatum atque in patricios lecti sunt: tuncque primùm vigintiquinque coss. in unum annum, venditæque omnes provinciæ. [2] Omnia Cleander pecunia venditabat. revocatos de exilio dignitatibus ornabat, res judicatas rescindebat: qui tantum per stultitiam Commodi potuit, [3] ut Byrrum sororis Commodi virum reprehendentem nuntiantemque Commodo quæ fiebant, in suspicionem regni affectati traheret & occideret, multis aliis qui Byrrum defendebant, pariter interemptis. [4] Præfectus etiam Ebutianus inter hos est interemptus: in cujus locum ipse Cleander cum aliis duobus quos ipse delegerat, præfectus est factus. Tuncque primùm tres præf. prætor. fuere, [5] inter quos libertinus qui à pugione appellatus est. Sed & Cleandro dignus tandem vitæ
7 finis impositus. [6] Nam quum insidiis illius Arrius Antoninus [7] fictis criminibus in Attali gratiam, quem in proconsu-

1. *Ad cujus nutum etiam libertini in senatum, &c.*] De senatu, nihil mirum aut novum: at de allectione in gentes patricias id novum: cùm antè præcipua nobilitas & maximè edecumata deligeretur explendis patriciis gentibus. *Casaubonus.*

2. *Omnia Cleander pecunia venditabat.*] Dio, Ἐχαρίσατο τὰ ἐπιλήψεις βουλείας, στρατείας, ἐπιστρατείας, ἡγεμονίας, πάντα πραγματα. *Idem.*

3. *Ut Byrrhum sororis Commodi virum.*] Antistium Burrhum, de quo & Capitolinus in Pertinace. *Idem.*

4. *Præfectus etiam Ebutianus.*] *Ebutianus*, P. legendum, *Æbutianus.* Salmas.

5. *Inter quos libertinus qui à pugione est appellatus.*] Hic velut minister reliquorum, qui erant legitimi præfecti prætorio, assiduè illos comitabatur pugionem ferens. Pugio autem erat insigne potestatis quam habuit præfectus prætorii. *Casaub.*

Inter quos libertinus qui à pugione appellatus est.] Pugionem Cæsares habebant, quod erat imperatoriæ potestatis ac majestatis insigne. hunc pugionem imperatores præfecto prætorio committebant, qui eum gerebat vicem imperatoris. Philostratus de Basso præfecto prætorio Marci: τὸ ξίφος πεπιστευμένῳ. cum igitur tres præfectos prætorio creavisset Commodus, & in his libertinum quemdam, cum omnibus pugio credi non posset, libertino eum commisit, qui à pugione propterea dictus est. nec minister erat reliquorum, sed ipse majori etiam aliquando dignitate quam ceteri, ac potestate præditus, cum pugionem solus haberet, & id potestatis insigne quo verus ac ligitimus prætorii præfectus ornabatur. *Salmasius.*

6. *Nam cùm insidiis illius Arrius Antoninus.*] Apud Xiphilinum & Herodianum caussa cædis Cleandri longè diversa, & longè quidem probabilior. *Casaubonus.*

7. *Fictis criminibus.*] *Factis criminibus* in Palatino. quod & locum potest habere. nam *facere crimen* pro fingere etiam eleganter dici potest. at in hoc versu qui inter sententias P. Syri legitur:

Facinus crimen tacendo facias novum:

vete-

consulatu Asiæ damnaverat, esset occisus, nec eam tum invidiam populo sæviente Commodus ferre potuisset, plebi ad pœnam donatus est: quum etiam Apolaustus, aliique liberti aulici pariter interempti sunt. Cleander inter cætera [1] etiam concubinas ejus constupravit, de quibus filios suscepit, qui post ejus interitum cum matribus interempti sunt. In cujus locum [2] Julianus & Regillus subrogati sunt: quos & ipsos postea pœnis affecit. His occisis, [3] interemit [4] Servilium [5] & Dulium Silanos cum suis: [6] mox Anitium Lupum, & Petronios Mamertinum & Suram, filiumque Mamertini Antoninum ex sorore sua genitum. [7] Et post eos sex simul ex consularibus, Allium Fuscum, Celium Felicem, Luceium Torquatum, [8] Lartium Euripianum, Valerium Bassianum, [9] Pactuleium Magnum cum suis; atque

veteres schidæ habent *jactam crimen*. atque ita omnino legendum. *jacere crimen* pro criminari eleganter & Latine dictum. *Salmas.*

1. *Etiam concubinas ejus constupravit.*] Damostratiam Commodi concubinam uxorem duxit. *Casaub.*

2. *Julianus & Regillus.*] Juliani ἐπιθετον post Cleandri cædem Dio meminit; Regilli nemo. *Idem.*

3. *Interemit Servilium & Dulium Silanos cum suis.*] Non aliter Pal. male antea edebatur *Syllanos*. nescio etiam an non debeat *Dulio* reformari in *Cluilium*. Grut.

4. *Servilium & Dulium Syllanos.*] *Silanos*, Pal. atque ita scribendum. *Salmas.*

5. *Et Dulium.*] Suspecta vox, & ut arbitror parum Romana. Fort. *Duilium*. Casaub.

6. *Mox Anitium Lupum.*] *Antium Lupum*: idem liber. *Salmas.*

7. *Et post eos sex simul ex consularibus.*] An *ex consularibus* dixit pro *consularis*? ita certe videtur. sed verior scriptura Palatini Codicis: *& post eos sex simul ex consulibus*. *ex consulibus* sunt consulares vel qui consules fuerunt, sic infra: *ex consulibus viros*, pro consulares viros. sic *ex gladiatore*, qui gladiator fuit, & amplius non est, sed artem desiit. sic Arnobio, *ex maribus* dicuntur castrati, & qui mares fuere. sic apud Plautum, *mulier ex viro facta dicitur*, quæ virum perdidit. ita quoque Græci non minus eleganter cæcos, ἐξ ὀμμάτων vocant, quasi qui ex oculis facti sunt, quos eadem prope ratione idiotismo nostro *ab oculis* vel unica voce *abocules* vocamus. *Idem.*

8. *Lartium Euripianum.*] Filius hic an nepos illius de quo Scævola in lege XXXI. Digest. De annuis legatis, &c. ubi scriptum in Pisano, *Largius Euripianus*. Casaub.

Lartium Euripianum.] *Lucium Euripianum*, Palatinus: *Lucium* magis accedit ad *Largium*, quomodo nepos ejus aut filius in Digestis vocatur. Vide Casaubonum. *Salmas.*

9. *Pactuleium Magnum cum suis.*] Hoc est cum amicis quisque suis, libertis, libertisque, interdum & utriusque sexus. Quamobrem cum hic est occisus, rumor statim percrebuit de filiæ quoque illius morte. Scribe *Pactumeium*. nam & alibi scribitur sic hoc nomen. ut in lege XXV. Digest. De statuliberis: & in lapide Campano: PACTVMEIAE. CAMPANAE. *Casaub.*

atque in Asia Sulpitium Crassum proconsulem & Julium Proculum cum suis, Claudiumque Lucanum consularem, & consobrinam patris sui Faustinam Anniam in Achaia, & alios infinitos. Destinaverat & alios quatuordecim occidere, [1] quum sumptus ejus vires Romani imperii sustineri
8 non possent. Inter hæc Commodus, [2] senatu semet ridente, quum adulterum matris consulem designasset, appellatus est *Pius*; quum occidisset Perennem, appellatus est *Felix*. Inter plurimas cædes multorum civium, quasi quidam novus Sylla, idem Commodus, ille Pius, ille Felix, finxisse etiam quandam contra se conjurationem dicitur ut multos occideret. [3] Nec alia ulla fuit defectio præter Alexandri, [4] qui postea se & suos interemit, & sororis Lucillæ. [5] Appellatus est Commodus etiam *Britannicus* ab adulatoribus, [6] quum Britanni etiam imperatorem contra eum deligere voluerint. [7] Appellatus est etiam *Romanus Hercules*, quòd feras Lanuvii in amphitheatro occidisset. Erat enim hæc illi consuetudo, [8] ut domi bestias interficeret. Fuit præterea

Paßuleium Magnum.] Assentior doctissimo viro scribenti *Paßumeium*: sed & apud Horatium *Paßumeius* ex libris reponendum. *Salmas.*

Paßuleium Magnum.] Non abit ab hac scriptura Pal. verius tamen putarim, *Paßumeium*. Grut.

1. *Cùm sumptus ejus vires Romani imperii sustineri.*] Scrib. *sustinere*. Casaub.

Cùm sumptus ejus, vires Romani imperii sustinere non possent.] Sic etiam Pal. noster; nisi quod perperam habeat, *virus* pro *vires*. Grut.

2. *Senatu semet ridente.*] Ita regius ac Puteani. vulgò *tradente*. perperam. *Casaubonus.*

Senatu semet ridente.] Pal. adhæret vulgato, *tradente*: & habet lectio utraque quo se tueatur. *Grut.*

3. *Nec ulla defectio fuit præter Alexandri.*] Quis iste? sine dubio Julius ille est Alexander Emesenus, de quo Dio. sed de illius defectione, nihil apud nobilissimum historicum. *Casaub.*

4. *Qui postea se & suos interemit.*] *Suos*, id est, puerum delicatum, digna lectu historia apud Dionem. *Idem.*

5. *Appellatus est Commodus etiam Britannicus ab adulatoribus.*] Quare ab adulatoribus? nam verè potuit: cùm per legatos ipsius magnum bellum in Britannia constet esse confectum. *Idem.*

6. *Cùm Britanni etiam imperatorem contra eum, &c.*] Illustrant hunc locum quæ infrà scribuntur: *Pannonia quoque compositæ: in Britannia, in Germania & in Dacia imperium ejus recusantibus provincialibus.* Tale quid narrat & Xiphilinus è Dione. hæc est illa seditio quam compescuisse in Britannia tantis cum periculis suis dicitur Pertinax. *Idem.*

7. *Appellatus est etiam Romanus Hercules.*] Cùm ad senatum scriberet, inquit Dio, cum alios titulos usurpabat, tum istum, Ῥωμαῖος Ἡρακλῆς. *Idem.*

8. *Ut domi bestias interficeret.*] Ille verò & publicè. Dio. *Idem.*

1. *Ut*

terea ea dementia ut urbem Romam, *coloniam Commodianam* vocari voluerit: qui furor dicitur ei [2] inter delinimenta Martiæ injectus. [3] Voluit etiam in circo quadrigas agitare. [4] Dalmaticus in publico processit, [5] atque ita signum [6] quadrigis emittendis dedit. Et eo quidem tempore quo ad senatum retulit de Commodiana facienda Roma, non solùm senatus hoc libenter accepit per irrisionem (quantum intelligitur) sed etiam seipsum Commodianum vocavit, Commodum Herculem & deum appellans. Simulavit se & in 9
Africam iturum ut sumptum itinerarium exigeret: & exegit, eumque in convivia & aleam convertit. [7] Motilenum præf. prætor. per ficus veneno interemit. Accepit statuas in Herculis habitu, eique immolatum est ut deo. [8] Multos præterea paraverat interimere, [9] quod per parvulum quendam proditum est qui [10] tabulam [11] è cubiculo ejecit, in qua occidendorum erant nomina scripta. [12] Sacra Isidis coluit, ut &

1. *Ut urbem Romam coloniam Commodianam, &c.*] Dio tantùm Κομμοδιανὸν. addit verò & castra Commodiana, & diem quo decretum ea de re factum fuisset in senatu *Commodium*. Idem.

2. *Inter delinimenta Martiæ.*] Hæc illa famosissima ejus concubina, cæde ipsius notissima. *Idem.*

3. *Voluit etiam in circo, &c.*] Non fecit tamen. *Idem.*

4. *Dalmaticatus in publico processit.*] In auctione rerum Commodi, jussu Pertinacis celebrata, repertæ sunt, auctore Capitolino, *Lacernæ & chirodotæ Dalmaticatum*. Dalmaticatum autem prodire in publicum, dedecori summo fuisse declarat alter locus Lampridii in vita Heliogabali, quem vide. de Dalmaticis, non hic locus est dicendi. & sciunt qui vel degustarunt veteris ecclesiæ historias, vestem illam, quæ olim fuerat mollium & delicatorum, postea gravissimorum sanctissimorumque episcoporum fuisse gestamen: sed & forma mutata & materia. verùm hæc alibi. *In publico procedere*, pro in publicum, recentior est Latinitas. *Idem.*

5. *Atque ita signum quadrigis emittendis daret.*] Scribo, *mittendis*. sic *mittere quadrigas* vel mappam, sæpe apud Livium, & alios. Id munus fuit olim summi magistratus, dictatoris, vel consulis, aut prætoris. *Idem.*

6. *Quadrigis emittendis.*] Haud aliter quoque Pal. *Grut.*

7. *Motilenum præf. prat.*] Malim si liceat, *M. Attilianum*. vel *Atilicinum*, quæ scimus esse nomina Romana. *Casaubonus.*

8. *Multos præterea paraverat interimere.*] Ista non erant loci hujus. *Idem.*

9. *Quod per parvulum quendam proditum est.*] Per Philocommodum puerulum minutum, de quo Herodianus multa. *Idem.*

10. *Tabulam è cubiculo ejecit.*] Pro, abstulit vel extulit. *Idem.*

11. *E cubiculo ejecit.*] Per fenestram fortè in locum inferiorem, nisi aliter doceremur ab Herodiano. potuit tamen alium auctorem secutus esse Lampridius. *Grut.*

12. *Sacra Isidis coluit, ut & caput raderet, & Anubin portaret.*] Spartianus

ut & caput raderet & Anubin portaret. [1] Bellonæ servientes verè exsecare brachium, præcepit studio crudelitatis. [2] Isiacos verò pineis usque ad perniciem pectus tundere cogebat. [3] Quum Anubin portaret, capita Isiacorum graviter obtundebat ore simulacri. Clava non solùm leones in veste muliebri & pelle leonina, sed etiam multos homines afflixit. Debiles pedibus, & eos qui ambulare non possent, [4] in gigantum modum formavit, ita ut à genibus de pannis & linteis quasi dracones digererentur, eosdemque [5] sagittis confecit. [6] Sacra Mithriaca homicidio vero polluit,

in Caracallo: *Sacra Isidis Antoninus Commodus ita celebravit, ut & Anubin portaret, & pausa sederet.* Sed postrema verba menda. Isiaci autem caput radebant, communi ferè omnium sacerdotum Ægyptiorum more. Caussam cur Isiaci caput raderent, pete è Plutarcho in De Iside & Osiride. Ibidem habes quis iste Anubis, & quomodo ad Isiaca sacra cultus illius pertinuerit. Anubin autem portare, est simulacrum illius humeris impositum per urbem circumferre. mos hic gentibus planè ridiculus fuit, & stultus. *Casaub.*

1. *Bellonæ servientes verè exsecare brachium, &c.*] Bellonarii fanatici missione sanguinis sui deam placabant, nono Kal. Aprilis: qui dicebatur dies sanguinis. Sed observa vocem Lampridii, *verè*. nam ex illa discimus, plerumque ficta & simulata fuisse tantùm vulnera Bellonariorum. *Idem.*

2. *Isiacos pineis usque ad perniciem pectus tundere cogebat.*] Lactantius libro primo, *Sacerdotes Isidis deglabrato corpore pectora sua tundunt, lamentando ficti ipsi, cùm filium perdidit, fecerat.* Idem.

3. *Cùm Anubin portaret, capita Isiacorum, &c.*] Cùm simulacrum Anubis plures simul baiularent, cæteros baiulos præcedebat Commodus: sed ibat ante simulacrum, & qui illud gestabant Isiacorum sacerdotum agmen. Commodus igitur per lasciviam sese incurvans, facilè efficiebat, ut simulacri, quod humeris gestabat, os in proximi cujusque caput incideret. non poterat hoc fieri sine læsione eorum qui ictum illum excipiebant. nam & capite nudo erant: & os Anubis in rostri canini similitudinem, ut notum est, effigiatum, inferendo vulneri aptissimum. *Idem.*

4. *In gigantum modum formavit, ita ut à genibus de pannis, &c.*] Quia dicitur Hercules cum monstris & gigantibus pugnasse & vicisse, voluit & novus hic Hercules Romanus gigantes occidere. Vix credi possit tantus furor, nisi narraret qui præsens vidit omnia Dio. eum lege. Gigantes poëtæ fingunt ἀφεμποδίσας. Ovidius in Fastis,

Mille manus dedit illis, & pro cruribus angues.

Idem.

In gigantum modum formavit, ita ut à genibus.] Pro *à genibus* perperam in Palatino, *agentibus*. *à genibus* autem verum est. Dio: Διεγείλαν τε τινας αὐτοῖς εἰδη καὶ τοῖς γίγασι καθοπλίσας. Idem Palatinus, *degererentur*, legit, non *digererentur*. vet. ed. *detegerentur*, mendose. *Salmas.*

5. *Sagittis confecit.*] Dio ait, clava; quod fuit alterum Herculis gestamen. *Casaub.*

6. *Sacra Mithriaca homicidio vero polluit.*] Olim Mithriaca sacra non sine humana victima peragebantur. sed desitus mos in orbe Romano, lege lata ab Hadriano qua omnes penitus ἀνθρωποθυσίαι sunt vetitæ. *Idem.*

1. *Cùm*

luit, [1] quum illic aliquid ad speciem timoris vel dici vel fingi soleat. Etiam puer & gulosus & impudicus fuit. Adolescens omne genus infamavit hominum quod erat secum, & ab omnibus est infamatus. irridentes se feris objiciebat. Eum etiam qui Tranquilli librum vitam Caligulæ continentem legerat, feris objici jussit: quia eundem diem natalis habuerat quem & Caligula. [2] Siquis sanè se mori velle prædixisset, hunc invitum præcipitari jubebat. In jocis quoque pernicioſus. nam eum quem vidisset albescentes inter nigros capillos quasi vermiculos habere, sturno apposito, qui se vermes sectari crederet, [3] capite * suppuratum reddebat obtunsionibus. Pinguem hominem. Idem.

1. *Cùm illic aliquid ad speciem timoris vel dici vel fingi soleat.*] Tertullianus De corona militis extremo libro: Præter martyrii mimum quem ibi describit Tertullianus, erant in Mithriacis sacris & alia ad terrorem comparata. nam quo animi robore miserellis qui initiabantur opus fuit, cùm in speluncam atram deducti, nihil nisi leones, hyænas & corvos cernerent? Ut enim in Isiacis caninam personam assumebant; sic in istis viri leones se fingebant; mulieres, hyænas; ministri sacrorum, corvos; ipsi qui ad sacra admittebantur, modò in leones, modò in alias feras, effingebantur. Quare quod in Cereris sacris dicebant τὰ μυστήρια τοῦ Διονύσου καταδέχεσθαι, Spartianus in Hadriano, *Eleusinia sacra suscipere*, in mysteriis Mithræ dixerunt τὰ λεοντικὰ τοῦ Διονύσου καταδέχεσθαι. *Idem.*

Cum illic aliquid ad speciem timoris vel dici vel fingi soleat.] Pro, & *dici & fingi soleat.* recte autem dixit aliquid in sacris Mithriacis ad speciem timoris fingi. non enim omnia sic fingebantur ad pavorem fictum & ridiculum, sed quædam etiam fiebant veri timoris & periculi plena: ut erant κρύβδηλοι quibus tentabantur prius, qui sacris illis initiari habebant. multiplicia autem videntur illa Mithriaca sacra fuisse. nec Leontica tantum sacra suscipere dicebantur, qui illis initiabantur, ut Eleusinia sacra suscipere in mysteriis Cereris & Proserpinæ. sed & Coracica quædam erant sacra. Patrica quoque accipiebantur illis Mithriacis sacris. nam πατρῴους suos patres appellabant, unde *patrica.* de quibus nos alibi plura nondum observata in medium proferemus, totamque Mithriacorum sacrorum cerimoniam explicabimus. *Salmas.*

2. *Si quis sanè se mori velle prædixisset.*] Suspectum verbum, *prædixisset*, malim, *præ dolore dixisset*, aut simile quid. *Casaub.*

Si quis sane se mori velle prædixisset.] *Prædicere* heic non est vaticinantium verbum, qui futura prædicunt, sed hominum qui quod facturi sunt aut facere in animo habent id prædicunt, apud Terentium: *Ne tibi dicas non prædictum.* Salmas.

Si quis sane se mori velle prædixisset, &c.] Vel execratus sæculi sui calamitatem morbumve aliquem incurabilem; vel etiam quod per adulationem præ se ferret, velle vitam impendere Imperatori. sic sanè legimus de Caligula apud Suetonium cap. 27. *Votum exegit ab eo, &c.* Grut.

3. *Capiti suppuratum reddebat. Obtunsionibus. Pinguem hominem.*] Lege, *capite suppuratum reddebat obtunsionibus. Pinguem hominem.* obtundere est κολακεύειν, quod semper Aristoteles usurpat de avibus quæ rostro nocent. *Casaub.*

reddebat obtunsione. Pinguem hominem medio ventre dissecuit, ut ejus intestina subitò funderentur. [1] Monopodios [2] & luscinios, eos quibus aut singulos tuliſſet oculos aut ſingulos pedes fregiſſet, appellabat. Multos prætereà paſſim extinxit: alios quia barbarico habitu occurrerant; alios quia nobiles & ſpecioſi erant. [3] Habuit in deliciis homines appellatos nominibus verendorum utriuſque ſexus, [4] quos libentiùs [5] ſuis oculis applicabat. [6] Habuit & hominem pene prominente ultra modum animalium, [7] quem Onon appellabat, ſibi chariſſimum, quem & ditavit & [8] ſacerdo-
11 tio Herculis ruſtici præpoſuit. Dicitur ſæpe pretioſiſſimis cibis

Capite ſuppuratum reddebat. obtunſi oneris pinguem hominem.] Lege & diſtinguе, *Sturno appoſito qui ſe verum ſectari crederet, capite ſuppuratum reddebat obtunſione. Pinguem hominem medio ventre diſſecuit. obtunſione,* τῇ κοιλίᾳ, & obtundendo. *Salmaſ.*

* *Suppuratum reddebat. Obtunſi oneris pinguem hominem, &c.*] Probo lectionem Caſauboni, *reddebat obtunſionibus. pinguem hominem, &c.* nihil tamen divertit à vulgatâ ſcripturâ Pal. *Grut.*

1. *Monopodios & luſcinios.*] Scrib. *Luſcinios.* hi quòd luſci eſſent facti, illi quòd μονόποδες. *Caſaub.*

Monopodios & Luſcinios.] Lege *Monopodios. Μονοπόδους* ſunt *Μονόποδες.* nam πόδας dixere forma ὑπαγωγῆσιν τῆς πόδας. unde & Monopodiæ menſæ quæ uno tantum pede nitebantur. Monopodios autem vocando, quibus ſingulos pedes fregiſſet Commodus, per jocum adludebat ad gentis illius appellationem quibus à natura ſinguli tantum pedes. atque inde *Μονόποδες,* & *Μονόκωλοι* dicebantur. nec mihi dubium eſt eo reſpexiſſe per jocum, cum illis appellationibus luderet in rebus triſtiſſimi exempli, ſæviſſimus imperator. *Salmaſ.*

2. *Et Luſcinios quibus ſingulos tuliſſet oculos.*] Quos luſcos feciſſet jocoſe appellabat Commodus *Luſcinios.* Luſcinii autem ſunt Luſciniæ, nam *Luſcinius* & *Luſcinia* dicebatur: ut ſimius, & ſimia: Turdus & Turda: Gloſſæ: *Luſcinus, ἀηδών.* ſic enim *Luſcinius* & *Luſcinus* dicebatur, ut ſimus & ſimius. *Idem.*

3. *Habuit in deliciis homines, &c.*] Rem eandem pluribus narrat Dio, quem lege in vita Pertinacis. *Caſaub.*

4. *Quos libentiùs ſuis oculis.*] Scribi malim, *oſculis.* Idem.

Quos libentius oſculis ſuis applicabat.] *Adplicare oſculis,* eſt oſculari. *Salmaſius.*

5. *Suis oculis applicabat.*] Sic quoque Pal. noſter, nec malè. *Grut.*

6. *Habuit & hominem pene prominente, ultra modum animalium.*] Idem alibi de Heliogabalo: *Ad humores reliquos promovit, commendatos ſibi pudibilium enormitate membrorum.* Caſaub.

7. *Quem Onon appellabat.*] Ezechiel Dei propheta, cap XXIII. & Hieronymus in illum locum: Juvenalis,

—— *atque alium bipedem ſibi quærit aſellum.*

Idem.

8. *Sacerdotio Herculis Ruſtici præpoſuit.*] Hiene eſt qui in deſcriptione Urbis, dicitur Victori Hercules Silvanus? an Hercules ruſticus dicitur, qui rure dedicatus à Commodo fuiſſet? *Idem.*

Sacerdotio Herculis Ruſtici præpoſuit.] Hercules Ruſticus idem cum Hercule Silvano. Ruſticus autem & Agreſtis, & Silvanus συνώνυμα ſunt. Hercules

cibis humana stercora miscuisse, [1] nec abstinuisse gustum, [2] aliis (ut putabat) irrisis. [3] Duos gibbos retortos in lance argentea sibi sinapi perfusos exhibuit, eosdemque statim promovit ac ditavit. Præf. præt. suum Julianum, [4] togatum, præsente officio suo in piscinam detrusit: quem saltare etiam nudum ante concubinas suas jussit [5] quatientem cymbala, deformato vultu. [6] Genera leguminum coctorum ad convivium propter luxuriæ continuationem raro vocavit. [7] Lavabat per diem septies atque octies, [8] & in ipsis

cules ille Rusticus is est qui cum Silvano jungebatur, quem & Silvanum etiam Herculem dicebant. *Salmas.*

1. *Nec abstinuisse gustu.*] Melius & elegantius in Palatino: *Nec abstinuisse gustum. abstinere gustum*, ut *manum abstinere.* Idem.

Nec abstinuisse gustu.] Non displiceret quod in Pal. *gustum.* Grut.

2. *Aliis, ut putabat, irrisis.*] Homo furiosus putabat magnum facere, cùm suos convivas ab esu ciborum quibus ipse delectaretur, hac spurcitie averteret. *Casaub.*

3. *Duos gibbos.*] Scripti ineptè, *gibbos.* Idem.

Duos gibbos retortos.] Palatinus: *Duos gibbos retorridos. retorridus* sic plane dicitur ut *torridus. retorridum* in arboribus rei rusticæ auctores dicunt, ut retortidos ramos, qui non grandescunt, sed in nodos contrahuntur, scabritiemque corticis & squallorem præ se ferunt. Gibbi vero retorridi sunt sicci, aridi, & macilenti, & cutis contractæ squalidæ & asperæ, striataeque, qualem habent senes & vetulæ. inde per metaphoram *retorridi homines*, exercitati, & qui in negotiis multis versati sunt. aliquando sic appellantur, qui non facile flectuntur à proposito. *Salmas.*

4. *Togatum, præsente officio suo.*] *Suo*, nempe Juliani. *Casaub.*

5. *Quatientem cymbala.*] Cymbala & tympana mollioribus saltationibus adhiberi solita notum est, vel ex Plinio, epistola XIIII. libri secundi. *Idem.*

6. *Genera leguminum coctorum ad convivium propter luxuriæ continuationem, raro vocavit.*] Lego, *Genera leguminum cuncta suum ad convivium propter luxuriæ continuationem non raro vocavit.* Naturæ rerum adeò imperitus nemo, quin sciat legumina pleraque inflare, & proinde Veneri conducere. est notum & pueris vetus proverbium, A fabis abstine. *Idem.*

Genera leguminum coctorum ad convivium propter luxuriæ continuationem raro vocavit.] Paucis mutatis repone: *Genere leguminum cunctorum propter luxuriæ continuationem raro vocavit:* qua lectione veriorem noli quærere. quod dicit, hoc est. Commodum propter libidinis continuationem raro vacasse cunctorum leguminum genere. exhiberi igitur sibi fere semper jubebat, legumina omne genus, iisque raro caruit ejus convivium. vacare aliqua re, pro carere. *Salmas.*

Genera leguminum coctorum ad convivium, &c.] Sic etiam codex Pal. forsan omnia se bene habuerint, rescripto, *continuationem revocavit.* Grut.

7. *Lavabat per diem septies atque octies.*] Diem intellige æstivum. in vita Gordiani: *Quater & quinquies in die lavabat æstate; in hieme bis.* Casaubonus.

8. *Et in ipsis balneis edebat.*] More delicatiorum. ideo in balneis frequentes libarii, botularii, crustularii, & omnes popinarum institores, ut scribit Seneca, epistola LVI. *Idem.*

ipsis balneis edebat. [1] Deorum templa polluit stupris & humano sanguine. [2] Imitatus est & medicum, [3] ut sanguinem hominibus emitteret scalpris feralibus. [4] Menses quoque in honorem ejus [5] pro Augusto *Commodum*, [6] pro Septembri

1. *Deorum templa polluit stupris.*] Venerem in templis deorum exercere, barbaræ gentes susque deque habuerunt: magis politæ piaculum duxerunt. *Idem.*

Deorum templa polluit stupris & sanguine.] Palatinus & ed. Med. *Deorum templa pollutus stupris & sanguine. Pollutus* pro *polluit.* sic *honoratus est*, apud Solinum pro *honoravit.* & *provocatus est vex*, Floro, pro *provocavit.* Salmas.

2. *Imitatus est & medicum.*] Chirurgum medicum agens, aliis aurem, aliis nasi partem, aut aliud quid præcidere solitus. *Casaub.*

3. *Ut hominibus sanguinem emitteret scalpris feralibus.*] *Scalpra feralia*: sic edicta feralia. *Salmas.*

4. *Menses quoque in honorem ejus.*] Mensium omnium fuisse mutata nomina constat inter Dionem & Herodianum. sunt autem:

AMAZONIUS.	AMAZONIOC.
INVICTUS.	ANIKHTOC.
FELIX.	ETTTXHC.
PIUS.	EYCEBHC.
LUCIUS.	AOYKIOC.
ÆLIUS.	AIAIOC.
AURELIUS.	AYPHAIOC.
COMMODUS.	KOMMOΔOC.
AUGUSTUS.	ΔYΓOYCTOC.
HERCULEUS.	HPAKΛEIOC.
ROMANUS.	PΩMAIOC.
EXUPERATORIUS.	ΥΠΕΡΑΙΡΩΝ.

Ex istis duodecim nominibus, quatuor sunt tantùm, quæ possint εἰς Ἡρακλείαν ἀναφέρεσθαι, ut loquitur Herodianus: HPAKΛEIOC, ΥΠΕΡΑΙΡΩΝ, AMAZONIOC, ANIKHTOC. reliqua omnia partim propria Commodo, partim omnibus imperatoribus solennia sunt. Ex ea tamen serie conjicimus, primum Commodianorum mensium esse LUCIUM: semper autem propria cujusque principis nomina præcedebant: cujusmodi sunt ista hic. LUCIUS. ÆLIUS. AURELIUS. COMMODUS. quæ ita junctim ex Dione recensent Xiphilinus & Zonaras. Porro ejus anni caput videtur ille mensis esse factus, vel quo natus, vel quo Cæsar est appellatus, vel ille potiùs quo Augustus. *Casaub.*

Menses quoque in honorem ejus pro Augusto Commodum.] Non parum dissentiunt authores in horum mensium nominibus à Commodo mutatis, constituendis: quis primo loco, quis deinde, quis postremo collocandus. Dionem ordine ipso, quo statui deberent, eos retulisse omnimodis censeo: quod ejus hæc verba satis produnt: Καὶ πάλιν οἱ μῆνες ἀπ' αὐτοῦ πάλιν ἐπεκλήθησαν, ὥστε τρισκαιδεκάκις αὐτοὺς κτᾶσθαι. Hæc autem apud illum serie digesti leguntur:

Ἀμαζόνιος,	*Ianuarius.*
Ἀνίκητος,	*Februarius.*
Εὐτυχής,	*Martius.*
Εὐσεβής,	*Aprilis.*
Λούκιος,	*Majus.*
Αἴλιος,	*Junius.*
Αὐρήλιος,	*Julius.*
Κόμμοδος,	*Augustus.*
Αὔγουστος,	*September.*
Ἡρακλείος,	*October.*
Ῥωμαῖος,	*November.*
Ὑπερέχων,	*December.*

Salmas.

5. *Pro Augusto Commodum.*] Statim sequitur ex Actis, *iterum profectus III. Nonas Commodias.* Lapis Lanuvii,

IDUS. COMMODAS
ELIANO. COS.

Casaub.

Pro Augusto Commodum.] Sequitur vulgatos codex Pal. *Gent.*

6. *Pro Septembri Herculem.*] Non Herculem

ptembri *Herculem*, pro Octobri *Invictum*, [1] pro Novembri *Exuperatorium*, pro Decembri *Amazonium*, ex signo ipsius adulatores vocabant. *Amazonius* autem vocatus est ex amore concubinæ suæ Martiæ, [2] quam pictam in Amazone diligebat: propter quam & ipse Amazonico habitu in harenam Romanam procedere voluit. Gladiatorum etiam certamen subiit, [3] & nomina gladiatorum recepit eo gaudio quasi acciperet triumphalia. [4] Ludum semper ingressus est: & quoties ingrederetur, publicis monumentis indi jussit. [5] Pugnasse autem dicitur septingenties tricies quinquies. Nominatus inter Cæsares quarto Iduum Octobrium, quas Herculeas postea nominavit, [6] Pudente & Pollione coss.

Appel-

culem sed Herculeum vocat Dio. Sed in ejus laterculo inter Commodum mensem & Herculeum alius interjectus, qui veteri nomine, sed nova notione Augustus dictus: is autem est September, Commodus enim est Augustus. Herculeus igitur erit October, non September. ita Dio. Ita ergo locus concipiendus: *Pro Augusto* COMMODVM, AVGVSTVM *pro Septembri*, HERCVLEVM *pro Octobri*, INVICTVM *pro Novembri*, EXVPERATORIVM *pro Decembri*, AMAZONIVM *pro Januario*. nam Dioni ΡΩΜΑΙΟC est qui nostro INVICTVS. ΑΝΙΚΗΤΟC, illi Februarius. COMMODVS September est Victori, Eutropio, Eusebio. *Casaub.*

Pro Septembri Herculem.] Dioni non Ἡρακλῆς, sed Ἡρακλέων, hic mensis appellatur; Heracleus, non Hercules. ut enim à Julio non Julianus mensis, sed Julius; sic & Commodus mensis, non Commodianus. Commodus autem non Hercules, sed Herculeus cognominatus. *Salmas.*

1. *Pro Novembri exuperatorium.*] Fallitur. docuimus enim, Decembrem exuperatorium dictum fuisse. exuperatorius Dioni ὑπερφέρων, quo nomine appellari unice gaudebat Commodus, Ὡς ὑπὸ πάσιν ἀνθρώποις ἀνδρεῖος καὶ ὑπερβολὴν νικῶν. Sed cur non exuperator potius quam exuperatorius dictus est: *exuperator* enim est ὑπερφέρων. & fortasse ita dictus fuerit exuperator, ut triumphator; mensis autem exuperatorius: quamvis videatur illa vox *exuperatorius*, aliquid plus ipsa vi continere quam exuperator. est enim ille qui semper vincere soleat, nunquam vinci. ὑπερφέρων autem Græci pro longe superare ponunt. *Idem.*

2. *Quam pictam in Amazone.*] Scribe, *in Amazonem*. Casaub.

Quam pictam in Amazone diligebat.] Scribit vir doctissimus: *in Amazonem*. nihil opus. *picta in Amazone*, Latine & eleganter dictum. sic *Jovem fluxisse in imbre*. Vetus interpres Juvenalis: *Neronem pugnasse in gladiatore*. hoc est in habitu gladiatoris. *Salmas.*

Quam pictam in Amazone diligebat.] Pal. *Amasione*. Grut.

3. *Et nomina gladiatorum recepit, eo gaudio quasi acciperet triumphalia.*] Infra, *Appellatus est inter castra triumphalia nomina etiam sexcenties vicies Paulus* (vel *Palus*) *primus secutorum*. Casaub.

4. *Ludum semper ingressus est.*] Suprà, *gladiatoribus convixit*. Pro *semper* malim *sæpe*, cum Jacobo Lectio. *Idem.*

5. *Pugnasse autem dicitur, &c.*] Vide paullò post. *Idem.*

6. *Pudente & Pollione Coss.*] Anno impe-

Appellatus *Germanicus*, Idibus Herculeis, [1] Maximo & Orphito coss. Assumptus est in omnia collegia sacerdotalia
12 sacerdos, XIII. Calendas Invictas, [2] Pisone & Juliano coss. [3] Profectus in Germaniam XIIII. Calendas Ælias, ut postea nominavit, iisdem coss. [4] Togam virilem accepit cum patre: appellatus imperator V. Calendas Exuperatorias, Pollione iterum & Apro coss. Triumphavit X. Calendas Amazonias, iisdem coss. Iterum profectus III. Nonas Commodias, [5] Orphito & Ruffo coss. Datus in perpetuum ab exercitu & senatu in domo palatina Commodiana conservandus, XI. Calendas Romanas, [6] Præsente iterum cos. [7] Tertiò meditans de profectione, à senatu & [8] populo suo retentus est. Vota pro eo facta sunt Nonis Piis, [9] Fusciano iterum cos. Inter hæc refertur in literas, [10] pugnasse illum sub patre trecenties sexagies quinquies. Item postea tantum palmarum gladiatoriarum confeciſſe, vel victis retiariis vel occisis, [11] ut mille contingeret.

[1] Fera-

imperii Marci & vitæ Commodi VI. *Idem.*

1. *Maximo & Orphito Coss.*] Anno XII. *Idem.*

2. *Pisone & Juliano Coss.*] Anno XV. *Idem.*

3. *Profectus est in Germaniam.*] Hæc prima profectio, cùm à patre in Germaniam ascitus est, ut togam virilem sumeret; quo tempore, Cassius rebellavit. *Idem.*

4. *Togam virilem accepit, &c.*] Inepta distinctio: Rescribe, *Togam virilem accepit, cum patre appellatus imperator* V. *Kal. Exuperatorias, Pollione iterum & Apro Coss.* fuere isti Coss. anno XVI. *Idem.*

5. *Orphito & Rufo Coss.*] Anno XVIII. Idem.

6. *Præsente iterum Cos.*] Anno quo obiit Marcus, & Commodus è Germanico exercitu Romam rediit, Coss. fuerunt Præsens iterum & Condianus: sed Condiani postea memoria damnata est, ipse hostis appellatus condemnatusque. propterea erasum ejus nomen ex Actis, ut hic vides. *Idem.*

7. *Tertiò meditans de profectione.*] Hoc est, de expeditione aliqua contra barbaros. *Idem.*

8. *Populo suo.*] Sic enim Commodus Romanos coloniam suam, sive Commodianam vocitabat: & ita loquebantur, qui Acta conficiebant. *Idem.*

9. *Fusciano iterum Cos.*] Annum octavum imperante Commodo Coss. facti Fuscianus & Silanus. *Idem.*

10. *Pugnasse illum sub patre trecenties sexagies quinquies.*] Paullò ante scriptum, *Pugnasse dicitur septingenties tricies quinquies.* nam ille major numerus pugnas post patrem pugnatas continet. Est vero digna res maxima admiratione, hanc filii sui insaniam tantum virum inhibere non potuisse. *Idem.*

11. *Ut mille contingeret.*] Capitolinus in Vero: *Qui mille propè pugnas publicè populo inspectante gladiatorias imperator exhibuit.* Auctor est Herodianus Commodum basi colossi cui caput suum imposuerat, pro imperatoriis titulis hunc subscripsisse, VICTOR MILLE GLADIATORVM. *Idem.*

1. *Fera-*

[1] Ferarum autem diversarum manu sua occidit multa millia, ita ut elephantos occideret. Et hæc fecit sæpe spectante populo Romano. Fuit autem validus ad hæc, aliàs debilis & infirmus, [2] vitio etiam inter inguina prominenti, ita ut ejus tumorem [3] per sericas vestes populus Romanus agnosceret. Versus in eum multi scripti sunt, [4] de quibus etiam in opere suo Marius Maximus gloriatur. Virium ad conficiendas feras tantarum fuit, [5] ut [6] elephantum conto transfigeret: [7] & orygis cornu [8] hasta transmiserit: & singulis ictibus multa millia ferarum ingentium conficeret. Impudentiæ tantæ fuit ut cum muliebri veste [9] in amphitheatro vel theatro sedens, publicè sæpissimè biberit. Victi sunt 13

1. *Ferarum autem diversarum, &c.*] Vide Ammian. Marcell. l. xxxi. *Idem.*

2. *Vitio etiam inter inguina prominenti.*] Laborabat enim hernia Commodus. *Idem.*

3. *Per sericas vestes populus Rom. agnosceret.*] Dio tamen & dalmaticatum & sericatum fuisse visum scribit, non in publico, sed domi à salutantibus. *Idem.*

4. *De quibus etiam in opere suo Marius Maximus gloriatur.*] Non quòd illos versus fecisset, ne erres; junior enim Marius Maximus fuit; sed quòd diligenter collegisset. Pro *in opere suo*, regius liber & Puteani, *in libro suo*. Idem.

De quibus etiam in operè suo Marius Maximus gloriatur.] Sic quoque Pal: non *in libro suo*, quod in aliorum mss. *Grut.*

5. *Ut elephantum conto transfigeret; & orygis cornu hasta transmiserit.*] De elephanto etsi mirum est, minuunt tamen miraculum similes narrationes ab Herodiano & Dione diligenter expositæ. de orygis cornu transmisso non adducor ut credam; utique si de vero sentit orygi: quod animal cornu habet non solum magnum; sed & durum adeò, ut instar ferri secet. Quare nationes fuerunt quæ orygis cornibus pugnarent, ut aliæ gladiis ferreis. *Casaub.*

6. *Elephantum conto transfigeret.*] Nihilo pejus Pal. *transfigeret.* Grut.

7. *Et orygis cornu hasta transmiserit.*] Etsi satis hoc mirum videatur de orygis cornu hasta transmisso, magis tamen mirum faciunt membranæ quæ *hasto*, pro *hasta* diserte scribunt. *Bastum* autem quid sit vel *Bastus*, aperiemus. Bastum igitur est baculum vel fustis, quem vulgo *bastonem* vocamus idiotismo nostro. *Bastus* & *Basta*: ut Cardus & Cardo, onis. nam βαστὴς est fustis, quo onera portantur. unde & βαστάζω pro ferre & portare. *bastus* igitur vel *bastum*, fustis quo transmittebat Commodus orygis cornu, tantarum fuit virium. si cui videtur hoc nimis mirandum, atque adeo minus credibile, ne longius eat, habebit quo suam mirandi libidinem expleat in illo quod sequitur, magis mirando: *Et singulis ictibus multa millia ferarum ingentium conficeret.* Sed & elephantum conto transfigere Dii boni quantarum, & qualium virium est opus; ne miremur jam de orygis cornu basto transmisso. Dicemus etiam infra de hac voce, cum de basternis tractabimus. *Salmas.*

8. *Hasta transmiserit.*] Pal. *baste.* Grut.

9. *In amphitheatro vel theatro, &c.*] Narrat Dio accuratè: sed non sedentem bibisse; verùm ὸρθὸς ἐπὶ ἀμφιθεάτρου κρατῆρος. *Casaub.*

1. Quæ

sunt sub eo tamen, quum ille sic viveret, per legatos, Mauri, victi Daci, Pannoniæ quoque compositæ: in Britannia, in Germania & in Dacia imperium ejus recusantibus provincialibus.[1] Quæ omnia ista per duces sedata sunt. Ipse Commodus in subscribendo tardus & negligens,[2] ita ut libellis una forma multis subscriberet;[3] in epistolis autem plurimis, *Vale*, tantùm scriberet. Agebanturque omnia per alios, qui etiam condemnationes in sinum ver-
14 tisse dicuntur. Per hanc autem negligentiam,[4] quum & annonam vastarent ii qui tunc rempub. gerebant, etiam inopia ingens Romæ exorta est quum fruges non deessent: & eos quidem qui omnia vastabant, postea Commodus occidit atque proscripsit.[5] Ipse verò seculum aureum, *Commodianum* nomine assimulans,[6] vilitatem proposuit, ex qua majorem penuriam fecit. Multi sub eo & alienam *pœnam* & suam salutem pecunia redemerunt. Vendidit etiam suppliciorum diversitates[7] & sepulturas[8] & [9] immunitates malorum, & alios pro aliis occidit. Vendidit etiam

1. *Quæ omnia ista per duces sedata sunt.*] Scribo, *Quæ omnia sunum per duces sedata sunt.* Idem.

Quæ omnia ista per duces sedata sunt.] Sic quoque Pal. noster. *Grut.*

2. *Ita ut libellis una forma multis subscriberet.*] Hoc ego non capio: Lego, *una forma multis simul subscriberet.* Casaubonus.

Ita ut libellis unâ formâ multis subscriberet.] Haud aliter etiam Pal. & videatur innuere, libellis aliter atque aliter subscribere solitos Imperatores, prout hoc vel illud complecterentur. *Grut.*

3. *In epistolis autem plurimis Vale tantùm scriberet.*] Interdum tamen & totas ipse scribebat: ut illam ad Albinum, quæ Capitolino descripta. *Casaub.*

4. *Cùm & annonam vastarent, &c.*] Cleandrum intelligit, qui astu improbo id agebat, sicut referunt Dio & Herodianus, ut conflata ex ea re invidia Commodum opprimeret. *Idem.*

5. *Ipse verò seculum aureum, &c.*] Vocabat, inquit Dio, seculum suum, *seculum aureum*: atque ita in Actis omnibus jussit scribi. *Idem.*

6. *Vilitatem proposuit, ex qua majorem inopiam fecit.*] *Vilitatem proponere* dicitur magistratus, qui pretia rerum ad victum necessariarum edicto suo minuit: quod sæpe malum esse caritatis annonæ remedium, per quotidiana exempla testatissimum est. Amm. Marcell. lib. XXII. in elogio Juliani. *Idem.*

7. *Et sepulturas, & immunitates malorum.*] Adhæret huic scripturæ Pal. vulgati nupertè, *humanitates.* Grut.

8. *Et immunitates malorum.*] Veteres editi, & omnes scripti, *imminutiones malorum.* Casaub.

9. *Immunitates malorum.*] Palat. *immanitates*, puto igitur *immanitiones* hoc ab auctore scriptum fuisse pro *immanitates*. id verbi postea facili mutatione cum esset in vocem *immunitiones*, causam præbuit alicui sciolo addendi hanc dictionem *malorum*, quam hujus loci

iam provincias & administrationes, quum hi per quos venderet, partem acciperent, partem verò Commodus. Vendidit nonnullis & inimicorum suorum cædes. Vendiderunt sub eo etiam eventus litium liberti. Præfectos Paternum & Perennem non diu tulit, ita tamen ut etiam de his præfectis quos ipse fecerat, [1] triennium nullus impleret: quorum plurimos interfecit vel veneno vel gladio. Et præfectos urbi eadem facilitate mutavit. Cubicularios 15
suos libenter occidit, quum omnia ex nutu eorum semper feciſſet. Electus cubicularius quum videret eum tam facilè cubicularios occidere, prævenit eum, & factioni mortis ejus [2] interfuit. [3] Spectator gladiatoria sumpsit arma, panno purpureo nudos humeros advelans. Habuit præterea morem ut omnia quæ turpiter, quæ impurè, quæ crudeliter, quæ gladiatoriè, quæ lenonicè faceret, actis urbis indi juberet, ut Marii Maximi scripta testantur. [4] *Commodianum* etiam P. R. dixit, [5] quo sæpissimè præsente gladiator

loci sententiæ necessariam existimabat, eoque omnino adjiciendum ad illud verbum *imminutiones*. sic ergo totus hic locus concinnandus, ejecto illo spurio additamento: *Vendidit etiam supplicionum diversitates, & sepulturas, & imminutiones, & alios pro aliis occidit. immunitio* pro immunitas. sic Cod. Theod. leg. unica, de privilegiis domus Augustæ: *Præsentibus consulibus ac principalibus quos hujus imminutionis onera premi non dubium est.* Immunitiones, id est immunitates, ita vendebat Commodus, ut Galba olim, de quo Suetonius. *Salmas.*

1. *Triennium nullus impleret.*] Suprà, *Mutabantur præfecti prætorii, per binos ac denos.* Casaub.

2. *Interfuit. Spectator gladiatoria sumpsit arma, &c.*] Pal. eandem habet distinctionem quam regius codex, nempe, *interfuit spectator. Gladiatoria, &c.* Grut.

3. *Spectator gladiatoria sumpsit arma, &c.*] O hominem oblivioſum, vel negligentem! nam quoties jam dictum de gladiatoriis Commodi pugnis? mutata distinctione scribe: *Et factioni mortis ejus interfuit spectator. Gladiatoria sumpsit arma.* eadem & in regio distinctio: ubi tamen pro *spectator* scriptum *speculator*. sed cædis Commodi Electus non spectator fuit, verum architectus & machinator. per gladiatoria arma cape hic armaturam secutorum. *Casaub.*

Spectator gladiatoria sumpsit arma.] Quasi probaturus an satis acutam haberent aciem. quod & alii factitavere aliquando imperatores. Possumus huic accipere dictum de pugnis gladiatoriis Commodi. *Salmas.*

4. *Commodianum etiam P. R. dixit, quo sæpissimè præsente gladiator pugnavit.*] Prima editio, non P. R. sed *præt.* exhibet, id est *prætorum*. quæ lectio si cui probabitur, non *præsente* scripserim, sed *præsidente*, cum Justo Lipsio. Fuisse tamen & populum Romanum ab isto monstro Commodianum appellatum ex dictis suprà atque alibi certissimum. *Casaub.*

5. *Quo sæpissime præsente gladiator pugnavit.*]

diator pugnavit. Sanè quum illi sæpe pugnanti, ut deo, populus faviſſet, irriſum ſe credens, populum Romanum [1] à militibus claſſiariis qui vela ducebant, in amphitheatro interimi præceperat. Urbem incendi juſſerat, [2] utpote coloniam ſuam. Quod factum eſſet [3] niſi Lætus præf. prat. Commodum deterruiſſet. Appellatus eſt ſanè inter cætera [4] triumphalia nomina, etiam [5] ſexcenties vicies [6] *Paulus primus ſequutorum.* Prodigia ejus imperio & publicè & privatim hæc facta ſunt: [7] Crinita ſtella apparuit. [8] Veſtigia deorum in foro viſa ſunt exeuntia. [9] Et antè bellum deſertorum cælum arſit: & repentina [10] caligo ac tenebra in circo Cal. Januariis oborta: & ante lucem fuerant etiam [11] incendiariæ aves, ac diræ. [12] De Palatio ipſe ad Cælium mon-

gnavit.] *Gladiatori pugnavit*, hoc eſt habiti gladiatoris. *Salmaſ.*

1. *A militibus claſſiariis, qui vela ducebant.*] Ducere hic generalis vox, pro adducere & reducere. De theatrorum velis nota jam omnia. Ad theatrica autem vela jure claſſiarii milites adhibiti, propter uſum & peritiam nauticorum velorum. *Caſaub.*

2. *Utpote coloniam ſuam.*] Ita dici Romam voluit juſſitque. Dio. *Idem.*

3. *Niſi Lætus.*] Scribe, *Ælius Lætus.* vel potiùs *Æmilius.* & mox, *triumphalia cognomina.* Idem.

4. *Triumphalia nomina.*] Sic etiam Pal. non, *cognomina.* Grut.

5. *Sexcenties vicies Palus primus ſecutorum.*] Nihil variat Palat. *Idem.*

6. *Paulus primus ſecutorum.*] Scribendum, *Palus primus ſecutorum:* & apud Dionem, Πρῶτος Παλλὰς στεκτόρων. Palus hic ille eſt nobilis gladiator σφαιρηλάστης, ait Herodianus, cujus nomen aſſumſit Commodus. *Caſaub.*

Paulus primus ſequutorum.] *Palus primus ſequutorum*, Palatinus. & ita legendum eſſe docuerunt ex Dione doctiſſimi viri. apud quem legitur, πρωτοπαλλὰς στεκτόρων. nec enim aſſentior legentibus, πρῶτος Παλλὰς στεκτόρων, ut Παλλὰς ſit nomen proprium. πρωτοπαλλὰς igitur unica voce ſcribendum apud Dionem: quæ vox nihil aliud ſignificat, quam primum ſequutorum. ſequutoris autem armatura utebatur Commodus. Dio: Ἡ δὲ ἐσθὴς ἣν ἐχρῆτο τῇ ἐπιλίσει τῇ τῶν στεκτόρων καλουμένων. Sequutores enim erant qui ſorte victis ſufficiebantur, & victoribus comparabantur, qui Græce ἐφεδρεύειν, de quibus nos alibi ad plenum. *Salmaſ.*

7. *Crinita ſtella apparuit.*] Herodianus quoque inter alia prodigia iſtud primo loco recenſet. *Caſaub.*

8. *Veſtigia deorum in foro viſa ſunt exeuntia.*] Scribo, *exeuntium.* Idem.

9. *Et ante bellum deſertorum cælum arſit.*] Bellum deſertorum eſt quod excitavit Maternus militiæ deſertor. deſcribit illud bellum unus Herodianus. *Idem.*

10. *Caligo ac tenebra in circo.*] Ita etiam noſter Palatinus, *tenebra*, inquam, & *in circo*; quod poſterius male abeſt nonnullis mſſ. *Grut.*

11. *Incendiariæ aves.*] De incendiariis avibus Plinius lib. x. cap. xiii. *Caſaubonus.*

12. *De Palatio ipſe ad Cælium montem in Veſtilianas ædes migravit.*] Apud Victorem in regione ſecunda ſive Cælimontio eſt Veſtiliana domus. *Idem.*

montem [1] in Vectilianas ædes migravit, [2] negans se in Palatio posse dormire. Janus geminus sua sponte apertus est, & Anubis simulacrum marmoreum moveri visum est, [3] Herculis signum æneum sudavit [4] in Minutia per plures dies. [5] bubo etiam [6] supra cubiculum ejus deprehensus est tam Romæ quàm Lanuvii. Ipse autem prodigium non leve sibi fecit. Nam quum in gladiatoris occisi vulnus manum misisset, [7] ad caput sibi deterfit: [8] & contra consuetudinem, [9] penulatos jussit spectatores, non togatos, ad munus

1. *In Vectilianas ædes.*] Haud aliter quoque Pal. neque referibendum cum Fulvio Ursino *Vettilianas*. Grut.

2. *Negans se in Palatio posse dormire.*] Et in verbis omen sibi fecit hic Commodus, & in re etiam. *Casaub.*

3. *Herculis signum æneum sudavit.*] Frequens portentum in historiis Græcorum & Latinorum. cæterùm sudoris hujus caussam naturalem explicat Theophrastus ultimo libro quinto Historiæ plantarum. *Idem.*

4. *In Minutia.*] Veteri, ut puto: nam alteram Frumentariæ cognomine distinguebant. *Idem.*

5. *Bubo etiam supra cubiculum ejus deprehensus, &c.*] Regius, *deprehensa*: ut apud poëtam,

Solaque culminibus ferali carmine bubo,
Visa queri.

Vide quæ ad eum locum Servius notat. *Idem.*

6. *Supra cubiculum ejus deprehensa est.*] Vulgatum fuit, *deprehensus est*, sed alterum propugnatur à Pal. & codice regio. *Grut.*

7. *Ad caput sibi deterfit.*] Ceu imprecaretur ipse sibi, veteri proverbio, εἰς κεφαλὴν ἐμοί. *Casaub.*

8. *Et contra consuetudinem penulatos jussit spectatores, &c.*] Dio postquam dixit de metu summo, in quo ipse versabatur & omnes boni propter hujus insani furorem: Τοιούτων τότων γιγνομένων, παρεμυθήσατο ἡμᾶς, ὅτι μέλλων αὖθις μονομαχήσειν, παρήγγειλεν ἡμῖν ἐν τῇ πολῇ τῇ ἱππικῇ μὴ οὐ πεζοὺς μανδύας εἰς τὸ θέατρον εἰσελθεῖν. ὅπερ οὐκ ἄλλως ποιοῦμεν εἰσιόντες εἰς τὸ θέατρον, εἰ μὴ τί αὐτοκρατόρων τις μεταμάζεται. Duo hic præter consuetudinem: genus vestis: nam togati sedebant in spectaculis Romani, si per temporis conditionem liceret, non autem pænulati: alterum est, color insolens & mali ominis: nam pænularum color vulgò apud Romanos pullus: quod tamen ut notum omnibus, neque Dio neque Lampridius hic notarunt. Lampridius verò cùm subjicit, *ipse in pullis vestimentis præsidens*, satis indicat quo colore vestis erat quam jussi sunt ipsi sumere. *Idem.*

9. *Penulatos jussit spectatores.*] Scribendum *senatores*. adi ad Dionem. *Idem.*

Penulatos jussit spectatores, non togatos.] Penulas Lampridius dixit quæ Dioni μανδύας in ejusdem historiæ narratione. lacernas melius reddidisset. nam apud Dionem μανδύη est lacerna, non pænula. notandum in verbis Dionis μανδύας & ἱππικὴν πολὺν οὖσαν ἐν Ῥώμῃ τότε posita. μανδύη igitur, id est lacerna, equitum vestis, nec equitum tantum, sed etiam popularium. toga in solis senatoribus per illa tempora substiterat. lacernæ autem pullæ. hinc pullata turba, pullatus circulus apud Quintilianum de plebe lacernis indura. lacernæ in spectaculis habebantur albæ ut plurimum. non enim spectabant nisi in lacernis albis aut togis. & senatores quidem semper togati.

nus convenire, [1] quod funeribus solebat, ipse in pullis vestimentis præsidens. Galea ejus bis per portam Libitinensem elata est. [2] Congiarium dedit populo, singulis denarios septingenos vicenos quinos: circa alios omnes parcissimus fuit [3] quòd luxuriæ sumptibus ærarium minuerat. [4] Circenses multos addidit ex libidine potiùs quàm reli-
17 gione, & ut dominos factionum ditaret. His incitati, licet nimis serò, [5] Quintus Ælius Lætus præfectus, & Martia concubina ejus, inierunt conjurationem ad occidendum eum. Primùm ei venenum dederunt: [6] quod quum minùs operaretur, [7] per athletam cum quo exerceri solebat,

eques cum plebe lacernatus. delicatiores in lacernis purpureis, reliqui in albis, plebs vero minuta in nigris. lacernæ albæ in spectaculis tantum usurpatæ. Martialis: *Lacernæ albæ.*

Amphitheatrali nos commendamur ab usu,
Cum tegit albentes alba lacerna togas.

Hinc ille eidem Martiali notatus, qui cum omnes candidi sederent spectaculorum die, ipse nigris lacernis spectabat. alias lacernæ quæ vulgo in usu habebantur aut nigræ aut purpureæ. Birrus autem & lacerna idem, communis vestis. pænula vero aliud genus vestis, non ita tamen diversum, ut non plerumque unum pro altero confundat auctorum usurpatio. ut heic Lampridius pænulas dixit pro lacernis. lacernas pænulis breviores fuisse, cetera vero similes videor observasse ex veteribus Grammaticis. inter prodigia mortis Commodi quæ sibi ipsi fecit, & illud fuit, quod senatores lacernatos ad munus ut convenirent jussit, atque ita spectarent ut in funeribus solebant. tales vero lacernæ in usu, ut dixi, vulgi pullæ. at pænulæ proprie loquendo aut scorteæ erant, ut pluviales & itinerariæ: aut gausapinæ, ut plurimum candidæ ex lana Appula, nec fere unquam in luctu usurpatæ. *Salmas.*

Pænulatos jussit spectatores.] Sic & Pal. quamvis videatur convenientius *Senatores.* sed non sic libri. *Grut.*

1. *Quod funeribus solebat.*] Inveni scriptum *funebribus.* nempe ludis. *Casaub.*

2. *Congiarium dedit populo singulis denarios septingenos vicenos quinos.*] Narrat Dio datum ferè pius congiarium populo ab hoc principe, drachmas sive denarios centenos & quadragenos: sed ista quam commemorat hic Lampridius, alia & prorsus stupenda liberalitas. Efficiunt enim denarii septingeni viceni quini, HS. nummum trina millia: quæ hodiernæ pecuniæ æstimatione valent *εἰς ὑπερβολὴν*, aureis septuagenis quinis. *Idem.*

3. *Quòd luxuriæ sumptibus ærarium minuerat.*] Imò penitus exhauserat, ludicris maximè sumtibus. *Idem.*

4. *Circenses multos addidit.*] Minùs rectè in membranis, *edidit.* contrà eædem in Pio, *circenses additi*, non ut vulgò, *editi.* Addere circenses, est vel dies ejus *διπλᾶ* multiplicare, vel bigarum adjectione, & missuum multiplicatione spectaculum protrahere. solitum hoc interdum fieri vel Suetonii unius varii loci declarant. *Idem.*

5. *Quintus Ælius Lætus.*] Scripti, *Æmilius.* sic Dio & Zonaras. *Idem.*

Quintus Ælius Lætus.] Lege ex Palatino: *Quintus Æmilius Lætus.* Salmas.

6. *Quod cùm minùs operaretur.*] Frustrata ejus vi per cibum. *Casaub.*

7. *Per athletam cum quo exerceri solebat.*] Ministrum ungendi, alii vocant, alii

bat, eum strangulaverunt. [1] Fuit forma quidem corporis justa, [2] vultu insubido, [3] ut ebriosi solent, & sermone incondito, [4] capillo semper fucato & auri ramentis illuminato, [5] adurens comam & barbam timore tonsoris. Corpus ejus ut unco traheretur, atque in Tiberim mitteretur, senatus & populus postulavit: sed postea jussu Pertinacis in monumentum Adriani translatum est. [6] Opera ejus [7] præter lavacrum quod Cleander nomine ipsius fecerat, nulla extant:

alii palæstritam, vel γυμνασιάρχην. Spartianus in Nigro ut hic, athletam. Eusebius: *Commodus strangulatur in domo Vectiliani.* Domum Vectilianam voluit dicere. *Idem.*

Per athletam cum quo exercere solebat, cum strangulaverunt.] Aurelius Victor Scotthi: *Et Commodum quidem primo occultatius veneno petivere, anno regni tertio fere atque decimo: cujus vis frustrata per cibum quo se casu repleverat; cum tamen alvi dolorem causaretur, auctore medico principe factionis in palæstram perrexit. ibi per ministrum ungendi, nam forte is quoque è consilio erat, faucibus quasi arte exercitis brachiorum nodo validius pressis, exspiravit.* ubi *minister ungendi* est ἀλειπτής. quem & γυμνασιάρχην appellabant. Palæstritam vocat alter Victor. *brachiorum* autem *nodum* dixit, quod Græci in palæstra ἄμφοδα vocant, Latini *nodum* & *nexum*. bracchiorum circa collum implicationem & strangulationem. utrumque autem simul faciebant expertes palæstritæ & uno tempore pedibus pedes subvinciebant, quod subplantare dicebatur & ἀσκυφίσαι, ac manibus vel bracchiorum nodis collum stringebant. *Salmas.*

1. *Fuit forma quidem corporis justa.*] Melius libri, *Fuit autem f. c. i.* Casaub.

Fuit forma corporis justa.] Sic *justa statura*, Suetonio. *Salmas.*

2. *Vultu insubido.*] Contrarium Herodianus, qui tribuit κρίνων & σύνεσιν μετ' εὐφροσύνης. *Casaub.*

3. *Ut ebriosi solent.*] Hoc dicit propter oculos igne micantes. *Idem.*

4. *Capillo semper fucato & auri ramentis illuminato.*] Hoc falsum, si Herodiano fides, qui ut temere jactatum refellit. *Idem.*

5. *Adurens comam & barbam timore tonsoris.*] Timebat in se quod fecerat ipse in aliis: cùm chirurgum agens, scalpris feralibus alios naribus, alios auribus, mutilaret. Sed potest & alia esse caussa. Suetonius libro secundo: *Solitus crura suburere nuce ardenti, quò mollior pilus surgeret.* Idem.

6. *Opera ejus præter lavacrum quod Cleander nomine ejus fecerat extant.*] De hoc lavacro ita scribit Aurelius Victor quem Scotthus edidit: *Mœnia Romana potentia vix digna, lavandi usui instituit.* Mœnia igitur non semper sunt, quod dicuntur vulgo, nempe urbium mœnia. sed mœnia Latini etiam appellant quælibet opera atque ædificia publica. itaque mœnia illo Victoris loco nihil aliud sunt, quam opera vel ædificia. unde *mœnia publica* pro publicis operibus. Victor Scotthi in Decio: *Gratumque eum in Illyricos præmisso Roma aliquantum moratur, mœnium gratia quæ instituit dedicandorum.* Quo loco *mœnium*, id est *operum*, intelligi debet, non murorum. atque ut *mœnia* sunt ædificia, sic *mœnire* pro ædificare & condere. Plautus:

—— *Pergamum divina mœnitum manu.*

Id est structum & conditum. Isidorus: *mœnit, struxit, ædificat.* Salmas.

7. *Præter lavacrum quod Cleander nomine ipsius fecerat.*] Thermæ Commodianæ notissimæ. *Casaub.*

extant: sed nomen ejus alienis operibus incisum, senatus erasit. nec patris autem sui opera perfecit. Classem Africanam instituit: quæ subsidio esset si fortè Alexandrina frumenta cessassent. Ridiculè etiam Carthaginem, *Alexandriam Commodam togatam* appellavit: quum classem quoque Africanam, *Commodianam Herculeam* appellasset. Ornamenta sanè quædam colosso addidit, quæ postea cuncta sublata sunt. [1] Colossi autem caput dempsit quod Neronis esset, ac suum imposuit: [2] & titulum more solito subscripsit, [3] ita ut illum gladiatorium & effœminatum non prætermitteret. [4] Hunc tamen Severus [5] imperator amantissimus nominis sui, odio (ut videtur) senatus, inter deos retulit, flamine addito quem ipse vivus sibi paraverat, Herculaneo Commodiano. Sorores tres superstites reli-
18 quit. Ut natalis ejus celebraretur, Severus instituit. [6] *Acclamationes* senatus post mortem Commodi graves fuerunt.

1. *Colossi autem caput dempsit, quòd Neronis esset.*] Falsum, *esset.* fuerat quidem aliquando: sed jam non erat, verùm Solis. *Idem.*

2. *Et titulum more solito subscripsit.*] Herodianus vult: basi colossi omnes titulos fuisse subscriptos à Commodo, quos vel ejus pater usurpasset, vel imperatores cæteri, illo excepto, GERMANICVS. cujus loco scripsit, VICTOR MILLE GLADIATORVM. *Idem.*

3. *Ita ut illum gladiatorium effœminatum.*] Quare vocat titulum effœminatum, quo de mille palmis gladiatoriis gloriabatur? an respicit auctor ad parum virilem miseros homines vincendi modum, quem narrant Dio & Victor? *Idem.*

Ita ut illum gladiatorium effœminatum non prætermitteret.] Scribe ex Palatino: *Ita ut illum gladiatorium & effœminatum non prætermitteret.* Non dubium est quin per effeminatum titulum *Amazonium* intelligat. *Salmas.*

4. *Hunc tamen Severus imperator amantissimus nominis sui.*] Longè aliter membranæ regiæ, ubi scriptum: *Hunc autem Severus imperator gravis, & vir nominis sui, odio quem, &c.* Planè eleganter & rectè. *vir nominis sui* dicebant pro φερώνυμος, infrà hoc libro: *Damnabantur alii cur pleraque figurata dixissent: ut, quòd esset imperator verè nominis sui, verè pertinax, verè severus.* Casaub.

Hunc tamen Severus imperator amantissimus nominis sui.] Palat. *Hunc tamen Severus imperator gravis, & vir nominis sui. vir nominis sui, ἰδώνυμος.* sic *vir mariæ sui, ἰδιόγαμος.* &, *lapides sui metalli ἰδιόλιθοι*, & *ἴδιοι ἐργοι. φερώνυμους* etiam vocant & *ἐπωνύμους*, hujusmodi sui nominis viros Græci. sed & *φέρειν τὸνομα* dixerunt, qui sui essent nominis. *Salmas.*

5. *Imperator gravis, & vir nominis sui.*] Exhibui scripturam regii & Pal. codd. nam insubidè vulgati prius, *imperator amantissimus nominis sui.* videtur tamen adhuc restituendum, *& verè nominis sui.* Grut.

6. *Acclamationes senatus.*] Occiso Commodo, cùm Pertinax in castra deductus imperium susciperet fuisset co-

actus;

runt. Ut autem sciretur quod judicium senatus de Commodo fuerit, ipsas acclamationes de Mario Maximo indidi, & sententiam senatusconsulti: [1] *Hosti patriæ honores detrahantur*, [2] *parricidæ honores detrahantur, parricida trahatur. Hostis patriæ, parricida, gladiator in spoliario lanietur. Hostis deorum, carnifex senatûs. hostis deorum, parricida senatûs. hostis deorum, hostis senatûs. gladiatorem in spoliario. Qui senatum occidit, in spoliario ponatur. Qui senatum occidit, unco trahatur. Qui innocentes occidit, unco trahatur: hostis, parricida, verè severè.* [3] *Qui sanguini suo non pepercit, unco trahatur.* [4] *Qui te occisurus fuit, unco trahatur. Nobiscum timuisti, nobiscum periclitatus es. Ut salvi simus, Jupiter optime maxime, serva nobis Pertinacem. Fidei prætorianorum feliciter: prætoriis cohortibus feliciter: exercitibus Romanis feliciter: pietati senatus feliciter. Parricida trahatur. Rogamus, Auguste, parricida trahatur. Hoc rogamus, parricida trahatur.* [5] *Exaudi Cæsar. Delatores ad leonem, exaudi Cæsar. Delatores ad leonem, exaudi Cæsar.* [6] *Speratum ad leonem. Victoriæ populi Romani feliciter: fidei militum feliciter:*

ctus; statim ille priusquam illucesceret, in Curiam venit, & senatum habet. in eo senatu factæ acclamationes quæ hic describuntur. Dio narrat ipse qui interfuit. *Casaub.*

1. *Hosti patriæ honores detrahantur.*] Dio, Καὶ ὁ Κόμμοδος πολίτου ἀπεδείχθη. *Idem.*

2. *Parricidæ honores detrahantur.*] Hoc colum superiori propè ἰσοσύλλαβον, atque iisdem fermè vocibus constat. in his duobus maximè positum est τὸ ῥύθμου harum acclamationum: quam venustatem eximiè servatam in iis quæ dicta fuerunt in Commodum, & Dio scribit, & facilè quivis inter legendum observet. *Idem.*

3. *Qui sanguini suo non pepercit.*] Propter occisam Lucillam, Anniam Faustinam, Claudium Pompejanum, alios; etiam de patre suspicio fuit multorum. *Idem.*

4. *Qui te occisurus fuit unco trahatur.*] In hanc sententiam multò plura dicta sunt quàm hic referantur à Lampridio: neque enim Pertinaci soli gratulati sunt quod Commodi manus evasisset, sed & optimo cuique senatorum. *Idem.*

5. *Exaudi Cæsar. Delatores ad leonem, exaudi Cæsar.*] Melius ad hunc modum distinxeris: *Exaudi Cæsar, delatores ad leonem. Exaudi Cæsar, delatores ad leonem. Exaudi Cæsar, Speratum ad leonem.* Salmas.

6. *Speratum ad leonem.*] Quis hic Speratus? an aliquis delator, vel alius scelerum Commodi minister? imò, ut videtur, ipse Commodus. videtur hoc unum esse de gladiatoriis cognominibus, quæ solitus assumere. aliquando scribebam *Spartacum.* Casaub.

Speratum ad leonem.] Quis hic Speratus aut unde sic dictus Commodus non nemo quæsivit. de Commodo sane heic sermo, sed cur sic dictus, omnia incerto. legebam aliquando, *desperatum ad leonem.* desperatus autem est ἀπόλωλος. nam ita vocati, qui aliter con-

ter: fidei prætorianorum feliciter: cohortibus prætoriis feliciter. Hostis statuas undique, parricidæ statuas undique. gladiatoris statuas undique. gladiatoris & parricidæ statuæ detrahantur. [1] necator civium trahatur, parricida civium trahatur. gladiatoris statuæ detrahantur. Te salvo, salvi & securi sumus, [2] verè, verè: modò verè, modò dignè, modò verè, modò liberè. Nunc securi sumus, delatoribus metum. Ut securi simus, delatoribus metum: [3] salvi simus, delatores de senatu. [4] Delatoribus fustem te salvo.
19 delatores ad leonem te imperante. delatoribus fustem. Parricidæ gladiatoris memoria aboleatur, parricidæ gladiatoris statuæ detrahantur. [5] Impuri gladiatoris memoria aboleatur: gladiatorem in spoliario. Exaudi Cæsar, carnifex unco trahatur. carnifex senatus more majorum unco trahatur. Savior Domitiano, impurior Nerone, [6] sic fecit, sic patiatur. Memoriæ innocentium servetur, honores innocentium restituas. [7] Rogamus, parricidæ cadaver unco trahatur, gladiatoris cadaver unco trahatur, gladiatoris cadaver in spoliario ponatur. [8] Perroga, perroga, omnes censemus unco trahendum. Qui omnes occidit, unco trahatur. Qui omnem ætatem occidit, unco trahatur. Qui utrumque sexum occidit, unco trahatur.

fectores dicebantur, qui ad bestias pugnabant & illis conficiendis operam suam locabant. quos θηριόκλους inde appellabant, hoc est desperatos. & ita olim Christiani indigetati, quod sibi non parcerent atque animam libenter pro Deo suo ponerent. Lactantius de Justitia lib. v. qui Claudiano *audaces*. *Speratus* tamen possit esse nomen gladiatoris. *Salmas.*

1. *Necator civium trahatur.*] Sic & Pal. non *mercator*. Grut.

2. *Verè, verè: modo verè, modò dignè, modò verè, modo liberè.*] Sic & Pal. noster. *Idem.*

3. *Salvi simus, delatores de senatu.*] Scribe ut in regio, *Salvi sumus. Delatores de senatu.* Casaub.

4. *Delatoribus fustem te salvo, delatores*] Distingue totum hunc locum: *Nunc securi sumus, delatoribus metum: ut securi simus, delatoribus metum. ut salvi simus, delatores de senatu, delatoribus fustem. Te salvo delatores ad leonem. Te imperante, delatoribus fustem. Parricidæ, gladiatoris memoria aboleatur, &c.* Salmasius.

5. *Impuri gladiatoris memoria aboleatur.*] Regius, *Imperii gladiatoris* optima sententia. sic apud Athenienses damnata archontum memoria, scribebatur in Fastis ANAPXIA. *Casaub.*

Impuri gladiatoris.] Ita & Pal. non *impersi*. Grut.

6. *Sic fecit, sic patiatur.*] Malo, ut in regio: *sicut fecit, sic patiatur.* Casaub.

7. *Rogamus parricidæ cad.*] Placet distinctio regii: *Honores innocentium restituas rogamus, &c.* Idem.

8. *Prærога, prærога.*] Melius ut in regio, *Perroga, perroga, omnes censemus.* sic paullò post, *De parricida refer, refer, perroga.* Idem.

Perroga, perroga.] Sic melius codex regius & Pal. quam quod aliàs vulgg. *prærога, prærога.* Grut.

1. *Qui*

tur. Qui sanguini suo non pepercit, unco trahatur. Qui templa spoliavit, unco trahatur. Qui testamenta delevit, unco trahatur. Qui vivos spoliavit, unco trahatur. Servis servivimus. Qui pretia vitæ exegit, unco trahatur. Qui pretia vitæ exegit & fidem non servavit, unco trahatur. Qui senatum vendidit, unco trahatur. [1] *Qui filiis abstulit hereditatem, unco trahatur. Indices de senatu, delatores de senatu. servorum subornatores de senatu. & tu nobiscum timuisti, omnia scis, bonos & malos nosti: omnia scis, omnia emenda, pro te timuimus.* [2] *O nos felices te viro imperante. De parricida refer, refer, perroga,* [3] *præsentiam tuam rogamus. Innocentes sepulti non sunt. Parricidæ cadaver trahatur. Parricida sepultos eruit: parricidæ cadaver trahatur.* Et quum [4] jussu Pertinacis [5] Livius Laurensis procurator patrimonii, Fabio Chiloni consuli designato dedisset, per noctem Commodi cadaver sepultum est. Senatus acclamavit, *Quo autore sepelierunt? Parricida sepultus eruatur, trahatur.* [6] Cingius Severus dixit; *Injustè sepultus est.* [7] *Quia pontifex dico, hoc collegium pontificum dicit.* [8] *Quoniam læta percensui, nunc convertar ad necessaria,* [9] *censeoque (quòd is qui nomisi ad pernicieni civium*

1. *Qui filiis abstulit hereditatem.*] Regius, *Qui hereditates tulit.* sic passim tulit pro abstulit. *Casaub.*

2. *O nos felices te viro imperante.*] Regius, *Omnes felices.* malim etiam, *te viro & imperante.* Idem.

O nos felices te viro imperante.] Nihil abit ab hac scriptura Pal. *Grut.*

3. *Præsentiam tuam rogamus.*] Doctis viris placebat *sententiam.* Casaub.

4. *Jussu Pertinacis.*] Non absunt ista à Palatinis. *Grut.*

5. *Livius Laurensis procurator patrimonii.*] Regius, *Larensis.* optimè judicio meo & verissimè. Hic ille est Larensis, dipnosophistarum cœnis decantatissimus, quæsitus diu nobis, beneficio regii codicis tandem hic repertus. Λαρήσιος, *Larensis.* aliter Græcè non poterat efferri. *Casaub.*

Livius Laurensis.] Sic quoque Palat. ideoque nihil sum ausus mutare. *Grut.*

6. *Cingius Severus dixit.*] Videtur esse Africæ proconsul, is qui Cincius Severus nominatur Tertulliano in libro ad Scapulam. *Casaub.*

7. *Qui Pontifex.*] Maluerim *qua*, ut habet Palatinus. *Grut.*

8. *Quoniam læta percensui, convertar ad necessaria.*] Palatinus habet: *Quoniam lætam percensui.* Lego: *Quoniam læta nuper censui, nunc convertar ad necessaria.* De qua emendatione nemo dubitaverit, quin sit vera. *Salmas.*

9. *Censeoque (quod is qui in.*] Fortasse verius sublatis parentheseos notis, *quas is qui nomisi.* atque ita præstantissimus emendabat. *Casaub.*

Censeoque (quod is qui non nisi.] Palat. & vet. editio: *Censeo quæ is qui non nisi.* Scribendum procul dubio: *Censeo quas is, qui non nisi ad perniciem civium & ad dedecus suum vixit, ab honorem suum decerni cœgit, abolendas statuas.* Salmas.

Censeoque (quod is qui, &c.] Palat. censeo.

civium & ad dedecus suum vixit, ob honorem suum decerni coëgit) abolendas statuas: quæ undique sunt abolendæ, nomenque ex omnibus privatis publicisque monumentis eradendum: mensesque hu nominibus nuncupandos quibus nuncupabantur quum primùm illud malum in rempub. incubuit.

censeo. quæ is qui, &c. ut omnia videantur bene habitura, si rescribatur: *censeo, quæ is qui numquam nisi ad perniciem civium, & ad dedecus suum vixit, ob honorem suum decerni coëgit, abolendæ. statuæ, quæ undique sunt, abolendæ, &c.* Grut.

[1]JULII CAPITOLINI
PERTINAX IMPERATOR.

1 [2]PUBLIO HELVIO PERTINACI, pater libertinus Helvius Successus fuit, [3] qui filio nomen ex continuatione lignariæ negotiationis, quòd pertinaciter eam rem gereret, [4] imposuisse fertur. [5] Natus est Pertinax in Apennino [6] in villa Martis. Equus pullus

1. JULII CAPITOLINI.] Et hanc vitam Spartiano asserunt vetera excerpta Palatina. Si mei itaque judicii res sit, non dubitem omnes superiores vitas & hanc quoque Pertinacis uni Spartiano assignare. *Salmas.*

2. PUBLIO HELVIO PERTINACI *pater libertinus.*] Fortasse, *pater Ligur.* Ipse Pertinax Dioni Λιγὺς dicitur propter parentem Ligurem, ut suspicamur nos. *Casaub.*

3. *Qui filio nomen ex continuatione lignariæ negotiationis.*] Helvius Successus Pertinacis pater cùm coactiliciam in Liguria tabernam exercens mediocres opes consecutus esset, filium literas curavit docendum, ὅσον δεῦρο ἀπ' αὐτῶν, inquit Dio. hoc est, ut vel docendis literis, vel caussis agendis rem faceret. filius verò contra patris voluntatem paternam negotiationem continuare maluit: neque ab ista sententia din potuit dimoveri. ab hac igitur pertinacia Pertinacis cognomen patre auctore est nactus. *Idem.*

Qui filio nomen ex continuatione lignariæ negotiationis.] In continuatione rei alicujus esse dicitur, qui pertinaciter, & incessanter illi rei dat operam, nec usquam demovetur à studio semel instituto, sed unum illud agit attente & continuo absque ulla intermissione. ut heic *continuatio lignariæ negotiationis.* unde cognomentum Pertinacis adhasit Publio Helvio à patre impositum. sic supra, *continuatio libidinis*, de Commodo, qui assidue libidini dabat operam. *Salmas.*

4. *Imposuisse fertur.*] Palatinus & editio Mediolanensis *imposuisse fatetur:* id est declarat, significat. Florus: *Quos ex alio cœlo venire color fatebatur.* Idem.

5. *Natus est Pertinax in Apennino in villa Martis.*] Quia inferiùs vada Sabatia nominantur, scripserunt nonnulli Martis villam ubi natus Pertinax, ad vada Sabatia fuisse olim sitam. ex Dione potiùs statuas, Albæ Pompeiæ fuisse vicinam. dubito, num Martis villa illa sit quam Donatus statuit in via Appia. *Casaub.*

6. *In villa Martis.*] Palatinæ membranæ,

pullus ea hora qua natus est, in tegulas ascendit, [1] atque ibi breviter commoratus, decidens expiravit. Hac re pater motus ad Chaldæum venit. Qui [2] quum illi futura ingentia prædixisset, [3] stipem se perdidisse dixit. [4] Puer literis elementariis & calculo imbutus, datus etiam Græco grammatico, [5] atque inde Sulpitio Apollinari, post quem idem Pertinax grammaticen professus est. [6] Sed quum in ea minùs quæstus proficeret, [7] per Lollianum Avitum consularem virum, patris patronum, ducendi ordinis dignitatem petiit. Dein præfectus cohortis [8] in Syria profectus, T. Aurelio imperatore à præside Syriæ, [9] quòd sine diplomatibus cursum usurpaverat, pedibus ab Antiochia [1] ad

branæ, *in villa matris*; nec aliter ejusdem bibliothecæ Excerpta. sic & post meminit *villæ paternæ*, in Liguriâ constitutæ. *Grut.*

1. *Atqui ibi breviter commoratus decidens expiravit.*] Palatinus & vet. ed. *Atque ibi breviter commoratus decidit expiravit.* Scribe: *Decidit & expiravit.* Salmas.

2. *Quum illi futura ingentia prædixisset.*] Sic in vita Severi: *Tunc in quadam civitate Africana quum sollicitus Mathematicum consuluisset, posita atque hora ingentia vidisset Astrologus.* Idem.

3. *Stipem se perdidisse dixit.*] Quia conscius sux tenuitatis magna pollicenti Chaldæo fidem habebat nullam: ideo stipem se ait perdidisse quam genethliaco dederat. *Casaub.*

4. *Puer litteris elementariis & calculo imbutus.*] Litteras primas elementarias vocavit, ad differentiam earum litterarum quas qui tenent litterati & eruditi vocantur. unde & *homo multarum litterarum*, pro multiscio Latinis dictus: Horatius:

——*pueris dant crustula blandi*
Doctores, elementa velint ut discere prima.

Litteras etiam vocant authores absolute elementa ista prima quibus imbuuntur pueri. unde & *litteratores* qui litteras illas docent, qui & γραμματισταὶ Græcis, Latinis etiam *calculones*, aut *canculones*, ut in vetustis libris scribitur. vetus Epigramma:

——*docendam suscepit canculo pubem.*

Salmas.

5. *Atque inde Sulpitio Apollinari.*] Ille est aut ejus filius, de quo multa apud A. Gellium. *Casaub.*

Atque inde Sulpitio Apollinari.] In omnino est Sulpitius Apollinaris, de quo tam multa apud Agellium. nec enim potest ejus esse filius. sed mirum hèic non *Sulpitio* sed *Sulpio*, disserte scriptum extare in optimo Palatino. *Salmasius.*

6. *Sed cùm in ea minus quæstus proficeret.*] Videri queat vox ultima ab librario. planè si abfit, nihil defuerit sententiæ. *Grut.*

7. *Per Lollianum Avitum consularem virum.*] Consul fuit sub Pio. is ipse est de quo Apuleius in Apologia, & quem Victor hic Lollium Gentianum vocat, per errorem. *Casaub.*

8. *In Syria.*] *In Syriam.* Idem.

9. *Quod sine diplomatibus cursum usurpaverat.*] *Diplomata* passim apud veteres, quæ recentioribus evectiones, tractoriæ & combinæ. quorum trium vocabulorum eadem pæne ratio. nam *combinæ*, sunt litteræ quæ dabantur à principe ad combinanda publica animalia, & cursum usurpandum. *combina* pro

2 [1] ad legationem suam iter facere coactus est. Bello Parthico industria sua promeritus, [2] in Britanniam translatus est ac retentus. Pòst in Mœsia [3] rexit alam, deinde [4] alimentis dividendis in via Æmilia procuravit. Inde classem Germanicam rexit. Mater eum usque in Germaniam prosequuta est, ibique obiit. cujus etiam sepulcrum stare nunc dicitur. [5] Inde [6] ad ducenûm H-s stipendium translatus in Daciam,

combinatione. *combinare* autem proprie est κατὰ δύο ζεύγνυειν. ut *conquaternare*, κατὰ τέσσαρας. optimæ Glossæ: *conbinat*, ζεύγνυσι, συνάπτει. *combina* igitur pro *combinatio*, est evectio vel combinandorum animalium publicorum & jungendorum ad currum copia & facultas. vel sic potius *combina* est συζυγία. nam *combinare* est συνδυάζειν. hinc *combina* συνδυασμός. λάτὶ συνδυασμῶ aliquid facere, idem est quod λάτὶ ἓ συνθήκης. ex compacto, ex composito. *Salmas.*

1. *Ad legationem suam iter facere.*] Lego, *ad legionem suam.* non enim legatus fuit tum Pertinax, sed præfectus cohortis. *Casaub.*

Ad legationem suam iter facere coactus est.] Ita libri sine ulla varietate. nam ejusmodi cohortium & legionum præfecturas, *legationes* etiam vocabant, & legatos qui cohortibus aut legionibus præerant. hinc *legationes militares*, infra: si legatus legionis dicebatur, quidni & legatio? *Salmas.*

Ad legationem suam iter facere, &c.] Haud aliter quoque Palat. benè tamen Casaubonus, *ad legionem suam.* Grut.

2. *In Britanniam.*] Lego ex regio, *in Bithyniam.* nam ex Syria in Bithyniam translatus est; deinde in Mœsiam, ut statim sequitur. *Casaub.*

3. *Rexit alam.*] Optimus Palatinus & excerpta Spartiani: *rexit halam. Hala* pro *ala.* nam ita etiam scribebant. *Salmasius.*

4. *Alimentis dividendis in via Æmilia procuravit.*] Sequitur non longè: *Accepto successore alimentorum ei cura mandata est.* sed eam curam Pertinax in Urbe sustinuit, ætate jam provecta, post multos & magnos honores: istam quæ hic commemoratur, juvenis adhuc obiit per oppida & vicos ad viam Æmiliam hinc inde sitos. *Casaub.*

5. *Inde ad ducenûm H-S. stipendium translatus in Daciam.*] Ita scripti: vulgò *ducentorum.* Vide Jacob. Cujac. ad legem primam Cod. De exactionibus tributorum. *Idem.*

6. *Ad ducenum HS. stipendium translatus in Daciam.*] Nihil mutant libri. & nihil sane mutandum. sic enim loquebantur, *procurator ad ducenasſſertia.* id est procurator ducenarius. & *procurator ad sexagena*, qui sexagenarius. Procuratores igitur ducenarii à ducenis sestertiis, quæ stipendii nomine accipiebant. in veteri inscriptione Anquariæ Hispan. II. ITEM. PRO. AVG. PROV. BAETI. AD. DVCEN. ACCIPIENDA. id est, *Procuratori Augusti Provinciæ Baticæ ad ducena accipienda.* Idem est ac si dixisset, *procuratori ducenario.* Sic enim plerumque dicebant, *ducena, centena*, non adjectis sestertiis. sic hoc loco Pertinax, qui ad ducenorum sestertium stipendium dicitur translatus in Daciam, procurator ducenarius Daciæ factus intelligi debet. at *ducenaria dignitas*, ejus est qui ducena stipendii nomine accipiebat. *ducena dignitas*, in militia alia erat, & ab alia origine, sicut & centena. nam centena dignitas ejus est qui centum homines ducebat. centenaria vero illius qui centena sestertia in salarium accipiebat. *Salmas.*

Ad ducenûm sestertiûm stipendium.] Pal. *sestertiorum.* Scaliger ad Manilium monu it,

Daciam, [1] suspectusque Marco [2] quorundam relatu, [3] à partibus remotus est: [4] & postea per Claudium Pompeianum generum Marci, quasi [5] adjutor ejus futurus, [6] vexillis regendis ascitus est. In quo munere approbatus, lectus est in senatum. Postea iterum re bene gesta, prodita est factio quæ illi concinnata fuerat: Marcusque imperator, ut compensaret injuriam, prætorium eum fecit, [7] & primæ legioni regendæ imposuit: statimque Rhetias & Noricum ab hostibus vindicavit. Ex quo eminente industria, studio Marci imperatoris [8] cos. est designatus. Extat oratio

monuit, restituendum, *ad ducenarium stipendium, &c.* qui videatur. *Grut.*

1. *Suspectusque Marco, quorundam relatu, à partibus remotus est.*] Pal. non habet dictionem *relatu*, sed *suspectusque à Marco quorundam à partibus, &c.* Idem.

2. *Quorundam relatu.*] An *delatu?* factio enim fuit quorundam, mox prodita, ut subjicitur. *Casaub.*

Quorundam relatu remotus à partibus.] Aliquid heic hærere vitii sum semper suspicatus. Palatinus vocem *relatu* non agnoscit. hinc optima recte legendi occasio: *Suspectusque Marco, quorundam partibus remotus est.* Vel etiam *quorundam à partibus*, hoc est per partes quorumdam, vel quorumdam factione. partes enim semper pro factione. partes igitur quorundam suspectum Marco fecerunt Pertinacem, atque ideo remotus est. *Salmas.*

3. *A partibus remotus est.*] Hoc est, ab administratione reip. & ab illa statione quam tunc temperabat. *Casaub.*

4. *Et postea per Claudium Pompeianum.*] Quem virum præcipuo cultu semper coluit Pertinax, ut ex Dione constat. *Idem.*

5. *Adjutor ejus futurus.*] Melius in Reg. *ei futurus.* Idem.

6. *Vexillis regendis ascitus est.*] Ut præesset cohortibus veteranorum ad signa retentorum. *Idem.*

Vexillis regendis ascitus est.] In exercitu Romano semper legiones & auxilia fuisse notius quam ut dici debeat. auxilia in cohortes divisa, cohortes in vexilla. itaque cohortes semper de auxiliis, & vexilla de cohortibus. sic vexilla sunt auxilia. Livius lib. XXXIX. *Quattuor millia militum amissa & legionis secundæ signa tria, undecim vexilla sociûm nominis Latini.* Tacitus Hist. I. III. vexillarios è cohortibus vocat, ut distinguat à vexillariis legionum. at vexillarii è cohortibus sunt auxiliarii. *Antonino vexillarios è cohortibus & partem equitum ad invadendam Italiam rapienti comes fuit Arrius Varus.* Vexilla igitur hoc loco auxilia sunt intelligenda: & Pertinax qui regendis vexillis ascitus esse dicitur, dux vexillorum vel auxiliorum præpositus intelligi debet. at vexilla aut vexillarii cum de veteranis dicuntur sub signo ac vexillo retentis, nunquam vexillarii aut vexilla sunt simpliciter, sed vexillarii legionum. ut *tertiæ decimæ legionis vexillum* apud Tacitum. de quibus nos alibi fusius. *Salmas.*

7. *Et primæ legioni regendæ imposuit.*] Legiones primæ erant plures: sed cognominibus distinguebantur. Prima Italica Neronis, prima Adjutrix Galbæ, & prima Minervia Domitiani. *Casaub.*

8. *Cos. est designatus.*] Inter suffectos gessitque absens, collega Didio Juliano, qui ei successit. nam consul ordinarius ante ultimum Commodi annum non fuit. & tamen hunc quoque consulatum invidiosum Pertinaci apud multos fuisse, ob sordidam originem, declarat Dio in vita Marci. *Idem.*

1. *Quod*

tio apud Marium Maximum, laudes ejus continens, & omnia vel quæ fecit vel quæ perpessus est. & præter illam orationem, quam longum fuerit connectere, sæpissimè Pertinax à Marco & in concione militari & in senatu laudatus est: doluitque palam Marcus [1] quòd quum senator esset, præfectus prætorii fieri à se non posset. Cassiano motu compositio, è Syria ad Danubii tutelam profectus est, atque inde Mœsiæ utriusque, mox Daciæ regimen acce-
3 pit. Bene gestis his provinciis, Syriam meruit. [2] Integrè se usque ad Syriæ regimen Pertinax tenuit: post excessum verò Marci, pecuniæ studuit: quare etiam dictis popularibus est lacessitus. Curiam Romanam post quatuor provincias consulares, quia consulatum absens gesserat, jam dives ingressus est, [3] quum eam senator antea non vidisset. Jussus est præterea statim à Perenne in Liguriam secedere in villam paternam. [4] Nam [5] pater ejus tabernam coctiliciam

1. *Quod quum senator esset, præfectus prætorii fieri à se non posset.*] Omnino legendum: *Doluitque palam Marcus quod senator esset, & præfectus prætorii à se fieri non posset.* Salmas.

2. *Integrè se usque ad Syriæ regimen Pertinax tenuit.*] *Se tenuit*, διεῖτα egit. sed non displiceat *integrum*. ἀμεμπτον ἑαυτὸν διετήρησε. *Casaub.*

3. *Cùm eam senator antea non vidisset.*] Jam illa tempestate multi Romani erant senatores, qui Romam rarò commearent: nonnulli qui vidissent nunquam. post tempora verò Constantini etiam legibus & constitutionibus principum opus fuit, ut compellerentur Romam venire senatores. Lege in Codice Theodosiano titulum quartum libri sexti. *Idem.*

4. *Nam pater ejus tabernam coctilitiam in Liguria.*] Omnino scribendum *coctiliariam*. generaliore voce usus, idem significavit statim initio, lignariam negotiationem appellans. at coctiliarii sunt illi, qui non quævis ligna, sed coctilia tantum parant venduntque. Graci, & Latini etiam multi, aceρνὰ dicunt. ferè enim qui coctiliariam faciebant, in montibus degebant, aut sylvis, ut hujus pater in Apennino. Coctilia ista ut plurimùm in batillis accendebant. *Casaub.*

Nam pater ejus tabernam coctiliciam.] Scribe: *coctiliciam. Coctiliciam tabernam* vocat quæ coctilibus lignis erat instructa, in qua coctilia vendebantur. aliud enim fuit coctiliarium esse, aliud coctilitiam tabernam exercere. *Coctiliarii* dicebantur, qui coctilia ligna in sylva faciebant: sic restiarii, qui restes. at *tabernæ coctilitiæ exercitor*, is erat, qui negotiabatur & coctilia ligna promercalia habebat. coctilia igitur differebant à carbonibus: carbones enim ligna dici non possunt. coctilia erant, cocta quidem ligna, sed non ad plenum, neque ita ut carbones videri possint. at carbones penitus & ad plenum erant cocti. *Salmas.*

5. *Pater ejus tabernam coctiliciam.*] Sic proximè Palatinus, nempe *coctiliciam*. litterâ unâ tantum transpositâ. *Grut.*

1. *Ma-*

ciam in Liguria exercuerat. Sed posteaquam in Liguriam venit, multis agris coemptis, tabernam paternam [1] manente forma priore, infinitis ædificiis circundedit: fuitque illic per triennium & mercatus est per suos servos. Occiso sanè Perenni, Commodus Pertinaci satisfecit, [2] eumque petiit [3] per literas ut ad Britanniam proficisceretur: profectusque milites ab omni seditione deterruit, quum illi quemcumque imperatorem vellent habere & ipsum specialiter Pertinacem. Tunc Pertinax malevolentiæ notam subiit, quòd dictus est insimulasse apud Commodum affectati imperii Antistium Burrum, & Arrium Antoninum. [4] Et seditiones quidem contrà ipse compescuit in Britannia: verùm ingens periculum adiit: seditione legionis penè occisus, certè inter occisos relictus. quam quidem rem idem Pertinax acerrimè vindicavit. Denique postea veniam legationis petiit, dicens sibi ob defensam disciplinam infestas esse legiones. Accepto successore, alimentorum ei cura mandata est, [5] deinde proconsul Africæ factus est. In quo proconsulatu multas seditiones perpessus dicitur, [6] vaticinationibus earum quæ de templo Cælestis emergunt. Post hoc præfectus urbi factus: in qua præfectura post Fuscianum hominem severum, Pertinax mitissimus & humanissimus fuit, [7] & ipsi Commodo plurimùm placuit, [8] quia ille esset iterum, quum Pertinax factus est. 4

[1] Tunc

1. *Manente forma priore.*] Scripti, *fortuna*, contra auctoris mentem. *Casaub.*

2. *Eumque petiit per literas.*] *Petere aliquem* pro rogare. *Idem.*

3. *Per litteras ut ad Britanniam proficisceretur.*] Vox *ad* non visitur in Palatin. à manu primâ, ut nec pronomen *ejus*. Stut.

4. *Et seditiones quidem contra ipse, &c.*] Lege: *Et seditiones quidem contra se compescuit in Britannia: verum ingens periculum adiit. contra se* pro contra eum, nempe Commodum. sic *suum* pro *ejus*. Britanni enim contra Commodum imperatorem eligere volebant: quam seditionem compescuit Pertinax. *Salmas.*

5. *Deinde proconsul Africæ factus est.*] *Proconsule.* Idem.

6. *Vaticinationibus earum quæ de templo Cælestis emergunt.*] Idem in vita Macrini, *Vates Cœlestis apud Carthaginem deo repleta fatebat vera canere.* Casaub.

7. *Et ipsi Commodo plurimùm placuit, qui ille esset iterum, cùm Pertinax.*] Non dubito deesse hic aliquid, & fortasse etiam pluscula verba: quantumvis membranæ veteres vitium dissimulent. *Idem.*

8. *Quia ille esset iterum, quum Pertinax est factus.*] Palatinus cum prima editione: *Quia illi esset iterum, quum Pertinax*

[1] Tunc Pertinax interficiendi Commodi conscientiam delatam sibi ab aliis non fugit. Commodo autem interempto, Lætus præfectus prætorii & Electus cubicularius [2] ad eum venerunt ut eum confirmarent, atque in castra duxerunt. Illic Pertinax milites alloquutus est. [3] Donativum promisit, ingeri sibi imperium à Læto & Electo dixit. Fictum est autem quòd morbo esset Commodus extinctus, [4] quia & milites, ne tentarentur, pertimescebant. Denique à paucis primùm est Pertinax Imperator appellatus. Factus est autem sexagenario major imperator, [5] prid. Cal. Januarias. De castris nocte quum ad senatum venisset, & [6] cellam curiæ jussisset aperiri, [7] neque inveniretur ædituus, in templo Concordiæ resedit. Et quum ad eum Claudius Pompeianus gener Marci venisset, casumque Commodi lacrymasset, eum hortatus est Pertinax ut imperium sumeret: sed ille recusavit, quia jam imperatorem Pertinacem videbat. Statim ergo omnis magistratus cum con-

nax est factus. hunc locum non capio. *Salmas.*

Quia ille esset iterum, cùm Pertinax factus est.] Pal. *illi*, item *es.* locus proculdubio mendosus. *Grut.*

1. *Tunc Pertinax interficiendi Commodi conscientiam delatam sibi ab aliis non fugit.*] Si de conjuratione Marciæ & Læti & Electi qui Commodum non interemerunt, sentit Capitolinus, haud dubiè fallitur. nam Pertinax de consilio rescivit nihil quicquam. adi ad Herodianum. Julianus tamen imperator idem scribit cum Capitolino. *Casaub.*

2. *Ad eum venerunt ut eum confirmarent.*] Scribe: *Commodo autem interempto, Lætus præfectus prætorii & Electus cubicularius, ad eum venerant, & eum confirmarunt, atq; in castra duxerunt.* Salmas.

3. *Donativum promisit.*] In singulos denarium trina millia: sive aureos hodiernos circiter ccc. *Casaub.*

4. *Quia & milites ne tentarentur pertimescebant.*] Ait *& milites*, quia & Pertinax ad quem priùs venerant Lætus & Electus, diu ne tentaretur timuit: neque Commodi cœdem priùs credidit, quàm per suorum unum explorasset, cui cadaver est ostensum. *Idem.*

5. *Pridie Cal. Januarias.*] Regius, *Kalendis Januariis.* idque verissimum est. nam Commodus occisus est pridie Calendas: noctis autem illius pars multò maxima præterierat priusquam in Castra adductus Pertinax à prætoriis militibus salutaretur Imperator: neque multò antè quàm illucesceret, imperium illi in senatu confirmatum. Kalendis igitur acta, quæ post mediam noctem gesta. *Idem.*

Prid. Kal. Januarias.] Ita Pal. sed compendio scripturæ tali. P. KAL. JAN. *Grut.*

6. *Cellam curiæ.*] *Cella* veteribus quæ *capella* amissa Latinitate dicta est, *sacellum*. Semper autem cellam Curiæ priùs quàm Curiam ingrediebantur, ex Augusti præcepto. *Casaub.*

7. *Neque inveniretur ædituus.*] Sic etiam fere Pal. *aditus* nimirum. nam malè vulgg. *aditus.* Grut.

consule ad curiam venerunt, ingressumque [1] Pertinacem nocte imperatorem appellaverunt. Ipse autem Pertinax 5 post laudes suas à consulibus dictas, & post vituperationem Commodi acclamationibus senatus ostensam, egit gratias senatui, & præcipuè Læto præfecto prætorii, quo autore & Commodus interemptus & ipse imperator est factus. Sed quum Læto gratias egisset Pertinax, Falco consul dixit, *Qualis imperator es futurus, hinc intelligimus quòd Laetum & Martiam ministros scelerum Commodi post te videmus.* cui Pertinax respondit, [2] *Juvenis es consul,* [3] *nec parendi scis necessitatem. Paruerunt invitis Commodo, sed ubi habuerunt facultatem, quid semper voluerint ostenderunt.* Eadem die qua Augustus est appellatus, [4] & Flavia Titiana uxor ejus augusta est appellata. His horis quibus ille in Capitolium vota solvebat, [5] primus sanè omnium ea die qua Augustus est ap-

1. *Pertinacem nocte imperatorem appellaverunt.*] Dio ait, νυκτὸς ἔτι ὥρης. hoc est, appetente die, ut modò dicebamus. *Casaub.*

2. *Juvenis es consul, nec parendi scis necessitatem.*] Palatinus *necessitates.* non pejus, si non melius. & necessitas profectò plurimum nos cogit. Verùm nos de hac necessitate plura, ad Taciti illud: *Ille nihil ex his sponte susceptum, sed Principi paruisse defendebat.* l. XIII. Ann c. 43. *Orat.*

3. *Nec parendi scis necessitatem.*] *Necessitates.* Palatinus. *Salmas.*

4. *Et Flavia Titiana uxor ejus Augusta est appellata.*] Decreto senatus Augusta est appellata: sed eum honorem ab ea recipi noluit Pertinax. Cæterùm totus locus in vulgatis perturbatus, concipiendus hoc modo: *Eadem die qua Augustus est appellatus, & Flavia Titiana ejus uxor est appellata, eis horis quibus ille in Capitolio vota solvebat: primus sanè omnium ea die, qua Augustus est appellatus. Etiam patriæ patriæ nomen recepit.* Casaub.

Et Flavia Titiana uxor ejus Augusta est appellata. His horis.] Perturbatus hic locus, sic eum constitue: *Eadem die qua Augustus est appellatus, his horis quibus ille in Capitolium vota solvebat. Primus sanè omnium ea die qua Augustus est appellatus, etiam patriæ patriæ nomen recepit, nec non simul etiam imperium proconsulare, nec non jus quartæ relationis. quod omnia loco fuit Pertinaci.* De Pertinace accipiendum, cui etiam omni fuere istæ omnes simul & δίϐηλος congestæ cum Augusti nomine appellationes. primus igitur omnium eo die quo est Augustus appellatus, etiam patris patriæ recepit, & alias quæ sequuntur appellationes. cum alii id differrent, nec nisi sero susciperent, ut de Antonino Pio tradit Capitolinus: *Patris*, inquit, *patriæ nomen delatum à senatu quod primo distulerat, cum ingenti gratiarum actione suscepit.* Non mirum igitur, si præceps ista honorum continuatio visa est omni fuisse Pertinaci, quam & in Alexandro Severo excusare nititur, ut insolentem & inusitatam Lampridius his verbis: *Accepit imperium quum ante Cæsar à senatu esset appellatus, &c.* Salmas.

5. *Primus sanè omnium ea die qua Augustus, &c.*] Nihil abit ab hac scriptura Palatinus: neque temere accesserim alio-

est appellatus, etiam patris patriæ nomen recepit: [1] nec non simul etiam imperium proconsulare, [2] necnon jus quartæ relationis, quod ominis loco fuit Pertinaci. Ad palatium ergo Pertinax profectus, quod tunc vacuum erat, quia Commodus [3] in Vectilianis occisus est, petenti signum prima die tribuno dedit, *Militemus*, exprobrans utique segnitiem temporum superiorum: quod quidem 6 etiam antè in omnibus ducatibus dederat. Exprobrationem autem istam milites non tulerunt, statimque de imperatore mutando cogitarunt. [4] Ea die etiam ad convivium magistratus & proceres senatus rogavit, quam consuetudinem Commodus prætermiserat. Sanè quum postero Calendarum die statuæ Commodi dejicerentur, gemuerunt milites: simul quia iterum signum idem dederat imperator. Timebatur autem militia sub sene imperatore. Denique tertium Nonarum diem Votis ipsis milites Triarium Maternum Lascivium, senatorem nobilem, ducere in castra voluerunt, ut eum rebus Romanis imponerent: sed ille nudus fugit, atque ad Pertinacem in Palatium venit, & pòst ex urbe discessit. Timore sanè Pertinax coactus, omnia quæ Commodus militibus & veteranis dederat, confirmavit. [5] Suscipere se etiam imperium à senatu dixit, quod jam sponte inierat. Quæstionem majestatis penitus

aliorum emendationibus, cùm eis contradicat nexus verborum sequentium. *Grut.*

1. *Necnon simul etiam imperium proconsulare.*] Mirum nihil. nam & proconsulare imperium, & tribunitia potestas necessariò cohærent majestati imperatoriæ. *Casaub.*

2. *Necnon jus quartæ relationis, quod ominis loco fuit Pertinaci.*] Jus relationis, quod Augustis solitum attribui, exposuimus ad Suetonium, libro primo: cæterùm omen præcipuum sine controversia in eo fuit, quod contra consuetudinem omnes Augustorum honores ita simul & ἀθρόως in Pertinacem essent congesti. citò enim peritum illum augurati sunt, qui sic repentè ac confertim omnia nactus esset, quæ multis annis priores principes meruissent. *Idem.*

3. *In Vectilianis.*] In ædibus Vectilianis, ubicunque princeps, ibi aula. *Idem.*

4. *Ea die etiam ad convivium magistratus & proceres senatus rogavit.*] Ea dies, fuit Kalendarum anni novi: quam ludis, jocis, munusculorumque missitationibus atque omni genere festivitatum celebrabant Romani. *Idem.*

5. *Suscipere se etiam imperium à senatu dixit, quod.*] Dixit in senatu. verba Pertinacis referunt Herodianus & Dio. *Idem.*

1. *Eorum*

penitus tulit cum jurejurando. Revocavit etiam eos qui deportati fuerant crimine majestatis, [1] eorum memoria restituta qui occisi fuerant. [2] Filium ejus Pertinacem senatus Cæsarem appellavit. Sed Pertinax nec uxoris Augustæ appellationem recepit, & [3] de filio dixit, [4] *Quum meruerit.* [5] Et quum Commodus [6] allectionibus innumeris prætorios miscuisset, senatusconsultum Pertinax fecit, jussitque eos qui præturas non gessissent, sed allectione accepissent, post eos esse qui verè prætores fuissent. Sed hinc quoque grande odium sibi multorum commovit. [7] Census 7
retractari jussit: [8] delatores vinctos graviter puniri jussit, & tamen molliùs quàm priores imperatores unicuique dignitati, si delationis crimen incurreret, pœnam statuens. Legem sanè tulit [9] ut testamenta priora non priùs essent irrita quàm alia perfecta essent, neve ob hoc fiscus aliquando succederet. [10] Ipseque professus est nullius se adituturum

1. *Eorum memoria restituta qui occisi fuerant.*] Contra legem Corneliam, quam & Cicero Consul propter publicam utilitatem firmavit. *Idem.*

2. *Filium ejus Senatus Cæsarem appellavit.*] Sic Pal. nam vulgg. infarcierant, *Filium ejus Pertinacem Senatus.* Grut.

3. *De filio dixit, Cùm meruerit.*] Suetonius de Augusto: *Numquam filios suos commendavit ut non adjiceret, Si meruerint.* Casaub.

4. *Cùm meruerit.*] Egregia vox, sed quâ usi etiam alii. Suetonius de Augusto cap. 56. *Numquam filios suos populo commendavit, ut non adjiceret, Si meruerint.* Vulcatius in vita Avidii cap. 2. f. *Grut.*

5. *Et quum Commodus allectionibus innumeris prætorios miscuisset.*] Membranæ *prætorias miscuisset.* prætoriæ enim allectiones dicuntur, quibus prætores alleguntur, ut senatoriæ quibus senatores. cum igitur ante Commodum alii honores allectione sumerentur, sola prætura non ita accipiebatur. Commodus autem aliis innumeris allectionibus etiam prætorias miscuit, non aliter potuit aut debuit loqui Capitolinus. *Salmas.*

6. *Allectionibus innumeris prætorios miscuisset.*] Male scripti, *prætorias.* Prætorii sunt senatores prætura functi, vel ornamentis prætoriis donati: quod solitum fieri ab imperatoribus; sed cum judicio, & pro meritis in Remp. Commodus vero adulatores & voluptatum ministros inter prætorios adlegerat, ut loquitur Plinius in epistolis. *Miscere,* pro inquinare. Græci dicunt κρωννύναι. Sed præstat referre ad ordinem sedendi. *Casaub.*

7. *Census retractari jussit.*] Istæ sunt censuariæ liberalitates, de quibus ad Hadrianum Spartiani. *Idem.*

8. *Delatores vinctos.*] Regius, *certos.* probo. Petrus Faber *convictos:* quod idem est ac certos. *Idem.*

9. *Ut testamenta priora non priùs essent irrita quàm alia perfecta essent.*] Justinianus Institutionum libro secundo, titulo XVII. *Idem.*

10. *Ipseque professus est, nullius se adituruum hereditatem, quæ non adulatione.*] Justinianus ibidem: *Eadem oratione expressit,*

rum hereditatem, quæ aut adulatione alicujus delata esset, [1] aut lite perplexa, [2] aut legitimi heredes, & necessarii privarentur: addiditque senatusconsulto hæc verba, [3] *Sanctius est P. C. inopem remp. obtinere, quàm ad divitiarum cumulum* [4] *per discrimina atque dedecoris vestigia pervenire.* Donativa & congiaria quæ Commodus promiserat, solvit. Annonæ consultissimè providit. [5] Et quum [6] tantam pecuniam ærarii haberent, ut præter decies H-s non se inveniisse fateretur, [7] coactus est [8] ea exigere quæ Commodus indixerat, contrà quàm professus fuerat. Denique aggressus eum [9] Lollianus Gentianus consularis, quòd contrà promissum faceret, necessitatis rationem accepit. Auctionem rerum Commodi habuit, ita ut & pueros & concubinas vendi juberet, exceptis iis [10] qui per vim Palatio videbantur

fit, non admissurum se hereditatem ejus, qui litis caussa principem reliquerit heredem, &c. Idem.

1. *Aut lite perplexa.*] Taciti lib 11. Ann. cap. 48. *Neque hereditatem cujusquam adiit, nisi cùm amicitiâ mortuisset. ignotos, & aditis infensos, eosque Principem nuncupantes, procul arcebat.* Grut.

2. *Aut legitimi.*] *Ut leg.* Casaub.

Aut legitimi heredes & necessarii privarentur.] Lege, *ut*, hoc modo: *Ipsque professus est nullius se aditurum hereditatem, quæ aut adulatione alicujus delata esset, aut lite perplexa, ut legitimi heredes, & necessarii privarentur.* Salmas.

3. *Sanctius est P. C. inopem remp. obtinere.*] Scribe: *Satius est P. C. inopem remp. obtinere quam ad divitiarum cumulum per discrimina atque dedecoris vestigia pervenire.* Idem.

Sanctius est, Patres Conscripti.] Palat. prius habuit: *Statius est*, ut appareat restituendum, *Satius est.* nam *Sanctius* sane minus huic quadrat. *Grut.*

4. *Per discrimina atque.*] Malim tamen, *per hujus modi crimina.* vel ut amplissimo Fabro videbatur, *per ista crimina.* Casaub.

Per discrimina atque dedecoris vestigia.] Idem Palatinus, *per discriminum atque dedecorum vestigia.* quomodo olim editi; nec displicet. quippe Princeps ditatus artibus malis, & discrimen subit, & dedecus. tot enim sibi fecit hostes, quot reddidit pauperes. *Grut.*

5. *Et quum tantam pecuniam ærarii haberet.*] Lege: *Et quum tanta penuria ærarium haberet.* Ad verbum enim ex Dione: Τοσαύτη ἦ ἄρα τότε τὸ βασίλειον εἶχεν ἀπορία. *Salmas.*

Et cùm tantam pecuniam ærarii haberet.] Postulabat hanc scripturam ipsa sententia: sicque emendatum in Pal. nostro. legebatur prius, *pecuniam.* Gruterus.

6. *Tantam pecuniam.*] Scribe *penuriam*, non *pecuniam.* Casaub.

7. *Coactus est ea exigere quæ Commodus indixerat.*] Ita quoque Palat. & rectè. nam aliorum *indulserat*, eodem redit, estque adhuc lenius. *Grut.*

8. *Ea exigere quæ Commodus indixerat.*] Regius, *indulserat*: & scribendum sic. *Casaub.*

9. *Lollius Gentianus.*] Est is qui ultimo Severi anno Consul fuit cum Bassoassentior enim Onuphrio, quem consule. *Idem.*

10. *Qui per vim Palatio videbantur inferri.*] Hi sunt quos ex nobilitate Commodus

bantur inserti. Et de his quos vendi jussit, multi postea reducti ad ministerium, oblectaverunt senem, qui per alios principes usque ad senatoriam dignitatem pervenerunt. [1] Scurras turpissimorum nominum dedecora perferentes, proscripsit ac vendidit. Cujus nundinationis pecuniam quæ ingens fuit, [2] militibus donativo dedit. A li- 8
bertis etiam ea exegit quibus Commodo vendente ditati fuerant. Auctio sanè rerum Commodi in his insignior fuit. [3] Vestis subtegmine serico aureis filis insignior, per tunicas penulasque, lacernas & [4] chirodotas Dalmatarum [5] & cirratas militares, * purpureasque chlamydes Græcanicas atque

modus forma disceptatrice collegerat. *Idem.*

1. *Scurras turpissimorum nominum dedecora perferentes.*] Scribe cum eruditissimo Petro Fabro, *præferentes.* Idem.

2. *Militibus donativo dedit.*] Addit Dio & populo congiarium datum, sed oppidò tenue, denarios singulis centenos; cùm prætorianis darentur trina millia denariùm. *Idem.*

3. *Vestis subtegmine serico aureis.*] Antiquissimus mos est *subtegmen* scribere pro *subtemen*: ita enim scriptum invenies apud Tertullianum, Hieronymum, Augustinum, aliosque. Falluntur qui initio libri De pallio corrigunt, *de subtegminis studio*, & de discrimine inter voces *subtegmen* ac *subtemen* argutantur. *Idem.*

Vestis subtegmine serico, filis aureis insignior, per tunicas.] Nihil certius emendatione Casauboni: *Vestes subtegmine serico, filis aureis, insigni opere.* Sed heic notandum, quod ille prætermisit, *subtegmen*, vel *subtemen*, pro stamine. veteres contra stamen, & subtemen sic distinxere, ut *stamen* esset, qui Græcis στήμων, *subtemen* idem cum trama quam iidem Græci κρόκην vocant. *fila* vero heic pro subtemine. hæ vestes igitur aureis filis & serico subtemine sunt, quas Græci χρυσοστήμονας appellant. nam στήμων, subtemen. vestes enim aureo stamine texi non posse notant veteres. in vestibus igitur auro textis semper subtemen ex auro fuit. nam & cum vestibus aurum intexi dicitur, non potest capi nisi de subtemine. proprie siquidem subtemen inseri, & immitti & intexi stamini dicitur, non contra stamen subtemini. *Salmas.*

4. *Chirodotas Dalmatarum.*] Dio in Commodo, χειροδότην σημαίνω. *Casaubonus.*

Chirodotas Dalmatarum.] Scribe *chiridotas.* Et putabam neminem ignorare χειριδώτην debere scribi de tunica quæ χειρίδας habeat. κυρτώτας etiam Græci vocant, quod usque ad κυρτὸν manus pertingant. *Salmas.*

5. *Et cirratas militares.*] Cirratas militares censemus cum Josepho Scaligero, esse chlamydes hirtas, quarum in Severo & Alexandro habetur mentio apud Spartianum & Lampridium. Hoc putamus verius, quàm ut scribatur *citratas*, vel *citrosas.* Casaub.

Et cirratas militares.] Duplicem possunt sensum induere cirratæ istæ militares. nam aut erunt fimbriatæ, aut villosæ & hirtæ. cirri enim fimbrias significant quæ per extimam vestis oram dependent: unde tunicæ cirratæ Phædro. Cirri autem sunt fimbriæ. *cirros* κρόσπεδας interpretatur vetus magister. cirratas etiam possumus villosas interpretari, ἢ ἀμφιμάλλους, quas & μαλλωτὰς Græci vocant. veteres Glossæ:

atque castrenses, & [1] cuculli Bardaici. [2] Et toga armaque gladiatoria gemmis auroque composita, [3] & machæras Herculaneas, & torques gladiatorias, [4] vasaque eluto auro, ebore, argento, citroque composita, [5] atque etiam [1] phal-

κρόκος, cirrus, villus. μαλλωτὸς, villosus. hinc vestes bicirres quæ ab utraque parte cirros habent & villos. sed cirratas heic militares accipere magis debemus fimbriatas. filum Latini veteres quidquid esset extremum, aut in extremitate positum dicebant. hinc fibræ & fibriæ, vestimentorum oræ & jecoris extremæ partes, & radicum cirri. pro fibris fimbrias dixere posteriores. eodem modo quo thensaurum pro thesauro. *Salmas.*

* *Purpureasque chlamydes Græcanicas.*] Chlamydes Græcanicas præsertim militares purpureas fuisse, etiam Suetonius in Nerone scribit. Græci passim πορφυροβαφεῖς, ὁλοπορφύρας vel ἁλικρίδας vocarit. *Casaub.*

1. *Cuculli bardaici.*] Hoc est bardocuculli. ita enim vocantur & Martiali, & aliis. *Bardiacus* eidem ἀπλῶς metri caussa pro bardocucullus illo versu:

Lassi Bardiacus quòd evocati:

nam ita meliores libri. & fortasse hic quoque *cuculli Bardiaci* scribendum. è Gallis Santonibus & Lingonibus Romam mitti solitos, ex eodem poëta constat. *Idem.*

Cuculli bardaici.] Veram hanc opinor esse scripturam, quia libri eam retinent, & confirmat ratio. nam *Bardaicus* à *Bardæus*, ut *archaicus* ab ἀρχαῖος. Bardæi populi sunt Illyrici à quibus isti Bardaici cuculli. *Libumicos cucullos* appellat Martialis, & nisi fallor Bardaicos intelligit. Bardaici cuculli militare gestamen. calceos etiam Bardaicos militum reperio appellatos. *Salmasius.*

Cuculli Bardaici.] Ita quoque Palatinus, non *Bardiaci*. Etiam in optimo mss. Palat. legitur illo Martialis versu lib. IV. Epigr. 3. *Lassi vardaicus quod evocati*. Grut.

2. *Et toga armaque gladiatoria.*] Mendum inesse voci *toga*, facilè assentior doctissimo Petro Fabro, ac lego, *& sagum*. Casaub.

Et toga armaque.] Nihil variat Pal. Grut.

3. *Et macheras Herculaneas.*] Enses iis similes, quos pictores & poëtæ Herculi tribuunt: nam & Commodus alter Hercules. *Casaub.*

Et macheras Herculaneas.] Vetus editio: *& macheras Herculaneas*. sic enim scribebant: *machera* & *macera*: & secundam ejus syllabam illius temporis poëtæ correptam enuntiabant. *Salmas.*

4. *Vasaque eluto auro, ebore, argento, citroque composita.*] Elutum aurum est, probè purgatum. nam in auro purgando lavationibus multis opus, ut scimus è Strabone ac Plinio. in membranis corruptè *eludo*. forsan placeat alicui vasa è ludo, dici τὰ ἐκ τοῦ τῶν μονομάχων παίζωνος, id est gladiatoria. nobis non placet: nam si quid mutandum, scribam certa conjectura *electro*. vasa electrina habes etiam apud Paulum Jurisconsultum lege XXXII. De auro, argento. *Casaub.*

Vasaque eluto auro, ebore, argento citroque composita.] *Vasaque è ludo, auro, ebore, argento, citroque composita.* Quod mirifice confirmat Dio, cujus hæc verba sunt: Σύμπαντα γὰρ ὅσα Κόμμοδος ἐπί τε πότοις καὶ εἰς ἀπλομαχίαν ἢ καὶ εἰς ἁρματηλασίαν ἐκέκλητο, εἰς τὸ παλαιστρεῖον ἐξεπέμπετο. Omnia igitur vasa è ludo, hoc est quibus in ludo utebatur Commodus, proscripsit & vendidit Pertinax. *Salmas.*

5. *Atque etiam phallovitreboli.*] *Phallovitrebolos*, vel, *phallevitrebolos* appellabat Commodus pocula quæ obscœnitatem illam figura sua referebant, quam Græci φαλλὸν, Latini *bolum* vocabant.

unde

[1] phallovitroboli ex materie eadem, [2] & vasa Samnitica, calefactandæ resinæ ac pici [3] divellendis hominibus [4] ac levigandis: necnon vehicula arte fabricæ nova, perplexis [5] diversisque rotarum orbibus & exquisitis sedilibus, nunc ad solem declinandum, [6] nunc ad spiritus opportunitatem per vertiginem: & alia iter metientia horasque monstrantia, & cætera vitiis ejus convenientia. Reddidit præterea dominis eos qui se ex privatis domibus in aulam contulerant. Convivium imperatorium ex immenso ad certum revocavit modum: [7] sumptus etiam omnes Commodi recitunde *monobeli* in Alagabalo. *belum* pro telo è Græco βέλος posterior ætas usurpavit, etiam extra fœditates istas. Si legas *phallovetretrobeli*, erunt synonyma tria ad majorem obscœnitatem à flagitiosissimis propudiis conjuncta. juvat quòd non è vitro calyces hi fuerunt; sed ex auro, ebore, argento. Non sine exemplo autem insaniam hanc insanivit Commodus. Plinius lib. XXXIII. *In poculis libidines celare jubet, ac per obscœnitates bibere.* Juvenalis:

Vitreo bibit ille Priapo. Casaub.

Atque etiam phallovitrobeli.] In antique excusis legitur *phandovitrobuli*. quam vocem quomodo explicem nescio. corruptam enim censeo, nec rationem emendandi nunc video: quam præstat intactam sic relinquere, quam inepta vocabula heic comminisci biformia, quæ nec Græca sunt nec Latina. *Salmas.*

1. *Phallovitroboli.*] Palatin. *phando vitrobuli*. Vulgata lectio bona esse potest. quamvis pocula ea non fuerint è vitro. sæpè enim re mutatâ, manet tamen nomen. sic *pyxides* dicimus, quamvis sint ex auro vel argento. *Grut.*

2. *Et vasa Samnitica calefactandæ resinæ.*] Athenæus libro XII. jure igitur Samnitica vasa appellata sunt quæ ad artem pertinerent, cujus auctores præcipui Samnites. *Casaub.*

3. *Divellendis hominibus ac levigandis.*] *Divellere* non aliud est quam ἀλγεινῶς & discerpere. legendum vero, *devellendis. devellere* enim est vellere & depilare. *Salmas.*

4. *Ad levigandis.*] Palatinus: *ac libiginandis. forte* pro *leviginandis*. nam *levigare* & *leviginare* pro eodem. *Idem.*

5. *Diversisque rotarum orbibus.*] Idem liber: *divisisque rotarum orbibus*. Idem.

6. *Nunc ad spiritus opportunitatem, per vertiginem.*] Fit enim sæpe, ut inclusi in vehiculis vertigine tententur: qui auræ spiritu in vehiculum admisso, statim recreantur. *Casaub.*

Nunc ad spiritus opportunitatem per vertiginem.] Per vertiginem heic intelligit author, vehiculorum ipsorum vertiginem, quæ sic erant composita arte nova fabricæ, ut divisis & perplexis rotarum orbibus, per vertiginem flecti vertique possent nunc ad solem devitandum, nunc ad captandam auræ & spiritus opportunitatem. vertiginem igitur posuit pro versatilitate, si ita loqui liceat. ita autem apta vertebris & verticulis erant, ut nunc in partem qua sol esset, versari, nunc in aliam unde aura veniret, facile possent. *Salmas.*

7. *Sumtus etiam omnes Commodi reddidit.*] Hoc quid sit? lego cum Josepho Scaligero, *resedit*. hoc est, ad soliti dimidium detraxit, ut statim sequitur. *Casaub.*

Sumptus etiam omnes Commodi reddidit.] Contrariam hæc authoris menti verba sententiam efficiunt. quin etiam illa quæ sequuntur contrarium manifesto suadent. Palatinus pro *reddidit*, habet

recidit. [1] Exemplo autem imperatoris quum ille parciùs se ageret, ex omnium continentia vilitas nata est. Nam imperatorium sumptum, pulsis non necessariis, ad soliti
9 dimidium detraxit. [2] Præmia militantibus posuit. Æs alienum quod primo imperii tempore contraxerat, solvit. Ærarium in suum statum restituit. Ad opera publica certum sumptum constituit. [3] Reformandis suis pecuniam contulit: stipendia plurimis retrò debita exolvit. Obeundis postremò cunctis muneribus fiscum parem fecit. [4] Alimentaria etiam compendia [5] quæ novem annorum ex instituto Trajani debebantur, obdurata verecundia sustulit. Avaritiæ suspicione privatus non caruit, quum [6] apud vada Sabatia oppressis fœnore possessoribus, [7] latiùs suos teneret fines. [8] Denique * ex versu Luciliano *agrarius mergus* est ap-

bet *reddit*. ex quo facile facio, *recidit*. illud enim prius *d* corruptum est pro *ci*, quod & in aliis sæpissime vocibus vidi accidere. *Salmas.*

Sumptus etiam omnes Commodi reddidit.] Pal. *reddit*. sed nihil melius conjectaneo maximi Scaligeri, *rescidit*. Gruterus.

1. *Exemplo autem imperatoris cùm ille parciùs se ageret.*] Quis ille? sed nihil omnino præcedit quò possis referre. Lego retracta litera fugitiva, *cùm mules parciùs se ageret*. omnino ita scribi & sententia postulat & historia. *Casaub.*

2. *Præmia militantibus posuit.*] Regius, *militaribus*, pro militibus. *Idem.*

3. *Reformandis suis.*] Qui isti *sunt*? Scribo, *reformandis viis*. Idem.

Reformandis suis pecuniam contulit.] Veritas est, non hariolatio, quod Casaubonus noster volebat, *Reformandis viis*. Grut.

4. *Alimentaria etiam compendia.*] Nihil est cauſsæ cur emendes cum vito docto *impendia*. compendia alimentaria sive alimentariorum, ut commoda militiæ. *Casaub.*

Alimentaria etiam compendia.] Compendia heic sunt ἀφέλειαι. & idem pæne quod impendia. *Salmas.*

5. *Quæ novem annorum ex instituto Trajani debebantur.*] Reg. *ex institutu*. pro institutione. Videtur autem hoc dicere Capitolinus: non omnibus alimentariis debita fuisse alimenta; sed iis solùm qui beneficio Trajani primùm ad perceptionem frumentariam, id est quinque illis millibus puerorum ingenuorum, quibus frumenta dari primus Trajanus instituit. *Casaub.*

6. *Apud vada Sabatia.*] Palatinus: *Sabbatia*. Salmas.

7. *Latiùs suos teneret fines.*] Scribo, *tenderet*. eleganter pro extenderet. *Casaub.*

8. *Denique ex versu Lucilliano agrarius mergus est appellatus.*] Scripti Codices *grarius*. ut & optimi nostri libri. hinc pronum fuit correctoribus, *agrarius* facere. *grarius* aut *crarius*, quod scriptum habent libri, non dubitamus ita vitio esse scriptum pro *erarius*. c pro e & g pro c sæpius mutationibus inviicem alternant. *erarius* autem scribebant pro *erarius*, & *eris* pro *aris*. unde *aderare* pro adærare, & similia. *erarius* autem *mergus* dictus Lucillio fenerator quidam improbus, quod fœnore & ære alieno homines mergeret. & ita loquutus est Satyrice simul & poëtice: allusione facta ad mergi etymon. Obærati autem & op-

est appellatus. Multi autem eum etiam in provinciis quas consularis gessit, sordidè se egisse in literas retulere. [1] Nam vacationes & legationes militares dicitur vendidisse. Denique quum parentum minimum esset patrimonium, & nulla hereditas obvenisset, [2] subitò dives est factus. Omnibus sanè possessiones suas reddidit quibus Commodus ademerat, sed non sine pretio. Senatui legitimo semper interfuit, ac semper aliquid retulit. Civilem se salutantibus & interpellantibus semper exhibuit. Eos qui calumniis appetiti per servos fuerant, damnatis servis delatoribus liberavit, in crucem sublatis talibus servis, aliquos etiam mortuos vindicavit. [3] Insidias paravit ei * Falco, volens imperare:

& oppressi fœnore homines, *arte alieno mersi* dicuntur scriptoribus Latinis: & ita sæpe in jure nostro. id igitur Pertinaci nomen adhæsit ex Lucilliano versu. non quod latius suos teneret fines, sed quod oppressis fœnore possessoribus id faceret, eosque mergeret usuris, *erarius mergus* dictus est. *Salmas.*

* *Ex Luciliano versu agrarius mergus est appellatus.*] Scripta lectio, *Granius.* Fortasse scripserat, *Granius agrarius mergus.* nam Granii præconis, de quo tam multa M. Tullius, frequens in Lucilii satyris mentio; ut in istis apud Gellium:

— *& jam*
Conjicere in versus dictum præconis volebant
Grani. —

Hunc scurram lucella captantem bonis dictis, videtur poëta appellasse mergum: solet enim ea avis minutorum piscium prædam è littorum saxis captare. Græcorum est proverbium, λάρος ἐπὶ χόρτῳ. At Pertinax qui non ex aquis compendia sibi quæreret, sed ex vicinorum incommodis, non simpliciter *mergus* est dictus, sed *agrarius mergus.* Nihil improbius eo hominum genere, qui afflictorum tempora observant, ut ex eorum miseriis rei suæ amplificandæ occasionem capiant. fecisse hoc Pertinacem. verbis illis, *oppressis fœnore possessoribus* auctor significat. Atque hæc caussa est, cur mergus sit dictus. *Casaub.*

Ex versu Luciliano, Agrarius mergus, &c.] Pal. *Luciniano grarius.* Grut.

1. *Nam vacationes & legationes militares dicitur vendidisse.*] Quænam dicantur *vacationes* in Romana militia, & quomodo duces illas vendere sint soliti, ex multis veterum scriptorum locis, manifestissimum est. at *legationes militares*, alibi legere non memini. mendosum tamen non existimo: sed de honore illorum accipio, quos soliti interdum limitanei exercitus, eorumve duces, ad imperatores mittere. *Casaub.*

Nam vacationes & legationes militares.] Attigimus supra nonnihil de his legationibus militaribus. nec dubium quin præfecturæ legionum, cohortium & ejusmodi, legationes etiam dictæ sint. sic *præfectum cohortis ad legationem suam profectum* initio hujus vitæ scribit Capitolinus. *Salmas.*

2. *Subitò dives est factus.*] Refellit Herodianus, cui potius fidem habe. Ait ille, Commodum, qui omnes patris amicos sustulit, unico Pertinaci pepercisse, quòd propter paupertatem illum contemneret. *Casaub.*

3. *Insidias paravit ei Falco.*] Sosius Falco consul, opibus potens. historiam imus Dio narrat. *Idem.*

Insidias paravit ei Falco volens imperare.] Non est alius perturbatior in

rare: de quo conquestus est in senatu: [1] quod quidem senatus credidit. Dum sibi quidam servus, quasi Fabiæ esset filius ex Cejonii Commodi familia, Palatinam domum ridiculè vindicasset, cognitus, jussus est flagellis cæsus domino restitui. In cujus vindicta hi qui oderant Pertinacem, occasionem seditionis inveniſſe dicuntur. Falconi tamen pepercit, [2] & à senatu impunitatem ejus petiit. Denique Falco in rebus suis securus vixit, & herede filio periit: quamvis multi Falconem nesciſſe dixerint imperium sibi parari. Alii etiam à servis qui rationes interverterant, falsis testimoniis appetitum eum esse dixerunt. Sed Pertinaci [3] factio præparata est per Lætum præfectum prætorii, & eos quos Pertinacis sanctimonia offenderat. Lætum enim pœnituerat quòd imperatorem fecerat Pertinacem, idcirco quia eum velut stultum intimatorem nonnullarum rerum reprehendebat. Grave præterea militibus visum, [4] quòd in causa Falconis multos milites ad unius servi te-
11 stimonium occidi præceperat. [5] Trecenti igitur de castris armati

his authoribus locus. sic minimo negotio restitui posse arbitror: *Insidias paravit ei Falco, ut questus esset in senatu,* (vel, *de quo questus est in senatu*: vel etiam, *quod questus est in senatu*) *volens imperare: quod quidem credidit dum sibi quidam servus quasi Fabiæ esset filius ex Cejonii Commodi filia, Palatinam domum ridiculè vindicasset, cognitusque jussus est flagellis cæsus domino restitui. quod quidem credidit*, Pertinax scilicet, non senatus, ut vulgo editum est. & recte vocem *senatus* authore veteri scriptura sustulimus. servus hic autem qui Palatinam sibi domum eo nomine vindicabat quod esset Fabiæ filius Commodi Cæsaris filiæ, sororis Lucii Veri, videtur fuisse servus Falconis. ex quo non temere suspectus est Falco quasi per servi sui operam strueret insidias Pertinacı. quidam vero Falconem absolvebant isto crimine, & eum nesciisse sibi imperium parari dictitabant. *Salmas.*

* *Falco volens imperare: de quo conquestus.*] Pal *Falco conquestus est in Senatu volens imperare.* Grut.

1. *Quod quidem senatus credidit.*] Attende ad verba: non negabis aliquid deesse. Lego: *Insidias paravit ei Falco: de quo conquestus est in senatu, ut volente imperare q.* verùm, ut diximus, videtur deesse aliquid. Tota etiam quæ sequitur narratio de Fabiæ servo, an ad Falconis insidias quicquam pertineat, non possis liquidò cognoscere. & certum est, Falconem non alii, sed sibi imperium quæsiviſſe. *Casaub.*

2. *Et à senatu impunitatem ejus petiit.*] Regius & Puteani, *impetravit.* scribendum, *ei impetravit.* Idem.

3. *Factio præparata est per Lætum.*] Convenit cum Dione. *Idem.*

4. *Quod in causa Falconis multos milites ad unius servi testimonium.*] De hoc servo nihil Dio: cætera penè ad verbum. *Idem.*

5. *Trecenti igitur de castris armati.*] Lego, *Ducenti igitur.* Idem.

Trecenti

armati [1] ad imperatorias ædes cuneo facto milites venere. [2] Eadem tamen die immolante Pertinace, [3] negatur in hostia cor repertum: & quum id vellet procurare, [4] caput extorum non deprehendit. Et tunc quidem omnes milites in castris manebant. [5] Qui quum de castris ad obsequium principis convenissent, & Pertinax eo die [6] processionem quam ad Athenæum paraverat ut audiret poëtam, ob sacrificii præsagium distulisset, hi qui ad obsequium venerant, redire in castra cœperunt. Sed subitò globus ille in Palatium pervenit: neque aut arceri potuit, [7] aut Imperatori nunciari. Enimvero tantum odium in Pertinacem [8] omnium aulicorum fuit, ut ad facinus milites hortarentur. Supervenerunt autem Pertinaci quum ille aulicum famulitium ordinaret, ingressique porticus Palatii usque [9] ad locum qui appellatur *Sicilia*, & *Jovis cœnatio*. Hoc

Trecenti igitur de castris armati, &c.] Haud aliter quoque Pal. *Grut.*

1. *Ad Imperatorias ædes cuneo facto.*] Palat. *cædes*. malè. *Idem.*

2. *Eadem tamen die in.*] *Tamen* pro sanè. sæpe enim abutuntur illa voce hi scriptores. *Casaub.*

3. *Negatur in hostia cor repertum.*] Poparum fraude plerumque factum, aut ipsorum etiam extispicum, ut victimis mactatis modò cor, modò caput extorum, aut nescio quid aliud deesset. *Idem.*

4. *Caput extorum non deprehendit.*] Cicero, *Caput est in jecore, cor in extis.* Fiere hujus quoque artis propria vocabula & τεχνικά. Quare apud veteres grammaticos sæpe leges illa verba, σημεῖόν ἐστιν τὸ δυϊκὴ. & extispices iidem non solùm ἱερεῖς, θύτας, aut ἀπαλεξικεραύνους sed etiam σημειωτικούς. ut Hesychius, περιβοσκὸς, μάντις σημειωτικός. *Idem.*

5. *Qui cùm de castris ad obsequium principis convenissent.*] Satellitium principis vocabant obsequium: quam vocem Græci quoque suam fecerunt. sic accipe τὸ ὀψίκιον apud Arrianum libro tertio Dissertationum Epicteti. *Idem.*

6. *Processionem quam paraverat ut audiret poëtas.*] Lampridius in Alexandro Severo, *Ad Athenæum auditorum & Græcorum & Latinorum rhetorum vel poëtarum causa frequenter processit.* locus fuit, quod nomen ipsum arguit, studiis Minervæ sacer: cujus honori dicatam inibi fuisse aliquam ædem aut cellam ex eo conjiciebamus, quòd etiam senatum haberi in Athenæo mos fuit. senatus autem nisi in templo, & loco per augures constituto, haberi non potuit. *Idem.*

7. *Aut imperatori nuntiari.*] Nuntiatum est tamen: sed serò & frustra. Dio ait ab uxore, Herodianus ab amicis. *Idem.*

8. *Omnium aulicorum.*] Aulici sunt οἱ Καισάριοι. hi Dione teste cùm in Pertinacem eodem quo milites prætoriani essent animo, tamen quòd nudi essent & ἄοπλοι, inviti se continuerunt. *Idem.*

9. *Ad locum qui appellatur Sicilia & Jovis cœnatio.*] Videntur esse ejusdem loci duo nomina. Sic Augustus locum in edito singularem habuit, quem vocabat Syracusas & Τεχνίφυον. *Idem.*

Hoc cognito, Pertinax Lætum præfectum prætorii ad eos misit. Sed ille declinatis militibus per porticus egressus, adoperto capite, domum se contulit. Verùm quum ad interiora prorumperent, Pertinax ad eos processit, eosque longa & gravi oratione placavit: Sed quum [1] Tausius quidam, unus è Tungris, [2] in iram & timorem milites loquendo adduxisset, hastam in pectus Pertinacis objecit. Tunc ille precatus Jovem Ultorem, toga caput operuit, atque à cæteris confossus est: & Electus quidem confossis duobus cum eodem periit. reliqui autem cubicularii palatini (nam suos statim [3] ut imperator factus est filius emancipatos dederat) diffugerunt. Multi sanè dicunt etiam cubiculum milites irrupisse, atque illic circa lectum fugien-
12 tem Pertinacem occidisse. Fuit autem senex venerabilis, [4] immissa barba, * reflexo capillo, habitudine corporis pinguiore,

Ad locum qui appellatur Sicilia.] Sic etiam Palatinus. *Grut.*

1. *Tausius quidam, unus è Tungris.*] Tungrorum cohortes inter prætorianos militasse cum aliis Germanis & Gallis, notissimum. *Casaub.*

2. *In iram & timorem milites loquendo adduxisset.*] Scribendum, *In iram & tumorem milites adduxisset.* Nec enim ira cum timore. *Salmas.*

3. *Ut imperator factus est, filiis emancipatos dederat.*] An *emancipatis*? quod quidem suadet similis in Juliano locus. Filiorum appellatione filium & filiam intellige, ut ipse Capitolinus postea. *Casaub.*

Ut imperator factus est filius, &c.] Lege authore veteri membrana: *Reliqui autem cubicularii Palatini, nam suos statim ut imperator factus est, filiis emancipatis dederat, diffugerunt.* Cubicularios enim suos Pertinax, statim atque ad imperium pervenit, filiis emancipatis dederat. suos igitur, quos privatus habuerat. Palatinos autem, quos in Palatio reppererat, qui & sub Commodo id munus habebant. Nam etsi multos vendiderat Pertinax, retinuit tamen plures, & eos qui per vim Palatio videbantur inserti. sed & de iis quos vendi jusserat, multi reducti ad ministerium, ut supra notavit Capitolinus. & isti fere sunt qui diffugisse cum occideretur Pertinax, heic dicuntur, qui & sub aliis imperatoribus in statione manserunt, atque etiam ad dignitates provecti sunt. *Salmas.*

4. *Immissa barba.*] Virgilius,

—— *Immissaque barba.* Casaub.

Immissa barba, reflexo capillo.] Reflexus capillus idem est quod flexus. flexus autem capillus est ἀλῶν vel ἀλωθεὶς, quem in Albino *crispum & rotundum* dixit. flectere igitur capillum est torquere & vibrare, unde flexi ingenio suo capilli Petronio, qui natura tales, non arte. Quintilianus *in annulum ponere capillos*, pro flectere & calamistrare. flexi enim capilli annulos & nodos quodammodo exprimunt. Martialis *ordine crines digerere* dixit. alicubi videor legisse comam comptam gradulatim. Latini in his exprimendis, *ordinem, stationem, gradus* solent usurpare. Ovidio *crines in ordine ponere*, & *in statione*. Manilius *crines in fluctum ponere* eleganter.

nam

guiore, ventre prominulo, ſtatura imperatoria, eloquentia mediocri,[1] & magis blandus quàm benignus,[2] nec unquam creditus ſimplex. Et quum verbis eſſet affabilis,[3] re erat illiberalis ac propè ſordidus, ut dimidiatas[4] lactucas & carduos in privata vita convivis apponeret:[5] & [6] niſi quod miſſum eſſet edulium, quotquot eſſent amici, novem libras carnis per tres miſſus ponebat. Si autem plus aliquid miſſum eſſet etiam in alium diem differebat, quum ſemper ad convivium multos vocaret. Imperator etiam, ſi ſine conviviis eſſet, eadem conſuetudine cœnitabat. Amicis ſi quando de prandio ſuo mittere voluit, miſit offulas binas, aut omaſi partem, aliquando lumbos gallinaceos.[7] Faſianum nunquam privato convivio comedit, aut alicui miſit. Quum ſine amicis cœnaret, adhibebat uxorem ſuam & [8] Valerianum,[9] ut cum eodem qui docuerat,

[1] fa-

nam illa crinium per anmulos inflexio, & per gradus digeſtio, fluctuum modo extantium, modo ſubſidentium & invicem ſe propellentium undulatos intorſoſque motus plane refert. *Salmaſ.*

* *Reflexo capillo.*] Criſpo, quod & nummi docent. *Caſaub.*

1. *Et magis blandus quam benignus.*] Blandus verbis, benignus factis. unde apud Comicum *blande dicere*, & *benigne facere*. unde *terra benigna* apud Poëtas fertilis & fœcunda. *Salmaſ.*

2. *Nec unquam creditus ſimplex.*] Ibidem, *Amabat ſimplicitatem.* Caſaub.

3. *Re erat illiberalis ac propè ſordidus.*] Ita judicabant homines lauti: frugi & ſobrii, aliter longè pronuntiabant. lege Dionem. *Idem.*

4. *Lactucas & carduos.*] Optimus codex: *& cardos.* & ita tunc temporis ſcribebant & enunciabant. Cardi pro Cardui. Gloſſæ veteres ὄνοι λαχάνων: *cardus*, κυνάγχης. inde cardelus vel cardelis pro carduelis in optimo Gloſſario. ſic *mutari* pro mutuari. ſic *continari* pro continuari. ſic & *continuum* pro continuum. *vacum* pro *vacuum.*

At mihi reſcire vacum eſt. ——

Unde *vacefacere* pro vacuefacere apud Lucretium. *Salmaſ.*

5. *Et niſi quod.*] *Et niſi quid.* Pal. & v. ed. atque ita legendum. *Idem.*

6. *Niſi quòd miſſum eſſet edulium.*] Dono nempe. *Caſaub.*

7. *Faſianum nunquam privato convivio comedit.*] Sobriis principibus delitiarum ultimus finis erat phaſianus. Alexander Severus nunquam niſi diebus feſtis ſibi appoſuit. Julianus planè abſtinuit. *Idem.*

Faſianum nunquam comedit.] Palat. *nunquam cumeditavit.* pro, *nunquam cumedit aut alicui miſit. cumedit* pro *comedit.* Salmaſ.

8. *Valerianum, ut cum eodem qui docuerat, fabulas litteratas, &c.*] Palatinus, *Valerianum qui cum eodem docuerat, fabulas, &c.* Grut.

9. *Ut cum eodem qui docuerat.*] Scribo, *ut cum eo quicum docuerat.* Caſaub.

Ut cum eodem qui, &c.] Palat. *Ut qui cum eodem docuerat.* Parvum negotium eſt reponere, *Ut quicum eodem docuerat, fabulas litteratas haberet.* Hoc eſt, ut cum eodem quicum docuerat, fabulas haberet litteratas. Hoc verum eſt. *Salmaſ.*

1. *Fa-*

[2] fabulas literatas haberet. Sanè nullum ex iis quos Commodus rebus agendis impoſuerat, mutavit, [3] expectans urbis natalem, quòd eum diem, rerum principium volebat eſſe: atque ideo etiam in balneis ei Commodiani miniſtri
13 necem paraſſe dicuntur. Imperium & omnia imperialia ſic horruit, ut ſibi ſemper oſtenderet diſplicere. denique non alium ſe quàm fuerat videri volebat. Fuit in Curia honorificentiſſimus, ita [3] ut ſenatum faventem adoraret, & quaſi præfectus urbi cum omnibus ſermonem participaret. Voluit etiam imperium deponere atque ad privatam vitam redire. [4] Filios ſuos in Palatio nutriri noluit. Tam parcus autem & tam lucri cupidus fuit, ut apud vada Sabatia mercaturas exercuerit imperator per homines ſuos, non aliter quàm privatus ſolebat. nec multùm tamen amatus eſt. [5] Siquidem [6] omnes qui liberè fabulas conferebant, [7] malè Pertinaci loquebantur, [8] *chreſtologum* eum appellantes, qui bene loqueretur, & malè faceret. Nam & cives

1. *Fabulas literatas haberet.*] Lampridius in Alexandro: *ut haberet fabulas literatas, quibus ſe recreari dicebat & paſci.* Caſaub.

2. *Expectans Urbis natalem.*] Palilia quæ non longè aberant. Imperavit à Kalendis Januariis ad v. Kal. Aprilis: quo menſe XI. vel XII. Kal. Majas Palilia agitabant. *Idem.*

3. *Ut ſenatum faventem adoraret.*] Senatui ſibi fauſta dicenti, & acclamationibus faventi, gratias agebat, eo geſtu, eo vultu quaſi deos adoraret. *Idem.*

4. *Filios ſuos in Palatio nutriri noluit.*] Palat. *nutriri volvit.* ſed vulgatam Dio comprobat. Capitolinus ſemper de Pertinacis filiis quaſi plures fuerint loquitur, cum Dio unum tamen atque unicum fuiſſe indicet. & ſcire potuit certius qui illa ipſa ætate vivebat & Pertinacem vidit. *Salmaſ.*

5. *Siquidem omnes qui liberè fabulas conferebant, malè Pertinacem loquebantur.*] Inſolens locutio, ſed prodita veteribus editionibus & firmata noſtro Palatino. *Grut.*

6. *Omnes qui liberè fabulas conferebant.*] πάντες οἱ λόγοις παιοῦντες. *Caſaub.*

7. *Malè Pertinaci loquebantur.*] Veteres editiones, *Pertinacem.* inſolens locutio, pro de Pertinace. ſed eſt Græcorum æmulatio: *malè loqui aliquem*, κακῶς λέγειν τινά. at *Pertinaci*, ut maledicere alicui. *Idem.*

Malè Pertinaci loquebantur.] Veteres membranæ: *malè Pertinacem loquebantur. malè & bene loqui aliquem*, pro de aliquo bene aut malè loqui uſitata loquutio. ſic *benedicere aliquem* apud recentiores atque etiam vetuſtiores. *Salmaſius.*

8. *Chreſtologum eum appellantes.*] Græci χρηστολόγους appellant pollicitatores ac Doſontas, quòd ajunt τοὺς χρηστοὺς λόγους διδόναι. χρηστολογῶ, verbis munificus. *Caſaub.*

Chreſtologum eum appellantes.] *Chreſtologum* Palatinus more ſcribendi illa ætate conſueto. *Chreſtologus* autem vel *Chriſto-*

cives sui qui ad eum confluxerant jam imperatorem, [1] & nihil de eo meruerant, sic eum appellabant. Munera quoque lucri libenter accepit. Reliquit filium & filiam superstites, & uxorem Flavii Sulpitiani filiam, quem præfectum urbi loco suo fecerat. Circa uxoris pudicitiam minùs curiosus fuit, [2] quum palàm citharœdum illa diligeret: [3] ipse præterea Cornificiæ infamissimè dicitur adhæsisse. Libertos aulicos vehementissimè compressit: unde 14
grande quoque odium contraxit. Signa interitus hæc fuerunt: Ipse ante triduum quàm occideretur, in piscina sibi visus est videre hominem [4] cum gladio infestantem. Et ea die qua occisus est, [5] negabant [6] in oculis ejus [7] pupillas cum imaginibus quas reddunt spectantibus, vìsas. Et quum apud Lares sacrificaret, carbones vivacissimi extincti sunt, quum inflammari soleant: & (ut suprà dictum est) cor & caput in hostiis non est repertum. Stellæ etiam juxta so-

Christologus qui blande diceret, nec benigne faceret. sic Græci χρηστὸν λόγον. *Salmas.*

1. *Et nihil de eo meruerant.*] Congiarium enim adeò dedit exiguum, ut pro eodem haberetur, ac si nihil dedisset. *Casaub.*

2. *Cùm palam citharœdum illa diligeret.*] In matronarum, etiam Principum, amoribus, primas semper ferunt partes citharœdi; adeo per aures ad animum blandè influit vox duplex, oris fidiumque: capiunturque præterea oculi gesticulatione illâ manuum irrequietarum. *Grut.*

3. *Ipse præterea infamissimè dicitur.*] Etsi elegans est viri docti conjectura, *infamissimè. ἐπιμανὴν αὐτῇ.* sed quod statim vocem *vehementissimè* delet idem, non assentior: nam & libri habent, & videtur necessaria, consentiente historia. *Casaub.*

Ipse præterea Cornificiæ infamissime dicitur adhæsisse.] Repone scripturam Palatinam: *Ipse præterea Cornificiam infamissime dicitur dilexisse.* Quam retinet & vetus editio. *Salmas.*

Ipse præterea Cornificiæ infamissimè dicitur adhæsisse.] Pal. *Cornificiam infamissimè dicitur dilexisse.* quid sibi non permittit librariorum natio? *Graterus.*

4. *Cum gladio infestantem.*] Eleganter pro, infectantem. *Casaub.*

5. *Negabant in oculis ejus pupillas cum imaginibus.*] Servius in illud poëtæ,

Dat somnos adimitque, & lumina morte refignat.

Physici dicunt pupillas quas in oculis videmus morituros ante triduum non habere: quibus non visis est summa desperatio. Porro quomodo pupilla diffundatur, ut desinat apparere, medici docent cùm *ὄψει ὑπερχύσεων ὀφθαλμῶν* disputant. *Idem.*

6. *In oculis ejus pupillas.*] Idem liber, *pupulas*, pro *pupillas*. Ovidius:

—— oculis quoque pupula duplex
Fulminat, & geminus lumen ab orbe venit.

Salmas.

7. *Pupillas cum imaginibus.*] Pal. *pupulas.* Grut.

1. *Ante*

ta solem per diem visæ sunt clarissimæ [1] ante dies quàm obiret. Et ipse omen de Juliano successore dedisse dicitur. Nam quum ei Didius Julianus fratris filium obtuliſſet, cui despondebat filiam suam, adhortatus juvenem ad patrui observationem, adjecit, *Observa* [2] *collegam & successorem meum*: nam antè Julianus ei & in consulatu collega fuerat, & in proconsulatu successerat. Milites eum & aulici odio habuerunt: populus mortem ejus indignissimè tulit, quia videbat omnia per eum antiqua posse restitui. Caput ejus conto fixum, milites qui eum occiderant, per urbem in castra pertulerunt. Reliquiæ ejus recuperato capite, in sepulcro avi uxoris locatæ sunt. Et Julianus successor illius, corpus ejus quanto potuit honore funeratus est, quum id in Palatio reperiſſet: qui nunquam ejus ullam mentionem vel apud populum vel apud senatum publicè fecit: sed quum ipse quoque à militibus desertus jam esset, per senatum & populum, Pertinax in deos relatus est. Sub Severo autem imperatore quum senatus ingens testimonium habuisset Pertinax, [3] funus imaginarium ei & censorium ductum est, & ab ipso Severo funebri laudatione ornatus est. Ipse autem Severus amore boni principis, [4] à senatu Pertinacis nomen accepit. [5] Filius Pertinacis patris flamen est factus. [6] Marciani sodales, qui divi Marci sacra curabant,

1. *Ante dies quàm obiret.*] Legebant, *ante dies duos quàm obiret.* Casaub.

Ante diem quàm obiret.] Sequutus sum codicem Regium. vulgo erat, *dies.* Grut.

2. *Collegam & successorem meum.*] Idem accidit in Juliano: nam & ille collegam in consulatu & successorem in Proconsulatu Severum habuit. *Casaubonus.*

3. *Funus imaginarium ei & censorium ductum est.*] *Imaginarium* appellat, quod non corpori Pertinacis, sed ejus imagini ductum est, ut loquitur Spartianus in Severo. *Censorium* veteri appellatione dixit, quod seculo convenientius in Opilio Macrino, *funus regium* vocavit: Spartianus in Ælio Vero, *imperatorium.* Temporibus verò liberæ Reip. censorium dicebatur: quia censura omnium dignitatum maxima & præstantissima habebatur. *Idem.*

4. *A senatu nomen accepit.*] Vel ipse sibi ascivit. *Idem.*

5. *Filius Pertinacis.*] Qui à Caracallo postea occisus, cùm esset Cos. suffectus *Idem.*

6. *Marciani sodales Helvizni sunt dicti.*] Spartianus in Severo, *additò flamine, & sodalibus Helvianis, qui Marciani fuerant.* sic loquuntur & Capitolinus & Spartianus, quasi Marcianorum fuisset tum nomen sublatum. meminit tamen amborum lapis vetus Romæ, ubi hæc

bant, Helviani sunt dicti propter Helvium Pertinacem. [1] Circenses, & imperii natalis additi (qui à Severo postea sublati sunt) & [2] Genethliaci, qui manent. Natus autem Cal. Augustis, [3] Vero & Bibulo coss. Interfectus autem est v. Kal. Aprilis, Falcone & Claro coss. [4] Vixit annis LX. mensibus VII. [5] diebus XXVI. [6] Imperavit mensibus II. diebus XXV. [7] Congiarium dedit populo denarios centenos. [8] Prætorianis promisit duodena millia nummûm; sed dedit sena. Quod exercitibus promissum est, datum non est: quia mors eum prævenit. Horruisse autem illum imperium epistola docet quæ vitæ illius à Mario Maximo apposita est: [9] quam ego inferi, ob nimiam longitudinem, nolui.

[1] ÆLII

hæc inter cætera. SODALI. MARCIANO. AVRELIANO. COMMODIANO. HELVIANO. SEVERIANO. *Idem.*

1. *Circenses & imperii natalis additi.*] Quid sit, *circensis addere*, diximus ad Commodum. Natalis imperii Pertinacis incidebat in Kalendas ipsas Januarias: diem & aliàs festum ac solennem. *Idem.*

2. *Et Genethliaci.*] Scribe, *Genitalitii.* Idem.

Et genitiali qui manent.] Scribendum & *genethlii qui manent*: vel *genethliaci.* γενεθλιακὰς ὥρας vocat Leonides quodam epigrammate. τὰ γενεθλιακὰ passim Græci. *Salmas.*

Et genitiali, qui manent.] Sic & Pal. nisi quod is divisis vocibus, *& genitii aliqui manent.* vulgg. *genitalii*, quod nescio an alii usurparint pro *genitalitio.* Grut.

3. *Vero & Bibulo Coss.*] Anno imperii Hadriani nono. *Casaub.*

4. *Vixit annis LX.*] Scribendum, LXVI. palàm est ex adscriptis consulibus. & ita apud Dionem. *Idem.*

Vixit annis sexaginta.] Non aliter uterque Palatinus. *Grut.*

5. *Diebus XXVI.*] Si rectè scriptum modò occisum fuisse quinto Kal. Apr. scribendum hic XXVIII. aut, ut dies cædis non numeretur, XXVII. *Casaub.*

6. *Imperavit mensibus II.*] Inveni in regio, VI. quæ menda multos etiam Græcorum chronologorum olim decepit. *Idem.*

7. *Congiarium dedit populo denarios centenos.*] Dio: ἔδωκε τῷ δήμῳ κατ' ἄνδρα δραχμὰς φ'. *Idem.*

8. *Prætorianis promisit duodena millia nummûm.*] Et hic sequitur Dionem: sed quod adjicit, *sed dedit sena*; dissentit à Dione, qui scribit, τοῖς δορυφόροις ἐδωκεν ὅσα ὑπέσχετο. *Idem.*

9. *Quam ego inferi.*] Puteaneus, *inferre.* Idem.

Quam ego inferi, ob nimiam longitudinem nolui.] Sic quoque Pal. *Grut.*

ÆLII SPARTIANI DIDIUS JULIANUS, AD DIOCLETIANUM AUG.

DIDIO JULIANO, qui post Pertinacem imperium adeptus est, [2] proavus fuit Salvius Julianus, bis consul, præfectus urbi, [3] & Jurisconsultus: quod magis eum nobilem fecit. Mater Clara Æmilia: pater Petronius Didius Severus: fratres Didius Proculus, & [4] Nummius Albinus: avunculus Salvius Julianus: [5] avus paternus, [6] Insuber Mediolanensis: [7] maternus [8] ex [9] Adrumentina colonia. Educatus est apud Domitiam Lucillam, matrem

1. ÆLII SPARTIANI.] Ad Spartianum tandem reversi sumus, cui hanc vitam tribuunt omnes libri. sed si fides Excerptis, in Spartiano semper fuimus. *Salmas.*

2. *Proavus fuit Salvius Julianus.*] Maternus hic proavus, non paternus Juliani Aug. cujus stemma satis perturbatè descriptum hic à Spartiano. meminit idem inferiùs, & avi & proavi, amboque fuisse dictos Severos indicat. *Casaub.*

3. *Et Jurisconsultus, quod magis eum nobilem fecit.*] Adeò quidem, ut Græci scriptores nonnulli ipsum quoque appellent ὁ νομοθέτην: quasi fuerit hic ille celeberrimus Jurisconsultus, qui Edictum perpetuum composuit. *Idem.*

Et Jurisconsultus; quod magis eum nobilem fecit.] Ita est, sæpe plus nominis à professione litteratâ, quàm honore maximo. Tacitus lib. XII. Annal. cap. 28. *Grut.*

4. *Nummius Albinus.*] Lapis Romæ:

JOVI
SERENO
NUMMIUS
ALBINUS
EX VOTO. *Casaub.*

5. *Avus paternus Insuber Mediolanensis: maternus ex Adrumentina colonia.*] Avus hic maternus filius fuit Salvii Juliani qui Romæ vixit celeberrimus Hadriano imperante. quomodo igitur hujus filius Afer Hadrumetinus? ego non concoquo. Lego verò, *proavus paternus.* quia erant Romæ vetustiores gentes Didia & Salvia, quarum sæpe in historiis mentio; ne cum illis prioribus recentiores istas è quibus ortus Julianus, quisquam confunderet, primam utriusque gentis originem, & unde ac quando Romæ innotuerit, adnotat Spartianus. *Idem.*

Insuber Mediolanensis.] Palatinus; *Insubris.* Grut.

7. *Maternus ex Adrumentina.*] Palat. *Adrumetina.* nihilo pejus. *Idem.*

8. *Ex Adrumentina colonia.*] *Ex Adrumetina.* Pal. melius; nam *Adrumetum* Latinis, ut Græcis Ἀδρύμητος. *Salmas.*

9. *Hadrumentina colonia.*] Mirum est quàm variè & Græci & Latini hoc nomen extulerint, scripserintque. observat Hermolaus è Stephano, dixisse Græcos, Ἀδρύμης, & Ἀδρύμητον, alios masculino, alios fœminino genere, quosdam neutro. *Casaub.*

1. *Inter*

matrem Marci imperatoris. [1] Inter viginti viros electus est suffragio matris Marci. Quæstor ante annum quàm legitima ætas sinebat, designatus est. Ædilitatem suffragio Marci consequutus est. Prætor ejusdem suffragio fuit. Post præturam [2] legioni præfuit in Germania vicesimæ secundæ Primigeniæ. Inde Belgicam sanctè ac diu rexit. Ibi Cauchis, [3] Germaniæ populis qui Albim fluvium accolebant, erumpentibus restitit, tumultuariis auxiliis provincialium: ob quæ consulatum meruit, testimonio imperatoris. Cattos etiam debellavit. Inde Dalmatiam regendam accepit, eamque à confinibus hostibus vindicavit. Pòst Germaniam inferiorem rexit. Post hoc curam alimentorum in Italia meruit. Tunc factus est reus [4] per quendam Severum clarissimum militem, conjurationis cum Salvio contra Commodum: sed à Commodo, quia multos jam senatores occiderat, & quidem nobiles ac potentes in causis majestatis, ne tristiùs gravaretur, [5] Didius liberatus est, accusatore damnato. Absolutus, iterum ad regendam provinciam missus est. Bithyniam deinde rexit: sed non eâ fama qua cæteras. Fuit consul cum Pertinace, & in proconsu-

1. *Inter viginti viros electus est.*] Fuit liberâ Rep. vetus consuetudo, ut populus quotannis XXVI. viros crearet, quorum munia sic postea distribuebantur. Fiebant ex illis Triumviri capitales, Triumviri monetales, Quatuorviri curatores viarum in Urbe. Decemviri stlitibus judicandis, qui hastam centumviralem cogebant, Duumviri curatores viarum extra urbem, Quatuorviri in præfecturas Campaniæ mittebantur: sed hic numerus Augusto fuit imminutus, sublatis Viocuris qui extra Urbem curabant, & Quatuorviris qui in Campaniæ præfecturas mittebantur. ita pro XXVI. fuere XX. viri solùm: quos quidem non instituit Augustus, sed eorum tantùm creationem mutavit: jubens ut ex equestri ordine eligerentur; qui videntur antè soliti è liberis senatorum creari. Erat vigintivisatus velut janua quæ aditum ad honores patefaceret: sed hujus muneris obeundi necessitatem sæpe remittebat illis senatus. *Idem.*

Inter viginti viros electus est.] *Lectus est*, Salmas.

2. *Legioni præfuit in Germania vicesimæ secundæ, Primigeniæ.*] Vetus lapis Romanus ubi insculpta legionum nomina, hanc non prætermittit. nam ibi leges, XXII. PRIM. hoc est, VICESIMA SECUNDA, PRIMIGENIA. *Casaub.*

3. *Germaniæ populis qui Albim.*] Codex Palatinus, *Album*. Excerpta autem Spartiani, *Album*. Vopiscus quoque *Album* vocavit, in Probo. *Salmas.*

4. *Per quendam Severum clarissimum militem.*] Scribo, *Clarissimum*. est enim proprium ejus militis nomen. *Casaub.*

5. *Didius liberatus est.*] Prius tamen in veterem patriam suam, Mediolanum relegatus. *Idem.*

consulatu Africæ eidem successit. & semper ab eo collega est & successor appellatus: maximè eo die [1] quum filiam suam Julianus despondens affini suo, ad Pertinacem venisset, idque intimasset. [2] dixitque debita reverentia, *quia collega, & successor meus est.* Statim enim mors Pertinacis sequuta est. Quo interfecto, quum [3] Sulpitianus imperator in castris appellari vellet, [4] & [5] Julianus cum genero [6] ad senatum venisset quem indictum acceperat, quumque clausas valvas invenisset, atque illic duos tribunos reperisset, P. Florianum & Vectium Aprum, cœperunt eum hortari tribuni, ut locum arriperet: quibus quum diceret, jam alium imperatorem appellatum, [7] retinentes eum ad prætoria castra duxerunt. Sed posteaquam in castra ventum est, quum Sulpitiano præfecto urbi, socero Pertinacis, concionante sibique imperium vindicante, Julianum è muro ingentia pollicentem nullus admitteret, primùm Julianus monuit prætorianos ne eum facerent imperatorem, qui Pertinacem vindicaret: deinde scripsit in tabulis se Commodi memoriam restituturum: atque ita & admissus est & imperator appellatus: rogantibus prætorianis ne Sulpitiano aliquid noceret quòd imperator esse voluisset.

3 Tunc Julianus Flavium Genialem & Tullium Crispinum suffragiis prætorianorum præfectos prætorii fecit, stipatusque est caterva imperatoria per Maurentium, qui se antea

1. *Cùm filiam suam Julianus despondens affini suo.*] Affinem vocat, fratris filium. *Idem.*

2. *Dixitque debita reverentia, quia collega & successor.*] Deest aliquid manifestissimè. Supplendum in hanc sententiam: *dixit tum juveni Pertinax, Hunc tu observa debita reverentia, quia collega.* Idem.

3. *Sulpitianus imperator in castris appellari vellet.*] Eo missus fuerat Sulpicianus à genero Pertinace, ut motus prætorianorum componeret. *Idem.*

4. *Et Julianus cum genero.*] Puteani, *cum genero Cornelio Repentino.* quod verum esse liquet ex sequentibus. *Idem.*

5. *Julianus cum genero ad Senatum.*] Palatinus quoque subscriptum habet ad illud *genero*, *Cornelio Repentino*, sed est à manu recentissima. *Grut.*

6. *Ad senatum venisset.*] Imò cœnanti & inter pocula versanti, nuntius de cæde Pertinacis allatus, & suggestum ab uxore & filia consilium de capessendo imperio. *Casaub.*

7. *Retinentes eum ad castra prætoria duxerunt.*] Lego, *renitentem.* Idem.

Retinentes eum ad prætoria castra duxerunt.] Melius fuisset, *retinentem*, dummodo adblanditentur mss. *Grut.*

antea Sulpitiano conjunxerat. Sanè [1] quum vicena quina millia militibus promisisset, tricena dedit. Inde habita concione militari, vesperâ in senatum venit, [2] totumque se senatui permisit: factoque senatusconsulto imperator est appellatus, & tribunitiam potestatem, jus proconsulare in patricias familias relatus, emeruit. Uxor etiam Mallia Scantilla, & filia ejus Didia Clara; augustæ sunt appellatæ. Inde se ad Palatium recepit, [3] uxore ac filia illuc vocatis, trepidis & invitis eò transeuntibus [4] quasi jam imminens exitium præsagirent. Præfectum urbi Cornelium Repentinum, generum suum, fecit in locum Sulpitiani. Erat interea in odio populi Didius Julianus ob hoc quòd creditum fuerat, emendationem temporum Commodi Pertinacis autoritate reparandam: habebaturque ita [5] quasi Juliani consilio esset interemptus. [6] Etiam hi primùm qui Julianum odisse cœperant, disseminarunt, prima statim die Pertinacis cœna despecta, luxuriosum parasse convivium ostreis & altilibus & piscibus adornatum: [7] quod falsum fuisse constat. Nam Julianus tantæ parsimoniæ fuisse perhibetur, ut per triduum porcellum, per triduum leporem divideret, siquis ei fortè misisset: [8] sæpe autem nulla existente religione, oleribus leguminibusque contentus, [9] sine carne cœnaverit. Deinde [*] neque cœnavit priusquam sepul-

1. *Quum vicena quina millia militibus promisisset.*] Dio summam ait eandem, sed aliter exprimit. promisisse enim scribit drachmarum sena millia, ducenas, & quinquagenas. *Casaub.*

2. *Totumque se senatui permisit.*] Imponit nobis Spartianus, sive is potius scriptor quem ille sequitur: nam hoc falsissimum esse, testis locuples Dio, etsi privatim Juliani inimicus. *Idem.*

3. *Uxore ac filia illuc vocatis, trepidis & invitis transeuntibus.*] Etiam in hoc dissentit ab aliis, qui impulsum Julianum ab uxore & filia scribunt. *Idem.*

4. *Quasi jam imminens exitium præsagirent.*] De hac animorum divinatione, multa accumulavimus ad Livii lib. xxv. cap 35. *Ad Romanos nondum quidem fama tanta cladis pervenerat, &c.* Grut.

5. *Quasi Juliani consilio, &c.*] *Habebaturque ita quasi Juliani consilio esset Pertinax interemptus.* Palat. *Salmas.*

6. *Etiam hi.*] Scribe, *Et iam hi.* Casaubonus.

7. *Quod falsum fuisse constat.*] Refellit Dionem. *Idem*

8. *Sæpe autem nulla existente religione.*] Malim, *exigente.* sed ferri potest, pro, cùm nulla esset religio. hoc autem addit, quia religionis caussâ sæpe abstinebant carnibus, & oleribus se leguminibusque oblectabant. *Idem.*

9. *Sine carne cœnaverit.*] Idem in Severo. *Idem.*

sepultus esset Pertinax, & tristissimus cibum ob ejus necem sumpsit, & primam noctem vigiliis continuavit, de tanta
4 necessitate solicitus. Ubi verò primùm illuxit, senatum & equestrem ordinem in Palatium venientem admisit,[1] atque unumquemque, ut erat ætas, vel patrem vel filium, vel parentem affatus blandissimè est. Sed populus in Rostris atque ante curiam, ingentibus eum convitiis lacessebat, sperans deponi ab eo posse imperium quod milites dederant.[2] Lapidationem quoque fecere: descendenti cum militibus & senatu in Curiam diras imprecati sunt: rem divinam facienti ne litaret optarunt. Lapides etiam in eum jecerunt, quum Julianus manu eos semper placare cuperet. Ingressus autem curiam,[3] placidè & prudenter verba fecit. Egit gratias quòd esset ascitus, quòd & ipse & uxor & filia ejus Augustorum nomen acceperunt. Patris patriæ quoque nomen recepit: argenteam statuam respuit. E senatu in Capitolium pergenti populus obstitit, sed ferro & vulneribus[4] & pollicitationibus aureorum
5 quos digitis ostendebat, ipse Julianus (ut fidem faceret) sum-

* *Neque cœnavit priusquam sepultus esset Pertinax.*] Evertit Dionis illa, ἴσθι ἐν τῷ νικρῷ κειμένῳ. *Idem.*

1. *Atque unumquemque ut erat ætas.*] Spartianus humanitati ac civilitati ascribit, quod verius Dio blanditiis & assentationi, & ut ipse ait, ἀκριβείᾳ ῥητορικῇ. *Idem.*

Atque unumquemque, ut erat ætas, vel patrem, vel filium, vel parentem affatus blandissimè est.] Nullam video differentiam inter *patrem* & *parentem*; multo minus tales differre ætate. itaque persuadeor, vel contra mss. referibendum, *vel fratrem, vel filium, vel parentem.* sic supra in Marco Antonino Philosopho cap XVIII. *Grut.*

2. *Lapidationem quoque fecere.*] Meminit harum lapidationum & in Pescennio Nigro Spartianus. *Casaub.*

3. *Placidè & prudenter verba fecit.*] Extat apud Dionem insulsissima & impudentissima oratio quam in senatu habuit Julianus, sed non est illa oratio, quam intelligit hic Spartianus: nam hæc secundo senatu habita postridie quàm imperium occupasset; illa primo senatu cùm in Curiam è Castris venisset. *Idem.*

4. *Et pollicitationibus aureorum, quos digitis ostendebat.*] Non ipsos fortasse, sed eorum numerum. Digitis numeros expressisse veteres etiam maximos, & pueri sciunt. Si quis malit ipsos aureos fuisse ostentatos, non repugnabo: imò verò, propter illa verba, *ut fidem faceret*, lubens assentiar. *Idem.*

5. *Quos digitis ostendebat ipse Julianus.*] Distingue: *Sed ferro & vulneribus & pollicitationibus aureorum, quos digitis ostendebat ipse Julianus ut fidem faceret, summotus atque depulsus est.* Utrum ipsos aureos ostentarit & manibus eos tenuerit; an numerum aureorum solummodo

summotus atque depulsus est: [1] inde ad circense spectaculum itum est. Sed occupatis indifferenter omnium subselliis, populus geminavit convitia in Julianum: Pescennium Nigrum, qui jam imperare dicebatur, ad urbis præsidium vocavit. Hæc omnia Julianus placidè tulit, totoque imperii sui tempore mitissimus fuit: populus autem in milites vehementissimè invehebatur, qui ob pecuniam Pertinacem occidissent. [2] Multa igitur quæ Commodus statuerat, Pertinax tulerat, ad conciliandum favorem populi, restituit. De ipso Pertinace neque malè neque bene quicquam egit: [3] quod gravissimum plurimis visum est. Constituit propter metum militum [4] de honore Pertinacis tacitum esse. Et Julianus quidem neque Britannicos exercitus, neque Illyricos timebat: Nigrum verò [5] misso primipilo per digitos in notam numeriam formatos significarit, incertum est. placet magis ut de aureorum numero, quos populo daturus erat, digitis ostentato accipiamus. cujus rei exemplum apud Dionem in Marco: ubi χαρὰ ἐπιδείξεως vocat, quod Spartianus digitis ostentare. alibi idem Dio χαρὰν ἐπιδείξασθαι dixit, ubi narrat quomodo licitatus sit imperium Julianus. *Salmas.*

1. *Inde ad circense spectaculum itum est.*] *Spectaculum est Circus.* quo tamen modo si hic accipias, erres ridicule. nihil enim aliud *circense spectaculum* hoc loco, nisi Circus ipse, & locus spectaculorum. meliùs Dio, συνέδραμον ἐς τὸ ἱππόδρομον. Mirum verò quod scribit Dio, mansisse populum in Circo diem noctemque integram cibo potuque neglecto, donec fames tandem inde exire compulit. *Casaub.*

Inde ad circense spectaculum itum est.] Durum est heic accipere circense spectaculum pro circo. quid si aliter accepit, & populum in circum venisse spectandi gratia intellexit? id sane omnino & illa sequentia verba declarant: *Sed occupatis indifferenter omnium subselliis, populus geminavit convitia in Julianum.* Quo enim hanc observationem de occupatis omnium subselliis indifferenter à populo, si populus non spectandi gratia eo convenerat? *Salmas.*

2. *Multa igitur quæ Commodus statuerat, &c.*] Cave accipere vocem *populi*, in propria notione, hoc est, pro universo pop. Rom. plebem enim hic, & à populo vilissimum quemque ac perditissimum significat. Populus quidem institutam à Pertinace publicorum morum emendationem probavit, eoque nomine defunctum illum desideravit. sic in Pertinace Capitolinus, *Populus mortem ejus indignissimè tulit, quia videbat omnia per eum antiqua posse restitui.* Casaub.

3. *Quod gravissimum plurimis visum est.*] Erat enim moris, ut novi principes de honoribus defunctorum imperatorum relationem statim facerent. *Idem.*

4. *De honore Pertinacis tacitum esse.*] Palatinus: *tacitum est.* Legendum ita: *Constitit quod propter metum militum de honore Pertinacis tacitum est.* Quomodo sæpe loquuntur isti scriptores. & hoc probo. *Salmas.*

5. *Misso primipilario occidi præceperat.*] Sic & scripti. *Casaub.*

mipilario occidi præceperat, timens præcipuè Syriacos exercitus. Ergo Pescennius Niger in Syria, Septimius Severus in Illyrico, cum exercitibus quibus præsidebant à Juliano desciverè. Sed quum ei nuntiatum esset Severum desciviſſe, quem ſuſpectum non habuerat, [1] perturbatus ad ſenatum venit, [2] impetravitque ut hoſtis Severus renuntiaretur: militibus etiam qui Severum ſequuti fuerant, dies præſtitutus, ultra quem ſi cum Severo fuiſſent, hoſtium numero haberentur. Miſſi ſunt præterea legati conſulares à ſenatu ad milites, qui ſuaderent ut Severus repudiaretur, [3] & [4] is eſſet imperator quem ſenatus elegerat. Inter cæteros [5] legatus eſt [6] Veſpronius Candidus, vetus conſularis, olim militibus inviſus ob durum & ſordidum imperium. Miſſus eſt ſucceſſor Severo Valerius Catulinus: quaſi poſſet ei ſuccedi qui militem jam ſibi tenebat. Miſſus præterea Aquilius centurio, [7] notus cædibus ſenatoriis, qui Severum occideret. [8] Ipſe autem Julianus prætorianos in Campum deduci jubet, muniri turres: ſed milites deſides & urbana luxuria diſſolutos, invitiſſimos ad exer-

Miſſo primipilario.] Sic & mſ. Pal. non *primipilari*. Grut.

1. *Perturbatus ad ſenatum venit.*] Palat. *perturbatus eſt*. Lege: *Sed quum ei nuntiatum eſſet Severum deſciviſſe, quem ſuſpectum non habuerat, perturbatus eſt & ad Senatum venit, impetravitque ut hoſtis Severus renuntiaretur*. Salmaſ.

2. *Impetravitque ut hoſtis Severus renuntiaretur.*] Regius, *impetravitque*. non multum diverſo ſenſu. & imperavit autem & impetravit. *Caſaub.*

3. *Et is eſſet imperator quem Senatus eligeret.*] Idem liber: *quem Senatus elegerat*, melius. non enim de eligendo imperatore agi volebat Julianus, ſed de eo tenendo tuendoque qui erat jam electus. nam facto Senatuſconſulto appellatum fuiſſe Julianum imperatorem ſcripſit ſupra Spartianus. *Salmaſ.*

4. *Is eſſet Imperator quem Senatus elegerat.*] Ita quoque Palatin. non ut recentiores editi, *eligeret*. Grut.

5. *Legatus eſt Veſpronius Candidus vetus Conſularis.*] Sic nullâ litterâ minus Palatin. noſter. *Idem.*

6. *Veſpronius Candidus, vetus conſularis.*] Regius *Veſprimus Candidus Vetus conſ.* Fortaſſe ſcripſerat, *Veſpronius Candidus Verus, vetus conſ.* Veſpronii Candidi hujuſce, vel ejus patris aut avi & in Faſtis mentio, & in alia hiſtoria, atque etiam apud Tertullianum. Veri cognomen eruditiſſimus quoque Onuphrius agnoſcit, de conſulibus differens anni IↃCCLXXIX. & alibi. *Caſaub.*

7. *Motus cædibus ſenatoriis.*] Spartianus in Severo: *cùm jam antè miſiſſet notos ducum interfectores quoſdam, qui Severum occiderent*. Idem.

8. *Ipſe autem Julianus prætorianos in campum deduci jubet.*] Exercendi gratia. *Idem.*

Ita

exercitium militare produxit, [1] ita ut vicarios operis quod unicuique præscribebatur, mercede conducerent. Et Severus quidem ad urbem infesto agmine veniebat: sed Didius Julianus nihil cum exercitu prætoriano proficiebat, quem quotidie populus & magis oderat & ridebat. [2] Sed Julianus sperans Lætum fautorem Severi, quum per eum Commodi manus evasisset, ingratus tanto beneficio, [3] jussit eum occidi. [4] jussit etiam Martiam interfici. [5] Sed dum hæc egit Julianus, Severus [6] classem Ravennatem occupat: legati senatus qui Juliano promiserant operam suam, ad Severum transierunt. Tullius Crispinus præfectus prætorio, contra Severum missus ut classem produceret, repulsus Romam rediit. Hæc quum Julianus videret, senatum rogavit ut virgines Vestales & cæteri sacerdotes cum senatu obviam exercitui Severi prodirent, & prætentis infulis rogarent: [7] inane contra barbaros milites præsidium parans. Hæc tamen agenti Juliano [8] Faustus Quintillus consularis augur contradixit, asserens, non debere imperare eum qui armis adversario non posset resistere, cui multi senatores consenserunt. Quare iratus Didius, milites è castris petiit qui senatum ad obsequium cogerent aut obtruncarent. Sed id consilium displicuit. Neque enim 6

1. *Ita ut vicarios operis quod unicuique præscribebatur, mercede conducerent.*] Simile huic illud quod legitur apud Valerium Maximum libro IX. capite primo. Verùm nos, de hac corporum animorumque desidiâ, ad Tacitum lib. XII. Annal. cap. 35. p. lib. II. Hist. cap. 21. f. *Grut.*

2. *Sed Julianus sperans Lætum fautorem Severi.*] *Sperare* pro opinari, δοκεῖν, passim apud recentioris Latinitatis scriptores, interdum etiam pro metuens. *Casaub.*

3. *Jussit eum occidi.*] Alius est Julius Lætus ille cujus multa mentio in sequentium temporum rebus. nam hic & jussus est occidi, & occisus. Dio, ἐκέλευσε τὸν Λαῖτον. *Idem.*

4. *Jussit etiam Martiam interfici.*] Malè vereres, *Marcianum.* Dio, ἐκέλευσε καὶ τὴν Μαρκίαν. *Idem.*

5. *Sed dum hæc egit Julianus.*] Scribe *egit.* ita & codd. *Idem.*

Sed dum hæc agit Julianus.] Ita scripti aliorum. editi hactenus, *egit.* Gruterus.

6. *Classem Ravennatem occupat.*] Et classem & urbem. Dio, τὴν τε Ῥάβενναν καὶ τὸν πύργον. Notæ sunt classes Ravennas & Misenas. *Casaub.*

7. *Inane contra barbaros milites præsidium parans.*] Vox *præsidium* abest antiquis membranis. *Salmas.*

8. *Faustus Quintillus.*] Palatinus: *Phaustius Quantillus.* vet. ed. *Faustius.* Idem.

enim decebat ut quum senatus hostem Severum Juliani causa judicasset, eundem Julianum pateretur infestum. Quare meliore consilio ad senatum venit, petiitque ut fieret senatusconsultum de participatione imperii. Quod
7 statim factum est. Tunc omen quod sibi Julianus quum imperium acciperet fecerat, omnibus venit in mentem. Nam quum consul designatus de eo sententiam dicens, ita pronuntiasset, *Didium Julianum imperatorem appellandum esse censeo:* [1] Julianus suggessit, *Adde & Severum:* quod cognomentum avi & proavi sibi Julianus asciverat. Sunt tamen qui dicant [2] nullum fuisse Juliani consilium de obtruncando senatu, quum tanta in eum senatus contulisset. Post senatusconsultum statim Didius Julianus unum ex præfectis Tullium Crispinum misit. Ipse autem tertium fecit præfectum Veturium Macrinum, ad quem Severus literas miserat ut esset præfectus. [3] Sed pacem simulatam tentatamque cædem Severi Tullio Crispino præfecto prætorii & populus loquutus est & Severus suspicatus. Denique hostem se Juliano Severus esse maluit quàm participem, consensu militum. Severus autem statim & ad plurimos Romam scripsit, & occultè misit edicta quæ proposita sunt. Fuit prætera in Juliano hæc amentia, ut per magos pleraque faceret [4] quibus putaret vel odium populi deliniri, [5] vel militum arma compesci. [*] Nam & quasdam non

1. *Julianus suggessit.*] Regius, *subjunxit.* lego, *subjecit.* Casaub.

2. *Nullum fuisse Juliani consilium de obtruncando senatu.*] In Dionis sanè reliquiis & Herodiano, nullum tam sævi consilii vestigium. *Idem.*

3. *Sed pacem simulatam, tentatamque cædem.*] Probo Ursini conjecturam, scribentis, *mandatamque cædem.* Idem.

Sed pacem simulatam, &c.] Palatinus: *Sed pacem simulatam esse tantamque eadem.* ex qua scriptura nihil aliud elicio, quam quod Ursino olim elicitum: *Sed pacem simulatam esse, mandatamque eadem, &c.* Salmas.

Sed pacem simulatam tentatamque eadem Severi.] Palatinus *simulatam esse tantamque eadem Severi*, quomodo & edd. veteres: ut forte fuerit, *simulatam agitatamque:* aut, *simulatam meditatamque.* aut, *mandatamque*, uti placebat amico nostro Fulvio Ursino. *Grut.*

4. *Quibus putaret odium populi deliniri.*] Exemplo videlicet ab amantibus petito: notæ sunt artes φιλτρων conficiendorum. *Casaub.*

Quibus putaret.] *Vitaret* Palat. perperam. *Salmas.*

5. *Vel militum arma compesci.*] Meminerat Julianus agitatores Circensium factio-

non convenientes Romanis sacris hostias immolaverunt, & [1] carmina profana incantaverunt, [2] & ea quæ ad speculum dicunt fieri, in quo pueri præligatis oculis [3] incantato vertice respicere dicuntur, Julianus fecit. Tuncque puer vidisse dicitur & adventum Severi & Juliani decessionem. Et Crispinus quidem quum occurrisset præcursoribus Severi, [4] Julio Læto autore à [5] Severo interemptus est. [6] Dejecta sunt etiam ea consulta è senatu. Julianus con- 8

factionum his artibus solitos sibi parare victoriam. Sed & in seriis pugnis, magicis sacris adversus hostes qui uterentur fuere præter Julianum & alii. *Casaub.*

* *Nam & quasdam non convenientes Romanis, &c.*] Pueros multos mactavit. Lege autem Hadriani humana sacrificia fuisse vetita, suprà dicebamus ex Porphyrio. *Idem.*

1. *Carmina profana incantaverunt.*] Magicas ἐπῳδὰς vocat *carmina profana*: ut Romanis sacris non convenientia, sed Barbaricis. *Idem.*

2. *Et ea quæ ad speculum dicunt fieri, in quo pueri præligatis oculis incantato vertice respicere dicuntur.*] Pro *respicere*, malim scribi, *res prospicere*. Ἐνοπλεγμαντείας observo apud antiquos species diversas: nam & sagæ Thessalæ quibus frequens cum luna commercium, ad divinationes suas speculo usæ, in quo literas sanguine inscribebant, responsa ipsarum continentes: has legebant qui consuluerant, non in speculo, sed in orbe lunæ. id enim carminibus suis se præstare jactitabant: esseque id Pythagoræ inventum. Alius modus κηρομαντείας est, cujus hic Spartianus meminit; cùm præter speculum adhibebant & puerum ad μαγικὰ δίκαια sua. multa de hujus modi pueris Apulejus in Apologia. Quot autem genera sunt corporum quæ imagines referunt, tot fuere & ἐνοπλεγμαντικῆς species & nomina. reddunt autem imagines levia ferè omnia, ac tersa & perpolita, item aqua. itaque pores ad hanc referre cùm ὑδρομαντείαν, λιπαρομαντείαν, κυλικομαντείαν, ἰλαρομαντείαν, ξιφομαντείαν: tum similes alias, quarum mentionem apud veteres reperimus. Neque solùm ad futurorum præscientiam hæc faciebant; verùm etiam in adversis præsidium inde sibi petebant: quò videtur potiùs spectasse Julianus. *Idem.*

3. *Incantato vertice.*] *Incantando vertice*, Mediolanensis editio, ut puto, mendose. *Salmas.*

4. *Julio Læto auctore, &c.*] Lege: *Julio Læto authore à Severo interemptus est.* ex Pal & vet. ed. *Idem.*

Julio Læto auctore, Severo interemptus.] Palatin. stat à vulgatis, habetque *à Severo.* Grut.

5. *Severo interemtus est.*] Ita scripti, pro *à Severo.* Casaub.

6. *Dejecta sunt etiam ea consulta è senatu.*] Regius, *ea consulta senatus.* Idem.

Dejecta sunt etiam ea consulta è senatu.] Vetus Palat. *dejecta sunt etiam è senatus:* Ex quo vet. ed. *dejecta sunt etiam è senatu.* atqui nihil aliud in veteri lectione mutatum oportuit, quam e in c. *dejecta sunt etiam c. senatus.* Hoc est, dejecta sunt etiam consulta senatus. senatus nempe consulta quæ in favorem Juliani erant facta, dejecta sunt & pro nihilo habita. *Salmas.*

Ejecta sunt etiam ea consulta è Senatu.] Maluissem *etiam consulta Senatus.* certè aliquid compendiosè scriptum fuisse prodit Palatinus, in quo tantum est, *ejecta sunt etiam è Senatu.* Grut.

convocato senatu, quæsitisque sententiis quid facto opus esset, certi nihil comperit à senatu: sed postea sponte sua gladiatores Capuæ jussit armari per Lollianum Titianum, & [1] Claudium Pompejanum [2] è Tarracinensi [3] ad principatum evocavit, quòd & gener imperatoris fuisset & diu militibus præfuisset. Sed hoc ille recusavit, [4] senem se & debilem luminibus respondens. Transierant & ex Umbria milites ad Severum: & præmiserat quidem literas Severus, quibus jubebat [5] interfectores Pertinacis servari. Brevi autem desertus est ab omnibus Julianus, & remansit in Palatio cum uno de præfectis suis Geniali & genero Repentino. Actum est denique ut Juliano senatus autoritate abrogaretur imperium, & abrogatum est, appellatusque statim Severus imperator, quum fingeretur quòd veneno se absumpsisset Julianus: [6] missi tamen à senatu quorum cura per militem gregarium in Palatio idem Julianus occisus est, [7] fidem Cæsaris implorans, hoc est Severi. Filiam suam potitus imperio, dato patrimonio emancipaverat, quod ei cum Augustæ nomine statim sublatum est. Corpus ejus à Severo uxori Manliæ Scantillæ ac filiæ ad se-

1. *Claudium Pompeianum è Tarracinensi.*] Intelligit autem secessum Tarracinensem, ubi tædio Commodianorum temporum Claudius Pompejanus vitam agebat. ὁ γὰρ τῆς ἀγορᾶς τὸ πλεῖστον διῆγεν, ait Dio. ex quo tamen constat, fuisse in Urbe Pompejanum cùm Pertinax factus est imperator. narrat enim tum primùm sibi illum visum, & ultimùm. *Casaub.*

2. *E Tarracinensi.*] Etiam Palatinus noster consentit cum Regio codice, habetque *& Arracinensi.* nihil tamen mutatum iverim. *Grut.*

3. *Ad principatum evocavit.*] Puteani liber, *participatum.* nempe imperii. *Casaub.*

Ad principatum evocavit.] Prima editio: *participatum.* atque ita omnino legendum. *Salmas.*

Ad participatum evocavit.] Sic & rectè Palatinus. nam *ad principatum*, quod erat in vulgatis, heic consistere non potest. partiario enim imperio eum honestatum volebat Julianus, non etiam integro. *Grut.*

4. *Senem se & debilem luminibus respondens.*] Xiphilinus, Τὸ γῆρας καὶ τὸ τῶν ὀφθαλμῶν νόσημα προφασιζόμενον. *Casaub.*

5. *Interfectores Pertinacis servari.*] Comprehendi & in vinculis servari. *Idem.*

6. *Missi tamen à senatu.*] Missus est tribunus militum, cui cædes mandata. *Idem.*

7. *Fidem Cæsaris implorans, hoc est Severi.*] Cæsarem appellat Severum: quia sponte jam imperio illi cesserat. non est putandum glossam esse postrema verba. Dio hoc solùm ab illo dictum: *Quid commerui? quem occidi?* Idem.

1. Et

ad sepulturam est redditum, [1] & [2] in proavi monumento translatum, milliario quinto, via Lavicana. Objecta sanè 9
sunt Juliano hæc, quòd gulosus fuisset, quòd aleator, [3] quòd armis gladiatoriis exercitus esset, [4] eaque omnia senex fecerit quum antea nunquam adolescens his esset vitiis infamatus. Objecta est etiam superbia, quum ille etiam in imperio fuisset humillimus. Fuit autem contrà humanissimus ad convivia, benignissimus ad subscriptiones, [5] moderatissimus ad libertatem. [6] Vixit annis quinquaginta sex, mensibus quatuor: imperavit mensibus duobus, diebus quinque. Reprehensum in eo præcipuè, quòd eos quos regere autoritate sua debuerat, [7] regendæ reipubl. sibi præsules ipse fecisset.

1. *Et in proavi monumento translatum.*] Scribe ex Pal. *Et in proavi monumenta translatum.* Salmas.

2. *In proavi monumento.*] Palatinus *monumenta*, melius. *Grut.*

3. *Quòd armis gladiatoriis exercitus esset.*] Melius in regio, *exercitatus*. Casaub. *Quod armis gladiatoriis exercitus esset.*] Ita & Palat. idemque est cum *exercitatus*; quamvis minus usitatum. *Grut.*

4. *Eaque omnia senex fecerit, cùm antea nunquam adolescens his esset vitiis infamatus.*] Nihil enim videtur inhonestius, quam si bona juventæ senectus flagitiosa oblitteret; ut pluribus diduximus ad Taciti librum VI. Annal. capitis tricesimi secundi f. *Idem.*

5. *Moderatissimus ad libertatem.*] Qui moderatissimè ferret, si quis amicorum paullò liberiùs secum ageret. *Casaub.*

6. *Vixit annis quinquaginta sex.*] Dio aliter. sed de anno quo natus Julianus, nobis non constat. *Idem.*

7. *Regendæ resp. sibi præsules.*] *Sibi* non habet vetus editio. Ita legendum: *Reprensum in eo præcipue, quod eos quos regere sua authoritate debuerat, regendæ reipublicæ præsules ipse fecisset.* Salmas.

[1] ÆLII SPARTIANI SEVERUS, AD DIOCLETIANUM AUG.

INTERFECTO Didio Juliano, [2] Severus Africa oriundus imperium obtinuit: [*] cui civitas Leptis, pater Geta: 1

1. ÆLII SPARTIANI.] Regius codex vitæ hujus auctorem facit non Ælium Spartianum, sed Ælium Lampridium. *Casaub.*

2. *Severus Africa oriundus.*] Ex ea parte Africæ, quæ sic propriè dicta, infrà: *Tripolim unde oriundus erat, fecurissimam reddidit.* Eutropius, *Septimius Severus oriundus ex Africa, provincia Tripolitana, oppido Lepti.* Idem.

Severus

Geta: majores, equites Romani [1] ante civitatem omnibus datam: mater, Fulvia Pia: patrui, M. Agrippa & Severus consulares: [2] avus maternus, Macer: paternus, Fulvius Pius fuêre. Ipse natus est [3] Erucio Claro bis & Severo coss. [4] VI. Idus Apriles. In prima pueritia priusquàm Latinis Græcisque literis imbueretur, quibus eruditissimus fuit, [5] nullum alium inter pueros ludum nisi ad judices exercuit, quum ipse prælatis fascibus ac securibus ordine puerorum circumstante sederet ac judicaret. [6] Octavodecimo anno [7] publicè declamavit. Postea studiorum causa Romam venit, [8] latum clavum à divo Marco petiit,

Severus Africa oriundus.] Sic Trebellius Pollio: *Gallia oriundus.* Aurelius Victor de ortu Severi sic loquitur: *Ortus media humili, primo litteris, deinde imbutus foro, &c.* Quæ verba corruptissima sunt, atque haud dubie ita corrigenda: *ortus medie humilis*, hoc est ortus mediocriter humilis. Sic *medie* & *mediter* pro mediocriter. *Salmas.*

* *Cui civitas Lepti.*] Vetus editio: *cui civitas Lepti.* ita etiam efferebant hujus urbis nomen illo tempore. parum autem solliciti illâ tempestate fuisse videntur homines quibus in casibus enuntiarent urbium nomina: tertium enim & quartum frequenter pro recto usurpabant, & sic indeclinabilia faciebant. sic *Durocortoro*, pro Durocortorum apud Frontonem. *Idem.*

1. *Ante civitatem omnibus datam.*] Ab Antonino Pio. *Casaub.*

2. *Avus maternus, Macer: paternus, Fulvius Pius.*] Regius aliter: *Avus paternus, Macer: maternus, Fulvius Pius.* optimè. nam ut dictum modò, Severo mater fuit Fulvia Pia: filia nempè hujus Fulvii Pii. quare ita rescribendum. *Idem.*

Avus maternus Macer, paternus Fulvius Pius fuere.] Sic Palatin. & verò cùm nihil frequentius occurrat in Inscriptionibus antiquis, quàm filios filiasque transiisse adoptione in familiam maternam, nihil temere mutaverim. *Grut.*

3. *Erucio Claro bis & Severo Coss.*] Adi ad Fastos, in anno octavo Pii. *Casaubonus.*

4. *VI. Idus Apriles.*] Scribe, *III. Idus Apriles.* Dio enim, τῇ ἑβδόμῃ τῶν Ἀπριλλίων. Sic passim extrema duorum II. vitio coaluisse observabis. *Idem.*

5. *Nullum alium inter pueros ludum nisi ad judices exercuit.*] Familiare pueris ducatus & imperia ludere, ut loquitur Suetonius in Nerone capite XXXV. vel, ut Trebellius Pollio in Gallienis, fingere per ludibria (sive, ludicra) potestates. Semper autem hoc serii ingenii, & nati ad magna habitum est indicium: cujus rei triste exemplum narrat ibi Suetonius. *Idem.*

Nullum alium inter pueros ludum nisi ad judices exercuit.] Observa genus loquutionis, *ludere ad judices* pro *judiciis ludere.* sic *ad aleam ludere* & *ad tabulam*, pro *tabula* & *alea ludere* in recentiorum scriptis memini legere. *Salmas.*

6. *Octavo decimo anno publice declamavit.*] Mira constantia librorum in asserenda vitiosa lectione, *declamavit* pro deglamavit. *Idem.*

7. *Publicè declamavit.*] Palat. *publicè adclamavit.* & sanè aliquoties inveni *adclamare* pro *declamare* in classicorum auctorum libris mss. *Grut.*

8. *Latum clavum à divo Marco petiit & accepit.*] Et simul patrocinium fisci: nisi tamen verius, functum prius ea cu-

ra, se-

petiit, & accepit, favente sibi Septimio Severo affine suo, bis jam consulari. Quum Romam venisset, hospitem nactus qui Adriani vitam imperatoriam [1] eadem hora legeret, sibi omen futuræ felicitatis arripuit. Habuit etiam aliud omen imperii: Quum rogatus ad cœnam imperatoriam palliatus veniisset, qui togatus venire debuerat, [2] togam præsidiariam ipsius imperatoris accepit. [3] Eadem nocte somniavit, lupæ se uberibus ut Remum inhærere vel Romulum: [4] sedit & in sella imperatoria temere à ministro posita, ignarus quòd non liceret. [5] Dormienti etiam in stabulo serpens caput cinxit, & sine noxa expergefactis & acclamantibus familiaribus abiit. Juventam plenam furorum, nonnunquam & criminum, habuit. Adulterii causam dixit, absolutusque est à Juliano proconsule, cui & in proconsulatu successit, & in consulatu collega fuit, & in imperio item successit. [6] Quæsturam diligenter egit:

za, senatoria dignitate postea fuisse donatum. Aurelius Victor: *Adeò Martem Severus percoluerat: quòd ex illo post multos dubiosque eventus, auspicia honorum cepisset, patrocinio fisci. * deinde laborantibus secundarum initia, earumque auctores memoriæ sunt.* Scribendum, *proinde*, & asteriscus tollendus: nihil enim deest. *proinde*, pro adeò, ut apud eundem in Caro: *proinde arduum fatalia devertere.* pro, adeò arduum est. sic hoc loco: sensus enim est; homines novos qui ægrè emergunt, solitos ejus diei memoriam colere, qui januam dignitatum, & amplioris fortunæ ipsis patefecerit. Alibi notabamus, veteres fuisse solitos dies hujusmodi pro natalibus colere. *secundarum auctores* appellat Victor, eos qui primi jacentes attollunt, & producunt. *Casaub.*

1. *Eadem hora legeret, sibi omen futuræ felicitatis arripuit.*] Palatinus interserit, *quod.* Scribendum: *Quum Romam venisset hospitem nactus, qui Hadriani vitam imperatoriam eadem hora legeret: quod sibi omen futuræ felicitatis arripuit. Hospitem nactus*, pro *hospitem nactus est*, quomodo sæpe loquuntur isti scriptores. *Salmas.*

2. *Togam præsidiariam ipsius.*] *Præsidiaria* enim toga est, quam præsidens gestaret. *Casaub.*

3. *Eadem nocte somniavit.*] Dio sic tempus indicat, Ὅτι ἐς τὸ βαλανεῖον ἐσελθὼν ἐσηγέρθη. Eadem igitur die & allectus est in senatum; & cœnans cum Marco toga ejus præsidiaria fuit amictus. *Idem.*

4. *Sedit & in sella imperatoria, temerè à ministro posita, &c.*] Dio, Τύχας δέ τις τὸν βασιλικὸν δίφρον ἐφηδὺ ἐν τῇ ἀγνοίᾳ ἐκάθισεν. Habes simile exemplum in vita Hadriani. *Idem.*

5. *Dormienti etiam in stabulo serpens caput cinxit.*] Duplex hic omen: nam & serpens visus in cubiculo imperium præsagire videbatur: & quòd cingit serpens caput, alterum hoc illustris fortunæ omen. *Idem.*

6. *Quæsturam diligenter egit omnibus sortibus natus.*] *Quæsturam diligenter egit, omnibus sortibus natus militari post quæsturam sorte Beticam accepit.* Ita omnes libri. divinent qui velint. *Salmas.*

Quæstu-

egit: [1]omnibus sortibus natus, militari post quæsturam sorte Beticam accepit: atque inde Africam petiit, ut mortuo patre rem domesticam componeret. Sed dum in Africa est, pro Betica Sardinia ei attributa est, quòd Beticam Mauri populabantur. Acta igitur quæstura Sardiniensi, legationem proconsulis Africæ accepit. In qua legatione quum eum quidam municipum suorum Leptitanus, præcedentibus fascibus, ut antiquum contubernalem ipse plebeius amplexus esset, fustibus eum sub elogio ejusdem præconis cecidit, [2] *Legatum P. R. homo plebeius temere amplecti noli.* Ex quo factum est ut in vehiculo etiam legati sederent, qui antè pedibus ambulabant. Tunc in quadam civitate Africana quum solicitus mathematicum consuluisset, positaque hora, ingentia vidisset astrologus, dixit *ei, Tuam, non alienam pone genituram.* Quum Severus jurasset
3 suam esse, omnia ei dixit quæ postea facta sunt. Tribunatum plebis Marco imperatore decernente promeruit, [3] eumque severissimè [4] exertissimèque egit. [5] Uxorem tunc Martiam duxit, [6] de qua tacuit in historia vitæ privatæ: cui

1. *Quæsturam diligenter egit: omnibus sortibus natus, militari post quæsturam sorte Beticam.*] Lectio vitiosa. neque auxiliatur Pal. in quo est; *egit. omnis sortibus natu militari, post quæsturam, &c.* Petrus Faber emendabat: *Quæsturam diligenter egit, omnibus sortibus nactus, militarem. post quæsturam, &c.* Grut.

1. *Omnibus sortibus natus.*] Lego, *Quæsturam diligenter egit, omnibus sortibus nactus: in militari postea quæstura, sorte Beticam accepit.* Quæstura illa ætate multiplex; urbana, palatina, provincialis. At eruditissimus Petrus Faber, ita emendabat: *Omnibus sortibus nactus militarem: post quæsturam sorte Beticam accepit.* Casaub.

2. *Legatum P. R. homo plebeius temere amplecti noli.*] Plebeii enim & qui nulla dignitate essent ornati arcebantur complexu provinciæ obtinentium, ut notatur Cornelio Tacito, Annal. XV. qua in re si quis gessisset se insolentius, aut cædebatur, aut propellebatur, aut aliqua verecundiæ atque existimationis suæ labe multabatur. *Idem.*

3. *Eumque severissimè exertissimeque egit.*] Sic veteres, non ut in vulgatis, *exercitatissimeque.* Idem.

Eumque severissime exercitissimeque egit.] Legebam aliquando: *Severissime, certissimeque egit.* Torrentius: *exercitissime.* alii: *exactissime.* nihil mutandum. vide ad hunc locum doctissimum Casaubonum. *Salmas.*

4. *Exertissimeque egit.*] Haud secus etiam Pal. non *exercitatissimè*, ut vulgg. *Grut.*

5. *Uxorem tunc Marciam duxit.*] Hæc Caracalli mater. ideo Julia dicitur alibi Spartiano, hujus noverca, Getæ mater. & Dio tamen & Herodianus matrem non minùs Antonini quàm Getæ Juliam faciunt. *Casaub.*

6. *De qua tacuit in historia vitæ privatæ.*] Id est, in ea parte librorum quos de

cui postea in imperio statuas collocavit. Prætor designatus à Marco est non in candida sed in competitorum grege, anno ætatis XXXII. Tunc ad Hispaniam missus somniavit primo sibi dici ut templum Tarraconense Augusti, [1] quod jam labebatur, restitueret. deinde ex altissimi montis vertice, [2] orbem terrarum Romamque despexit, [3] concinentibus provinciis lyra, voce, vel tibia. Ludos absens edidit. [4] Legioni IIII. Scythicæ deinde [5] præpositus est circa Massiliam. Post hoc [6] Athenas petiit studiorum sacrorumque causa & operum ac vetustatum: ubi quum injurias quasdam ab Athenienſibus pertulisset, inimicus his factus, [7] minuendo eorum privilegia jam imperator se ultus est. Deinde Lugdunensem provinciam legatus accepit. Quum amissa uxore aliam vellet ducere, genituras sponsarum requirebat, ipse quoque matheseos peritissimus: & quum audisset esse in Syria quandam quæ ad genituræ haberet ut regi jungeretur, eandem uxorem petiit,

de suis rebus gestis scripsit, ubi privatam vitam exponebat. Auctor ipse inferiùs: *Vitam suam privatam publicamque ipse composuit ad fidem: solam crudelitatem excusans.* Quod ajunt de fide, noli assentiri temere: nam Dio, etsi illius principis amantissimus, scribit tamen alicubi: Λέγω γὰρ οὐχ ὅσα Σεβῆρος ἔγραψε, ἀλλ' ὅσα τῇ ἀληθείᾳ ἐφύλαττον. *Idem.*

1. *Quod jam labebatur.*] Etsi ab Hadriano refectum. *Idem.*

2. *Orbem terrarum Romamque despexit.*] Orbem Romanum: nam de provinciis imperii Rom. tantùm loquitur. *despexit, κυφίως*, pro ex alto aspexit, & πρόπου ὄψε. *Idem.*

3. *Concinentibus provinciis lyra, voce, vel tibia.*] Λύρᾳ γὰρ διαφωνίᾳ τῇ αὐλῷ. sic hæc tria simul conjungit Philostratus in Aristocle. *Salmas.*

4. *Legioni IIII. Scythicæ deinde præpositus est, circa Mastiliam.*] Scribe, *Mœsiam*, etsi non me fugit Dionem τὸ πρῶτον Σκυθικὴν τιθέναι, non in Mysia collocare, verùm in Syria. sed hanc discrepantiam sæpe in aliarum quoque legionum sede observabis. *Casaub.*

Legioni IIII. Scythicæ deinde præpositus est circa Massyliam.] *Legionibus IIII. Scythicæ dein præpositus circa Massyliam.* Ita Palat. & vet. ed. vitiosè, *Mœsiam* reponit vir doctissimus. sed in Syria non in Mœsia collocatur legio quarta Scythica. legendum igitur potius: *circa Syriam.* Salmas.

5. *Præpositus est circa Massiliam.*] Nihil ab hac abit scripturâ Pal. ideoque non ausus fui *Massiliam* illud transformare in *Mœsiam*, aliumve locum, ubi opus magis milite præsidiario. *Gruterus.*

6. *Athenas petiit studiorum sacrorumque causa.*] Quid si ita? *studiorum Græcorum, sacrorumque causa.* Casaub.

7. *Minuendo eorum privilegia jam imperator se ultus est.*] Minimè esse imperatorium vindicare injuriam privatam, pluribus exemplis ostendi ad lib. II. Annal. Taciti cap. 42. *Grut.*

1. Et

petiit, Juliam scilicet: [1] & accepit interventu amicorum: 4 ex qua statim pater factus est. A Gallis ob severitatem & honorificentiam & abstinentiam, tantum quantum nemo dilectus est. Deinde Pannonias proconsulari imperio rexit. Post hoc [2] Siciliam proconsularem sorte meruit, suscepitque Romæ alterum filium. In Sicilia, quasi de imperio vel vates vel Chaldæos consuluisset, reus factus, apud præfectos prætorio, quibus audiendus datus fuerat, jam Commodo in odium veniente absolutus est, calumniatore in crucem acto. Consulatum cum Apuleio Rufino primum egit, [3] Commodo se inter plurimos designante. Post consulatum anno fermè fuit Romæ otiosus: deinde Læto suffragante, [4] exercitui Germanico præponitur. Proficiscens ad Germanicos exercitus, hortos spatiosos comparavit, [5] quum antea ædes brevissimas Romæ habuisset, & unum fundum. In his hortis [6] quum humi jacens epularetur cum filiis parca cœna, pomaque apposita major filius, qui tunc quinquennis erat, cum collusoribus puerulis manu largiore divideret, paterque illum reprehendens dixisset, *Parcius divide; non enim regias opes possides:* quinquennis puer respondit, [7] *Sed possidebo.* In Germa-

1. *Et accepit interventu amicorum.*] Ut arbitror Faustinæ maximè, uxoris Marci: quæ etiam die nuptiarum, lectum genialem illi in æde Veneris Palatinæ statuit. *Casaub.*

2. *Siciliam proconsularem sorte meruit.*] Regius, *proconsulari sorte.* Idem.

3. *Commodo se inter plurimos designante.*] Lego, *Commodo eos int. pl. desig.* Significat consules fuisse suffectos Severum & Apulejum: & rectè illud, *inter plurimos.* nam ita fuit moris Commodo: qui etiam XXV. Coss. aliquando in unum annum creavit. *Idem.*

Commodo se inter plurimos designante] Videtur illud *se* non attribuendum *Commodo*, ut ratio postulabat Latinitatis, sed ipsi *Severo.* & ita loqui solitos hujus ævi scriptores, supra quoque memini monere. *Grut.*

4. *Exercitui Germanico.*] *Exercitui Germano*, Pal. & mox, *Proficiscens ad exercitus Germanos.* Salmas.

5. *Quum antea ædes brevissimas Romæ habuisset & unum fundum.*] Ubi illum unum fundum habuit Severus? an etiam Romæ, ut & illas brevissimas ædes? sed unde Romæ fundi? patet igitur aliquid deesse, nomen scilicet regionis in qua fundus ille unicus Severi fuit situs. Putamus igitur fuisse: *Et unum fundum in Venetia*, hoc est in agro Veneto. *Idem.*

6. *Cùm humi jacens epularetur.*] Tapete solùm substrato, aut foliis congestis, more antiquissimorum hominum. *Casaubonus.*

7. *Sed possidebo.*] Addunt Palatinus & Mediolanensis editio, *inquit.* Salmas.

1. *Ut*

Germaniam profectus, ita se in ea legatione egit [1] ut famam nobilitatam jam antè cumularet. Et hactenus rem militarem privatus egit. Dehinc à Germanicis legionibus ubi auditum est Commodum occisum, Julianum autem cum odio cunctorum imperare, multis hortantibus repugnans [2] imperator est appellatus apud Carnutum idibus Augustis: [3] quingena sestertia, quod nemo unquam principum, militibus dedit. Deinde firmatis quas post tergum relinquebat provinciis, Romam iter contendit cedentibus sibi cunctis, quacunque iter fecit, quum jam Illyriciani exercitus & Gallicani cogentibus ducibus in ejus verba juravissent. excipiebatur enim ab omnibus quasi ultor Pertinacis. Per idem tempus autore Juliano Septimius Severus à senatu hostis est appellatus, legatis ad exercitum senatus verbis missis, qui juberent ut ab eo milites senatu præcipiente discederent. Et Severus quidem quum audisset

1. *Ut famam nobilitatam jam ante cumularet.*] Idem Pal. *Ut famam nobilitatem jam ante cumularet.* Idem.

2. *Imperator est appellatus apud Carnutum Idibus Augustis.*] Scripti *Carnutum.* Non potest autem de Augusto esse verum: nisi error est suprà in numeris temporum quibus imperarunt Pertinax & Julianus. Non dubium est Majo aut Junio motam mentionem in exercitu de creando Severo imperatore. *Casaub.*

Imperator appellatus est apud Carnutum.] *Apud Carnuntum.* Pal. & ita nomen istius urbis efferunt Græci juxta Latinique, Καρνοῦντον. *Salmas.*

3. *Quingena sestertia, quod nemo unquam principum, militibus dedit.*] In aliis deest vox numeralis. Videri possit favere vulgatæ lectioni, quod narrat Dio, de aureis denis à Severo divisis: nam viritim sestertia dare, sive sestertios millenos, tantundem est, ac si dicas cum Dione aureos denos centum enim sestertios uno aureo valuisse liquidò constat. sed locus Dionis nihil huc facit: loquitur enim Spartianus de donativo solis prætorianis diviso, cum susceptum est à Severo imperium. Donativum de quo Spartianus, soli prætoriani sunt consecuti: ac ne illi quidem, ut videtur, omnes; multi enim discincti, & cum ignominia missi. Pro *quingena* autem, quod nulla ratione potest ferri, scribo, *quinquagena*, verè insolens & antè inauditus donativi modus: nam Julianus qui priores genere hoc profusionis superavit, tricena solum dederat, cùm vicena tantum quina promisisset. *Casaub.*

Quingena sestertia, quod nemo, &c.] Optimus sane Palatinus: *Qui etiam sestertia, quod nemo unquam Principum, militibus dedit.* Sestertia sunt deni aurei quos militibus distribuit Severus. sed in eo dissentit à Dione Spartianus, quod hic eos solis militibus & eo tempore quo imperator est appellatus, scribit fuisse donatos. Dio vero ἐπὶ τῇ ἀναιρέσει τοῦ Πέσκεννος donasse tradit Severum. *Salmas.*

Quingena sestertia, quod nemo unquam.] Palatinus adhæret receptæ vulgo scripturæ, *qui etiam sestertia, &c.* Grut.

set senatus consentientis autoritate missos legatos, primò pertimuit: postea id egit, corruptis legatis, ut apud exercitum pro se loquerentur, [1] transirentque in ejus partes. His compertis Julianus senatusconsultum fecit fieri de participando imperio cum Severo. Incertum verè id an dolo fecerit, quum jam antè misisset notos ducum interfectores quosdam qui Severum occiderent, ita ut ad Pescennium Nigrum interficiendum miserat: qui & ipse imperium, contra eum susceperat, autoribus Syriacis exercitibus. Verùm Severus evitatis eorum manibus quos ad se interficiendum Julianus miserat, missis ad prætorianos literis, signum vel deserendi vel occidendi Juliani dedit: statimque auditus est. Nam & Julianus occisus est in Palatio, [2] & Severus Romam invitatus: [3] ita [4] quod nulli unquam contigit, nutu tantùm Severus victor est factus, ar-
6 matusque Romam contendit. Occiso Juliano quum Severus in castris & tentoriis, quasi per hosticum veniens, adhuc maneret, centum senatores legatos ad eum senatus misit ad gratulandum rogandumque: qui ei occurrerunt Interamnæ, armatumque circunstantibus armatis salutarunt, excussi ne quid ferri haberent. Et postera die occurrente omni famulitio aulico, septuagenos vicenos aureos legatis dedit: eosdem præmisit, facta potestate siqui vellent remanere, ac secum Romam redire. Fecit etiam statim præfectum prætorio Flavium Juvenalem: quem etiam Julianus [5] tertium præfectum prætorii sibi assumpserat. Interim Romæ ingens trepidatio militum civiumque, quòd armatus contra eos Severus veniret, qui se hostem

1. *Transirentque in ejus partes.*] *Suas* fuerat dicendum. *Casaub.*

2. *Et Severus Romam invitatus, &c.*] Repone ex veteri editione: *Et Severus Romam invitatus: ita quod nulli unquam contigit, nutu tantum Severus victor est factus, armatusque Romam contendit.* Salmas.

3. *Ita quod nulli unquam.*] Particula *ita*, comparebat item in Palatino nostro. antea deerat vulgatis. *Grut.*

4. *Quod nulli unquam contigit, &c.*] Deest necessaria vocula: Scribe ex regio, *Ita, quod n. unq. contig. nutu tantùm Severus victor est factus.* Casaub.

5. *Tertium præfectum prætorii.*] Vox ultima non est in Palat. & poterat eo carere textus. *Grut.*

1. *Eodem*

ſtem judicaſſent. His acceſſit quòd comperit Peſcennium Nigrum à Syriacis legionibus imperatorem appellatum: cujus edicta & literas ad populum vel ſenatum intercepit per eos qui miſſi fuerant, ne vel proponerentur populo vel legerentur in Curia. [1] Eodem tempore etiam de Clodio Albino ſibi ſubſtituendo cogitavit, [2] cui Cæſarianum decretum aut Commodianum videbatur imperium. Sed eos ipſos pertimeſcens de quibus rectè judicabat, Heraclitum ad obtinendas Britannias, [3] Plautianum ad occupandos Nigri liberos miſit. [4] Quum Romam Severus veniſſet, [5] prætorianos cum ſubarmalibus inermes ſibi juſſit occurrere.

1. *Eodem tempore etiam de Clodio Albino ſibi ſubſtituendo cogitavit.*] Capitolinus in Albino: *Cos. à Severo declaratus eſt, eo tempore quo Albinum ſibi cum Peſcennio paraverat ſubrogare.* Vide iterum Spartianum in Peſcennio. *Caſaub.*

2. *Cui Cæſarianum decretum aut Commodianum videbatur imperium.*] Locus depravatiſſimus. Verba ita concinnamus. *Cui Cæſarianum decretum & à Commodo delatum videbatur imperium.* Albini ipſius verba ſunt in ea concione quam habuit, cùm imperium iniit: *Imperium me commilitones, ductum ad imperium, etiam illud probat, quòd Commodum donantem me Cæſariano nomine contempſi.* Idem.

Cui Cæſarianum decretum aut Commodianum videbatur imperium.] Commodus Albinum Cæſarem adoptavit, eique per epiſtolam permiſit, ut Cæſarianum nomen aſſumeret. qui Cæſares autem adoptabantur, id eſt quibus Cæſarianum imperium decernebatur, hi certiſſimam imperii præſumptionem habebant, ut & hic Albinus, cui ex illius adoptionis merito debebatur imperium extincto Commodo. Hinc Spartianus decretum dicit Cæſarianum, aut Commodianum fuiſſe imperium Albino. addit, *aut Commodianum*, ut oſtendat à quo illud Cæſaris imperium nomenque emeruerit Albinus; cui poſt mortem ſcilicet Commodi jus eſſet in imperium Commodianum ſuccedendi. ut Commodo mortuo Commodi imperium ſpectarit Albinum, cui Cæſarianum ab ipſo Commodo vivente decretum fuerat. *Salmaſ.*

Cui Cæſarianum decretum aut Commodianum.] Nihil huic variat Pal. & fruſtra quis iſthæc conſtituat ab ingenio. *Grut.*

3. *Plautianum ad occupandos Nigri liberos miſit.*] Infrà aliter, *Fulvium ad occupandos adultos Nigri filios.* de re vide Herodianum. *Caſaub.*

4. *Quum Romam Severus veniſſet.*] Cùm ad Urbem acceſſiſſet, priùs quàm ingrederetur. *Idem.*

5. *Prætorianos cum ſubarmalibus inermes ſibi juſſit occurrere.*] Plenius explicat Herodianus: juſſit prætorianos, inquit, obviam ſibi prodire in habitu pacis, & triumphali: id eſt, quo uterentur feſtis diebus, & cùm imperatores proſequerentur triumphantes. Erat verò prætorianorum veſtis ἐφεστρὶς, ſive habitus pacem denotans, ut loquitur Tertullianus, ἱμάτιον, & trabeæ ſimilis chlamys, vel ſagum. Subarmalia ſunt ſaga ſive militares togæ ſic appellatæ, quòd ſub armis fibula annecterentur, vel ſub armos rejicerentur. nam etſi ἐφεστρίδας erant, ex parte tamen militarem habitum referebant. *Idem.*

Prætorianos cum ſubarmalibus inermes ſibi, &c.] Hanc rem narrat Joannes

occurrere, eosdem sic ad tribunal vocavit, armatis undi-
7 que circundatis. Ingressus deinde Romam, [1] armatus cum armatis militibus Capitolium ascendit. Inde in Palatium eodem habitu perrexit, prælatis signis quæ prætorianis ademerat, [2] supinis, non erectis. Tota deinde urbe milites [3] in templis, in porticibus, in ædibus palatinis, quasi in stabulis manserunt: [4] fuitque ingressus Severi odiosus atque terribilis, quum milites inempta diriperent, vastationem urbi minantes. Alia die armatis stipatus non solùm militibus, sed etiam amicis, in senatum venit. In Curia reddidit rationem susceptæ imperii: causatusque est quòd ad se occidendum Julianus notos ducum cædibus misisset. [5] Fieri etiam senatusconsultum coëgit, ne liceret imperatori inconsulto senatu occidere senatorem. Sed quum in senatu esset, [6] milites per seditionem dena millia popo-

nes Antiochensis, & in epitoma Dionis habentur, exceptis illis, Ἐπὶ φυλακῇ γὰρ βασιλικῇ τεχθέντες, οὐκ ἐν τῷ δεξιτερῷ μέρει, ἀλλ' ἐν τῷ δεξιῷ τὰ ξίφη ἀμφιζώννυσθαι. quæ notanda sunt ob id solum quod indicant prætorianos milites non ceterorum militum more lævo latere accinctos enses habuisse, sed dextro. quod nescio an alibi legatur. Polybius militem Romanum sua ætate, dextro latere cinctum ensem gestasse scribit: Ἅμα δὲ τῷ θυρεῷ μαχαιραν, τοιαύτην δὲ τὸν ξίφει τὸ δεξιὸν φέρει μηρόν. Postea ut videtur & sub imperatoribus soli prætoriani milites ita cincti, reliqui vero siniſtros enses habuere. *Salmas.*

1. *Armatus cum armatis militibus Capitolium ascendit.*] Videtur legisse apud Herodianum, Σὺν πανοπλίᾳ τῷ λοιπῷ στρατῷ ὡπλισμένῳ ὡπλισμένῳ. Hodierni libri vocem ὡπλισμένῳ non agnoscunt. & recte: nam Dio qui speciem ejus diei pulcherrimam omnium quas unquam viderat, scribit fuisse, Severum ait ad portam urbis trabeam togam mutasse. *Casaub.*

2. *Supinis, non erectis.*] Signa supina, vel versa, luctus aut alius calamitatis indicium faciebant. *Idem.*

3. *In templis, in porticibus.*] Ita erat moris quoties stabula sive hospitia deficerent. *Idem.*

4. *Fuitque ingressus Severi odiosus atque terribilis.*] Magis illud odiosum quod Dio observat: nam cùm more veteri custodes principis essent omnes vel Itali vel Hispani, vel Macedones aut Norici, primus Severus urbem implevit militibus moribus feris, aspectu aut cultu terribilibus. *Idem.*

5. *Fieri etiam senatusconsultum coëgit, ne liceret imperatori, &c.*] Illudebat Severus senatui, cùm eum juberet hoc facere senatusconsultum: quod mox illius cæde primùm est violatum, qui ipsum Senatusconsultum jussu illius scripserat. fuse hæc Dio: qui eleganter factum hoc Severi vocat πανοῦργημα. sciunt Græcè periti ita appellari quæ jactabundè dicantur vel temere, suprà quam alicujus ferant vires, aut contra animi sententiam. *Idem.*

6. *Milites per seditionem.*] Illi milites qui Severo imperium detulerant, ex aqui

in

popoſcerunt à ſenatu, [1] exemplo eorum qui Auguſtum Octavium Romam deduxerant, tantumque acceperant. Et quum eos voluiſſet comprimere Severus, nec potuiſſet, tamen [2] mitigatos addita liberalitate dimiſit. Funus deinde cenſorium Pertinacis imagini duxit, [3] eumque inter divos ſacravit, addito flamine & ſodalibus Helvianis, qui Marciani fuerant. [4] ſe quoque *Pertinacem* vocari juſſit: quamvis [5] poſtea id nomen aboleri voluerit, querimonia amicorum. Dehinc æs alienum diſſolvit. Filias ſuas dotatas, maritis Probo & Aëtio dedit. Et quum Probo genero ſuo præfecturam urbis obtuliſſet, ille recuſavit, dixitque, minus ſibi videri præfectum eſſe quàm principis generum. Utrumque autem generum ſuum [6] ſtatim conſulem fecit, utrumque ditavit. Alia die ad ſenatum venit, & amicos Juliani incuſatos proſcriptioni ac neci dedit. Cauſas plurimas audivit. [7] Accuſatos à provincialibus 8

in urbem deduxerant. non enim milites prætoriani, aut urbaniciani. *Idem.*

1. *Exemplo eorum qui Auguſtum Octavium Romam deduxerant.*] Libro XLVI. in rebus Auguſti hiſtoriam hanc exponit Dio. *Idem.*

2. *Mitigatos addita liberalitate dimiſit.*] Dena millia H-S. poſcebant: abſtulerunt denarios ducentos quinquaginta: hoc eſt decimam partem ejus quod poſtulabant. *Idem.*

3. *Eumque inter divos ſacravit.*] Recte. nec enim bene dixiſſet, *eumque ſacravit:* nam *ſacrati* imperatores & *ſacratiſſimi* etiam vivi dicebantur: at qui divi jam facti, ii *conſecrati* vel *inter divos ſacrati*, ut hoc loco. ſupra deſacratos eoſdem appellavit Capitolinus in Marco. *Salmaſ.*

4. *Se quoque Pertinacem vocari juſſit.*] Aurelius Victor: *Horum infinita cædes crudelior habitus, ac cognomento Pertinax. Quanquam ob vitæ parſimoniam ſimilem, ipſum magis adſciviſſe plures putent: nobis mens ad credendum prona, acerbitati impoſitum.* Caſaub.

5. *Poſtea id nomen aboleri voluerit, querimonia amicorum.*] Longe aliam repræſentat lectionem Palatinus, in quo ſcriptum eſt: *Quamvis poſtea id nomen aboleri voluerit, quæ omen amicorum. Dehinc æs alienum diſſolvit.* Lego: *Se quoque Pertinacem vocari juſſit, quamvis poſtea id nomen aboleri voluerit. atque omne amicorum dehinc æs alienum diſſolvit.* Vel etiam: *Quamvis poſtea id nomen aboleri voluerit, atque omen. Amicorum dehinc æs alienum diſſolvit.* Atque hoc verius ac certius eſſe arbitror. & recte Pertinacis nomen aboleri voluit tanquam mali ominis, non enim diu imperavit Pertinax. *amicorum dehinc æs alienum diſſolvit.* nihil enim mirum, liberaliſſimum in omnes principem, ita ut & militibus tantum dederit & populo quantum nemo principum, amicorum æs alienum diſſolviſſe. de ſuo vero qui poteſt intelligi? *Salmaſ.*

6. *Statim conſulem fecit.*] Fecit ſuffectos Coss. ex Kal. Juliis, ut videtur. *Caſaub.*

7. *Accuſatos à provincialibus judices.*] Proconſules, præſides, legatos, procuratores. latè enim patet judicum appellatio apud recentiores latinos. *Idem.*

bus judices, probatis rebus graviter punivit. Rei frumentariæ quam minimam repererat, ita consuluit, [1] ut excedens vita, [2] septem annorum canonem P. R. relinqueret. Ad orientis statum confirmandum profectus est, [3] nihil adhuc de Nigro palàm dicens. Ad Africam tamen legiones misit, ne per Libyam & Ægyptum Niger Africam occuparet, ac P. R. penuria rei frumentariæ perurgeret. Domitium Dextrum [4] in locum Bassi præfecti urbi reliquit, atque intra triginta dies quàm Romam venerat, est profectus. Egressus ab urbe ad Saxa rubra, seditionem ingentem ob locum castrorum metandorum ab exercitu passus est. Occurrit ei & statim Geta frater suus, quem provinciam sibi creditam regere præcepit [5] aliud sperantem. Nigri liberos ad se adductos in eo habuit honore quo suos. Miserat sanè legionem [6] quæ Græciam Thraciamque præriperet, ne eas Pescennius occuparet: sed jam [7] Byzantium Niger tenebat. Perinthum etiam Niger volens occupare, plurimos de exercitu interfecit, atque ideo hostis [8] cum Æmiliano est appellatus. Quumque [9] Severum ad participatum vocaret, contemptus est. Promisit sanè Nigro tutum exilium, si vellet: Æmiliano autem non ignovit. Æmilianus dehinc victus in Hellesponto à Severi ducibus, Cyzicum primùm confugit, atque inde in aliam civitatem: in qua eorum jussu occisus est. Fusæ sunt item copiæ

1. *Ut excedens ipse vita septem annorum canonem relinqueret.*] *Ipse* παρελθ. Lege ex Pal. *Rei frumentariæ quam minimam repererat, ita consuluit, ut excedens vita septem annorum canonem P. R. relinqueret.* Salmas.

2. *Septem annorum canonem.*] Puteani codex, *septem annorum annonam.* nihil mutandum. *Casaub.*

3. *Nihil adhuc de Nigro palam dicens.*] Lege vitam Pescennii. *Idem.*

Nihil adhuc de Nigro palam dicens.] Cautè: & ad præceptum illud Publii Syri: *De inimico ne loquaris male, sed cogites.* Grut.

4. *In locum Bassi.*] Regius, *Rufi.* Casaub.

5. *Aliud sperantem.*] Imperii participatum, aut Cæsaris nomen sperabat. *Idem.*

6. *Quæ Græciam Thraciamque præriperet.*] Haud temerè rejecerim quod inveni in Pal. *præciperet.* Grut.

7. *Byzantium.*] Pal. *Byzantiam.* Grut.

8. *Cum Æmiliano.*] Hic erat tum Asiæ proconsul, cùm in Syriæ administratione Pescennius ei successisset. *Casaub.*

9. *Severum ad participatum vocaret.*] Emendavimus ex regio: nam ineptè alii libri, *ad principatum.* Idem.

1. *Eum-*

copiæ ab iisdem ducibus etiam Nigri. His auditis ad senatum Severus Pertinax, quasi confectis rebus, literas misit. deinde conflixit cum Nigro, [1] eumque apud Cyzicum interemit, caputque ejus pilo circumtulit. Filios Nigri post hoc, [2] quos suorum liberorum cultu habuerat, in exilium cum matre misit. Literas ad senatum de victoria dedit. Neque quenquam senatorum qui Nigri partium fuerant, [3] præter unum, supplicio affecit. Antiochensibus iratior fuit, quòd & administrantem se in oriente riserant, & Nigrum etiam victu juverant. denique multa his ademit. [4] Neapolitanis etiam Palæstinensibus jus civitatis tulit, quòd pro Nigro diu in armis fuerant. [5] In multos animadvertit, præter ordinem senatorium, qui Nigrum fuerant sequuti. Multas etiam civitatis ejusdem partes injuriis affecit & damnis. Eos senatores occidit qui cum Nigro militaverant ducum vel tribunorum nomine. deinde circa Arabiam plura gessit, Parthis etiam in ditionem redactis, [6] necnon etiam Adiabenis: qui quidem omnes cum Pescennio senserant. Atque ob hoc reversus triumpho delato, appellatus est *Arabicus*, *Adiabenicus*, *Parthicus*. Sed triumphum respuit, [7] ne videretur de civili triumphare victoria. [8] recusavit & Parthicum nomen, ne Parthos lacesse- 9

1. *Eumque apud Cyzicum interemit.*] Sic iterum in Pescennio. *Idem.*

2. *Quos suorum liberorum cultu habuerat, in exilium cum matre misit.*] Quo ipso indicat scriptor honorem eis priorem non exhibuisse nisi ob caussam. Sic & de Arsacide Justinus lib. XXXVIII. cap. 18. sed de his plura ad illud Flavii ad Arminium: *Neque conjugem & filium ejus hostiliter haberi*; cujus meminit Tacitus lib. II. Annal. cap. 10. p. *Grut.*

3. *Præter unum.*] Et illos qui ducum vel tribunorum nomine Nigro militaverant: nam hi omnes occisi, ut subjicitur. nihil enim ista pugnant. *Casaub.*

4. *Neapolitanis etiam Palæstinensibus jus civitatis tulit.*] Junge istis quæ habes inferiùs: *Palæstinis pœnam remisit, quam ob caussam Nigri steterant.* Iterum, *Palæstinis plurima jura fundavit.* Vide in Nigro. *Idem.*

5. *In multos animadvertit.*] *In multos se animadvertit.* Palatinus. an, *in multos severe animadvertit?* Salmas.

6. *Necnon etiam Adiabenis.*] De his & eorum appellatione adi Marcellinum libro XXIII. *Casaub.*

7. *Ne videretur de civili triumphare victoria.*] Quod fuisse, si quid aliud, Julio Cæsari invidiosum veteres narrant. *Idem.*

8. *Recusavit & Parthicum nomen.*] Atqui id passim adscriptum in omnibus nummis & saxis. *Idem.*

Recusavit & Parthicum nomen.] Idem Palatinus: *Excusavit & Parthi-*

10 cesserat. Redeunti sanè Romam post bellum civile Nigri, aliud bellum civile Clodii Albini nuntiatum est, qui rebellavit in Gallia: quare postea occisi sunt filii Nigri cum matre. Albinum igitur statim hostem judicavit, & eos qui ad illum molliùs vel [1] scripserunt vel rescripserunt. [2] Et quum iret contra Albinum, in itinere apud Viminatium filium suum majorem *Bassianum*, appositio *Aurelii Antonini* nomine, Cæsarem appellavit, ut fratrem suum Getam ab spe imperii quam ille conceperat, submoveret. Et nomen quidem Antonini idcirco filio appositio, quod somniaverat, Antoninum sibi successurum. [3] Unde Getam etiam quidam Antoninum putant dictum, ut & ipse succederet in imperio. Aliqui putant idcirco illum Antoninum appellatum, [4] quòd Severus ipse in Marci familiam transire voluerit. [5] Et primò quidem ab Albinianis Severi duces victi sunt. Tunc solicitus quum [6] consuleret à Pannoniacis auguribus comperit se victorem futurum, adversarium verò nec in potestatem venturum, nec evasurum, sed juxta aquam esse periturum. Multi statim amici Albinum deserentes venêre, multi duces capti sunt, in

11 quos Severus animadvertit. Multis interim variè gestis in Gallia, primo [7] apud Tinurtium contra Albinum felicissimè

cum nomen. Quod rectum est, pro respuit & recusavit. nam *excusare* idem est quod recusare & παραιτεῖσθαι. *Salmasius.*

1. *Scripserunt aut rescripserunt.*] Lege, *Scripserant aut rescripserant.* Casaubonus.

2. *Et cùm iret contra Albinum in itinere apud Viminatium.*] Erat Severus in Thracia prope Byzantium, quando iter contra Albinum suscepit. transiit igitur per Pannoniam superiorem, ubi Viminacium ponit Ptolemæus. *Idem.*

3. *Unde Getam etiam quidam Antoninum putant dictum.*] Hic dubitat Spartianus: idem infrà ἀναφέρεται affirmat. *Idem.*

4. *Quod Severus ipse in Marci familiam transire voluerit.*] Hoc verum: nam & Marci filius voluit dici, & Commodi frater. *Idem.*

5. *Et primò quidem ab Albinianis Severi duces victi sunt.*] Priore pugna victus est Lupus dux Severi. *Idem.*

6. *Consuleret à Pannoniacis.*] *A Pannoniciacis* Pal. fortè, *Pannonicianis.* Salmasius.

7. *Apud Trinurtium.*] Locus non procul Lugduno, ut apparet ex Dione. ideo & Herodianus & Capitolinus in Albino victum cum scribunt ad Lugdunum. Reperio in territorio Cabillonensi, castrum Trenurtium apud Reginonem chronologum in anno domini CXXV. sitque in Martyrologio ejusdem loci mentio. *Casaub.*

1. *Ingens*

simè pugnavit Severus. Quum quidem [1] ingens pe ricu lum equi casu adiit, ita ut mortuus ictu plumbeæ crederetur, ita [2] ut alius jam penè imperator ab exercitu deligeretur. Eo tempore lectis actis quæ de Clodio Celsino laudando qui Adrumetinus & affinis Albini erat, facta sunt, iratus senatui Severus quasi hoc Albino senatus præstitisset, Commodum inter divos referendum esse censuit, quasi hoc genere se de senatu posset ulcisci: primusque inter milites divum Commodum pronuntiavit, [3] idque ad senatum scripsit addita oratione victoriæ. Senatorum deinde qui in bello erant interempti, cadavera dissipari jussit. Deinde Albini corpore allato, penè seminecis caput abscindi jussit, Romamque deferri, [4] idque literis prosequutus est. [5] Victus est Albinus die XI. Calendas Martii. [6] Reliquum autem cadaver ejus [7] ante domum propriam exponi ac dividi jussit. Equum præterea ipse residens supra cadaver Albini egit, [8] expavescentemque admonuit ut effre-

1. *Ingens periculum equi casu adiit.*] Quod nec Dio prætermittit, nec Herodianus: qui etiam addit Severum paludamento imperatorio abjecto aliquandiu latuisse. tunc nempe creditus est ictu plumbeæ mortuus, quod ait Spartianus. *Idem.*

2. *Ut alius jam pænè imperator ab exercitu deligeretur.*] Lætum innuit, qui suspicionem affectati tum imperii capitis supplicio mox expiavit. *Idem.*

3. *Idque ad senatum scripsit addita oratione victoriæ.*] Orationem victoriæ appellat, quam super victoria sua compositam, misit Romam, in senatu recitandam. *Idem.*

4. *Idque literis prosecutus est.*] Quarum argumentum paucis referunt Herodianus & Capitolinus. *Idem.*

5. *Victus est Albinus die XI. Kal. Martii.*] Exeunte anno tertio imperii Severi. *Idem.*

6. *Reliquum autem cadaver ejus ante domum propriam exponi ac dividi jussit.*] Alio nos ducunt membranæ in quibus scriptum: *ac dividere jussit.* Lego: *Ac diu videri jussit. reliquum autem cadaver ejus ante domum propriam exponi, ac diu videri jussit.* Exposuit nempe ante domum suam, Albini cadaver Severus, & diu ibi esse passus est, ut ab omnibus videri posset. *Salmas.*

7. *Ante domum propriam exponi ac dividi jussit.*] Ante prætorium suum jacere jussit dies plurimos usque ad fœtorem. *Casaub.*

8. *Expavescentemque admonuit.*] Ut apud Virgilium, *Admonuit bijugos.* Idem.

Expavescentemque admonuit, &c.] Palat. *Admonuit ut & effrenatum audacter protereret.* Scribendum: *Equum præterea ipse residens supra cadaver Albini egit, expavescentemque admonuit & effrenatum, ut audacter protereret.* Expavescentem & effrenatum equum admonuit, hoc est πάνυ ὀργίλως καὶ ἀφλυαρήτως. Effrenantur enim equi dum expavescunt, nec sessorem aut frena audiunt. sic expavescentem & effrenatum

effrenatus audacter protereret. Addunt alii quòd idem cadaver in Rhodanum abjici præcepit, simul etiam uxo-
12 ris liberorumque ejus. Interfectis innumeris Albini partium viris, inter quos multi principes civitatis, multæ fœminæ illustres fuerunt, omnium bona publicata sunt, [1] ærariumque auxerunt: [2] tum Hispanorum & Gallorum proceres multi occisi sunt. Denique militibus tantum stipendiorum quantum nemo principum, dedit. Filiis etiam suis ex hac proscriptione tantum reliquit quantum nullus imperatorum, [3] quum [4] magnam partem auri per Gallias, per Hispanias, per Italiam imperator jam feciſſet, [5] tuncque primùm privatarum rerum procuratio constituta est. Multi sanè post Albinum, fidem ei servantes, bello à Severo superati sunt. Eodem tempore etiam legio Arabica

equum admonuit & incitavit calcaribus admotis Severus ut audacter protereret cadaver expositum. *Salmas.*

1. *Ærariumque auxerunt.*] Ærarium augere bona publicata damnatorum dicuntur. *Idem.*

2. *Tum Hispanorum & Gallorum.*] Palat. *cum eis & Hispanorum & Gallorum.* Idem.

3. *Quum magnam partem auri per Gallias.*] Narrat Dio quomodo Severus magnam partem auri per Gallias fecerit. Numerianus enim quidam Ludimagister, qua ratione ductus incertum, relicta Roma in Galliam profectus, Severi nomine ad colligendum exercitum se missum & senatorem urbis esse simulans, parvas primum copias comparavit, quibus aliquot Albini partium equites profligavit. quod cum Severo nuntiatum esset & revera Senatorem esse crederet, missis ad illum litteris, quibus gratias ageret laudaretque institutum, mandavit porro ut majores copias congregaret, quibus facile collectis multa præclara & fortia facinora fecit, redegitque χιλίας καὶ ἑπτακοσίας καὶ πεντηκοντὰς μυριάδας δραχμῶν, quas Severo misit. cumque ab his ingentibus factis ad summos honores & divitias posset pervenire, modico contentus, in agello quodam in Gallis consenuit, quem ipsi donavit Severus, cujus reditu vitam toleraret. *Idem.*

4. *Magnam partem, &c.*] *Aurum facere.* sic *facere pecuniam*, Sallustio. *Idem.*

5. *Tuncque primùm privatarum rerum procuratio constituta est.*] Quid interfit inter patrimonii & rerum privatarum procuratores sive comites, cupidum cognoscere docebit primus liber Codicis Justinianei, & in Paratitlis Jacobus Cujacius. *Casaub.*

Tuncque primum procuratio rei privatæ constituta est.] Ain tu Spartiane, Severi temporibus procurationem rerum privatarum fuisse constitutam? nulli igitur ante Severum rei privatæ procuratores? immo jam ab Augusti temporibus, & res & nomen ipsum fuit cognitum. sed eodem errore rerum privatarum procurationem sub Severo primum fuisse constitutam scribit, quæ longe ante Severum extitit, quo cursus publici institutionem Hadriano tribuit, quam certum est ad Augustum ipsum referri debere. ἰδιῶν λόγων dicebatur, privata ratio, vel rationis privatæ procurator, vel rei privatæ rationalis. *Salmas.*

1. *Interv-*

bica defeciſſe ad Albinum nuntiata eſt. Ultus igitur graviter Albinianam defectionem [1] interfectis plurimis, genere quoque ejus extincto, iratus populo & ſenatoribus Romam venit. [2] Commodum in ſenatu & concione laudavit, deum appellavit, [3] infamibus diſplicuiſſe dixit: ut appareret eum apertiſſimè furere. Poſt hæc de ſua clementia diſſeruit, quum crudeliſſimus fuerit, & ſenatores infrà ſcriptos occiderit. Occidit autem ſine cauſæ dictione 13
hos nobiles, Mummium Secundinum, Aſellium Claudianum, Claudium Rufum, [4] Vitalium Victorem, Papium Fauſtum, Ælium Celſum, [5] Julium Rufum, Lollium Profeſſum, [6] Aurunculeium Cornelianum, Antoninum Balbum, Poſthumium Severum, Sergium Luſtralem, Fabium Paulinum, Nonium Gracchum, [7] Muſtium Fabianum, Caſperium Agrippinum, Cejonium Albinum, [8] Claudium Sulpicianum, Memmium Rufinum, Caſperium Æmilianum, Cocceium Verum, [9] Erucium Clarum, L. Stilonem, [10] Clodium Rufum, Egnatuleium Honoratum, Petronium Juniorem: [11] Peſcennios, Feſtum & Neratianum & Aurelianum, & Materianum & Julianum, & Albi-

1. *Interfectis plurimis.*] Novem & viginti extremo ſupplicio ſunt affecti: ita Dio. *Caſaub.*

2. *Commodum in ſenatu & concione laudavit.*] *In concionem & ſenatum laudavit:* Palatinus. *Salmaſ.*

3. *Infamibus diſplicuiſſe dixit.*] Cùm plerique è ſenatu, turpiùs Commodo viverent. Lege hic Dionem. *Caſaubonus.*

4. *Vitalium Victorem.*] Vitalius hic gentis nomen eſt. forſan ſcribendum *Vitellium.* Idem.

5. *Julium Rufum.*] Non ſemel in Pandectarum libris Julius Rufus nominatur, ad quem etiam reſcripſiſſe dicitur Antoninus Severi filius: eſt autem ille, opinor, iſtius filius. *Idem.*

6. *Aurunculeium Cornelianum.*] Lege ex Palatino: *Aurunculeium. Aurunculei* enim noti Romæ. *Salmaſ.*

7. *Muſtium Fabianum.*] Muſtia gens rariùs occurrit in libris veterum. Legitur tamen in veteri lapide, T. MVSTIO. C. F. FAB. ſed iſte Nerva principe vivebat. *Caſaub.*

Muſtium Fabianum.] Palat. legit: *Maſticinum Fabianum.* Vetus etiam editio: *Maſtium.* an *Maſcium* vel *Maſſium?* nam & hæc nomina Romana ſunt. *Salmaſius.*

8. *Claudium Sulpitianum.*] Pertinacis ſocerum: hunc ex iſtis omnibus ſolum nominatim indicat Dio. *Caſaub.*

9. *Erutium Clarum.*] Scribe *Erucium,* filius is erat ſcilicet illius Erucii Clari, cujus ſecundo conſulatu natus ipſe Severus. *Salmaſ.*

10. *Clodium Rufum.*] *Clodium Rufinum.* Pal. *Idem.*

11. *Peſcennios Feſtum & Neratianum.*] *Veratianum,* Pal. & v. ed. *Idem.*

1. *Sul-*

Albinum : Cerellios, Macrinum & Fauſtinianum & Julianum : Herennium Nepotem, [1] Sulpitium Canum, Valerium Catulinum, Novium Rufum, Claudium Arabianum, Marcum Aſellionem. Horum igitur tantorum ac tam illuſtrium virorum (nam multi in his conſulares, multi prætorii, omnes certè ſummi viri fuere) interfector, ab Afris ut deus habetur. [2] Cincium Severum calumniatus
14 eſt quòd ſe veneno appetiſſet, atque ita interfecit. [3] Narciſſum deinde Commodi ſtrangulatorem leonibus objecit. Multos præterea obſcuri loci homines interemit, [4] præter eos quos jus prælii abſumpſit. Poſt hæc quum ſe vellet commendare hominibus, [5] vehicularium munus à privatis ad fiſcum traduxit. Cæſarem deinde Baſſianum filium ſuum Antoninum à ſenatu appellari juſſit, [6] decretis imperatoriis inſignibus. Rumore deinde belli Parthici extincto, patri, matri, avo, & uxori priori [7] per ſe ſtatuas collocavit. Plautianum ex amiciſſimo, [8] cognita ejus vita, ita odio habuit ut & hoſtem publicum appellaret, & depoſitis ſtatuis ejus per orbem terræ gravi eum inſigniret injuria, iratus præcipuè quòd [9] inter propinquorum & affinium

1. *Sulpitium Canum.*] *Sulpium Canum* in Palatino. *Idem.*

2. *Cincium Severum.*] Puto illum eſſe de quo in extrema vita Commodi. *Caſaubonus.*

3. *Narciſſum deinde Commodi ſtrangulatorem leonibus objecit.*] Objectus eſt leonibus ſub hoc præconis elogio, HIC EST QVI COMMODVM STRANGVLAVIT. *Idem.*

4. *Præter eos quos jus prælii abſumpſit.*] *Prælium* pro *bellum*, quod illa ætate & illis ſcriptoribus frequentabatur. nam melioris ſeculi autor dixiſſet, *jure belli abſumptos.* ut autem *prælium* pro *bellum*, ſic viciſſim, *bellum* pro prælio ſumebant. *Salmaſ.*

5. *Vehicularium munus.*] Expoſuimus jam ad Hadriani vitam. *Caſaub.*

6. *Decretis imperatoriis inſignibus.*] Cæſares, qui & imperatores deſtinati dicebantur, imperatoriis inſignibus utebantur, ut pallio coccineo, & purpura, ſed ſine auro. ſimul igitur cum nomine Cæſaris & imperialia inſignia decernebantur. *Salmaſ.*

7. *Per ſe ſtatuas collocavit.*] Jus publicè ponendi ſtatuas, penes ſenatum fuit. at Severus ponit ſuis iſtas, per *ſe*: hoc eſt, ſine decreto vel auctoritate patrum. *Caſaub.*

8. *Cognita ejus vita.*] Erat enim ἀσωτότατος & ἀδιάφορος, & hoc amplius, calumniator, & omnium vitiorum homo. ſed in hac narratione multa Dio aliter; & item aliter Herodianus. nam hic vero crimine appetitum Plautianum ſcribit periiſſe; ille ficto, & immani ſcelere generi Antonini. *Idem.*

9. *Inter propinquorum & affinium Severi, &c.*] Hoc parum, quod ſtatuæ Plau-

nium Severi ſimulachra ſuam ſtatuam ille poſuiſſet. Palæſtinis pœnam remiſit, quam ob cauſam Nigri meruerant. Poſtea iterum cum Plautiano in gratiam rediit, & veluti ovans urbem ingreſſus Capitolium petiit: quamvis & ipſum procedenti tempore occiderit. Getæ minori filio togam virilem dedit, majori Plautiani filiam uxorem junxit. [1] Hi qui hoſtem publicum Plautianum dixerant, deportati ſunt. [2] ITA omnium rerum ſemper quaſi naturali lege mutatio eſt. Filios deinde conſules deſignavit. [3] Getam fratrem extulit. [4] Profectus deinde ad bellum Parthicum eſt, edito gladiatorio munere, & congiario populo dato. Multos inter hæc cauſis vel veris vel ſimulatis occidit. Damnabantur autem plerique cur jocati eſſent, alii cur tacuiſſent, [5] alii [6] cur pleraque figurata dixiſſent, [7] *ut eſſet imperator verè nominis ſui, verè Pertinax, verè Severus?* [8] Erat ſanè in ſermone vulgari, Parthicum bellum affectare 15 Septi-

Plautiani inter ſtatuas affinium Severi poſitæ. nam & multo plures illi ſtatuæ quam Severo: ſed & majores κατασταθῆναι, nec tantum in aliis urbibus, ſed Romæ, atque id authoritate ſenatus decretæ ſunt. *Salmaſ.*

1. *Hi qui hoſtem publicum Plautianum dixerant, deportati ſunt.*] Confundit hiſtoriam, ut ſæpe. nam hoc referendum ad illud tempus quo friguſculo interruptus Severi in Plautianum amor. tunc ſtatuas ejus juſſit dejici. at mox reconciliata gratia, pœnæ de his exactæ, qui medio tempore adverſus Plautianum aliquid dixiſſent, feciſſentve. *Caſaubonus.*

2. *Ita omnium rerum ſemper quaſi naturali lege mutatio eſt.*] Terentiana γνώμη notiſſima. *Idem.*

3. *Getam fratrem extulit.*] Etiam hic pervertit temporum rationem: nam Geta frater Severi ante Plautianum mortuus. *Idem.*

4. *Profectus deinde ad bellum Parthicum eſt, edito gladiatorio munere.*] Solebant enim imperatores ad bellum proficiſcentes gladiatorium munus edere: qui mos unde ſit tractus, quærit Capitolinus in Maximo & Balbino. *Idem.*

5. *Alii cur pleraque figurata dixiſſent.*] Figurata autem dicta quæ Græci ἐχημαλισμένα vel σχήματα vocant, de quibus ad Suetonium videnda ſunt quæ vir incomparabilis olim obſervavit. Vetus editio hoc habet: *Alii cur pleraque figura dixiſſent.* Quod non improbandum. *figura* enim *dicere*, eſt ἐχημαλισμένως λαλεῖν. *Salmaſ.*

6. *Cur pleraque figurata.*] Malim *ut pleraque* abeſſe: neque eſt in regio. *Caſaubonus.*

Cur pleraque figuratè dixiſſent, ut eſſet Imperator verè nominis ſui.] Pal. *eſſe.* fortè, *ut ecce: Imperator, &c.* tamquam ſpecimen promat figuratè dictorum. *Grut.*

7. *Ut eſſet imperator.*] Scribi malim, *ut, quòd eſſet imperator.* eſt enim hoc unum tantum exemplum dictorum ἐχημαλισμένων. *Caſaub.*

8. *Erat ſanè in ſermone vulgari.*] Dixiſſet alius, in ſermone vulgi. ſed non vulgus ſolum ita judicavit: nam & Dio palam pronunciat, totidem ferè verbis: Σεβῆ-

Septimium Severum, gloriæ cupiditate, non aliqua necessitate deductum. Trajecto denique exercitu à Brundusio continuato itinere [1] venit in Syriam, Parthosque submovit. [2] Sed postea in Syriam rediit, ita ut se pararet ac bellum Parthis inferret. Inter hæc Pescennianas reliquias Plautiano autore persequebatur, ita ut nonnullos etiam amicis suis quasi vitæ suæ insidiatores appeteret. [3] Multos etiam quasi Chaldæos aut vates de sua salute consuluissent, interemit: [4] præcipuè [5] suspectos unumquemque idoneum imperio quum ipse parvulos adhuc filios haberet, [6] idque dici ab his vel crederet vel audiret qui sibi augurabantur imperium. Denique quum occisi essent nonnulli, Severus se excusabat: & [7] post eorum mortem [8] negabat fieri

Σεβῆρος τὸ ἐπὶ τοῦτο ἐπολιορκεῖτο, καὶ τῆς βαρβάρου ἐπιθυμίας δέξας ἐφείτο. Inde constat nobis de tempore hujus expeditionis: quæ in medium tempus incidit bellorum civilium contra Pescennium, & Albinum. sed fuêre Severi contra Parthos expeditiones plures. *Idem.*

1. *Venit in Syriam Parthosque submovit.*] Cur heic iterum reponit de Parthis, cum supra posuerit Severum de Parthis redactis in potestatem triumphasse, qui quidem cum Pescennio senserant, unde & Parthicum nomen meruit, quod infra etiam repetit? *Salmas.*

2. *Sed postea in Syriam rediit, ita ut se pararet, ac bellum Parthis inferret.*] Qui bellum parat, non infert, nec nisi paratum potest inferri. Scribendum: *Sed postea in Syriam rediit, ita ut se pararet ad bellum Parthis inferre.* Insolens ut videtur loquutio: *Ad bellum Parthis inferre*, pro, *ad bellum Parthis inferendum.* More Græce loquentium, quibus sic usus est scribere, ὡς τὸ πολεμεῖν, *ad bellandum*, & similia. *Idem.*

3. *Multos etiam quasi Chaldæos aut vates de sua salute consuluissent, interemit.*] Ad horum supplicia alludens Tertullianus, dicit: *Eadem officia dependunt & qui astrologos & aruspices, & augures, & magos de Cæsarum capite consultant.* Casaubonus.

4. *Præcipue suspectos unumquemque idoneum.*] Scribendum: *Præcipue suspectus unumquemque idoneum Suspectum*, id est cum suspectum haberet. *Suspectus* enim utramque habet significationem, & pro eo accipitur qui suspectus est, & qui suspicioni habet. *Salmas.*

5. *Suspectos.*] Lego, *suspectans.* Casaubonus.

6. *Idque dici ab his vel crederet vel audiret, &c.*] Dicebant isti, vel fingebat Severus eos dicere, utendum esse occasione temporis, & maturè dejiciendum Severum, dum essent filii ejus adhuc parvuli. *Idem.*

7. *Post eorum mortem negabat fieri se jussisse quod factum est.*] Tres voces postremæ nihil faciunt complendæ sententiæ. videntur ortæ à glossatore aliquo. Vide quæ dixi ad Taciti lib. 1. Ann. cap. 6. *Nuntianti Centurioni, factum esse quod imperasset; neque imperasse sese, & rationem facti reddendam apud Senatum respondit.* Grut.

8. *Negabat fieri se jussisse quod factum est.*] Et, puto, verè negabat de multis. exemplo sit Bæbius Marcellinus: cujus tristissimum casum, & necem commiseratione dignissimam cùm exposuisset Dio,

fieri se jussisse quod factum est: [1] quod de Læto præcipuè Marius Maximus dicit. Quum soror sua Leptitana ad eum venisset vix Latinè loquens, ac de illa multùm imperator erubesceret, dato filio ejus lato clavo, atque ipsi multis muneribus, redire mulierem in patriam præcepit, [2] & quidem cum filio, qui brevi vita defunctus est. Æstate igitur jam exeunte, Parthiam ingressus, Ctesiphontem pulso rege pervenit & cepit hyemali propè tempore, (quòd in illis regionibus meliùs per hyemem bella tractantur) [3] quum herbarum radicibus milites viverent, atque inde morbos ægritudinesque contraherent: quare quum obsistentibus Parthis, fluente quoque per insuetudinem cibi alvo militum, longiùs ire non posset, tamen perstitit, & oppidum cepit, & regem fugavit, ac plurimos interemit, & Parthicum nomen meruit. Ob hoc etiam filium ejus Bassianum Antoninum, qui Cæsar appellatus jam fuerat, annum decimumtertium agentem, [4] participem imperii dixerunt milites. Getam quoque minorem filium Cæsarem dixerunt: eundem Antoninum, ut plerique in literas tradunt, appellantes. Harum appellationum causa donativum militibus largissimum dedit, [5] concessa omni præda op- 16

Dio, hoc adjicit: priùs illi caput fuisse amputatum, quàm de ejus condemnatione quicquam Severus resciisset. *Casaubonus.*

1. *Quod de Læto præcipuè Marius Maximus dicit.*] Sane & Herodianus eadem hujus excusat. *Idem.*

2. *Et quidem cum filio qui brevi vita defunctus est.*] Veteres tam editi quam manu exarati habent: *Quibus brevi vita defunctus est.* Et sane jam nunc incipio suspectam habere de vitio vulgatam lectionem. quomodo enim illa accipiemus, *Qui brevi vita defunctus est?* an brevi post reditum in patriam? an reponendum, *Qui brevis ævi defunctus est?* ut ὀλιγοχρόνιον illum periisse ostendat & fuisse ævi brevem. *Salmas.*

3. *Cum herbarum radicibus milites viverent.*] Mira lectio occurrit in Palatinis & veteri editione: *Quum culpæarum radicibus milites viverent.* Genus herbæ omnino voluit designare in illis locis frequens cujus radicibus vitam sustinuerunt milites. quærendum relinquo otiosis. *Idem.*

4. *Participem imperii dixerunt milites.*] Quinto, vel, ut alii, sexto imperii Severi anno: ab eo tempore duo numerari ceperunt Augusti, Severus pater, & Antoninus filius. deinde accessit tertius filius minor Geta: quem multò antè Cæsarem appellatum, Augustum nuncupavit Severus, octavum annum imperans, vel ad summum, nonum. Atque hæc illa est *imperii triplex virtus*, hi illi *tres Augusti* quos laudat Tertullianus in florida De pallio. *Casaub.*

5. *Concessa omni præda oppidi Parthici.*] Ctesiphontis. *Idem.*

1. *Cui*

da oppidi Parthici, quod milites quærebant. Inde in Syriam rediit victor, & Parthicum deferentibus sibi patribus triumphum, idcirco recusavit, quòd consistere in curru affectus articulari morbo non posset: filio sanè concessit ut triumpharet. [1] cui senatus Judaicum triumphum decreverat, idcirco quòd & in Syria res bene gestæ fuerant à Severo. Deinde quum Antiochiam transisset, data virili toga filio majori, [2] secum eum consulem designavit, & statim in Syria consulatum inierunt. Post hoc dato stipendio
17 cumulatiore militibus, Alexandriam petiit. In itinere Palæstinis plurima jura fundavit. [3] Judæos fieri sub gravi pœna vetuit. [4] Idem etiam de Christianis sanxit. [5] Deinde Alexandrinis jus buleutarum dedit, [6] qui sine publico consilio, ita ut sub regibus, antè vivebant uno judice contenti quem Cæsar dedisset. Multa præterea his jura mutavit. Jucundam sibi peregrinationem hanc [7] propter religionem

1. *Cui senatus Judaicum triumphum decreverat.*] Triumphum Judaicum hic invenio; bellum Judaicum à Severo gestum, unde illi partus triumphus, nusquam invenio. *Idem.*

Cui senatus Judaicum triumphum decreverat.] Scripsit Eusebius sub Severo Judaicum bellum & Samariticum motum, quod ad hunc triumphum refero. *Salmas.*

2. *Secum eum consulem designavit.*] Consules simul fuêre anno Severi decimo. *Casaub.*

3. *Judæos fieri sub gravi pœna vetuit. idem etiam de Christianis sanxit.*] Aliter de Severo sentire & pronuntiare videtur Tertullianus ad Scapulam: *Sed & clarissimas feminas & clarissimos viros Severus sciens hujus sectæ esse, non modo non læsit, verum & testimonio exornavit, & populo furenti in os palam restitit.* Salmasius.

4. *Idem etiam de Christianis sanxit.*] Decimo Severi anno instituta persecutio Christianorum, ut scribit Eusebius, aliique. *Casaub.*

5. *Deinde Alexandrinis jus buleutarum dedit.*] Dio libro quinquagesimo primo, ubi ordinationem Ægypti commemorat, per Augustum factam: Τοῖς Ἀλεξανδρεῦσιν, ait, οὐδὲ βουλευτὴν πολιτείας σφίσιν ἔσεσθαι προσέτι τε καὶ τὸ συνεδρεύειν αὐτοῖς κεκώλυκε. Ita datum Alexandrinis jus curiæ à Severo. *Idem.*

6. *Qui sine publico consilio.*] Videtur Augustus cùm hoc ita cavit, ob oculos habuisse vetus exemplum in Campanos editum, cùm receptæ Capuæ victor P. R. leges imposuit. sic Alexandriam mittebant Cæsares ad jura reddenda, eum qui Juridicus Alexandriæ dicebatur. *Idem.*

7. *Propter religionem dei Serapidis.*] Hic erat deus Alexandriæ tutelaris, & præcipuum illorum numen, ut certum est ex historia & patribus. de hoc accipe verba Herodiani, libro quarto, cùm ait Caracallam suæ Alexandriam profectionis prætexuisse hanc caussam, quòd vellet τοῦ θεοῦ χρήσασθαι, ὃν σπουδαίως ἐθαύμαζεν. *Idem.*

Propter religionem dei Serapidis.] *Serapidis.* Salmas.

gionem dei Serapidis, [1] & [2] propter novitatem animalium vel locorum fuisse, Severus ipse postea semper ostendit. Nam & Memphin & Memnonem, & pyramides, & labyrinthum, diligenter inspexit. Et quoniam longum est minora persequi, hujus magnifica illa, quòd victo & occiso Juliano, prætorianas cohortes exautoravit: Pertinacem contra militum voluntatem in deos retulit: Salvii Juliani decreta jussit aboleri: [3] quod non obtinuit. [4] Denique cognomentum Pertinacis [5] non tam ex sua voluntate quàm [6] ex morum parsimonia videtur habuisse. Nam & infinita multorum cæde crudelior habitus, [7] & [8] quum quidam ex hosti-

1. *Et propter novitatem animalium.*] Adde ex Palatino: *Et propter rerum antiquarum cognitionem & novitatem animalium vel locorum fuisse.* Ita supra Athenas dicitur petiisse idem Severus, *Studiorum sacrorumque causa, operumque ac vetustatum.* Idem.

Et novitatem animalium vel locorum.] Pro *animalium & locorum*; Palat. *Et propter novitatem animalium belluarum.* Forte: *animalium Niliacum*: vel, *Niliacum.* nam etiam alibi *Nilæum* pro *Niliacum* legimus ex veteri scriptura. sed vulgatam non moveo sede sua, magisque censeo corruptam esse quæ scripta est. loca enim intelligit quæ magno studio invisit Severus, *Memphim, Memnonem,* Pyramides & labyrinthum, & cætera in Ægypto visenda. *Salmas.*

2. *Propter novitatem animalium.*] Nam & in Nilo pisces multi, qui alibi non reperiuntur, & in terra Ægypto, multa *ἰδιόφυτα* animalia. consule Marcellinum libro XXII. discimus, diligenter ab illo fuisse descriptam, libris qui perierunt, totam hanc Severi peregrinationem Ægyptiacam. *Casaub.*

3. *Quod non obtinuit.*] Aurelius Victor: *Salvii nomen atque ejus scripta factaque aboleri jubet: quod unum effici nequivit. Tantum gratia doctarum artium valet, ut scriptoribus ne sævi mores quidem ad memoriam efficiant.* Idem.

4. *Denique cognomentum Pertinacis non tam ex sua voluntate, &c.*] Ab uno eodemque authore sumpserunt Spartianus & Victor, & diversi tamen abeunt in eadem re exponenda, quamvis verbis non dissimilibus utrique utantur. *Salmas.*

5. *Non tam ex sua voluntate.*] Corrigit quod antè dixit: *Se quoque Pertinacem vocari jussit.* Casaub.

6. *Ex morum parsimonia.*] Aurelius Victor, ex hoc loco, ut facilè apparet, dixit, *ob vitæ parsimoniam similem.* Ei nempe parsimoniæ quam irriserunt in Pertinace multi: alii etiam duriùs acceperunt. *Idem.*

7. *Et quum quidem ex hostibus eidem se suppliciter obtulisset, dixisseque ille, quid tu facturus es?*] Et in hac re narranda aliquantum dissentit Victor à Spartiano. sed & heic dissentiunt scripta ab editis. nam Palatinus totum hunc locum sic habet scriptum: *Et quum quidam ex hostibus eidem se supplicitter obtulisseque dixisset ille, quod facturus esset, non est mollitus tam prudente dicto.* Quam ex parte sequitur, ut in aliis, vetus editio, quæ habet, *quod facturus esset.* atque id magis placet. Sic igitur hæc legenda censeo: *Et quum quidam ex hostibus eidem se supplicitter obtulisset atque dixisset, illi quod facturus esset.* Dixit nempe ad Severum supplex ille Albini partium vir & interrogavit quod facturus esset ipse, si eodem loco esset. Aurelius Victor

hostibus eidem se suppliciter obtulisset, [1] dixissetque ille, [2] *Quid tu facturus es?* non mollitus tam prudente dicto interfici eum jussit. [3] Fuit præterea delendarum cupidus factionum: [4] propè à nullo congressu nisi victor. [5] Persarum re-
18 gem Abgarum subegit. [6] Arabas in deditionem accepit. [7] Adiabenos in tributarios coëgit. [8] Britanniam (quod maximum ejus imperii decus est) [9] muro per transversam insulam

ctor responsum Severi subjicit: *ea perferrem quæ tu.* sed alios secutus est Spartianus. *Salmas.*

* *Cùm quidam hostium.*] *Quem, uti bellis civilibus solet, conditio loci ad Albinum detulerat,* addit utiliter Aurelius Victor, ex eodem auctore locum describens cum nostro. *Casaub.*

1. *Dixissetque ille.*] Melius *illi.* nempè captivus Severo. *Idem.*

2. *Quid tu facturus es?*] Ita restituimus ex regio & Puteani: sed erat scribendum, *esses.* aliàs enim jacet sententia, imò interfecta est. Porrò illa verba, *Quid tu facturus esses?* subjecerat hic captivus longiori orationi, ut docet Victor, quam ad Severum habuerat, ut graves causas se habuisse doceret, cur Albini partes sequeretur. sperabat ille, Severum etiam in hoste fidem & officii constantiam amaturum. ita olim Augustus cùm Herodi ignovit, & optimi quique principum fœcissimè. *Idem.*

Quid tu facturus es?] Melius, *eras?* sed aliud quid fortè latet. nam exstat in Pal. *optulisseque dixisset ille quod facturus est. non, &c.* Interim notandum excusari sæpe qui arma contra nos ferunt, si deprehendantur id fecisse magis voluntate alienâ quàm suâ. Tacitus: *Segestes quamquam consensu gentis in bellum trahus, &c.* lib. 1. Annal. cap. 55. *Gron.*

3. *Fuit præterea delendarum cupidus factionum.*] Separat hæc verba à superiore narratione, aliter quàm auctor ille (Marius, opinor, Maximus) unde sumit. *Casaub.*

4. *Propè à nullo congressu nisi victor.*] Locus corruptus. Scribendum, *Propè à nullo congressu digressus nisi victor.* Aurelius Victor, *Felix ac prudens armis præcipuè: adeò ut à nullo congressu, nisi victor discesserit.* Idem.

5 *Persarum regem Abgarum subegit.*] Aurelius Victor, *Subacto Persarum rege, nomine Abgaro.* Sic & Dio in Abito, obiter scribit, Abgarum hunc non dissimili pompa in Urbem venisse, ac Neronis temporibus Teridatem. *Idem.*

6. *Arabas in deditionem accepit.*] Vetus editio: *in dictionem.* lege: *in ditionem.* Salmas.

7. *Adiabenos in tributarios coëgit.*] *Adiabenas.* Palatinus & vet. ed. *Adiavenas. Adiabenas* pro *Adiabenam:* ut *Syrias, Babylonas.* Idem.

8. *Britanniam, quod maximum imperii ejus decus.*] Aurelius Victor, *His majora aggressus, Britanniam, quod ea utilis erat, pulsis hostibus muro munivit.* Casaub.

Britanniam quod maximum ejus imperii decus est, &c.] Victor: *His majora aggressus, Britanniam quod ea utilis erat, pulsis hostibus muro munivit, per transversam insulam ductu utrimque ad finem Oceani.* Ita legendum: *quod ea utilis erat.* Respexit enim ad id quod dixerat de Adiabena, quam despexit propter terrarum maciem Severus, nec propterea tributariam fecit. at Britanniam quod ea utilis esset, muro transverso munivit. *muro* autem intellige *cespititio.* atque isti muri cespititii, Valli proprie dicuntur Latinis. Græci recentiores βαλλὸς appellarunt. & inde nostrum, *Bolever.* Salmas.

9. *Muro per transversam insulam ductu.*] Victor, *Muro munivit, per transversam insulam ductu, utrinque ad finem Oceani.* Ut certum sit eundem auctorem transcriptum

sulam ducto, utrimque ad finem Oceani munivit: unde etiam *Britannici* nomen accepit. [1] Tripolin, unde oriundus erat, contusis bellicosissimis gentibus, securissimam reddidit: [2] ac pacem diuturnam,[3] oleum gratuitum,& fœcundissimum agrum donavit. Idem cùm implacabilis delictis fuit, [4] tum ad eligendos industrios quosque judicii singularis. [5] Philosophiæ ac dicendi studiis satis deditus, doctri-

scriptum ab utroque. de muro refellit acriter Beda Historiæ libro primo. Eutropius quoque non murum, sed vallum vocat. *Casaub.*

1. *Tripolim, unde oriundus erat.*] Natus Lepti, oriundus Tripoli. In ora ejus provinciæ in Africa quæ commune nomen ut proprium sibi vindicat, collocatur à Ptolemæo urbs Νεάπολις ἡ καὶ Τρίπολις, inquit, prope ostia fluminis Cinyphis. Solino Tripolis non urbis nomen est, sed regionis: quam sic dictam scribit, de trium urbium numero Oeæ, Sabratæ, Leptis magnæ. Tripolis tamen quæ erat in Syria nominis rationem aliam habuit: sic enim dicta fuit, quòd esset, inquit Strabo, trium urbium κτίσμα, condita à convenis Tyriis, Sidoniis, Aradiis. fortasse & Africana Tripolis aliam ob caussam ita dicta, quàm à societate trium urbium. *Idem.*

Tripolin securissimam reddidit: ac populo Romano diuturnum oleum gratuitum, & fecundissimum agrum donavit.] Lectio isthæc proximè accedit ad Palatinum codicem, in quo; *reddidit; ac P.R. diuturnam, oleum gratuitum & facundissimum in aternum donavit.* retrò cusi, *reddidit, ac pacem diuturnam, oleum gratuitum, &c.* Grut.

2. *Ad pacem diuturnam, oleum gratuitum.*] Palatinus, *ac pop. R. diuturnum oleum, &c.* Scribe: *Ac pop. R. diuturnum oleum gratuitum, & fœcundissimum agrum donavit.* Vide Casaubonum. *Salmas.*

3. *Oleum gratuitum & fœcundissimum agrum donavit.*] Agrum Tripolitanum veteris urbis fuisse olim fœcundissimum, atque olei frumentique feracissimum etiam scriptores Africani memoriæ prodiderunt; etsi hodie uber solum non est: cujus mutationis caussam illi afferunt, quòd magnam partem ejus agri quem antiqua Tripolis arabat, mare occupavit, reliquo etiam quod non obtexit corrupto. Oleum ad usum gymnasiorum civitatibus olim & gratuitum concedi à principibus, & legari etiam à privatis solitum. sed de hac largitate in Tripolitanos nihil Aurelius Victor. imò verò contrarium planè scribit. Atqui, ut diximus sæpe, iisdem usi auctoribus & Spartianus & Victor: ut planè mirum sit adeò pugnantia scribere. Sed non dubitamus nos Spartianum, si ista sic scripsit, aliud agentem auctoris sui (Marii Maximi, ut arbitror) mentem pervertisse. sed optimum scriptorem manifestissima culpa liberant regius & Puteani codices: nam illi præferunt, *Ac populo Roman. diuturnum letum gratuitum & fœcundissimum in aternum donavit.* Scribe, *Diuturnum oleum grat. & fœc. in æt. agrum donavit.* Vetissima & optima sententia: nam oleum populo Romano fuisse delatum à Severo, & Spartianus infrà alio loco indicat, & affirmat Lampridius in Alexandro *Casaub.*

4. *Tum ad eligendos industrios quosque judicii:*] Palatinus cum veteri editione: *Tum ad erigendos industrios quosque.* Quod absque dubio verum est, & confirmat Aurelius Victor. *Salmas.*

5. *Philosophiæ ac dicendi studiis satis deditus.*] *Satis deditus*, hoc est valde deditus, ut *satis mane* pro *bene mane* apud Marcellum. Philosophus autem dici viderique affectabat Severus. Hinc de

doctrinæ quoque nimis cupidus, latronum ubique hostis, [1] vitam suam publicamque ipse composuit ad fidem, solum tamen vitium crudelitatis excusans. De hoc senatus ita judicavit, [2] illum aut nasci non debuisse, aut non mori; quòd & nimis crudelis & nimis utilis reip. videretur. Domi tamen minùs cautus, [3] qui [4] uxorem Juliam famosam adulteriis tenuit, etiam conjurationis consciam. [5] Idem quum pedibus æger bellum moraretur, idque milites anxiè ferrent, [6] ejusque filium Bassianum, qui unà erat, Augustum

ejus studiis in philosophia passim authores. sed nec minus ipsius uxor Julia Augusta philosopha quoque audiebat, quæ & totos dies philosophando disputandoque terebat cum Sophistis & Philosophis. *Idem.*

1. *Vitam suam privatam publicamque ipse composuit ad fidem.*] Libros vitæ privatæ & publicæ scriptos reliquerat Severus, quos illum ad fidem composuisse scribit heic Spartianus assentiente Aurelio Victore. aliter enim de illis Severi commentariis sentit Dio, qui fidei Severum non usquequaque litasse in illa scriptione ostendit. *Idem.*

Vitam suam privatam publicamque ipse composuit ad fidem.] De ea ratione scribendi nos multa ad illud Taciti c. 1. Agricolæ: *Ac plerique suam ipsi vitam narrare, fiduciam potius morum quàm arrogantiam arbitrati sunt.* Grut.

2. *Illum aut nasci non debuisse, aut non mori.*] Dictum translatitium, de multis principibus usurpatum. *Casaub.*

Illum aut nasci non debuisse, aut non mori.] Palatinus: *Illum aut nasci non debuisse aut mori.* Quæ secunda negatione demta, cave censeas alium hujus dicti sensum existere. prima enim negatio abunde utrique sufficit. proinde enim est ac si sic extuliisset: *Illum aut nasci aut mori non debuisse.* Salmas.

3. *Qui uxorem Juliam famosam adulteriis tenuit.*] Vide Aurelium Victorem. *Casaub.*

4. *Uxorem Juliam famosam adulteriis tenuit, etiam conjurationis conscium.*] Palatinus & vet. ed. interserunt *eam: tenuit eam etiam.* Legendum puto: *Uxorem Juliam famosam adulteriis tenuit, eam etiam conjurationis & conscium.* Salmas.

5. *Idem cùm pedibus æger bellum moraretur.*] Victor, *Nam* (fortè, *jam*, vel, *idem*) *cùm pedibus æger bellum moraretur, &c.* Casaub.

6. *Ejusque filium Bassianum qui una erat Augustum fecissent.*] *Qui una erant Augustum fecissent.* Ita Palatinus & editio Mediol. quæ lectio etiam commode potest explicari. sed mirum mihi videtur quod heic scribit Spartianus, milites Augustum appellasse & fecisse Severi filium Antoninum, invito ipso & insciente Severo. atqui jam ante post bellum Parthicum consentiente patre appellatus est imperii particeps: qui vero particeps imperii, is omnino & Augustus censebatur. nihil enim medium inter Augusti appellationem & Cæsaris, cur igitur heic tantopere excandescit Severus, propter filium Augustum à militibus appellatum? Videant ergo peritiores, quo pacto solvendus hic nodus: nec hujus historiæ quæ heic apud Spartianum tangitur de Antonino Augusto appellato à militibus, mentio penes Dionem ulla comparet: qui mihi videtur factum adeo memoratu dignum non prætermissurus esse: qui tamen narrat, quomodo illo ipso tempore, cum in Britannia nempe ageret Severus, in patrem conspiraverit Antoninus, eumque occidere voluerit. adeo

ut ve-

gustum feciſſent, tolli ſe atque in tribunal ferri juſſit: adeſſe deinde omnes tribunos, centuriones, duces, & cohortes, quibus autoribus id acciderat: ſiſti deinde filium qui Auguſti nomen acceperat. Quumque animadverti in omnes autores facti, [1] præter filium, juberet, rogareturque omnibus ante tribunal proſtratis, caput manu contingens, ait, [2] *Tandem ſentitis caput imperare, non pedes.* Hujus dictum eſt, quum eum ex humili per literarum & militiæ officia ad imperium plurimis gradibus fortuna duxiſſet, [3] *Omnia* (inquit) *fui, & nihil expedit.* [4] Periit Eboraci in 19
Britannia: ſubactis gentibus quæ Britanniæ videbantur infeſtæ, anno imperii decimooctavo, [5] morbo graviſſimo extinctus jam ſenex. Reliquit filios duos, Antoninum Baſſianum & Getam, cui & ipſi in honorem Marci, Antonini nomen impoſuit. [6] Illatus ſepulchro Marci Antonini, quem ex omnibus imperatoribus [7] tantum coluit ut & Commodum in divos referret, & Antonini nomen omnibus

ut veriſſimum eſſe mihi perſuadeam quod ſcripſit Dio, falſiſſimum autem quod Spartianus. *Salmaſ.*

1. *Præter filium.*] Etiam de hujus ſupplicio conſilia agitaſſe patrem ſcribit auctor in ejus vita. *Caſaub.*

2. *Tandem ſentitis caput imperare, non pedes.*] Victor, *Sentitiſne, inquit, pulſans manu, caput potiùs quàm pedes imperare?* Sententia ſcribi poſtulat, *Pulſans manu caput, caput pot.* quod noſter, *caput manu contingens.* Idem.

Tandem ſentitis caput imperare non pedes.] Brevius Victor Scotthi: *Sentitis me, inquit pulſans manu caput, potius imperare quam pedes*, ita enim diſtinguendum, nec iteranda vox, *caput*, quæ ſatis intelligitur. & ſimile vero eſt, cum hoc diceret Severus, & caput manu tangeret, non caput nominaſſe, ſed dixiſſe, *ſentitis hoc imperare non pedes?* Salmaſ.

3. *Omnia, inquit, fui, & nihil expedit.*] Cave mutare hanc ſcripturam: nam viri docti falluntur, qui mendam hic ſuſpectant. Sic Auguſtus, ſic Marcus, cùm morerentur, res humanas riſerunt, & vanas mortalium curas, votaque inania, atque in contrarium ſæpe vertentia. Vide Aurel. Victor. *Caſaub.*

4. *Periit Eboraci, &c.*] Pridie nonas Februarii, Coss. Gentiano & Baſſo. ætatis anno LXV. menſe VII. die XVIII. cùm imperaſſet ann. XVII. menſes VIII. & paucos dies. *Idem.*

5. *Morbo graviſſimo.*] Arthritide: ſed genus mortis miſerum. *Idem.*

6. *Illatus ſepulcro Marci Antonini.*] Optimus Palatinus: *Illegatus ſepulcro Antonini. illegare* eſt *inferre.* ut enim *legare* eſt mittere, *allegare* adferre: ſic *inlegare*, immittere & inferre. *Salmaſ.*

7. *Tantum coluit ut & Commodum in divos referret.*] Hoc igitur tribuit honori Marci & cultui Severus, ut ejus filium Commodum quamvis non meritum in deos referret. nec in odium ſenatus id fecit, ut ſupra ſentire videbatur Spartianus. *Idem.*

bus deinceps quasi Augusti ascribendum putaret. [1] Ipsi à senatu, à gentilibus liberisque ejus funus amplissimum exhibitum fuit, atque inter divos est relatus. [2] Opera publica præcipuè ejus extant, [3] Septizonium & [4] thermæ Severianæ. [5] Ejus denique etiam [6] januæ in Transtiberina regione [7] ad portam nominis sui, [8] quarum forma intercidens statim usum publicum invidit. [9] Judicium de eo post mortem magnum omnium fuit, maximè quòd diu nec à filiis ejus boni aliquid reip. venit: & postea invadentibus multis remp. res Romana prædonibus direptui fuit. [10] Hic tam

1. *Ipsi à senatu, à gentilibus liberisque ejus.*] Aurelius Victor: *Funus quod liberi Geta Basianusque Romam detulerant celebratum.* Nihil igitur ille de gentilibus: sed nec Spartianus, si veteres Codices sequimur, in quibus habetur: *Ipse à senatu agentibus liberisque ei, &c.* Ex quibus legimus certa conjectura, *Ipse à senatu, agentibus liberis, qui ei funus amplissimum exhibuerunt, atque inter deos est relatus.* Quis dubitabit hæc esse vera? *Idem.*

2. *Opera publica præcipuè ejus extant.*] Lege ut in regio: *Opera publica ejus, præcipuè Romæ extant.* Opera Severi tangit & Dio, sed alia. *Casaub.*

Opera publica præcipue ejus extant.] Repone: *Opera publica præcipua ejus extant.* Nec aliter Palatinus. *Salmas.*

3. *Septizonium.*] Erat etiam ante Severum celebris Romæ locus, Septizonium, ut ait Ammianus libro XV. ubi operis ambitiosi nympheum Marcus condiderat, teste eodem. Fortasse à columnationis genere operi nomen impositum, & tæniis quibus columnarum diversi ordines distinguebantur. Sed videtur Severus opus vetustum ita instaurasse ut planè faceret novum: quare in antiqua Urbis descriptione leguntur hæc verba: *Septizonium vetus, aliàs Severi.* Casaub.

4. *Thermæ Severianæ.*] Non procul à Capena porta regione Urbis prima. *Idem.*

5. *Ejus denique etiam januæ.*] Idem optimus liber: *Ejus denique etiam janæ in Transtiberina regione. Janæ* pro *Jani.* Salmas.

Ejus denique etiam Jani in, &c. quorum forma.] Non accedit huic scripturæ Pal. nisi quod præferat, *Janæ in, &c. quarum.* quod examinabunt acutiores. nam & olim vulgari *Janua, &c.* Grut.

6. *Januæ in Transberina regione.*] Scribe cum eruditis viris, *Iani in Transt.* & mox, *quorum f.* Erant Romæ multi jani sive transitiones perviæ, quò homines conveniebant. Marcell. lib. XXVIII. sed in his Septimianum unum tantum. *Casaub.*

7. *Ad portam nominis sui.*] Septimianam, tertiam & ultimam trans Tiberim: quam priùs Fontinalem fuisse appellatam putat Onuphrius. *Idem.*

8. *Quorum forma intercidens.*] Accipit *formam*, pro fornice jani, vel pro tota ædificii mole. apud auctores juris civilis, & eos qui de aquæductibus scripserunt, forma interdum est tubus quo defertur aqua: interdum arcus ipsi sic dicuntur, devehendis aquis humilioribus in locis soliti exstrui. *Idem.*

9. *Judicium de eo post mortem magnum omnium fuit.*] *Judicium* in bonam partem accipe: nam sequitur: *Post mortem multùm amatus vel invidia deposita, vel crudelitatis metu.* Idem.

10. *Hic tam exiguis vestibus usus est.*] Quid appellat vestes exiguas? viles equidem ac λιτὰς accipio, & hominis Latinitatem miror. *Idem.*

Hic

tam exiguis vestibus usus est [1] ut vix tunica ejus aliquid purpuræ haberet, [2] & cum [3] hirta chlamyde humeros velaret: cibi parcissimus, [4] leguminis patrii avidus, vini aliquando cupidus, carnis frequenter ignarus. [5] Ipse decorus, ipse ingens, promissa barba, cano capite & crispo, vultu reverendus, canorus voce, sed Afrum quiddam usque ad senectutem sonans: ac post mortem multùm amatus, vel invidia deposita vel crudelitatis metu. Legisse me [6] apud Ælium Maurum Phlegontis Tralliani libertum memini, [7] Septimium Severum [8] immoderatissimè quum moreretur lætatum, quòd duos Antoninos pari imperio reipub.

Hic tam exiguis vestibus usus est.] Exiguas vestes heic vocat, quas in Hadriano humiles appellavit. humilis igitur & exigua vestis pro eadem, qualem scilicet humiles & exigui homines gestarent. nam & *exiguus* pro parvæ & contemptæ sortis homine. *Salmas.*

1. *Ut vix tunica ejus aliquid purpuræ haberet.*] Scribe, *Ut vix & tunica ejus aliquid purpuræ haberet.* Tunicas autem ejusmodi quæ vix aliquid purpuræ haberent, *asemas* vocat in Alexandro Severo. ita autem dicebantur non quæ prorsus clavum nullum haberent purpureum, sed quæ perparvos haberent, quales quæ dicebantur ψαχόπορφοι, quod micas veluti quasdam haberent purpuræ. Glossæ: *angusticlavia*, ψαχόπορφος. *Idem.*

2. *Et cum hirta chlamide.*] *Et* particula abest veteri editioni: Scribendum, *Hic tam exiguis vestibus usus est, ut vix & tunica ejus aliquid purpuræ haberet: cum hirta chlamide humeros velaret.* Ut & Græcorum, μὴ μέλαν & γράφειν, *cum atramento scribere.* sic cum hirta chlamide *humeros velare.* Idem.

3. *Hirta chlamyde humeros velaret.*] Vide Lampridium in Alexandro. *Casaubonus.*

4. *Leguminis patrii avidus.*] Non certam leguminis speciem, ut cicer Punicum, sed diversas intelligo: quæ soliti Severo mittere quotannis Leptitani, & alii Tripolitani cum oleo & frumento. *Idem.*

5. *Ipse decorus, ipse ingens.*] Legendum ex Palatino: *Ipse decorus, ingens, promissa barba, cano capite & crispo.* Salmasius.

6. *Apud Ælium Maurum Phlegontis Tralliani libertum.*] In Palatino: *Phlegontis Adriani libertum.* Phlegon hic quidem Adriani imperatoris fuit libertus: qui, ut videtur, Adrianus etiam vocatus est ex patroni nomine. Forte scriptum fuit: *Apud Ælium Maurum Phlegontis Hadriani liberti libertum.* Idem.

7. *Septimium Severum moderatissime cum moreretur lætatum.*] Reponenda est omnium scriptorum Codicum lectio: *Immoderatissime cum moreretur lætatum.* Non parum autem, nec modice lætatus est Severus cum moreretur, quod duos Antoninos pari imperio reip relinqueret: exemplo Pii qui Verum & Marcum Antoninos reliquerat. atque eo quidem majore gaudio afficiebatur, quod illi Antonini per adoptionem Pii erant: hic autem relinquebat Antoninos ex se genitos. *Idem.*

8. *Moderatissimè cùm moreretur lætatum.*] Regius & Puteani, *immoderatissimè.* Casaub.

Immoderatissimè cùm moreretur lætatum.] Sic etiam exemplar Pal. non *moderatissimè*, ut vulgg. *Gent.*

reipub. relinqueret, exemplo Pii, qui Verum & Marcum Antoninos per adoptionem filios reipub. reliquit: hoc meliùs, quòd ille filios per adoptionem, hic per se genitos, rectores Romanæ reipub. daret, [1] Antoninum scilicet Bassianum, quem ex priore matrimonio susceperat, & Getam quem de Julia genuerat. Sed illum multùm spes fefellit. Nam unum parricidium, alterum sui mores reipub. inviderunt: [2] sanctumque illud nomen in nullo diu bene mansit. [3] Et reputanti mihi, Diocletiane Auguste, [4] neminem propè magnorum virorum optimum & utilem filium reliquisse satis claret. [5] Denique aut sine liberis viri interierunt, aut tales habuerunt plerique, ut melius fuerit
21 de rebus humanis sine posteritate discedere. Et ut ordiamur à Romulo, hic nihil liberorum reliquit, nihil Numa Pom-

1. *Antoninum scilicet Bassianum quem ex priore matrimonio, &c.*] *Antoninum scilicet Bassianum quidem ex priore matrimonio susceptum & Getam de Julia genuerat.* Ita Palatinus & editio vetus. prioris autem hujus matrimonii de quo Severus Bassianum suscepit, cum ex secundo Getam sustulerit, soli Spartianus & Aurelius Victor meminere: nam Græci authores qui illa tempestate vivebant, & quibus hæc omnia ad certum nota esse potuerunt, omnes Juliam Augustam Antonini Caracalli, sicut Getæ matrem faciunt, non novercam. Dio enim aperte Caracallam filium Juliæ vocat, ubi dicit Antoninum, τὸ παιδίον, de matre habuisse. de eadem capiendum & illud saxum Romæ ad amphitheatrum:

I. O. M.
ET. JVNONI. REGINAE
PRO. SALVTE
M. AVRELII. ANTONINI
PII. AVG.
ET. JVLIAE. AVG.

Ilius Juliæ proprium fuit nomen Domna, vel cognomen potius, nam Julia Domna vocabatur. *Domnus* autem & *Domna* contractum ex *Dominus* & *Domina*, quæ & ipsa nominum propriorum vicem sunt usurpata. *Salmas.*

2. *Sanctumque illud nomen in nullo diu hæsit.*] *In nullo*, pro, in neutro. de duobus enim tantùm loquitur Antoninis, Bassiano & Geta. *Casaub.*

3. *Et reputanti mihi, Diocletiane Aug.*] Παρρησίασις eximia, quales in his scriptoribus habentur aliquot, sanè luculentæ, & lectu dignissimæ. in eandem sententiam sunt ista apud Aurelium Victorem in Caligula. Ex eo natum est proverbium, κρείσσων παιδὸς λύκος. *Idem.*

4. *Neminem propè magnorum virorum.*] Pal. *neminem facere.* pro quo lege: *neminem fere.* pro *fere.* sed *fere* & *propè*, idem valent. & fortassean sit tollendum illud *propè*, ut *fere* admittamus: *Neminem fere magnorum virorum optimum & utilem filium reliquisse satis claret.* Salmas.

5. *Denique aut sine liberis viri interierunt.*] Legendum, *sine liberis suis interierunt.* suos opponit adoptatis. *Casaub.*

Denique aut sine liberis viri interierunt.] Forte melius: *Sunt liberis veris interierunt.* Veri liberi opponuntur adoptatis; ut verus pater illi qui adoptione pater est. *Salmas.*

1. *Qui*

Pompilius quod utile posset esse reipub. Quid Camillus? num sui similes liberos habuit? Quid Scipio? Quid Catones, qui magni fuerunt? Jam verò quid de Homero, Demosthene, Virgilio, Crispo, & Terentio, Plauto, cæterisque aliis loquar? Quid de Cæsare? Quid de Tullio, cui soli melius fuerat liberos non habere? Quid de Augusto, qui nec adoptivum bonum filium habuit, quum illi eligendi potestas fuisset ex omnibus? Falsus est etiam ipse Trajanus in suo municipe ac nepote deligendo. Sed ut omittamus adoptivos, ne nobis Antonini Pius & Marcus numina Reipublicæ occurrant, veniamus ad genitos. Quid Marco felicius fuisset si Commodum non reliquisset heredem? Quid Severo Septimio, si Bassianum non genuisset? qui statim insimulatum fratrem insidiarum contra se cogitatarum, parricidiali etiam figmento interemit. [1] qui novercam, matrem quinimo, in cujus sinu Getam filium ejus occiderat, uxorem duxit: qui Papinianum juris asylum [2] & doctrinæ legalis thesaurum, quòd parricidium excusare noluisset, occidit: [3] & præfectum quidem suum, ne homini per se & per scientiam suam magno deesset & dignitas. Deniq; ut alia omittam, ex hujus moribus factum puto ut Severus tristior vir ad omnia, imò etiam crudelior, pius & dignus deorum altaribus duceretur. [4] * Qui quidem divinam Sallustii orationem qua Micipsa filios ad pacem hortatur, [5] ingravatus morbo misisse filio dicitur majori. * [6] idque frustra & hominem tantùm valetudine. Vixit

1. *Qui novercam, matrem quinimo,*] Immo veram matrem ut supra docuimus. *Idem.*

2. *Et doctrinæ legalis thesaurum*] Palatinus: *doctrinæ regalis.* perperam. *Idem.*

3. *Et præfectum quidem suum, &c.*] *Et præfectum quidem, ne homini per se & scientiam suam magno deesset & dignitas.* Ita melius legas Palatini libri authoritate. *Idem.*

4. * *Qui quidem divinam Sallustii orationem.*] Non video cur hic opus sit asterisco: non enim deest quicquam. oratio Sallustii est in Jugurthino bello. *Casaubonus.*

Qui quidem divinam Sallustii orationem.] Libri editi, *Qui quidem dimmo Sallustii orationem.* Ex quibus manifestum est multa deesse. *Salmas.*

5. *Ingravatus morbo misisse filio dicitur majori.*] Erat hic mos veterum, ut dicebamus ad Suetonii librum secundum, capite LXXXIX. Lege epistolam sextam Senecæ. *Casaub.*

6. *Idque frustra & hominem tantum*

xit denique in odio populi diu Antoninus, [1] nomenque illud sanctum ac venerabile diu, minùs amatum est: quamvis & vestimenta populo dederit, (unde *Caracallus* est dictus) & thermas magnificentissimas fecerit. Extat sanè Romæ [2] Severi porticus, gesta ejus exprimens, [3] à filio,
22 quantum plurimi docent, structa. Signa mortis ejus hæc fuerunt: Ipse somniavit quatuor aquilis & gemmato curru [4] prævolante nescio qua ingenti humana specie [5] ad cœlum se raptum, quumque raperetur, [6] octoginta & novem numeros explicuisse: ultra quot annos ne unum quidem annum vixit: nam ad imperium senex venit, quumque positus esset in circulo ingenti æreo, diu solus & destitutus stetit. Quum vereretur autem ne præceps rueret, à Jove se vocatum vidit, atque inter Antoninos locatum. Die circensium [7] quum tres victoriæ more solito essent locatæ gypseæ cum palmis, media [8] quæ ipsius nomine ascriptum orbem

valetudine, &c.] Non eò loci collocandus fuerat asteriscus, sed post vocabulum *finstra*. nam hactenus nihil vitii: sequentia corruptissima sunt: etsi non variant membranæ. *Idem.*

1. *Nomenque illud sanctum ac venerabile diu.*] *Nomenque illud venerabile diu minus amatum est.* Nam *sanctum* non comparet in vetustis membranis & editionibus. *Salmas.*

2. *Severi porticus gesta ejus exprimens.*] Herodianus libro tertio, de Severo, Τοῖς μέχρις τε τῆς νίκης ἄθλοις ἀγῶνας ἀνίθηκε γεφυρώσας. Videtur iis assentiri, qui porticum Severi ubi erant gesta ejus depicta, ab ipso, non filio fuisse structam. *Casaub.*

3. *A filio quantum plurimi docent, structa.*] Regius, venustè: *A filio, quàm plurimo decore structa.* Idem.

A filio, quantum plurimi docent, structa.] Haud aliter Pal. ut mirer exstare in Regio codice, *à filio quam plurimo decore structa.* qua scriptura cum nil sit planius, qua de causa degeneravit in illam alteram? *Grut.*

4. *Prævolante nescio qua ingenti humana specie.*] Moris est scriptoribus istas novas & mirandas species, majores humanis describere & augustiores, ut fortasse scripserit hoc loco Spartianus: *ingentiori humana specie*: vel, *quam humana specie.* Salmas.

5. *Ad cœlum se raptum.*] *Ad cœlum esse raptum.* Idem.

6. *Octoginta & novem numeros explicuisse, &c.*] Error in numero. ut ferè semper in his auctoribus. Scribendum erat, *sexaginta quinque.* Casaub.

7. *Cùm tres Victoriæ.*] Victoriarum simulacra, ut & cæterorum deorum in Circum solita inferri ad spectacula, notum ex Ovidio & Tertulliano. Tria autem tunc posita, quia totidem imperatores. Idem.

Quum tres victoriæ.] *Tres victoriolæ.* Salmas.

8. *Quæ ipsius nomine ascriptum orbem palmis tenebat.*] Delenda omnino vox, *palmis*, & legendum: *Die circensium quum tres victoriolæ more solito essent locatæ gypseæ cum palmis, media quæ ipsius nomine ascriptum orbem tenebat, de podio flans decidit.* Victoriarum igitur illa simulacra

orbem palmis tenebat, vento icta, de podio ſtans decidit, & humi conſtitit: eaque quæ Getæ nomine inſcripta erat, corruit, & omnis comminuta eſt: illa verò quæ Baſſiani titulum præferebat, amiſſa palma venti turbine vix conſtitit.' Poſt murum aut vallum miſſum in Britannia, quum ad proximam manſionem rediret, non ſolùm victor, ſed etiam in æternum pace fundata, volvens animo quid ominis ſibi occurreret, Æthiops quidam è numero militari, claræ inter ſcurras famæ, & celebratorum ſemper jocorum, cum corona è cupreſſu facta eidem occurrit. [2] Quem quum ille iratus removeri ab oculis præcepiſſet, & coloris ejus tactus omine & coronæ, dixiſſe ille dicitur joci cauſa, [3] *Totum fuiſti, totum viciſti,* [4] *jam deus eſto victor.* Et in civitatem veniens, quum rem divinam vellet facere, primùm ad Bellonæ templum ductus eſt errore aruſpicis ruſtici, deinde hoſtiæ furvæ ſunt applicitæ. Quod quum eſſet aſpernatus, atque ad Palatium ſe reciperet, negligentia miniſtrorum [5] nigræ hoſtiæ uſque ad limen domus palatinæ imperatorem ſequutæ ſunt. Sunt per plurimas civita- 23
tes opera ejus inſignia. [6] Magnum verò illud in vita ejus,
quòd

mulacra orbes manibus tenebant vel globos nomine imperatorum inſcriptos. poſtea à victoriarum ſimulacris ad ſtatuas imperatorum ipſorum traducti ſunt illi globi. fingebantur enim ſphæras in manibus tenentes. nam in numino veteri viſitur Severus orbem manu tenens. *Idem.*

1. *Poſt murum apud vallum miſſum.*] Lege ut ſupra correximus: *Poſt murum aut vallum miſſum.* Alii vallum, alii murum appellabant. ut omnibus ſatisfaceret Spartianus, *vallum aut murum* dixit. utut ſit, murus ille ceſpiticius fuit. nec novum eſt vocari vallum, murum ceſpiticium. *Idem.*

2. *Quem cùm ille iratus removeri ab oculis præcepiſſet.*] Omini avertendo, ſi fortè Æthiopi aliquis occurriſſet, non ſolùm removebant illum ab oculis; ſed etiam tollebant de medio, ut in auctoris caput omen malum recideret. *Caſaubonus.*

3. *Totum fuiſti, totum viciſti.*] *Totum*, pro omnia. ut paullò antè, *Omnia fui.* ſed amavit poſterior ætas *totum* dicere potiùs quàm *omnia.* Zeno Veronenſis in pſalmum cxxx. *Propheta modeſtus, totum poteſt: à toto diſſimulat.* Idem.

Totum fuiſti, totum viciſti, jam Deus eſto victor.] *Totum* pro *omnia.* ſic *toti* pro *omnes* apud Senecam. *Salmaſ.*

4. *Jam deus eſto victor.*] Omen malum in voce *deus.* nam imperatores non fiebant divi niſi mortui. Veſpaſiani morientis vox fuit: *ut puto deus fio.* Caſaub.

5. *Nigræ hoſtiæ uſque ad limen domus Palatinæ imperatorem ſequutæ ſunt.*] *Ejuſque ad limen domus.* Pal. lege: *Nigræ hoſtiæ & uſque ad limen domus imperatorem ſequutæ ſunt.* Salmaſ.

6. *Magnum verò illud in civitate ejus.*]

Reg.

quòd Romæ omnes ædes publicas, quæ vitio temporum labebantur, instauravit, nusquam propè suo nomine ascripto, servatis tamen ubique titulis conditorum. Moriens septem annorum canonem, [1] ita ut quotidiana septuaginta quinque millia modiorum expendi possent, reliquit: olei verò tantum ut per quinquennium non solùm urbis usibus, [2] sed & totius Italiæ quæ oleo egeret, sufficeret. Ultima verba ejus dicuntur hæc fuisse: *Turbatam Rempub. ubique accepi, pacatam etiam Britannis relinquo, senex & pedibus æger, firmum imperium Antoninis meis relinquens, si boni erunt; imbecillum, si mali.* Jussit deinde signum tribuno dari, *Laboremus*: [3] quia Pertinax quando in imperium adscitus est, signum dederat, *Militemus*. [4] Fortunam deinde regiam quæ comi-

Reg. *in civitate est.* ὁ νῦς, illud ejus magnum est in civitate. *Casaub.*

Magnum vero illud in civitate ejus.] Sine dubio scribendum: *Magnum vero illud in vita ejus quod ædes publicas, &c.* Magnum enim revera illud in vita Severi, quod cum plurima ædificia publica temporis vetustate labentia refeciss., nusquam suum nomen adscripserit, sed fere ubique veteres authorum titulos servaverit. *Salmas.*

1. *Ita ut septuaginta quinque millia modiorum expendi possent.*] Scribendum, *septuagena quina millia modiûm.* Et est singularis in Romana historia locus hic: ex quo de multitudine turbæ frumentariæ conjecturam facere possumus. Constat in modio Romano chœnices fuisse octo: quæ legitima mensura est homini in diem alendo necessaria. quare nemo negaverit esse admodum simile veri, quod ponit vir maximus Guilielmus Budæus: tesseras frumentarias quæ singulis dividerentur, chœnicarias fuisse. neque interest quicquam sive confectus panis donaretur, sive ad panem farina. Hac igitur ratione colligimus, turbam frumentantem, quæ quotidianum demensum de publico accipiebat, ad sexies centena millia accessisse. Quanta igitur universorum civium multitudo? nam frumento publico plebs tantùm & milites alebantur; certè civium tenuissimi quique solùm. Quid hodie Sol videt cum hac veteris Romæ amplitudine comparandum? *Casaub.*

Ita ut septuagena quinque millia modiorum, &c.] Palatinus subscribit vulgatis, habetque *septuaginta*. Grut.

2. *Sed & totius Italiæ quæ oleo egeret.*] *Quæ oleo eget*, ex Palatino. nam tota fere Italia eget oleo. *Salmas.*

3. *Quia Pertinax quando in imperium adscitus est, signum dederat, Militemus.*] Vide Θεοτρχίαν optimi scriptoris. nam quare hujus rei caussam petemus ab exemplo Pertinacis, potiùs quàm à natura & ingenio Severi? quem virum constat fuisse vehementem, rebus agendis intentum, & semper serium. inde est quòd & morti propinquus signum dat, LABOREMVS. Dio sic narrat, aliter paullò, & meliùs: Τὸ σύμπαν ἅπαν ἐπιτηδεῖον ἐχόμενος, ὡς καὶ ἀπολυόμενος ἀναφθέγξατο, ΑΓΕΤΕ, ΔΟΤΕ ΕΙ ΤΙ ΠΡΑΞΑΙ ΕΧΟΜΕΝ. *Casaub.*

4. *Fortunam deinde regiam.*] De hac Capitolinus in Antonino Pio, & Marco Antonino. *Idem.*

1. *Sed*

comitari principes & in cubiculis poni solebat, geminare statuerat, ut sacratissimum simulacrum utrique relinqueret filiorum. [1] Sed quum videret se perurgeri sub hora mortis, jussisse fertur ut alternis diebus apud filios imperatores in cubiculis Fortuna poneretur. Quod Bassianus priùs contempsit quàm faceret parricidium. Corpus ejus 24
à Britannia Romam usque cum magna provincialium reverentia susceptum est: [2] quanvis aliqui urnulam auream tantùm fuisse dicant, Severi reliquias continentem, [3] eandemque Antoninorum sepulcro illatam, [4] quum Septimius Pertinax Severus illic ubi vita functus est, esset incensus. [5] Quum Septizonium faceret, nihil aliud cogitavit quàm ut ex Africa venientibus suum opus occurreret: [6] & nisi absente eo [7] per præfectum urbis medium simulacrum ejus esset locatum, aditum palatinis ædibus, id est

1. *Sed quum videret se perurgeri sub horam mortis.*] Vetus editio cum Palatino: *sub hora mortis*, quod est usitatius. sic apud Cyprianum: *sub ictu mortis*, hoc est sub momento & puncto moriendi. *Salmas.*

2. *Quanvis aliqui urnulam auream tantùm fuisse dicant.*] Certum hoc, si quid in historia certum. nam cur Dioni qui vidisse potuit, imò ut senator, debuit, fidem non habeamus? ille sic narrat: corpus Severi, inibi fuisse incensum, ubi erat mortuus, filiis pyram accendentibus: post ossilegium reliquias in urnam fuisse conjectas, quæ esset è marmore porphyrite: ita Romam advectas, & monumento Antoninorum esse illatas. *Casaub.*

3. *Eandemque Antoninorum sepulcro illatam.*] Jam diximus ex Dione, εἰς τὸ Ἀντωνίνων ἀνατεθῆ. Spartianus in Geta: *Illatus est majorum sepulcro, hoc est, Severi; quod est in Appia via euntibus ad portam dextrum specie Septizonii exstructum, quod sibi ille vivus ornaverat.* ut constet sibi Spartianus, necessariò dicendum, & Antoninorum sepulcrum & Severi Septizonium ejusdem mausolei partes fuisse: quod Herodianus communi & generali appellatione Monumenta imperatoria nominavit. *Idem.*

4. *Quum Septimius Pertinax Severus*] *Cum Septimius illic ubi vita functus est.* Reliqua nomina absunt veteri libro. quorsum enim attinuit nomen Pertinacis ponere, quod Severus usque ad finem non retinuit? sed ut sponte assumpserat, sponte deposuit, & sic postea appellari noluit, propter omen nominis, ut supra ostendimus. sic in Nigro, *Septimium* tantum vocat, *Severum*. Salmasius.

5. *Quum Septizonium faceret.*] *Septizodium* pro *Septizonium*, hoc scriptum exhibent veteres. & ita etiam repperit scriptum in scriptis Eusebii Codicibus illustris Scaliger. Vide ipsum in animadversionibus Eusebianis. *Idem.*

6. *Et nisi absente eo.*] Pro, *nisi absente se*. Idem.

7. *Per Præfectum Urbis medium simulacrum ejus esset locatum.*] Semel enim dedicatum simulacrum religio erat movere: quare mutari forma hujus ædificii non potuit: cùm manente simulacro eodem loci, manere & forma ædis eadem necessariò deberet. *Casaub.*

1. *Quum*

est regium atrium, ab ea parte facere voluisse perhibetur: quod etiam pòst Alexander quum vellet facere, ab aruspicibus dicitur esse prohibitus, [1] quum hoc scisciatus non litasset.

1. *Quum hoc scisciatus non litasset.*] *Cum hoc scisciatus non litasset.* Salmas.

[1]ÆLII SPARTIANI PESCENNIUS NIGER, AD DIOCLETIANUM AUG.

[1] RARUM atque difficile est ut [2] quos tyrannos aliorum victoria fecerit, bene mittantur in literas: atque ideo vix omnia de his plenè in monumentis atque annalibus habentur. [3] Primùm enim [4] quæ magna sunt, in eorum honorem ab scriptoribus depravantur, deinde alia supprimuntur: postremò non magna diligentia in eorum genere ac vita requiritur, quum satis sit audaciam eorum & bellum in quo victi fuerint, ac pœnam, proferre. PESCENNIUS ergo NIGER, ut alii tradunt, modicis parentibus; ut alii, nobilibus fuisse dicitur, patre

1. ÆLII SPARTIANI.] Non abest suspicio, & hanc Nigri, & eam quæ sequitur Albini vitam, ab eodem auctore scriptam. illa tamen Capitolino, hæc constanter in omnibus libris Spartiano tribuitur. *Casaub.*

2. *Quos tyrannos aliorum victoria fecerit.*] Nam semper in hujusmodi bellis ducum Romanorum, is princeps legitimus habitus, qui aliorum victor extitisset: & ut eleganter ait Spartianus, non sua facta istos, sed aliena victoria efficiebat tyrannos. Procopius verissimè: Πᾶσα πρᾶξις πίφυκεν ἀεὶ τοῖς ἀνθρώποις ὧν ἢ κρίσις ἐξῆς ὀνομάζεται. *Idem.*

3. *Primùm enim quæ magna, &c.*] Distinguendum fuit, *Primùm enim quæ magna sunt in eorum honorem, ab scriptoribus depravantur.* Idem.

Primum enim quæ magna sunt, in eorum honorem.] Legamus: *Primum enim quæ magna sunt, in eorum horrorem ab scriptoribus depravantur, alia supprimuntur.* quod indubitate verum. Nam quæ magna sunt in vita tyrannorum, in eorum horrorem depravantur, & supprimuntur. in horrorem, hoc est σιχασίαν. *horrere aliquem,* σιχαίνειν. *Horridus,* σιχαστός, odio & fastidio dignus. in odium igitur Tyrannorum supprimuntur eorum præclara facta, & quæ magna sunt depravantur. atque hic est hujus loci sensus & lectio. *Salmas.*

4. *Quæ magna sunt, in eorum honorem ab scriptoribus depravantur.*] Quid mirum, idem fieri solet à Senatu. Dio Cassius lib. XLVIII. *Grut.*

1. Ex

patre Anno Fusco, matre Lampridia, avo curatore Aquini, [1] ex qua familia originem ducebat: quod quidem dubium etiam nunc habetur. [2] Hic eruditus mediocribus literis, moribus ferox, [3] divitiis etiam modicus, vita parcus, libidinis effrenatæ ad omne genus cupiditatum, ordines diu duxit, multisque ducatibus pervenit ut exercitus Syriacos jussu Commodi regeret, suffragio maximè [4] athletæ qui Commodum strangulavit, ut omnia tunc fiebant. Is postcaquam comperit occisum Commodum, Ju- 2
lianum imperatorem appellatum, eumdemque jussu Severi & senatus occisum, [5] Albinum etiam in Gallia sumpsisse nomen imperatoris, ab exercitibus Syriacis, quos regebat, appellatus est imperator, ut quidam dicunt, magis in Juliani odium quàm in æmulationem Severi. Huic ob detestationem Juliani primis imperii diebus [6] ita Romæ fautum est [7] à senatoribus duntaxat, qui & Severum oderant, ut inter lapidationes execrationesque omnium [8] illi feliciter optarent, [9] illum principem insuper, & illum Augustum populus acclamaret. Julianum autem oderant populares

1. *Ex qua familia originem ducebat.*] Oratio est hiulca. Lego, *ex equestri fam. origin. duceb.* Dio, *ἐκ τοῦ ἱππικοῦ γένους ἦν.* *Casaub.*

Ex qua familia originem ducebat.] Compendiosè & per notas scriptum fuit; *ex eque. familia*, pro ex equestri familia. legi etiam posset; *ex eq. or. familia*, hoc est, *ex equest. ordinis familia.* Salmas.

2. *Hic eruditus mediocribus litteris.*] *Hic erud tus mediocriter.* ita legitur in Palat. *Idem.*

3. *Divitiis etiam modicus, vita parcus.*] Iidem libri: *Divitiis immodicus, vita parcus.* Idem.

4. *Athletæ qui Commodum strangulavit.*] Narcissi. *Casaub.*

5. *Albinum etiam in Gallia sumpsisse nomen imperatoris.*] Palat. *sumpsisse nomen ejus imperatoris.* an, *nomen & jus imperatoris?* Salmas.

6. *Ita Roma fautum est.*] Respicit illas populi Romani in circo acclamationes, quibus Pescennium vindicem Pertinacis optare se significabant. Lege Dionem in Juliano. *Favere* verbum theatrorum & Circi. *Casaub.*

7. *A senatoribus duntaxat qui & Severum oderant.*] Qui & Julianum & Severum oderant. nam & Severus habuit qui sibi faverent. *Idem.*

8. *Illi feliciter optarent.*] *Illi feliciter optaretur.* Salmas.

9. *Illum principem insuper & illum Augustum populus acclamaret.*] Optimus liber Palatinæ: ut & vetus editio: *Illum principem superi, & illum Augustum, populus acclamaret.* hoc enim ex acclamationibus populi sumptum, quæ sic videntur pro Nigro fuisse conceptæ: *Pescennio Nigro feliciter: illum principem superi, illum Augustum:* subaudi, *nobis dent.* de qua lectione neminem dubitaturum esse confido. *Idem.*

1. *A pri-*

pulares quòd Pertinacem milites occidissent, & illum imperatorem adversa populi voluntate appellassent. Denique ingentes ob hoc seditiones fuerunt. Ad occidendum autem Nigrum, primipilarem Julianus misérat, stultè ad eum qui haberet exercitus, & se tueri posset: perinde quasi quilibet imperator [1] à primipilario posset occidi. Eadem autem dementia etiam Severo jam principi Julianus successorem misérat. Denique etiam Aquilium centurionem, notum cædibus ducum misérat, quasi imperator tantus à centurione posset occidi. Par denique insania fuit quòd [2] cum Severo ex interdicto de imperio egisse fertur, [3] ut
3 jure videretur ad principatum perveniisse. Et de Pescennio Nigro judicium populi ex eo apparuit, [4] quòd quum ludos Circenses Julianus Romæ daret, [5] & indiscretè subsellia Circi maximi repleta essent, ingentique injuria populus affectus esset, per omnes uno consensu Pescennius Niger ad tutelam urbis est expetitus, odio (ut diximus) Juliani & amore occisi Pertinacis: [6] cui quidem Julianus dixisse fertur, *Nec sibi neque Pescennio longum imperium deberi,*

1. *A primipilario posset occidi.*] Primipilarius hèic, ut in vita Juliani. tribus tamen abhinc verbis *primipilarem* vocavit. *Idem.*

2. *Cum Severo ex interdicto de imperio egisse fertur.*] Ordinarii juris apud Romanos remedia erant duo, Actiones, & Interdicta. Julianus imperii possessionem voluit tueri ex interdicto Uti possidetis. De interdictis doctè Jacobus Cujacius Observationum libro v. capite XVII. *Casaub.*

3. *Ut jure videretur ad imperium pervenisse.*] Longe melius, in Palatino: *Ut jure videretur imperium præveniisse.* Quod elegantissime dictum. ex interdicto de imperio agebat Julianus cum Severo, & suam meliorem conditionem dicebat, quasi qui prior occupasset. nam *prævenire imperium* dicitur qui prior ad imperium venit. Sic dixit Vopiscus in Floriano, *convivia prævenire*, hoc est ad convivia venire temporius, & ea celebrare non hora omnibus consueta, ut solebant luxurioti homines. *Salmas.*

4. *Quod cum ludos circenses Julianus Romæ daret, &c.*] Sic eandem rem narrat in Juliano: *Inde ad circenses spectaculum itum est:* pro ad ludos circenses spectandos itum est; non pro loco ubi eduntur Circensia spectacula. *Idem.*

5. *Et indiscrete subsellia circi maximi repleta essent.*] Idem in Juliano: *Sed occupatis indifferenter omnium subselliis.* Idem.

6. *Cui quidem Julianus dixisse fertur.*] Scribe, *cùm quidem. ὅτι τῷ.* sic sæpe. *Casaub.*

Cui quidem.] Reponendum ex Palatino: *cum quidem.* Salmas.

Cùm quidem Julianus dixisse fertur, &c.] Sic etiam Pal. noster, non ut vulgg. *cui quidem.* Grut.

7. *Odio*

beri, sed Severo qui magis esset [1] *odio habendus à senatoribus, militibus, provincialibus, popularibus:* quod probavit rei eventus. Et Pescennius quidem Severo eo tempore quo Lugdunensem provinciam regebat, amicissimus fuit: nam ipse missus erat ad comprehendendos desertores qui innumeri Gallias tunc vexabant. In quo officio quòd se honestè gessit, [2] jucundissimum fuit Severo, ita ut de eo [3] ad Commodum Septimius referret, asserens necessarium reip. virum. Et re vera in re militari vehemens fuit. [4] Nunquam sub eo miles provinciali lignum, oleum, operam extorsit. ipse à milite nihil accepit: quum tribunatus ageret, nihil accipi passus est. [5] Nam & imperator [6] tribunos duos quos constitit [7] stellaturas accepisse, lapidibus obrui ab auxiliaribus

1. *Odio habendus à senatoribus, militibus, provincialibus, popularibus.*] Per hos universum imperium Romanum intelligebant. Senatores & populares, hoc est senatus & populus Romæ duntaxat. provinciales omnes extra Romam populos. Tum per senatores, proceres & nobilitatem intelligebant; per populares vero, infimam & minutam plebem. *Salmas.*

2. *Jucundissimum fuit Severo.*] Omnino velim scribi: *Jucundissimus fuit Severo.* De Pescennio enim sermo, quem ait jucundissimum ideo Severo fuisse quod honestè se gessisset in officio sibi demandato. *Idem.*

3. *Ad Commodum Septimius referret.*] Sic supra in Severo, *Septimium* dixit: *Quum Septimius illic ubi vita functus est, esset incensus.* Idem.

4. *Nunquam sub eo miles provinciali lignum, &c.*] Malim, *provinciali sal, lignum, &c.* Vopiscus in Aureliano: *Oleum, sal, lignum nemo exigat: annona sua contentus sit.* Casaub.

5. *Nam & imperator tribunos duos.*] Scribe: *Nam & imperator jam tribunos duos, quos constitit stellaturas accepisse, lapidibus obrui jussit.* Salmas.

6. *Tribunos duos, quos constitit stellaturas accepisse.*] Non à provincialibus, sed à militibus exigebant tribuni stellaturas. Lampridius in Alexandro: *Annonam militum diligenter inspexit: tribunos qui per stellaturas aliquid tulissent, capitali pœna affecit.* Ex lege tricesima Codicis Theod. De erogatione militaris annonæ, & lege XII. Cod. Justin. eodem titulo, constat, solitos tribunos in exercitus sui transitu emolumenti aliquid facere per occasionem erogationis annonæ, quod cùm adeò improbarint Pescennius & Alexander Severus, ut stellaturas exigentes tribunos capitali pœna affecerint; posteriores tamen imperatores non tulerunt solùm, sed palam etiam probarunt. *Casaub.*

7. *Stellaturas accepisse.*] Quæsivere, & frustra quidem, viri docti quid essent *stellaturæ*, & unde illis nomen. Sciendum igitur stellaturam & stellionaturam vel stellionatum, idem omnino esse. *stellionatus* exponitur in veteribus Glossis ἀπάτοις & πανουργία. *impostura, stellionatus.* ἀπάτης. *stellionator, impostor.* imposturæ igitur *stellionaturæ* sunt, sed & *stellaturæ* & *stellator* & *stellionator* idem. improbos etiam & impostores versutosque homines & versatiles, quos ποικίλους & ποικιλοτρόπους Græci vocant, stelliones Latini vocarunt & stellionatores. Nam

liaribus jussit. Extat epistola Severi [1] quam scribit [2] ad Rogonium Celsum Gallias regentem: *Miserum est ut imitari ejus disciplinam militarem non posimus, quem bello vicimus. Milites tui vagantur, tribuni medio die lavant, pro tricliniis popinas habent,* [3] *pro cubiculis, meritoria:* [4] *saltant, bibunt, cantant,* [5] *& mensuris conviviorum vacant quum sine mensura potent.* [6] *Hæc si ulla vena paternæ disciplinæ in nobis viveret, fierent?* [7] *Emenda igitur*

stellio est πανθήρ & ἐπιθήτης, ab illis maculis quibus tanquam stellis variatus est stellio. Ovidius:

——— *aptumque colori*
Nomen habet variis stellatus corpora guttis.

Ab illa inquam varietate & stellatura homines impostores & versuti, *stellatores* dicti & *stellionatores*, quos Homerus πολύτροπος vocavit. & nota est in pisce qui πολύπους dicitur, varietas maculosa qua tergum ejus stellatum est. Aldelmus egregius auceps antiquarum vocum, *stellas* pro impostoris posuit. unde verbum *stellare*: quod est stellis variare, & variegare. atque inde *stellaturæ*. & *per stellaturas accipere*, hoc est per fraudes & impostoras, & κακουργίαν. & fortassean heic melius legatur, *per stellaturas accepisse* quam *stellaturas*, ut in Alexandro Severo *per stellaturas ferre*. solebant autem tribuni militibus commeatum dare, aut muneris vacationem, accepta ab iisdem pecunia de eorum stipendiis. *stellaturam* hoc dicebant, & *per stellaturam accipere*, ut Justinianus in eadem re *per fraudem*. Salmas.

1. *Quam scribit ad Rogonium Celsum.*] Vet. ed. *ad Ragonium Celsum.* rectè. *Idem.*

2. *Ad Ragonium Celsum.*] Ita expressérat Palatinus, & præferendum profectò illi hactenus recepto *Rogemo*. videantur modò Inscriptiones nostræ paginâ CCCCLXII. 1. *Grut.*

3. *Pro cubiculis meritoria.*] Vopiscus in Tacito, *Meritoria intra urbem stare vetuit*. Ubi de hac voce nonnihil. *Casaub.*

4. *Saltant, bibunt, cantant.*] Palatinus legit: *saltant, vivent, cantant*. aliquod aliud verbum excogitandum est quod pro illo *vivent* supponamus. nam *bibunt*, non convenit. divinent acutiores. *Salmas.*

5. *Et mensuris conviviorum vacant.*] Ambrosius sermone sexto, de margaritis: *Unum scio; quòd si quis illa die honoratus aut dives ob natalem filii sui ad decimum usque miliarium ad prandium rogavisset, propter accuratas epulas, & inæquales mensuras absque dubio vos usuros fuisse.* Casaub.

Et mensuris conviviorum vacant cum sine mensura potent.] Palat. *Et mensuras conviviorum vocat cum hoc sine mensura potant.* Ex quo scribimus; *Et mensuras conviviorum vocant hoc, sine mensura potare.* Et hoc, inquit, vocant mensuras conviviorum, sine mensura potare. mensuræ autem conviviorum sunt pocula & calices qui ebibuntur, triunces, & septunces & ejusmodi mensuræ: ut Græcis μίτρης. *Salmas.*

6. *Hæc si ulla vena paternæ disciplinæ in nobis viveret?*] Persius:

Hæc fierent, si testiculi vena ulla paterni
Viveret in nobis?

Casaub.

7. *Emenda militem: quem quamdiu timueris, &c.*] Hæc verba efficiunt sententiam mihi suspectam. aliter membranæ & veteres editiones: *Emenda militem quem quamdiu timueris, tamdiu timebis.* Primo aspectu videtur sensu carere. Optima tamen lectio, quæ & optimum habet sensum: *Quamdiu*, inquit, *militem timueris, tamdiu timebis*, non militem, sed omnia. hoc est, semper in metu eris. non enim ille audeat militibus fidere, aut quicquam iis credere qui eos

igitur primùm tribunos, deinde militem: [1] *quem quamdiu timueris, tamdiu non timeberis. Sed scias id de Nigro, militem timere non posse, nisi integri fuerint tribuni & duces militum.* [2] Hæc de 4
Pescennio Severus Augustus, adhuc milite. Marcus etiam Antoninus ad Cornelium Balbum: *Pescennium mihi laudas, agnosco: nam & decessor tuus eum manu strenuum, vita gravem, & jam tum plusquam militem dixit. Itaque misi literas recitandas ad signa, quibus eum trecentis Armenicis, & centum Sarmatis, & mille nostris præesse jussi. Tuum est ostendere hominem non ambitione (quod nostris non convenit moribus) sed virtute venisse ad eum locum, quem avus meus Adrianus, quem Trajanus proavus non nisi exploratissimis dabat.* De hoc eodem Commodus, *Pescennium fortem virum novi, & ei tribunatus jam duos dedi:* [3] *ducatum mox dabo,* [4] *ubi per senectutem* [5] *Ælius Corduenus rempublic. recusaverit.* Hæc de eo judicia omnium fuerunt. Sed & Severus ipse sæpe dixit, ignoturum se Pescennio nisi perseveraret. A Commodo denique Pescennius cos. declaratus, Severo præpositus est: & quidem irato quòd primipilaribus commendantibus, consulatum Niger

eos habet parum emendatos, & qui ducem suum & disciplinam non timeant: immo quos ipse dux timet. nunquam igitur erit securus aut animi fidens adversus hostes qui suos timuerit milites. *Salmas.*

1. *Quem quamdiu timebis, tamdiu non timeberis.*] Vulcatius in Cassio, *Metuitque timeri quia non timuit.* Casaub.

2. *Hæc de Pescennio Severus Augustus adhuc milite.*] Ridicula lectio: nam Severus post mortem Pescennii hæc scripsit: deest sine dubio aliquid. Scribendum enim est: *Hæc de Pesc. Sev. Augustus. De eodem adhuc milite Marcus etiam Ant.* Idem.

Hæc de Pescennio Severus Augustus adhuc milite. Marcus etiam.] Facile fuit videre lectionem hanc minime cohærere. Sed minima mutatione sic veram lectionem possumus restituere: *Hæc de Pescennio Severus Augusto; adhuc milite Marcus etiam Antoninus ad Cornelium Balbum.* Pescennium enim jam Augustum vicit Severus, & de ejus disciplina loquitur quem vicit, ut doleat victorem victi imperatoris disciplinam in regendis militibus imitari non posse. *Salmas.*

3. *Ducatum mox dabo.*] Ducatus ordinum, via est ad tribunatum. Vopiscus in Probo: *Cùm ordines honestissimè duxisset, tribunatum est adeptus.* Et passim alibi tribunatus est infra ducatum, & supra tribunum dux: legionis nempe, vel limitis. *Casaub.*

4. *Ubi per senectutem Ælius Corduenus rempublicam recusaverit.*] Corduenus rempublicam recusare heic dicitur, quam propter senectutem non posset amplius administrare sic eleganter Tertullianus dixit recusari annos à serpente, quæ senectutem cum superficie exuit. *Salmas.*

5. *Ælius Corduenus.*] Scripti, *Ælius Cordianus.* Casaub.

Niger mereretur. In vita sua Severus dicit, se priusquam filii sui id ætatis haberent ut imperare possent, ægrotantem id in animo habuisse, ut, siquid fortè sibi accidisset, [1] Niger Pescennius eidem & Clodius Albinus succederent, qui ambo Severo gravissimi hostes extiterunt. Unde apparet quod etiam Severi de Pescennio judicium fuerit. [2] Si Severo credimus, fuit gloriæ cupidus Niger, vita fictus, moribus turpis, ætatis provectæ quum imperium invasit: ex quo cupiditates ejus incusat, [3] perinde quasi Severus minor ad imperium venerit, qui annos suos contrahit, [4] quum decem & octo annis imperarit [5] & octogesimo nono perierit. [6] Sanè Severus Heraclium [7] ad obtinendam Bithyniam misit: [8] Fulvium autem ad occupandos adultos Nigri filios: nec tamen in senatu quicquam de Nigro Severus dixit, quum jam audisset de ejus imperio, ipse autem proficisceretur ad componendum Orientis statum. Tantùm sanè illud fecit proficiscens ut legiones ad Africam mitteret, ne eam Pescennius occuparet, & fame populum Romanum perurgeret. [9] Et videbatur id facere posse per Libyam

1. *Niger Pescennius eidem.*] Pro, sibi. *Idem.*

Niger Pescennius eidem.] *Eidem* pro *sibi.* at Palatin. *eodem.* pro *eidem.* & *nullo* pro *nulli*: *eo* pro *ei*, *&c.* Salmasius.

2. *Si Severo credimus, fuit gloriæ cupidus Niger.*] Censeo Severo credendum, si bene hosti creditur de hoste. *Idem.*

3. *Perinde quasi Severus.*] *Proinde quasi Severus.* Idem.

4. *Quum decem & octo annis imperarit.*] *Quum decem & octo annis imperavit & octogesimo nono periit.* Ita Palatinus, cum veteri editione. *Idem.*

5. *Et octogesimo nono perierit.*] Falsum: vide ad librum superiorem. *Casaubonus.*

6. *Sane Severus Heraclium ad obtinendam Bithyniam misit.*] In vita Severi; Heraclitum pro Heraclio nominat; & Britanniam pro Bithynia. sed ex hoc loco ille corrigendus est. *Bithynia* enim verum est, non *Britannia: sed eos ipsos pertimescens de quibus recte judicabat, Heraclitum ad obtinendas Bithynias, Plautianum ad occupandos Nigri liberos misit.* Paulo post enim in eadem vita scribit quem successum habuerit utraque legatio. nam Nigri quidem liberos cepit, qui ad illam rem missus est & adduxit. Bithyniam vero occupare non potuit Heraclius, Byzantium jam tenente Nigro. *Salmas.*

7. *Ad obtinendam Bithyniam.*] Vel *Britanniam.* ut libro superiore legitur. *Casaub.*

8. *Fulvium autem.*] Fulvium Plautianum. *Idem.*

9. *Et videbatur id facere posse, &c.*] Palatinus: *Videbatur autem id facere posse, &c.* Idem in Severo. *Salmasius.*

1. *Diss-*

byam Ægyptumque vicinas Africæ, [1] difficili licet itinere ac navigatione. Et Pescennius quidem veniente ad Orientem Severo, Græciam, Thracias, & Macedoniam, interfectis multis illustribus viris, tenebat, ad participatum imperii Severum vocans: à quo, causa eorum quos occiderat, cum Æmiliano hostis est appellatus: deinde à ducibus Severi per Æmilianum pugnans victus est. Et quum illi tutum exilium promitteret si ab armis recederet, persistens iterum pugnavit, & victus est, atque apud Cyzicum circa paludem fugiens sauciatus, [2] & sic ad Severum deductus, atque statim mortuus. [3] Hujus caput 6 circumlatum pilo Romam missum, filii occisi, necata uxor, patrimonium publicatum, familia omnis extincta. Sed hæc omnia posteaquam de Albini rebellione cognitum est, facta sunt: nam priùs & filios Nigri & matrem in exilium miserat. [4] Sed exarsit secundo civili bello, imò etiam tertio, & factus est durior. Tunc etiam innumeros senatores interemit Severus, & ab aliis *Syllæ Punici*, ab aliis *Marii* nomen accepit. Fuit statura Pescennius prolixa, forma decorus, [5] capillo in verticem ad gratiam reflexo,

[1] vocis

1. *Difficili licet itinere ac navigatione.*] Hæreo in hac periodo. Videtur sententia postulare ut legatur: *Difficilia faciens itinera ac navigationes.* Sed cogitandum amplius. *Casaub.*

Difficili licet itinere & navigatione.] Sensus est; Severum cum metueret ne Africam Pescennius occuparet, ad eam legiones misisse. id autem posse videbatur facere Pescennius, ut Africam scilicet occuparet, per Libyam & Ægyptum, quæ vicinæ sunt Africæ, quamvis iter sit difficile, nec admodum facilis navigatio. id est quamvis & mari & terra difficile sit iter per Ægyptum & Libyam ad occupandam Africam, tamen id facere posse videbatur. arduum enim & difficile id erat, non autem impossibile prorsus, ideoque ne id faceret metuebat Severus. illa igitur verba, *Difficili licet itinere ac navigatione*, ita capienda sunt ac si dixisset, *licet sit iter difficile ac navigatio.* iter & navigationem opponit, cum illud terra, hæc mari fiat. *Salmas.*

2. *Et sic ad Severum deductus.*] *Et sic ad Severum adductus.* Palatinus & editio vetus. *Idem.*

3. *Hujus caput circumlatum pilo Romam missum.*] Imò Byzantium, non Romam. Dio, Τοῦ κεφαλοῦ ὁ Σεβῆρος ἐς τὸ Βυζάντιον πέμψας, ἀνεσκολόπισεν, ἵν' ἰδόντες αὐτὸν οἱ Βυζάντιοι εἰδῶσι. *Casaub.*

4. *Sed exarsit secundo civili bello, imò etiam tertio.*] Primum bellum contra Julianum, alterum contra Pescennium, tertium contra Albinum: sed multi non tria, verùm duo solùm bella civilia à Severo gesta scripserunt: quia bellum primum, nihil habuit bellici. *Idem.*

5. *Capillo in verticem ad gratiam reflexo.*]

[1] vocis canoræ, ita ut in campo loquens per mille passus audiretur, nisi ventus adversaretur: [2] oris verecundi & semper rubidi: cervice adeò nigra, vt quemadmodum multi dicunt, ab ea *Nigri* nomen acceperit. Cætera corporis parte candidus & magis pinguis: vini avidus, cibi parcus, rei venereæ nisi ad procreandos liberos prorsus ignarus. [3] Denique etiam sacra quædam in Gallia quæ castissimis decernuntur, consensu publico celebranda suscepit. [4] Hunc in Commodianis hortis, in porticu curva, [5] pictum de musivo inter Commodi amicissimos videmus sacra Isidis ferentem.

xo.] De capillo flexo reflexoque diximus satis in Pertinace. *reflexus* autem *capillus* opponitur prolixo & prolicino. *Salmas.*

1. *Vocis canoræ.*] Sic de Severo: *canorus voce.* Idem.

2. *Oris verecundi & semper rubidi.*] Quibus os rubebat, pro modestis & ingenuis habebantur apud veteres, & *oris probi* dicebantur. illis igitur verecundum os esse dicebatur, quibus rubebat: & qui multum sanguinis in ore habebant, illi modesti, illi probi audiebant. Plinius epist lib. 1. epist. XIV. ita Horatius verecundum colorem vocavit, τὸ ἐρυθρόν. pallidos autem & mali coloris homines impudentes fere, & invercundos ducebant, dicebantque, nisi si pallor ille ex studiorum contentione contractus videretur. atque inde vox ἀχρωμος & ἄχρους, impudentem Græcis designat & improbum: quæ non solum ad homines sed etiam ad res extensa est. *Idem.*

3. *Denique sacra quædam in Gallia quæ castissimis decernuntur.*] Hæc est omnium librorum lectio: quod eò testatum voluimus, quia scimus viros doctissimos nodum hic in sirpo quæsisse. initiò libri dictum est, Pescennium à Commodo in Galliam aliquando missum. *Casaub.*

4. *Hunc in Commodianis hortis.*] Neque in antiquis Urbis descriptionibus, neque usquam alibi hos invenio. *Idem.*

Hunc in Commodianis hortis in porticu curva.] *Porticum curvam* interpretor concameratam, & in camera porticus illius pictum de musivo Commodum cum reliquis amicis Isidis sacra ferentem fuisse intelligo. apsides enim & cameræ frequenter opere isto musivario ornabantur. & legere est apud Anastasium Bibliothecarium locis plus mille apsidas & cameras de musivo ornatas. *curvaturæ* autem *arcuaturæ*, & *concamerationis* & *voluræ* pro eodem. *Salmas.*

5. *Pictum de musivo inter Commodi amicissimos videmus, sacra Isidis ferentem.*] Cum alias Romæ, tum illo potissimùm seculo multus picturæ usus fuit, ad propagandam rerum memoriam. libro superiore de porticu dictum, in qua res bello gestæ à Severo fuerant depictæ. Sic ludorum magnificentiam in porticibus depingebant, ne memoria interciderent, ut scribit Vopiscus in Carino. quinetiam, ut antè dicebamus, si cujus principis memoriæ faveret senatus, sæpe decreto patrum jussi omnes illum habere pictum. Ergo etiam Isiaci sacerdotes cùm Anubim portarant, ejus diei & pompæ, vel ut ipsi loquebantur, ejus humilitatis memoriam pictura conservabant. Quid sit *pingere de musivo*, Josephus Scaliger ad Manilium, nos ad Suetonium fusè docuimus. *Casaub.*

Pictum de musivo, &c.] *De musivo* habet

ferentem: quibus Commodus adeò deditus fuit ut & caput raderet, & Anubim portaret, [1] & omnes partes expleret. Fuit ergo Niger miles optimus, tribunus singularis, dux præcipuus, legatus severissimus, [2] consul insignis, vir domi forisque conspicuus, imperator infelix: usui denique reipub. sub Severo homine tetrico esse potuisset, si cum eo esse voluisset. [3] Sed deceptus est consiliis [4] Severi Aureliani, [5] qui filias suas ejus filiis despondens, persistere eum fecit in imperio. Hic tantæ fuit autoritatis, ut ad Marcum 7

cum

habet heic scriptum Palatinus.* & sane *musium* & *musivum* dicebatur: ut dium & divum. sic *odium* & *odivum*, quod Græcis ὠδεῖον. nam museum & musium idem. sed musium melius scribitur. ut Lycium, Λύκειον: *Gynecium*, γυναικεῖον. sic musium μουσεῖον. Græci vocaverunt illud musivum opus, & μουσοῦν musivo decorare. doctissimi hujus ætatis viri pavimentum & musivum nihil differre arbitrantur. sed tantum interest inter musium & pavimentum, quantum inter solum & cameram triclinii. nusquam enim invenies dictum, pavimenta de musivo picta aut sola de musivo strata. semper cameris & apsidibus assignatur musivum, ut solo pavimentum. idem est tamen utrumque opus & tessellatione utrumque contexitur. sed ut pavimentum nunquam de camera, sic nec museum de pavimento. Plin. lib. 36. cap. XXI. *In ædificiis musea vocant dependentia ad imaginem specus arte reddendam.* Vides musea proprie dici in ædificiis non pavimenta, sed arcuaturam ad similitudinem specus arte factam. Codinus hanc differentiam religiose observat. cum enim eodem opere sola, parietes & cameræ decorarentur; πάτωσις vocat quod in solo ponitur; ἐπιμαρμάρωσιν, quod in parietibus; in cameris vero & pendentibus μουσίωσιν. *Salmas.*

1. *Et omnes partes expleret.*] Palat. *& omnes pausas expleret.* Scribendum utique: *& omnes pausas expleret. pausas* pro *pausas. pausas* autem *explere* dixit quod in Caracallo in eadem re, *pausas edere.* certæ igitur videntur fuisse pausæ constitutæ in quibus pausabant, qui Anubim portabant, quas pausas nunc stationes dicimus. quas omnes pausas cogebantur explere qui sacra Isidis ferebant, cum certis locis requiescebant ubi statutæ erant illæ pausæ, & simulacrum deponebant, pausas edere & explere dicebantur. *Idem.*

Et omnes pausas expleret.] Admisi hanc lectionem, ejectâ vulgari, *partes*, quòd exstaret diserte in Palatinis membranis, *pausas.* videatur infra Caracallæ caput IX. *Grut.*

2. *Consul insignis, vir domi forisque conspicuus.*] Non tantam illi conspicuitatem tribuit Dio, qui modice modesteque de illo loquitur. *Salmas.*

3. *Sed deceptus est consiliis Severi Aureliani.*] Membranæ & vetus editio: *Severi Aureliani.* Unde scribendum conjicio: *Sed deceptus est consiliis sævis Aureliani.* Sæva & sinistra consilia Aureliani illius vocat, quibus deceptus Niger in imperio perseveravit. mala igitur consilia, *sæva* vocat. *Idem.*

4. *Severi Aureliani.*] Palatinus *Scevi Aureliani.* Grut.

5. *Qui filias suas ejus filiis despondens.*] Regius, *Qui filiis suis ejus filias despondens.* Sed filiorum Pescennii sæpius mentio habetur in hac & Severi vita. *Casaub.*

cum Antoninum primùm, deinde ad Commodum scriberet,[1] quum videret[2] provincias facili administrationum mutatione subverti: Primùm ut nulli ante quinquennium succederetur provinciæ præsidi, vel legato, vel proconsuli, quòd priùs deponerent potestatem quàm scirent administrare:[3] deinde ne novi ad regendam Remp. accederent. Præter militares administrationes,[4] intimavit etiam, ut assessores in quibus provinciis assedissent, in his administrarent: quod postea Severus, & deinceps multi tenuerunt ut probant[5] Pauli & Ulpiani præfecturæ,[6] qui Papiniano in consilio fuerunt: ac postea quum[7] unus ad memoriam, alter ad libellos paruisset, statim præfecti facti sunt. Hujus etiam illud fuit,[8] Ut nemo assideret in sua

1. *Cum videret provincias facili administrationum mutatione subverti.*] *Administrationes* heic sunt *administratores*. sic infra *orationes* pro *oratoribus* notabimus. *Regna* pro *regibus*. Salmas.

2. *Provincias facili administrationum mutatione subverti.*] Ipsos qui provincias administrarent vocat *administrationes*, ut conjuges passim dicuntur *matrimonia*. Quin autem utile sit provinciis non facilè administrationem mutare, ambigit nemo. Ideo jure laudatus imperator Pius, qui bonos præsides septennis & novenis annis detineret, ut scribit Capitolinus. sed ut sunt res humanæ, huic commodo ingens periculum adnexum: multos enim diuturnioris imperii consuetudo corrupit, & ad rerum novarum consilia impulit. *Casaub.*

3. *Deinde ne novi ad regendam remp. accederent. Præter militares administrationes intimavit etiam.*] Distingue: *Deinde ne novi ad remp. regendam accederent præter militares administrationes. Intimavit etiam, ut assessores in quibus provinciis assedissent, in his administrarent.* Novi autem heic non sunt novi cives Romani ex edicto Antonini, sed novi homines qui humili loco nati sibi ad amplissimas dignitates & honores per virtutem & meritum viam patefecerunt. volebat igitur hic Pescennius, & de eo ad principem retulerat, ut novi homines ad regendam rempublicam non admitterentur in administrationibus duntaxat civilibus: nam in militaribus ubi sola virtus pensitanda est, & perpendendum meritum, non putabat spectari debere antiquitatem familiæ & nobilitatem; sed solis illis id genus administrationes dari, qui digni essent. novis igitur hominibus non interclusit aditum ad militares administrationes Pescennius, sed solas civiles. *Salmas.*

4. *Intimavit etiam, ut assessores in quibus provinciis assedissent, &c.*] *Intimare* est γράμμα εἰσφέρειν, auctor esse principi vel senatui ut aliquid decernatur. Assessores & urbanis & provincialibus magistratibus erant communes. itaque *provincia* hic non sunt ἐπαρχίαι, sed χῶραι. *Casaub.*

5. *Pauli & Ulpiani præfecturæ.*] Prætorianæ. *Idem.*

6. *Qui Papiniano.*] Vetus editio *Papiano*. Salmas.

7. *Unus ad memoriam paruisset.*] *Parere ad memoriam*, quod Herodianus, Πρόσταγμα ὑπομνήσεως βασιλέως. *Casaub.*

8. *Ut nemo assideret in sua provincia.*] Vide legem tertiam Dig. De officio assesso-

ſua provincia, ut nemo adminiſtraret Romæ, [1] niſi Romanus, hoc eſt oriundus urbe. [2] Addidit præterea conſiliariis ſalaria, ne eos gravarent quibus aſſidebant, dicens, Judicem nec debere dare nec accipere. Hic erga milites tanta fuit cenſura, ut quum apud Ægyptum ab eo limitanei milites vinum peterent, reſponderit, [3] *Nilum habetis, & vinum quæritis?* [4] ſi quidem tanta illius fluminis dulcedo, ut accolæ vina non quærant. Idem tumultuantibus iis qui à Sarracenis victi fuerant, & dicentibus, *Vinum non accepimus, pugnare non poſſumus. Erubeſcite*, inquit, [5] *illi qui vos vincunt, aquam bibunt.* [6] Idem Palæſtinis rogantibus ut eorum cenſitio levaretur idcirco quòd eſſet gravata, reſpondit, *Vos terras veſtras levari cenſitione vultis*, [7] *ego verò* [8] *etiam æerem veſtrum cenſere vellem.* Denique Delphici Apollinis vates 8
in motu reip. maximo, quum nuntiaretur tres eſſe imperatores, Severum Septimium, Peſcennium Nigrum, Clodium Albinum, conſultus quem expediret reip. imperare, verſum Græcum hujuſmodi fudiſſe dicitur,

[1] *Opti-*

ſeſſorum, & titulum Codicis x11. libri primi. *Idem.*

1. *Niſi Romanus, hoc eſt oriundus Urbe.*] Non natus ſolùm in Urbe, ſed cujus pater & majores, cives fuiſſent Romani. Nam illis temporibus cùm omnes facti eſſent cives lege Antonini, diſcrimen ſtatuebatur inter veteres & novos. Quamobrem quod modò dictum eſt, intimaſſe Peſcennium, *ne novi ad regendam remp. accederent*, bifariam accipi poteſt: vel de iis qui lege Antonini cives facti fuerant, ſive ipſi, ſive eorum patres; vel de iis quorum fides & induſtria levioribus adminiſtrationibus non fuiſſet probata multi enim per ſaltum à malis principibus fuerant promoti. *Idem.*

2. *Addidit præterea conſiliariis ſalaria.*] Nam Auguſtus qui primus præſidibus provinciarum ſalaria inſtituit, de aſſeſſoribus & conſiliariis caverat nihil. Dio libro LIII. *Idem.*

3. *Nilum habetis & vinum quæritis.*] Simili voce querentem populum de inopia & caritate vini coërcet Auguſtus apud Suet. cap. XLII. *Idem.*

4. *Si quidem tanta illius fluminis dulcedo.*] Palat. *dulcitudo.* Salmaſ.

5. *Illi qui vos vincunt, aquam bibunt.*] Et hodie Sarraceni hydropotæ ſunt: etſi non voluntate, ſed præcepto religionis, quod à pſeudoprophera ſuo acceperunt. olim verò inopia faciebat abſtemios, & rei ruſticæ inſcitia pariter ac neglectus. Ammianus Marcellinus, libro XIIII. *Caſaub.*

6. *Idem Palæſtinis rogantibus.*] Non aſſentior viris magnis, qui interpretantur de Judæis. ſed illi intelliguntur, qui iis expulſis Palæſtinam incoluerunt. *Idem.*

7. *Ego verò etiam, &c.*] Αἰεὶ ἀνὴρ vectigal. *Salmaſ.*

8. *Etiam æerem veſtrum cenſere vellem.*] Id verò etiam avaritia principum tandem eſt factum: impoſito non Judæis ſolùm, ſed in univerſum omnibus, tributi genere, quod αἰεὶ ἀνὴρ de æeris cenſitione dictum eſt. *Caſaub.*

[1] *Optimus est Fuscus, bonus Afer, pessimus Albus.*

Ex quo intellectum *Fuscum*, Nigrum appellatum vaticinatione: Severum, *Afrum*: *Album* verò, Albinum dictum. Nec defuit alia curiositas. Requisitum est qui esset obtenturus rempub. Ad quod ille respondit alium versum talem,

[2] *Fundetur sanguis Albi*, [3] *Nigrique minantis*,
Imperium mundi Pœna reget urbe profectus.

Item quum quæsitum esset quis illi successurus esset, respondisse itidem Græco versu dicitur,

[4] *Cui dederint superi, nomen habere Pii.*

Quod omnino intellectum non est nisi quum Bassianus Antonini, [5] quod verum signum Pii fuit, nomen accepit. Item quum quæreretur quamdiu imperaturus esset, respondisse Græcè dicitur,

[6] *Bis denis Italûm conscendet navibus æquor:*

[1] *Si*

1. *Optimus est Fuscus, bonus Afer, pessimus Albus.*]
Λῶς᾽ ὁ φαιὸς, Ἄφρ᾽ ἐϊοδὸς, Λόυκὸς ἦ κάκις᾽. *Idem.*

2. *Fundetur sanguis Albi, Nigrique minantis.*
Imperium mundi Pœna reget urbe profectus.]
Βάσσ᾽) αἵμα χύδλω Λόυκα, Μίλανός τι ἀγανῶ·
Ὃς ἦ Λίβυς χθὼ᾽ ἐσὶν αὐτὸς, κεῖν᾽ βασιλεύσ.
Idem.

3. *Nigrique minantis.*] Optime in Palatino, *animantis.* itaque legendum:
Fundetur sanguis albi nigrique animantis.
Per *album animantem*, *Albinum* designabat oraculum: per *nigrum*, *Nigrum.* & probabile est in Græco fuisse,
Λόυκῶ τὸ μίλαν᾽ ζῶον.
Per quæ Nigrum & Albinum significabat. aut *animantem* posuit pro homine. nam animus facit animantes: anima vero animalia, secundum Grammaticos. *Salmas.*

4. *Cui dederint superi nomen habere Pii.*]
Ὦ θεοὶ Εὐσεβ᾽ τύνομ᾽ ἐσὶν ἐχεῖν. *Casaub.*

5. *Quod verum signum Pii fuit.*] Nam ille primus Augustorum Antonini cognomen habuit: ab eo ceu fonte primario, derivatum est in alios omnes. *Idem.*

6. *Bis denis Italûm conscendet navibus æquor.*
Si tamen una ratis transiliet pelagus.]
Εἰκοσὶ νῆας ἴσχει Ἰταλὼ ἀναβήσετ᾽) εἶσαν
Εἶτα μία πόντ᾽ νηὸς ὑλοὸν ἀξέσα. *Idem.*

Bis denis Italum conscendet.] In membranis: *conscendit.* Scribendum:
Bis denis Italum conscendit navibus æquor,
Si tamen una ratis transiliet pelagus.
Per Italum æquor Romanam intelligebat rempublicam. *conscendit* autem non *conscendet.* editum enim oraculum illo tempore quo jam imperator appellatus erat Severus cum aliis duobus Albino & Pescennio: & illud agitabatur, quis maneret. Secundum versum oraculi inexplicatum reliquit Spartianus. de imperio igitur Severi edita illa sors, quem bis denis navibus æquor Italum conscendisse dixit. quæ bis denæ naves ad an-

[1] *Si tamen una ratis transiliet pelagus.*

Ex quo intellectum, Severum viginti annos expleturum.

[2] Hæc sunt Diocletiane maxime Augustorum, quæ de 9
Pescennio didicimus ex pluribus libris. Non enim facilè (ut in principio libri diximus) quisquam vitas eorum mittit in libros qui aut principes in Rep. non fuerunt, aut à senatu appellati non sunt imperatores, aut occisi citiùs, ad famam venire nequiverunt. [3] Inde, quòd latet Vindex, quòd Piso nescitur, quòd omnes illi qui aut tantùm adoptati sunt, aut à militibus imperatores appellati, ut sub Domitiano Antonius: aut citò interempti, [4] vitam cum imperii usurpatione posuerunt. [5] Ac nequid ex iis quæ ad Pescennium pertinent, præteriisse videamur, (licet aliis libris cognosci possint) de hoc Pescennio vates dixerunt, quòd neque vivus neque mortuus in potestatem Severi venturus esset, sed juxta aquas illi pereundum esset: quod quidam

ad annos referebantur, quibus imperaturus esset. *Salmas.*

1. *Si tamen una ratis transiliet pelagus.*] His verbis significabatur non unam ratim transmissuram illud pelagus; sed aliam sententiam aliter legendo efficies, hoc modo:

Bis denis Italum conscendit navibus æquor:
Sic tamen una ratis transiliet pelagus.

Quæ lectio proculdubio vera est. *sic tamen* pro *si tamen.* cujus hic est sensus: illum qui bis denis navibus æquor conscendit, unica tantum rate salvum perventurum. in quo ambigue ludit oraculum. nam per bis denas naves annos imperii voluit intelligere. per unam ratem Severum ipsum imperatorem, qui illud imperii pelagus transiturus vel transiliturus erat. *Idem.*

2. *Hæc sunt Diocletiane Maxime Augustorum quæ de Pescennio didicimus.*] Heic finire velle videbatur Spartianus, & verba sic sonant, quasi non amplius habeat quod dicat de Pescennio. repente tamen ad illa regreditur de Pescennio dicenda quæ omitti non poterant. *Idem.*

3. *Inde quòd latet Vindex, quòd Piso nescitur.*] Ambo in Neronem conspiraverunt: noti ambo ex Tacito & Suetonio: sed leviter, nec propriis libris descripti. *Casaub.*

4. *Vitam cum imperii usurpatione posuerunt.*] Post hæc verba sequitur in omnibus libris & antiquitus excusis & manu exaratis: *Sequitur nunc ut de Clodio Albino dicam, qui quasi socius hujus habetur*, & cetera, quæ nunc habentur in fine libri, quo loci sunt collocata authoritate doctissimi viri, atque hinc ejecta. cur enim non eadem via, illa quæ supra sunt posita, *hæc sunt Diocletiane Maxime Augustorum*, suo loco pulsa in ultimam quoque sedem migrare jusserunt? eodem enim prorsus spectant. *Salmas.*

5. *Ac ne quid ex iis quæ, &c.*] Quæ ante hæc verba leguntur in vulgatis editionibus, ea nos auctore codice regio in suum locum, hoc est, librum extremum rejecimus. Sic etiam alter Puteanorum. *Casaub.*

1. *Ipsum*

quidam dicunt [1] ipsum Severum de matheſi quam callebat, dixiſſe. Nec abfuit reſponſis veritas, quum ille inventus ſit juxta paludem ſemivivus. Hic tantæ fuit ſeveritatis [2] ut quum milites quoſdam [3] in cauco argenteo expeditionis tempore bibere vidiſſet, juſſerit omne argentum ſubmoveri de uſu expeditionali, addito eo ut ligneis vaſis uterentur: quod quidem illi odium militare concitavit. Dicebat enim poſſe fieri ut ſarcinæ militares in poteſtatem hoſtium venirent, [4] ne ſe barbaræ nationes argento noſtro glorioſiores facerent, quum alia minùs apta hoſticam viderentur ad gloriam. Idem juſſit vinum in expeditione neminem bibere, ſed [5] aceto univerſos eſſe contentos. Idem piſtores ſequi expeditionem prohibuit, buccellato jubens milites & omnes contentos eſſe. Idem ob unius gallinacei direptionem, decem commanipulones qui raptum ab uno comederant, ſecuri percuti juſſit: & feciſſet, niſi ab omni exercitu [6] propè uſque ad metum ſeditionis eſſet

1. *Ipſum Severum de matheſi quam callebat, dixiſſe.*] Lege, *didiciſſe.* Idem.

2. *Ut quum milites quoſdam in caveo argenteo.*] Exterminanda ſolo Latino vox *caveus*: & in ejus locum reſtituenda, *cancus*. *cancus* & *canca* eſt patera unde bibitur. optimæ Gloſſæ: κανῆς, *patera*. *Cancum*, & diminutivum *canculum*: unde *cancularii* & *canculatores* pro incantatoribus. *Cancularii* autem proprie ſunt quos hodie vocamus *jeteurs de gobelets*. nam *canculum* vocamus *un gobelet*. *canculum* enim eſt acetabulum. *canculator*, ψηφοπαίκτης & præſtigiator. *Salmaſ.*

3. *In caveo argenteo.*] Valerianus imperator in epiſtola ad Zoſimionem procuratorem Syriæ: *Claudio dubis argenti in caveos & ſcyphos pondo undecim.* erant & lignei. Eſt igitur caveus genus poculi. ſed Joſephus Scaliger damnata voce *caveus* legit hic *canco*, & ita ubique. *Caſaub.*

In cauco argenteo.] Ita malebat Scaliger; neque aliter erat in Pal. noſtro. *Grut.*

4. *Ne ſe barbaræ, &c.*] Ante *ne*, deeſt ex uſu loquendi Græcorum & Romanorum, cavendum eſt, δὲ φυλάττειν. præſtantiſſimi Puteani codices ſcribunt, *nec ſe.* ipſe corrigebat, *& ſe barbaræ.* Caſaub.

Ne ſe barbaræ nationes argento, &c.] Nihil deeſt ante *ne*, ſed illud in *nec* mutandum authore vetere ſcriptura, ut ſit ſenſus: dicebat Peſcennius, cum removiſſet ex uſu expeditionali omne argentum, poſſe accidere ut ſarcinæ militares in poteſtatem venirent hoſtium, nec ſe illi glorioſiores facerent argento Romano, quod nullum erit inter impedimenta militaria. *Salmaſ.*

5. *Aceto eſſe contentos.*] Acetum enim loco vini apud veteres habebatur, ut docent Juriſconſulti, & alii auctorum loci: ex quibus etiam conſtat aceto aqua diluto milites manipulares & ordinarios fuiſſe potatos. ſic ſervi, captivi, vincti, & omnes miſeri. *Caſaubonus.*

6. *Propè uſque ad metum ſeditionis.*] Placet

esset rogatus: & quum peperciſſet, [1] jussit ut denorum gallinaceorum pretia provinciali redderent decem [2] qui simul furto convixerant, addito eo ut tota in expeditione in commanipulatione nemo focum faceret, ne unquam recèns coctum cibum sumerent, [3] sed pane ac frigidis vescerentur, appositis speculatoribus qui id curarent. [4] Idem jussit ne in zonis milites ad bellum aureos vel argenteos nummos portarent, [5] sed publicè commendarent, recepturi post prælia quod dederant: [6] addens, liberis eorum & uxoribus [7] & heredibus certè reddendum q̃i veniſſent, ne ad hostes aliquid prædæ perveniret. siquid fortè adversi fortuna feciſſet. Sed hæc omnia, ut se habuerat Commodi tem-

Placet quod habet regius, *usque ad motum seditionis.* Idem.

1. *Jussit ut denorum gallinaceorum pretia provinciali redderent decem.*] Ita fiebat ut res furtiva cum centuplo rependeretur. *Idem.*

2. *Qui simul furto convixerant.*] Legebam: *Qui simul furto condixerunt.* Ut unus quidem furtum fecerit, reliqui furto condixerint, hoc est consenserint. nunc nihil muto. *qui furto convixerant* est, qui de furto vel re furtiva simul convivati erant. præcessit enim, decem commanipulones ab uno raptum Gallinaceum comediſſe. atque hoc est *convivere*, una comedere. *Salmas.*

3. *Sed pane ac frigidis vescerentur.*] In Maximino. *Idem.*

4. *Idem jussit ne in zonis milites ad bellum.*] *Jussit ne portarent*, pro portare vetuit. membranæ Palatinæ: *Idem jussit ne zonam milites, &c.* Forte: *Ne zonam milites ad bellum, id est aureos vel argenteos nummos portarent.* Quod est elegantiſſimum. explicat quid sit zona. cum enim vetaret Pescennius zonam ad bellum portare milites, nolebat ille quidem ut essent discincti milites, sed ne aureos vel argenteos portarent. in zona enim aurei & argentei militibus, ut notum est. Horatius:

Ibit eo quo vis qui zonam perdidit. —

Ventralis vero dicebatur & *funda*, & zonæ genus erat quæ fundam referebat. ligamenta enim & habenas quibus circa ventrem cingebatur habebat, & in medio receptaculum quo nummi continebantur, ut sinum funda quo lapides conlocabantur. *Idem.*

5. *Sed publicè commendarent.*] Notus mos Romanæ militiæ: ut prælium adituri milites recusas suas, & quicquid haberent in zonula, apud signa in castris deponerent. quod ex veteri militia repetit nunc Pescennius. *Commendare* est deponere, ut explicat Ulpianus, & sæpe in jure. *Casaub.*

6. *Addens liberis eorum & uxoribus, &c.*] Palat. *veniſſet* pro *veniſſent.* Distingue: *Addens liberis eorum & uxoribus & heredibus, certe reddendum qui veniſſet:* Id est, omnino reddendum illi qui veniſſet, recepturus scilicet, sive ille heres, sive uxor, sive natus, sive quilibet esset qui jus haberet repetendi depositum. Posset etiam non incommode legi: *Certe reddendum, cui veniſſet.* Et verum omnino esse arbitror. id est illi omnino reddendum cui veniſſet, hoc est obveniſſet vel contigiſſet. *Salmas.*

7. *Et heredibus certè reddendum qui veniſſent.*] Scribo, *hered. cæteris redd. τὸ veniſſent*, diu mihi fuit suspectum. *Casaubonus.*

1. *Ad*

di temporum dissolutio, adversa eidem fuêre. Denique etsi nemo fuit qui suis temporibus dux severior videretur, [1]ad perniciem illi magis ista fuere, quo jam mortuo ubi & invidia & odium deposita erant, talia exemplа value-
11 runt. Idem in omni expeditione ante omnes militarem cibum sumpsit ante papilionem: nec sibi unquam vel contra solem, vel contra imbres quæsivit tecti suffragium. similes non habuit. Tantum denique belli tempore ratione militibus demonstrata, sibi & servis suis vel contubernalibus portavit, quantum à militibus ferebatur: quum servos suos oneraret annona, [2]ne illi securi ambularent, & onusti milites, idque ab exercitu cum suspirio videretur. Idem in concione juravit se quamdiu in expeditionibus fuisset [3]esseque adhuc futurus [4]non aliter esse acturum se quàm militem, Marium ante oculos habentem & duces tales. nec alias fabulas unquam habuit nisi de Annibale, cæterisque talibus. Denique quum imperatori facto quidam panegyricum recitare vellet, dixit ei, *Scribe laudes Marii vel Annibalis, vel alicujus ducis optimi vita functi, & dic quid ille fecerit ut eum nos imitemur. Nam viventes laudare irrisio est,*

1. *Ad perniciem illi magis ista fuere quàm mortuo* * *ubi, &c.*] Lege & distingue: *Ad perniciem illi magis ista fuêre: quum mortuo eo ubi & invidia & odium depositа erant, tal. exempla valuerint*, vel scribe, *quo tamen mort.* aut, *quanquam m.* Idem.

Ad perniciem illi magis ista fuere quam mortuo.] Lege: *Denique etsi nemo fuit qui suis temporibus dux severior videretur, ad perniciem illi magis ista fuere: quoniam mortuo, ubi & invidia & odium depositа erant, talia exempla valuerunt.* Salmas.

Ad perniciem illi magis ista fuere quàm mortuo: ubi & invidia, &c.] Subintelligi potest, *vivo.* Palatinus non habet illud *ad*, ut nec *fuere.* Grut.

2. *Ne illi securi ambularent, & onusti milites.*] *Ne illi securi ambularent, onusti milites.* vet. ed. quod asyndeton hoc loco non est inconcinnum. *Salmas.*

3. *Esseque adhuc futurus.*] Videntur à glossâ. nam præcedentia illud satis subindicant, immò exprimunt. exprimerent magis, si vice *fuisset*, poneretur, *esset.* certè locum minus sanum arguit Palatinus, in quo, *expeditionibus fuisset esse quæ adhuc futurus, non aliter, &c.* Grut.

4. *Non aliter esse acturum se quam militem.*] Veteris libri scriptura, *Non aliter esset, acturumque esse quam militem.* Credo scribend. *Idem in concione juravit se quamdiu in expeditionibus fuisset, esseque adhuc futurus, non aliter egisse, acturumque esse quam militem.* Attende paulisper & fateberis esse verum. Sic enim hæc sibi mutuo respondent: *Se quamdiu in expeditionibus fuisse, non aliter egisse quam militem, nec aliter acturum esse, quamdiu esset adhuc futurus.* Salmas.

1. *Reli-*

sio est, maximè imperatores, à quibus speratur, qui timentur, qui præstare publicè possunt, qui possunt necare, qui proscribere: se autem vivum placere velle, mortuum etiam laudari. Amavit de 12
principibus Augustum, Vespasianum, Titum, Trajanum, Pium, Marcum; [1] reliquos [2] fœmineos vel venenatos vocans: maximè tamen in historiis Marium & Camillum & Q. Martium Coriolanum dilexit. Interrogatus autem quid de Scipionibus sentiret, dixisse fertur, *Felices illos fuisse magis quàm fortes:* idque probare domesticam vitam & juventutem, [3] quæ in utroque [4] nimis speciosa domi fuisset. Apud omnes constat quòd si rerum potitus fuisset, omnia correcturus fuerat quæ Severus vel non potuit emendare, vel noluit: & quidem sine crudelitate, imò etiam cum lenitate, sed militari, non remissa & inepta atque ridicula. Domus ejus hodie Romæ visitur [5] in campo Jovis,

1. *Reliquos fœmineos vel venenatos vocans.*] Haut dubiè locus corruptus. Ingeniosè conjiciebat Lectius, *vel peni natos v.* nos tamen hoc modo: *vel venena orbis v.* aut *venena p. R.* sic Augustus vomicas suas & carcinomata appellabat filias. *Casaub.*

Reliquos fœmineos vel venenatos vocans.] Optimus Palatinus *fœneos* legit, *reliquos fœneos vel venenatos vocans.* Fœnei autem homines sunt nulli rei & pretii homines, nec pluris æstimandi quam fœneæ illæ imagines vel pilæ quibus proritabantur tauri ad pugnandum. *Pilæ tauriæ* vocantur in veteribus Glossis, & exponuntur Ταυροκαθάψια. inde igitur *fœneos imperatores* heic vocabat Pescennius τὰς ἀδίνας καὶ ἀνδρώδεις. *venenatos* vero pernicioſos & pestiferos & in hominum perniciem natos, ut Neriones, Caligulas, Domitianos & id genus. *Salmas.*

2. *Fœneos vel venenatos.*] Ausus sum admittere scripturam exemplaris Palatini, ejecto *femineos.* duobus generibus ceteros Imperatores includit. *fœnei* fuerunt quibus nomen tantum & species externa Principis, nihil præterea. *venenatos* vocat, qui ita imperio abusi, ut serpentes dici mererentur, malo publico propriè nati. *Grut.*

3. *Quæ in utroque nimis fuisse.*] Φιλοκαίσαρες enim Scipiones fuisse, ut etiam Græcanicum habitum aliquando assumserint in provinciis, antiquæ historiæ produnt. *Casaub.*

Quæ in utroque nimis speciosa domi fuisse apud omnes constat.] Palat. *fuisset.* Distingue hoc modo: *Idque probare domesticam vitam & juventutem quæ in utroque nimis speciosa domi fuisset. Apud omnes constat, quod si rerum potitus fuisset, omnia correcturus fuerat quæ Severus vel non potuit emendare vel noluit.* Atque ita edidimus. *Salmas.*

4. *Nimis speciosa.*] Convenientius heic quod erat in membranis, *minus speciosa.* constat enim Scipiones solutiore vitâ primos adolescentiæ annos egisse ex Gellio, Valerio Maximo, Panegyricis. sic, de Catone cùm scribat alibi Livius, *dedecorat toga candida*; nihil vult, quàm ei minus fuisse speciosam. Videantur etiam quæ ad hunc locum faciant, infra in Lampridii Elagabalo, cap. 26. *Grut.*

5. *In campo Jovis.*] In descriptionibus

Jovis, [1] quæ appellatur *Pescenniana*: [2] in qua simulacrum ejus

bus Urbis Romæ prætermittitur hic locus, aut aliter nominatur. *Casaub.*

1. *Quæ appellatur Pescenniana.*] Excerpta Spartiani, Palatinus liber, vetus editio, hi tres hoc loco legunt: *Quæ appellatur Pescenniani. Domus Pescenniani* est, *domus Pescennii.* nam Pescennius & Pescennianus indifferenter enunciabant. *Salmas.*

2. *In qua simulacrum ejus in Trichoro constituit statim post, &c.*] Non dicit quis ille fuerit, qui hoc simulacrum in Pescenniana domo constituit. nam Pescennium ipsum non fuisse, satis docet cùm dicit, *simulacrum ejus*, non autem, suum, illa autem, *statim post annum*, nullam interpretationem admittunt. Scribimus, *Sim. ejus in t. constituit Statius Postumius.* sententia planissima. Statius hic Postumius domus Pescennianæ, eo extincto cum liberis & universo nomine, fuit dominus: qui non in gratiam Pescennii, sed ut ædes suas ornaret, illius simulacrum nactus, in sua domo illud posuit. Dici etiam potest, vivo Pescennio positam in ejus domo hanc statuam, cùm eo absente negotia illius gereret Statius Postumius amicus & fautor ipsius. Scribendum etiam minore litera initiante *trichoro.* dixit autem Spartianus *in trichoro*, pro, in uno è trichoris. Magnatum ædes & palatia tribus distinctis partibus constare solent: quarum una ingredienti adversa occurrit, duæ sunt ad latera. has tripertitas domos architecti vocabant trichora, τρίχωρα. Statius Papinius in Tiburtino Manlii Vopisci:

—— quid nunc ingentia mirer,
Aut quid partitis distantia tecta trichoris?

Architecti nostri vocant hodie papiliones: quia hatum partium (ædificii corpora vulgò dicimus) diversa tecta sic consurgunt, ut in metatura castrorum separata totidem papilionum fastigia. *Casaub.*

In qua ejus in trichoro simulacrum constituit.] In trichoro domus, id est in fastigio. nam in fastigio domorum Augustarum statuæ collocari solitæ, ut & in fastigiis templorum. fastigium autem *trichorum* dictum à forma triangulari. nam τρίχωρον & τρίχωνον idem. Galenus in lexico Hippocratis: Αἰτίωμα τὸ εἰς ὕψος ἀναπεφυκὸς τῷ ὀροφῇ οἴκου τρίχωνον. Omnia enim ædificiorum tecta apud veteres, aut erant plana aut fastigata. in Græcia & in Asia & toto pæne oriente ædium privatarum tecta plana fiebant: ædes verò sacræ culmen & fastigium habebant, quod αἰτὸν & αἰτίωμα Græci dicunt. fallitur vir eruditissimus, qui putat *papiliones* ab architectis nostris hodie vocari, quæ veteres τρίχωρα dicebant. nam hi nostri *papiliones* quos vocamus, testudinatis veterum tectis similes sunt, non trichoris. tecta igitur apud veteres aut erant plana, & solaria, vel mœniana vocabantur; aut inclinata ad deducenda stillicidia: quod genus Latini fastigium aut culmen, Græci αἰτὸν τῷ αἰτίωμα dixere. *fastigium* vulgari & communi notione nihil aliud erat quam tectum in utramque partem proclinatum ad stillicidia deducenda, quod & trichoron hoc loco dicitur & Statio Papinio illo versu:

—— partitis distantia tecta trichoris.

Nam pluribus fastigiis id est trichoris, tecta plerumque fiebant. hinc *tecta distantia partitis trichoris*, id est fastigiis, dixit Statius. sed quemadmodum fastigiis templorum, quædam addebantur ornamenta quibus privatorum ædificiorum culmina carebant, ut statuæ, victoriæ & alia deorum simulacra: sic cum multa Cæsari decreta essent ut deo, ejus quoque ædium fastigium eodem modo ornaverunt, quo solebant ornari deorum templa; ideo Plutarchus cum de illo Cæsaris domus fastigio loquitur, non αἰτὸν vocat vel αἰτίωμα sed ἀκροτήριον. quod esset quasi fastigii fastigium, & fastigio domus imponeretur. *Salmas.*

1. *In*

ejus [1] in Trichoro constituit, statim post annum [2] ex Thebaico marmore, quod ille ad similitudinem sui factum [3] à rege Thebæorum acceperat. [4] Extat etiam epigramma Græcum; [5] quod Latinè hanc habet sententiam.

[6] *Terror Ægyptiaci Niger astat militis ingens,*
Thebaidos socius, aurea secla volens.
[7] *Hunc reges, hunc gentes amant, hunc aurea Roma:*
Hinc Antoninis charus & imperio.
[8] *Nigrum nomen habet,* * *Nigrum formavimus ipsi,*

[1] *Ut*

1. *In trichoro constituit, statim post annum ex Thebaico.*] Nihil abeunt ab hac lectione Palatinæ membranæ, nisi quod in iis *trichoro*. ego non integro locum tam fractum. *Grut.*

2. *Ex Thebaïco marmore.*] Fuere diversi generis & coloris, quod ex Plinii libro XXXVI. apparet. *Casaub.*

3. *A rege Thebæorum.*] Habuere Ægyptiæ Thebæ proprium dynastam quem regem vocabant, sed Romano imperio subditum: nam provinciæ Ægypti pars Thebaïs fuit, jam inde à temporibus Augusti. *Idem.*

4. *Extat etiam epigramma Græcum.*] Quod basi fuerat adscriptum ejus simulacri de quo dictum est modò. *Idem.*

5. *Quod Latinè hanc habet sententiam.*] Inveneritne Spartianus Græcum hoc epigramma in Latinum versum, an ipse verterit, ex ejus verbis cognosci non potest. neque ita malè de Spartiano judicamus, ut tam ineptam versionem velimus illi adscribere. *Idem.*

6. *Terror Ægyptiaci, &c.*] Scribendum *Ægyptiaci*. nam ea ætate neque scribebant diphthongos, neque earum rationem in pangendis versibus habebant. cujus licentiæ exempla scimus extare aliquot, non solùm apud Christianos poëtas, qui metricam non admodum curarunt, sed etiam apud castigatissimum poëtam Ausonium. in antiquissimis membranis & lapidibus sæpe Egyptum offendes scriptum: ut in Neapolitano quodam: PROCVR. LVDI. IAMIL. GLAD. CÆSARIS, ALEXANDRIAE. AD. EGYPTVM. ADIECTVS. Sic *premium* scribebant pro præmio, & in versu corripiebant. *Idem.*

Terror Ægyptiaci Niger astat.] *Ægyptiaci* scribendum erat. ita enim illo tempore multis in nominibus diphthongos non admittebant: nec videntur id poëtæ licenter fecisse versus gratia, sed consuetudinem sequebantur. sic *enigma* pro *anigma*. sic *sphera*. nec Latini tantum, sed & Græci sic plerumque scribebant. apud Maximianum elegiarum libro, *pedagogus* pro *pædagogus*:

Me pedagogus adit. ——

Salmas.

7. *Hunc reges, hunc gentes amant.*] Peccatum non poëtæ sed sæculi, quod ultima correpta enunciatur in voce *gentes*. Symposius in ænigmate *ferræ*:

Cætera mando focis spernunt quæ dentes acuti.

Sic *fames* ultima correpta apud Prudentium: & ultima in *colluces* apud eumdem. *Idem.*

8. *Nigrum nomen habet, Nigrum formavimus ipsi.*] Scribe ex optimi codicis Palatini fide:

Nigrum nomen habet, nigrum formavimus ipsi,
Ut consentiret forma metalle tibi.

Cujus hic est sensus. diu fuerat in Ægypto Pescennius, ut dux Ægyptiaci limitis, atque inde exli illius colorem contraxerat. Thebæorum Rex igitur qui istud simulacrum ex Thebaïco marmore ad similitudinem Pescennii fa-

[1] *Ut consentirent forma metalla tibi.*

Quos quidem versus Severus eradi noluit, quum hoc ei & præfecti suggererent, & officiorum magistri, addens, *Si talis fuit, sciant omnes qualem vicerimus. si talis non fuit, putent omnes nos talem vicisse: imò sic sit, quia fuit talis.* [2] Sequitur nunc ut de Clodio Albino dicam, qui quasi socius hujus habetur, quòd & pariter contra Severum rebellaverunt, & ab eodem victi atque occisi sunt. [3] De quo ipso neque satis clara extant: quia eadem fortuna illius fuit quæ Pescennii, etiamsi vita satis dispar.

[1] JULII

ctum, Pescennio donavit, hoc dicit: Pescennius Niger vocatur, nos ipsi Ægyptii nigrum ipsum reddidimus, & cæli nostri colore imbuimus, ut forma, hoc est facies & color metallo de quo simulacrum factum est conveniret & responderet. *metallus* autem pro *metallum*, Græcorum imitatione dixit: & verisimile est in Græco epigrammate fuisse *μέτηλλα*. *Idem.*

* *Nigrum formavimus ipsi.*] Scribe, *nigrum*. in regio est *nigram*: ut sit figura, *κατὰ τὸ σημαινόμενον*, & referatur ad vocem *statuam*, *ἔξωθεν* supplendam. quod tamen minùs probo. *Casaub.*

Nigrum formavimus ipsi, Ut consentirent forma metalla tibi.] Casaubonus refert ex regio: *Ut consentirent forma metalla sibi:* nullo sensu, ut ait: legendum autem: *Ut consentirent forma, metalla sibi.* Velle enim auctorem, de marmore nigro factum esse statuam Nigri, ut concolor esset formæ ipsius. At qui hoc optime significat vulgata: *Ut consentirent, forma, metalla tibi.* Ut tibi, ô forma Nigri, consentirent metalla. Sic solent poetæ quævis exanima alloqui. Nec video quare hoc spernam præsertim illo insolenti: *Ut consentiret forma, metalle, tibi,* quod probat Salmasius. *Gronovius.*

1. *Ut consentirent forma metalla tibi.*] Mens haut dubiè est illa, quam antè, expressimus. quòd de marmore nigro facta esset statua Nigri, hanc affert rationem, ut concolor esset formæ ipsius. ergo legendum,

Ut consentirent forma, metalla sibi.

Forma, metalla ἀσυνδέτως, pro, forma & metalla. appellat *metalla* marmor Thebaicum ex quo factum simulacrum dixit antè Spartianus. Si retinere velis vocem *tibi*, potes scribere,

Ut consentirent furva metalla tibi.

Et fortasse vera hæc scriptura est, *furva metalla* interpretor marmor illud, vel ei simile aliud, quod Plinius in Ægypto scribit reperiri ferrei coloris & duritiæ. *Casaub.*

Ut consentiret forma, metalle, tibi.] Expressi scripturam Palatinam, in quâ nihil difficultatis, nisi quod transmutat genus *metalli*, æquè bonus auctor Latinitatis quàm carminis. vulgabatur prius, *Ut consentiret forma metalla tibi.* Grut.

2. *Sequitur nunc ut de Clodio Albino dicam.*] Hæc in suum locum rejecimus: saltem in illum, cujus in possessione diu fuerunt, & fuissent adhuc, nisi vir doctus, per vim & injuriam inde ejecisset. *Salmas.*

3. *De quo ipso neque satis clara extant.*] Deest aliquid explendæ sententiæ. vel scribendum *nec*, pro non. *Casaub.*

JULII CAPITOLINI CLODIUS ALBINUS, AD CONSTANTINUM AUG.

VNo eodemque tempore post Pertinacem, qui autore Albino interemptus est, Julianus à senatu Romæ, Septimius Severus ab exercitu in Illyrico, Pescennius Niger in Oriente, Clodius Albinus in Gallia imperatores appellati sunt. [3] Et Clodium quidem Herodianus dicit Severi Cæsarem fuisse. sed quum alter alterum indignaretur imperare, nec Galli ferre possent [4] aut Germaniani exercitus (quòd & ipsi suum specialem principem haberent) [5] undique cuncta turbata sunt. Fuit autem CLODIUS ALBINUS familia nobili. [6] Adrumetinus tamen ex Africa. Quare sortem illam qua Severum laudatum in Pescennii vita diximus, ad se trahebat, [7] nolens intelligi, *Pessimus Albus*, quod eodem versu continebat- 1

1. JULII CAPITOLINI.] Ita & libri scripti: quorum nisi auctoritas obstaret, vix putem ab alio scriptam hanc vitam, quàm ab eo qui superiorem Pescennii. *Casaub.*

JULII CAPITOLINI.] Non mecum sentit, qui ab alio scriptam putat hanc vitam, quam ab Spartiano. *Salmas.*

2. *Uno eodemque tempore.*] Scribendum: *uno eodemque prope tempore.* & recte, non enim ita uno eodemque, ut non intercesserit vel aliquantulum intervalli inter horum trium Severi, Nigri, & Albini imperatorias appellationes. *Idem.*

Uno eodemque tempore.] Pal. uterque, *pro tempore*, emendatumque in secundo, *prope tempore*: quod placet. *Grut.*

3. *Et Claudium.*] Scrib. *Clodium.* Casaub.

4. *Aut Germaniani exercitus.*] Legendum: *Germaniciani*, aut *Germani*, ut habet vetus editio Mediolanensis. sic *Germani exercitus* supra, &c. *Salmas.*

5. *Undique cuncta turbata sunt.*] Dio in eadem re: *συσκιυμβήκης ἀλλ' πανταχοῦ τὰ ὅλα ἐκυμβήκης. Casaub.*

6. *Adrumetinus tamen ex Africa.*] *Hadrumentinus.* vetus editio. *Salmas.*

7. *Nolens intelligi, pessimus albus.*] Non solùm sortis ejusdem meminit, cuius in Pescennio fecit mentionem: sed etiam versionem eandem Græci versus affert, quam & libri superioris auctor usurpavit: nam ibi Græcus versus ita vertitur:

Optimus est Fuscus, bonus Afer, pessimus Albus. Casaub.

Nolens intelligi pessimus Albus.] Lege: *albus.* versum enim illum intelligit, qui in vita Pescennii productus est:

Optimus est fuscus, bonus afer, pessimus albus. Salmas.

nebatur, quo & Severi laus, & approbatio Nigri Pescennii. Sed priusquam vel de vita ejus [1] vel de morte differam, etiam hoc dicendum est quod eum nobilem fecit.
2 Nam ad hunc eundem quondam Commodus, [2] quum successorem Albino daret, literas dederat, [3] quibus jusserat ut Cæsar esset. Exemplum indidi. *Imperator Commodus Clodio Albino.* [4] *Alias ad te publicè* [5] *de successore atque honore tuo misi, sed hanc familiarem & domesticam, omnem (ut vides)* [6] *manu mea scriptam epistolam dirigo, qua tibi do facultatem,* [7] *ut, si necessitas fuerit,* [8] *ad milites prodeas, & tibi Cæsareum nomen assumas. Audio enim & Septimium Severum* [9] *&* [10] *Nonium Murcum malè de me apud milites loqui,* [11] *ut sibi parent stationis augustæ procurationem. Habebis præterea quum id feceris, dandi stipendii us-*

1. *Vel de morte differam.*] Pall. ambo *differo.* non malè. *Grut.*

2. *Quum successorem Albino daret.*] *Quum successorem cum Albino daret:* Palatinus. *Salmas.*

3. *Quibus jusserat ut Cæsar esset.*] Brevius diceret Aurelius Victor: *quibus jusserat Cæsarem.* Sic enim ille loqui solitus: *Cæsarem jubere*, & *imperatorem jubere*, pro, jubere ut Cæsar sit aliquis vel imperator. *Idem.*

4. *Alias ad te publice de successore atque honore tuo misi.*] Atqui unis eisdemque litteris & Albino successorem dedit Commodus & de ejus honore tractavit. Legend. cum Palatino: *Alias ad te publice de successore atque honore tuo mississem, sed hanc familiarem & domesticam omnem ut vides manu mea scriptam epistolam dirigo.* Excusat Commodus ad Albinum quod non publicas sed domesticas litteras miserit, quibus & successorem illi daret, & de ejus honore tractaret. immo non excusat, sed magis hoc vel honori ejus vel amori tribuisse vult videri, quod & domesticam familiaremque & quidem totam ipsius manu scriptam epistolam direxerit, qua illi facultatem daret & ad milites prodeundi, & Cæsareanum nomen assumendi. hoc igitur vult, alias in animo habuisse publice mittere Albino, de honore ipsius & successore, ut mos erat in re simili aliorum imperatorum, sed familiariter & familiari epistola cum illo agere maluisse. *alias* igitur non epistolas intelligendum, sed *alias*, hoc loco adverbium est. *Idem.*

5. *De successore atque honore tuo.*] Uterque Pall. *successione.* probo. *Grut.*

6. *Manu meâ scriptam epistolam dirigo.*] Palatinus non agnoscit duas voces postremas: & possunt abesse. *Idem.*

7. *Ut si necessitas fuerit, ad milites prodeas, & tibi Cæsareum nomen adsumas.*] Diximus multa de hac arte aulicâ ad Taciti librum VI. Annalium cap. 23. f. *Idem.*

8. *Ad milites prodeas.*] Hoc quam vim habeat diximus ad Verum Augustum. *Casaub.*

9. *Et Nonium Marcum.*] *Et Nonium Murcum.* Ita Palatinus & vetus editio. *Salmas.*

10. *Nonium Marcum.*] Ita regius: alii *Murcum.* Casaub.

Nonium Murcum.] Sic quoque Pal. noster. ineptè prius cusi, *Marcum.* Grut.

11. *Ut tibi parent stationis augustæ procurationem.*] Scribendum, *sibi.* Casaub.

Ut sibi parent stationis augustæ procurationem.] Vulgati prius, *tibi*; sed contradi-

*dii usque ad tres aureos liberam potestatem: [1] quin & super hoc ad Procuratores meos literas misi, quas ipse signatas excipies signo Amazoniæ: & quum opus fuerit, rationalibus dabis, ne te non audiant quum de ærario volueris imperare. Sanè ut tibi insigne aliquod imperialis majestatis accedat, habebis utendi coccinei pallii [2] facultatem me præsente, & ad me, & quum mecum fueris, habiturus & purpuram, sed sine auro: [3] quia ita & [4] proavus meus Verus, qui puer vita functus est, ab Adriano qui eum adoptavit, accepit. [5] His literis acceptis * omnino id quod jubebat fa- 3*

cere

tradicentibus codd. Regio ac Palatino. *Grut.*

1. *Quin & super hoc.*] Biga Palatinorum; *quia &*. non malè. *Idem.*

2. *Facultatem me præsente, & ad me, & cùm mecum fueris.*] Inhæret istis verbis aliquid battologiæ, quod tamen non secerno. nihil variat Palatinus integer nisi quod scripserit, *præsentem.* excerpta habent à manu emendatrice: *me præsente, & absque me.* non ineptè quidem, sed nondum satisfacit. *Idem.*

3. *Quia ita & proavus meus Verus.*] Certum est de eo debere accipi qui Cæsar Hadriani fuit ac tantum Cæsar. quominus enim ad imperatoris fastigium perveniret, mors qua præventus est, ipsum prohibuit. Sic igitur accipiendum, quasi Verus ille imperasset qui tantum Cæsar fuerit. sed licet in Cæsaris tantum dignitate manserit, non minus tamen Hadriani filius fuit, per adoptionem scilicet. ita erit Hadrianus Commodi atavus, Verus ejusdem proavus, Antoninus Pius avus & Marcus Antoninus pater. Nam Verus qui adoptatus est ab Hadriano ante Antoninum Pium, is quasi patris Pii vicem sustinebat, non secus atque idem Pius pater Marci philosophi, atque idem Marcus alterius Veri imperatoris pater dictus est, qui tamen Verus & ex æquo imperavit cum Marco, & simul cum eodem ab Antonino Pio adoptatus. Non mirum igitur debet esse si Commodus proavum suum vocet Hadriani filium, cum Hadrianus ipsi atavus fuerit. Verus ergo proavus. *Salmas.*

4. *Proavus meus Verus, qui puer vita functus est.*] Quis iste Commodi proavus? Ælium Verum necessariò intelligendum non ambigimus. sed cur hunc Commodus proavum suum appeller, difficilis quæstio. nam sive naturæ, sive adoptionis jura spectes, falsum hoc. an adeò fuit ille insanus stemmatis sui incuriosus, ut Pium avum suum putaret ab Ælio Vero, non ab Hadriano adoptatum? Scimus quidem non ita factum: sed potuit hic error in illius furiosi mentem cadere. An id potius dicemus: quod & vix dubitamus esse verum? non Commodum hic peccasse, sed librarium; qui *proavus* perperam scripserit, cùm invenisset *præpatruus*. omnino sic est: neque aliter legi potest. Viri doctissimi censebant legendum, *qui nuper vita functus est.* de Annio enim Vero accipiebant: de cujus morte nihil à veteribus memoriæ proditum. sed cùm, ut jam diximus, de Vero Cæsare necessariò Commodi verba sint intelligenda, mutandum nihil censemus: & *puerum παχυμερῶς* ἢ *ὀλιγωρίας* dictum arbitramur eum qui non *παῖς*, verùm *βάϊτατος*, & adolescens adhuc esset. *Casaub.*

5. *His literis acceptis, omnino id quod jubebat facere nolunt.*] Hæc regia lectio & Puteani utriusque. sed *jubebatur* malim, quàm *jubebat.* non dubium est, cùm has literas Albinus accepisset, quin fuerint multi qui illum impellerent, ut

cere noluit, [1] timens odiosum Commodum propter mores suos, quibus Remp. perdiderat & se dedecoraverat, quandocunque feriendum, ne ipse pariter occideretur. Extat denique illius concio, quæ quum accepit imperium, [2] & quidem Severi (ut quidam) voluntate firmatum, hujus rei memoriam facit. cujus hoc exemplum est. *Invitum me, commilitones, ductum ad imperium* [3] *etiam illud probat quòd Commodum donantem me* [4] *Cæsariano nomine, contempsi: sed & vestræ voluntati & Severi Augusti parendum est: quia credo sub homine optimo & viro forti posse bene Remp. regi.* Nec negari potest, quod etiam Marius Maximus dicit, hunc animum Severo primùm fuisse, ut siquid ei contingeret, Pescennium Nigrum, & Clodium Albinum sibi substitueret. [5] Sed postea & filiis jam majusculis studentem [1] & Al-

Cæsaris nomen sibi delatum arriperet: at ille *omnino noluit*, id est, adduci eò nulla ratione potuit. *Idem.*

His litteris acceptis omnino id quod jubebat facere noluit.] Mira constantia librorum nostrorum legentium: *His litteris acceptis à Nonio id quod jubebat facere noluit.* Ita & vet. editio princeps. Nihil tamen nunc succurrit quod melius esse putem vulgata lectione. Fortasse scribendum, *His litteris à Commodo acceptis, id quod jubebat facere noluit.* Salmas.

* *Omninò id quod jubebat facere noluit.*] Palatinus adsertor venit vulgatis, in quibus, *à Nonio id quod*, &c. Gruterus.

1. *Timens odiosum Commodum.*] Genus loquendi valde mirum. Cum debuisset dicere; timens ne si aliquando occideretur Commodus, qui omnibus odiosus erat propter mores suos, & ipse cum illo occideretur. *Salmas.*

2. *Et quidem Severi, ut quidam, voluntate firmatum.*] Tollenda sunt illa, *ut quidam:* quod vidit acute Jacobus Lectius. cùm fuissent temere repetitæ voculæ præcedentes, *& quidem*, postea emendarunt *ut quidam.* sed nullum esse huic dubitationi locum ex ipsis quæ subjiciuntur Juliani verbis constat planissimè. *Casaub.*

Et quidem Severi, ut quidam, voluntate firmatum.] Ego potius censeo legendum, *Et quidem Severi, ut quidam volunt, voluntate firmatum.* Nec erat enim omnium authorum hæc constans opinio, imperio Albini Severum consensisse: sed quorumdam duntaxat, & inter eos Herodiani, qui Albinum Severi Cæsarem fuisse scripsit. aliter tamen hunc locum ponit vetus editio: *Accepit imperium, & quidem Severi, ut quidam volunt, arte firmatum.* Salmas.

Et quidem Severi, (ut quidam) voluntate firmatum.] Sic manuscr. Palatinus. & potest sanè illud *ut quidam*, innuere quosdam historicos ita prodidisse. placet tamen magis ut tollatur Lectio. *Grut.*

3. *Etiam illud probat.*] Scribe; *Etiam illud probat, quod Commodum donantem me Cæsarianonomine contempsi.* Salmas.

4. *Cæsariano nomine.*] Vetus editio cum Palatino, *Cæsareano nomine.* sic alibi, *Cæsareanum imperium.* Idem.

5. *Sed postea & filiis jam majusculis studentem.*] Ita vetus editio & Palat. *Sed postea filiis jam majusculis studens & Albini amori invidens sententiam mutasse atque*

[1]& Albini amori invidentem, sententiam mutasse, atque illos utrosque bello oppressisse, [2] maximè precibus uxoris adductum. Denique Severus eum cos. designavit: quod utique nisi de optimo viro non feciſſet, homo in legendis magistratibus diligens. Sed ut ad eum redeam, [3] fuit (ut di- 4
xi) Albinus Adrumento oriundus, sed nobilis apud suos, & originem à Romanis familiis trahens, Posthumiorum scilicet & Albinorum Cejoniorum. Quæ familia hodie quoque, Constantine maxime, nobilissima est, & per te aucta & augenda, quæ per Galienum & Gordianos plurimùm crevit. Hic tamen natus lare modico, patrimonio pertenui, parentibus sanctis, [4] patre Cejonio Posthumio, matre Aurelia Messalina, primus suis parentibus fuit: quum exceptus utero, quòd [5] contra consuetudinem puerorum qui nascuntur, & solent rubere, esset candidissimus, *Albinus* est dictus. Quod verum esse, patris epistola ad Ælium Bassianum tunc proconsulem Africæ data designat, affinem (quantum videtur) eorum ipsorum. Epistola Cejonii Posthumii ad Ælium Bassianum. *Filius mihi natus est* VII. *Cal. Decemb. ita candidus statim toto corpore ut* [6] *linteamen quo exceptus est, vinceret. Quare susceptum eum Albinorum familiæ, quæ mihi tecum communis est, dedi, Albini nomine impositio. Fac ut reinp. & te & nos, ut facis, diligas.* Hic ergo omnem pue- 5
ritiam

atque illorum utrumque bello oppressisse precibus uxoris adductus. In qua lectione subaudiendum est, *fertur* aut *dicitur*. nec inconsuetum aut inusitatum authoribus sic loqui. *Idem.*

1. *Et Albini amori invidentem.*] *Albini amori*, hoc est, amori senatorum in Albinum: sive Albino circa quem major erat senatus voluntas, ut ipse auctor infrà se explicans loquitur. vide & sub libri finem. *Casaub.*

2. *Maximè precibus uxoris adductum.*] Quantum tribuant blanditiis illis uxorum nocturnis Principes, ostendimus non parcè ad lib. 1. Annalium Taciti, cap. 3. m. *Grut.*

3. *Fuit Albinus Adrumento oriundus.*] Scribe ex Palat. *Hadrumetinus oriundo*, hoc est, *origine Hadrumetinus*. Ita alibi loquitur: *Gallus oriundo*, pro, *origine Gallus*, ut suo loco dicemus. *Salmasius.*

4. *Patre Cejonio Posthumio.*] *Cejonio Postumo.* Palatinus. *Idem.*

5. *Contra consuetudinem puerorum qui nascuntur & solent rubere.*] Juvenalis,

—— modò primos incipientem
Edere vagitus, & adhuc à matre rubentem.

Atque hos propterea Jurisconsulti sanguinolentos nominant. *Casaub.*

6. *Linteamen quo exceptus est.*] Vide Hieronymum in cap. XVI. Ezechielis. *Idem.*

ritiam in Africa transegit, eruditus literis Græcis ac *Latinis* mediocriter,[1] quòd esset animi jam militaris & superbi. Fertur in scholis sæpissimè cantasse inter puerulos,

Arma amens capio, nec sat rationis in armis,

repetens, *Arma amens capio.*

Huic multa imperii signa, quum esset natus, facta dicuntur. [2] Nam & bos albus [3] purpureis ad plenum colorem cornibus natus est, [4] quod mirandum fuit: quæ tamen cornua in templo Apollinis Cumani ab eodem posita jam tribuno diu fuisse dicuntur: quod, quum ille sortem de fato suo tolleret, his versibus eidem dicitur esse responsum.

Hic rem Romanam magno turbante tumultu
Sistet eques: sternet Pœnos Gallumque rebellem.

Et in Gallia quidem eum multas gentes domuisse constat. Ipse autem suspicabatur de Severo sibi prædictum, *Sternet Pœnos*, quòd Septimius Afer esset. Fuit & aliud signum futuri imperii. Nam quum Cæsariana familia hoc speciale habuerit [5] ut parvuli domus ejus in testudineis alveis lavarentur, nato infantulo testudo ingens patri ejus munere

1. *Quod esset animi jam militaris ac superbi.*] Idem liber Palat. *Jam inte militaris ac superbi.* Scribendum: *Quod esset animi jam inde militaris & superbi. jam inde*, hoc est etiam à puericia. nec otiosum est illud *inde*. superbia autem propria militis. *Salmas.*

Quod esset animi jam militaris & superbi.] Uterque Pal. *animi jam inte militaris & superbiam.* forte, *jam inde militaris & superbi.* excerpta emendata habent, *inter militaris.* Grut.

2. *Nam & bos albus purpureis ad plenum colorem cornibus natus est.*] Posset etiam scribi: *ad plenum colore.* hoc est, bos albus natus est cornibus colore ad plenum purpureis. sed, *ad plenum colorem* retineo. *plenus* enim *color* est qui & *saturus* dicitur. purpurea igitur cornua ad plenum colorem sunt, purpuræ acutissimæ & verissimæ & intensi luminis. hunc Græci κορκορῶν colorem dicunt, qui & plenus vel saturus Latine vocatur. *Salm.*

3. *Purpureis ad plenum colorem cornibus.*] Poterat omitti vox *colorem.* in regio est, *colore.* quod & ferri potest. *Casaubonus.*

4. *Quod mirandum fuit.*] Addit vetus editio: *Quod mirandum fuit cum cornibus.* Mirandum enim revera est, bovem nasci cum cornibus. atqui non solum cornua omen imperii fecerunt Albino, sed purpurea cornua. *Salmas.*

5. *Ut parvuli domus ejus in testudineis alveis lavarentur.*] Non pueri solum in alveis, sed olim etiam viri lavabantur, illa veterum duritia & parcitate, cum balnea nondum luxuries invenisset aut invexisset. sed & *alvei* in balneis, qui Græcis ἐμβάσεις, & Latinis *descensiones.* sed ad pueriles alveos redeamus, in quibus infantes excaldabantur. σκαφαι enim & σκαφίδια Græcis dicebantur, sed & *scaphisteria* Latinis. *Idem.*

3. *Septi-*

nere piscatoris allata est, quod ille homo literatus omen accipiens, & testudinem libenter accepit & eam curari jussit, atque infantulo ad excaldationes pueriles dicari, nobilitandum etiam hinc sperans. Quum rarum esset aquilas in his locis videri in quibus natus est Albinus; [1] septima ejus diei hora convivio quod celebritati pueri deputabatur, [2] quum ei fierent nomina septem aquilæ parvulæ de nido allatæ sunt, [3] & [4] quasi ad jocum circa cunas pueri constitutæ: nec hoc omen pater abnuit, qui jussit aquilas ali, & diligenter curari. Accessit omen, quòd quum pueri ejus familiæ russulis fasciolis illigarentur, quòd fortè lotæ atque udæ essent russulæ fasciolæ, quas mater prægnans paraverat, [5] purpurea matris illigatus est fascia: [6] unde illi joco nutricis etiam *Porphyrii* nomen inditum est. Hæc atque alia signa imperii futuri fuere. quæ qui volet nosse, Ælium Cordum legat, [7] qui frivola [8] super

1. *Septima ejus diei hora convivii, &c.*] Oratio non est Latina. sed dubio procul scribendum, *Septima ejus diei, hora convivii, &c.* Loquitur de solennitate diei lustrici, quo celebrata sunt infantis nominalia. septimo autem die suis liberis nomina plerique imponebant Græci Latinique. *Casaub.*

2. *Quum ei fierent nomina.*] Lego, *nominalia.* Idem.

Quum ei fierent nomina.] *Nomina fieri* pro imponi quis Latinum esse dubitet? nomen enim facere & nomina, est idem quod Græcis, ὀνόματα τίθεσθαι. Nomina vero in numero multitudinis, dixit, quod nomen & prænomen & cognomen imponebatur simul in ipsis nominalibus, quæ & tria nomina dicebantur:

—— *tanquam habeas tria nomina.* ——

Licet etiam heic *nomina* pro nominalibus accipere, ut *compita* pro compitalibus apud Gratium. sed illud verius, quod prius posuimus. *Salmas.*

3. *Et quasi ad jocum circa cunas pueri constitutæ.*] Nota heic *jocum* eo significatu poni quo apud nos *jeu*, pro ludo scilicet vel lusu. unde & *jocari* pro ludere dicimus. *Idem.*

4. *Quasi ad jocum circa cunas pueri constitutæ.*] Ita fuit moris. Plautus:

Patriciis pueris aut monedulæ,
Aut anates, aut coturnices dantur, quicum lusitent.

Casaub.

5. *Purpurea matris illigatus est fascia.*] Color purpureus quoquomodo infanti admotus spem faciebat regiæ fortunæ: quia purpura erat ἀρχῆς σύμβολον, & propria imperatorum, ut notum ex historia & Codice. quinetiam institutum postea est ab Imperatoribus Constantinopolitanis, ut Augustæ liberos non parerent nisi ἐν πορφύρᾳ: quem morem Nicetas Choniates aperit lib. v. & Luitphrandus lib. 1. c. 1. Inde est quòd inter omina imperii quibus scatent hi libri, semper ferè invenies purpureum aliquid. *Idem.*

6. *Unde illi joco nutricis etiam Porphyrii nomen.*] *Porphyri* Palat. & excerpta Spartiani. *Salmas.*

7. *Qui frivola super ejusmodi omnibus cuncta persequitur.*] Lege: *Qui frivola super*

6 [1] super hujusmodi omnibus cuncta persequitur. Adolescens igitur statim se ad militiam contulit, atque Antoninis per Lollium Serenum, [2] & Bæbium Matianum & Cejonium Posthumianum suos affines innotuit. Egit tribunus equites Dalmatas: egit & legionem Quartanorum & Primanorum: [3] Bithynicos exercitus eo tempore quo Avidius rebellabat, fideliter tenuit. Deinde per Commodum ad Gallias translatus, [4] in qua fusis Frisiis Transrhenanis, celebre nomen suum & apud Romanos & apud Barbaros fecit. Quibus rebus accensus Commodus, Cæsarianum ei nomen obtulit, & dandi stipendii facultatem, [5] & pallii coccini utendi. Quibus omnibus ille prudenter abstinuit, dicens, *Commodum quærere qui aut cum eo perirent, aut quos cum causa ipse posset occidere.* Quæsturæ gratia illi facta est: qua concessa, ædilis non amplius quàm decem diebus fuit, quòd [6] ad exercitum festinanter mitteretur. Deinde prætoram egit sub Commodo famosissimam. Nam ejusdem ludis Commodus & in foro & in theatro pugnas exhibuisse perhibetur. cos. à Severo declaratus est eo tempore [7] quo
7 Albinum sibi cum Pescennio paraverat subrogare. Ad imperium

super ejusmodi omnibus cuncta persequitur. Idem.

Qui frivola super hujusmodi omnibus cuncta persequitur.] Pal. integer *hominibus*. mutilus, *ominibus*. quomodo & reponendum volebat optimus Casaubonus. *Grut.*

1. *Super hujusmodi omnibus.*] Scribendum, *ominibus*. Casaub.

2. *Et Bæbium Mæcianum.*] Sic ambo Pall. non *Metianum*, ut tetrò vulgati. *Grut.*

3. *Bithynicos exercitus eo tempore quo Avidius rebellabat fideliter tenuit.*] Vetus editio, *Bithanicos*. forte *Britannicos*. nam infra Britannicos exercitus egisse Albinum jussu Commodi scribitur. utrum tamen veribs, ex historia adfirmare non possumus. *Salmas.*

4. *In qua fusis Frisiis transrhenanis.*] Nusquam Frisiorum mentio in veteribus libris, qui exhibent: *In qua fusis fugientibus transrhenanis.* Lege: *In qua fusis quibusdam gentibus transrhenanis celebre nomen suum & apud Romanos & apud Barbaros fecit.* vel *fusis fugatis gentibus transrhenanis.* Alterutrum enim verum est & proxime vestigia veteris scripturæ. multæ autem & variæ gentes transrhenanæ. & tacet hoc loco Spartianus, quas fuderit ex illis, contentus dixisse, transrhenanas. *Idem.*

5. *Et pallii coccini utendi.*] *Coccinci*. Casaub.

Et pallii coccini utendi.] Excerpta *coccinii*, ab manu verò emendatrice, *coccinci*, quomodo & alii conjecerant. *Grut.*

6. *Ad exercitum festinanter mitteretur.*] Pal. *festinò*, non ineptè. *Idem.*

7. *Quo Albinum sibi cum Pescennio paraverat subrogare.*] Melius Pal. *quo illum sibi, &c.* Idem.

1. *Et*

perium venit natu jam grandior, & major Pescennio Nigro, ut Severus ipse in vita sua testatur. Sed victo Pescennio, quum & filiis suis imperium servare cuperet, [1] & voluntatem senatus majorem circa [2] Clodium Albinum videret, quòd esset vir antiquæ familiæ, literas ad eum per quosdam summi honoris ac summæ affectionis misit, quibus hortabatur, ut quoniam occisus esset Pescennius Niger, ipse cum eo fideliter Remp. regeret. Quarum exemplum hoc esse Cordus ostendit. *Imperator Severus Augustus Claudio Albino Cæsari, fratri amantissimo, & desideratissimo salutem. Victo Pescennio, literas Romam dedimus, quas senatus tui amantissimus libenter accepit. Te quæso, ut eo animo Remp. regas quo dilectus es frater animi mei, frater imperii. Bassianus & Geta te salutant. Julia nostra & te & sororem salutat.* [3] *Infantulo tuo Pescennio Primeo munera digna suo loco tuoque mittemus. Tu velim exercitus Reip. ac nobis retentes, mi unanime, mi charissime, mi amantissime.* [4] Et has quidem literas 8
missis stipatoribus fidelissimis dedit, quibus præcepit ut epistolam publicè darent, postea verò dicerent se velle pleraque occultè suggerere quæ ad res bellicas pertinerent, [5] & ad secreta castrorum [6] atque [7] aulicam fidem: ubi verò in secretum venissent, quasi mandata dicturi, quinque

1. *Et voluntatem Senatûs majorem circa Clodium, &c.*] Malim, *& ingentem Senatus amorem circa Clodium, &c.* quomodo Pal. *Idem*

2. *Claudium Alb.*] *Clodium:* Casaub.

3. *Infantulo tuo Pescennio Primeo.*] Regius, *Primeo.* ego satis miror infanti Clodii Albini hæc nomina esse imposita: & causam ejus rei quæro. Primeus autem quid sit nescio, neque Primeus. Perineus fuerit nomen Græcum, *Περίνεως. Idem.*

Infantulo tuo Pescennio Primeo.] Omnes libri: *Pescennio Primeo.* Salmas.

Infantulo tuo Pescennio Primeo.] Exhibet etiam Pal. illud *Primeo*, quod in codice Regio. haud tamen exputo quid sibi velit. *Grut.*

4. *Et hic quidem litteras.*] Lege authoribus libris: *Et has quidem litteras missis stipatoribus fidelissimis dedit.* Salmasius.

Et hic quidem litteras.] Præstat Pal. *Et has quidem litteras, &c.* Grut.

5. *Et ad secreta castrorum atque aulicam fidem.*] Intelligit fidem quæ aulæ debetur. secreta sunt aulæ non minus quam castrorum, & in utrisque merito fides exigitur. *Salmas.*

6. *Atque aulicam fidem.*] Lego *sedem*, alibi vocat stationem imperatoriam. *Casaub.*

7. *Aulicam fidem.*] Capio de eis quæ spectant ad interiora Imperatoris consilia, summâ fide secretò custodienda. neque aliter Pal. *Grut.*

1. *Cla-*

que validissimi eum interimerent [1] gladiolis intra vestem latentibus. Nec illorum quidem fides defuit. Nam quum ad Albinum venissent, & epistolam dedissent, qua lecta, quum dicerent quædam secretiùs suggerenda, & locum semotum ab omnibus arbitris postularent, & quum omnino neminem paterentur ad porticum longissimam cum Albino progredi, ea specie ne mandata proderentur; Albinus intellexit insidias. Denique indulgens suspicionibus, eos tormentis dedit. Qui diu primò pernegarunt, sed postea victi necessitate, confessi sunt ea quæ Severus iisdem præceperat. Tunc jam proditis rebus & apertis insidiis, ea quæ suspicabatur Albinus clara esse intelligens, exercitu ingenti collecto contra Severum atque ejus duces venit. Et primo quidem conflictu habito contra duces Severi, potior fuit: pòst autem Severus ipse quum id egisset apud senatum ut hostis judicaretur Albinus contra eum profectus, acerrimè fortissimeque pugnavit in Gallia non sine varietate fortunæ. Denique [2] quum solicitus augures consuleret, responsum illi est (ut dicit Marius Maximus) venturum quidem in potestatem ejus Albinum, sed non vivum nec mortuum: quod & factum est. [3] Nam quum ultimum prælium commissum esset, innumeris suorum cæsis, plurimis fugatis, multis etiam deditis, Albinus fugit: &, ut multi dicunt, se ipse percussit: ut alii, à servo suo percussus, semivivus ad Severum deductus est. Unde confirmatum est augurium quod fuerat antè prædictum. Multi præterea dicunt, à militibus, [4] cujus nece à Severo gratiam requirebant. Fuit Albino unus (ut aliqui dicunt)

1. *Gladiolis intra vestem latentibus.*] Palatinus & editio: *infra vestem.* hoc erit, *sub veste.* Salmas.

2. *Quum sollicitus augures consuleret.*] Pannonios. vide in Severo, ubi pleraque omnia eorum quæ in hac vita. *Casaubonus.*

3. *Nam quum ultimum prælium commissum esset.*] *Ultimo prælio commissum esset*, iidem libri suggerunt. quod Latinum est & elegans. committere enim absolute est, prælium committere. Glossæ: *committere, συμβάλλειν μάχην. Salmas.*

4. *Cujus nece à Severo gratiam requirebant.*] Scribe, *quicujus nece.* Casaub. *Cujus nece à Severo gratiam requirebant.*] Omnino scribendum: *Multi præterea*

dicunt) filius: Maximus dicit duos. quibus primùm veniam dedit, postea verò eos cum matre percussit, & in profluentem abjici jussit. Caput ejus excisum pilo circumtulit, Romamque misit literis ad senatum datis, quibus insultabat quòd Albinum tantopere dilexissent, ut ejus affines & fratrem præcipuè ingenti honore cumularent. Jacuisse ante prætorium Severi Albini corpus per dies plurimos[1] dicitur usque ad fœtorem, [1] laniatumque à canibus in profluentem abjectum esse. De moribus ejus varia dicuntur. Et Severus quidem ipse hæc de eodem loquitur, ut eum dicat turpem, malitiosum, improbum, inhonestum, cupidum, luxuriosum. sed hæc belli tempore vel post bellum, [2] quando ei jam velut de hoste credi non poterat: quum & ipse ad eum quasi ad amicissimum frequentes miserit literas, & multi de Albino bene senserint: & Severus ipse Cæsarem suum eundem appellari voluerit: & quum de successore cogitaret, hunc primum habuerit ante oculos. Extant præterea Marci epistolæ de hoc eodem, quæ testimonium & virtutum ejus ferunt & morum: quarum unam inserere ad præfectos datam super ejus nomine [3] absurdum non fuit. *M. Aurelius Antoninus præfectis suis salutem. Albino ex familia Cejoniorum, Afro quidem homini, sed non multa ex Afris habenti, Plautilli genero duas cohortes alares regendas dedi. Est homo exercitatus, vita tristis, gravis moribus. puto eum rebus castrensibus profuturum: certè obfuturum non esse satis novi.* [4] *Huic salarium duplex decrevi, vestem militarem simpli-*

terra dicunt à militibus, qui ejus nece à Severo gratiam requirebant. Salmas.

1. *Laniatumque à canibus in profluentem abjectum esse.*] Pal. *abjectum eli,* æque bene *Gent.*

2. *Quando ei jam velut de hoste credi non poterat.*] Ut nec ei credere profitetur Dio, qui in hac parte fidem Severi elevat. *Salmas.*

3. *Absurdum non fuit.*] Melius *fuerit.* Casaub.

4. *Huic salarium duplex decrevi, vestem militarem simplicem, sed loci sui stipendium quadruplum*] Voces annona, salarium & stipendium, etsi separantur sæpe à scriptoribus, ut quæ proprias significationes habeant, inter se diversas; sæpe tamen confunduntur. sic hoc loco *salarium* & *stipendium* non differunt. nam *salarium duplex* intelligit Marcus, quod merebat Albinus priùs quàm in altiorem gradum promoveretur, & quod promoto debebatur pro ratione muneris quod illi imponebatur. Qui mutant

simplicem, sed loci sui stipendium quadruplum. Hunc vos adhortamini ut se reip. ostentet, habiturus præmium quod merebitur. Est & alia epistola qua idem M. Avidii Cassii temporibus de hoc eodem scripsit, cujus exemplum hoc est. *Laudanda est Albini constantia,* [1] *qui graviter deficientes exercitus tenuit, quum ad Avidium Cassium confugerent. & nisi hic fuisset, omnes defecissent. Habemus igitur virum dignum consulatu, quem sufficiam in locum Cassii Papirii, qui mihi exanimis propè jam nuntiatus est. Quod interim à te publicari nolo, ne aut ad ipsum Papirium, aut ad ejus affectus perveniat: nosque videamur in locum ventis* 11 cos. *subrogasse.* Istæ igitur epistolæ testantur, Albinum virum utilem fuisse. Indicat & illud præcipuè quòd ad eas civitates instaurandas quas Niger attriverat, pecuniam

mutant militiam, salarium quoque mutant, sive majore sive minore, pro statione in qua collocantur. Marcus Albino utrumque pendi jussit: atque hoc duplex est salarium. At *sui loci stipendium quadruplum* est quadruplum illius stipendii sive salarii, quod vulgò omnibus exhiberi solitum, qui locum illum obtinerent, in quem vocatus erat Albinus. Ordinarium illud fuit, ut cuique militantium salaria sui ordinis decernerentur, ut loquitur Vopiscus: illud honoris caussa fieri solitum, ut viris fortibus sui loci stipendium multiplicaretur. Sic alibi leges in his libris tribuno omnia præstari quasi duci. Hinc appellati duplares, qui stipendium sive salarium duplum acciperent. *Idem.*

Huic salarium duplex decrevi, vestem militarem simplicem, &c.] Mirifice hæc exponunt eruditi viri. milites dicebantur accipere loci sui stipendium vel salarium, cum nihil plus in stipendium salariumve acciperent, quam quod talis loci militibus dari solitum esset. hoc erat simplex stipendium. at quadruplum vel duplum stipendium tunc illis dari dicebatur, cum duplo vel quadruplo plus acciperent, quam milites ejus loci solerent accipere. Non igitur recta illa loquutio: *Sed loci sui stipendium quadruplum.* Sola interpunctio male posita totum hunc locum turbavit, & viros eruditos frustra vexavit. Distingue sic: *Huic salarium duplex decrevi, vestem militarem simplicem sed loci sui, stipendium quadruplum.* Distinguit stipendium à salario Capitolinus hoc loco. quod item alii fecere. scio tamen plerumque non discerni. aperte etiam separatur in epistola Valeriani ad Mucianum quæ apud Flavium Vopiscum legitur in vita Probi. nam postquam stipendium, quod in auro & argento dabatur, memoravit, & vestem, sequitur de salario: *In salario,* inquit, *diurno, bubulæ pondo octo, porcinæ pondo sex, &c.* Quod autem Antoninus in hac epistola scribit, simplicem se vestem Albino decrevisse, sed loci sui: ostendit vestem non duplicasse, ut salarium, nec quadruplicasse ut stipendium, sed simplicem tantum decrevisse, & eam quæ debebatur militibus ejus loci in quo tunc militabat Albinus. cum igitur illi duplicasset salarium, & stipendium quadruplum decrevisset, vestem tantum simplicem dari jussit, & qualis debebatur illius ordinis militi quem tunc obtinebat Albinus. *Salmas.*

1. *Qui graviter deficientes exercitus.*] Exercitus Bithynicos. *Idem.*

1. Ut

niam misit, quò facilius sibi earum accolas conciliaret. Gulosum eum Cordus qui talia persequitur in suis voluminibus, fuisse dicit: & ita quidem, [1] ut pomorum tantum hauserit quantum ratio humana non patitur. Nam & [2] quingentas ficus passarias, quas Græci callistruthias vocant, jejunum comedisse dicit, & [3] centum persica Campana, [4] & melones Hostienses decem, & uvarum Lavicanarum pondo viginti, & ficedulas centum, & ostrea quadringenta. Vini sanè parcum fuisse dicit, quod Severus negat, qui eum asserit ebrium etiam in bello fuisse. [5] Cum suis etiam nunquam cœnavit, vel propter vinolentiam, (ut dicit Severus) vel propter morum acrimoniam. Uxori odiosissimus fuit, servis injustus, atrox circa militem. Nam sæpe & [6] ordinarios centuriones, ubi causæ qualitas non postulabat, in crucem sustulit. Verberavit certè virgis sæpissimè: neque unquam delictis pepercit. In vestitu nitidissimus fuit, in convivio sordidissimus, & soli studens copiæ: mulierarius inter primos amatores, aversæ Veneris semper ignarus, & talium persequutor: agricolandi peritissimus, ita ut etiam Georgica scripserit. Milesias nonnulli ejusdem esse dicunt, quarum fama non igno-

1. *Ut pomorum tantum hauserit.*] Palatinus *auxerit.* pro *auferit.* *aurio* enim scribebant librarii veteres absque aspiratione. *haurire* autem *poma* pro comedere, ut *haurire ostrea* Ausonio. *haurire sua bona* pro comedere Martiali:

Hausisset quas luxuriosus opes. Idem.

2. *Quingentas ficus passarias, quas Græci callistruthias vocant.*] Etiam veteres Latini callistruthias appellabant, non passarias. de his Plinius libro XV. & Athenæus in tertio. *Casaub.*

3. *Centum Persica Campana.*] Quæ magnitudine alibi nata superarent. *Idem.*

4. *Et melones Hostienses decem.*] Cucumeris genus ætate Plinii in Campania primo natum, postea latiùs propagatum, & diligenter cultum. melopepones initiò dicti, & Græcis quoque μηλοπέπονες. postea contracta voce *melones*, ut hic & apud Palladium. Nihil melones isti ad hodiernos: quos omnis vetustas ignoravit. *Idem.*

5. *Cum suis etiam nunquam cœnavit.*] An solus semper cœnavit? in veteri libro: *Cum suis etiam nunquam convenit.* Et hanc magis firmat ratio subdita: *Vel propter vinolentiam vel propter morum acrimoniam.* Indicant enim hæc verba ita morosum ac difficilem fuisse Albinum ut inde suis esset odiosus, nec illi bene cum suis convenitet. *Salmas.*

6. *Ordinarios centuriones.*] Vopiscus in Bonoso: *Militavit primùm inter ordinarios, deinde inter equites.* Horum centuriones, dicti centuriones ordinarii. Extraordinariorum equitum meminit Spartianus in Caracalla. *Casaub.*

12 ignobilis habetur, quanvis mediocriter scriptæ sint. A senatu tantum amatus est quantum nemo principum, [1] in odium speciatim Severi, quem vehementer ob crudelitatem oderant senatores. Denique victo eo plurimi senatores à Severo interfecti sunt, qui ejus partium vel verè fuerant vel esse videbantur. Denique quum apud Lugdunum eundem interfeciſſet, [2] statim literas inquiri jussit, ita ut inveniret vel ad quos ipse scripsisset, vel qui ad eum rescripsissent, omnesque illos quorum epistolas reperit, hostes judicari à senatu fecit: nec his pepercit, sed & ipsos interemit, & bona eorum proscripsit, atque in ærarium publicum retulit. [3] Extat epistola Severi, quæ ostendit animum suum, missa ad senatum, cujus hoc exemplum est. [4] *Nihil mihi gratius potest evenire* P. C. *quàm ut vestrum judicium Albinus haberet potius quàm Severus. Ego frumenta Reipub. detuli, ego multa bella pro Republica gessi, ego populo Romano tantum olei detuli quantum rerum natura vix habuit. Ego interfecto Pescennio Nigro vos à malis tyrannicis liberavi. Magnam sanè mihi reddidistis vicem, magnam gratiam.* [5] *Unum ex Afris, & quidem Adrumetinis, fingentem quòd de Cejoniorum stemmate san-*

1. *In odium speciatim Severi.*] Unde sæpe accidit, ut quemlibet sibi malint homines imperare, etiam indignissimum, quàm cum à quo læsi sunt. Consulatur Justinus lib. xxxv. cap. 2. m. libro xxxviii. cap. 1. f. item Tacitus lib. II. Histor. cap. 76. videatur & Capitolini Opilius capite 2. f. *Grut.*

2. *Statim literas inquiri jussit.*] *Requiri jussit*, Palat. *Salmas.*

3. *Extat epistola Severi, quæ ostendit animum suum.*] Scribendum, *qua.* nisi *suum* dixit pro *ipsius.* Casaub.

4. *Nihil mihi gratius potest evenire.*] Εὐφυῶς hoc dicit, aut scribendum, *Nihil mihi ingratius potest evenire*, & *potest* malim quàm *potest.* In altero Puteani cod. *gravius* scriptum non *gratius.* Idem.

Nihil mihi gravius potest evenire, &c.] Vulgati, *gratius*: sed nostrum tuetur se fide Palatini codicis, & Puteani, requiritque sententia. *Grut.*

5. *Unum ex Afris, & quidem Adrumetinis.*] Mirum est ita contemtim de Afris locutum Severum, hominem Afrum, & sui nequaquam contemnentem. Fortasse non ipsius hæc epistola est, verum Marii Maximi, aut alius cujusdam, qui pro eo jure quod sibi historiarum conditores usurpant, sub nomine Severi istam epistolam composuit. etsi temere hoc non credam: spirat enim tota hæc scriptio genuinum aliquid, & Severo non indignum. Hadrumetum verò oppidum ea tempestate nec magnæ nec nimium bonæ famæ fuisse hinc colligas. *Casaub.*

Unum ex Afris & quidem Adrumetinis.] Non adeo contemnit hoc Afros Severus ipse Afer: sed dolet hominem Afrum sibi præferri eo nomine quod

sanguinem duceret, usque adeò extuliſtis [1] *ut eum principem habere velitis, me principe, ſalvis liberis meis. Defuitne quæſo tanto ſenatui quem amare deberetis, qui vos amaret?* [2] *Hujus fratrem honoribus extuliſtis; ab hoc conſulatus, ab hoc præturas, ab hoc ſperatis cujuſvis magiſtratus inſignia. Non eam gratiam mihi redditis quam majores veſtri contra Piſonianam factionem, quam item pro Trajano, quam nuper contra Avidium Caſſium præſtiterunt: fictum illum & ad omnia mendaciorum genera paratum, qui nobilitatem quoque mentitus eſt, mihi præpoſuiſtis. Quinetiam* [3] *audiendus in ſenatu fuit* [3] *Statilius Corfulenus, qui honores Albino & ejus fratri decernendos ducebat: cui hoc ſuperfuit* [4] *ut de me decerneret* [5] *homo nobilis & triumphum. Major fuit dolor quòd illum pro literato laudandum plerique duxiſtis, quum ille næniis quibuſdam anilibus occupatus* [6] *inter Mileſias Punicas Apuleii ſui, & ludicra literaria conſeneſceret.* Hinc apparet quanta ſeveritate factionem vel Peſcennianam vel Clodianam vindicaverit. Quæ quidem omnia in vita ejus poſita ſunt: quæ qui diligentiùs ſcire velit, legat Marium Maximum, de Latinis ſcriptoribus; de Græcis, Herodianum, qui ad fidem pleraque dixerunt. Fuit ſtatura procerus, capillo renodi 13
& criſpo, fronte lata, & candore mirabili: & ut plerique putant, ex eo nomen accepit: voce muliebri & propè ad eunu-

quòd de Ceioniorum ſtemmate ortum ſe fingeret. Hoc igitur Severum male habebat quod unum ex Afris & quidem Adrumetinis, illo, ut videtur, tempore inter Afros non multum laudatis adeo extuliſſet ſenatus, ut & imperatorem habere vellet: cum nihil haberet Albinus quare ſibi merito præferretur, niſi forte ejus familiæ imagines, quam eminentiebatur. *Salmaſ.*

1. *Vt eum principem habere velitis.*] *Velletis.* Idem.

2. *Audiendus in Senatu fuit, &c.*] Sic quoque Palatinus, ut vulgati. *Grut.*

3. *Statilius Corfulenus.*] Membranæ, *Corſulenus.* quomodo & alibi, niſi fallor, hoc cognomen memini ſcriptum. *Caſaub.*

4. *Vt de me ille deceneret homo nobilis ad triumphum.*] Sic olim emendabam: *Cui hoc ſuperfuit, ut de me deceneret homo nobilis & triumphum.* Hoc, inquit, illi homini nobili (per irriſionem hæc dicit) ſenatui tantopere grato gratioſoque ſuperfuit, ut & de me triumphum deceneret. *Salmaſ.*

5. *Homo nobilis ad triumphum.*] Εὐγενεστάτῳ & venuſtè. *homo nobilis ad triumphum.* hoc eſt, ea nobilitate ut vel inter triumphales propterea mereatur cenſeri. aut, cui ad ſummum decus nihil deſit, niſi ut brevi triumphus illi decernatur. *Caſaub.*

6. *Inter Mileſias Punicas Apuleii ſui.*] Ita Apuleii librum vocat Severus per contemtum. *Idem.*

eunuchorum sonum, motu facili, iracundia gravi, furore tristissimo: in luxuria varius; nam sæpe appetens vini, frequenter abstinens. [1] Armorum strenuus prorsus, ut non malè sui temporis Catilina diceretur. Non ab re esse credimus, causas ostendere quibus amorem senatus Clodius Albinus meruit. Quum Britannicos exercitus regeret jussu Commodi, atque illum interemptum adhuc falso comperisset, quum sibi ab ipso Commodo Cæsarianum nomen esset delatum, processit ad milites, & hac concione usus est: *Si senatus P. R. suum illud vetus haberet imperium, nec in unius potestate res tanta consisteret, non ad Vitellios, neque ad Nerones, neque ad Domitianos publica fata venissent: in imperio consulari nostræ illæ gentes Ceioniorum, Albinorum, Postumiorum: de quibus patres vestri, qui & ipsi ab avis suis audierant, multa didicerunt: & certè Africam Romano imperio senatus adjunxit: Galliam senatus subegit, & Hispanias: orientalibus populus senatus dedit leges. Parthos tentavit senatus: & subegisset,* [2] *nisi* [3] *tam avarum principem Romano exercitui fortuna Reipublicæ tunc dedisset. Britannias Cæsar subegit, certè senator, nondum tamen dictator. Hic ipse Commodus quanto melior fuisset, si timuisset senatum? Et usque ad Neronem quidem senatus autoritas valuit qui sordidum & impurum principem damnare non timuit, quum sententiæ in eum dictæ sunt qui vitæ necisque potestatem atque imperium tunc tenebat. Quare, commilitones,* [4] *ego* [5] *Cæsareum nomen quod mihi Commodus detulit, nolo: di faxint ut ne alii quidem velint. Senatus imperet, provincias dividat: senatus nos consules faciat, & quid dico senatus? vos ipsi & patres vestri:* 14 *eritis enim ipsi senatores.* Hæc concio, vivo adhuc Commodo,

1. *Armorum strenuus, &c.*] Malim ita distinguere: *Armorum strenuus: prorsus ut non, &c.* Idem.

Armorum strenuus prorsus, &c.] Uterq; Pal. *Armorum sciens prorsus. &c.* Grut.

2. *Nisi tam avarum principem Romano exercitui fortuna Reipublicæ tunc dedisset.*] Palatini ambo *tunc dixisset*, neque displicet. *Idem.*

3. *Tam avarum principem.*] Dignum observatu, quòd Crassum qui in expeditione Parthica petiit, principem appellat Albinus. sed credo imperatorem, hoc est στρατηγὸν voluit dicere. *Casaub.*

4. *Ego Cæsareum nomen.*] Sic à prima manu Palat. *Cæsareanum* à secunda. *Grut.*

5. *Cæsareum nomen.*] Regius, *Cæsareanum.* Casaub.

do, Romam delata est : quæ Commodum in Albinum exasperavit, statimque successorem misit Junium Severum, unum ex contubernalibus suis. Senatui autem placuit ut miris acclamationibus absentem eum ornaret, [1] & vivo Commodo & deinceps interempto : ita ut nonnulli etiam Pertinaci autores fuerint ut eum sibi socium adscisceret, [2] apud Julianum de occidendo Pertinace ipsius plurimum autoritas valuerit. Ut autem hoc verum intelligatur, epistolam Commodi ad præfectos prætorii suos datam inserui, qua de occidendo Albino significavit suam mentem. [3] *Aurelius Commodus Severus præfectis salutem. Audisse vos credo primùm fictum esse quòd ego meorum consilio interfectus essem : deinde concionem Clodii Albini apud milites meos habitam, qui se multùm senatui commendat, idque, quantum videmus, non frustra. Nam qui principem unum in Republica negat esse debere, quique asserit à senatu oportere totam Rempublicam regi, is per senatum sibi petit imperium. Cavete igitur diligentissimè : jam enim hominem scitis* [4] *vobis militibus populoque vitandum.* [5] Has literas quum Pertinax inveniisset, in Albini odium publicavit. Quare Albinus occidendi Pertinacis Juliano autor fuit.

ÆLII

1. *Et vivo Commodo, & deinceps interemto.*] Non est simile veri senatum vivo Commodo ausum Albino palam favere, ut & adclamationibus eum ornaret. Quare auctoris verba in hanc potiùs sententiam interpretare, ut dicat, orationem Albini placuisse senatui, & vivo Commodo : sed adclamationes, eo demum interemto factas. *Idem.*

2. *Apud Julianum.*] Scrib. *& apud Jul.* Idem.

3. *Aurelius Commodus Severus.*] Unde hoc *Severi* cognomen ? nam inter plurima, quæ assumsit Commodus, quæque in nummis & lapidibus extant hodieque, istud invenies nusquam. Fortean scribendum, *A. C. suis prat. præfectis salutem.* præcedentia verba suadent. *Idem.*

4. *Vobis militibus populoque vitandum.*] Regius ; *vobis inutilem, populoque vitandum.* Idem.

5. *Has litteras cum Pertinax inveniisset, in Albini odium publicavit.*] Palatinus uterque, *odium publicasse in id.* emendatumque in sec. *publicare studuit.* Gruterus.

ÆLII SPARTIANI
ANTONINUS CARACALLUS.

EX duobus liberis quos Septimius Severus reliquit, Getam & Bassianum,[2] quorum unum exercitus, alterum pater dixit, Geta hostis est judicatus, [3] Bassianum autem obtinuisse imperium constat: de cujus majoribus [4] frustra putamus iterandum, quum omnia in Severi vita satis dicta sint. Hujus igitur pueritia blanda, ingeniosa, [5] parentibus affabilis, amicis parentum jucunda, populo accepta, grata Senatui, ipsi etiam ad amorem conciliandum salutaris fuit. [6] Non ille in literis tardus, non *in* benevolentiis segnis, non tenax in largitate, non lentus in clementia, [7] sed sub parentibus, visus. Denique, [8] si quando feris objectos damnatos vidit, flevit aut oculos avertit: [9] quod populo plusquam amabile fuit. [10] Septennis puer, quum collusorem suum puerum, [11] ob Judaïcam religionem

1. ANTONINVS CARACALLVS.] Alii, CARACALLA. utrumque dicunt Latini: Græci semper Καρακάλλαν. *Casaub.*

2. *Quorum unum exercitus, alterum pater dixit.*] Mira locutio, & cujus exemplum quærere sit quàm invenire facilius: *dixit*, pro dixit Cæsarem, vel Antoninum, vel Augustum. nam tot modis exponi potest. Præterea non sibi constat Spartianus qui alterum à patre, alterum ab exercitu Cæsareum nomen aut imperium dicat accepisse. nam in Severi vita milites sunt, qui utrumque Cæsarem dicunt, ac mox Augustum. Fortasse ante verbum *dixit*, deest vox *Cæsarem*, vel *Augustum*. judicent periti lectores. *Idem.*

3. *Bassianum autem obtinuisse imperium constat.*] Mendosa forte lectio. nam illud *constat* non visitur in Pal. habetque *obtinuit se*. Grut.

4. *Frustra putamus iterandum.*] Hoc est, iteratum iri. alioqui *frustra*, positum erit, pro non. *Casaub.*

5. *Parentibus affabilis.*] Robertus Bon. *parent. delectabilis*. Idem.

6. *Non ille in literis tardus.*] Et Græcas literas didicisse, & valuisse etiam memoria, indicat Dio. *Idem.*

7. *Sed sub parentibus.*] Sic statim, *Sed hæc puer*. Idem.

8. *Si quando objectos feris damnatos vidit, flevit aut oculos avertit.*] Sic & Vespasiano Suetonius cap. 15. f. *Cæterum neque cujusquam cade unquam lætatus est; justis suppliciis illacrimavit etiam & ingemuit.* Quæ loca excutimus ad librum 1. Annal. Taciti c. 76. f. *Grut.*

9. *Quod populo plusquam amabile fuit.*] Pro valde amabile. sic Aurelio Victori: *plusquam pius* pro valde pius. *Salmas.*

10. *Septennis puer.*] Capitolinus de Gordiano puero: *Benitatis insignis: adeò ut semper in scholis si quis puerorum verbo rarcitur, ille lachrymaret.* Casaub.

11. *Ob Judaicam religionem.*] Quam postea edicto prohibuit pater Severus, & Christianam simul, ut in ejus vita dictum. Judaicæ autem appellatione & Chri-

nem graviùs verberatum audiſſet, neque patrem ſuum neque patrem pueri [1] vel autores verberum diu reſpexit. Antiochenſibus & Byzantiis interventu ſuo jura vetuſta reſtituit: quibus iratus fuit Severus quòd Nigrum juverant. Plautiani odium [2] crudelitatis cauſa concepit. [3] Quæ à parentibus gratia ſigillariorum acceperat, ea vel clientibus vel magiſtris ſponte donavit. Sed hæc puer. Egreſ- 2
ſus verò pueritiam, ſeu patris monitis, ſeu calliditate ingenii, ſive quòd ſe Alexandro Magno Macedoni æquandum putabat, reſtrictior, gravior, vultu etiam truculentior factus eſt, [4] prorſus [5] ut eum quem puerum ſcirent, multi eſſe non crederent. Alexandrum Magnum ejuſque geſta in ore ſemper habuit. Tiberium & Syllam in conventu plerumque laudavit. [6] Patre ſuperbior fuit: [7] fratrem magna ejus humilitate deſpexit. [8] Poſt patris mortem

Chriſtianam intelligi, notum omnibus. Ipſum Antoninum lacte Chriſtiano fuiſſe educatum ſcribit diſertè Tertullianus ad Scapulam. *Idem.*

1. *Vel autores verberum.*] Scribe, *velut autores verberum.* οἷά τε αὐτὸς ὑπὸ τῶν τιθηνῶν. *Idem.*

2. *Crudelitatis cauſſa.*] Quam in omnes exercuiſſe Plautianum affatim docet Dio. *Idem.*

3. *Quæ à parentibus gratia ſigillariorum acceperat.*] Viri docti, *ſigillaritiorum.* ut dicimus, dare nomine xeniorum. tamen & *Sigillariorum* ferri poteſt: quomodo apud Suetonium, *Quadraginta aureos in Saturnalia & Sigillaria ſi miſiſſet ei.* Idem.

4. *Prorſus ut eum quem puerum ſcirent multi eſſe non crederent.*] Diu mihi ſuſpecta viſa eſt hæc lectio. Itaque legebam, *Prorſus ut eum quem puerum ſciverant, multi eſſe non crederent.* Hoc eſt, ut eumdem eſſe non cognoſcerent, quem puerum meminerant vidiſſe. Vel quem puerum ſciverant, id eſt, quem puerum cognoverant. Sed Palatinus habet: *Vt eum quem puerum fecerant.* Ut enim *ſolem condere* dicimus, cum ſolem condentem ſe videmus, ſic *pueros facere* dici poſſumus quos pueros factos vidimus. *Salm.*

Prorſus ut eum quem puerum ſciverant, multi eſſe non crederent.] Ita requirit curſus orationis, non *ſcirent*, quod in retrò vulgatis. & noſtrum iſtud diſertè exſtat in codice Regio Palatinoque. *Grut.*

5. *Vt eum quem puerum ſcirent.*] Id eſt, quem, qualis puer fuiſſet, ſcirent. ſcire pro cognoſcere. ſic alibi, *qui Remp. ſciret*, id eſt, probè cognitam haberet. *Caſaub.*

6. *Patre ſuperbior fuit.*] Infrà, *patre duro crudelior.* Idem.

Patre ſuperbior fuit.] Idem liber: *patris ſuperbior fuit.* Et ſic optimos auctores loqui memini. Apulejus: *Nec ſui molliorem provocaverat.* Salmaſ.

7. *Fratrem magna ejus humilitate deſpexit.*] Id eſt, cùm frater magna humilitate adverſus ipſum uteretur. *Caſaub.*

Fratrem magna ejus humilitate deſpexit.] Id eſt, *Propter magnam ejus humilitatem.* Nec mirum ſi homo ſuperbus fratrem humilem & civilem deſpiceret & præ ſe contemneret. *Salmaſ.*

8. *Poſt patris mortem in caſtra prætoria*

tem in castra prætoria pergens, apud milites conquestus est, circumveniri se fratris insidiis: atque ita fratrem in Palatio fecit occidi. ejus corpus statim cremari præcepit. Dixit præterea in castris fratrem sibi venenum parasse, matri eum irreverentem fuisse: egitque publicè iis gratias qui eum occiderunt. [1]Addidit denique iis qui fideliores erga se fuerant, stipendium. [2]Pars militum apud Albam, Getam occisum ægerrimè accepit, dicentibus cunctis, duobus se fidem promisisse liberis Severi, duobus servare debere. clausisque portis diu imperator non admissus, nisi delinitis animis, non solùm querelis de Geta & criminationibus editis, sed [3]enormitate stipendii militibus (ut solet) placatis: atque inde Romam rediit. Tunc sub veste senatoria loricam habens, cum armatis militibus curiam ingressus est. Hos in medio inter subsellia duplici ordine collocavit, & sic verba fecit. Questus est de fratris insidiis involutè & inconditè, ad illius accusationem, sui vero excusationem: quod quidem nec senatus libenter accepit, quum *ille* dixisset, fratri se omnia permisisse, fratrem ab insidiis liberasse, & illum tamen sibi gravissimas insidias feciisse, nec
3 vicem amori reddidisse fraterno. [4]Post hoc relegatis deportatisque reditum in patriam restituit: inde ad prætorianos

pergens.] Omittit reditum è Britannia in Italiam, & Urbem. sed & historiam narrat perturbatè: nam Antoninus non ante cædem, verùm ea admissa statim in castra prætoria perrexit. *Casaub.*

1. *Addidit denique iis qui fideliores erga se stipendium.*] Palat. *Addidit denique hos quos fideliorибus erga se stipendium.* Lege, *Addidit denique fideliorибus erga se stipendium*, omissis illis *hos quos*. quibus duabus vocibus quamvis corruptis contineri puto summam stipendii quod fidelibus erga se addidit Antoninus. quam tamen nunc non expedio. *Salmas.*

Addidit denique iis qui fideliores erga se fuerant stipendium.] An fuit? *qui fideliores erga se forent stipendium.* sed aliud quid forte latet. nam est tantum in Pal. *his quos fideliorибus erga se stipendium.* Grut.

2. *Pars militum apud Albam.*] Præter castra quæ in Urbe, erant alia ad Albani montis radices. Capitolinus in Maximinis: *Quare timentes milites quorum affectus in Albano monte erant.* Horum castrorum meminit sæpiùs Dio in Theodosii Excerptis. *Casaub.*

3. *Enormitate stipendii militibus ut solet placatis.*] Herodianus promissos scribit militibus viritim denarios bis millenos quingenos: diurnum etiam frumenti modum dimidio auctum ejus quod priùs accipiebant. *Idem.*

4. *Post hoc relegatis deportatisque reditum in patriam restituit.*] *Post hoc*, id est, statim post habitam superiorem orationem.

rianos processit, & in castris mansit. Altera die Capitolium petiit: [1] & [2] eos quos occidere parabat, affabiliter est alloquutus, [3] innitensque Papiniano, [4] & Chiloni, ad Palatium rediit. Quum flentem matrem Getæ vidisset, [5] aliasque mulieres, post necem fratris, [6] mulieres occidere conatus est: [7] sed ob hoc retentus [8] ne augeretur fratris occisi crudelitas. Lætum ad mortem coëgit, misso à se veneno: [9] ipse enim inter suasores Getæ mortis primus fuerat, qui & primus interemptus est. Ipse mortem ejus sæpissimè flevit. Multos qui cædis ejus conscii fuerant, interemit, [10] eumque & imaginem ejus honoravit. Post hoc [11] fratrem patruelem Afrum, cui pridie partes de cœna miserat, jussit occidi.

nem, cùm inibi esset, ut Curia egrederetur, & jam ad fores accessisset. impetu enim factum, non consilio. *Idem.*

1. *Et eos quos occidere parabat, affabiliter est alloquutus.*] Callidæ hujus & inopinatæ sævitiæ exempla aliquammulta collegi in Diatribis meis ad Tacitum. interim adeatur Curtius lib. VI. c. 39. f. Suet. Domitiano c. 11. p. *Grut.*

2. *Eos quos occidere parabat affabiliter est alloquutus.*] In Geta: *Fuit ejus immanitatis Antoninus, ut iis præcipuè blandiretur, quos ad necem destinabat.* Casaub.

3. *Innitensque Papiniano & Chiloni.*] Vetus liber: *Papiano.* & ita semper. scribendum etiam *Ciloni* pro *Chiloni.* Salm.

Innitensque Papiniano & Ciloni.] Sic quoque Palatinus, non ut antea vulgati, *Chiloni.* Grut.

4. *Et Chiloni.*] Dio *Cilonem* nominat. Τὸν Κίλωνα τὸν τροφέα, τὸν διδάσκαλον, τὸν ἐπὶ τῶν πολεμίων παραλειφθέντα. *Casaub.*

5. *Aliasque mulieres, post necem fratris, mulieres occidere conatus est.*] Ita distingue: *Quum flentem matrem Getæ vidisset, aliasque mulieres post necem fratris, mulieres occidere conatus est.* Salmas.

6. *Mulieres occidere conatus est.*] Regius, *multas occid.* Casaub.

7. *Sed ob hoc retentus ne augeretur fratris occisi crudelitas.*] *Crudelitas* dixit, pro invidia ex crudelitate. Sed quod ait retentum à cæde mulierum, de nonnullis verum est, non de omnibus: nam & harum multæ occisæ: sed à matris cæde quam cogitaverat est retentus, ut narrat Spartianus in extrema vita Getæ. *Idem.*

8. *Ne augeretur fratris occisi crudelitas.*] Juretus, *credulitas.* sed *crudelitas* non moveo. qui enim poterat notam occisi fratris effugere Caracalla, aut crimen illud à se amoliri, qui fratrem in sinu matris propria manu occiderat? *Salmas.*

9. *Ipse enim inter suasores Getæ mortis primus fuerat, qui & primus interemptus est.*] Ita est; sua ferè exempla in consultores recidunt; sicuti pluribus ostendi ad Taciti l. VI. Annal. c. 10. m. *Grut.*

10. *Eumque & imaginem ejus honoravit.*] Ita legendum: *Multos qui cædis ejus conscii fuerant interemit, & eum qui imaginem ejus honoravit. post hoc fratrem patruelem cui pridie partes de cœna miserat, jussit occidi.* Vel etiam ita ut minimum aut nihil discedamus à veteri scriptura, *Multos qui cædis ejus conscii fuerant, interemit. eum qui imaginem ejus honoravit, &c.* Honorabantur autem imagines floribus injectis & coronis impositis. *Salmas.*

11. *Fratrem patruelem Afrum.*] Explica ex Dione, Τὸν τε ἀνεψιὸν αὐτοῦ, Σεβῆρον τε ὀνόματι. *Casaub.*

occidi. Qui quum se præcipitasset percussorum timore, & [1] ad uxorem crure fracto erepsisset, tamen [2] per ludibrium à percussoribus deprehensus est, & occisus. Occidit etiam Pompeianum Marci nepotem ex filia natum & ex Pompeiano cui nupta fuerat Lucilla post mortem Veri imperatoris: quem & consulem bis fecerat, & omnibus bellis præposuerat, quæ gravissima tunc fuerunt: [3] & ita quidem ut
4 videretur à latronibus interemptus. Deinde in conspectu ejus Papinianus securi percussus est, & à militibus occisus: [4] quo facto percussori dixit, *Gladio te exequi oportuit meum jussum.* [5] Occisus est etiam ejus jussu Petronius ante templum divi Pii, tractaque sunt eorum per plateam cadavera, sine aliqua humanitatis reverentia. Filium autem Papiniani, qui ante triduum quæstor opulentum munus ediderat, interemit. [6] Iisdem diebus occisi sunt innumeri, qui fratris ejus partibus faverant. Occisi etiam liberti qui Getæ administraverant. Cædes deinde in omnibus locis & in balneis factæ. Occisique nonnulli etiam cœnantes, inter quos etiam [7] Sammonicus Serenus, cujus libri plurimi ad doctrinam extant. [8] In summum discrimen etiam Chilo iterum præfectus & consul venit, ob hoc quod concordiam inter fratres

1. *Ad uxorem facto crure crepsisset.*] *Erepsisse*, Palatinus. *Salmas.*

2. *Per ludibrium à percussoribus deprehensus est & occisus.*] Distingue, *per ludibrium, à percussoribus deprehensus, est occisus.* Casaub.

3. *Et ita quidem ut videretur à latronibus interemptus.*] Lampridius in Commodo: *Occisus est eo tempore etiam Claudius quasi à latronibus.* Loquitur Lampridius de Claudio Pompeiano patre Pompeiani, cujus hic cædes narratur. Sed erroris manifestissimi arguit Lampridium, omni exceptione major testis Dio, cui visus post necem Commodi Pompeianus ille quem Lampridius à Commodo scribit occisum. *Idem.*

4. *Quo facto, percussori dixit, Gladio te exequi oportuit meum jussum.*] Dio, Τῷ τε Παπινιανοῦ φονεῖ ἐπιλεμενον, ὅτι ἀξίνῃ αὐτὸν, ᾧ ἐκεῖνος διεχρήσατο. *Idem.*

5. *Occisus est etiam ejus jussu Petronius.*] Idem: *Patronius.* Salmas.

6. *Iisdem diebus occisi sunt innumeri, qui fratris ejus partibus faverant.*] Non sine stupore lego apud Dionem, ex amicis, fautoribus aut ministris Getæ cæsa tum fuisse, nullo sexus discrimine, quà in Palatio, quà in Urbe, millia hominum viginti. *Casaub.*

7. *Sammonicus Serenus, cujus libri plurimi ad doctrinam extant.*] In Geta: *Sereni Sammonici libros familiarissimos habuit, quos ille ad Antoninum scripsit.* Vide etiam Lampridium in Alexandro. *Idem.*

8. *In summum discrimen etiam Chilo.*] Lege *Cilo*, ut supra. *Salmas.*

fratres suaserat. [1] Et quum idem Chilo sublata veste senatoria, [2] nudis pedibus ab urbanicianis raptus esset, Antoninus seditionem compressit. Multas præterea postea cædes in urbe fecit, passim raptis à militibus nonnullis hominibus & occisis, quasi seditionem vindicans. [3] Helvium Pertinacem suffectum cos. ob hoc solùm quòd filius esset imperatoris, occidit. Neque cessavit unquam sub diversis occasionibus eos interficere qui fratris amici fuissent. Sæpe in senatum, sæpe in populum superbè invectus est, aut edictis propositis aut orationibus editis, Syllam se etiam ostendens futurum. His gestis Galliam petiit: atque ut primùm in eam venit; Narbonensem proconsulem occidit. Cunctis deinde turbatis [4] qui in Gallia res regebant, odium tyrannicum meruit, [5] quamvis aliquando fingeret se benignum, quum esset natura truculentus. Et quum multa contra homines & contra jura civitatum feciisset, [6] morbo implicitus graviter laboravit. Circa eos qui eum curabant, crudelissimus fuit. Deinde ad Orientem profectionem parans, omisso itinere in Dacia resedit. Circa Rhetiam non paucos Barbaros interemit, militesque suos quasi Syllæ milites & cohortatus est & donavit. Deorum sanè se nominibus appellari vetuit, quod Commodus fecerat, quum illi eum, quòd leonem aliasque feras occidisset,

1. *Et quum idem Chilo sublata veste senatoria, &c.*] Dissentit in hac narratione Spartianus à Dione. Spartiano hæc mens est; cum raperetur à militibus Cilo, sublatam illi vestem senatoriam & patricios calceos. at Dio illo loci deprehensum à militibus ubi nec vestem senatoriam nec calceos habere poterat, nempe in balneis. *Idem.*

2. *Nudis pedibus ab urbanicianis raptus esset.*] De soleato dixit, *nudis pedibus.* nam Dio ait, βλαπτους ὑποδημάτων. & rationem adjicit, quia erat in balneis. *Casaub.*

3. *Helvium Pertinacem sufficium Consulem, ob hoc solùm, quod filius esset Imperatoris, occidit.*] Caussa tamen non levis, sed quantivis ponderis, ut probavimus ad illud Taciti: *Plurimum terroris intulit cædes Calpurnii Galeriani, &c.* lib. IV. Hist. cap. II. *Grut.*

4. *Qui in Gallia res regebant.*] Scribe, *gerebant.* Casaub.

Qui in Gallia res gerebant.] Est à Palatino nostro. antèa legebatur, *regebant.* Grut.

5. *Quamvis aliquando fingeret se benignum.*] Bene & eleganter in Pal. *Quamvis aliquando fingeret & benignum.* Salmasius.

6. *Morbo implicitus.*] Rectè: & *implicari morbo*, & *implicari in morbum* sæpe apud Livium, & Cornelium Nepotem atque alios. *Casaub.*

disset, Herculem dicerent. [1] Et quum Germanos subegisset, [2] *Germanicum* se appellavit: vel joco vel seriò, ut erat stultus & demens, [3] asserens si Lucanos vicisset, *Lucanicum* se appellandum. [4] Damnati sunt eo tempore qui urinam in eo loco fecerunt in quo statuæ aut imagines erant principis: & qui coronas imaginibus ejus detraxerant ut alias ponerent. [5] Damnati sunt & qui remedia quartanis tertianisque

1. *Et quum Germanos subegisset, Germanicum se appellavit.*] Palatinus & excerpta Spartiani: *Germanum se appellavit.* Sic supra: *Germani exercitus* pro *Germanici*, & *Germanum bellum.* Salmas.

2. *Germanicum se appellavit.*] Vel potiùs cognomen vivo patre delatum usurpavit: aut nova de Germanis parta victoria, iterum meruit. ita exponendum: quia statim sequitur, *Germanici nomen patre vivo fuerat consecutus.* Sed videtur cùm in Dacia res gereret, aliquam de Germanis victoriam reportasse: cujus gratiâ denuo GERMANICVS sit salutatus. geminabant enim hujusmodi cognomina, ut & appellationem IMPERATORIS. Erat verò res ridicula, Germanicum dici velle eum qui fratrem suum occidisset. debuit enim homo sceleratus cogitare, multos sic cognomen interpretaturos, quasi de sublato fratre germano gloriaretur, non de victis Germaniæ populis. *Casaub.*

3. *Asserens, si Lucanos vicisset, Lucanicum se appellandum.*] Cùm conarentur amici Antonini, illi persuadere, ut à cognomine GERMANICI abstineret, propter eam rationem, quam modò diximus, & τὸ ἀμφίσολον duarum vocum *Germanus* ac *germanus*: ille contrà pertendere, ac dicere, nullum adeò βλάσφημον aut ridiculum populi nomen posse inveniri, ut cognomen ab eo ductum velit refugere, si eum populum vicisset. deinde afferebat exempla, cujusmodi hoc est: ajebat enim si victi à se essent Lucani, cognomen LVCANICI non aspernaturum. quid insit ridiculi in hoc cognomine obscurum non est: nam inter edulia, genus quoddam fuit intestini farti, quod *lucanicam* vocabant. ideò Romani, homines ventri atque abdomini natos, Lucanicos soliti vocitare, ut auctor est Ammianus Marcellinus libro XXVIII. *Idem.*

4. *Damnati sunt eo tempore.*] Videlicet legibus majestatis. Similium calumniarum exempla apud Tacitum & Suetonium. *Idem.*

Damnati sunt eo tempore, qui urinam in eo loco fecerunt, in quo statuæ aut imagines erant Principis.] Exemplo nimirum Tiberiano, de quo Tranquillus cap. 58. quâ de re non pauca bonorum auctorum loca accumulavimus, ad librum I. Annal. Taciti cap. 72. *Grut.*

5. *Damnati sunt & qui remedia quartanis tertianisque collo annexa gestarent.*] Plena sunt monumenta Græcorum & Latinorum hujusmodi remediis. Græci ἀβράξας & ἀβλαμμάχα, interdum & ἐξορκισμάτα nominant. ferè autem cum magicorum verborum susurro ista amuleta adhibebantur: quam vanitatem omnium seculorum sapientes damnarunt. Mirum verò adeò severè in eos qui talia remedia gestarent, ab eo principe, omnium, nisi fallor, primo, fuisse animadversum: quem curiosis artibus fuisse deditissimum, testibus Dione & Herodiano constat nobis. ita nempe videas libidinosissimum quemque principum legem Juliam de adulteriis plurimùm sæpe ursisse. Vide & Ammianum libro XXIX. in rebus Valentiniani & Valentis. & lib. XIX. *Casaubonus.*

Damnati sunt & qui remedia quartanis.] *Damnatis & qui remedia quarta-*

nis

que collo annexa gestarent. Per Thracias cum præfecto prætorii iter fecit, inde quum in Asiam trajiceret, naufragii periculum adiit, antemna fracta, ita ut in scapham [1] cum protectoribus descenderet. Unde in triremem à præfecto classis receptus, evasit. Excepit apros frequenter, contra leonem etiam stetit: quo etiam missis ad amicos literis gloriatus est, seque ad Herculis virtutem accessisse jactavit. Post hoc ad bellum Armeniacum Parthicumque 6
conversus, ducem bellicum qui suis competebat moribus fecit. Inde Alexandriam petiit: in gymnasium populum convocavit, [2] eumque objurgavit: legi etiam validos ad militiam præcepit. [3] Eos autem quos legerat, occidit exemplo Ptolemæi Euergetis, qui octavus hoc nomine appellatus est. Dato præterea signo militibus ut hospites suos occiderent, magnam cædem Alexandriæ fecit. Dehinc [4] per Caduseos fines & Babylonios ingressus, tumultuariè [5] cum Parthorum satrapis manum contulit, feris etiam bestiis in hostes immissis. Datis ad senatum, quasi post victoriam literis, *Parthicus* appellatus est: nam Germanici nomen patre vivo fuerat consequutus. Deinde quum iterum vellet Parthis bellum inferre, [6] atque [7] hybernaret

nis tertianis qui collo annexa gestarent: Palatinus. *Salmas.*

1. *Cum protectoribus.*] Mox *inter protectores suos.* τῶν σωματοφυλάκων: quos alia ætas aliter vocitavit. frequens vox Ammiano. *Casaub.*

2. *Eumque objurgavit.*] Offensus eorum jocis & dicteriis. Fuse narrant tristissimum urbis illius casum & Dio & Herodianus. *Idem.*

3. *Eos autem quos legerat, occidit, exemplo Ptolemæi Euergetis, &c.*] Ptolemæus hic usitatiore cognomine Physcon est appellatus: cujus appellationis caussam explicat Justinus lib. XXXVIII. sed & Euergetes alter homo maleficentissimus est dictus, ut observat Strabo libro ultimo. prudenter verò Spartianus ut cum nobis certius designaret adjicit, *qui octavus hoc nomine appellatus est*: nam in laterculo Ptolemæorum Ægypti, multi Physconem octavo loco recensent. de hujus tyranni immanitate multa passim veteres: historiam verò quæ hic tangitur, pluribus explicat Valerius Maximus libro IX. capite II. *Idem.*

4. *Per Caduseos & Babylonios ingressus.*] Auscultare libuit Palatino. nam vocem adhuc aliam immiserant librarii, *per Caduseos fines &*, *&c.* non necessariò. quippe subauditur. *Grut.*

5. *Cum Parthorum Satrapis manum contulit.*] Ipsum regem Artabanum fraude insignita prope cepit vivum. *Casaubonus.*

6. *Atque hybernare Edessæ.*] Lege: *Atque hybernaret Edessæ.* Salmas.

7. *Hybernare Edessæ.*] In Osroena, quam

naret Edeſſæ, [1] atque inde Carras Luni dei gratia veniſſet, die natalis ſui, [2] VIII. Idus Aprilis [3] ipſis Megalenſibus quum ad requiſita naturæ diſceſſiſſet, inſidiis à Macrino præfecto prætorii poſitis, qui poſt eum invaſit imperium, interemptus eſt. Conſcii cædis fuerunt Nemeſianus & frater ejus [4] Apollinaris Retianuſque [5] qui præfectus [6] legionis ſecundæ Parthicæ militabat, & qui equitibus extraordinariis præerat, non ignorantibus Martio Agrippa qui claſſi præerat, & præterea pleriſque officialium
7 [7] impulſu Martialis. Occiſus eſt autem in medio itinere inter Carras & Edeſſam quum levandæ veſicæ gratia ex equo deſcendiſſet, atque inter protectores ſuos, conjuratos cædis, ageret. [8] Denique quum illum in equum ſtrator ejus

quam paullò antè in provinciæ formam redegerat, amico rege Abgaro non victo, ſed victo perfidiſſime. *Caſaubonus.*

1. *Atque inde Carras Luni dei gratia veniſſet.*] Vide Herodianum. paullò aliter Dio; qui occiſum ſcribit, cùm Edeſſæ profectus Carras poteret. *Idem.*

2. *VIII. Idus Aprilis.*] Dio ait, octavo die Aprilis: hoc eſt, ſexto Idus. *Idem.*

3. *Ipſis Megalenſibus.*] Diem nullum certum deſignat hæc nota. Megalenſia enim plurium dierum erant. in veteri Kalendario continui dies ſeptem ludis attribuuntur, quorum primus eſt, pridie Nonas. *Idem.*

4. *Apollinaris Retianuſque.*] *Reciamuſque*, Pal. at vet. ed. *Reamuſque*. Salmaſius.

5. *Qui præfectus legionis ſecundæ Parthicæ militabat.*] Nota, *qui præfectus militabat*. Sic centurionem militare veteri & optimo Juvenalis interpreti, ad illud poëtæ:

Sed caput intactum buxo, naresque piloſas.

Idem.

6. *Legionis ſecundæ Parthicæ.*] Hanc Severus inſtituerat, cum aliis duabus Parthicis, prima & tertia. *Caſaub.*

7. *Impulſu Martialis.*] Centurionis: de quo multa Dio & Herodianus. *Idem.*

8. *Denique cum illum in equum ſtrator ejus levaret.*] *Stratores*, ut notum eſt, qui Græcis ἀναβολεῖς & σφηλεῖς. cum enim non haberent illa ferrea inſtrumenta & ſcanſoria ex utraque ſellæ parte dependentia quibus hodie innitentes in equum levamur; homines ad hanc rem veteribus fuere qui equum inſcenſuros manu erigerent, & levarent. atque hi ἀναβολεῖς dicti Græcis, quod dominos ſuos equis imponerent, Latinis *ſtratores* ab ſternendis equis. non hodie tamen atque heri illa ſcanſoria inſcendendis equis facta, & pedibus ſuſtinendis reperta ſunt, ſed veteribus etiam videntur fuiſſe cognita, non tamen vetuſtiſſimis. D. Hieronymi temporibus in uſu fuerunt, qui *ſtapedes* vocat, quod in his pedes ſtarent. Suidas: Ἀναβολεῖς καὶ ἡ σκάλα Ῥωμαίοις λεγομένη σκάλα. Manifeſto indicat Romanos ſcalam vocaſſe illud inſtrumentum cui pedem imponebant ad inſcendendum equum. tabellas illas vel ſcalas ferreas ſcandendis equis, *aſtrabas* etiam dixere. Iſidori Gloſſæ: *Aſtraba, tabella in qua pedes requieſcunt.* Sine dubio ſcalas illas intellexit. *Salmaſ.*

1. *Atque*

ejus levaret, pugione latus ejus confodit: conclamatumque ab omnibus est id Martialem feciſſe. Et quoniam dei Luni fecimus mentionem, ſciendum doctiſſimis quibuſque id memoriæ traditum, [1] atque ita nunc quoque à Carrenis præcipuè haberi, [2] ut qui Lunam fœmineo nomine ac ſexu putaverit nuncupandam, is addictus mulieribus ſemper inſerviat: at verò qui marem deum eſſe crediderit, is dominetur uxori, neque ullas muliebres patiatur inſidias. Unde quamvis Græci vel Ægyptii [3] eo genere quo fœminam hominem, etiam Lunam deam dicant, myſticè tamen deum dicunt. Scio de Papiniani nece multos 8 ita in literas retuliſſe [4] ut cædis non ſciverint cauſam, aliis alia referentibus: [5] ſed [6] ego malui veritatem opinionum edere

1. *Atque ita nunc quoque.*] *Nunc.* Caſaubonus.

2. *Ut qui Lunam fœmineo nomine ac ſexu putaverit nuncupandam.*] Omiſſis frivolis, putamus nos cur hoc numen alii pro deo, alii pro dea habuerint, ejuſque nomen quidam maſculino, quidam fœminino genere extulerint, cauſſam ejus varietatis eſſe, quòd Lunæ nomina & virilis & fœminei generis in linguis Orientis habeantur. Strabo verò homo Cappadox maſculum hunc deum aliter Græcè extulit: non enim dicit CEAHNON, verùm MHNA: commemorans libro duodecimo varia loca, ubi eſſent Μηνὸς hujus templa. ſciebat Strabo vocem quam vertebat utrumque ſignificare, & σελήνην & μῆνα. Eandem generis varietatem obſervabamus & in Cœleſti Carthaginenſium aliorumque Aſrorum. Cœleſtis autem eadem cum Luna dea: etſi alii Venerem ſunt interpretati. *Idem.*

Ut qui Lunam fœmineo nomine ac ſexu putaverit nuncupandum.] Carreni Lunam marem non fœminam eſſe cenſebant, & fœmineo genere minime enuntiandam, ſed maſculino. Lunum Deum igitur, non Lunam Deam colebant & dicebant. Nomen non habent Græci quo Lunum appellent. *Salmaſ.*

3. *Eo genere quo fœminam hominem, etiam Lunam Deam dicant.*] Scribendum: *Unde quamvis Græci vel Ægyptii eo genere quo fœminam hominem, Lunam Deum dicant, myſtice tamen Deum dicunt.* Dicit, Græcos, etſi eo genere quo fœminam hominem, etiam Lunam quoque Deum dicant, nempe fœminino, myſtice tamen Deum intelligere. Nam Græcis fœmina ἄνθρωπος dicitur, & Luna μήν. ſed fœminino utrumque genere, licet enunciatione maſculina. *Idem.*

4. *Ut necis non ſciverint cauſam.*] Palat. & vet. ed. *adſciverint.* forte legendum, *adſiruerint.* Senſus eſt, multos de cæde Papiniani ſcriptores retuliſſe in litteras, neminem tamen cauſam cædis adſeruiſſe, cum nimis incerta jactata fuerit inter authores, aliis alias referentibus. Poſſet etiam legi: *ut necis non adſcripſerint cauſam.* Idem.

Ut cædis non ſciverint cauſſam.] Strat pro vulgatis olim Palat. habetque, *non adſciverint.* Grut.

5. *Sed ego malui veritatem opinionum edere, &c.*] Legendum erat vel contra omnes ſcriptos, *varietatem.* ſed decrit ſane ea reverentia antiquitati, ut nihil ejus temerè damnemus; contenti eidem moviſſe controverſiam. *Idem.*

6. *Ego malui veritatem opinionum edere.*]

edere quàm de tanti viri cæde reticere. Papinianum amicissimum fuisse imperatori Severo, &, ut aliqui loquuntur, affinem etiam per secundam uxorem, memoriæ traditur: & huic præcipuè utrumque filium à Severo commendatum, [1] eumque cum Severo professum sub Scævola, & Severo in advocatione fisci successisse, [2] atque ad hoc concordiam fratrum Antoninorum fovisse: egisse quinetiam ne occideretur, quum jam de insidiis ejus Bassianus quereretur: atque ideò unà cum iis qui fautores fuerant Getæ à militibus, non solùm permittente, verum etiam suadente Antonino, occisum. Multi dicunt Bassianum occiso fratre illi mandasse, [3] ut & in senatu per se & apud populum facinus dilueret: illum autem respondisse, *Non tam facilè parricidium excusari posse quàm fieri.* Est etiam hæc fabella, quòd dictare noluerit orationem qua invehendum erat in fratrem, ut causa ejus melior fieret qui occiderat: illum aut negantem respondisse, [4] *Aliud est parricidium, accusare innocentem occisum.* Sed hoc omnino non convenit: [5] nam neque præfectus poterat dictare orationem. & constat eum quasi fautorem Getæ occisum. Et fertur quidem, Papinianum, quum raptus

vt.] Auctor scripserat *varietatem*, sine dubio. *Casaub.*

1. *Eumque cum Severo professum, sub Scævola & Severo in advocatione fisci successisse.*] Distingue cum antiquioribus editis, *professum sub Scævola: & Severo in advocatione fisci successisse.* Severum juvenem fisci advocatum fuisse, docet Spartianus in Geta, nec prætermittit Victor. *Idem.*

2. *Atque ad hoc concordiam fratrum Antoninorum fovisse.*] Lege: *Atque ob hoc concordia fratrum Antoninorum fovisse.* Sic enim locutus in vita Getæ. *Salmas.*

3. *Vt & in senatu per se & apud populum facinus dilueret.*] Scribe: *Vt & in senatu pro se & apud populum facinus diluerit.* Idem.

4. *Aliud est parricidium accusare innocentem occisum.*] Scribe: *Illum autem negantem respondisse, esse parricidium aliud accusare innocentem occisum.* Vel, *Aliud esse parricidium.* Vel, *Illud esse parricidium aliud, accusare innocentem occisum.* Idem.

5. *Nam neque præfectus poterat dictare orationem.*] Verum est non solitos imperatores præfectorum prætorii ingenio formare aut epistolas aut orationes: nam vel quæstores ipsorum & qui scrinia curabant, eas componebant, vel qui erant ab epistolis, vel interdum dicendi magistri. sæpe etiam ipsi suopte ingenio scribebant: ut de Alexandro scribit Lampridius. Hæc ita vulgò: sed cur non potuerit extra ordinem mandari Papiniano ut orationem hanc dictaret, nullam causam affert Spartianus. *Casaub.*

I. Vixit

ptus à militibus ad Palatium traheretur occidendus, prædivinasse, dicentem, Stultissimum fore qui in suum subrogaretur locum, nisi appetitam crudeliter præfecturam vindicaret. Quod factum est: nam Macrinus Antoninum occidit, ut suprà exposuimus: qui cum filio factus in castris imperator, filium suum qui DIADUMENUS vocabatur, ANTONINUM vocavit, idcirco quòd à prætorianis multùm Antoninus desideratus est. [1] Vixit autem Bassia- 9
nus annis XLIII. Imperavit annis VI. Publico funere elatus est. Filium reliquit qui postea & ipse M. ANTONINUS HELIOGABALUS est dictus: ita enim nomen Antoninorum inoleverat ut velli ex animis hominum non posset: quòd omnium pectora velut Augusti nomen obsederat. [2] Fuit malè moratus, & patre duro crudelior. Avidus cibi, vini etiam appetens, suis odiosus, & præter milites prætorianos omnibus castris exosus: prorsus nihil inter fratres simile. Opera Romæ reliquit, [3] thermas nominis sui

1. *Vixit autem Bassianus annis* XLIII.] Dio Cassius ait annos novem & viginti. & consentit alter Victor: *Vixit annis fermè triginta.* Ut meritò videatur vel hallucinatus hic Spartianus; vel ejus scriptura à librariis esse depravata. Sciant studiosi, diversas veterum sententias super Bassiani matre extitisse: alios enim ex priore Severi uxore Martia natum illum existimasse, atque ita in literas retulisse: alios Juliæ, quæ posterior uxor, non privignum, sed verè filium credidisse: hoc Dio Cassius atque Herodianus sentiunt; illud prius probatum Spartiano, Aurelio Victori, & Eutropio. Ex hac autem varietate sententiarum super matre, & hæc de annis vitæ tanta diversitas manavit. Qui Juliæ filium credebant, iidem vitæ tempora contrahebant; quod faciunt Dio, & qui cum illo consentiunt: qui prioris conjugis, vitam Bassiani necessariò producebant. Viderimus utra sententia sit verior: illud nunc dico, his qui annos XLIII. assignant, rationem constare probè. nam totidem fermè annos invenias à morte prioris Severi uxoris, ad Caracalli necem. Scribit enim Dio, Faustinam Marci cùm Severus Juliam in uxorem duceret, thalamum illi in palatina æde Veneris adornasse. ab excessu autem Faustinæ ad Bassiani necem sunt anni circiter quadraginta. Adjice nunc illud tempus quod amissa uxore impendit Severus in genituris sponsarum requirendis, sicut scribit Spartianus. Adjice etiam Bassiani ætatem, qua ille tum fuit, cùm mater moreretur: non enim dicitur obiisse ex partu. Hæ rationes sunt eorum qui annos Bassiano tribuunt XLIII. Basis verò cui innititur hæc demonstratio est illa: Bassianum non Julia, sed Martia genitum. *Idem.*

2. *Fuit malè moratus, & patre duro crudelior.*] Palatinus, *ex patre duro, &c.* cui & sua gratia. *Grut.*

3. *Thermas nominis sui.*] Antoninianas. de quibus in Alexandro Lampridius. *Casaub.*

1. *Quarum*

sui eximias: [1] quarum cellam solearem architecti [2] negant posse ulla imitatione qua facta est, fieri. [3] Nam & [4] ex ære vel cupro [5] cancelli superpositi esse dicuntur, quibus cameratio tota concredita est: & tantum est spatium [6] ut idipsum fieri negent potuisse docti mechanici. Reliquit & porticum patris nomine, quæ [7] gesta illius continerent, & triumphos & bella. Ipse CARACALLI nomen accepit [8] à vestimento quod populo dederat demisso usque ad talos: (quod antè non fuerat) [9] unde hodieque *Antoniniana* dicuntur

1. *Quarum cellam solearem.*] Scribe, *quarum cellam soliarem.* nam à *solium*, *soliaris*: ut à *dolium*, *doliaris*. Salmas.

2. *Negant posse ulla imitatione qua facta est fieri.*] *Quâ, ἢ ἐπινοίᾳ.* pro, qua arte aut ratione. *Casaub.*

3. *Nam & ex ære vel cupro.*] Cyprum vel cuprum, utroque modo dixerunt. unde *aeris cypreæ*, acus ex cypro. *Salmas.*

Nam vel ex ære vel cupro cancelli, &c.] Sic etiam Palat. *Grut.*

4. *Ex ære vel cupro.*] Id est, ex ære Cyprio, vel ex alio ære. *Casaub.*

5. *Cancelli superpositi esse dicuntur.*] Regius & Puteani scribunt, *suppositi.* probo. nisi malis, *subterpositi.* nam error ex affinitate illarum vocum. *Idem.*

Cancelli superpositi esse dicuntur quibus cameratio tota concredita est.] Lege: *subterpositi.* Non hoc novum illo tempore aut mirum visum est in illius cellæ soliaris fabrica, quod tota ejus cameratio subterpositis cancellis esset imposita, sed tantum erat spatium ut vix fieri potuisse videretur. Cancellorum autem ejusmodi æreorum aut ferreorum quibus apsidæ & concamerationes confirmarentur, meminit non uno loco Anastasius Bibliothecarius in vita Pontificum. *Salmas.*

6. *Ut id ipsum fieri, &c.*] Hoc est, negant se videre qua ratione id fieri potuerit. *Casaub.*

Ut id ipsum fieri negent potuisse docti mechanici.] Palat. *Ut idipsum fieri potuisse negent docti mechanis. Docti mechanis*, sunt mechanici. *Salmas.*

7. *Gesta illius continerent.*] Picta in parietibus. *Casaub.*

8. *A vestimento quod populo dederat.*] Erat igitur hæc vestis urbanæ multitudini communis cum militibus. nam jussos milites ea uti scribit Dio: qui pænulæ similem fuisse verbo indicat, cùm μανδύλιον nominat. Alibi docemus pleraſque omnes veterum vestes textura solùm confici solitas sine opera sutoris ulla, & ut loquuntur Euangelistæ, ὑφαντὸς δι' ὅλου. at pænulæ istæ diversi generis fuerunt: conficiebantûr enim more hodiernarum vestium à pluribus pannis sciſſis primò, deinde consutis. *Idem.*

9. *Unde hodieque Antoniniana dicuntur Caracallæ Imperatoris.*] Aurelius Victor: *Antoninus incognita munerum specie urbem Romanam allicuit, quòd indumenta in talos dimissa largiretur, Caracalla dictus: cùm pari modo vesti Antoniniana nomen è suo daret.* Sic scribendus hic locus. *Idem.*

Unde hodieque Antoniniana dicuntur Caracallæ.] Volunt harum vestium & genus & nomen inveniſſe Antoninum. quod non puto. nam ex Gallia genus id vestis in Romanum solum invexit, easque primus talares fecit ad populi Romani usum qui non nisi longis vestibus urebatur, cum in Gallia tales non essent. Idque confirmat Victor. *Cum Gallia vestem plurimam devexisset, talaresque caracallas feciſſet, coëgisſetque plebem ad se salutandum indutam talibus introire, de nomine hujus vestis Caracalla dictus*

tur caracallæ hujusmodi,[1] in usu maximè Romanæ plebis frequentatæ. Idem viam novam munivit, quæ est [2] sub ejus thermis, Antonnianis scilicet, qua pulchrius inter Romanas plateas non facilè quicquam invenias. Sacra Isidis Romam deportavit, & templa ubique magnifica eidem deæ fecit. Sacra etiam majore reverentia celebravit quàm antè celebrabantur. [3] In quo quidem mihi mirum videtur, quem ad modum sacra Isidis primùm per hunc Romam veniſſe dicantur, quum Antoninus Commodus ita ea celebraverit [4] ut & Anubin portaret, [*] & pausas ederet: [1] nisi

dictus est. Neutrum igitur excogitavit Antoninus, nec nomen nec vestem. sed talares instituit, quæ antea talares non fuerant. *Caracallæ ejusmodi*, id est talares vel ad talos demissæ, quas instituerat Caracalla, eæque Antoninianæ proprie dicebantur, quod novum earum modum excogitasset Antoninus demittendo usque ad talos, quod antea non fuerat. *Caracalla* postea clericis sunt assignatæ. Καρακαλλίων Glossæ exponunt *cucullam*. Caracalla non erat proprie cuculla, sed palliolum cucullatum. nunquam enim Caracalla sine cuculla. Caracallæ ante Antoninum nullæ talares. post Antoninum Caracallæ ejusmodi ad talos demissæ plebi tantum Romanæ usurpatæ, non jam sub Caracallarum nomine, sed Antoniniarum. at Caracallæ de quibus Beatus Hieronymus, erant palliola cum cucullis, qualia monachi & ἀσκηταὶ gerebant. *Salmas.*

1. *In usu maximè Romanæ plebis frequentatæ.*] Scribend. *In usu maximo Romanæ plebi frequentatæ.* Casaub.

2. *Sub ejus thermis, Antoninianis scilicet.*] Delę voces duas posteriores: sunt enim è glossa certissimè. *Idem.*

3. *In quo mihi mirum videtur quemadmodum sacra Isidis primùm, &c.*] Cùm bona fide recitasset Spartianus, quod apud Marium Maximum legerat, de sacris Isidis Romam per Bassianum illatis: venit illi in mentem ejus quod in vita Commodi super iisdem sacris legerat. Non extant hodie neque Marii Maximi, neque Spartiani scripta de Commodo: sed in ea quæ supereſt ejus principis vita, cujus auctor Lampridius, leguntur hæc verba: *Sacra Isidis coluit, ut & caput raderet, & Anubin portaret.* Refellit hæc quod modò dicebatur de Caracallo, *Sacra Isidis Romam deportavit.* Fatendum ergo aut Marium Maximum, esse hallucinatum: aut Spartianum, cùm ex illo superiora verba describeret, mendoso usum codice: ubi perperam scripsisset librarius, *Sacra Isidis Romam deportavit:* pro, *Sacra Isidis Romæ portavit.* Qua lectione admissa nullus supereſt scrupulus. Neque assentimur amplissimo viro Petro Fabro, qui in tertio Semestrium de toto hoc loco aliter pronuntiat. Sed manifestò refellunt ejus sententiam Aurelii Victoris verba ista: *Ægypti sacra per eum deportata Romam.* Idem.

4. *Ut & Anubin portaret, & pausa ederet.*] De ritu portandi Anubin satis ad Commodum. Pro *pausa ederet*, placet viris eruditis scribi, *pausas ederet.* Hoc vult auctor: Bassianum etsi imperatorem, omnia tamen egisse quoties Anubin portaret, quasi unum ex Isiacis. Erat moris cùm simulacra deorum portarent, certis locis intexjungere. Videntur Isiaci cùm portandi simulacrum pausam facerent, dein hymnos cecinisse, aut nescio quid aliud egisse. *Idem.*

Ut & Anubin portaret, & pausa ederet.] Nemini dubium esse potest quin sit legendum: *pausas ederet.* sic supra in

[1] nisi fortè iste addidit celebritati, non eam primus *invexit*. Corpus ejus Antoninorum sepulchro illatum est, ut ea sedes reliquias ejus acciperet quæ nomen addiderat. Interest scire quemadmodum novercam suam Juliam uxorem duxisse dicatur. Quæ quum esset pulcherrima, [2] & quasi per negligentiam se maxima corporis parte nudasset, dixissetque Antoninus, *Vellem, si liceret:* [3] respondisse fertur, *Si libet, licet. An nescis te imperatorem esse, & leges dare, non accipere?* Quo audito, furor inconditus ad effectum criminis roboratus est: nuptiasque eas celebravit [4] quas si sciret se leges dare, verè solus prohibere debuisset. Matrem enim ([5] non alio dicenda erat nomine) duxit uxorem, ad parricidium junxit incestum: siquidem eam matrimonio sociavit cujus filium nuper occiderat. Non ab re est etiam diasyrticum quiddam in eum dictum addere. [6] Nam quum

[1] Germ-

eadem re, *pausas explere* dixit: hinc *pausarii* dicebantur qui pausas illas explerent in sacris Isidis, & Anubim portarent. vetus inscriptio:

PRO. SALVTE. DOMVS. AVGVSTAE
CORPORA. PAVSARIORVM. ET
ARGENTARIORVM. ISIDI
ET. OSIRI. PANSIONEM
ARDIFICAVIMVS.

ne verò quis putet *pausarios* artifices, aut opifices fuisse quosdam, propter argentariorum nomen cum quibus junguntur in illa inscriptione. nam sic & dendrophori in aliis quamplurimis in scriptionibus cum tignariis, & fabris &c. ponuntur. *Dendrophori* enim nomen religionis vel superstitionis. *Salmasius.*

* *Et pausas ederet.*] Ita rursus scribere libuit, suggerente Palatino, quamvis ipse unitâ dictione, *pausas ederet.* Grut.

1. *Nisi si fortè iste addidit celebritati, non eam primus invexit.*] Repræsentavi quod erat in Pal. & non discedit à lectione olim vulgatorum, quàm additione syllabæ *si*. *Idem.*

2. *Et quasi per negligentiam se maxima corporis parte nudasset.*] Victor: *Cum illa factiosior, aspectui adolescentis, præsentia quasi ignara, femur dedisset, intecto corpore.* Casaub.

3. *Respondisse dicitur, si libet licet.*] Vide Aurelium Victorem Scotthi. *Salmasius.*

4. *Quas si sciret se leges dare, verè solus prohibere debuisset.*] Mutanda distinctio, sic: *Quas si sciret se leges dare verè, solus prohibere debuisset.* nam *verè* jungendum cum verbo *sciret.* ita erit optima sententia. *Casaub.*

5. *Non alio dicenda erat nomine.*] Hoc ideo adjicit, quia re vera non mater, sed noverca fuit. *Idem.*

6. *Nam quum Germanici & Parthici & Arabici & Alamannici.*] Manifesto heic Alamannos à Germanis diversos facit. nam Antoninus Germanicus & Alamannicus dictus, non *ἐπωνύμως*, vel ex eadem gente, utpote qui patre adhuc vivente Germanicus vocaretur. at post mortem patris devictis Alamannis Alamannici nomen assumpsit quod antea non habuerat. Germaniæ igitur populus, Alamanni, & vetustior, quam quidam putant, qui postea toti Germa-

niæ

[1]*Germanici* & *Parthici* & *Arabici* & *Alemannici* nomen ascriberet ([2]nam Alemannorum gentem devicerat) Helvius Pertinax filius Pertinacis dicitur joco dixisse, *Adde si placet etiam* GETICUS MAXIMUS, quòd Getam occiderat fratrem, & Gotti *Getæ* dicerentur: quos ille dum ad Orientem transiit, tumultuariis præliis devicerat. Occidendi Getæ multa 11
prodigia extiterunt, ut in vita ejus exponemus. Nam quamvis prior ille è vita excesserit, nos tamen ordinem sequuti sumus, ut qui & prior natus est & prior imperare cœperat, prior scriberetur. [3]Eo sanè tempore quo ab exercitu appellatus est Augustus vivo patre, quòd ille pedibus æger gubernare non posse videretur imperium, contusis animis militum & tribunorum, Severus dicitur animo volutasse, ut & hunc occideret, [4]nisi repugnassent præfecti ejus graves viri. Aliqui contrà dicunt, præfectos voluisse id fieri, sed Septimium noluisse, ne & severitas illius crudelitatis nomine inquinaretur: & quum autores criminis milites fuerint, adolescens stultæ temeritatis pœnas lueret tam gravis supplicii titulo ut à patre videretur occisus. Hic tamen omnium durissimus, & ut uno complectamur verbo, [5]parricida & incestus, patris & matris & fratris

nîx nomen dedit. & sic pro Germanis Alemanni dicti, quando id primum factum, obscurum est. *Salmas.*

1. *Germanici*, *&c.*] Veteres libri: *Germani*, *&c.* Idem.

2. *Nam Alemannorum gentem devicerat.*] Hæc est antiquissima Alemannorum in historia Rom mentio: nam id nomen ante hæc tempora obscurum, aut penitus ignotum, ne tum quidem in magna celebritate versabatur: quare scribit Flavius Vopiscus in Proculo tyranno: *Nonnihil tamen Gallis profuit: nam Alemannos, qui tunc adhuc Germani dicebantur, non sine gloriæ splendore contrivit.* De victoria Caracalli sic Aurelius Victor: *Alamannos gentem populosam, ex eo mirificè pugnantem, prope Mœnum amnem devicit.* Casaub.

Nam Alamannorum gentem devicerat.] Victor Scotthi: *Alamannos gentem populosam ex equo mirifice pugnantem prope Mœnum amnem devicit* populosa illa gens omni postea Germaniæ nomen dedit, atque etiam nunc ex equo mirifice pugnat. *Salmas.*

3. *Eo sane tempore quo ab exercitu Augustus appellatus est.*] Hanc fabellam supra confutavimus, & ostendimus Antoninum vivente & consentiente patre jam multo ante à militibus Augustum fuisse appellatum, & hoc nomen cum patre & minore fratre usurpasse. Fallaces hoc loco Latini Historici, falsique. Vide Dionem. *Idem.*

4. *Nisi repugnassent præfecti.*] Palatinus: *nisi pugnassent.* Idem.

5. *Parricida & incestus, patris, & matris, & fratris inimicus.*] Idem liber: *Parricida & incestus, patris, matris, fra-*

Fratris inimicus, à Macrino qui eum occiderat, timore militum, ac maximè prætorianorum, inter deos relatus est. Habet templum, habet salios, habet sodales Antonianos, qui Faustinæ templum & divale nomen eripuit: certè [1] templum quod ei sub Tauri radicibus fundaverat olim maritus Antoninus, in quo postea filius hujus Bassiani Heliogabalus Antoninus sibi vel [2] Jovi Syrio, vel Soli (incertum enim id est) templum fecit.

tris inimicus. quod asyndeton nescio quo modo magis placet, & vibrantius videtur. *Idem.*

1. *Templum quod ei sub Tauri radicibus fundaverat olim maritus.*] Narrat historiam Capitolinus in Marco. *Casaub.*

2. *Jovi Syrio vel Soli.*] Vide ad Heliogabalum. *Idem.*

ÆLII SPARTIANI
ANTONINUS GETA.
AD
CONSTANTINUM AUG.

1 SCIO, Constantine Auguste, & multos, & clementiam tuam [1] quæstionem movere posse cur etiam GETA ANTONINUS à me tradatur. de cujus priusquam vel vita vel nece dicam, differam cur & ipsi *Antonini* à Severo patre sit nomen appositum. Neque enim multa in ejus vita dici possunt, qui prius rebus humanis exemptus est quàm cum fratre teneret imperium. Septimius Severus quodam tempore quum consuluisset ac petiisset ut sibi indicaretur quo esset successore moriturus, in somnis vidit

1. ÆLII SPARTIANI.] Itaomnes membranæ, quarum consensum hoc loco magni faciendum judico. nec accedo partibus eruditissimi viri dubitantis hæsitantisque an hic Spartiani sit liber. *Salmas.*

2. *Quæstionem movere posse, &c.*] Expectabam ut ad quæstionem hanc, quam ait auctor moveri posse, responsio subjiceretur. frustra fui: nam proxima periodus ad rem nihil facit. Ergò totum hoc principium ita concipimus:

SCIO, *Constantine Auguste, & multos & clementiam tuam quæstionem movere posse, cur etiam* GETA ANTONINUS *à me tradatur. Neque enim multa in ejus vita dici possunt, qui prius rebus humanis exemptus est, quàm cum fratre teneret imperium. De cujus priusquam vel vita, vel nece dicam, differam cur & ipsi* ANTONINI *à Severo patre sit nomen appositum. Septim.* Casaub.

1. *Quæ-*

vidit Antoninum sibi successurum. Quare statim ad milites processit, & Bassianum filium majorem natu, *M. Aurelium Antoninum* appellavit. [1] Quod quum feciſſet, paterna cogitatione, vel (ut quidam dicunt) à Julia uxore commonitus, quæ gnara erat somnii, quòd minori filio hoc facto ipse intercluſiſſet aditum imperandi, etiam Getam minorem filium, *Antoninum* vocari juſſit. Itaque semper ab eo in epiſtolis familiaribus dictus eſt Antoninus, quum, ſi fortè abeſſet, ſcriberet, *Salutate Antoninos filios & ſucceſſores meos.* [2] Sed nihil valuit patriæ matriſve cautio: nam ſolus ille ſucceſſit qui primus Antonini nomen accepit. Et hæc de Antonini nomine. *Geta* autem dictus eſt, [3] vel à 2.
patrui nomine, vel avi paterni: de cujus vita & moribus in vita Severi Marius Maximus primo ſeptenario ſatis copiosè retulit. Fuit autem Antoninus Geta etiam ob hoc ita dictus, quòd in animo habuit Severus ut omnes deinceps principes quemadmodum *Auguſti*, ita etiam *Antonini* dicerentur: [4] atque [5] amore Marci quem fuiſſe vel fratrem ſuum dicebat, & cujus philoſophiam literarumque inſtitutionem

1. *Quod quum feciſſet paterna cogitatione.*] Palatinus codex & vetus editio: *quod feciſſet & paterna cogitatione.* aliquid fortaſſe latet, quod conjectura non poſſum aſſequi. *Salmaſ.*

2. *Sed nihil valuit patriæ matriſve cautio.*] Deeſt *matriſve*, in omnibus libris. & ſane ſolus pater cavit ut & Geta Antoninus appellaretur. *Idem.*

3. *Vel à patrui nomine, vel avi paterni.*] De utroque habetur mentio in vita Severi. ab avo autem potiùs quàm à patruo Getam nomen habuiſſe, Victori aſſentior. nam ita erat moris. *Caſaub.*

4. *Atque amore Marci quem fuiſſe vel fratrem ſuum dicebat.*] Manifeſta vitii tenetur hæc lectio Palat. *atque amore Marci vel fratrem ſuum ſemet dicebat.* fortaſſean ſic emendandum, quod in animo habuit Severus, ut omnes deinceps principes quemadmodum Auguſti ita etiam Antonini dicerentur: *idque amore Marci cujus filium ſemet dicebat, & cujus philoſophiam litterarumque inſtitutionem ſemper imitatus eſt.* quod ad ſenſum attinet, non potuit melius: quantum ad verba, etſi paulo longius recedunt à vetere ſcriptura, non aliter conſtitui poſſe exiſtimo. *Salmaſ.*

Atque amore Marci, quem fuiſſe vel fratrem ſuum dicebant.] Oratio hiulca, ſi non & fracta. certè Pal. tantum habet, *atque amore Marci vel fratrem ſem dicebat*, ſuperſcriptumque poſtea *et*, ut fieret *ſemet*, quæ ſcriptura ſuam quoque habet rationem. *Grut.*

5. *Amore Marci, quem fuiſſe vel fratrem ſuum dicebat.*] Hoc eſt, in cujus familiam tranſire volebat Severus, & videri Marci frater. ſed falſum eſt de fratre: nam Severus, ait Dio, Μάρκου μὲν, τῷ δὲ Κομμόδου ἀδελφὸν ἑαυτὸν εἶναι ἔφη. Scribendum igitur, *Vel patrem, vel fratrem ſuum dicebat.* Caſaub.

nem semper imitatus est. Dicunt aliqui, non in Marci honorem tantùm Antonini nomini delatum, [1] quum id Marcus hoc nomen adoptivum habuerit, sed in ejus qui Pius cognominatus est Adriani scilicet successoris: & quidem ob hoc quòd Severum ille [2] ad fisci advocationem [3] delegerat ex formulario forensi; quum ad tantos processus ei patuisset dati ab Antonino [4] primi gradus vel honoris auspicium: simul quòd nemo ei videretur felicior imperator ad commodandum nomen, eo principe cujus proprium nomen jam per quatuor principes cucurrisset. De hoc eodem Severus gnarus genitùræ illius, cujus, ut plerique Afrorum, peritissimus fuit, dixisse fertur, *Mirum mihi videtur, Juvenalis amantissime, Geta hostem divus futurus, cujus nihil imperiale in genitura video.* Erat enim Juvenalis præfectus ejus prætorio. Nec eum fefellit. Nam Bassianus quum eum occidisset, ac vereretur tyrannicam ex parricidio notam, audiretque posse mitigari facinus si divum fratrem appellaret, dixisse fertur, *Sit divus dum non sit vivus.* Denique eum inter divos retulit, atque ideo utcunque rediit cum fama in gratiam parricida. [5] Natus est Geta Severo & Vitellio coss. Mediolani, etsi aliter alii prodiderunt,

VI. Ca-

1. *Quum id Marcus hoc nomen adoptivum habuerit.*] Illud, *hoc nomen*, ex glossa est. dele & lege: *dicunt aliqui non in Marci honorem tantum Antonini nomini delatum, quum id Marcus adoptivum habuerit.* Salmas.

Cùm id Marcus adoptivum habuerit.] Sequutus sum vestigia exemplaris Palatini, in quo, *cùm id Marcum adoptivus habuerit.* Vulgati amplius, *cùm id Marcus hoc nomen adoptivum habuerit*, nimium verbose. *Grut.*

2. *Ad fisci advocationem, &c.*] Ex corpore advocatorum qui in diversis foris postulabant, elegebatur advocatus fisci. sed Severo causidicinam exercenti, parum commodavit forum, ut ait Victor. ideo auctor hic vocat formularium forensem. *Casaub.*

3. *Delegerat ex formulario forensi.*] *Ex formularia forensi:* Palat. an formulariam pro turba formulariorum dixit? puto magis formulariam hoc appellari actum & officium formularii, ut vicaria dicitur, officium & dignitas vicarii. delegit igitur Severum Marcus ex formularia forensi, quam agebat, eique fisci advocationem commisit. *Salmasius.*

4. *Primi gradus vel honoris auspicium.*] Aurelius Victor: *Quòd ex illo post multos dubiosque eventus, auspicia honorum cepisset, patrocinio fisci.* Sed de Marco ille, non de Pio, loquitur. *Casaub.*

5. *Natus est Geta Severo & Vitellio Coss.*] Sufficeret, nempe. ut quærendum sit quibus consulibus isti fuerint Coss. *Idem.*

1. Nunc-

VI. Calend. Junias, ex Julia quam idcirco Severus uxorem duxerat quòd eam in genitura habere compererat ut regis uxor esset isque privatus, sed jam optimi in Repub. loci. Statim ut natus est, [1] nuntiatum est ovum gallinam in aula peperisse purpureum. Quod quum allatum Bassianus frater ejus accepisset, & quasi parvulus applosum ad terram fregisset, Julia dixisse fertur joco, [2] *Maledicte parricida, fratrem tuum occidisti.* Idque joco dictum, Severus altiùs quàm quisquam præsentium accepit: à circunstantibus autem postea velut divinitus effusum approbatum est. Fuit etiam aliud omen. Nam quum in villa cujusdam Antonini plebeii hominis agnus natus esset qui vellus in fronte purpureum haberet, eadem die atque hora qua Geta natus est, audissetque ille ab aruspice, post Severum Antoninum imperaturum, ac de se ille auguraretur, sed tamen [3] tale fati timeret indicium, ferro eum adegit; quod & ipsum signo fuit, Getam ab Antonino interimendum, ut postea satis claruit. Fuit etiam aliud omen ingens postea, ut exitus docuit hujus facinoris quod evenit. Nam quum infantis Getæ [4] natalem Severus commendare vellet, hostiam popa nomine Antoninus percussit: quod tunc nec quæsitum nec animadversum, pòst verò intellectum est. [5] Fuit adolescens 4 mori-

1. *Nuntiatum est ovum gallinam in aula peperisse purpureum.*] Lampridius in Alexandro: *Omen fuit, quòd ovum purpurei coloris eadem die natum, qua ille natus est. palumbinum* ἁλεκτρυόνος est. *in aula*, pro in olla. ut apud Plautum. *Idem.*

2. *Maledicte parricida, fratrem tuum occidisti.*] *Maledictus* pro ἐπικατάρατος. quomodo hic accipitur, proprium est scriptorum Christianorum verbum. *Idem.*

Maledicte parricida fratrem tuum occidisti.] *Maledictus*, κατακεκριμένος. *Salmasius.*

3. *Tale fati timeret indicium.*] Scribo, *adia fati.* Casaub.

4. *Natalem Severus commendare vellet.*] Vide ad vitam Hadriani. *Idem.*

5. *Fuit adolescens moribus asperis, sed non impiis, à natura decorus.*] Veteris scripturæ libri: *fuit adolescens decorus, moribus asperis sed non impiis, anarbo retractator, gulosus, &c.* nihil illis corruptius: *à narbo retractator.* illud *narbo* fortasse mutandum in *nario. nariones* enim dixerunt subsannatores, quique naribus uncis omnia suspenderent. Glossæ Isidori: *nario subsannans.* in Glossis veteribus: *Nario subsannator.* Græci ἐνεύειν id vocarunt, nempe naso suspendere. *Salmas.*

Fuit adolescens moribus asperis, sed non impiis, à naturâ decorus, &c.] Locus minus sanus, modo si non mentitur Palatinus, in quo exstat: *Fuit adolescens decorus, moribus asperis, sed non impius. anarbo retractator.* Quæ vox ultima om-

moribus asperis, sed non impiis, à natura decorus, [1] tractator, gulosus, cupidus ciborum & vini variè conditi. Hujus illud pueri fertur insigne, quòd quum vellet partium diversarum viros Severus occidere, & inter suos diceret, *Hostes vobis eripio:* consentiretque adeò usque Bassianus ut eorum etiam liberos si sibi consuleret, diceret occidendos, Geta interrogasse fertur, quantus esset interficiendorum numerus: quumque dixisset pater, ille interrogavit, *Isti habent parentes, habent propinquos?* [2] quum responsum esset, [3] habere complures: *Ergo in civitate*, ait, *plures erunt tristes quàm læti quòd vicimus.* Et obtinuisset ejus sententia, nisi Plautianus præfectus vel Juvenalis institissent spe proscriptionum, ex quibus ditati sunt. His accedebat Bassiani fratris nimia crudelitas: qui quum contenderet [4] & diceret quasi joco, quasi seriò, omnes cum liberis occidendos partium diversarum, Geta ei dixisse dicitur, *Tu qui nulli parcis,* [5] *potes etiam fratrem occidere.* [6] Quod dictum ejus tunc nihil, pòst

nino monstrosa. quærendum tantum venit, an ita omnia possint inverti: *Fuit adolescens decorus, moribus asper, sed non impius, à natura tractator.* De quo judicabunt otiosi, atque aliquid boni fingent ex illo *anarbore.* Grut.

1. *Tractator.*] Locutuleius & ἐξήλεγχον. nam tractare dicebantur philosophi cùm scholam haberent ac docerent. Inde apud veteres patres *tractatores* passim dicuntur, qui Dei verbum vel voce vel scriptis exponerent. *Casaub.*

Tractator gulosus.] Scripta lectio, *retractator.* quod verbi magis convenit moribus asperis illius juvenis quam *tractator.* nam potest accipi pro illo qui nunquam libens in alicujus sententiam descendat, sed semper retractet, & sui quodammodo moris sit. *retractare* enim est recusare & reniti contra alicujus voluntatem. *Salmas.*

2. *Cùm responsum esset, habere complures. Ergo in civitate, ait, plures erunt tristes.*] Aliter & isthæc Palat. nempe: *esset, haberet. complures ergo in civitate tristes erunt.* Fortè, *esset, habere, ait, Complures ergo in civitate tristes erunt quam læti, &c.* Grut.

3. *Habere complures, ergo in civitate, &c.*] Sic legendum & distinguendum judico. *Geta interrogasse fertur, quantus esset interficiendorum numerus. quumque dixisset pater, ille interrogavit, isti habent parentes, habent propinquos? quum responsum esset habere: plures ergo in civitate, ait, erunt tristes quam læti quod vicimus.* Salmasius.

4. *Et diceret quasi joco, quasi seriò.*] Fortean, *quà joco, quà seriò.* sed potest vulgata ferri. *Casaub.*

Ut diceret quasi joco, quasi seriò, omnes cum liberis occidendos partium diversarum.] Cur non potius, *qua joco, qua seriò.* Ita certè loquuntur optimi scriptores. *Gronovius.*

5. *Potes etiam fratrem occidere.*] *Potes & fratrem occidere.* Salmas.

6. *Quod dictum ejus, tunc nihil.*] Nempe ominis visum habere. Capitolinus in Maximo & Balbino: *Id eo tempore mi-*

hil

pòst verò præfagio fuit. Fuit in literis affequendis & tenax 5
veterum fcriptorum, & paternarum etiam fententiarum memor, fratri femper inviſus, [1] matri amabilior quàm frater, [2] ſubbalbè tamen canorus. [3] Veſtitus nitidi cupidiſſimus, ita ut patri doleret: ſiquid acciperet à præſentibus, id ad ſuum contulit cultum, neque quicquam cuipiam dedit. Poſt Parthicum bellum pater quum ingenti gloria floreret, Baſſiano participe imperii appellato, Geta quoque Cæſaris & Antonini, ut quidam dicunt, nomen accepit. Familiare illi fuit has quæſtiones grammaticis proponere, ut dicerent, [4] ſingula animalia quomodo vocem emitterent, velut, *Agni balant, porcelli grunniunt,* [5] *palumbes minurriunt, urſi ſæviunt, leones rugiunt, leopardi rictant, elephanti barriunt, ranæ coaxant, equi hinniunt,* [6] *aſini rudunt, tauri mugiunt,* eaſque de veteribus approbare. Serenni Sammonici libros familiariſſimos habuit, quos ille ad Antoninum ſcripſit. Habebat etiam iſtam conſuetudinem, ut convivia & maximè [7] prandia per ſingulas literas juberet, [8] ſcientibus ſervis,

hil viſum eſt eminùs habere: ſed non ſine cauſſa factum probavit imperium. Caſaub.

1. *Matri amabilior.*] An *patri?* nam de matre nihil mirum: cùm illa huic vexè mater, Baſſiano noverca eſſet. *Idem.*

Matri amabilior quàm frater.] Mater ergo Antonini Caracalli Julia; ut & Antonini Getæ: non enim mirum, ſi filius matri ſuæ amabilior quam novercæ. *Salmaſ.*

Matri amabilior quàm frater.] Ita Pal. & videtur ſanè hic auctor Juliam quoque facere matrem Caracalli: unde ſupra habuimus cap. 3. *& quaſi parvulus.* ſed idem tamen *novercam* nominat infra capite 7. adeo ut nihil dicere habeam, quàm compilaſſe hanc ſuam hiſtoriam ex auctoribus diverſis, quorum hi Baſſianum privignum conſtituerant, iſti filium. *Grut.*

2. *Subbalbè.*] *Subbalbè.* Caſaub.

3. *Veſtitus nitidi cupidiſſimus ita ut patri doleret.*] Mirum patri doluiſſe quod filius eſſet veſtitus nitidi cupidiſſimus. vitium manifeſtum arguit vetus ſcriptura quæ habet, *ita ut patri deret*, vitium video, emendationem non item. *Salmaſ.*

4. *Singula animalia quomodo vocem emitterent.*] Illuſtravimus hunc locum in diatriba, quam ſcripſimus de vocibus animalium. *Caſaub.*

5. *Palumbes minurriunt.*] Minurire quidem, vel minurrire avicularum proprium, quarum *minuritiones* dicuntur teſte Pompeio & auctore veteris vocabularii. At palumbes non minuriunt, ſed *minarriunt.* & ita hoc loco legendum. *Salmaſius.*

6. *Aſini rudunt.*] Optimus Palatinus: *raginnt.* quod alibi memini legere dictum de aſinis. *Idem.*

Aſini rudunt.] Pal. *raginnt.* Grut.

7. *Prandia per ſingulas literas juberet.*] *Jubere prandia* pro imperare, & parari jubere, recentioris eſt Latinitatis. *Caſaubonus.*

8. *Scientibus ſervis.*] Id eſt, literas ſaltem leviter doctis. Erant enim de re culi-

vis, velut in quo erat anser, aprugna, anas: item pullus, perdix, pavus, porcellus, piscis, perna, & quæ in eam literam genera edulium caderent: & item [1] fasianus, farta, ficus, & talia. [2] Quare comis etiam habebatur in adoles-
6 centia. [3] Occiso eo pars militum quæ incorrupta erat, parricidium ægerrimè accepit, [4] dicentibus cunctis, duobus se liberis fidem promisisse, duobus servare debere: clausisque portis diu non est imperator admissus. Denique nisi querelis de Geta editis, & animis militum delinitis, enormibus etiam stipendiis datis, [5] Romam Bassianus redire non potuit. Post hæc denique & Papinianus, & multi alii interempti sunt, qui vel concordiæ faverant, vel qui partium Getæ fuerant: [6] ita ut utriusque ordinis viri [7] & in balneo cœnantes, & in publico percuterentur: Papinianus ipse securi percussus sit, improbante Bassiano quòd non gladio res peracta sit. Ventum denique est usque ad seditionem urbanicianorum militum: quos quidem [8] non levi autoritate Bassianus compressit, tribuno eorum, ut alii dicunt, interfecto: ut alii, relegato. Ipse autem tantum timuit

culinaria multi libri editi: quos oportuit istos servos probè callere, ut ex omni copia edulium quæcunque ab eadem litera inchoarent, possent eligere. Veteres, cocos habuisse eruditos ex Athenæo notissimum est. *Idem.*

1. *Fasianus, farta, ficus.*] Palat. *farrata* genus edulii. Juvenalis:

Ponebant igitur Tusco farrata catino, &c.

ubi vetus interpres *farrata* cibum ex farre interpretatur, hoc autem *farrata*, *farrata*, placentæ genus ex farre consperse, vel genus pultis ex farre. *Salmas.*

Fasianus, farta, ficus.] Palat. utrque, *farrata.* Grut.

2. *Quare comis etiam habebatur in adolescentia.*] Vide Herodianum. *Salmas.*

3. *Occiso eo, pars militum, &c.*] Hæc & sequentia quatuor ferè immò sex linearum, verbotenus translata sunt ex Spartiani Caracallæ capite secundo. *Grut.*

4. *Dicentibus cunctis duobus se liberis fidem promisisse.*] Addendum: *duobus se liberis Severi fidem promisisse.* hæc eadem verba leguntur in Caracallo. *Salmasius.*

5. *Romam Bassianus redire non potuit.*] Jam diximus loqui auctorem de reditu ex Britannia. *Casaub.*

6. *Ita ut utriusque ordinis viri & in balneo cœnantes.*] Distinctione tantum hic locus corrigendus: *ita ut utriusque ordinis viri & in balneo, cœnantes, & in publico percuterentur.* Salmas.

7. *Et in balneo cœnantes.*] Emendabamus suprà, *& in balneo & cœnantes.* confirmant verba Spartiani in Caracallo: *Cædes deinde in omnibus locis, & in balneis facta: occisique etiam nonnulli cœnantes.* Casaub.

8. *Non levi auctoritate.*] Quam alibi vocat censuram, hic *auctoritatem*: nam pro severitate ponitur isto loco. *Idem.*

1. *Quasi*

timuit ut loricam sub lato habens clavo, etiam Curiam sit ingressus, atque ita rationem facti sui & necis Geticæ reddiderit. Quo quidem tempore Helvius Pertinax, filius Pertinacis, qui postea est ab eodem Bassiano interemptus, recitanti Faustino prætori & dicenti, *Sarmaticus maximus & Parthicus maximus*, dixisse dicitur, *Adde &* GETICUS MAXIMUS, [1] quasi Gotticus: [2] quod dictum altiùs in pectus Bassiani descendit, ut postea nece Pertinacis est approbatum: nec solùm Pertinacis, sed & aliorum, ut suprà dictum est, passim & iniquè. Helvium autem etiam suspectum habuit affectatæ tyrannidis [3] quòd esset in amore omnium, & filius Pertinacis imperatoris: quæ res nulli facilè privato satis tuta est. [4] Funus Getæ accuratius fuisse 7
dicitur quam ejus qui à fratre videretur occisus. [5] Illatusq; est majorum sepulchro, hoc est Severi, quod est in Appia via euntibus ad portam dextrum, [6] specie Septizonii extructum, quod sibi ille vivus ornaverat. Occidere voluit & matrem Getæ, novercam suam, quòd fratrem lugeret, & mulieres [7] quas post reditum de Curia flentes reperit.

Fuit

1. *Quasi Gotticus.*] Nam Getæ dicebantur tum, qui postea Gothi vel Gotti, ut est in Caracallo. *Idem.*

2. *Quòd dictum altius in pectus Bassiani descendit.*] Neque injuriâ; erat enim nimis ambiguè dictum & in interpretationem sequiorem pronius. hujusmodi dicacitates per jugulum ferè redire, pluribus docui ad Taciti librum v. Annalium cap. 2. *Grut.*

3. *Quod esset in amore omnium, & filius Pertinacis Imperatoris; &c.*] Verè. Vide Tacit. lib IV. Hist. cap. 80. *Idem.*

4. *Funus Getæ accuratius fuisse dicitur, quam ejus qui à fratre videretur occisus.*] Satis stultè: immò ita fieri oportebat, ut palam faceret, non occidisse fratrem, nisi salutis suæ tuendæ; non simultatis, non odii caussa. de qua simulatione, non protrita adduximus ad illud Taciti lib. XIV. Annal. c. 3. *Adiiciorum Principem defunctæ templum, & aras, & cetera ostentanda pietatis.* Idem.

5. *Illatusque est majorum sepulcro, hoc* 7
est Severi.] Non est adscititia glossa; sed necessaria explicatio. Majorum appellatione solent venire pater, avus & qui supra hunc ascendunt. hic solus pater Getæ potest intelligi: ideo interpretatio est adjecta. *majorum* autem *sepulcrum* dixit, ex communi adulantium usu loquendi, qui ad majorem honorificentiam sic potiùs dicebant, quàm patris sepulcrum. Adde quòd Severus in Antoninorum familiam, quorum ibi monumenta erant, se inferebat: qua ratione potuit dici recte de Geta eum illatum esse sepulcro majorum. de hoc monumento ad Severum diximus. *Casaubonus.*

6. *Specie septizonii extructum.*] Palatinus: *septizodii.* de quo supra diximus. *Salmas.*

7. *Quas post reditum de Curia.*] Cùm sub vesperam occisus fuisset Geta, (ἑσπέρᾳ δείλῃ ait Herodianus) confes-

sim

vis, velut in quo erat anser, aprugna, anas: item pullus, perdix, pavus, porcellus, piscis, perna, & quæ in eam literam genera edulium caderent: & item [1] fasianus, farta, ficus, & talia. [2] Quare comis etiam habebatur in adoles-
6 centia. [3] Occiso eo pars militum quæ incorrupta erat, parricidium ægerrimè accepit, [4] dicentibus cunctis, duobus se liberis fidem promisisse, duobus servare debere: clausisque portis diu non est imperator admissus. Denique nisi querelis de Geta editis, & animis militum delinitis, enormibus etiam stipendiis datis, [5] Romam Bassianus redire non potuit. Post hæc denique & Papinianus, & multi alii interempti sunt, qui vel concordiæ faverant, vel qui partium Getæ fuerant: [6] ita ut utriusque ordinis viri [7] & in balneo cœnantes, & in publico percuterentur: Papinianus ipse securi percussus sit, improbante Bassiano quòd non gladio res peracta sit. Ventum denique est usque ad seditionem urbanicianorum militum: quos quidem [8] non levi autoritate Bassianus compressit, tribuno eorum, ut alii dicunt, interfecto: ut alii, relegato. Ipse autem tantum timuit

culinaria multi libri editi: quos oportuit istos servos probè callere, ut ex omni copia edulium quæcunque ab eadem litera inchoarent, possent eligere. Veteres, cocos habuisse eruditos ex Athenæo notissimum est. *Idem.*

1. *Fasianus, farta, ficus.*] Palat. *farrata* genus edulii. Juvenalis:

Ponebant igitur Tusco farrata catino, &c.

ubi vetus interpres *farrata* cibum ex farre interpretatur, hoc autem *farrata*, *farratæ*, placentæ genus ex farre consperse, vel genus pultis ex farre. *Salmas.*

Fasianus, farta, ficus.] Palat. uterque, *farrata.* Grut.

2. *Quare comis etiam habebatur in adolescentia.*] Vide Herodianum. *Salmas.*

3. *Occiso eo, pars militum, &c.*] Hæc & sequentia quatuor ferè immò sex linearum, verbotenus translata sunt ex Spartiani Caracallæ capite secundo. *Grut.*

4. *Dicentibus cunctis duobus se liberis fidem promisisse.*] Addendum: *duobus se liberis Severi fidem promisisse.* hæc eadem verba leguntur in Caracallo. *Salmasius.*

5. *Romam Bassianus redire non potuit.*] Jam diximus loqui auctorem de reditu ex Britannia. *Casaub.*

6. *Ita ut utriusque ordinis viri & in balneo cœnantes.*] Distinctione tantum hic locus corrigendus: *ita ut utriusque ordinis viri & in balneo, cœnantes, & in publico percuterentur.* Salmas.

7. *Et in balneo cœnantes.*] Emendabamus suprà, *& in balneo & cœnantes.* confirmant verba Spartiani in Caracallo: *Cædi deinde in omnibus locis, & in balneis factæ: occisique etiam nonnulli cœnantes.* Casaub.

8. *Non levi autoritate.*] Quam alibi vocat censuram, hic *autoritatem*: nam pro severitate ponitur isto loco. *Idem.*

1. *Quasi*

rimuit ut loricam sub lato habens clavo, etiam Curiam sit ingressus, atque ita rationem facti sui & necis Geticæ reddiderit. Quo quidem tempore Helvius Pertinax, filius Pertinacis, qui postea est ab eodem Bassiano interemptus, recitanti Faustino prætori & dicenti, *Sarmaticus maximus & Parthicus maximus*, dixisse dicitur, *Adde &* GETICUS MAXIMUS, [1] quasi Gotticus: [2] quod dictum altiùs in pectus Bassiani descendit, ut postea nece Pertinacis est approbatum: nec solùm Pertinacis, sed & aliorum, ut suprà dictum est, passim & iniquè. Helvium autem etiam suspectum habuit affectatæ tyrannidis [3] quòd esset in amore omnium, & filius Pertinacis imperatoris: quæ res nulli facilè privato satis tuta est. [4] Funus Getæ accuratius fuisse 7
dicitur quam ejus qui à fratre videretur occisus. [5] Illatusq; est majorum sepulchro, hoc est Severi, quod est in Appia via euntibus ad portam dextrum, [6] specie Septizonii extructum, quod sibi ille vivus ornaverat. Occidere voluit & matrem Getæ, novercam suam, quòd fratrem lugeret, & mulieres [7] quas post reditum de Curia flentes reperit.

Fuit

1. *Quasi Gotticus.*] Nam Getæ dicebantur tum, qui postea Gothi vel Gotti, ut est in Caracallo. *Idem.*

2. *Quod dictum altius in pectus Bassiani descendit.*] Neque injuriâ; erat enim nimis ambiguè dictum & in interpretationem sequiorem pronius. hujusmodi dicacitates per jugulum fere redire, pluribus docui ad Taciti librum v. Annalium cap. 2. *Grut.*

3. *Quod esset in amore omnium, & filius Pertinacis Imperatoris; &c.*] Verè. Vide Tacit. lib IV. Hist. cap. 80. *Idem.*

4. *Funus Getæ accuratius fuisse dicitur, quam ejus qui à fratre videretur occisus.*] Satis stultè: immò ita fieri oportebat, ut palam faceret, non occidisse fratrem, nisi salutis suæ tuendæ; non simultatis, non odii caussa. de qua simulatione, non protrita adduximus ad illud Taciti lib. XIV. Annal. c. 3. *Additurum Principem Æsculapii templum, & aras, & cetera ostentanda pietatis.* Idem.

5. *Illatusque est majorum sepulcro, hoc* 7
est Severi.] Non est adscititia glossa; sed necessaria explicatio. Majorum appellatione solent venire pater, avus & qui supra hunc ascendunt. hic solus pater Getæ potest intelligi: ideo interpretatio est adjecta. *majorum* autem *sepulcrum* dixit, ex communi adulantium usu loquendi, qui ad majorem honorificentiam sic potiùs dicebant, quàm patris sepulcrum. Adde quòd Severus in Antoninorum familiam, quorum ibi monumenta erant, se inferebat: qua ratione potuit dici rectè de Geta eum illatum esse sepulcro majorum. de hoc monumento ad Severum diximus. *Casaubonus.*

6. *Specie septizonii extructum.*] Palatinus: *septizodii.* de quo supra diximus. *Salmas.*

7. *Quas post reditum de Curia.*] Cùm sub vesperam occisus fuisset Geta, (ἐφ' ἑσπέρᾳ ait Herodianus) confes-

stim

Fuit præterea ejus immanitatis Antoninus, [1] ut iis præcipuè blandiretur quos ad necem destinabat, ut ejus magis blandimentum timeretur quàm iracundia. Mirum sanè omnibus videbatur quòd mortem Getæ toties ipse etiam fieret quoties nominis ejus mentio fieret, & quoties imago videretur aut statua. Varietas autem tanta fuit Antonini Bassiani, imò tanta sitis cædis, ut modò fautores Getæ, modò inimicos occideret, quos fors obtulisset. quo facto magis Geta desiderabatur.

stim delatus parricida in prætoriana castra, ibi pernoctavit & manè diei sequentis venit in Curiam: inde redit in Palatium. de hoc reditu nunc auctor loquitur. oblitus nempe prioris sententiæ iis consentit, qui parricidium in Urbe tradunt admissum. *Casaubonus.*

1. *Ut iis præcipuè blandiretur, quos ad necem destinabat.*] In vita: *Eos quos occidere parabat, affabiliter est locutus.* Ibidem & de luctu ob necem Getæ. *Idem.*

[1]JULII CAPITOLINI
OPILIUS MACRINUS,
AD
DIOCLETIANUM AUG.

[1] [2]VITÆ illorum principum, seu tyrannorum, sive Cæsarum, qui non diu imperaverunt, in obscuro latent, idcircò quòd neque de privata eorum vita digna sunt quæ dicantur, quum omnino ne scirentur quidem, nisi aspirassent ad imperium: & de imperio quod non diu tenuerunt, non multa dici possunt: [3] nos tamen [4] ex diversis historicis eruta in lucem proferemus, & ea quidem quæ memoratu digna erunt. [5] Non enim est quisquam in vita

1. JULII CAPITOLINI.] Vetera excerpta Spartiani non Julio Capitolino, sed Spartiano ascribunt hanc vitam ut & sequentem Diadumeni. & sane qui Diadumeni vitæ author fuit, idem & vitam hanc Opilii scripsisse existimandus est. *Salmas.*

2. VITÆ *illorum principum seu tyrannorum, &c.*] Confer cum principio vitæ Pescennii. Similia & in Avidio Cassio, & in Albino, & aliis locis horum librorum. *Casaub.*

3. *Nos tamen ex diversis historiis, &c.*] Melius: *ex diversis historicis eruta.* Salmasius.

4. *Ex diversis historiis eruta, &c.*] Similia his in fine vitæ. *Casaub.*

5. *Non enim est quisquam in vita qui non ad diem quodcunque fecerit.*] *Ad diem*, est cottidie. *quidquam fecerit*, saltem aliquid,

vita qui non ad diem quodcunque fecerit: sed ejus qui vitas aliorum scribere orditur, officium est digna cognitione perscribere. [1] Et Junio quidem Cordo studium fuit eorum imperatorum vitas edere quos obscuriores videbat: qui non multùm profecit. Nam & pauca reperit & indigna memoratu, asserens se minima quæque persequuturum: quasi vel de Trajano, aut Pio, aut Marco sciendum sit, quoties processerit, [2] quando cibos variaverit, & quando vestem mutaverit, & quos quando promoverit: [3] quæ ille omnia exequendo libros mythistoriis replevit talia scribendo, quum omnino rerum vilium aut nulla scribenda sint, [4] aut nimis pauca, [5] si tamen ex his mores possint animadverti, qui revera sciendi sunt: [6] sed ex parte, ut ex ea cætera colligantur. Occiso ergo Antonino Bassiano, [7] OPILIUS MACRINUS præfectus prætorio ejus, [7] qui antea privā-

aliquid, qualecunque illud sit. Nemo est mortalium, ait, qui tantisper dum vivit, non quotidie aliquid agat: sed non quicquid agitur est ἀξιομνημόνευτον & historia dignum. *Idem.*

1. *Et Junio quidem Cordo studium fuit.*] Passim in his libris reprehenditur Ælius Junius Cordus, tanquam λεπτολόγος, & scriptor minutiarum. *Idem.*

2. *Quando cibos variaverit.*] Scribe, *quomodo*. Idem.

3. *Quæ ille omnia exequendo libros mythistoriis replevit talia scribendo.*] Poterant ista abesse, *talia scribendo*. nam affine βαιολογίᾳ est, *quæ ille omnia exequendo, & talia scribendo*. Historiam veram, sed fabulis falsis mixtam, & in qua multa frivola, vocat μυθιστορίαν. *Idem.*

4. *Aut nimis pauca, si tamen ex his mores possint animadverti.*] Ex minimis enim rebus & vilibus melius aliquando posse magnorum virorum mores perspici, quam ex magnis & gloriosis gestis testatur alicubi Plutarchus. *Salmas.*

5. *Si tamen ex his mores possint animadverti.*] Quasi dicat: & illa quoque tum demum digna scriptione sunt judicanda, cùm ex his mores possunt animadverti. *Casaub.*

6. *Sed ex parte, ut ex ea cætera colligantur.*] Malim, *Sed ex parte: ut ex eo cætera colligantur.* Idem.

7. OPILIUS MACRINUS.] Fuit Macrinus natione Maurus, domo ἀπὸ Σικιλίας Καισαρείας. ita Dio apud Xiphilinum in vulgatis codicibus. sed nulla ejus nominis urbs in Mauritania fuisse proditur. Malim igitur apud Dionem, ἀπὸ Ἰουλίας Καισαρείας: nota urbs quæ in Ptolemæi libris, modò Ἰουλία Καισαρεία dicitur, modò Γαῖα Καισαρεία. *Idem.*

8. *Qui antea privatas curabat.*] Melius, *curarat*. De privatarum rerum procuratore dictum ad Severum. Peritiam legum & rerum forensium usum tribuunt Macrino veteres. *Idem.*

Qui antea privatas curabat, imperium arripuit.] Ex manuscriptis, lege: *Opilius Macrinus; præfectus prætorio ejus, qui antea privatus cubabat, imperium arripuit. privatus cubabat*, eleganti locutione pro qui privatus erat. Nam omnes sub imperio prætor imperatorem privati censentur, etsi in magnis, immo maximis

privatas curabat, imperium arripuit, [1] humili natus loco, & animi atque oris inverecundi: seque [2] nunc *Severum* nunc *Antoninum*, quum in odio esset omnium & hominum, & militum, nuncupavit. [3] Statimque ad bellum Parthicum profectus, [4] & vindicandi se de militibus, [5] & rumoribus quibus premebatur adolescendi potestatem dempsit: quamvis senatus eum imperatorem odio Antonini Bassiani libenter acceperit, quum in senatu omnibus una vox esset, [6] *quemvis magis quàm parricidam, quemvis quàm incestum, quemvis magis quàm impurum, quemvis magis quàm interfectorem & senatus & populi.* Et mirum omnibus fortasse videatur [7] cur *Diadumenus* filius Macrini, *Antoninus* voluerit nuncupari, quum

ximis dignitatibus positi. cui tamen vulgatam placebit retinere, retineat, non, me invito, id facturus. *Salmas.*

Qui antea privatas curarat.] Ita ausus sum scribere, non *curabat*, quòd reperissem in utroque Palatino *cubabat*. *Grut.*

1. *Humili natus loco.*] Fatetur ipse in epistola quam scribit ad senatum, apud Herodianum, se ex equestri ordine ad imperium ascendisse. sed origo illi ne equestris quidem: nam serò tandem jure aureorum anulorum donatus est, ut paullò mox ex Aurelio Victore narratur. *Casaub.*

2. *Nunc Severum, nunc Antoninum.*] Nondum invenimus ullum monumentum ubi vocaretur Antoninus. nam in nummis quos aut ipsi vidimus, aut viri docti descripserunt, SEVERVS, semper nuncupatur, nunquam ANTONINVS. in antiquo lapide nominatur AVRELIVS. quod mirum est fugere historicos. *Idem.*

3. *Statimque ad bellum Parthicum profectus.*] Adversus Artabanum qui jam imminebat, sine mora ductus est exercitus. *Idem.*

4. *Et vindicandi se de militibus.*] Dele *vè de*. Versuto prorsus consilio Macrinus statim post occupatum imperium militem contra hostem duxit: ut antè novo imperio assuesceret, quàm otium haberent inquirendi in originem suam aut mores, & capita conferendi, quò se ab illegitimo principe vindicarent: de quo sinistri jam rumores totis castris insusurrabantur. sed hos rumusculos Macrinus hoc facto extinxit, adhuc nascentes necdum confirmatos. *Idem.*

Et vindicandi se de militibus.] Vet. ed. *indicandi*. lego: *& judicandi de se militibus, & rumoribus quibus premebatur potestatem dempsit.* cavit enim hoc consilio Macrinus, ne milites in se & suam vitam inquirere, ac de se judicare possent. *Salmas.*

Et judicandi de se militibus.] Exhibui scripturam membranarum Palatinarum tantò securius quod etiam exstaret in codice Regio. prius editi, *& vindicandi se de militibus.* aut, *& vindicandi se militibus.* quorum neutrum satisfacit. *Grut.*

5. *Et rumoribus quibus premebatur potestatem dempsit.*] *Seu rumoribus quibus premebatur*, in edit. Mediolan. *seu* pro *&* apud recentiores passim. *Salmas.*

6. *Quemvis magis quàm parricidam.*] Hæc desumta sunt ex acclamationibus senatus, cùm in curia recitatæ sunt literæ Macrini. *Casaub.*

7. *Cur Diadumenus filius Macrini, Antoninus voluerit nuncupari.*] Quid? ut Diadumenus filius Macrini ipse nomen Antonini non patris voluntate, sed sua sponte

quùm autor necis Antoninianæ fuisse dicatur. De ipso quæ in annales relata sunt, proferam. Vates Cælestis apud 3
Carthaginem [1] quæ deo repleta solebat vera canere, sub Antonino Pio, [2] quum scisciante proconsule de statu, ut solebat, publico, & de suo imperio, futura prædiceret, ubi ad principes ventum est, clara voce numerari jussit, quoties diceret *Antoninum*. Tuncque attentis omnibus, *Antonini* nomen *Augusti* octavò edidit. Sed credentibus cunctis quòd VIII. annis Antoninus Pius imperaturus esset, [3] & ille transcendit hunc annorum numerum: & [4] constitit apud credentes [5] vel tunc vel postea per vatem aliud designatum. Denique adnumeratis omnibus qui Antonini appellati sunt, is Antoninorum numerus invenitur. Enimvero Pius primus, Marcus secundus, Verus tertius, Commodus quartus, quintus Caracallus, sextus Geta, septimus Diadumenus, octavus Heliogabalus, Antonini fuere. Nec inter Antoninos referendi sunt duo Gordiani: qui [6] aut prænomen tantùm Antoninorum habuerunt, aut etiam

sponte assumserit? hoc absurdum est; cum puer esset novem annorum: & certum sit nihil aliud illum in hoc toto negotio, nisi patris voluntati esse obsecutum. Lego igitur, *Cur Diadumenum filium Macrinus Antoninum voluerit nuncupari.* Sic statim, & infrà sæpiùs. *Idem.*

Cur Diadumenum filium Macrini, Antoninus voluerit nuncupari, &c.] Sic quoque uterque Palatinus. sed nihil certius emendatione Casauboniana. *Grut.*

1. *Quæ deo repleta solebat vera canere.*] Neque dubitamus Julium Capitolinum, etsi temporibus Constantini vixit, fuisse gentium erroribus implicitum. de his vaticinationibus iterum idem in Pertinace. *Casaub.*

Quæ Deo repleta solebat vera canere.] Inde *vexatores* dicti qui vera canerent, vates nimirum, & harioli: hinc *vexatura*, in antiquis Burgundionum legibus pro divinatione & pro pretio & mercede, quæ pro divinatione datur hariolo. *Salmasius.*

Quæ Deo repleta solet vera canere, &c.] Concordat in hanc lectionem etiam Palatinus integer, item à calamo primo secundus qui excerpta complectitur. vulgati, *solebat.* Grut.

2. *Quum scisciante proconsule.*] Melius: *cum scisciatur proconsuli de statu, ut solebat, publico & de suo imperio futura prædiceret.* Salmas.

3. *Et ille transcendit hunc, &c.*] Planior sententia, si legas: *Ubi ille transcendit hunc annorum numerum, &c.* Casaub.

4. *Constitit apud credentes.*] Id est apud eos qui oraculis fidem habere solent; non enim omnes habebant. Dicuntur *constare* quæ evidentem probationem habent, & quorum certa fides. *Idem.*

5. *Vel tunc vel postea.*] Ita loquitur, quia ut suprà dicebamus de ominibus, sic & oracula fidem ex eventu capiebant. nemo igitur, aut admodum pauci, fidem illis habebat, cùm ederentur: sed postquam res evenerant. *Idem.*

6. *Aut prænomen tantùm.*] Non autem

iam [1] Antonii dicti sunt, non Antonini. Inde est quòd se & Severus Antoninum vocavit, & plurimi fuerunt, & Pertinax & Julianus, & idem Macrinus. Et ab ipsis Antoninis qui veri successores Antonini fuerunt, hoc nomen magis quàm proprium retentum est. Hæc alii. Sed alii idcirco Antoninum Diadumenum à Macrino patre appellatum ferunt, ut suspicio à Macrino interfecti Antonini Bassiani militibus tolleretur. Alii verò tantum desiderium nominis hujus fuisse dicunt, [2] ut nisi populus & milites Antonini nomen audirent, [3] imperatorium non putarent.

4 Et de Macrino quidem in senatu à multis quando nuntiatum est Varium Heliogabalum imperatorem, [4] quum jam Cæsarem Alexandrum senatus dixisset, ea dicta sunt, ut appareat ignobilem, sordidum, spurcum fuisse. Verba denique [5] Aurelii Victoris, [6] qui Primo cognomen erat, hæc fuerunt: [7] *Macrinum libertinum hominem prostibulum, servilibus officiis occupatum in domo imperatoria, venali fide, vita sordida sub Commodo, à Severo remotum etiam à miserrimis officiis, relegatumque in Africam: ubi ut infamiam damnationis tegeret, lectioni*

tem verum nomen. exposuimus ad Marcum Antoninum. *Idem.*

1. *Antonii dicti sunt, non Antonini.*] De hoc ad librum ejusdem Capitolini de Gordianis. *Idem.*

2. *Ut nisi populus & milites Antonini nomen audirent, imperium non putarent.*] Sic codex Regius. nam Palatinus, cavet vulgatæ, *imperatorium*; quod cur minus feramus, facit locus Diadumeni capite principe, *Ingens mœror obsedit omnium pectora, quòd Antoninum in Republica non haberent, existimantium quòd cum eo Romanum esset imperium periturum.* Grut.

3. *Imperatorium non putarent.*] Lege, ut in regio, *imperium non putarent.* Casaubonus.

4. *Quum jam Cæsarem Alexandrum senatus dixisset.*] Dictus est enim à senatu Cæsar mortuo Macrino. *Idem.*

5. *Aurelii Victoris, cui Primo cognomen erat.*] Fuisse Aurelios Victores multos, antiquæ inscriptiones fidem faciunt: in quibus minimùm quatuor nomine & cognomine eodem est invenire. iccirco huic etiam agnomen est adjectum. *Idem.*

Aurelii Victoris cui Pinio cognomen erat.] Vulgati prius, *cui Primo*: sed alterum conspicitur & in Pal. & Regio codice. nimirum in Inscriptionibus nostris decem amplius occurrunt *Aurelii Victores*: itaque ipsimet aliquando aliud adhuc sibi adsumebant agnomen. *Grut.*

6. *Cui Primo cognomen erat.*] *Cui Pinio cognomen erat.* ita Pal. *Pinini* & *Pinnini*, nomen Romanum, in vetustis inscriptionibus habetur, *L. Pinnius Celer.* & *L. Pinnius Celsus.* sed ibi nomen, hic cognomen est. *Salmas.*

7. *Macrinum libertinum hominem, prostibulum.*] Distingue: *Macrinum libertinum, hominem prostibulum.* Idem.

1. *Egisse*

lectioni operam dedisse, [1] *egisse causulas*, *declamasse*, *jus postremò dixisse*. [2] *Donatum autem annulis aureis*, [3] *patrocinante sibi liberto suo Festo*, [4] *advocatum fisci factum sub Vero Antonino*. Sed & hæc dubia ponuntur, & alia dicuntur ab aliis quæ ipsa quoque non tacebimus. Nam plerique gladiatoriam pugnam eum exhibuisse dixerunt: Et accepta rudi, ad Africam isse venatorem primò, pòst etiam tabellionem fuisse, deinceps advocatum fuisse fisci: ex quo officio ad amplissima quæque pervenit. Deinde [5] quum esset præfectus prætorio collega ablegato, Antoninum Caracallum imperatorem suum interemit [6] tanta fictione ut ab eo non videretur occisus. Nam stratore ejus redempto, & spe ingenti proposita, id egit ut quasi militaribus insidiis, [7] quòd vel ob parricidium vel incestum displiceret, interemptus diceretur.

1. *Egisse causulas.*] Pal. cum Med. editione: *egisse causulas.* mendose *Idem.*

2. *Donatum autem annulis aureis.*] Libertini, qualis hic Macrinus, qui aureis annulis donabantur, equites Romani fiebant, de jure hoc vel honore aureorum annulorum elegantes versus Statii:

Mutavitq; genus, levæq; ignobile ferrum
Exuit, & celsè natorum æquavit honori.

Is de quo loquitur ibi poëta, libertinus fuit, cui genus mutavit imperator & pro libertino equitem fecit, & pro ferreis annulis, quales libertini generis homines gerebant, aureos dedit qui equitum proprii. Celsè ergo nati sunt equites, quorum honori is æquatur, qui exutis annulis ferreis, aureos induit, sibi à principe concessos. *Idem.*

3. *Patrocinante sibi liberto suo Festo.*] Pal. *patrocinante non liberto suo.* aliquid huic vitii latere suspicor. forte legendum sic: *donatum autem aureis annulis, patrocinante mox liberto Severi Festo advocatum factum à Severo vel Antonino.* cum scriptum esset *Sev.* pro *Severi*, factum est *suo.* Vide Dionem. *Idem.*

4. *Advocatum fisci factum, sub Vero Antonino.*] Fortasse, *sub Severo, vel Antonino.* malim tamen, *sub Antonino.* inducta voce *Vero*: quam constat esse mendosam. *Casaub.*

5. *Cùm esset præf. prat. collega ablegato.*] Collega hic est Ecdecianus Adventus, cujus mentio in lege prima Cod. De sententiam passis. Auctor est Herodianus delatum huic imperium priùs quàm Macrino, verùm illum propter ætatem recusasse. quod videtur astu Macrini factum: hæc certè causa cur dicatur sibi ab eo timuisse. cæterùm Dio hic aliter. *Idem.*

6. *Tanta fictione, ut ab eo non videretur occisus.*] Omnes membranæ *factione.* ego non possum damnare alteram lectionem, quæ auctoris menti videtur hic convenientior. nam quod mox sequitur in oratione Macrini ad senatum, *cui & ipse utique vindicandam factionem mandasset*, aliam habet sententiam. Capitolinus enim de dissimulatione loquitur, qua usus Macrinus in hoc negotio. *Idem.*

Tanta fictione, ut ab eo, &c.] Etiam habet Palatinus noster illud aliorum *factione*, quod tamen huic minus convenit, ut & ab aliis jam dictum. *Grut.*

7. *Quod vel ob parricidium, vel incestum displiceret.*] Nimirum ea erat bonitate morum miles populusque Roma-

retur. [1] Statim denique arripuit imperium, filio Diadumeno in participatum ascito, quem continuò (ut diximus) Antoninum appellari à militibus jussit. [2] Deinde corpus Antonini Romam remisit sepulchris majorum inferendum. Mandavit collegæ dudum suo præfecto prætorii, ut munus suum curaret, ac præcipuè Antoninum honorabiliter sepeliret ducto funere regio: quòd sciebat ob vestimenta populo & congiaria data, multùm Antoninum à plebe dilectum. Accedebat etiam illud quòd militarem motum timebat, ne eo interveniente, suum impediretur imperium quod raptum ierat, sed quasi invitus acceperat, *ut sunt homines qui ad ea se cogi dicunt quæ vel sceleribus comparant.* Timuit autem etiam collegam ne & ipse imperare cuperet, sperantibus cunctis [3] quòd si unius numeri consensus accederet, [4] neque ille recusaret, & omnes cupidissimè id facerent odio Macrini, vel propter vitam improbam, vel propter ignobilitatem, [5] quum omnes superiores, nobiles fuissent imperatores. [6] Insulsit præterea nomen Severi, quum illius nulla cognatione tangeretur: unde

nus, ut arbitrarentur Principem omnibus modis vitiosum vivere exitio suo, suorumque omnium: veluti pluribus probatum mihi ad Taciti lib. XII. c. 5. iterumque lib. XIX. cap. 2. *Idem.*

1. *Statim denique arripuit imperium.*] Non planè statim; sed quarto demum die, ut Dio ait. *Casaub.*

2. *Deinde corpus Antonini Romam remisit.*] Herod. nec corpus missum, sed reliquias in urna: nec Romam, sed ad Juliam matrem quæ erat Antiochiæ. *Idem.*

3. *Quod si unius numeri consensus accederet.*] Palatinus & editio princeps: *concessus.* quod non temere rejiciendum: *concedere* enim pro consentire, & *concessio* pro consensu apud optimos quosque authores pervulgatum est. *Salmasius.*

4. *Neque ille recusaret.*] Nam, ut modò diximus ex Herodiano, recusabat Adventus, prætextu ætatis usus. sed mirum in tota hac narratione, imò toto hoc libro ejus viri nomen ne semel quidem esse positum. *Casaub.*

5. *Cùm omnes superiores nobiles fuissent imperatores.*] Potest objici de Pertinace & Severo: sed & hi, & si qui alii ante Macrinum ex humili loco orti ad imperium venerant, magnis rebus gestis domi & militiæ majoribus suis præluxerant. quod de Macrino dici minas potest. *Idem.*

6. *Insulsit præterea.*] An scribendum *invasit?* Græci dicunt ἐπιπατόνως. *Idem.*

Insulsit præterea nomen Severi, &c.] optimus liber sic habet: *insulsit præterea in nomen Severis.* addita littera, & distinctione adhibita, veram habes lectionem: *insulsit præterea in nomen Severi se, quum illius nulla cognatione tangeretur.* Dicit Macrinum se in nomen Severi insulsisse, cum tamen ad illam familiam nulla adfinitate aut cognatione

unde jocus extitit, *Sic Macrinus est Severus quomodo Diadumenus Antoninus.* Statim tamen ad delendum militum motum, stipendium & legionariis & prætorianis dedit solito uberius, utpote qui extenuare cuperet imperatoris occisi crimen: *Profuitque pecunia, ut solet, cui innocentia prodesse non poterat.* Retentus est enim aliquanto tempore in imperio [1] homo vitiorum omnium. Ad senatum deinde literas misit de morte Antonini, divum illum appellans, excusansque se, & jurans quòd de cæde illius nescierit. [2] Ita sceleri suo, more hominum perditorum, junxit perjurium [3] à quo incipere decuit hominem improbum, quum ad senatum scriberet. Interest scire cujusmodi oratio fue- 6
rit qua se excusavit, ut & impudentia hominis noscatur & sacrilegium à quo initium sumpsit improbus imperator. Capita ex oratione Macrini & Diadumeni imperatorum. *Vellemus P. C. & incolumi Antonino nostro,* [4] *& revecto cum triumpho vestram clementiam videre. Tunc demum enim florente Rep. & omnes felices essemus, & sub eo principe viveremus, quem nobis Antoninorum loco dii dederant. Verùm quia id evenire per tumultum militarem non potuit, nuntiamus primum quid de nobis exercitus fecerit: deinde honores divinos (quod primùm faciendum est) decernimus ei viro in cujus verba juravimus,* [5] *quum exercitus ultorem cædis Bassiani neminem digniorem præfecto ejus putavit, cui & ipse utique vindicandam factionem mandasset si vivus*

gnatione pertineret. *insulcire se aliquo*, aut *aliquam rem insulcire*, oratio Latinissima. *Salmas.*

Insulsit præterea nomen Severi.] Sic & Pal. nisi quod idem quoque, *in nomen Severi*; ut hæream an non scribi possit, *Insulsit in nomen Severi*; ut idem sit cum eo quod habemus infra in Elagabalo cap. 7. *irreperet in nomen.* & cap. 9. *invaserat in nomen.* Grut.

1. *Homo vitiorum omnium.*] Sic apud Tertullianum, *homo nullius boni.* Casaubonus.

2. *Ita sceleri suo, more hominum perditorum, junxit perjurium, &c.*] Scilicet ita hominibus natura comparatum est, quasi admissum facinus majore scelere tegere possent. *Grut.*

3. *A quo incipere decuit hominem improbum, &c.*] Muta distinctionem, & scribe, *A quo incipere decuit hominem improbum. Cùm ad senatum scriberet, interest scire, &c.* Casaub.

4. *Et revecto cum triumpho.*] *Et revecti cum triumpho.* Salmas.

5. *Cùm exercitus ultorem cædis Bassiani neminem digniorem præfecto ejus putavit.*] Refert & Herodianus capita quædam hujus orationis: sed alia quàm quæ hic sunt descripta. *Casaub.*

vivus deprendere potuisset. Et infra: *Detulerunt ad me imperium, cujus ego P. C. interim tutelam recepi: tenebo regimen, si & vobis placuerit quod militibus placuit: quibus & stipendium dedi, & omnia imperatorio more jussi.* Item infrà: *Diadumenum filium meum vobis notum, & imperio miles donavit, & nomine Antoninum videlicet appellans, ut cohonestaretur priùs nomine, sic etiam regni honore: quod vos P. C. bono fausto que omine approbetis petimus, ne vobis desit Antoninorum nomen quod maximè diligitis.* Item infrà: [1] *Antonino autem divinos honores & miles decrevit, & nos decrevimus: & vos P. C. ut decernatis,* [2] *quum possimus imperatorio jure præcipere, tamen rogamus, dicantes & duas statuas equestres, pedestres duas habitu militari, sedentes civili habitu duas: item divo Severo duas triumphales. Quæ omnia P. C. vos impleri jubebitis nobis religiosè pro prioribus*
7 *ambientibus.* Lectis igitur in senatu literis, contra opinionem omnium & [3] mortem Antonini senatus gratanter accepit, & Opilium Macrinum libertatem publicam curaturum sperans, primùm in patritios allegit, novum hominem, & [4] qui paulò antè procurator privatæ rei fuisset. Eundem, [5] quum scriba pontificum esset (*[6] quos hodie pontifices minores* vocant) Pontificem Max. appellavit, [7] Pii nomine

1. *Antonino divinos honores miles decrevit.*] Vide initium vitæ sequentis. *Idem.*

2. *Cùm possimus Imperatorio jure præcipere, tamen rogamus.*] Videlicet *Roganti volenti quam imperanti pareas*, ut loquitur Publius Syrus. *Grut.*

3. *Mortem Antonini senatus gratanter accepit.*] Odio Bassiani, senatus imperatorem Macrinum libenter acceperat. sic autem accipitur sæpe τὸ *gratanter*, pro κεχαρισμένως. *Casaub.*

4. *Qui paulò ante procurator privatæ rei fuisset.*] *Procurator privatæ fuisset*, in Palatino. *Salmas.*

5. *Cùm scriba Pontificum esset.*] Hoc eò spectat, ut doceat quàm ex humili loco Macrinus ad imperium pervenerit. Scribarum Romæ ingens numerus, in certas decurias tributus: qui cùm operam suam diversis magistratibus locarent, cognominibus ex eo diversis distinguebantur: ut quæstorii, ædilitii, prætorii, alii. in his & pontificum scribæ: Olim non nimis honestus ille ordo Romæ habitus: in quo plerique libertini qui pecunia locum illum emebant, ut in Vertinis auctor est Cicero. *Casaubonus.*

6. *Quos hodie pontifices minores vocant.*] In antiquis inscriptionibus, & majorum & minorum pontificum non semel fit mentio. *Idem.*

7. *Pii nomine decreto.*] Sed non recepit, ut postea subjicietur: ideo in nummis hoc nomen non invenitur. ut nec *Felicis*, quod tamen mox auctor dicit illum recepisse. *Idem.*

1. *Dia*

nomine decreto. [1] Diu tamen lectis literis quum omnino nemo crederet de Antonini morte, silentium fuit. Sed posteaquam constitit occisum, senatus in eum velut in tyrannum invectus est. Denique statim Macrino & proconsulare imperium, & potestatem tribunitiam detulerunt. Filium sanè suum quum ipse Felicis nomen recepisset, ut suspicionem occisi à se Antonini Bassiani removeret, *Antoninum* vocavit, *Diadumenum* antea dictum. Quod quidem etiam Varius Heliogabalus qui se Bassiani filium diceret, homo sordidissimus, & ex meretrice conceptus, idem postea nomen accepit. Denique versus extant cujusdam poëtæ, quibus ostenditur, Antonini nomen cœpisse à Pio, & paulatim per Antoninos usque ad sordes ultimas perveniisse: siquidem solus Marcus nomen illud sanctum vitæ genere auxisse videtur, [2] Verus autem degeniasse, Commodus verò etiam polluisse sacrati nominis reverentiam. Jam quid de Caracallo Antonino, quidve de hoc potest dici? Postremò etiam quid de Heliogabalo, qui Antoninorum ultimus in summa impuritate vixisse memoratur? Appellatus igitur imperator suscepto bello 8 contra Parthos, profectus est magno apparatu, studens sordes generis & prioris vitæ infamiam victoriæ magnitudine abolere. Sed conflictu habito contra Parthos, [3] defectu legionum quæ ad Varium Heliogabalum confugerant, interemptus est. [4] Sed anno ampliùs imperavit. Sanè quum esset inferior in eo bello quod Antoninus gesserat,

1. *Diu tamen lectis litteris, cùm omnino nemo crederet de Antonini morte, &c.*] Veritus quisque ne tentaretur. videatur Suetonii Caligula ipso capite ultimo. *Grut.*

2. *Verus autem degeneraſſe.*] De nomine Antonini loquitur, cujus nominis sanctitatem auxisse Marcus dicitur, degeneraſſe Verus, polluisse etiam Commodus. sed pro *degeneraſſe*, lege, *degenuiſſe*. cujus verbi notio huic loco aptissima est. nosque in superioribus illud verbum Latinitati vindicavimus. *geniare* igitur & *degeniare* Latina sunt verba, quorum complura exempla superius adduximus, neque heic videntur repetenda. *Salmaſius.*

3. *Defectu legionum.*] *defectu*, pro defectione. vide ad Heliogabalum. *Caſaubonus.*

4. *Sed anno ampliùs imperavit.*] Annum integrum & menses duos, tribus diebus minùs. *Idem.*

rat, [1] Artabane graviter necem suorum civium vindicante, primò Macrinus repugnavit: postea verò missis legatis petiit pacem, quam libenti animo interfecto Antonino Parthus concessit. Inde quum se Antiochiam recepisset ac luxuriæ operam daret, justam causam interficiendi sui præbuit exercitui, ac Bassiani (ut putabatur) filium sequendi, id est *Heliogabalum Bassianum Varium*, qui postea
9 & *Bassianus* & *Antoninus* appellatus est. [2] Fuit quædam mulier Mœsa, sive Varia, ex Emissena urbe, soror Juliæ uxoris Severi Pertinacis Afri, [3] quæ post mortem Antonini Bassiani ex aulica domo fuerat expulsa per Macrini superbiam: cui quidem omnia concessit Macrinus quæ diu illa collegerat. [4] Huic erant duæ filiæ, Semiamira & Mammæa, quarum majori filius erat Heliogabalus, qui & Bassiani & Antonini nomen accepit. [5] Nam Heliogabalum Phœnices vocant solem. Sed Heliogabalus pulchritudine ac statura & sacerdotio conspicuus erat, [6] ac notus omnibus hominibus qui ad templum veniebant, militibus præcipuè.

1. *Artabane graviter necem suorum vindicante.*] Ita & scripti. alii Artabanum dicunt, & Græci Ἀρτάβανον. historia quæ hic tangitur est apud Dionem & Herodianum in Caracallo. *Idem*

Artabane graviter necem suorum civium vindicante.] Sic quoque Palatinus. *Grut.*

2. *Fuit quædam mulier Mœsa, sive Varia.*] Scribe semper *Mæsa* per æ non œ. in nummis semper IVLIA. MAESA. & quidem cum titulo AVG. *Casaub.*

Fuit quædam mulier Mœsa.] *Fuit aliqua mulier Mœsa.* Palatinus. *Salmas.*

3. *Quæ post mortem Antonini Bassiani ex Aulica domo fuerat expulsa per Macrini superbiam.*] Vide Herodian. τῷ δὴ Μαισσίνῃ τούτῳ ὁ Μακρῖνος μὲν τῶν ἐδιδάσκετο, Ἀντωνίνῳ ὃ ἀναίρετον, ἐξωστεῖσθαι εἰς τὰ πάλαι ἐάσας ἐπανελθεῖν, &c. *Casaub.*

4. *Huic erant duæ filiæ, Semiamira & Mammæa.*] Ἦσαν ὃ αὐτῇ θυγατέρες δύο. Σοαιμὶς μὲν ἡ πρεσβυτέρα ἐκαλεῖτο, ἡ δ' ἑτέρα Μαμμαία. filiarum Mæsæ majori duplex fuit nomen, *Soæmis & Semiamira.* alterum Herodianus usurpat, alterum Capitolinus. *Idem.*

Huic erant duæ filiæ, Semiamira & Mammæa.] Duplex nomen huic Semiamiræ fuisse scripsit ad hunc locum vir incomparabilis doctrinæ, *Semiramem* nempe & *Soæmidem*, quorum alterum usurparit Capitolinus, alterum Herodianus & reliqui Græci scriptores. Leg. Palat. *Symiamira.* Salmas.

5. *Nam Heliogabalum Phœnices vocant solem.*] De his, & de scriptione hujus nominis, vide ad Heliogabali vitam. *Casaub.*

6. *Ac notus omnibus hominibus, qui ad templum veniebant, militibus præcipuè.*] Et hæc de Græco ad verbum expressa, omissis quibusdam: ἱερωργεῖτο δὲ τῶν θεραπόντων ὑπὸ λίπου οἵ τε ἄλλοι ἄνθρωποι, καὶ μάλιστα οἱ στρατιῶται. *Idem.*

1. *Impe-*

cipuè. His Mœsa, sive Varia, dixit, Bassianum filium esse Antonini, quod paulatim omnibus militibus innotuit. Erat præterea Mœsa ipsa ditissima, ex quo etiam Heliogabalus luxuriosissimus: qua promittente militibus, legiones abductæ sunt à Macrino. Suscepta enim illa noctu in oppidum cum suis, nepos ejus *Antoninus* est appellatus, [1] imperii delatis insignibus. [2] Hæc ubi sunt Macrino apud Antiochiam posito nuntiata, [3] miratus audaciam muliebrem, simul etiam contemnens, Julianum præfectum ad obsidendos eos cum legionibus misit. Quibus quum Antoninus ostenderetur, miro amore in eum omnibus inclinatis, occiso Juliano præfecto ad eum omnes transierunt. Deinde parte exercitus conjuncta, venit contra Macrinum Antoninus contra se festinantem: [4] commissoque prælio, Macrinus est victus proditione militum ejus & amore Antonini. fugiens sanè Macrinus cum paucis & filio, [5] in vico quodam Bithyniæ occisus est cum Diadumeno: ablatumque ejus caput est, & ad Antoninum perlatum. [6] Sciendum præterea quòd Cæsar fuisse dicatur, non Augustus Diadumenus puer, quem plerique pari fuisse cum patre imperio tradiderunt. Occisus est etiam filius, cui hoc solùm attulit imperium ut interficeretur à milite. Non enim aliquid dignum in ejus vita erat quod dicatur, præter hoc [7] quòd Antoninorum nomini est velut nothus appo-

1. *Imperii delatis insignibus.*] Τῶν πορφύρων χλαμυδῶν περιβαλόντες. *Idem.*

2. *Hæc ubi sunt Macrino apud Antiochiam posito nunciata.*] Non poterant magis ad verbum verti Græca verba: ὡς δὲ ταῦτα ἀπηγγέλη τῷ Μακρίνῳ τὸ Λυκοχείας ἀγγελθέντα. conferant reliqua quibus utriusq; linguæ amor & studium. *Idem.*

3. *Miratus audaciam muliebrem, simul etiam contemnens.*] Tantò pejus. melius de Tiberio Tacit. l. II. Annal. c. 40. *Grut.*

4. *Commissoque prælio.*] In finibus Phœnices & Syriæ pugnatum est, ait Herod. *Casaub.*

5. *In vico quodam Bithyniæ occisus est cum Diadumeno.*] Captus est Calchedone, quod erat Bithyniæ non ignobile oppidum. *Idem.*

6. *Sciendum præterea quòd Cæsar fuisse dicatur, non Aug.*] Hoc addit, propter Herodiani verba, quæ modò attulimus, ubi Diadumenianus vocatur non Augustus, sed Cæsar. *Idem.*

7. *Quod Antoninorum nomini est velut nothus appositus.*] Lego: *velut nota*, eleganti translatione significat Diadumenum nomen Antoninorum maculasse, cùm nihil esset in eo Antoninis dignum. *Idem.*

Quod Antoninorum nomini est vel-

11 appositus. Fuit Macrinus tamen in vita imperatoria paulò rigidior & austerior, sperans se anteacta omnia posse oblivioni dare, quum ipsa severitas illius occasionem reprehendendi & lacerandi ejus aperiret. Nam & *Severum* se & *Pertinacem* voluerat nuncupari: quæ duo illi asperitatis nomina videbantur. Et quum illum senatus *Pium* ac *Felicem* nuncupasset, Felicis nomen recepit, Pii habere noluit. [1] Unde in eum epigramma illatum Græci cujusdam poëtæ videtur extare, [2] quod Latinè hac sententia continetur.

Histrio jam senior turpis, gravis, asper, iniquus,
Impius, & felix sic simul esse cupit,
[3] *Ut nolit pius esse, velit tamen esse beatus:*
[4] *Quod natura negat, nec recipit ratio.*

[1] *Nam*

ut nothus appositus.] Non mutant heic nostri libri: verba enim, hæc sonant, nihil fuisse in Diadumeni vita memorabile, nisi quod περιέσχεν fuerit Antoninus, & huic nomini veluti nothus adpositus, cum ad eum hoc nomen nihil pertineret, quippe qui nulla cognatione Antoninos tangeret. *Salmas.*

Quod Antoninorum nomini esset veluti nothus appositus.] Palat. *notus.* Gruterus.

1. *Unde in eum epigramma illatum Græci cujusdam poëtæ videtur extare, &c.*] *Inferre epigramma in aliquem*, pro facere vel componere, ridicula est Latinitas: etsi dicimus jacere in aliquem convitia, & Græci βάλλειν ὀνείδη εἰς ἄνδρα, vel ἀνείδεσι βάλλειν ἄνδρα. Fortasse significat illatum epigramma in forum, atque ibi propositum, ut statim subjicitur. *videtur extare* dixit, pro extat. *Casaubonus.*

Unde in eum epigramma illatum Græci cujusdam poëtæ.] Non immerito viris doctis hæc visa sunt suspecta. Scribe: *unde in eum Epigramma non inlautum Græci cujusdam poëtæ videtur extare.* non inlautum autem epigramma dicitur, non insulsum nec inficetum, nec insipidum, sed lautum & argutum. Sic apud Terent. *salsè, lepidè, lautè, nihil supra.* Salmas.

Unde in eum epigramma illatum.] Palatini ambo, *epigramma non inlautum*; ut sine dubio rescribi debeat, *non illautum.* Grut.

2. *Quod Latinè hac sententia continetur.*] Sciremus melius an Græcorum versuum sententia rectè Latinis sit expressa, si illos haberemus. ego verò puto ineptum illum hominem qui hoc epigramma Latinum fecit, ne assecutum quidem esse Græci poëtæ mentem: nam postremum certè versum, in quo videtur acumen aliquod fuisse, sic vertit, ut Oedipo sit opus. *Casaub.*

3. *Ut nolit pius esse, velit tamen esse beatus.*] Scribe, majuscula litera, *Pius.* & *Beatus.* Idem.

Ut noluit pius esse, velit tamen esse beatus.] In Palatino: *ut noluit pius esse.* respicit autem ad illud: *Felicis nomen recepit, Pii habere noluit.* Salmas.

4. *Quod natura negat, nec recipit ratio.*] Sic Græce conceptus hic videtur fuisse versiculus:

οὐ φύσις δοκεῖ τοῦτο, οὐ λόγος δὲ λαμβάνει.

Idem.

[1] *Nam*

[1] *Nam pius & felix poterat dici atque videri,*
[2] *Cui imperium infelix est, erit ille sibi.*

[3] Hos versus nescio quis de Latinis, juxta eos qui Græci erant propositi, in foro posuit: quibus acceptis Macrinus his versibus respondisse fertur:

[4] *Si talem Grajum retulissent fata poëtam,*
[5] *Qualis Latinus Gabalus iste fuit,*
[6] *Nil populus nosset, nil nosset curia, magno*
Nullus scripsisset carmina tetra mihi.

His versibus Macrinus longè pejoribus quàm illi Latini sunt, respondisse se credidit: sed non minùs est risui habitus quàm poëta ille qui de Græco Latinè coactus est scri-

1. *Nam pius & felix poterat dici atque videri.*] In veteribus scriptis, *Nam pius & felix poterat dicique videri-que.*

Imperium infelix est, erit ille sibi. acuto sensu Epigramma concludit. Macrinum cum Felicis nomen recepisset, Pii habere noluisset, duas quodammodo res quæ separari nequeunt disjungi voluisse, cum nemo felix esse possit, nisi & idem pius. at ille Pius dici noluit, & Felicis nomen recepit: quod carebat ratione. nam poterat quidem pius simul & felix dici & videri. conclusio ergo, esse imperium infelix sub homine qui felix dici & videri cupiat, non autem pius. ipsum vero sibi & infelicem futurum, hoc est non diu felicitate illa fruiturum, quam sibi promitteret, & cujus nomine appellari gauderet. pro *imperium infelix*, etiam legere possemus, *imperio infelix* hoc modo:

Imperio infelix est, erit ille sibi.

hoc sensu: qui dici voluit felix, & tamen imperio infelix est, sibi quoque infelix erit. *Idem.*

2. *Cui imperium infelix est, erit ille sibi.*] Divinavimus hanc esse mentem: non posse tandem infortunium evadere principem, qui multos subditorum reddit infortunatos. atque ut illius imperium subditis infaustum, sic futurum & ipsi quandoque. *Casaub.*

3. *Hos versus nescio quis de Latinis juxta eos qui Græci erant, &c.*] Et hæc lectio suspecta & libri variant. nam excerpta Spartiani *delatis* pro *de Latinis* alius codex exhibet. *hos versus nescio quis delatos juxta eos qui Græci erant propositi in foro posuit.* sic prius scriptum fuisse arbitror: *hos versus nescio quis delatus eos qui Græci erant propositi, in foro posuit. delatus* idem est quod juxta. aliquis igitur interpretamenti vicem ad oram adposuerat *juxta.* quod postea in contextum receptum est. *delatus eos* pro juxta eos. sic loquebantur ætate Spartiani. sed & *latus* adverbialiter videntur posuisse pro juxta. ut *latus se* pro juxta se apud Innocentium. *Salmasius.*

4. *Si talem Grajum retulissent fata poëtam, &c.*] Ita conjecerat Casaubonus: sed id admisimus, quod exstaret apertè in utroque Palatino. antea edebatur, *retulissent.* Grut.

Si talem Grajum retulissent fata poëtam.] Scribendum, ex Palatino: *tetulissent.* Salmas.

5. *Qualis Latinus Gabalus ille fuit.*] Crucem vocabant gabalum, ut est apud Nonium. hic *gabalus*, homo cruce dignus. *Casaub.*

6. *Nil populus nosset, nil nosset, &c.*] *Magno mihi* hoc est, imperatori. dignus versus tortore Macrino. *Idem.*

12 scribere. [1] Fuit igitur superbus & sanguinarius, & volens militariter imperare, incusans quinetiam superiorum temporum disciplinam, ac solum Severum præ cæteris laudans. Nam & in crucem milites tulit, & servilibus suppliciis semper affecit: & quum seditiones militares patereturr, milites sæpiùs decumavit, aliquando etiam centesimavit: quod verbum proprium ipsius est, quum se clementem diceret, quando eos centesimaret qui digni essent decumatione atque vicesimatione. Longum est ejus crudelitates omnes aperire: attamen unam ostendam non magnam, ut ipse credebat, sed omnibus tyrannicis immanitatibus tristiorem. [2] Quum quidam milites ancillæ hospitis pudorem depravasse suspecti essent, atque per quendam frumentarium ille didicisset, adduci eos jussit, interrogavitque utrum esset factum: quod quum constitisset, [3] duos boves miræ magnitudinis vivos subitò aperiri jussit, atque his singulos milites inseri, capitibus, ut secum colloqui possent, exertis. [4] Itaque pœna hos affecit, [5] quum ne adulteris quidem talia apud majores vel sui temporis

1. *Fuit igitur superbus & sanguinarius, &c.*] Dos enim est propria militum superbia. supra de Albino: *animi jam inde militaris & superbi.* Salmas.

2. *Quum quidam milites ancillæ hospitis pudorem depravasse suspecti essent.*] Scriptura Codicis membranacei, hæc est: *quum quidam milites ancillam hospitis jamdiu pravi pudore suffectassent.* verba quidem ipsa corrupta, sed ex quibus facile perspici potest legendum esse: *quum quidam milites ancillam hospitis jam diu pravi pudoris affectassent.* hinc magis elucet immanis diri principis crudelitas. non enim vitium obtulerant puellæ milites, sed scortillum nec illud quidem devium, sed omnibus obvium usurpaverant. quod minime pœnam merebatur, nedum talem, qualis neque apud majores adulteris erat constituta. *Idem.*

Cùm quidam milites ancillæ hospitis pudorem depravasse suspecti essent, &c.] Lectio falsa. scribendum enim, *ancillam hospitis jamdiu pravi pudoris affectassent: idque per, &c.* ita, inquam legendum, si sequi libet vestigia Palatinorum codicum. voluit dicere, eandem ancillam jampridem malè audiisse; adeò ut nemo in talem jam peccare posse videretur. quod verum est. sed Macrinus heic non tam attendit personæ mulieris, quàm militum vi, qui attrectassent repugnantem. *Grut.*

3. *Duos boves miræ magnitudinis vivos subitò aperiri jussit, &c.*] Et hoc supplicium & affine huic quod σκαφισμὸς dicitur Eunapio, σκαφεῖσις Plutarcho, Persarum sunt inventa *Casaub.*

4. *Itaque pœna hos affecit.*] Lege, *ipsaque pœna eos affecit.* Salmas.

5. *Quum ne adulteris quidem talia apud, &c.*] Scribe ex Palatino & excerptis Spartiani: *quum ne adulteris quidem talia apud majores vel sui temporis essent constituta supplicia.* Idem.

1. Et

temporis essent constituta supplicia. Pugnavit tamen & contra Parthos & contra Armenios, [1] & contra Arabas quos Eudæmonas vocant, non minùs fortiter quàm feliciter. Tribunum qui excubias deseri passus est, carpento rotali subter adnexum per totum iter vivum atque exanimem traxit. Reddidit etiam Mezentii supplicium, quòd ille vivos mortuis illigabat, & ad mortem cogebat longa tabe confectos. Unde etiam in Circo, [2] quum favor publicus in Diadumenum semper fuisset, acclamatum,

[3] *Egregius forma juvenis, cui pater haud Mezentius esset.*

[4] Vivos etiam homines parietibus inclusit, & struxit. Adulterii reos semper vivos simul incendit, junctis corporibus. Servos, qui à dominis fugissent, repertos ad gladium ludi deputabat. [5] Delatores, si non probarent, capite afecit: si probarent, delato pecuniæ præmio, infames dimisit. Fuit in jure non incallidus, adeò ut statuisset omnia 13
rescripta veterum principum tollere, [6] ut jure non rescriptis ageretur, nefas esse dicens leges videri Commodi & Caracalli & hominum imperitorum voluntates, quum Traja-

1. *Et contra Arabas quos Eudæmonas.*] Palatino: *quos Eutemones.* scribe: *Eudemones.* raras enim tunc diphthongos usurpabant. sic *Egyptus*, *Bettis*, *Sphera*, & similia sexcenta. *Idem.*

2. *Quum favor publicus in Diadumenum semper fuisset, acclamatum.*] Vult Capitolinus, cum aliquando in circo favor publicus accensus esset erga Diadumenum, acclamatum fuisse quod sequitur. Bene ergo legitur in Palatino Codice: *quum favor publicus in Diadumenum se proferuisset. proferre* autem est exercere, & in apertum ponere. sic Avieno mons jugum proferere dicitur, cujus vertex eminet, & in altum tollitur. *Idem.*

Cùm favor publicus in Diadumenum se proferuisset.] Lectio hæc manavit à bonitate codicis Palatini integri. *Grut.*

3. *Egregius forma juvenis, cui pater haud Mezentius esset.*] Non est versus, sed diversa frusta versuum in unam sententiam, at non in metrum unum conflata. Ante *cui pater*, deest vox *dignus.* videntur sustuliisse qui centonem hunc in metri legem cogere laborarunt. *Casaubonus.*

4. *Vivos etiam homines parietibus inclusit & struxit.*] Unico id verbo exprimunt Græci, quod est ἐγκλείειν ζῶντα. vetus interpres Juven. ad illum versum:

Sanguine adhuc vivo terram subitura sacerdos.

hæc virginibus Vestæ pœna fuit decreta, si vitiatæ fuissent, vivæ parietibus struebantur. Salmas.

5. *Delatores si non probarent, capite afecit.*] Vel in insulam deportavit. *Casaub.*

6. *Ut jure, non rescriptis ageretur.*] Ut vim legum haberent antiquæ leges, & prudentium responsa: at non principum rescripta neque subscriptiones. *Idem.*

Trajanus nunquam libellis responderit, [1] ne ad alias causas facta præferrentur, quæ ad gratiam composita viderentur. In annonis tribuendis largissimus fuit, in auro parcissimus. [2] In vernaculis vel aulicis tam impius, tam pertinax, tam asper, ut servi illum sui non Macrinum dicerent, sed *Macellinum*, [3] quòd macelli specie domus ejus cruentaretur sanguine vernularum. Vini cibique avidissimus, nonnunquam usque ad ebrietatem; sed vespertinis horis. Nam si prandisset vel privatim parcissimus, in cœna effusissimus. Adhibuit convivio literatos, [4] ut loquens de studiis liberalibus necessariò abstineret. Sed quum ejus vilitatem homines antiquam cogitarent, [5] crudelitatem nimiam viderent, hominem putidulum in imperio ferre non possent, & maximè milites, qui multa ejus meminerant funestissima, & aliquando turpissima, inita factione illum occiderunt cum puero suo Diadumeno, scilicet Antonino coguomine, de quo dictum est quòd in somnis Antoninus fuisset. Unde etiam versus extant hujusmodi,

14

Vidi-

1. *Ne ad alias causas facta præferrentur.*] Melius, *proferrentur*. Idem.

Ne ad alias causas facta præferrentur, quæ ad gratiam composita viderentur.] Poterant abjici aliquot voces, rescribique, *præferrentur ad gratiam composita*. Grut.

2. *In vernaculis.*] Scribe cum Scaligero, *In vernulis*. manifestum ex sequentibus. *Casaub.*

In vernaculis vel aulicis tam impius.] *vernaculi* sunt vernulæ. optimæ Glossæ: οἰκογενῆς, *verna*, *vernaculus*, inde & *vernaculi* sicut & *verna*, pro præstigiatoribus & ridiculariis hominibus quos vulgo *charlatans* indigetamus. Martialis *vernaculos*, διγραφίλους appellavit, dicaces & scurriles nempe homines & mimicos. *Salmasius.*

In vernaculis vel aulicis.] Pall. ambo, *in verandis vel aulicis*. emendatumque in excerptis, *in verendariis*. sed verior Scaligeri conjectura, *in vernulis*. Grut.

3. *Quod macelli specie domus ejus cruentaretur sanguine vernularum.*] Macellum antiquis Latinis erat forum, in quo omnia quæ ad victum pertinerent, venum ibant. postea sic proprie appellari voluerunt, ubi caro venalis exponebatur. hinc Glossis, *macellum*, κρεοπωλεῖον. & *macellarii*, laniones. Donatus *macellum*, à mactandis pecoribus vult dictum. Glossæ: μακελλίτης, *corpericida*. hinc patet quare *Macellinus*, dictus Macrinus, quod specie macelli cruentabatur ejus aula vernaculorum vel aulicorum sanguine. *Salmasius.*

4. *Ut loquens de studiis liberalibus necessario abstineret.*] In Palatino *abstinuus*, forte legendum: *necessario abstemius esset. sed quum*, &c. *Idem.*

5. *Crudelitatem nimiam viderent.*] Idem Palat. *crudelitatem mirum*. quivis videat legendum: *crudelitatem morum*. Idem.

Sed

Vidimus in somnis cives (nisi fallor) & istud:
Antoninorum nomen puer ille gerebat,
Qui patre venali genitus, [1]sed matre pudica:
Centum nam mœchos passa est centumque rogavit.
[2]Ipse etiam [3]calvus mœchus fuit, inde maritus:
[4]En Pius, en Marcus: Verus nam non fuit ille.

Et isti versus ex Græco translati sunt in Latinum. Nam Græcè sunt disertissimi. videntur autem mihi ab aliquo poëta vulgari translati esse. Quod quum Macrinus audisset, fecit jambos qui non extant: jucundissimi autem fuisse dicuntur. qui quidem perierunt in eo tumultu in quo ipse occisus est, [5]quando & omnia ejus à militibus pervasa sunt. Genus mortis (ut diximus) tale fuit. Quum in Antoninum Heliogabalum exercitus inclinasset, ille fugit, belloque victus est & occisus in suburbano Bithyniæ, suis partim deditis, partim occisis, partim fugatis. Ita Heliogabalus clarus redditus est quòd videretur patris vindicasse mortem: atque inde in imperium venit, quod dedecoravit vitiis ingentibus, luxuria, turpitudine, abligurition, superbia, immanitate: qui & ipse similem exitum vitæ suæ sortitus est. Hæc de Macrino nobis sunt cognita, multis

1. *Sed matre pudica.*] An emendandum, *nec matre pudica?* an hoc per irrisionem dictum est? quomodo enim pudica, quæ centum mœchos passa est, & centum rogavit? *Idem.*

2. *Ipse etiam calvus mœchus fuit, inde maritus.*] Quasi Nonia Celsa mater Diadumeni stupro priùs cognita Macrino fuerit, quàm in uxorem duceretur. Etiam in vita Diadumeni aliquid legitur unde colligas suspicione adulterii hanc non caruisse. Calvum fuisse Opellium Macrinum, etiam ex antiquis aliquot nummis potest colligi. *Casaub.*

3. *Calvus fuit inde maritus.*] Palat. *inde maritus.* in excerptis supra correctum, *ante.* sed *inde* non moveo sua sede. *Salmas.*

4. *En pius, en Marcus: Verus nam non fuit ille.*] Arguta conclusio: ludit enim in voce *Verus.* Age, inquit, Antoninus esto, vel Pius, si lubet, vel Marcus: certè Antoninus Verus nunquam. hoc est, nunquam eris Antoninus Verè & ὄντως, sed ὄνως tantùm. Imperatorem Verum non aliter ferè appellant Græci quam Οὐῆρον, sive Βῆρον: qui tamen Pium non Πίον, sed Εὐσεβῆ nominant. *Casaub.*

5. *Quando & omnia ejus à militibus pervastata sunt.*] Non improbo. sed magis probo quod repperi in scriptis: *pervasa sunt.* ex quo veteris editionis auctor fecerat, *pervorsa sunt.* quod sequentes admiserunt. nos antiquam reposuimus. *Salmas.*

Quando & omnia ejus à militibus pervastata sunt.] Malim cum biga Palatinorum, *pervasa sunt.* Grut.

multis aliqua variantibus, ut se habet omnis historia: quæ de plurimis collecta, serenitati tuæ, Diocletiane Auguste, detulimus, quia te cupidum veterum imperatorum esse perspeximus.

ÆLII LAMPRIDII ANTONINUS DIADUMENUS.

1 ANTONINI DIADUMENI pueri, quem cum patre Opilio Macrino imperatorem dixit exercitus, occiso Bassiano factione Macriniana, nihil habet vita memorabile, nisi quòd Antoninus est dictus, & quòd ei stupenda omina sunt facta imperii non diuturni: ut evenit. Nam quum primùm innotuit per legiones, occisum esse Bassianum, [2] ingens mœror obsedit omnium pectora quòd Antoninum in Rep. non haberent, existimantium quòd cum eo Romanum esset imperium perituram. Id ubi Macrino jam imperatori nuntiatum est, veritus ne in aliquem Antoninorum, qui multi [3] ex affinibus Antonini

1. ÆLII LAMPRIDII.] Et membranæ omnes auctorem hujus vitæ faciunt Lampridium; cùm tamen Macrini patris vitam Capitolini desiderassent corporis hujus contextores. *Casaub.*

ÆLII LAMPRIDII.] Membranæ nostræ vitam hanc auctori tribuunt Lampridio: nam excerpta Spartiani Spartiano vindicant, ut & superiorem Macrini vitam, quam & postponunt filii Diadumeni vitæ, ut & antiquæ omnes editiones. & sane unus & idem auctor utramque vitam perscripsit, sive ille sit Capitolinus, sive Spartianus, sive alius quis. videantur hæc verba in hac ipsa Diadumeni vita posita ab illius auctore, quisquis est. *Hæc sunt*, inquit, *quæ digna memoratu in Antonino Diadumeno esse videantur: cujus vitam junxissem patris gestis, nisi Antoninorum nomen me ad edendam puerilis speciem expositionem vitæ coëgisset.* nonne satis his verbis manifestum sit, editam hanc Diadumeni vitam ab illo ipso scriptore, qui patris gesta perscripserit? palam auctor profitetur, qui & causam hanc habuisse refert quare specialem expositionem Diadumeni vitæ ediderit, nec patris gestis eam junxerit quod filius Antonini nomen habuerit. jungendus igitur erat Antoninis. & recte hoc ordine digestæ habentur hæ vitæ in antiquis qua scriptis qua excusis exemplaribus, ut post Bassiani & Getæ Antoninorum vitas, statim subdatur Diadumeni Antonini vita: deinde patris Macrini sequatur. Post quem Heliogabalus & Alexander & ceteri deinceps. *Salmas.*

2. *Ingens mœror obsedit omnium pectora, quòd Antoninum in Rep. non haberent.*] Aurelius Victor, *eo quòd ingens legionibus amissi principis desiderium erat, adolescentem Antoninum vocaverat.* Casaub.

3. *Ex affinibus Antonini Pii.*] *Adfines* vocabant omnes qui aliqua cognatione se invicem contingerent. *Idem.*

1. Con-

Antonini Pii erant inter duces, exercitus inclinaret, statim concionem parari jussit, filiumque suum hunc puerum Antoninum appellavit. [1] Concionis verba ejusdem: *Videtis, commilitones,* [2] *& me ætatis jam provectæ, & Diadumenum puerum: quem diu principem, si dii faveant, habebitis. Intelligo præterea* [3] *desiderium ingens Antonini nominis apud vos manere: quare quoniam mihi per conditionem fragilitatis humanæ non multum superesse videtur ad vitam, hunc puerum Antoninum vobis autoribus nuncupo, diu vobis Antoninum repræsentaturum.* Acclamatum, *Macrine imperator, dii te servent. Antonine Diadumene, dii te servent.* [4] *Antoninum divum omnes rogamus. Jupiter optime maxime, Macrino & Antonino vitam. Tu scis Jupiter, Macrinus vinci non potest: tu scis Jupiter, Macrinus vinci non potest.* [5] *Antoninum habemus, omnia habemus.* [6] *Antoninum nobis dii dederunt patrem. Antoninus dignus imperio.* Macrinus 2. imperator dixit: *Habete igitur, commilitones, pro imperio aureos ternos, pro Antonini nomine aureos quinos, & solitas promotiones, sed geminatas: dii faciant ut hæc sæpiùs fiant. Dabimus autem* [7] *per cuncta quinquennia* [8] *id quod hodie deputavimus.*

Post

1. *Concionis verba ejusdem.*] Palat. & vetus editio *concio.* nec pluribus opus esse videtur. *Salmas.*

2. *Et me ætatis provectæ.*] *Et me ætatis jam provectæ.* Idem.

3. *Desiderium ingens Antonini nominis.*] *Antoniniani nominis.* Idem.

4. *Antoninum divum omnes rogamus.*] Quod fieri solitum in senatu, ut in dicenda sententia senatores aliud quoque proponerent: sic milites hoc loco. in medias enim adclamationes, quibus Diadumeno cognomen ANTONINI deferunt, hæc inserunt, ut desiderium suum consecrandi Caracallæ ostendant. *Casaubonus.*

5. *Antoninum habemus, omnia habemus.*] In fragmentis ex Dione leguntur hæc verba. Τοῦτον ἔχομεν πάντα ἔχομεν. *Idem.*

6. *Antoninum nobis dii dederunt patrem.*] Vocem ultimam de menda suspectam habeo. *Idem.*

Antoninum nobis dii dederunt patrem.] Palat *patris*: excerpta Spartiani, *pater.* fortassean scribend. *Antoninum nobis dii dederunt. Pater Antonini dignus imperio.* vel etiam distinguendum: *patrem, Antoninus dignus imperio*, ut & patrem & filium ejus Antoninum dignos imperio esse dicant. *Salmas.*

Antoninum nobis Dii dederunt patrem. Antoninus dignus imperio.] Palatinus primus, *patre.* secund. *pater Antoninus.* an forte fuit, *Antonino nobis Dii dederunt patrem*, vel *Antoninum nobis Dii dederunt. per te Antoninus, &c.* Grut.

7. *Per cuncta quinquennia.*] Nam ita moris erat, ut quinquennia imperii sui celebrarent imperatores, & decennia ac vicennia. *Casaub.*

8. *Id quod hodie deputavimus.*] In Pal. & edit. Mediol. *putavimus. putare est,* ὑπολαμβάνειν, quod pro deputare positum non hoc tantum, sed & alibi legi. *Salmas.*

1. *Hono-*

Post hoc ipse puerulus Diadumenus Antoninus imperator dixit, *Gratias ago vobis, commilitones, quòd me imperio donastis & nomine, siquidem dignos & me & patrem meum duxistis quos imperatores Romanos diceretis, & quibus committeretis Rempub. Et pater quidem meus curabit ne desit imperio: ego autem elaborabo ne desim nomini Antoninorum. Scio enim me Pii, me Marci, me Veri suscepisse nomen, quibus satisfacere perdifficile est. Interim tamen causa imperii, causa nominis id omne quod pater & tantundem promitto,* [1] *honoribus, ut venerandus Macrinus pater præsens promisit, duplicatis.* Herodianus Græcus scriptor hæc præteriens, [2] Diadumenum tantùm Cæsarem dicit puerum à militibus nuncupatum, & cum patre occisum. Hac habita concione, statim apud Antiochiam moneta Antonini Diadumeni nomine percussa est: Macrini, usque ad jussum senatus dilata est. Missæ etiam ad senatum literæ quibus nomen Antonini indicatum est. Quare etiam senatus imperium id libenter dicitur recepisse, quamvis alii Antonini Caracalli odio id factum putent. [3] Paraverat sanè

1. *Honoribus, ut venerandus pater præsens promisit duplicatis.*] Honores vocat, quas pater promotiones vocaverat: *& solitas promotiones sed geminatas.* Idem.

2. *Diadumenum tantùm Cæsarem dicit puerum à militibus, &c.*] Herodianus, τηλῆ μὲν δὴ τοιοῦτο ὁ Μακρῖνος ἐμφανὲς ἐποίει σπουδὴν, συναναιρεθέντος αὐτῷ καὶ τοῦ παιδὸς, ὃν δὴ καὶ ποιήσας Καίσαρα, Διαδουμενιανὸν προσηγόρευον. *Casaub.*

3. *Paraverat sane pænulas populo colovis rosei.*] Pænulæ istæ, quas populo paravisse Diadumenum scribit heic Spartianus, sunt lacernæ. lacernas autem & pænulas indifferentim usurpant auctores isti. de quo jam supra satis multa diximus. *Lacerna* autem plebis Romanæ vestis, eaque nigra: hinc pullata turba, de infima plebe. at Macrinus pro pullis lacernis vel pænulis, quales antea in usu plebis fuerant, russas parabat populo dare in honorem Diadumeni, quas & ejus nomine signare volebat, ut Antonianæ dicerentur. nihil igitur novi istæ penulæ, quas populo dare parabat Macrinus, habuere præter colorem. nam illæ Bassiani caracallæ non colore sed forma novæ. Romana plebs igitur fuscis pænulis vel lacernis ibat indutа vulgo, milites vero & famuli lautiores russis. Martialis:

Roma magis fuscis vestitur, Gallia russis,
Et placet hic pueris militibusque color.

ceterum pænulæ illæ militares & serviles, & plebeiæ omnes cinctæ. hinc apud Agellium: *piguit saltem vos pænulatos cinctosque esse.* tunicatum populum cum dicit Horatius, utique lacernatum vel pænulatum intelligit. nam ejus ætate minuta plebs positis togis, lacernas indutui habebat, de quo supra diximus ex Suetonio. ita igitur vestiti milites. *linea* primum, quam camisiam recentiores dixerunt, & super eam pænula, quasi tunica superior, quam superaniam Latini, Græci ὑπενδύτην dicunt. ita etiam & populus subuculam, & sub-

sanè penulas populo [1] coloris rosei dare Macrinus imperator in honorem Antonini filii sui, quæ vocarentur Antoninianæ, [2] ut Caracallæ Bassiani dictæ sunt, asserens meliùs filium suum *Penuleum* vel *Penularium* dicendum, quàm *Caracallus* esset dictus Bassianus. Congiarium etiam per edictum Antoninianum promisit, ut ipsum edictum poterit indicare. Verba edicti: *Vellem Quirites jam præsentes essemus. Antoninus vester vobis congiarium sui nominis daret.* [3] *Daret præterea* [4] *& pueros Antoninianos & puellas Antoninianas, quæ tam grati nominis gloriam propagarent*, & reliqua. His ita 3
gestis, signa in castris & vexilla fieri Antoniniana jussit. Fecitque Bassiani simulacra ex auro atque argento, atque dies septem supplicatio pro Antonini nomine celebrata est. [5] Puer fuit omnium speciosissimus, statura longiuscula, crine flavo, nigris oculis, [6] naso deducto, ad omnem decorem mento composito, [7] ore ad oscula parato, fortis natu-

subuculæ tunicam sive pænulam superinduebat. *Salmas.*

1. *Coloris rosei.*] Roseus heic color non est à rosa, sed *rosens* pro *rossem*, vel *russeus* scriptum est. Græci cum scriptum passim invenirent *ruseum*, ipsi quoque ῥύσεον dixerunt Glossæ: ῥύσεον φάρος. *vexillum.* vexilla enim coloris erant russei vel flammei. unde & *flammula* dicebantur vulgo. *Idem.*

2. *Ut caracallæ Bassiani.*] Hoc est, ut sicut caracallæ quas Bassianus dederat, dictæ sunt Antoninianæ. hoc verum esse constat ex vita Bassiani. Minùs probo doctissimorum virorum emendationem scribentium *Bassianæ.* Casaub.

3. *Daret præterea & pueros Antoninianos & puellas Antoninianas.*] Vetus liber, *incidaret præterea & pueros*, &c. ex quo eruo *incideret præterea, & pueros Antoninianos & puellas Antoninianas.* id est reciperet, & ascriberet in numerum eorum puerorum puellarumque quibus ex publico dabantur alimenta. nomina enim eorum puerorum puellarumque incidebantur in æs, qui ad illam frumentariam perceptionem participandam recipiebantur. Seneca lib. IV. de beneficiis, cap. XXVIII. de his qui frumentum è publico percipiebant: *frumentum publicum tam fur quam perjurus, & adulter accipiunt, & sine delectu morum quisquis incisus est.* & hanc meam mihi postea conjecturam postea plenissime confirmavit editio Mediol. quam per Juretum nostrum sum nactus, in qua plane excusum vidi: *incideret præterea & pueros.* Salmas.

4. *Et pueros Antoninianos & puellas Antoninianas.*] Exempla imitatur Pii & Marci: quasi veller per omnia eos principes referre. *Casaub.*

5. *Puer fuit om.*] Erat decem annorum cùm occisus est. Dio. *Idem.*

6. *Naso deducto ad omnem decorem, mento composito.*] Distingue, *crine flavo, nigris oculis, naso deducto, ad omnem decorem mento composito. deducto naso*, est ἀβύρριν. quos vulgo *tractiles* aut *tractitios* nasos appellamus. *Salmas.*

7. *Ore ad oscula parato.*] Hoc est, prominulo. Græcis, ἐξόμφον. *Casaubonus.*

Ore ad oscula parato.] Mira sane,

naturaliter, exercitio delicatior. Hic ubi primùm indumenta coccea & purpurea cæteraque castrensia imperii insignia accepit, quasi sidereus & cælestis emicuit, ut amaretur ab omnibus gratia venustatis. [1]Hæc sunt quæ de imperio pueri dicenda putavi. Nunc veniamus ad omina imperii, quæ cùm in aliis, tum in hoc præcipuè sunt stupenda.

4 Die qua natus est, [2]pater ejus purpuras [3] tum fortè procurator

veterum omnium exemplarium scripturâ, *ore oscyla parato*, scriptum pro *oscula*. sic *gylam* pro *gula* scribebant, &c. *os* autem *oscula paratum* elegantissimè dicitur de ore promiculo, & quasi ad osculum dandum & accipiendum parato. *Salmasius.*

1. *Hæc sunt quæ de imperio pueri dicenda putavi.*] *Hæc quæ de puero sunt dicenda. nunc veniamus ad omina imperii.* ita edit. Mediol. *Idem.*

2. *Pater ejus purpuras tum fortè procurator jam ærarii majoris inspexit.*] Scimus quid sit ærarium sanctius: at majus ærarium alibi legere non memini. sed puto legendum hic esse aliter: nam certissimum est, probationem purpurarum, non pertinuisse ad procuratores ærarii, sed ad alios quibus cura peculiaris vestium principalium. quis autem ille, nisi vestiarii procurator, aut gynæcii vel baphii? Noli dubitare scripsisse auctorem, vel *procurator jam vestiarii majoris.* vel, *procurator gynæcei majoris.* Casaub.

Pater ejus purpuras tum fortè procurator jam ærarii majoris.] Palatinus non agnoscit syllabam *jam.* majori huic ærario meritò controversiam movent viri doctissimi. nihil veniebat mihi in mentem quod propius accederet ad litterarum & pronuntiationis formam, quàm, *procurator choragii majoris.* sanè, *procurator summi choragii*, bis occurrit in Inscriptionibus nostris antiquis, semel pagina CXIII. 5. iterum CCCXXXI. 3. & cur istud Opilio nostro attribueremus faciebat locus Capitolini in vita ejus cap. II. *Histrio jam senior turpis, &c.* histrionis enim nomine bellè utcumque venit, qui eis inservit. *Grut.*

3. *Tum forte procurator jam ærarii majoris.*] Dele *jam*, auctoribus membranis. majus ærarium heic vocatur, ærarium sacrum, cujus præfectus aurum, argentum quod ex provinciarum tributis cogebatur, vestes omnes, species publicas, quidquid denique sanctiori principis ærario inferretur curabat. sub eo præfecti baphiorum, textrinorum, magistri linex vestis, magistri privatæ, murileguli, gynæciarii. non mirum igitur, si Macrinus cum hanc ærarii sacri procurationem ageret, inspectionem purpurarum probationemque curæ habuit, quæ proprie ad ejus curam pertinebat. Statius Papinius procuratorem vel præfectum ærarii majoris describit his versibus:

—— jam creditur uni
Sanctarum digestus opum, partæque per omnes
Divitiæ populos, magnique impendia mundi, &c.

per sanctas illas opes quid aliud possumus intelligere, quam sanctius, ut dicebatur, vel sacrum ærarium? cui dispositio digestioque sacrarum opum creditur, quis alius quam ærarii sacri procurator? sub cujus administratione fuere omnia illa quæ ibidem recenset, & monetarii præterea. Statius ibidem:

Ausoniæ quicquid crepat igne monetæ.

idem omnino ejusdem officium fuit posteriorum imperatorum ævo; sed nomen mutatum, nam pro ærario sacro, largitiones sacras dixerunt, & præfectum ærarii sacri, comitem sacrarum largitionum. sic res etiam privatæ principis, largitiones dicebantur. atq; hæ non tantum in auro argentoque, gemmis

& ve-

curator jam ærarii majoris inſpexit, & [1] quas claras probavit, in id conclave redigi præcepit, in quo poſt duas horas Diadumenus natus eſt. [2] Solent deinde pueri pileo inſigniri naturali [3] quod obſtetrices rapiunt, & advocatis credulis vendunt, ſiquidem cauſidici hoc juvari dicuntur: at iſte puer [4] pileum non habuit, ſed diadema tenue, ſed ita forte ut rumpi non potuerit, [5] venis intercedentibus ſpecie nervi ſagittarii: [6] Ferunt denique *Diadematum* puerum appellatum. Sed ubi adolevit, avi ſui nomine materni *Dia-*

& veſtibus ac reliquis mobilibus conſtebant: ſed etiam in domibus palatiiſque, prædiis ac poſſeſſionibus, rebuſque ſoli erant poſitæ. ut olim igitur duo ærariа, publicum & privatum principis, ſicſub poſterioribus imperatoribus duæ largitiones, ſacræ & privatæ. nam ſacræ largitiones, & ſacrum ærarium, idem: ut privatæ largitiones, & privatum ærarium. publicum ærarium, quod erat olim populi, etiam principis factum eſt. *Salmaſ.*

1. *Quas claras probavit.*] Probè nitentes, & veri luminis, ut alibi dicitur. *Caſaub.*

2. *Solent deinde pueri pileo inſigniri naturali.*] Præter diverſas χοάδας membranas quibus in utero involvitur embryo, reperitur quorundam infantium cùm naſcuntur obtectum caput aſia pellicula, quam hic Lampridius vocat *pileum*. noſtrates quoque obſtetrices *coeffe* nuncupant, quaſi pileum dicas, eadem ratione Belgicum vulgus, ut audio, vocat *galeas*. Idem.

3. *Quod obſtetrices rapiunt, & advocatis credulis vendunt.*] Erat hoc unum è plurimis amuletorum ac phylacteriorum generibus, quæ olim à curioſarum artium peritis ſolita uſurpari legimus. nam hodieque reperiuntur obſtetrices, quæ pilea hæc præripiant & ad maleficia ſervent, ac vendant. Eſt etiam illa vulgi opinio, raræ cujuſdam felicitatis indicium facere hoc pileum: quod & vetus Gallicum proverbium teſtatur: dicimus enim de eo quem appellavit ſatyricus, gallinæ albæ filium, Natus eſt pileatus. *Idem.*

4. *Pileum non habuit, ſed diadema tenue.*] Videtur alluſum ad eos qui naſcuntur diademate naturali inſigniti. nam inter legendum veteres multos meminimus obſervare qui Diadumeni nominarentur: cujus appellationis hæc videtur eſſe cauſſa. *Idem.*

5. *Venis intercedentibus ſpecie nervi ſagittarii.*] Impropriè *venas* nominat quæ ſunt potiùs *ves*, fibræ aut villi. ſcribe, *fibris plurimis intercedentibus*. Idem.

Venis intercedentibus ſpecie nervi ſagittarii.] Vetus lectio habet: *viris interſedentibus*, &c. legendum: *at iſte puer pileum non habuit, ſed diadema tenue, ſed ita forte ut rumpi non potuerit viris inter ſe tendentibus, ſpecie nervi ſagittarii.* ſignificat pileum illum ſeu diadema tenue quidem fuiſſe, ut illi ſolent naturaliter pilei, ſed ita forte, ut viri inter ſe tendentes rumpere illud non potuerint ſpecie nervi ſagittarii, qui tenditur quidem, non tamen rumpitur. *Salmaſ.*

Venis intercedentibus ſpecie nervi ſagittarii.] Etiam Palatin. noſter habet *viris interſedentibus*, &c. ſed ſine ullo ſpatio medio: adeo ut videatur reponendum, *fibris intercedentibus*. Grut.

6. *Ferunt denique Diadematum puerum appellatum.*] Ait filium Macrini puerum quidem appellatum eſſe DIADEMATVM: poſtea verò ubi adolevit, DIADVMENVM, ſeparat duo nomina, inter

ni *Diadumenum* vocatum, [1] quamvis non multùm abhorruerit ab illo signo diadematis nomen Diadumeni. In agro patris ejus oves purpureas XII. ferunt natas, quarum una tantùm varia fuerit. Eadem die qua hic natus est, aquilam ei constat sensim [2] palumbum regium parvulum attulisse, & posuisse in cunis dormienti, ac recessisse sine noxa. Pantagathi in domo patris ejus nidum posuerunt. His diebus quibus ille natus est, mathematici accepta genitura ejus exclamaverunt & ipsum filium imperatoris esse & ipsum imperatorem: quasi mater ejus adulterata esset, quod fama retinebat. [3] Huic eidem aquila pileum in agro ambulanti tulit. Et quum comitum infantis clamor esset factus, in monumento regio quod juxta villam esset, in qua tunc pater agebat, [4] supra statuam regis posuit, ita ut capiti ejus aptaret: quod multi ominosum putarunt [5] & morti accommodum. Clarum autem eventus ostendit. [6] Natus est prætagathorum de quibus auctor, mentionem ullam faciunt Aristoteles, Plinius, &c. Fortasse sunt & hæc vocabula, ex ipsa re imposita: nam regius palumbus illis dictus, qui omen faceret regiæ fortunæ: pantagathi quòd amplas divitias, aut perfectam felicitatem sponderent. *Casaub.*

quæ discrimen nullum in significatione. formatio solùm diversa, Græca altera, altera Latina. quid enim est *diadematus*, nisi Διαδούμενος. *Casaub.*

1. *Quamvis non multum abhorruerit ab illo signo diadematis nomen Diadumeni.*] Hoc modo lege: *quamvis non multum abhorruerit ab illo signo Diadumeni, nomen Diadumeni.* fefellit eos qui mutaverunt. ambigua notio vocis *signum*, quòd hoc loco non pro insigni, sed pro cognomine accipi debet. dicit ergo Spartianus puerum fuisse appellatum Diadumenum ab illo insigni naturali diadematis. adolescentem vero avi materni nomine appellari cœpisse Diadumenum, quamvis, inquit Spartianus, ab illo cognomine non multum abhorreat nomen Diadumeni, immo ne tantillum quidem abhorret. nam Diadumenus, Διαδούμενος est Græcum, *Diadematus* Latinum. signum autem pro cognomine tritum est istis auctoribus. *Salmas.*

2. *Palumbum regium parvulum attulisse.*] Neque palumbi regii, neque pan-

3. *Huic eidem aquila pil.*] Scrib. *Huic eidem.* de aquila pileum tollente simillima historia in vita Tarquinii Prisci. *Idem.*

Huic eidem aquila pileum in agro ambulanti tulit.] Lege: *huic eidem aquila pileum in agro ambulanti tulit.* Salmas.

Huic eidem aquila pileum in agro ambulanti tulit.] Sic etiam Palatinus, non *Hunc eidem.* Grut.

4. *Supra statuam regis posuit.*] V. ed. *posuisse.* Salmas.

5. *Et morti accommodum.*] Θανατώδες, vel εἰς ἐπιβούλων φόβον. caussa in promptu: propter periculum ex suspicione affectatæ tyrannidis. *Casaub.*

6. *Natus est præterea natali Antonini.*] XIII. Kal. Octobreis. *Idem.*

præterea natali Antonini, [1] & ea hora & [2] signis propè concinentibus quibus & Antoninus Pius: quare dixerunt mathematici, & imperatoris illum filium futurum, & imperatorem, sed non diu. Die qua natus est (quòd Antonini esset natalis) mulier quædam propinqua dicitur exclamasse, Antoninus vocetur, sed Macrinum timuisse quòd nullus ex ejus genere hoc nomine censeretur, abstinuisseque nomine imperatorio, simul quòd jam rumor de vi genituræ illius emanasset. Hæc atque alia omina fuisse multi in literas retulerunt: sed illud præcipuè quòd quum in cunis esset Diadumenus, [3] & leo ruptis vinculis, & quidem ferus, effugisset atque ad incunabula ejus venisset, puerum delinxit, & inviolatum reliquit, quum nutrix se in leonem misisset, atque ejus morsu affecta periisset, quæ sola fortè in areola inventa erat, in qua infans jacebat. Hæc sunt quæ digna memoratu in Antonino Diadumeno esse videantur: [4] cujus vitam junxissem patris gestis, nisi Antoninorum nomen me ad edendam puerilis specialem expositionem vitæ coëgisset. Et fuit quidem tam

1. *Et ea hora & signis prope continentibus.*] Scribe: *natus est præterea natali Antonini & ea hora & signis prope concinentibus.* Salmas.

Et ea hora & signis propè concinentibus, &c.] Est & istud à Palatino. vulgò *continentibus*; quod & damnaverat Casaubonus noster. *Grut.*

2. *Signis propè continentibus.*] Scribe, *concinentibus.* Casaub.

3. *Et leo raptis vinculis & quidem ferus.*] Palatinus: *ut quidam ferus.* diversa auctorum opinio est, quibusdam tradentibus leonem illum ferum fuisse, aliis vero mansuetum. *Salmas.*

4. *Cujus vitam junxissem patris gestis, &c.*] Falluntur qui negationem autumant inserendam. hoc enim vult: quod speciali hoc libello dixerit, neque obiter & velut ὀδὸς πάρεργον, rebus patris eum inseruerit, habuisse hunc honorem appellatione Antonini qua fuit decoratus: quo vel solo nomine dignum censuit speciali expositione. *Casaubonus.*

Cujus vitam junxissem patris gestis nisi me Antoninorum nomen.] Ex istis verbis facile liquere arbitror eidem authori recte tribui & hanc vitam Diadumeni, & illam superiorem Macrini, sed non eo scriptam ordine quem nobis exhibent excusa exemplaria. fidem enim maxime faciunt hæc verba, una serie trium horum Antoninorum vitas ab auctore digestas esse, Bassiani, Getæ, & Diadumeni. qui & hanc rationem pro omnibus unam sibi fuisse scribit, quamobrem specialem Diadumeni vitæ expositionem ederet, nec eam gestis patris jungeret, quod filius Antonini nomen habuerit, non item pater. jungendus igitur fuit Antoninis propter hoc ipsum & ante patrem scribendus. *Salmasius.*

tam amabile illis temporibus nomen Antoninorum, ut qui eo nomine non niteretur, mereri non videretur imperium. Unde etiam quidam & Severum, & Pertinacem, & Julianum, [1] Antoninorum prænominibus honorandos putant: unde postea duos Gordianos, patrem & filium, Antoninos cognominatos putent. Sed aliud est quum prænomen adsciscitur, aliud quum ipsum nomen imponitur. Nam Pius verum nomen Antonini habuit, cognomen Pii: Marcus verum nomen Verissimi habuit, sed hoc sublato atque abolito, non prænomen Antonini, sed nomen accepit. Verus autem Commodi nomen habuit, quo abolito, Antonini non prænomen, sed nomen accepit. Commodum autem Marcus Antoninum appellavit, [2] atque ita in publicum edidit [3] diem natalis sui. Jam Caracallum Bassianum satis constat vel somnii causa, quod Severus viderat quum sibi Antoninum successorem prædictum sensisset, anno demum XIII. Antoninum dixisse, quando ei etiam imperatoriam addidisse dicitur potestatem. Getam verò, quem multi Antoninum negant dictum, eadem ratione qua Bassianum appellatum satis constat, ut patri Severo succederet: quod minimè factum est. Post hoc ipse Diadumenus, ut commendaretur exercitui, senatui populoque

1. *Antoninorum prænominibus honorandos putant.*] *Prænominibus* scriptum in libris. ut & paulo post: *cum prænomen adsciscitur*: &, *non prænomen Antonini.* Idem.

2. *Atque ita in publicum edidit diem natalis sui.*] Lego, *in publicum edidit die natalis ejus.* neque enim Commodus ipse nomen suum professus est recens natus; sed pater Marcus, more cæterorum patrum: qua de re superiùs. *Casaubonus.*

Atque ita in publicum edidit diem natalis sui.] *In publicum*, Palat. scil. litteras vel chartas vel tabulas: quamvis *in publicum* non improbem. nam nominum notitiam publica contestatione devulgabant, ut loquitur vetus interpres Juvenalis ad illud:

—— *libris actorum spargere gaudes*
Argumenta viri. Salmas.

Atque ita in publicum edidit.] Expressi quod erat in Pal. subintelligitur autem *tabulas*; quemadmodum supra in Opilio cap. 2. posuit, *privatas curare*, pro, *res Principis privatas.* nonnulla & nos supra, cap. 8. Antonini Pii; & sæpius infra. *Grut.*

3. *Diem natalis sui.*] Nihil abit ab hac scripturâ Pal. sed tamen, quàm magis rei attendo, tam magis mihi hæc verborum triga suspecta est, ceu nata à librariis. nam sanè filii non profitebantur nomen: & quamvis patres profiterentur, non id tamen præcise fiebat ipso die liberorum suorum natali. *Idem.*

1. *Bas-*

que Romano, quum esset ingens desiderium [1] Bassiani Caracallæ, Antoninum appellatum satis constat. Extat epi- 7
stola Opilii Macrini patris Diadumeni, qua gloriatur non tam se ad imperium perveniſſe, [2] qui esset secundus imperii, quàm quòd Antoniniani nominis esset pater factus, [3] quo clarius illis temporibus non fuerat vel deorum. [4] Quam epistolam priusquam intexam, libet versus inserere in Commodum dictos, qui se Herculem appellaverat, ut intelligant omnes tam clarum fuisse Antoninorum nomen, ut illi nec deorum nomen commodè videretur adjungi. Versus in Commodum Antoninum dicti,

Commodus Herculeum nomen habere cupit,
Antoninorum non putat esse bonum:
Expers humani juris & imperii:
Sperans quinetiam clarius esse deum,
Quàm si sit princeps nominis egregii.
Non erit iste deus, nec tamen ullus homo.

Hi versus à Græco nescio quo compositi, à malo poëta in Latinum translati sunt: quos ego idcirco inserendos putavi, ut scirent omnes, Antoninos pluris fuisse quàm deos: [5] ac trium principum amorem, [6] quo sapientia, bonitas, pietas, consecrata sit: in Antonino pietas, in Vero boni-

1. *Bassiani Caracallæ.*] *Caracalli*, libri. sed Caracallus & Caracalla dicebatur absque differentia. *Salmas.*

2. *Qui esset secundus imperii.*] Præfectus nempe prætorio. quam dignitatem potentiâ parum cedere imperatoriæ majestati ait ipse Macrinus in oratione ad senatum missa. Eunapius, imperium sine purpura nominat in Proæresio. *Casaub.*

3. *Quo clarius illis temporibus non fuerat vel deorum.*] *Fuerat* pro erat. sic, *fuisset*, *dixisset*, *scripsisset*, pro esset, diceret, scriberet. *Idem.*

4. *Quam epistolam priusquam intexam.*] Pal. *prinsquam intextam.* lege, *prinsquam intexam.* Salmas.

5. *Ac trium principum amore quo sapientia, bonitas, pietas consecrata sit.*] Scribe: *quos ego idcirco inserendos putavi ut scirent omnes, Antoninos pluris fuisse quam deos ob trium principum amorem, quos sapientia, bonitas, pietas consecrata sit. consecrata sit*, pro *consecraverit.* pluris igitur habitos illos seculo Antoninos quam deos ipsos refert, trium illorum principum amore, quos sapientia, bonitas & pietas consecravit. Antoninus enim Pius propter pietatem consecratus; Marcus propter sapientiam; propter vero bonitatem Verus. *Idem.*

6. *Quo sapientia, bonitas, pietas, consecrata sit.*] Pal. *quot*, cui voci & suus foret locus, si *consecrata* accipi posset activè. *Grut.*

bonitas, in Marco sapientia. Redeo nunc ad epistolam Opilii Macrini. *Opilius Macrinus Noniæ Celsæ conjugi: Quid boni adepti sumus, mea uxor, caret æstimatione, & fortasse de imperio me putes dicere. Non magnum istud quod etiam indignis fortuna concessit. Antonini pater factus sum. Antonini mater es facta. O nos beatos, ô fortunatam domum, præclaram laudem nunc demum felicis imperii.* [1] *Dii faxint & bona Juno quam colis, ut & ille Antonini meritum effingat:* [2] *& ego qui sum pater Antonini, dignus omnibus videar.* Hæc epistola indicat, quantum gloriæ adeptus sibi videretur quòd vocatus est filius Antoninus. Hic tamen [3] XIIII. mense imperii [4] ob incivilem patris atque asperum principatum [5] interfectus est cum patre, non suo nomine. Quamvis etiam istum ultra ætatem sæviisse in plerosque reperiam, ut docent literæ ab hoc eodem ad patrem missæ. Nam quum quidam defectionis suspicionem incurrissent, & eos Macrinus sævissimè puniisset, filio fortè absente, atque hic audisset autores quidem defectionis occisos, [6] quorum tamen unus, dux Armeniæ erat, & item [7] legatos Asiæ atque Arabiæ ob antiquam familiaritatem dimissos, his literis convenisse patrem

1. *Dii faxint & bona Juno.*] Lege Servium in illum versum,

Adsit lætitiæ Bacchus dator, & bona Juno.

Casaubonus.

2. *Et ego qui sum pater Antonini dignus videar.*] Lege, *& ego, qui sim pater Ant. dig. vid.* Trajecta sunt verba: pro, & ego dignus videar, qui sim pater Ant. *Idem.*

3. XIIII. *mense imperii.*] Rectè: imperarunt enim annum unum, menses duos, demtis diebus tribus. *Idem.*

4. *Ob incivilem atque asperum principatum.*] Aurelius Victor, *Horum nihil præter sævos atque inciviles animos interim reperio.* Idem.

Ob incivilem patris atque asperum principatum interfectus est cum patre, non suo nomine.] Nimirum semper *patrem sequitur sua proles*; & tam abripiuntur parentum adversis filii, quàm eorum gaudent secundis; cujus rei aliquot deprompsi exempla ad Taciti lib. IV. Annal. cap. 13. fine ipso. *Grut.*

5. *Interfectus est cum patre non suo nomine.*] Apertiùs Pollio de Salonino Gallieno: *occisus est, non sua, sed patris caussa.* Casaub.

6. *Quorum tamen unus dux Armeniæ erat & item legatos Asiæ.*] Legendum: *atque hic audisset auctores quidem defectionis occisos, tamen qui eorum dux Armeniæ erat, & item legatus Asiæ ob antiquam familiam dimissos.* hoc vult nimirum: cum ceteros defectionis auctores occidi jussisset Macrinus, inter eos tamen ducem Armeniæ & item Asiæ legatum ob antiquam familiam dimissos. *Salmasius.*

7. *Legatos Asiæ atque Arabiæ.*] Regius & Puteani, *atque Achaiæ.* Casaub.

1. *Pari-*

trem dicitur, [1] paribus missis etiam ad matrem: quarum exemplum historiæ causa inferendum putavi. *Patri Augusto filius Augustus. Non satis mi pater videris in amore nostro tenuisse tuos mores, qui tyrannidis affectata conscios reservasti, speraus eos vel amiciores tibi futuros si iis parceres, vel ob antiquam familiaritatem dimittendos:* [2] *quod nec debuit fieri, nec potuit. Nam primùm omnium jam te exulcerati suspicionibus amare non possunt. denique crudeliores inimici sunt, qui obliti veteris familiaritatis se inimicissimis tuis junxerunt. Adde quòd exercitus adhuc habent.*

Si te nulla movet tantarum gloria rerum,
Ascanium surgentem, & spes heredis Iuli
Respice, cui regnum Italiæ Romanaque tellus
Debetur.

Feriendi sunt isti, si vis esse securus. Nam vitio generis humani alii non sunt desuturi quum isti servantur. Hanc epistolam quidam ipsius, quidam [3] magistri ejus Celiani ferunt, Afri quondam rhetoris, ex qua apparet, quàm asper futurus juvenis, si vixisset. Extat alia epistola ad matrem ab eo- 9
dem destinata talis: *Dominus noster & Augustus nec te amat, nec ipsum se, qui inimicos suos servat. Age igitur* [4] *ut Arabianus, & Thuscus, & Gellius, ad palum deligentur:* [5] *ne, si occasio fuerit, non prætermittant.* Et, quantum Lollius Urbicus in historia sui temporis dicit, istæ literæ per notarium proditæ, illi puero multùm apud milites obfuisse dicuntur. Nam, quum patrem occidissent, quidam hunc servare vo-

lue-

1. *Paribus missis etiam ad matrem.*] Nihil refert, sive pares literas accipias, sive paria literarum. sic Græci ἴσα, id est, *paria* appellant diversa ejusdem scripti exempla. *Idem.*

2. *Quod nec debuit fieri, nec potuit.*] Dictum ἐπὶ δυνάμει. nam sanè potuit fieri quod constat factum. sed ita vulgò negamus fieri posse, quæ volumus intelligi nullo modo debuisse fieri. *Idem.*

Quod nec debuit fieri nec potuit.] Palatinus & editio: *nec poterit.* Salmasius.

3. *Magistri ejus Celiani.*] Et regius liber & quantum est veterum membranarum magistrum hunc Diadumeni Cælianum nominant. *Casaub.*

4. *Ut Arabianus & Tuscus & Gellius, ad palum deligentur.*] Sic Palatinus, interserta copulâ priore, quæ perperam abest retrò vulgatis. *Grut.*

5. *Ne si occasio fuerit, non interimant.*] *Ne si occasio fuerit non prætermittant.* ita libri omnes. *Salmas.*

Ne si occasio fuerit, non interimant.] Mitius paullò Palatinus, *non prætermittant.* Grut.

luerunt: sed extitit cubicularius qui has epistolas concioni militum legit. Interfectis igitur ambobus, & capitibus pilo circumlatis, in Marcum Aurelium Antoninum, charitate nominis, inclinavit exercitus. [1] Is filius [2] Bassiani Caracallæ ferebatur. Erat autem templi Heliogabali sacerdos, homo omnium impurissimus, & qui fato quodam Romanum deformaverit imperium. [3] De quo quidem, quia multa sunt dicenda, loco suo differam.

1. *Is filius fuit Bassiani Caracallæ.*] *Caracalli.* Salmas.

2. *Bassiani Caracallæ.*] Palatinus & hoic & supra semper *Caracalli.* Grut.

3. *De quo quidem quia multa sunt dicenda, loco suo differam.*] Vox *dicenda* non agnoscitur à Palatino, neque admodum requiritur. *Idem.*

ÆLII LAMPRIDII
ANTONINUS HELIOGABALUS,
AD
CONSTANTINUM AUG.

1 [1] VITAM HELIOGABALI ANTONINI impurissimam, qui Varius etiam dictus est, nunquam in literas misissem, ne quis fuisse Romanorum

1. ÆLII LAMPRIDII.] Non Lampridio sed Spartiano ascribunt hanc vitam vetustissima Spartiani excerpta. *Salmas.*

2. ANTONINVS HELIOGABALVS.] Syrus homo de Syriaci idoli nomine ita dictus. Sed dubitatum à Capitolino & Lampridio de hoc Syrorum idolo, Solne esset an Jupiter. sed tollunt omnem dubitationem lapides, in quibus conjunctim SOL, ELAGABALVS nominatur. extant & nummi quorum hæc inscriptio: SACERD. SOLIS. DEI. ELAGAB. præterea Dio & Herodianus Ἥλιον sine dubitatione ulla interpretantur. plerasque gentes Orientis præcipuo cultu Solem veneratas esse, cùm alia multa testantur, tum etiam ex hoc nomine potest colligi: ut enim Athenienses τὸν θεὸν simpliciter cùm dicerent, Minervam intelligebant; sic isti Solem communi nomine אלה DEVM dixerunt. *Casaub.*

ANTONINVS HELIOGABALVS.] Heliogabalus Emissenus fuit, & in Emissa urbe sacerdos Dei Alagabali, qui Deus peculiaris fuit illius urbis, & templum eidem in ea urbe Phœnices maximum magnificentissimumque extructum. unde vero Alagabalus sic dictus? Emiseni solem colebant in montis effigie, quem montem cælo delapsum credebant. hinc Alagabal dictus sol apud illos quasi Deus mons; vel Deus, in montis figuram effigiatus. ejus enim simulacrum, erat ingens saxum rude & impolitum, in modum plane montis vel rupis: Herodian. *Salmasius.*

3. VITAM HELIOGABALI ANTONINI, *qui Varius etiam dictus est.*] Est quidem interjecta vox in vulgatis, *imperi-*

si-

rum principem sciret, nisi antè Caligulas, & Nerones, & Vitellios, hoc idem habuisset imperium. Sed quum eadem terra [1] & venena ferat & frumentum, atque alia salutaria, alia contraria, eadem serpentes & ciconias, compensationem sibi lector diligens faciet, quum legerit Augustum, Vespasianum, Titum, Trajanum, Adrianum, Pium, Marcum, contra hos prodigiosos tyrannos. simul intelliget Romanorum judicia: quòd illi & diu imperarunt, & exitu naturali functi sunt; hi verò interfecti, tracti, tyranni etiam appellati, quorum nec nomina libet dicere. Igitur occiso Macrino, ejusque filio Diadumeno qui pari potestate imperii Antonini etiam nomen acceperat, in Varium Heliogabalum imperium collatum est, idcirco quòd Bassiani filius diceretur. Fuit autem Heliogabali, vel Jovis, vel Solis sacerdos, atque Antonini sibi nomen asciverat, vel in argumentum generis, vel quòd [2] id nomen usque adeo charum esse cognoverat gentibus, ut etiam parricida Bassianus causa nominis amaretur. [3] Et hic quidem priùs dictus est *Varius*, [4] post *Heliogabalus* à sacerdotio

rissimam; sed ea non comparet in membranis Palatinis: neque adeò desideratur. *Grut.*

1. *Et venena ferat & frumentum & alia salutaria, alia contraria.*] Cum optimis membranis sic scribe: *sed quum eadem terra & venena ferat & frumentum & alia salutaria, eadem serpentes & ciconias, compensationem sibi lector diligens faciet quum legerit Augustum, Vespasianum, Titum, Trajanum, Adrianum, Pium, Marcum contra hos prodigiosos Tyrannos.* eamdem igitur terram ferre ait venena & frumentum, cum aliis salutaribus, serpentes & cicures: compensari igitur debere frumenta & alia salutaria cum venenis, sicut cicures & alia animalia ad usum & victum hominis nata, mansuetaque cum aliis feris quæ ad nocendum tantum videntur creata. *Salmas.*

2. *Id nomen usque adeo carum esse cognoverat gentibus, ut etiam parricida Bassianus, causa nominis amaretur.*] Magnum hac in re populum tenent intemperiæ: quemadmodum contra, quem idem odit, odit usque ad nomen; ejus duplici exemplorum serie prodidimus ad Livii lib. II. cap. 2. m. *Grut.*

3. *Et hic quidem priùs dictus est Varius.*] Causam prætermittit; quam ex Dione accipe: quia Soæmis mater ejus nupserat Οὐάρῳ Μαρκέλλῳ Σύρῳ ἀνδρί. melius Οὐαρίῳ. obscurior causa est, cur ejus avia Julia Mæsa à Lampridio Varia appelletur. ab hoc Varianæ thermæ Romæ nomen invenerunt. earum & in inscriptionibus mentio. *Cas.*

4. *Post Heliogabalus à sacerdotio dei Heliogabali.*] Novo exemplo hic fanaticus de nomine ejus dei cujus sacerdos fuit, se quoque dici voluit. quod non minùs insolens quàm si Jovis sacerdos aut dialis flamen ipsam Jovis appellationem sibi vindicasset. *Idem.*

1. *Atque*

cerdotio dei Heliogabali, cui templum Romæ in eo loco constituit in quo priùs ædes Horci fuit, quem è Syria secum advexit. Postremò quum accepit imperium, *Antoninus* appellatus est: [1] atque ipse in Romano imperio ultimus Antoninorum fuit. [2] Hic tantum Semiamiræ matri deditus fuit, ut sine illius voluntate nihil in Rep. faceret, quum ipsa meretricio more vivens, in aula omnia turpia exerceret: [3] Antonino autem Caracallo stupro cognita, ita ut hinc vel Varius vel Heliogabalus vulgò conceptus putaretur. Et ajunt quidam, *Varii* etiam nomen idcirco eidem inditum à condiscipulis, [4] quòd vario semine, de meretrice utpote, conceptus videretur. Hic fertur occiso Macrini factione patre, ut dicebatur, Antonino, in templum dei Heliogabali confugisse velut in asylum, ne interficeretur à Macrino, qui sævissimè cum filio luxurioso & crudeli exercuit imperium. Sed de nomine hactenus, quamvis sanctum illud Antoninorum nomen polluerit: [5] quod tu, Constantine sacratissime, ita veneraris, ut Marcum & Pium inter Constantios Claudiosque velut majores tuos aureos formaveris, [6] adoptans virtutes veterum tuis moribus congruentes, & tibi amicas charasque. Sed ut ad

1 2 3

1. *Atque ipse in Romano imperio ultimus Antoninorum fuit.*] Hoc est, octavus. vide Capitolinum in Opellio Macrino. *Idem.*

2. *Hic tantum Semiamiræ.*] Scriptum hoc & ubique *Symiamiræ*. Salmas.

3. *Antonino autem Caracallo stupro cognita.*] Jactatum hoc pro tempore: sed falsum esse creditum à plerisque. Dio συνάορος vocat. *Casaub.*

4. *Quòd vario semine.*] Ex iis quæ modo diximus ex Dione falsum hoc patet. & notum est hujus aviam fuisse Variam dictam. vide inferiùs. *Idem.*

5. *Quod tu, Constantine sacratissime, ita veneraris.*] Similis Capitolini adulatio in Marco: *deus ipsum etiam nunc habetur, ut vobis ipsis, sacratissime imperator Diocletiane, & semper visum est, & videtur.* Idem.

6. *Adoptans virtutes veterum tuis moribus congruentes, & tibi amicas charasque.*] Regius, *rerum*, pro *veterum*. non dilpliceat *majoribus* pro *moribus*. quod non damno tamen. venustè autem verbum *adoptare* usurpatum, cùm de majoribus in cognationem adscitis à Constantino loquatur: cùm non soleant adoptari, nisi liberi aut nepotes. *Idem.*

Adoptans virtutes tibi amicas charasque.] Palatinus & vetus editio: *& tibi amicas charas. amicus charus*, pro valde amico & valde charo, quod vulgo dicimus *cher ami*. Cato:

Diligę sic alios, ut sis tibi carus amicus.
Salmas.

1. Nostus

ut ad Antoninum Varium revertamur, [1] nactus imperium Romam nuntios misit: excitatisque omnibus ordinibus, omni etiam populo ad nomen Antoninum, quòd non solùm titulo, ut in Diadumeno fuerat, [2] sed etiam in sanguine redditum videbatur, quum se Antoninum Bassiani filium scripsisset, ingens ejus desiderium factum est. Erat præterea etiam [3] rumor [4] qui novis post tyrannos solet donari principibus: qui nisi ex summis virtutibus non permanet, & quem multi mediocres principes amiserunt. Denique ubi in senatu lectæ sunt literæ Heliogabali, statim fausta in Antoninum, & dira in Macrinum ejusque filium dicta sunt, appellatusque Antoninus princeps, volentibus cunctis, & studiose credentibus, ut sese habent vota hominum ad credulitatem festinantium, [5] quum quod optant, verum esse desiderant. Sed ubi primùm ingressus est urbem, omissis iis quæ in provincia gerebantur, Heliogabalum in Palatino monte juxta ædes imperatorias consecravit, eique templum fecit, studens [6] & Matris typum, & Vestæ ignem, & Palladium, & ancilia, & omnia Romanis veneranda in illud transferrè templum, & id agens ne quis Romæ deus nisi Heliogabalus coleretur. Dice-

1. *Nactus imperium Romam nuntios misit.*] Misit & imaginem suam, eo habitu quo ut sacerdos Alagabali utebatur: ipsamque in sanctissimo Curiæ loco jussit poni. lege Herodianum. *Casaubonus.*

2. *Sed etiam in sanguine.*] Dele *in. Idem.*

3. *Rumor qui novis post tyrannos solet donari principibus.*] Appellat *rumorem* novè, favorem ac studium quo ferri vulgò solent homines in eos principes, qui tyrannis succedunt. ferè enim solet de iis spes quædam ingens concipi: cui tamen spei, ut rectè ait Lampridius, pauci respondent. *Idem.*

4. *Qui novis post Tyrannos solet donari principibus.*] In Palatino & veteri editione: *damnari.* Salmas.

5. *Cùm quod optant verum esse desiderant.*] Error manifestus: nam ut dudum pridem Petrus Faber, pro *desiderant*, aliud quid sententia desiderat; puta, *existimant*, vel *credunt*, aut, ut arbitrabatur Josephus Scaliger, *asseverant.* eadem sententia apud Galenum penè iisdem verbis: ὁ γὰρ ἅπαξ βέλτιστα, δηλονότι τῶν τῇ αἱρέσει γνωρίσας. in libro Περὶ τῶν ἀθροισμάτων. *Casaubonus.*

Quum quod optant, verum esse desiderant.] Legendum puto: *quum quod putant, id verum esse desiderant.* id est, id verum esse dicunt, quod optant. *Salmasius.*

6. *Et matris typum.*] Διοσπολιτῶν illud ἄγαλμα, quod describit Herodianus libro primo prolixè. *Casaub.*

1. *Judæo-*

Dicebat præterea, [1] Judæorum & Samaritanorum religiones, & Christianam devotionem illuc transferendam, ut omnium culturarum secretum Heliogabali sacerdo-
4 tium teneret. Deinde ubi primum diem senatus habuit, matrem suam in senatum rogari jussit. Quæ quum venisset vocata ad consulum subsellia, [2] scribendo affuit, id est, senatusconsulti conficiendi testis: [3] soluſque omnium imperatorum fuit, [4] sub quo mulier quasi clarissima, loco viri senatum ingressa est. [5] Fecit & in colle Quirinali senaculum, id est mulierum senatum, in quo antè fuerat conventus matronalis, solennibus duntaxat diebus, [6] & [7] si unquam aliqua matrona consularis, conjugii ornamentis esset donata: quod veteres imperatores affinibus detulerunt,

1. *Judæorum & Samaritanorum religiones, & Christianam devotionem.*] Reg. *Christianorum.* Sic alibi hæc tria nomina junguntur. Quid & quantum inter Judæos ac Samaritas sit discriminis, explicatum est à Scaligero in septimo De emendatione. *Idem.*

2. *Scribendo affuit, id est, senatus consulti conficiendi testis.*] Quid sit *scribendo adesse*, notissimum ex epistolis Marci Tullii, & antiquis senatus consultis. & inducenda illa censeo, *id est, senatusconsulto conficiendi testis.* Idem.

3. *Soluſque omnium imperatorum fuit.*] Hoc verum est: nam Livia, quæ una inter omnes Augustas plurimùm in Rep. potuit, à Curia tamen abstinuit, eò audaciæ progredi nunquam ausa. *Idem.*

4. *Sub quo mulier quasi clarissima loco viri senatum ingressa est.*] Quia nolebat fœminino genere vocem *senator* usurpare, neque *senatrix* dicere, coactus est circumlocutione uti. Sunt autem *fœminæ clarissimæ*, senatorum conjuges, ut apud Augustinum De civitate Dei lib. XXII. cap. VIII. & in multis legibus Codicis. *Idem.*

5. *Fecit & in colle Quirinali senaculum, id est, mulierum senatum.*] Scribe, *senaculum mulierum.* & dele illa, *id est, senatum.* est enim glossema ineptum. neque enim senaculum est senatus: sed locus quò conveniebatur ad senatum velut in curiam. erant jam olim senacula tria Romæ, quò patres conveniebant, ut scribit Festus. sed istud & erat & dicebatur Senaculum mulierum. *Idem.*

Fecit & in colle Quirinali senaculum.] *Senaculum* scribendum à *senatus* enim, *senaculum*, parvus senatus. *Salmas.*

Fecit & in colle Quirinali Senaculum.] Ita quoque Palat. non ut editi, *Senatulum.* Grut.

6. *Et si unquam aliqua matrona consularis, conjugii ornamentis esset donata.*] Distinguendum: *& si unquam aliqua matrona consularis conjugii ornamentis esset donata.* Salmas.

7. *Si unquam aliqua matrona consularis conjugii ornamentis esset donata.*] Locus singularis, & quantum nunc memini, in Romana historia unicus. Equidem exemplum matronæ cui ornamenta consularis conjugii fuerint donata, succurrit impræsentiarum mihi nullum. Sed non dissimile jus est, quod in honorem matronarum quæ consularibus aliquando nuptæ fuerant, aliquando fuisse usurpatum discimus ex Ulpiani verbis, in lege XII. Dig. De senatoribus. *Casaub.*

1. *Sed*

runt, & his maximè quæ nobilitatos maritos non habuerant, ne innobilitatæ remanerent. [1] Sed Semiamirica facta sunt senatusconsulta ridicula de legibus matronalibus: [2] quæ quo vestitu incederent, quæ cui cederet, quæ ad cujus osculum veniret: [3] quæ pilento, [4] quæ equo sagmario, [5] quæ asino veheretur, [6] quæ carpento mulari, quæ boum: [7] quæ sella veheretur, & utrum pellicea, an ossea, an eborata, an argentata: & [8] quæ aurum vel gemmas in calciamentis haberent. Ergo quum hybernasset Nicomediæ, atque omnia sordidè ageret, inireturque à viris & subaret, statim milites facti sui pœnituit quòd in Macrinum conspiraverant ut hunc principem facerent: atque in consobrinum ejusdem Heliogabali Alexandrum, quem Cæsarem senatus Macrino interempto appellaverat, inclinavere

1. *Sed Semiamirica facta sunt senatusconsulta.*] *Sed semiamira*, Pal. & v. ed. *Symiamirus* pro *Symiamiricus*. Salmas.

2. *Quæ quo vestitu incederent.*] Scribas rectius, *incederet*, Casaub.

3. *Quæ pilento.*] Separat pilentum à carpento: nam illud fuit honoratius. Trebellius Pollio de Zenobia: *Usa vehiculo carpentario, raro pilento, equo sæpius.* Sed & vocabula hæc, & eorum usus, variè mutarunt in Rep. sæpeque ab auctoribus confunduntur. *Idem.*

4. *Quæ equo sagmario.*] Græca vocis formatio Latina, ut in multis. recens Hellenismus retinuit, & dixit τζαγμάριον. at *sagma* est σάγμα, vel σαγή quod jumento imponitur ut mollius vehat, & sine noxa sua. Differt sagma à sella: nam sagma propriè est quod jumentis onera bajulantibus imponitur: sella equorum est, vel aliorum animalium quibus homo vehitur. inde *equi sellares* & *sagmarii*. Idem.

5. *Quæ asino veheretur.*] Apud veteres asino vehebantur tantùm humiliores. ideo temporibus Chrysostomi, patriarchæ Constantinopolitanus asino vehi solitus: tanta erat illorum temporum moderatio: Erat etiam moris, ut asino imponerent, quos vellent ignominiæ caussa traducere: cujus rei exemplum apud Procopium in tertio Persicorum, & alibi. *Idem.*

6. *Quæ carpento mulari, quæ boum.*] Secundùm pilentum erat honestissimum vehiculi genus carpentum. sed posteriores è Latinis laxè hanc vocem usurparunt. interdum enim vehiculum est honorificum, ut cùm loquuntur de magistratuum carpentis, de quibus & in Codice fit mentio: Vopiscus initio Aureliani *judiciale carpentum* appellat. interdum pro quovis curru accipiunt. ut Ammianus libro XXXI. *carpenta hostium*, id est currus vel carri. Carpentis autem matronarum videntur successisse basternæ; quarum frequens apud scriptores mentio. Ad hujusmodi vehicula non solum equi aut mulæ jungebantur, sed & boves. *Idem.*

7. *Quæ sella veheretur.*] Aut lectica: quod membrum auctorne prætermiserit an librarius, nondum constitit. *Idem.*

8. *Quæ aurum vel gemmas in calciamentis haberent.*] nam & χρυσοῦ καὶ λιθοκολλήτους, & χρυσᾶ, & λιθοκόλλητα habuerant: Vetantur hujusmodi calcei lege Alexandri, de qua Lampridius. *Idem.*

navere animos. Quis enim ferre posset principem [1]per cuncta cava corporis libidinem recipientem, quum ne belluam quidem talem quisquam ferat? Romæ denique nihil egit aliud, nisi [2]ut emissarios haberet qui ei bene vasatos perquirerent, eosque ad aulam perducerent, ut eorum conditionibus frui posset. Agebat præterea domi fabulam Paridis, ipse Veneris personam subiens, ita ut subitò vestes ad pedes defluerent: nuduque una manu ad mammam, [3]altera pudendis adhibita ingenicularet, posterioribus eminentibus in subactorem rejectis & oppositis. Vultum præterea eodem, quo Venus pingitur, schemate figurabat, corpore toto expolitus: [4]eum fructum vitæ præcipuum existimans si dignus atque aptus libidini
6 plurimorum videretur. Vendidit & honores & dignitates & potestatem, tam per se quàm per omnes servos ac libidinum ministros. In senatum legit sine discrimine ætatis, census, generis, pecuniæ merito, militaribus etiam præposituris & tribunatibus, & legationibus & ducatibus venditis, etiam procurationibus & Palatinis officiis. Aurigas [5]Protogenem [6]& Gordium, primò in certamine curuli socios, post in omni vita & actu participes habuit. Multos quorum corpora placuerant, de scena & circo & harena

1. *Per cuncta cava corporis libidinem recipientem.*] Idem auctor in Commodo: *omni parte corporis atque ore, in sexum utrumque pollutus.* Idem.

2. *Ut emissarios haberet, qui ei bene vasatos perquirerent.*] Dio, διαζητοῦντάς σφισιν εἰ τινες μάλιστα αὐτῷ ἁρμόσουσι τὴν ἀκολασταίνουσαν δυνάμενοι. *bene vasatos* & majoris peculii viros. *Idem.*

3. *Altera pudendis adhibita ingenicularet.*] Ingeniculare verbum σὺν αἰσχήμονι in turpiculis rebus. *Salmasius.*

4. *Eum finem vitæ præcipuum existimans.*] Opponamus furori hujus prodigii veram viri sapientis sententiam. Marcus Antoninus libro sexto: Αἰδῶ θεούς, σῶζε ἀνθρώπους, βραχὺς ὁ βίος. ΕΙΣ ΚΑΡΠΟΣ ΤΗΣ ΕΠΙΓΕΙΟΥ ΖΩΗΣ ΔΙΑΘΕΣΙΣ ΟΣΙΑ ΚΑΙ ΠΡΑΞΕΙΣ ΚΟΙΝΩΝΙΚΑΙ. *Deum reverere, mortalium salutem cura, vita brevis: unus fructus est vitæ quam in terris agimus, animus sanctus, actiones societati hominum conducibiles.* Casaub.

5. *Protogenem & Gordium.*] *Et Gordium*: Palatinus & ed. Med. ita lege. *Salmasius.*

6. *Et Gordium.*] Paullò pòst *Gordius* dicitur. vulgò Romani *Gurdos* vocabant stultos, voce Hispanica, ut ait Quintilianus. *Casaub.*

1. *Here-*

harena in aulam traduxit. [1] Hieroclem verò sic amavit ut eidem inguina oscularetur, quod dictu etiam verecundum est, Floralia sacra se afferens celebrare. In virginem Vestalem incestum admisit. Sacra P. R. [2] sublatis penetralibus profanavit. Ignem perpetuum extinguere voluit. Nec Romanas tantùm extinguere voluit religiones, sed per orbem terræ unum studens ut Heliogabalus deus unus ubique coleretur: & in penum Vestæ, quod solæ virgines solique pontifices adeunt, irrupit pollutus ipse omni contagione morum, cum iis qui se polluerant. [3] Et penetrale sacrum est auferre conatus: quumque feriam quasi veram rapuisset, [4] quamvis virgo maxima falsam monstraverat, atque in ea nihil reperisset, applosam fregit: nec tamen quicquam religioni dempsit, quia plures similes factæ dicuntur esse, nequis veram unquam possit auferre. Hæc quum ita essent, signum tamen quod Palladium esse credebat, abstulit: [5] & auro fictum, in sui dei templo locavit. Matris etiam deûm sacra accepit, [6] & tauroboliatus est 7

[1] 1. *Heroclem verò sic amavit.*] Scribe & hic & paullò post, *Hieroclem*, ex Dione. *Idem.*

Heroclem vero sic amavit.] Idem liber *Heroclem*, proxime ad veritatem. Nam *Hieroclem* ex Dione jam pridem asseruerunt viri docti. *Salmas.*

2. *Sublatis penetralibus.*] Simulactis, vel cæteris rebus quæ pro simulacris colebantur. hæc penetralia & inspexit, & tractavit, & loco etiam movit; in dei Heliogabali templum omnia conferens. *Casaub.*

3. *Et penetrale sacrum.*] Palladium, quod fatale pignus imperii Rom. vocat Livius lib. XXVI. *Idem.*

4. *Quamvis virgo maxima falsam monstraverat.*] Scribe, *quam ei virgo m.* de virgine maxima, Suetonius, Aulus Gellius, & alii. *Idem.*

Quamvis virgo maxima falsam monstraverat.] Legendum: *quumque feriam quasi veram rapuisset, quoniam ei virgo maxima*, vel, *quia ei virgo maxima falsam monstraverat, atque in ea nihil reperisset, applosam fregit.* Salmas.

5. *Et auro fictum in sui dei templo locavit.*] Quid est *auro fictum* hoc loco? Palatinus optimus liber exhibet, *victum*: facilis conjectura *vinctum*, reponere. *auro vinctum* est deauratum, quod Græci dicunt χρυσόδετον. *Idem.*

Et auro fictum in sui Dei templo collocavit.] Sententia loci aperta. est tamen in Pal. *vinctum*. quod si verum est; fecit hoc exemplo eorum, qui simulacra Deorum suorum catenis aureis devinciebant, ne transfugerent, quemadmodum & Apollini factum à Tyriis prodit Curtius lib. IV. cap. 24. *Grut.*

6. *Et adeo debacchatus est ut typum cripteret.*] Optimus liber: *matris etiam deum sacra accepit, & tauroboliatus est, ut typum cripteret. Tauroboliari* est, *taurobolium accipere.* ita enim sæpe in vetustis inscriptionibus, *taurobolio accepto, taurobolio percepto.* Taurobolium autem dicebatur sacrificium taurorum, qui in

est ut typum eriperet & alia sacra quæ penitus habentur condita. [1] Jactavit autem caput inter præcisos phanaticos, [2] & genitalia sibi devinxit, [3] & * omnia fecit quæ Galli facere

sacris matris Deum immolabantur. & *taurobolium* dictum à mactandis tauris. sic *criobolium* arietum immolatio quæ Attini fiebat. hinc taurobolium facere quod uno verbo Spartianus dixit, *tauroboliari*, & facere criobolium dicebantur qui sacra matris deum & Attidis accipiebant. hinc *tauroboliati* dicti qui taurobolium fecerant, & sacra matris deum acceperant. ut enim *Hierophanta* proprie dicebatur in sacris Hecates, & *pater sacrorum* in sacris Mithriacis: sic *tauroboliatus* in sacris matris deum. & *tauroboliata* mulier quæ taurobolium fecerat, & sacra illa acceperat. ut vir *tauroboliatus*. *Taurobolinus* etiam dicebatur. qui taurobolium accipiebat & consecrandus erat, in scrobem profundam terra egesta ad hoc ipsum factam demittebatur. deinde scrobs illa, plancis vel tabulis, quæ multis locis erant foraminatæ, constetnebatur. super quem pontilem stratum multis pertusum locis, taurus mactabatur auratis cornibus, ut sanguis per foramina in scrobem defluereret, quem capite, naribus, oculis, auribus, & toto denique corpore excipiebat sacerdos in ea caverna defossus, & tauri sanguine se abluebat. quem sacri morem luculentis versibus describit Prudentius in Romano:

Hunc inquinatum talibus contagiis
Tabo recentis sordidum piaculi
Omnes salutant, atque adorant eminus, &c.

quod genus consecrationis & lustrationis tanti meriti putabatur esse, ac tantæ efficaciæ, ut per eam se renasci crederent. hinc illa in veteri saxo: TAVROBOLIOQVE. IN. AETERNVM. RENATVS. ideoque non iterabatur nisi post viginti annos. nam isto sacro piati in annum vicesimum puri mundique permanere existimabantur. post quod temporis spatium sacra Taurobolii repetebant. Taurobolio facto cornua tauri, quo fecerant, consecrabant, & dedicabant. hinc intelligendæ illæ inscriptiones: SEVERVS. IVLII. P. L. VIRES. TAVRI. QVO. PROPR. PER. TAVROPOL. PVB. FAC. FECERAT. CONSECRAVIT. id est, *vires tauri quo proprie per taurobolium publice factum, fecerat, consecravit. vires tauri*, cornua tauri appellat. nam tauri vires in cornibus. *Salmas.*

Et adeò taurobolio atus est, ut typum eriperet.] Vera hæc hujus loci lectio, debetur exemplari Palatino. nihil enim ineptius hactenus recepta, *& adeo debacchatus est.* vult enim auctor, Heliogabalum mysteriis taurobolitarum fastidiosissimis operosissimisque operam dedisse; ut ea occasione auferre posset typum matris Deûm. illa ipsa qualia fuerint, ex nullo scriptore haurias melius quàm ex Inscriptionibus nostris. *Grut.*

1. *Jactavit autem caput inter præcisos fanaticos.*] Ulpianus lege prima De ædilitio edicto: *Si furens inter fanaticos non semper caput jactaret, & aliqua profatus esset.* Hoc Lucianus dicit ἐτίνεν τὴν κόμην ἀνὼν. erant enim capillati. vetus lapis, CAPILLATVS A MATRE MAGNA. Varro: *Tibi nunc semiviri teretem comam volantem Jactant tibi galli.* Sic etiam leones quibus vehebatur. jubam jactare assuefiebant. *Casaub.*

2. *Et genitalia sibi devinxit.*] Palatinus, *devixit* ita puto scriptum fuisse pro *defixit*. v. & f. in veteribus libris sæpius commutantur. defigere igitur hoc loco capitur pro avellere & refigere quod fixum est. eleganter genitalia sibi defixisse heic dicitur Bassianus, qui pensilia sua sibi avulsit & abscidit. *Salmas.*

Et genitalia sibi devinxit.] Cum servet Palatinus *devixit*, videsis an non legi possit *defixit*. Grut.

3. *Et omnia fecit, quæ Galli facere solent.*] Perperam vulgò per majusculam literam nomen gallorum scribitur, cum

Matris

facere solent: [1] ablatumque sanctum nomen in penetrale dei sui transtulit. [2] Salambonem etiam omni planctu & jactatione Syriaci cultus exhibuit, [3] omen sibi faciens imminentis exitii. Omnes sanè deos sui dei ministros esse ajebat, quum alios ejus cubicularios appellaret, alios servos, alios diversarum rerum ministros. [4] Lapides qui divi dicuntur, ex proprio templo Dianæ Laodiceæ, ex adyto suo

Matris deûm sacerdotes significat. Asiatica enim vox est, quæ τὸ λάκηπτον denotat, neque à Gallis populis ea notio manavit. gallis istis præerat, qui dicebatur archigallus: cujus sæpe apud veteres mentio. *Casaub.*

* *Omnia fecit quæ Galli facere solent.*] Victor alter, *abscisis genitalibus, Matri se magnæ sacravit.* Idem.

1. *Ablatumque sanctum nomen.*] Scribe *nimbum.* sic vocat typum Matris deûm. & illud ἀλοπρεπὲς ἄγαλμα. *Idem.*

Ablatumque sanctum nomen in penetrale dei sui transtulit.] Palatinus vocem, *nomen* non agnoscit. *sanctum* igitur simpliciter & substantive dixerit, typum matris deûm. Arnobius sanctum posuit pro templo vel sanctuario. hoc *sanctum* est, simulacrum. *Salmas.*

Ablatumque sanctum in penetrale Dei sui transtulit.] Obsequutus sum mss. Gallicanis ac Pall. nam vulgati verbo auctiores, *sanctum nomen in*, &c. quod natum à glossatore, qui indicare amabat, illud *sanctum*, proprium esse nomen. *Grut.*

2. *Salambonem etiam omni planctu & jactatione Syriaci cultus exhibuit.*] Hesychius, Σαλαμβὼ ἡ Ἀφροδίτη παρὰ Ἀσσυρίοις. sed non omnino quadrat huic loco Hesychii interpretatio; nam dubium nullum est, quin appellatione Salambonis hoc loco vel Adonis, vel Venus Adonim plangens intelligatur. Hæc igitur Adonia sacra & solennes planctus Venerearum cultricum intelligit Lampridius. *Casaub.*

Salambonem etiam omni planctu & jactatione, &c.] *Salambo* Veneris est epitheton Adonidem plangentis; & purum putum Græcum est vocabulum. *Salambonem exhibere* est Venerem imitari dum Adonidem luget ac plangit. cujus memoria luctus magna sollennitate quotannis renovabatur per Adonia, non solum in Græcia sed etiam Ægypto & Syria, aliisque regionibus Orientis. Σάλα, curam & mentis agitationem fluctuationemque & æstum significat. Hinc σαλαΐζειν, lugere & in luctu pectus tundere & plangere, σαλαΐσμα quoque & σαλάμβη ab eodem σάλα deductum eamdem habet significationem. Hinc Σαλαμβὼ Venus dicta. Hesychius: Σαλαμβὼ ἡ Ἀφροδίτη παρὰ Βαβυλωνίοις. Adonia celebrasse Babylonios, & Syros & Ægyptios verum est. non tamen Babylonicum nomen Σαλαμβώ. *Salmas.*

3. *Omen sibi faciens imminentis exitii.*] Vide Ammianum Marcellin. libro xxii. de Juliani adventu Antiochiam. *Casaub.*

4. *Lapides qui divi dicuntur, ex proprio templo Dianæ Laodiceæ.*] *Lapides divi* appellat famosissimum illud simulacrum, ab Oreste & Iphigenia è Taurica ablatum, quod apud se conditum esse tot civitates Asiæ Europæque olim contendebant. harum urbium è numero fuit Laodicea: Vide Tacitum xiv. Annalium. *Idem.*

Lapides qui divi dicuntur.] Haud scio quinam isti divi lapides Palatinus. habet, *diviti* aut *viviti*. puto, dum nihil aliud succurrit, interim scribendum: *vivi lapides*, vivorum lapidum non rara apud veteres mentio, & præ-

suo in quo id Orestes posuerat, [1] afferre voluit. Et Orestem quidem ferunt non unum simulachrum Dianæ, nec uno in loco posuisse, sed multa in multis. Posteaquam [2] se apud tria flumina circa Hebrum ex responso purificavit, [3] etiam Orestam condidit civitatem, quam sæpe cruentari hominum sanguine necesse est. [4] Et Orestam quidem urbem Adrianus [5] suo nomine vindicari jussit, eo tempore quo furore cœperat laborare, ut ex responso quum ei dictum esset ut in furiosi alicujus domum vel nomen irreperet. [6] Nam ex eo emollitam insaniam ferunt, per quam multos senatores occidi jusserat: quibus servatis, Antoninus Pii nomen meruit, quòd eos post ad senatum adduxit,
8 quos omnes jussu principis interfectos credebant. [7] Cædit & humanas hostias lectis ad hoc pueris nobilibus & decoris per omnem Italiam patrimis & matrimis, [8] credo ut major esset utrique parenti dolor. Omne denique magorum genus aderat illi operaturque quotidie, hortante illo

cipue scriptores Græcos, qui ἐμψύχους λίθους eos vocant. hi sunt etiam qui βαιτύλοι dicebantur, de quibus multa mira fabulosaque narrant Græculi nugatores. Tum in vita Isidori à Damascio scripta apud Photium. De hoc genere bætylorum fuere dubio procul isti vivi lapides qui in adyto templi Dianæ Laodicenæ. nam alii aliis Diis videntur fuisse consecrati, ut Jovi, Saturno, Soli, ut ille scribit apud Photium. sic etiam Diana suos habuit sibi dedicatos. *Salmas.*

1. *Afferre voluit.*] Scribe, *efferre*, vel auferre. *Casaub.*

2. *Se apud tria flumina circa Hebrum ex responso purificavit.*] Scribe *Triaft.* loci nomen est Τρεῖς πόταμοι. ut *Tres tabernæ*, & alia multa. sic dictus, quòd ad ripam Hebri esset situs, cò loci ubi duos fluvios alios Hebrus suscipiebat. Alter horum fortasse Arisbus fuit, de quo Strabo libro XIII. *Idem.*

3. *Etiam Orestam, &c.*] Græcis vocatur Ὀρέστη & Ὀρεστιάς. *Idem.*

4. *Et Orestam quidem urbem Hadrianus suo nomine vindicari jussit.*] Scribe, *suo nomini.* hoc est, Hadrianopolim vocari jussit. Invenio in Thracia Hadrianopoles diversas. *Idem.*

5. *Suo nomine vindicare jussit.*] Totum locum sic lege: & *Orestam quidem urbem Adrianus suo nomini vindicari jussit eo tempore quo furore cœperat laborare, & responso, quum ei dictum esset ut in furiosi alicujus domum vel nomen irreperet.* Salmas.

6. *Nam ex eo emollitam insaniam.*] Scribe, *emollitam.* & ita scripti. *Casaubonus.*

7. *Cædit & humanas hostias.*] Scribe *cecidit.* Idem.

8. *Credo ut major esset utrique parenti dolor.*] Hæc possent abesse, nisi extarent in omnibus codicibus. malim autem, *utriusque parentis.* ut occisorum puerorum dolor esset major; sive perveniret ad plures; nam si alter parens obiisset, minore luctu periissent. *Idem.*

1. *Quid*

illo & gratias diis agente [1] quòd amicos eorum inveniſſet, [2] quum inſpiceret exta puerilia [3] & excuteret hoſtias ad ritum gentilem ſuum. [4] Quum conſulatum iniſſet in populum non nummos vel argenteos vel aureos, [5] vel bellaria, vel minuta animalia, [6] ſed [7] boves opimos & camelos, & aſinos, & ſervos populo diripiendos objecit, imperatorium id eſſe dictitans. [8] Infectatus eſt famam Macrini crudeliter, ſed multò magis Diadumeni quod Antoninus dictus eſt, [9] Pſeudoantoninum & Pſeudophilippum eum appellans, [10] ſimul quòd quum luxurioſiſſimus extitiſſet, vir fortiſſi-

1. *Quòd amicos eorum inveniſſet.*] Nam veram magiam Perſarum, Plato pronuntiat θεῶν θεραπείαν. *Idem.*

2. *Cum inſpiceret exta puerilia & excuteret hoſtias, &c.*] Neſcio quare diſplicuit nuperis editionibus: *& excruciaret hoſtias ad ritum gentilem ſuum.* quod antiquæ omnes editiones ſervant, & habetur in omnibus ſcriptis codicibus. *Salmaſ.*

3. *Et excuteret hoſtias ad ritum gentilem ſuum.*] Si accederent & aliæ membranæ, non abhorruerim à ſcriptura codicis Palatini; *& excruciaret.* Grut.

4. *Cùm collatum miſiſſet in populum.*] Turnebus, *cùm conſulatum iniſſet.* probabili conjectura. nam largitates hujuſmodi tum maximè exhibitæ, cùm iniretur conſulatus: omnes tamen libri retinent vocem *collatus*, nec diſplicet, pro collatio. Sic *ſanctus* pro ſanctio, *intentus & deceptus*, pro intentio & deceptio, & ſimilia multa. Erit ergo *collatus*, ſpartio facta in populum, ἀλάβαστα, vel πίσσαρα. Firmat hanc lectionem non mediocriter Herodianus, qui genus hoc totum largitionum Heliogabali fusè deſcribens, non occaſione initi conſulatus hæc donata ſcribit; ſed in honorem dei Alagabali, cum illum quotannis ſtato die ex urbe in ſuburbanam ædem ingenti pompa deduceret. *Caſaub.*

Quum collatum miſiſſet in populum.] Scribat quiſque quod voluerit & commentetur. nihil verius Turnebi conjectura: *cum conſulatum iniſſet.* Salmaſ.

Cùm collatum miſiſſet in populum.] Palatinus noſter juvat aliorum *iniſſet.* Grut.

5. *Vel bellaria.*] Ut nuces & fructum cicer, aliaque id genus ſpargi antiquo more ſolita. *Caſaub.*

6. *Sed boves opimos, &c.*] Omnegenus animantium quà ferorum, quà cicurum, porcis exceptis. *Idem.*

7. *Boves opimos & camelos & aſinos & ſervos.*] Scribe: *& cervos.* & ita Pal. *Salmaſ.*

8. *Infectatus eſt famam Macrini crudeliter.*] Idem liber: *infectatus eſt.* quo modo loqui amat Spartianus. *Idem.*

9. *Pſeudoantoninum & Pſeudophilippum eum appellans.*] Legendum: *ſed multo magis Diadumeni quod Antoninus dictus eſt. Pſeudoantoninum, ut Pſeudophilippum, eum appellans.* hoc eſt, Pſeudoantoninum eum appellans, ſicut olim quidam Pſeudophilippus appellatus eſt, niſi quis hæc verba, *ut Pſeudophilippum*, non authoris eſſe, ſed in margine ab aliquo lectore addita & ſic in contextum irrepſiſſe exiſtimet. quod valde mihi fit veriſimile. *Idem.*

10. *Simul quod quum luxurioſiſſimus extitiſſet, vir fortiſſimus diceretur.*] Palatinus liber: *ſimul quod ex luxurioſiſſimo, vir fortiſſimus, optimus, graviſſimus diceretur.* id eſt, quod vulgo diceretur Diadumenus ex luxurioſiſſimo, ut erat

fortissimus, optimus, gravissimus, severissimus diceretur. [1] Coëgit denique scriptores nonnullos [2] nefanda, imò potius non ferenda ejus dicta de luxuria disputare, in vita ejus. Lavacrum publicum in ædibus aulicis fecit, [3] simul & palàm populo exhibuit, ut ex eo conditiones bene vasatorum hominum colligeret. Idque diligenter curatum est ut [4] ex tota penitus urbe atque [5] ex nauticis monobelos quærerent: sic eos appellabant qui viriliores videbantur. 9 Quum Marcomannis [6] bellum inferre vellet, [7] quos Antoninus pulcherrimè profligaverat, dictum est à quibusdam, per Chaldæos & magos Antoninum Marcum id egisse, ut Marcomanni P. R. semper devoti essent atque amici, idque [8] factis carminibus & consecratione: [9] quum quæreret quæ illa

prius, in virum gravissimum & fortissimum evasisse. tales autem oderat hoc monstrum qui mores in melius mutabant. *Idem.*

1. *Coëgit denique scriptores nonnullos nefanda, imo potius non ferenda ejus dicta de luxuria disputare, in vita ejus.*] Legendum: *coëgit denique scriptores nonnullos nefanda, immo potius mira dicta de ejusdem luxuria disputarent in vita ejus.* aut nihil transponendo: *nefanda immo potius mira de ejusdem dicta luxuria disputarent in vita ejus.* Idem.

Coëgit denique scriptores nonnullos nefanda, immò potius non ferenda ejus dicta de luxuriâ disputare, in vita ejus.] Aliter Palat. nempe: *Immò potius impace de ejusdem dictum luxuriâ disputare, ut in vita ejus.* Grut.

2. *Nefanda, imò potiùs non ferenda ejus dicta, &c.*] Scribendum: *nefanda, imò potiùs impia dicta de ejusdem luxuria disputare in vita ejus.* Casaub.

3. *Simul & Plautini populo exhibuit.*] Ineptè prius legebatur, *simul & palam populo exhibuit.* alteram lectionem dictavit nobis codex Palatinus. *Grut.*

4. *Ex tota penitus urbe atque ex nauticis monobelos quærerent.*] Palatino scribitur: *monobiles*, pro *monobelis*, parva transpositione, hoc est μονοβελεῖς. sic igitur viriliores homines appellantur. nam βέλος illud vocatur, quo homines viri sunt. quod telum qui non habent, nihil habent viri. *Salmas.*

5. *Ex nauticis monobelos.*] Nauticarum conditionum & in Marco est mentio. de voce *belum* pro telo, ante admonuimus. *Casaub.*

Ex nauticis monobelos.] Palat. *monobiles.* videntur *monobeli* dicti quod ex parte potissimum censerentur: unde & Mamurra insignitus Catullo nomine *Mentulæ.* Lipsio clarius videbatur *monobelos*, quasi asinino telo insignes. qui adeatur Epistola XVIII. Centuriæ Miscellæ. *Grut.*

6. *Bellum inferre vellet, quod Antoninus.*] Est à Palatino. nam minus bellè impressi prius, *quos.* Idem.

7. *Quos Antoninus pulcherrime profligaverat.*] Liber Pal. *quod*, non *quos*, ut referatur ad bellum. quod melius est. *Salmas.*

8. *Factis carminibus: & consecratione: cùm quæreret quæ illa esset, vel ubi esset, &c.*] Hanc quoque lectionem imputat nobis Palatinus. *Grut.*

9. *Quum quæreret quæ illa essent aut ubi essent.*] *Quum quæreret quæ illa esset, & ubi esset.* ita legendum. nam de consecratione intelligi oportet. sequitur enim:

illa essent, vel ubi essent, suppressum est. Constabat enim illum [1] ob hoc consecrationem quærere ut eam dissiparet spe belli concitandi: & idcirco maximè quòd audierat responsum fuisse ab Antonino bellum Marcomannicum finiendum, quum hic Varius, & Heliogabalus, & ludibrium publicum diceretur: nomen autem Antonini polluere in quod invaserat. Prodebatur autem per eos maximè qui dolebant sibi homines ad exercendas libidines bene vasatos & [2] majoris peculii opponi. Unde etiam de nece ejus cogitari cœpit: Et hæc quidem domi. Sed milites pestem illam velari imperatoris nomine pati nequiverunt, ac primum inter sese, deinde per coronas jecere sermones in Alexandrum omnes inclinantes, [3] qui jam Cæsar erat à senatu dictus [4] eo tempore quo Macrinus, consobrinus hujus Antonini. [5] Nam Varia una his erat avia: unde Heliogabalus *Varius* dicebatur. [6] Zoticus sub eo tantum valuit ut ab omnibus officiorum principibus sic haberetur [7] quasi domini

enim: *constabat enim illum ob hoc consecrationem quærere, ut eam dissiparet spe belli concitandi.* Salmas.

1. *Ob hoc creationem quærere, ut eam dissiparet spe belli concitandi.*] *Consecrationem* appellat ipsam formulam qua utebantur in defixionibus magicis: at *dissipare consecrationem* est contraria formula necessitatem magicæ defixionis solvere. *Casaub.*

2. *Majoris peculii*] Plautus Pseudolo:

Mea quidem hercle habeo omnia,
Meo peculio cuncta. Idem.

3. *Qui jam Cæsar erat à senatu dictus eo tempore, &c.*] Dele illa omnia, *eo tempore quo Macrinus.* irrepserunt enim ex ora libri. *Idem.*

Qui jam Cæsar erat à senatu dictus eo tempore quo Macrinus, &c.] Veteres membranæ, & editio Mediolan. *qui jam Cæsar erat à senatu, eo tempore quo Macrinus, hujus Antonini.* ex, *quo Macrinus*, faciendum *consobrinus*: *in Alexandrum omnes inclinantes qui jam Cæsar erat à senatu eo tempore, consobrinus Antonini.* hic enim sensus est: jam eo tempore fuisse Cæsarem Alxandrum Heliogabali consobrinum, quo tempore de nece illius monstri cogitari cœptum est. *Salmas.*

4. *Eo tempore quo Macrinus, consobrinus hujus Antonini.*] Vox *consobrinus* non est in Pal. at eam tamen hic requiri, quivis videt; magisque abjiciendum alterum *Macrinus.* Grut.

5. *Nam Varia una his erat avia.*] Τὸ *una*, in menda cubat. & fortasse delendum. *Casaub.*

6. *Zoticus sub eo tantum valuit.*] Aurelius Zoticus Smyrnæus, qui & Magirus de artificio quod pater exercuerat, dictus. lege Dionem. *Idem.*

7. *Quasi domini maritus esset.*] Lego, *domina.* Zoticus maritus, Alagabalus domina, id est uxor. diserte apud Dionem ipse Alagabalus jubet Zoticum haberi, *νύμφιον*, σε *νυμφίαν*. *Idem.*

Quasi domini maritus esset.] Deest Palatino verbum *esset.* & recte deest: *Salmas.*

domini maritus esset. [1] Erat præterea idem Zoticus, qui hoc familiaritatis nomine abutens, omnia Heliogabali dicta & facta venderet fumis, quàm maximè divitias enormes sperans, quum aliis minaretur, aliis polliceretur, omnes falleret: egredienſque ab illo singulos adiret, dicens, *De te hoc loquutus sum, de te hoc audivi, de te hoc futurum est:* ut sunt homines hujusmodi, qui si admissi fuerint ad nimiam familiaritatem principum, famam non solùm malorum, sed & bonorum principum vendunt, & qui, stultitia, vel innocentia imperatorum qui hoc non perspiciunt, [2] infami rumigeratione pascuntur. Nupsit & coiit ut & pronubum haberet, clamaretque, [3] *Concide Magire,* [4] & eo quidem tempore quo Zoticus ægrotabat. quærebat deinde à philosophis & gravissimis viris, [5] an & ipsi in adolescentia perpessi essent quæ ipse pateretur, & quidem impudentissimè: neque enim unquam verbis pepercit infamibus, [6] quum & [7] digitis impudicitiam ostentaret, nec ullus in conventu & audiente populo esset pudor.

11 [8] Fecit libertos præsides, legatos, consules, duces, omnesque

1. *Erat præterea idem Zoticus.*] Scribe, *Erat præterea is idem Z.* Casaub.

2. *Infami rumigeratione.*] Λοιδορίᾳ omnia referens ad lucrum suum. *Idem.*

3. *Concide magire.*] Scribe, *Magire. percidere* & *concidere* obscenæ notionis sunt verba. *Idem.*

4. *Et eo quidem tempore quo Zoticus ægrotat.*] Vocat ægrotum qui potionatus à rivali laboraret ἀσυσίᾳ, ut ait Dio. *Idem.*

5. *An & ipse in adolescentia perpessi essent quæ ipse pateretur.*] Quia Tractitio persuasum erat, neminem hominem esse pudicum. *Idem.*

6. *Cum & digitis impudicitiam ostentaret.*] *Ostentare digitis impudicitiam*, est digitos ita formare, ut obscœnam figuram ostendant. *digitis aureos ostentare* supra dixit. *Salmas.*

7. *Digitis impudicitiam ostentaret.*] Digitis in obscœnum modum formatis, ut de Caligula Suetonius. *Casaubon.*

8. *Fecit libertos præsides, legatos, consules, duces.*] Puto legendum: *fecit libertos præsides, legatos, proconsules.* atque hi sunt omnes qui per illa tempora nominantur provintiarum rectores. in vita Pescennii, & in Alexandro Severo: *præsides vero, proconsules, & legatos nunquam fecit ad beneficium, sed ad judicium vel suum vel finatus.* in eadem vita, provinciæ nominantur *præsidales, legatoriæ, & proconsulares.* proconsulares erant populi; præsidales & legatoriæ Cæsaris: atque hæ per legatos vel prætorios vel consulares administrabantur. qui prætorii enim tantum erant, consulari tamen fere potestate provincias regebant, & sic omnes dicti sunt consulares. eodem fere modo quo proconsules omnes appellati sunt, qui in populi provincias proficiscebantur, etiam

que dignitates polluit ignobilitate hominum perditorum. Quum ad vindemias vocaſſet amicos nobiles [1] & ad corbes ſediſſet, graviſſimum quemque percunctari cœpit an promptus eſſet in Venerem, erubeſcentibuſque ſenibus exclamabat, *Erubuit, ſalva res eſt*, ſilentium ac ruborem pro conſenſu ducens. Addidit præterea ipſe quæ faceret ſine ullius pudoris velamento. Poſteaquam ſenes vidit erubeſcere ac tacere, vel quia ætas vel quia dignitas talia refutabat, contulit ſe ad juvenes, & ab his cœpit omnia exquirere. à quibus quum audiret ætati congrua, gaudere cœpit & dicere, [2] verè liberam vindemiam eſſe quam ſic celebrarent. Ferunt multi ab ipſo primùm repertum, ut in vindemiarum feſtivo multa in dominos jocularia & audientibus dominis dicerentur, quæ ipſe compoſuerat & Græca maximè. Horum pleraque Marius Maximus dicit in vita ipſius Heliogabali. Erant amici improbi, & ſenes quidam & ſpecie philoſophi, qui caput reticulo componerent, qui improba quædam pati ſe dicerent, qui maritos ſe habere jactarent. Quos quidam finxiſſe dicunt [3] ut illi fierent vitiorum imitatione chariores. Ad præfecturam 12
prætorii ſaltatorem qui hiſtrionicam Romæ fecerat, aſcivit: præfectum vigilum [4] Gordium aurigam fecit: [5] præfectum annonæ Claudium cenſorem. ad honores reliquos pro-

etiam ſi prætoriæ tantum eſſent. ſed hæc alibi fuſius. *Salmaſ.*

1. *Et ad corbes ſediſſet.*] Uvas electas ad edendum. *Caſaub.*

2. *Verè liberam vindemiam eſſe.*] *Liberam* ſive *Liberam*, hoc eſt, Βακχικὴν & convenientem Libero patri. *Idem.*

Vere liberam vindemiam, &c.] Quæ vera cum libertate, ac factorum dictorumque licentia celebraretur. unde vita libera, & vitæ liberæ homines, luxurioſi & genio indulgentes. *Salmaſ.*

3. *Ut illi fierent vitiorum imitatione clariores.*] Legendum *chariores*. Caſaub.

Ut illi fierent vitiorum imitatione cariores.] Sic omninò Pal. malè vulgò *clariores*. Grut.

4. *Gordium Aurigam.*] Pal. *Cordium*, Salmaſ.

Gordium aurigam.] Ita rurſus heic Palatinus, niſi quod is *Cordium*. Grut.

5. *Præfectum annonæ Claudium cenſorem.*] Melius *Cenſorem*, ut ſit cognomen iſtius. *Caſaub.*

Præfectum annonæ Claudium cenſorem.] An cum Cujacio *tenſorem* legend. debet enim eſſe vilis & minus honeſti cujuſdam artificii nomen. præfectus prætorii ſaltator & præfectus vigilum auriga ab illa bellua promoti, & mulio viceſimæ hereditatium procurator factus, & curſor, & coquus, & clauſtrarius artifex. ſic & præfecturam annonæ alicui tali contemnendæ & in-

promovit commendatos sibi pudibilium enormitate membrorum. [1] ad vicesimam hereditatium mulionem curare jussit. jussit & cursorem, jussit & cocum & claustrarium artificem. Quum ingressus est vel castra vel curiam, aviam suam Variam nomine, de qua superiùs dictum est, secum induxit, ut ejus autoritate honestior fieret, quia per se non poterat: nec ante eum (quod jam diximus) senatum mulier ingressa est ita ut ad scribendum rogaretur & sententiam diceret. In conviviis exoletos maximè juxta se ponebat, eorumque attrectatione & tactu præcipuè gaudebat: [2] nec quisquam ei magis poculum quum bibisset, 13 dabat. Inter hæc mala vitæ impudicissimæ, Alexandrum quem sibi adoptaverat, à se amoveri jussit, dicens se pœnitere adoptionis, mandavitque ad senatum ut Cæsaris ei nomen abrogaretur. Sed in senatu hoc prodito ingens silentium fuit. [3] Siquidem erat optimus juvenis Alexander, postea comprobatus genere imperii ejus, [4] quum ideo displiceret patri quod impudicus non esset. [5] Erat autem idem consobrinus, & ut quidam dicunt, à militibus etiam amabatur, & senatui acceptus erat & equestri ordini. Nec defuit tamen furor usque ad exitum voti pessimi: [6] nam ei per-

simæ conditionis & artis homini commisit. *Salmas.*

Præfectum annonæ Claudium censorem.] Nihil variat Palat. sed mihi cripi non potest fuisse scriptum primitus *tonsorem*: quod cùm retineat codex Cujacii, habuerim pro verissimo. *Grut.*

1. *Ad vicesimam hereditatium, &c.*] Hoc est, destinavit procuratorem ad vicesimam hæreditatium. *Casaub.*

Ad vicesimam hereditatium mulionem curare jussit.] *Procurator ad vicesimam, procurator à vicesima*, & *procurator vicesimæ* dicebatur. tot enim modis hæc efferebant. sic magister ad epistolas, magister ab epistolis, & magister epistolarum pro eodem. sic minister ad cyathos, & à cyathis, & cyathorum dicebatur: & servus à manu, & ad manum. *Salmas.*

2. *Nec quisquam ei magis poculum cum bibisset dabat.*] *Cum bibisset*, id est cum biberet. *Idem.*

3. *Siquidem erat optimus juvenis Alexander postea comprobatus, &c.*] Scribendum: *siquidem erat optimus juvenis Alexander, ut postea comprobatum genere imperii ejus.* Idem.

4. *Cùm ideo displiceret patri.*] Alagabalo, qui contra quàm legibus R. sic constitutum filium adoptaverat annorum XII. cùm esset ipse XVI. natus. *Casaubonus.*

5. *Erat autem idem consobrinus, & ut quidam, &c.*] Lege: *erat autem eidem consobrinus, ut quidam dicunt, à militibus etiam amabatur & senatui acceptus erat & equestri ordini.* Salmas.

6. *Nam ei percussores immisit.*] Vel, *summisit.* Casaub.

1. *Ad*

percussores immisit. Et hoc quidem modo ipse secessit [1] ad hortos Spei veteris, quasi contra novum juvenem vota concipiens, relicta in Palatio matre & avia & consobrino suo: jussitque ut trucidaretur juvenis optimus & Reip. necessarius. Misit ad milites literas quibus jussit ut abrogaretur nomen Cæsaris Alexandro. Misit [2] qui in castris [3] statuarum ejus titulos luto tegerent, ut fieri solet de tyrannis. Misit & ad nutritores ejus quibus imperavit sub præmiorum spe atque honorum, ut eum occiderent quo vellent modo, vel in balneis, vel veneno, vel ferro. *Sed* 14
nihil agunt improbi contra innocentes. Nam nulla vi quis adduci potuit ut tantum facinus impleret, quum in ipsum magis conversa sint tela quæ parabat aliis, ab iisque sit interfectus quibus alios appetebat. Sed ubi primùm lutati sunt tituli statuarum, milites omnes exarserunt: & pars in Palatium, pars in hortos in quibus erat Varius, ire tendunt ut Alexandrum vindicarent, hominemque impurum eundemque parricidialis animi tandem à Rep. depellerent. Et quum in Palatium venissent, Alexandrum cum matre atque avia custoditum diligentissimè postea in castra duxerunt. Sequuta autem erat illos Semiamira mater Heliogabali pedibus, [4] solicita filio. Inde itum est in hortos: ubi Varius invenitur certamen aurigandi parans, expectans tamen intentissimè quando eidem nuntiaretur consobrinus occisus. Qui subito militum strepitu exterritus in angulum se condidit: objectuque [5] veli cubicularis, quod

1. *Ad hortos Spei veteris.*] *Spes vetus* nominatur regione quinta Esquilina. videntur ad ædem hanc isti horti fuisse. Spem deam coluere deinde plures eidem ædes positæ. *Idem.*

2. *Qui in castris statuarum ejus titulos luto tegerent.*] *Tegeret*, P. & v. ed. *Salmas.*

3. *Statuarum ejus titulos luto tegerent, ut fieri solet de tyrannis.*] Cur non hoc potius jubet, ut statuæ detrahantur franganturque? Mos luto inquinandi antiquissimus est, & qui, si credimus Græcis grammaticis, ab Athenienſium institutis habet originem: nam scribunt illi, solitos Athenienses damnatos alicujus criminis lutulare, & ita traducere: quod καταπλαττειν dixerunt. *Casaub.*

4. *Sollicita filio.*] Sic & membranæ, pro, de filio. ita dixerunt *dolere alicui*, pro vicem alicujus. *Idem.*

5. *Vel cubicularis, quod introitu erat cubiculi.*] Assentior fermè Fabro, qui illa, *quod in introitu erat cubiculi*, censebat inducenda. *Idem.*

quod in introitu erat cubiculi, se texit. Misit ex præfectis alios ad compescendos milites in castra; alios verò ad eos placandos qui jam in hortos venissent. Antiochianus igitur ex præfectis unus, milites qui in hortos venerant, & sacramenti admonitione exoravit ne illum occiderent, quia nec multi venerant, & plerique cum vexillo quod Aristomachus tribunus retinuerat, remanserant. hæc in hortis. In castris verò milites precanti præfecto dixerunt se parsuros esse Heliogabalo, si & impuros homines & aurigas & histriones à se dimoveret, atque ad bonam frugem rediret: his maximè submotis qui cum omnium dolore apud eum plurimùm poterant, [1] & qui omnia ejus vendebant, vel vanitate vel fumis. [2] Remoti sunt denique ab eo [3] Hierocles, [4] Gordus, & Muriſſimus, & duo improbi familiares qui eum ex stulto stultiorem faciebant. Mandatum præterea à militibus præfectis ne paterentur illum ita diutiùs vivere: & ut Alexander custodiretur, ne vel illi aliqua vis afferretur, simul ne Cæsar quempiam amicum Augusti videret, ne ulla fieret imitatio turpitudinis. Sed Heliogabalus [5] & ingenti prece Hieroclem reposcebat impudicissimum hominem, [6] & insidias indies Cæsari propagabat. Denique Cal. Januariis, quum simul tum designati essent consules, [7] noluit cum consobrino procedere. Ad

1. *Et qui omnia ejus vendebant vel vanitate vel fumis.*] Sunt qui revera vendunt, plurimumque possiunt apud principes, dictaque eorum & facta vendunt. ïique veritate vendunt non vanitate. quam lectionem heic reponendam censeo Palatini codicis testimonio: *his maximè submotis qui cum omnium dolore apud eum plurimum poterant, & qui omnia ejus vendebant vel veritate vel fumis.* veritate aliquid fieri dicitur quod revera fit. *Salmasius.*

2. *Remoti sunt denique ab eo Herodes Gordius, & Muriſſimus.*] Pal. *Myriſſimus.* Grut.

3. *Herodes.*] Jam diximus scribendum esse *Hierocles.* Casaub.

4. *Gordus Muriſſimus.*] De Gordo antè dictum. Tum pro *Muriſſimus* forte leg. *Myriſſimus.* quod agitatori multarum palmarum quadrat optimè. *Idem.*

Gordus & Muriſſimus.] *Cordus & Myriſſimus.* Palat. sed *Miriſſimus* reponendum. cujus mentio in veteribus inscriptionibus. *Salmas.*

5. *Et ingenti prece Herodem reposcebat.*] Palat. *Hieroclem.* Idem.

6. *Et insidias in dies Cæsari propagabat.*] Mediolanensis editio cum Palatino: *& insidias in dies Cæsaris propagabat.* insidiæ Cæsaris, quæ Cæsari structæ sunt. nihil tamen mutandum. *Idem.*

7. *Noluit cum consobrino procedere.*] Quid sit ἀνεψιὸς Consulis nemo explicat

Ad extremum quum ei avia & mater dicerent, imminere milites ad ejus exitium, nisi concordiam viderent inter se consobrinorum, sumpta prætexta hora circiter sexta processit ad senatum, avia sua ad senatum vocata, [1] & ad sellam producta. Deinde in Capitolium ad vota concipienda, & perficienda solennia ire noluit: omnia per præfectum urbanum facta sunt, quasi consules illic non essent. Nec 16
distulit cædem consobrini, sed timens ne senatus ad aliquem se inclinaret si ille consobrinum occidisset, jussit subitò senatum urbe decedere: omnesque etiam quibus aut vehicula aut servi deerant, subitò proficisci jussi sunt: quum alii [2] per bajulos, alii per fortuita animalia & mercede conducta veherentur: [3] Sabinum consularem virum, [4] ad quem libros Ulpianus scripsit, quòd in urbe remansisset, [5] vocato centurione mollioribus verbis, jussit occidi. Sed centurio aure surdior imperari sibi credidit ut urbe pelleretur: itaque fecit. sic vitium centurionis Sabino saluti fuit. Removit & Ulpianum jurisconsultum, ut bonum virum; [6] & Silvinum rhetorem, quem magistrum Cæsaris fecerat. Et Silvinus quidem occisus est, Ulpianus verò reservatus. [7] Sed milites, & maximè prætoriani, [1] vel

plicat ita ubertim ac Justinianus Novella c. v. sed loquitur hic de processu primo Kalendis Januarii in Curiam & in Capitolium: qua de re Plinius in panegyrico. *Casaub.*

1. *Et ad sellam producta.*] Quid est *ad sellam producere*? vetus lectio habet: *perducta*. atque id verum est. *avia sua ad senatum vocata & ad sellam perducta*. id est, vocata ad senatum venit sella perducta. perducere ad sellam pro sella perducere. sic *ad pila pugnare* pro *pilis pugnare*. sed hæc alibi. *Salmas.*

2. *Per bajulos.*] Lecticariorum aut ὑποφορέων vice subcollantes. *Casaub.*

3. *Sabinum consularem virum.*] De hoc in extrema vita Alexandri Severi. *Idem.*

4. *Ad quem libros scripsit.*] Scripsit Ulpianus ad Sabinum libros unum & quinquaginta. *Idem.*

5. *Vocato centurione mollioribus verbis.*] Distingue, *vocato centurione, mollioribus verbis jussit occidi.* hoc est, voce submissiore, & vultu magis tranquillo quàm ut cædem videretur imperare. *Idem.*

6. *Silvinum rhetorem.*] Membranæ semper, *Salvinum*. Idem.

7. *Sed milites & prætoriani maxime scientes quæ mala in Heliogabalum pararent.*] Turpiter affectus hic locus. Vetus lectio est: *sed milites & maxime prætorianis vel scientes qui mala in Heliogabalum parabant, vel quod sibi viderent invidiam, factaque conspiratione ad liberandam rempub. primum conscii genere mortis cum aliis vitalibus exemptis necarent, alios ab ima parte perfoderent.* sic lego paucis mutatis: *sed milites & maxime prætorianis vel scientes qui malum Heliogabalum parabant,*

[1] vel scientes quæ mala in Heliogabalum pararent, [2] vel quòd sibi viderent invidiam, facta conspiratione ad liberandam Remp. primùm in conscios vario genere mortis, quum alios vitalibus exemptis necarent, alios ab ima par-
17 te perfoderent, ut mors esset vitæ consentiens. Post hoc in eum impetus factus est, atque in latrina ad quam confugerat, occisus. [3] Tractus deinde per publicum, additaque injuria cadaveri est, ut id in cloacam milites mitterent. [4] Sed quum non cepisset cloacula fortuitò, per pontem Æmilium annexo pondere ne fluitaret, in Tiberim abjectum est ne unquam sepeliri posset. Tractum est cadaver ejus etiam per circi spatia, priusquam in Tiberim præcipitaretur. Nomen ejus, id est Antonini, erasum est senatu jubente, remansitque Varii Heliogabali. siquidem illud affectatò retinuerat, quum vult videri filius Antonini. Appellatus est post mortem [5] *Tiberinus*, & [6] *tractitius*, & *impurus*, [7] & multa, si quando ea erant designanda quæ sub

varant, vel quod sibi viderent invidiam, facta conspiratione ad liberandam Remp. primum conscivere mortem hic, cum alios vitalibus exemptis necarent, alios ab ima parte perfoderent, ut mors esset vitæ consentiens: post hæc in eum impetus factus est. sensus est, Prætorianos & quod scirent, qui malum Heliogabalum parabant, id est qui eum corruperant & depravarant, & quod invidiam sibi viderent ex mala ac perdita Heliogabali vita, primum corruptoribus illis, necem conscivisse, post hæc in ipsum Heliogabalum impetum fecisse. *vel* pro *& vel scientes, vel invidiam sibi videntes.* pro *& scientes & invidiam sibi videntes.* Salmas.

1. *Vel scientes quæ mala in Heliogabalum pararent.*] Scribe, *in eos Heliogabalus pararet.* pro, in se. *Casaub.*

Vel scientes quæ mala in Heliogabalum pararent.] Sic libuit rescribere cum Regio & Palatin. antea erat, *pararent.* male. quippe occiderunt prætoriani Imperatorem, vel metu pœnæ ob ea quæ deliquerant; vel, si non punirentur, ne impares forent invidiæ. *Grut.*

2. *Vel quòd sibi viderent invidiam facta conspiratione, &c.*] Ita concinna: *vel quod sibi viderent invidiam jam conflatam, facta conspiratione ad liberandam Remp. primùm in conscios sævierunt vario genere mortis.* nolim asseverare ita prorsus scripsisse auctorem, de sententia quidem non dubito. *Casaub.*

3. *Tractus deinde per publicum, additaque injuria cadaveri est.*] *Tractus deinde per publicum: addita injuria cadaveri est ut id in cloacam mitteretur.* Salmas.

4. *Sed cùm non cepisset cloacula fortuitò.*] Victor alter: *novissimè cùm foramen cloacæ corpus minimè receperet, usque, &c.* Casaub.

5. *Tiberinus & tractitius & impurus.*] *Tractitius* constanter in veteribus legitur hoc loco. nec respuendum, nam *tractare* pro *trahere* etiam positum. *Salmas.*

6. *Tractitius.*] Pal. *Tractatitius.* Grut.

7. *Et multa.*] Inter ista multa nomina quæ per ludibrium indita Alogabalo post-

sub eo facta videbantur: [1] soluſque omnium principum & tractus est, & in cloacam missus, & in Tiberim præcipitatus. Quod odio communi omnium contigit, à quo speciatim cavere debent imperatores: siquidem nec sepulchra mereantur qui amorem senatus, populi, ac militum non merentur. Opera publica ipsius præter ædem Heliogabali dei, quem Solem alii, alii Jovem dicunt: [2] & amphitheatri instauratio post exustionem, & lavacrum in vico Sulpitio, quod Antoninus Severi filius cœperat, nulla extant: [3] & lavacrum quod Antoninus Caracallus dedicaverat, & lavando & populum admittendo. Sed porticus defuerant, [4] quæ postea ab hoc [5] subdititio Antonino extru-

postquam periisset, fortasse & *Gabalus* dictus est. quod erat scelerati hominis & cruce digni convitium, ut ad Diadumenum dicebamus. Sed non displiceat conjectura Loiselii, cui pro *multa*, videbatur scribendum, *multer*. Casaub.

1. *Soluſque omnium principum tractus eſt*] Quid Vitellius? nonne & ipse tractus, & in Tiberim præcipitatus? sed in cloacam missus non est. *Idem.*

Soluſque omnium principum tractus eſt.] *Soluſque omnium principum & tractus eſt & in cloacam miſſus.* Salmas.

2. *Et amphitheatri inſtauratio.*] Scribendum, *inſtaurationem.* probant præcedentia. *Casaub.*

Et amphitheatri inſtauratio.] Lege: *& amphitheatri inſtaurationem.* præcessit enim: *opera publica ipsius præter ædem Heliogabali dei, & amphitheatri inſtaurationem poſt exuſtionem & lavacrum in vico Sulpitio quod Antoninus Severi filius cœperat, nulla extant.* Salmas.

3. *Et lavacrum quod Antoninus Caracallus dedicaverat.*] Ridicula lectio: facit enim duo lavacra Antoniniana Romæ, quæ ab eodem principe Antonino Caracallo essent exstructa. Nos scimus unas fuisse Antoninianas thermas, quarum conditor Caracallus. Lavacrum ergo Antonini, sive Antoninianas thermas Caracallus quidem velut perpetuum opus dedicaverat, & in iis cum lavabat ipse, tum populum admittebat. opus tamen imperfectum reliquerat Caracallus; deficientibus porticibus, quas Alagabalus inchoavit, Alexander perfecit. *Casaub.*

Et lavacrum quidem Antonini Caracallus dedicaverat.] Ita omnibus litteris Pal. prius habebamus ineptè: *Et lavacrum quod Antoninus Caracallus dedicaverat.* Grut.

4. *Quæ poſtea ab hoc ſub Decio Antonino extructæ ſunt.*] Scribendum erat ex regio, *ſub dicto Antonino*, nempe Heliogabalo. *Casaub.*

Quæ poſtea ab hoc ſub Decio Antonino extructæ ſunt & ab Alexandro perfectæ.] Hæc corruptissima sunt, emenda. *ſed porticus defuerant quæ poſtea ab hoc ſubdititio Antonino extructæ ſunt, & ab Alexandro perfectæ:* subdititius Antoninus est, Heliogabalus qui in nomen Antonini turpiter invaserat. sic de Diadumeno qui Antonini nomen nihil ad se pertinens usurpaverat, scribit, *eum exuti nothum Antoninorum nomini fuiſſe appoſitum.* hoc est nothum fuisse Antoninum & subdititium. *Salmas.*

5. *Sub dicto Antonino.*] Sic scripsi, sequutus codicem Regium. nam Pal. *ſub Decio*, ut vulgata. sed nihil usitatius quam I degenerare in E, ut & I in T, norunt qui versarunt codices calamo exaratos litteris capitalibus. *Grut.*

1. *Ita*

18 extructæ sunt, & ab Alexandro perfectæ. Hic ultimus Antoninorum fuit, quamvis cognomine postea Gordianos multi Antoninos putent, qui Antonii dicti sunt, non Antonini. Vita, moribus, improbitate [1] ita odibilis, [2] ut ejus nomen senatus eraserit. quem nec ego Antoninum vocassem, nisi causa cognitionis, quæ cogit plerumque dici ea etiam nomina quæ sunt abolita. Occisa est cum eo [3] & mater Semiamira probrosissima mulier & digna filio. Cautumque ante omnia post Antoninum Heliogabalum, ne unquam mulier senatum ingrederetur, utque inferis ejus caput dicaretur devovereturque per quem id esset factum. De hujus vita multa in literas missa sunt obscœna: quæ quia digna memoratu non sunt, ea solùm prodenda censui quæ ad luxuriam pertinebant: quorum aliqua privatus, aliqua jam imperator feciisse perhibetur: quum ipse privatus diceret se Apicium, imperator verò, Neronem,
19 Othonem, & Vitellium imitari. [4] Nam primus omnium, privatorum toros aureis toralibus texit, quia tunc ex Antonini Marci autoritate id fieri licebat, qui omnem apparatum imperatorium publicè vendiderat. Deinde [5] æstiva convivia coloribus exhibuit, [6] ut hodie prasinum, vitreum, [7] alia

1. *Ita odibilis.*] Non malè auctor Glossarii Latinoarabici, *exoticus* & *odibilis* pro dictionibus ejusdem notionis accipit: nam ita solent quæ fiunt contra morem patrium esse odio. & Græci quæ novitate displicent, ξένα vocant. *Casaub.*

2. *Ut ejus nomen senatus eraserit.*] *Ut ejus senatus & nomen eraderet.* ita in Palatino. *Salmas.*

3. *Et mater Semiamira.*] *Symiamira.* Idem.

4. *Nam primus omnium privatorum toros aureis toralibus texit.*] In apparatu lectorum ὑποβλήματα sunt, & ἐπιβλήματα. ac ἐφεστρίδες. Torale est τὸ ἐπιβλημάτιον, rectèque in Glossario vertitur *ἐφέστριον.* Et stragula autem quibus tori sternebantur, & toralia quæ circumjiciebantur, pretiosissima in usu veteribus fuerunt: at non aurea tamen, saltem privatis, ut apparet ex hoc loco. *Casaub.*

5. *Æstiva convivia coloribus exhibuit.*] *Coloribus,* ἀλλὰ χρώμασιν, vel κατὰ χρώματα. id est, distincta coloribus. *Idem.*

6. *Ut hodie prasinum vitreum.*] Malim, *prasinum aut vitreum,* nisi quis malit, *prasinum vitreum,* inde colligemus, hanc colorum varietatem in sola supellectile vitrea fuisse servatam. putò tamen in toto instrumento tricliniari colorum cujusque dici rationem habitam. *Idem.*

Ut hodie prasinum vitreum, alia die venetum & sic deinceps exhiberet.] Sic distinguendum: *Deinde æstiva convivia coloribus exhibuit, ut hodie prasinum, vitreum*

[1]alia die venetum, [2]& sic deinceps exhiberet, semper variè per dies omnes æstivos. [3]Primus [4]deinde autepsas argenteas habuit: primus etiam cacabos. [5]Vasa deinde centenaria argentea sculpta, & nonnulla schematibus libidinosissimis inquinata. [6]Et masticatum, [7]& puleiatum, & omnia hæc quæ nunc luxuria retinet, primus invenit. Nam rosatum ab aliis acceptum, [8]pinearum etiam attritione

vitreum alia die, venetum deinceps exhiberet. venetum, vitreum, prasinum affines quidem colores, diversi tamen tum vitreum non semper significat quod est ex vitro, sed etiam quod vitri colorem habet. Virgilius:

—— vitreisque sedilibus omnes
Accepere. —— Salmas.

1. *Alia die venetum.*] Sunt quidem adfines colores, sed diversi tamen ὁ βιτρὸς & ὁ ὑακινθὸς. *Casaub.*

2. *Et sic deinceps.*] An ut per omnes colores iretur, aut eorum præcipuos? an quatuor solùm Circi factionum coloribus fuit locus? *Idem.*

3. *Primus deinde mensas & capsas argenteas habuit: primus cacabos.*] Nisi de privato Alagabalo hæc dicta intelligantur, sine dubio falsa sunt. quanquam vereor ut vel sic constet dicto fides. nam cùm lectos planè argenteos atque aureos apud veteres Græcos Latinosque, etiam in Pandectis inveniam, ægrè adducor ut inventum Alagabali credam esse, mensas ex argento conficere, aut cacabos. De mensis sanè argenteis Plin. l. xxxiii. c. xi. Ulpianus lege xix. De auro, argento, mundo, &c. tractans de legato argento escario. *Idem.*

Primus deinde mensas & capsas argenteas habuit, etiam caccabos.] Certum est, non eum primum mensas argenteas habuisse, nisi forte de eodem privato accipiamus. de capsis vero quid mirum? sed opt. Palat. desertis litteris expressum habet: *primus deinde autepsas argenteas habuit, primus etiam caccabos.* quam hæc diversa sunt ab editis? *Autepsa*, ut hinc appatet, est instrumentum coquinarium: ut & caccabus: quæ culinæ instrumenta primus argentea habuisse heic traditur Heliogabalus. *Autepsa* vero vox Græca est, αὐθέψης, quæ sartaginem aut aliud genus coquinarii vasis, & ad focum apti designat, ut & παυθέψης, quæ sartago exponitur in veteri optimo Glossario: *sartago, παυθέψης. Salmas.*

4. *Mensas & capsas argenteas.*] Lectio nihili, ut quidem prodit Palatinus; in quo ista superscripta ceu glossa, supra lineam, in contextu verò, loco superiorum verborum, visitur, *deinde autepsas argenteas.* Grut.

5. *Vasa deinde centenaria argentea.*] Plinius: *lancesque è centenis libris argenti, quas tunc super quingentas numero Romæ fuisse constat.* Casaub.

Vasa sculpta.] *Scalpta.* Salmas.

6. *Et masticatum & puleiatum.*] Et mastichatum, & puleiatum, sive, ut in regio & Puteani, *pulveratum* & rosatum, quod statim nominatur, genera fuisse poculorum auctor ipse manifestò indicat. nam ait: *denique hæc genera poculorum ante Heliogabalum non leguntur.* Verùm placet magis, ut *poculorum genera* accipiamus de potionibus diversis è vino variè condito: sicut in Geta dixit Spartianus, eum fuisse cupidum vini variè conditi. Meminit mastichati & rosati, & absinthiati simul etiam Capitolinus in Gordianis. *Casaub.*

7. *Et puleiatum.*] Malim istud cum Palat. quam aliorum *pulveratum.* Grut.

8. *Pinearum etiam attritione odoratius reddidit.*] Ad alias species odoratas quæ in pila tritæ rosato condiendo adhibebantur, adjecit & pineas. *attritio* est ἀποτριπτὰς. *Casaub.*

tione odoratius reddidit. [1] Denique hæc genera poculorum ante Heliogabalum non leguntur. Nec erat ei ulla vita nisi exquirere novas voluptates. [2] Primus fecit de piscibus isitia, [3] primus [4] de ostreis, & leiostreis, & aliis hujusmodi marinis conchis, & locustis, & commaris, & scillis. Stravit & triclinia de rosa, & lectos & porticus, [5] ac sic per ea deambulavit, idque omni florum genere, liliis, violis, hyacinthis & narcissis. [6] Hic non nisi unguento nobili aut croco piscinis infectis natavit. [7] Nec cubuit in ac-

1. *Denique hæc genera poculorum ante Heliogabalum non leguntur.*] *Poculo* hoc accipi oportet pro potionibus vel liquoribus quos ex scypho vel calice hauximus: *Mastichatum* enim & *rosatum* genera sunt vini sic condita ex mastiche, & rosa, & Græce sua habent nomina, μαστιχίτης, ῥοδίτης. vox autem *poculum* pro potione non est ratæ Latinitatis, sed apud auctores obviæ & protritæ. *Salmas.*

2. *Primus fecit de piscibus isitia, primus de ostreis, & leiostreis.*] Apitius rei culinariæ libro secundo: *Isitiorum variæ sunt genera. marina sunt de scylla seu cammaris, &c.* Aut igitur falsò hic Lampridius marinorum isitiorum auctorem primum facit Lampridium: aut illorum librorum auctor falsò existimatur Apitius esse unus è tribus ejusdem nominis gulæ proceribus. Vide de hac voce Macrobium. Pro *leiostreis*, regius & Puteani membranæ præferunt *lithostreis*. atqui omnia ostrea silicea testa includuntur. λειόστριον propriam appellationem apud Græcos non inveni. sed esse ostrea quædam ac chamas λείας constat & læves. *Casaub.*

Primus fecit de piscibus isitia.] Scribe: *isicia*. Græci enim ἴσσω & ἰσίζειν. *insicare* veteres dicebant pro insecare: hinc *insicium* ab insicando, dictum postea *isicium*. nihil enim aliud est quam insecta minutatim caro. ejusmodi insiciis & minutalibus ex carne vulgo farciebantur avium ventriculi, ut anserum & gallinarum. *esiciæ* dictæ recentioribus pro isiciatis. *Esiciæ vulvulæ, & circellorum isiciatorum* mentio apud Apicium. primus Heliogabalus de piscibus isicia fecisse, & de ostreis lithostreisque hoc dicitur. vide Casaubon. *Salmas.*

3. *Primus de ostreis & leiostreis.*] *Lithostreis* rectum erat. ita enim proprie appellantur quæ apud Græcos ὀστρακόδερμων nomine veniunt: quæ si quis λιθοδέρμοις diceret, haud inelegantem eorum appellationem induceret. *Idem.*

4. *De ostreis & leiostreis.*] Palat. adgregat se mss. in quibus *lithostreis*. Gruterus.

5. *Ac sic per ea deambulavit.*] Pal. *ac sic ea deambulavit*. Salmas.

6. *Hic nonnisi unguento nobili aut croco piscinis infectis natavit.*] Interdum condito piscinas & solia temperabat, & rosato atque absinthiato, ut mox dicitur. sed ibi loquitur Lampr. de vino in piscinas aut solia infuso: hic de aquæ inficiendæ ratione, cùm non adhiberetur vinum. *Casaub.*

7. *Nec cubuit in accubitis, nisi quæ pilum leporinum haberent.*] Accubita vocabant quæ lectis tricliniaribus superiorum temporum successerunt. Sunt igitur discubitorii lecti *accubita*; sed viliores & levioris operæ, quales erant militum in castris. Atqui etiam delicatiores lectos ad discumbendum sic fuisse dictos nec Latinis tantùm, sed etiam Græcis scriptoribus, constat. *Idem.*

Nec cubuit in accubitis nisi quæ pilum leporinum haberent.] Accubita recentiori-

in accubitis facilè, nisi iis quæ pilum leporinum haberent, [1] aut plumas perdicum, [2] subalares sæpe culcitras mutans. Senatum nonnunquam ita contempsit ut mancipia togata appellaret: populum verò Rom. unius fundi cultorem: equestrem ordinem in nullo loco habens. Præfectum urbicum sæpe post cœnam ad potandum vocabat, adhibitis & præfectis prætorio, [3] ita ut si recusarent, [4] magistri horum

tioribus dicta sunt, quæ veteribus *triclinia*; tribus enim lectis olim ad mensam accumbebant, & hoc triclinium dicebatur. postquam triclinia ab usu recesserunt, & forma eorum mutata, & pro tricliniis accubita & stibadia dici cæpere, quorum figura semicircularis erat, atque inde *sigma* nomen invenit. sane tres lecti quos mensæ circumponi moris olim fuit, non omnia quattuor latera mensæ ambiebant, sed tria tantum: uno vacuo relicto ad inferenda mensæ obsonia. postquam triclinia desierunt, & in desuetudinem abierunt sigmata quæ in tricliniorum locum venerunt, non secus ac triclinia, semper unum mensæ latus à convivis liberum præstitere. triclinium tres lecti divisi & separati, qui mensæ adpositi quadratam figuram efficiebant. separatos liquet fuisse. nam qua medii lecti pluteus infimo & summo jungebatur in anguli flexura intervallum erat relictum, nec ita presse sibi conjuncti cohærebant, ut se tangerent. Sigma vero unus perpetuus lectus, semirotundus, quod & stibadium & accubitum dixere. triclinium omnibus mensis poterat convenire, & majoribus & minoribus. sigma vel stibadium non item. nec enim minus sigma majori mensæ, nec majus minori coaptari poterat. secundum igitur mensarum magnitudinem quærenda erant parva aut magna stibadia, quæ à numero convivarum, quos capiebant, dicebantur vel octaclina, cum octo caperent: vel enneaclina cum novem, &c. *Salmasius.*

1. *Aut plumas perdicum, subalares sæpe culcitras mutans.*] Aliter hic locus distinctus in edit. Med. ad hunc nempe modum: *nec cubuit in accubitis facile, nisi iis quæ pilum leporinum haberent, aut plumas perdicum subalares, sæpe culcitas mutans.* Idem.

Aut plumas perdicum subalares: sæpè culcitas.] Sic interpunxit Palatin. quemadmodum conjecerat amicissimus noster Lectius. *culcitæ subalares* numquam fuere in rerum naturâ, neque esse possunt. *Grut.*

2. *Subalares sæpe culcitras mutans.*] Scribe, *culcitas subalares. culcitæ* sunt pulvini quibus undique fulciebantur deliciatiores cùm accumberent. Lectius hæc verba ita concipit: *nisi in iis quæ pilum leporinum habirent, aut plumas perdicum subalares, sæpe culc. mut.* videntur sanè in omni avium genere, plumæ sub alis esse delicatissimæ. *Casaub.*

3. *Ita ut si recusarent, magistri horum eos cogerent.*] Dele vocem *horum.* referendum enim omnino ad conviviorum magisteria. *Idem.*

Ita ut si recusarent magistri eos cogerent.] De præfectis urbis & prætorio loquitur; quos ad potandum vocabat post cœnam Alagabalus. ita ut si recusarent bibere, eos cogeret per magistros eorum. sed qui sunt eorum magistri? scribendum: *ita ut si recusarent, magistri officiorum eos cogerent.* de magistris & principibus officiorum supra diximus. non mirum igitur illos adhibuisse Heliogabalum ad cogendum præfectos qui bibere nollent. ii enim semper circa principem, nec ab ejus latere discedebant. *Salmas.*

4. *Magistri horum eos cogerent.*] Ita quoque Pal. *Grut.*

rum eos cogerent. [1] Voluit & per singulas urbes lenones præfectos urbi facere, & ut essent in urbe XIIII. & fecisset, si vixisset, promoturus omnes turpissimos & ultimæ professionis homines. [2] Hic solido argento factos habuit lectos, & tricliniares & cubiculares. Comedit sæpiùs ad imitationem Apicii [3] calcanea camelorum, & cristas vivis gallinaceis demptas, linguas pavonum & luscîniarum: [4] quòd qui ederet, ab epilepsia tutus diceretur. [5] Exhibuit & palatinis ingentes dapes extis mullorum refertas, [6] & cerebellis phœnicopterûm, & perdicum ovis, & cerebellis turdorum, & capitibus psittacorum & fasianorum & pavonum.

1. *Voluit & per singulas urbes lenones præfectos, &c.*] Scribendum: *Voluit & per singulas Urbis regiones lenones Præfectos Urbi facere: ut essent in Urbe* XIIII. Quod dicitur voluisse Alagabalus, id Alexander Severus & voluit & fecit: instituit enim curatores Urbis XIV. quot & regiones erant. at non lenones, ut ille impurus, præfecit Alexander: verùm consulares viros, ut in ejus vita narratur Lampridio. *Casaub.*

Voluit & per singulas urbes lenones præfectos urbi facere.] Locus bene habebit si mutata littera scribamus, *per singulas Urbis*: subintelligit enim *regiones*, more seculi sui. sic supra cap. sexto dixit, *nomen in publicas edere*, subaudi, *tabulas*. Grut.

2. *Hic solido argento factos habuit lectos.*] Non primus, ut jam diximus. *Casaub.*

3. *Calcanea camelorum.*] Alagabalum multa de Sarracenis & Arabibus traxisse instituta, propter locorum ubi natus & educatus viciniam, mirum non est. Calcanea camelorum cupediariis fuisse expetita, non multò magis miror quam de cristis gallorum gallinaceorum: quas hodieque ab iis qui palatum eruditum habent, cupidissimè constat expeti. *Idem.*

4. *Quod qui ederet.*] Scribe, *quòd qui ederet*. Idem.

Quia dote tali pestilentia tutus diceretur.] Obsecundatus sum codici Regio, in quo hæc scriptura. nam Palat. suffragatur vulgatæ; *quod qui ederet, ab epilepsiâ tutus diceretur*, nisi quod loco *epilepsia* exhibeat *pestilentiam*. Gruterus.

5. *Exhibuit & Palatinis ingentes dapes extis mullorum refertas.*] Vox, *dapes* abest codici Palatino. nec Latinum est *exhibere ingentes dapes extis mullorum refertas*. quod de lancibus potius & gabathis vel discis dici conveniat quam de dapibus. aliquid igitur latere censeo sub illa voce *ingentes*, ut nomen disci alicujus vel lancis. aut certe deest nomen vasis post *ingentes*, ut ingentes discos vel lances exhibuisse dicatur extis multorum refertas & cerebellis phœnicopterorum. *Salmasius.*

Exhibuit & Palatinis ingentes dapes.] Vox *dapes* non comparet in Palatino, nisi à calamo recenti. & verò usitatum nostro, ut modò dixi, subintelligere subst antivas voces. itaque subaudit heic vel *paropsidas* vel *patinas*. si quid tamen expressit, tunc certè excidit *patinas*, ob similitudinem quæ ei cum verbo *Palatinis*. immò ne quid dissimulem illud *Palatinis* mutandum potius in *patinas*. Grut.

6. *Et cerebellis phœnicopterorum.*] Similia de Vitellio Suetonius capite XIII. *Casaub.*

vonum. [1]Barbas sanè mullorum tantas jubebat exhiberi, [2] ut pro nasturtiis, [3] apiastris, & facelaribus, [4] & fœnogræco [5] exhiberet [6] plenis fabatariis & discis: quod præcipuè stupendum est. Canes jecinoribus anserum pavit. Ha- 21
buit leones & leopardos exarmatos in deliciis: quos edoctos per mansuetarios subitò ad secundam & tertiam mensam jubebat accumbere, ignorantibus cunctis [7] quòd exarmati essent, [8] ad pavorem & ridiculum excitandum. [1]Misit

1. *Barbas sanè mullorum tantas jubebat exhiberi.*] *Tantas* pro tot numero, vel tanta copia. quod stupendum. quàm ingenti enim mullorum copia fuit opus, ut de illorum barbis disci, atque ii capaciſſimi implerentur? cùm præsertim non omnes mulli binos illos cirros habeant, quos barbam vocat Lampridius, ut & Græci ἥθεσιν. *Idem.*

2. *Ut pro nasturtiis.*] In omnibus antiquis editionibus est, *ut pro nascentis apiasteris & facelaribus.* emendabat Iosephus Scaliger, *ut pro antecenis.* antecena, sive antecenia dicuntur, qui Martiali gustus: Græcis προπόσεις. Ego non damnaverim quod hic editum, si accederet alicujus codicis auctoritas. nam & in libris medicorum jungi sæpiùs memini nasturtium cum feno Græco. *Idem.*

Ut pro nasturtiis, apiastris & facelaribus & fœno Græco exhiberet.] Vetus scriptura, *ut pro nascentis apiasteris & facelaribus.* sic enim habet Palatinus & princeps editio. nimis autem alienum est & longe recedit, pro *nascentis nasturtiis* velle reponere. forte, pro *nascentis, absentis. absentum* enim pro *absinthium* & dicebant & scribebant. *Apistera* vero pro *apiastra* ut *arbiteria* pro *arbitria* in Pandectis Florentinis. de facelaribus quid dicemus? an erit pro *faselaribus? Faselares* autem sunt faseli, ut *lupinaria* lupini. sane non raro mihi in his libris *c* pro *s* positum animadversum est: si *fascelares* dicimus, intelligemus siliquas: si *fascelaria*, grana. vera igitur lectio hujus loci: *fascelaribus & fœnugræco.* sumebantur hæc fascelaria cum garo aut aceto, ut & fœnum Græcum. Vide Galenum libro primo, περὶ τροφῶν δυνάμεως. *Salmas.*

Ut pro nasturtiis & facelaribus.] Palatinus, *ut pronascentis, apiasteris & facelaribus.* Grut.

3. *Apiastris & facelaribus & fenogræco.*] Fenumgræcum & quæcunque hic nominantur, primis mensis apponebantur inter ea quæ irritandæ fami assumuntur. τῆλις, Gr. fenum græcum: apiastrum μελισσόφυλλον est Græcorum. facelaria verò suspicamur esse ciborum ὀξυγαρικῶν genus & acetariorum è facela, garo atque oleo. *Casaub.*

4. *Et fœnogræco.*] Fœnugræcum, & fœnogræcum dicebant unica voce. Glossæ: *fœnugræcum*, τῆλις. *Salmas.*

5. *Exhiberet plenis fabatariis & discis.*] *Fabatar* aut *fabatarium*, vas in quo *fabata* reponuntur. *fabatum* est granum fabæ. *fabatarium* etiam τὸ ἐρεισμὸν significat, hoc est fabam frensam aut fractam. Græci κολλυρεικτὰ dicunt, & συγκοπίδα. *Idem.*

6. *Plenis fabatariis.*] Ex ipso nomine, & mente auctoris apparet amplissima vasa fuisse, quæ fabataria dicerentur. *Cas.*

7. *Quod exarmati essent ad pavorem & ridiculum excitandum.*] Scribendum: *ad pavorem ridiculum excitandum.* ridiculus enim pavor quem exarmatæ feræ & nihil nocere valentes incutiebant. *Salmas.*

8. *Ad pavorem & ridiculum.*] Probarim *ad pavorem ridiculum*, ut est in Pal. exclusa copula &. Grut.

[1] Misit & uvas Apamenas in præsepia equis suis: & psittacis atque fasianis leones pavit & alia animalia: exhibuit [2] & sumina aprugna per dies decem tricena quotidie [3] cum suis bulbis: [4] pisum cum aureis, [5] lentem cum cerauniis, [6] fabam cum electris, & [7] orizam cum albis exhibens. [8] Albas præterea in vicem piperis piscibus & tuberibus consperſit. [9] Oppressit in triclinìis versatilibus parasitos suos violis & floribus, sic ut animam aliqui efflaverint, [10] quum erepere ad summum non possent. [11] condito piscinas

1. *Misit & uvas Apamenas in præsipia equis suis.*] Uvæ Apamenæ, quæ hodie Damascenæ. *Casaub.*

3. *Et sumina aprugna per dies decem tricena quotidie cum suis bulbis.*] *Bulbæ* sunt vulvæ, ut jampridem doctis notatum. vulvam in delicatissimis cibis posuere veteres gulones *Salmas.*

3. *Cum suis bulbis.*] *b* pro *v*, ut sæpe. nam scribendum *vulvis*, facilè doctis viris assentior. *Casaub.*

4. *Pisum cum aureis.*] Nempe granis, ut hodieque vocamus. *Aurea* sine adjectione pro globulis vel sphærulis aureis: ita dictum ut mox *albæ* pro gemmis albis. hæc verò aurea pisis assimilabantur & æquabantur; quò facilius possent fallere. *Idem.*

Pisum cum aureis, lentem cum cerauniis, fabam cum electris.] Non aurea heic grana intelligi debent mixta pisis fuisse ab hoc nepote: sed aureos, vel solidos, ut posterior ætas appellavit, hoc est χρυσοῦς. *albæ* hoc loco sunt margaritæ. Aurei hoc loco sunt χρύσινοι, id est aurei, non grana aurea. non enim id eo consilio factum ab insano juvene, ut similitudinem istæ species aliquam invicem haberent, quam mixtura probabilem redderet: sed in ea nihil quæsivit aliud quam profundendi perdendique insanam libidinem. *Salmas.*

5. *Lentem cum cerauniis.*] Multa Plinius de cerauniis: sed ex quibus non potest colligi cur propter figuræ similitudinem lenti hic copuletur. *Casaub.*

6. *Fabam cum electris.*] Ita libri, nec caussa mutandi est. videtur Alagabalus artem adhibuisse, ut ad similitudinem fabarum secarentur electra. *Idem.*

7. *Oryzam cum albis.*] Jam diximus *albas* nominari gemmas albas: Tertullianus nominat, *rubentis maris grana candentia.* Idem.

8. *Albas præterea in vicem piperis piscibus & tuberibus consperſit.*] *Albæ* hoc loco sunt margaritæ. nec de aliis gemmis accipiendum. Anastasius in Leone IV. idem in Nicolao primo: *patenam ex auro purissimo cum diversis lapidibus pretiosis albis, prasinis & hyacinthinis.* Salm.

9. *Oppressit in triclinìis versatilibus.*] Seneca epistola XC. *qui versatilia cœnationum laquearia ita cogunt ut, subinde alia facies atque alia succedat, & toties tecta quoties fercula mutentur.* Athen. libro quarto, capite secundo. *Casaub.*

10. *Cùm eripi ad summum non possent.*] scribe *erepere.* Idem.

Quum eripi ad summum non possent.] Palat. *eripere*: ut & Regius *eripere* scribebant, pro *erepere*, quod omnino verum heic est. *Salmas.*

Cùm eripi ad summum.] Pal. *eripere*, quod esset ferè *erepere*, veluti placebat Casaubono nostro. *Grut.*

11. *Condito piscinas & folia temperavit.*] Quoties aquam piscinæ aut balnei non juberet infici unguentis aut croco, ut antè dictum, temperari præcipiebat vino variè condito: vt sunt rosatum, absinthiatum, quod propriè conditum dixerunt. Est autem conditum idem, aut penè idem, ac mulsum. ac videntur

nas & folia temperavit, [1] & rosato, atque absinthiato [2] vulgus ad bibendum invitavit: & ipse cum populo tantum bibit ut in piscina eum bibisse intelligeretur, [3] viso quòd unus bibisset. [4] Eunuchos pro apophoretis dedit: dedit quadrigas, equos stratos, mulos, [5] basternas & rhedas: dedit

tur medici qui Romæ faciebant medicinam id nomen excogitasse: nam in medicorum Græcorum libris frequens χυδεῖτε mentio. *Casaub.*

1. *Et rosato atque absinthiato.*] Pone πλείονι πίσιλῳ post hæc verba: pertinent enim ad præcedentia. *Idem.*

Et rosato atque absinthiato.] Optimus liber: *absentato. absentatum* pro absinthiato tum scripsisse Latinos argumento sunt Græci recentiores, qui Latinam hanc vocem usurpantes nunquam aliter fere scribunt quam ἀψιν-θιάτον. Latini igitur, ut hinc apparet, *absentatum* vel *absinthatum* proferebant, non *absinthiatum*. sed & *absentum* idem dixere pro *absinthium*. *Salmas.*

2. *Vulgus ad bibendum invitavit.*] Erat moris ut cùm exiissent è solio, biberent aliquantulum reficiendis viribus. sed hoc ferè divites & qui delicatiùs se curabant. at hic cùm ad balneas suas populum promiscuè admitteret, eundem quoque ad bibendum invitabat. *Casaub.*

3. *Viso quòd unus bibisset.*] Deesse aliquid videtur. *Idem.*

Viso quod unus bibisset.] Mens hujus loci, nisi fallor, hæc est: absinthiato & rosato, & condito & ejusmodi vinorum generibus piscinas temperavit aliquando Alagabalus, & ex iis etiam bibit, in piscina, non tantum lavavit, & populum qui una lavabat, ad bibendum invitavit. ex illo, inquam, vino quo piscina temperata erat, tantum bibit Alagabalus, ut viso quod unus bibisset, intelligeretur tamen eum in piscina bibisse, ex decremento scilicet piscinæ vel solii balnearis, multum sane oportet eum vini hausisse, qui cum in piscina biberet, & ex piscina ita eam deplere poterat & diminuere bibendo, ut speciem aliquatenus exhaustæ præberet. *Salmas.*

4. *Eunuchos pro apophoretis dedit.*] De Veri imperatoris conviviis scribit Capitolinus: *donatos pueros decoros qui ministrabant singulis: donatos etiam structores & lances singulis quibusque.* Casaub.

Eunuchos pro apophoretis dedit.] In membrana est: *aphroditis.* cum de piscinis & balneis etiam nunc loquatur, veniebat aliquando in mentem hcic legi posse: *Eunuchos pro aphronitris dedit.* nitri & aphronitri in balneis usus apud antiquos, quo se detergebant & defricabant lavantes. pro aphronitris igitur Alagabalus iis qui secum una lavarent, eunuchos dabat, & quadrigas & equos, & aureos millenos. dicet aliquis, quæ aphronitrorum similitudo, cum his quæ dabat ille loco aphronitrorum? certe nulla. sed cum nullam hoc propudium, perdendi profundendique occasionem prætermitteret, populo qui secum lavabat, aphronitrorum nomine, hæc talia dabat, quæ heic commemorantur. sic in conviviis pro pipere margaritas exhibebat, aureos nummos pro pisis, ceraunia pro lentibus, & electra pro fabis. Hæc dicta sunto pro tuenda lectione membranarum, quam tamen veram non affirmo. *Salmas.*

5. *Basternas & rhedas.*] Basterna vehiculum muliebre, forma nihil distans à lectica, quod antiquæ lecticæ successit, quæ matronarum erat propria. Verum hæ basternæ, non ut lecticæ ab hominibus portabantur, sed à burdonibus, vel mannis vel mulabus ut hodie in nostris lecticis videmus, quas basternas esse nemo inficias iverit. *Basterna* ad verbum est φορεῖον. sic enim Græci, tam lecticas, quam sellas vocant. Latini *gestamina* plerumque dicunt eo

22 dedit & aureos millenos, & centena pondo argenti. [1] Sortes sanè convivales scriptas in cochlearibus habuit tales ut alius exhiberet decem camelos, alius decem muscas, alius decem libras auri, alius decem plumbi, alius decem ruthiones, alius decem ova pullina, [2] ut veræ sortes essent & fata

sensu. quidquid denique ferendo esset, βαστὸν est dictum. unde verbum βαστάζειν. à basto igitur, basterna, hoc est φορεῖον, Isidorus in glossis basternam exponit, *tectum manuale*: & sic vocat, basternam vel lecticam tectam, quæ à mannis portabatur. sic *carpentum mutare*, supra habuimus, quod à mulabus trahitur. *Idem.*

1. *Sortes sanè convivales.*] Suetonius simile quid de Augusto, c. LXXVI. *Casaub.*

Sortes sanè convivales scriptas in cochlearibus habuit tales ut alius exhiberet decem camelos.] Certum est, istud *exhiberet* alienum esse ab illo sensu quem hic exigit locus. sed de mente authoris videndum, deinde verba ipsa perpendemus. Sortes istæ convivales, quas in cochlearib. habuit scriptas illa pestis & barathrum macelli vel imperii totius, non erant ad illarum sortium modum exemplumque quas vulgo divites in conviviis, suis convivis exhibebant & distribuebant. æquales enim erant illæ sortes & æqualiter distribuebantur, ita ut non alius alio ditior exiret sortis suæ gratia. extat integer Martialis liber de ejusmodi sortibus:

Divitis alternas & pauperis accipe sortes,
Præmia convivæ det sua quisque suo.

At Heliogabali ejusmodi erant, ut veræ sortes dici mererentur, atque iis fata tentarentur. exempli gratia: ex ejus convivis alius sortito ducebat decem camelos, alius decem muscas. sic de decem libris auri & decem plumbi: nam qui decem libras auri in sorte habebat, dives discedebat: qui decem plumbi, nihil aut parum lucrabatur. & sic vere fata tentabantur, cum ex eorum arbitrio, ut ita dicam, res penderet, utrum quis felix optimæ & opimæ sortis beneficio abiret, an tenuis & contemnendæ munere non magnopere beatus. hic est hujus loci sensu, & harum convivalium sortium. Nunc verba perspiciamus: *ut alius exhiberet.* secundum hanc lectionem non Heliogabalus exhibuerit illas sortes convivis suis, sed ipsi potius sui convivæ. optimus codex, habet, *ut alius exiret decem camelos, alius decem muscas.* sed heic *exiret*, pro *extrahere* usurpatur. *exire* enim dicebantur, quorum nomina sortibus inscripta, & in urnam demissa, inde extrahebantur. Hygenus de limitibus agrorum: *qui primi exierint, primam sortem centuriarum tollere debebunt. eodem exemplo & ceteri.* & paulò post: *ex his unum sorti nomen inscribemus, & quoto loco exierit, notabimus.* Ipse igitur exire dicebatur, cujus nomen sorti inscriptum exibat, & educebatur ex urna. sic igitur ista sortitio convivalis agitabatur. sortes in cochlearibus erant inscriptæ tales. *primus decem camelos*: (subaudi, *tollat.*) *secundus decem muscas*: *tertius decem libras auri*: *quartus decem plumbi*, & sic deinceps. nomina deinde convivarum in urnam mittebantur. qui primus exisset, primam sortem tollebat, quæ haberet inscriptum, *decem camelos*. qui secundus, secundam. & ita de ceteris. *Salmas.*

2. *Ut veræ sortes essent, & fata tentarentur.*] Sortes conviviales ita dictæ, quòd sortitò dividerentur: in quo non magna erat alea: res enim in sortem mittebantur, quas sive adeptus esses, dives propterea futurus non eras: sed manebat qualis antè, dives aut pauper. At sortes Alagabali erant *veræ sortes*, id est κλῆρος, & hereditates luculentæ. Quare sortem abstulisse erat, de paupere factum esse divitem: victum esse, erat idem ac bonis suis excidisse.

hoc

& fata tentarentur: quod quidem & ludis suis exhibuit, quum & ursos decem, [1] & decem glires, & decem lactucas, & decem auri libras in sorte habuit. Primusque hunc morem sortis instituit quem nunc videmus. Sed verè ad sortem scenicos vocavit, quum & canes mortuos, & libram bubulæ carnis haberet in sorte: & item centum aureos, & millè argenteos, [2] & [3] centum folles æris, & alia talia quæ populus tam libenter accepit [4] ut eum postea imperare gratularetur. [5] Fertur in euripis vino plenis navales 23

hoc est quod eleganter Lampridius dixit, *veras fortes fuisse, & quæ fata tentarent.* Casaub.

Ut verè fortes essent.] Sic & Pal. cum Regio, non *veræ*. Grut.

1. *Et decem γρύλλους.*] Grylli Græcis porcelli grunnientes. possis legere & *glires*. Casaub.

Et decem grillos.] Palat. *griles*, legend. *glires*. Glires etiam conviviis veterum admissi. Ammian. Marcell. lib. XXVIII. *Salmas.*

Et decem grillos.] Pal. *griles*. forsan voluit transpositis, *glires*. Grut.

2. *Et centum folles æris.*] Folles minutæ pecuniæ genus & omnium minimæ. nam apud calculones follis idem erat, quod apud Arithmeticos μονάς. non dabatur sectio monadis nec follis. viginti quatuor folles unum denarium argenteum qui miliarensis dicebatur, efficiebant; duodecim autem miliarenses unum aureum. sic ducenti octoginta octo folles inerant in uno nomismate. atque hæc de follibus sub Justiniano & post Justinianum tantum. nam ante ipsum diversa follium ratio fuit. sub Constantino vel etiam ante Constantinum, folles dicebantur sestertii: sestertium æreum uncialem fuisse consentiunt auctores: follis etiam fuit uncialis. hoc loco folles æri sunt accipiendi pro sestertiis nummis. follis tamen non semper pro æreo nummo usurpatus est, sed etiam summam aliquam vel auri vel argenti vel æreæ pecuniæ designabat. ut *follis* quem pendebant senatores, in senatoribus primæ, ita dixerim, classis, octo auri libras significat; in mediocribus quattuor; in infimis veto, duas. *Salmas.*

3. *Centum folles æris.*] Rectiùs alii scribunt φολλὶς; ut in Eusebii hist. lib. x. cap. VI. verbum est enim purum putum originis Hebraicæ: פלס illis idem ac שקל ponderare: Est sane follis, sive follis, ut ex hoc loco apparet & multis, cùm utriusque Codicis testimoniis, tum aliorum quà Græcorum quà Latinorum scriptorum, minimæ æstimationis nummus, ut si ὀβολὸν ἢ χαλκοῦν Græcè, Latinè teruntium aut quadrantem dicas. de follibus æris loquimur, quorum hic Lampridius meminit. verùm & argentei folles facti sunt. Atque hinc illa diversitas in æstimatione follium. *Casaub.*

4. *Ut eum postea imperare gratularetur.*] Omisit necessarium casum hujus verbi. cui enim gratulabantur? sibine invicem, an ipsi Alagabalo. *Idem.*

Ut eum postea imperare gratularetur.] Vetus: *gratularetur.* nempe populus. *Salmas.*

Ut eum postea imperare gratularentur.] Sic & præter Regium Pal. non *gratularetur*. Grut.

5. *Fertur in euripis vino plenis navales circenses exhibuisse.*] Lacum defodi solitum ad naumachiæ spectaculum, vocat euripum: quia longior erat quàm latior. Namachiarum lacus implebant vel fluviatili, vel marina aqua: istejusmodi vino. *Casaub.*

les circenſes exhibuiſſe, [1] pallia de œnanthio *fudiſſe*, [2] & elephantorum quatuor quadrigas [3] in Vaticano agitaſſe, dirutis ſepulchris quæ obſiſtebant: [4] junxiſſe etiam camelos quaternos ad currus in circo [5] privato ſpectaculo. [6] Serpentes [7] per Marſicæ gentis ſacerdotes collegiſſe fertur: eoſque ſubitò ante lucem, ut ſolet populus ad ludos celebres convenire, effudiſſe, multoſque afflictos morſu & fuga. Uſus eſt aurea omni tunica, uſus & purpurea, uſus & de gemmis Perſica, quum gravari ſe diceret onere voluptatis.

1. *Pallia de œnanthio fudiſſe.*] Scribe *œnanthino*. œnanthinum oleum notum eſt ex Athenæo & Græcorum commentariis. ſed quid eſt, *pallia de œnanthino fundere?* ſed aſſentior Joſepho Scaligero, qui legit, *Balnea de œnanthino fudiſſe*. Idem.

Pallia de œnanthio fudiſſe.] *Fudiſſe pallia de œnanthino* Heliogabalum, ſic interpretamur, palliis uſum eſſe œnanthino unguento fuſis. luxuriæ olim proceres ſolebant ſeſe œnanthino perfundere cum è balneis exirent: ſed & veſtes ſuas eo perfundebant, & menſas tergebant, & domum etiam totam conſpergebant. fortaſſe pallia heic accipienda, τὰ ἱμάτια quibus homines è balneo exeuntes ſe involvebant ad ſudorem eliciendum, vel ſabana. Porro *œnanthio* heic non *œnanthino* legimus ut *nardum* pro nardino, *crocum* pro crocino, & ſimilia. ab œnanthe igitur diminutivum οἰνάνθιον & οἰναν θίζειν pro ipſo unguento. *Salmaſ.*

Pallia de œnanthio fudiſſe.] Haud aliter Palatinus, ſed diſtinctis vocibus *Deo œnanthio*. Grut.

2. *Et elephantorum quatuor quadrigas.*] Nam & elephantos ad currum junxerunt. *Caſaub.*

3. *In Vaticano egitaſſe, dirutis ſepulchris, quæ obſiſtebant.*] Sepulcra intelligo, equorum. nobiles enim equos curules in Vaticano ſepeliebant vide ſuprà ad Capitolini Verum Auguſtum. *Idem.*

4. *Junxiſſe etiam camelos, &c.*] Suetonius in Nerone, *Circenſibus commiſit etiam camelorum quadrigas.* Idem.

5. *Privato ſpectaculo.*] Habuere imperatores proprios hiſtriones, gladiatores, & agitatores. hi igitur ludi quòd à privatis aurigis Alagabali peragerentur, privati dicuntur: neque obſtat quòd in publico loco, circo nempe Vaticano, celebrarentur. *Idem.*

6. *Serpentes per Marſicæ gentis ſacerdotes collegiſſe.*] Cur ſolis Marſicæ gentis ſacerdotibus tribuit, quod omnium Marſorum proprium fuit, ut non modo ſerpentes impune & ſine noxa tractare poſſent, ſed etiam eorum quaſi domitores eſſent, cantuque & herbis ſopitos manſuetoſque, & obnoxios redderent? videntur quidem olim vulgo Marſi homines hac vi naturali contra ſerpentes valuiſſe, ſed eamdem perdidiſſe, poſtquam cum externis cognationibus permiſceri coinquinarique cœperunt. ita ut hæc eadem poteſtas ac virtus in ſolis eorum familiis remanſerit, ſi quæ impermixtæ incorruptæque manſerunt ab extraneæ contagio cognationis, vel etiam penes eorum duntaxat ſacerdotes reſederit, qui ut verisimile eſt ex illis familiis puris putiſque Marſis eligebantur. Vide Gellium l. XVI. c. XI. *Salmaſ.*

7. *Per Marſicæ gentis, &c.*] Alii qui de Marſis locuti ſunt, non ſacerdotibus Marſicæ gentis hanc contra ſerpentes vim tribuunt; ſed Marſos ſimpliciter nominant. *Caſaub.*

Per Marſica gentis ſacerdotes.] Ita quoque noſter Palatinus. *Grut.*

1. *Habuit*

luptatis. [1] Habuit & in calciamentis gemmas, & quidem sculptas: quod risum omnibus movit, quasi possent sculpturæ nobilium artificum videri in gemmis quæ pedibus adhærebant. [2] Voluit uti & diademate gemmato, quia pulchrior fieret, & magis ad feminarum vultum aptus; quo & usus est domi. [3] Fertur & promisisse phœnicem convivis, [4] vel pro ea libras auri mille, [5] ut in prætorio eas dimitteret. [6] Marinæ aquæ colymbos exhibuit, in mediterraneis locis maximè [7] eosdem & singulis amicis natantibus dimisit, [8] & iterum piscibus implevit. [9] Montem nivium in vi-

1. *Habuit in calciamentis gemmas & quidem sculptas.*] P. *scalptas*, & ipsum post: *scalpturæ*. ut supra: *argentea vasa scalpta*. Salmas.

2. *Voluit ut & diademate gemmato.*] Quod primus post Julium tentavit Caligula. *Casaub.*

Voluit uti & diademate gemmato, quia pulcrior fieret.] Legendum: *qui pulcrior fieret, & magis ad fœminarum vultum aptus.* Salmas.

3. *Fertur & promisisse phœnicem convivis suis.*] Mira hallucinatio doctissimi viri, qui scribit hoc sensum lectionis hujus esse; promisisse Alagabalum singulis convivis phœnicem daturum, vel si liberos vellent dimittere, auri libras mille. sed vitio lectionis quæ sequitur, in errorem incidit, quæ habet: *ut in prætorio eas demitteret.* omnino scribendum: *ut in prætorio eum dimitteret.* in prætoriis & villis elegantiorum hominum phasiani, gallinæ rusticæ, meleagrides, psittaci, merulæ albæ, & aves aliæ id genus raræ & inusitatæ, non solum ad gulam & culinam habebantur, sed etiam ad voluptatem & ornamentum villæ. cum igitur Alagabalus convivis suis promisisset se phœnicem exhibiturum, quoniam rara avis est, utpote quæ sit unica, ut eum redimeret ac dimitteret in prætorio suo, pro eodem auri libras mille se daturum pollicitus est. *prætorium*, est villa urbana. *Idem.*

4. *Vel pro ea libras auri, &c.*] Constanter *ea*, non *eo* omnes libri. & statim *eas*. Casaub.

Vel pro eâ libras auri mille.] Sic quoque Palatin. *Grut.*

5. *Ut in prætorio eas dimitteret.*] Scribe, *ut imperatori eas dimitterent.* si quis ea verecundia erga principem futurus esset, ut phœnicem nollet accipere, tanquam donum fortuna privati hominis majus, propter raritatem, ei spondebat Alagabalus se daturum auri libras CIↃ. *Casaub.*

Ut in prætorio eos dimitteret.] Pal. *eos demitteret*, non posse hæc accipi de Phœnice, inde liquet, quod eam velint fabulæ avem unicam. *Grut.*

6. *Marinæ aquæ colymbos exhibuit.*] *Colymbus*, κόλυμβος· nam ita Græcis natatio. κόλυμβος pro κολύμβησις λαὶ κολυμβᾶν. hinc Latini *columbum* pro piscina vel natatione. Isidorus in Glossis: *colymbus, lacus ubi vestes mundantur. Salmas.*

7. *Eosdem & singulis amicis dimisit.*] *Eosdemque singulis amicis natantibus dimisit.* ita vetus editio. *Idem.*

8. *Et iterum piscibus implevit.*] Vult nimirum eos colymbos postquam amici natassent, iterum implesse, non sola marina aqua, sed aqua cum piscibus, ut aquam marinam & pisces simul marinos in eos colymbos induxisse intelligamus. *Idem.*

9. *Montem nivium in viridario domus.*] Palat.

in viridario domus æstate fecit advectis nivibus. Ad marè piscem nunquam comedit: in longissimis à mari locis omnia marina semper exhibuit: [1] murænarum lactibus &
24 luporum in locis mediterraneis rusticos pavit. [2] Pisces semper quasi in marina aqua cum colore suo coctos conditura veneta comedit: [3] momentarias de rosato, & rosis piscinas exhibuit, [4] & bibit cum omnibus suis [5] caldaria de nardo exhibens. Idem [6] in lucernis balsamum exhibuit. Idem mulieres nunquam iteravit, præter uxorem. Lupanaria domi amicis, clientibus & servis exhibuit. Idem [7] nunquam minùs C. H-S cœnavit, hoc est argenti libris triginta. [8] Aliquando autem tribus millibus H-S cœnavit, omni-

Palat. *in viridario.* & sic ubique scribit, *viridarium* & *viridiarium.* quomodo in pandectis Florentinis etiam scribitur. *Idem.*

1. *Murænarum lactibus & luporum.*] Meminit Suetonius in Vitellio, capite XIII. *Casaub.*

2. *Pisces semper quasi in marina aqua, &c.*] His verbis singulare quoddam artificium denotatur eorum cocorum, qui Alagabalo ministrabant: pisces enim ita parasse, ut non alio colore mensis inferrentur, quam quo essent vivi, cum in aquis maris versarentur, atque hanc vocat Lampridius condituram venetam. *Idem.*

3. *Momentarias de rosato & rosis piscinas exhibuit.*] Sic membranæ. *Idem.*

4. *Et bibit cum omnibus suis.*] Paullo ante, *ipse cum populo bibit in piscina.* Idem.

5. *Caldaria de nardo exhibens.*] Cellam caldariam in balneis nardivo temperans. *Idem.*

Caldaria de nardo exhibens.] Pal. *caldarias*, pro *cellarias.* & melius, cellas enim intelligimus. *Salmas.*

Caldaria de nardo.] Palatin. quoque *caldarias.* ut subintelligat *cellas.* Gruterus.

6. *In lucernis balsamum exhibuit.*] Olenum balsaminum, rem rarissimam jam tum, & carissimam. *Casaub.*

7. *Nunquam minùs* C. H. S. *cœnavit, &c.*] Ex emendatione Budæi, scribendum, *arg. libris* CCL. tot enim efficiunt HS. centum millia. quo modo illa sunt accipienda. C. HS. id est, centum sestertiûm, nempe millibus. nummis sestertiis libram argenti quadringenis solitam æstimari notum est. Non displicet eorum sententia, qui putant Lampridium peculiari quadam ratione, & minùs accurato calculo, ut fit in talibus, *trecentas* scripsisse, non ducentas quinquaginta. sive notis designes, sive literis perscribas, facilis & frequens depravatio duorum numerorum XXX. & CCC. *Idem.*

8. *Aliquando tribus millibus HS. cœnavit.*] Aperte mendosa lectio. nam tria millia sestertium hoc loco sunt tria sestertia. hoc est autem, quales erant Romani tunc temporis triginta. quæ summa nimis tenuis, nec ullo modo potest huic loco convenire. legendum igitur: *trecentis millibus sistertium*, non *tribus millibus.* Alagabalus nunquam minus centum millibus sestertium cœnavit, aliquando autem trecentis millibus cœnabat, supputatis omnibus, quæ in cœnam impensa essent. & hoc verum est. *Salmas.*

Aliquando autem tribus millibus HS. *cœnavit.*] Mendosum esse numerum istum & præcedentia & subsequentia, si attendimus, palàm faciunt. ex ante-

omnibus supputatis quæ impendit. Cœnas vero & Vitellii & Apicii vicit. [1] Pisces ex vivariis suis bubus traxit: per macellum transiens mendicitatem publicam flevit. [2] Parasitos [3] ad rotam aquariam ligabat, [4] & cum vertigine sub aquas mittebat, rursusque in summum revolvebat: eosque *Ixionios amicos* vocavit. Stravit & saxis Lacedæmoniis ac Porphyreticis plateas in Palatio: quas *Antoninianas* vocavit: quæ saxa usque ad nostram memoriam manserunt, sed nuper eruta & execta sunt. Constituerat & columnam unam dare ingentem, [5] ad quam ascenderetur intrinsecus, ita ut in summo Heliogabalum deum collocaret: sed tantum saxum non invenit, quum id de Thebaide afferre cogitaret. Ebrios amicos plerunque claudebat, & subitò nocte leones, & leopardos, & ursos exarmatos immittebat, ita ut expergefacti in cubiculo eodem, leones, ursos, pardos, cum luce, vel quod est gravius, nocte invenirent, ex quo plerique exanimati sunt. Multis vilioribus amicis [6] folles pro accubitis sternebat, eosque reflabat prandentibus illis, ita ut plerunque subitò sub mensis invenirentur prandentes. [7] Primus denique invenit [1] sigma

antecedentibus colligimus, desiderari hic numerum, qui c. sestertium millia superet: sed certo modo & ut non nimis exorbitet, quod iste facit. nam cùm efficiant c. HS. millia aureos nostros, ex Budæi æstimatione, bis mille quingentos, tria hæc millia majorum sestertiùm, vel quod idem est, tricies HS. minorum efficient millia septuaginta quinque aureorum: quod & fidem omnem superat, & superiori summæ nullo modo quadrat. minùs verò iis quæ sequuntur. *Casaub.*

1. *Pisces ex vivariis suis bubus traxit.*] Boum pro telo trahi solebant è mari plena piscium retia, aut grandiora cete. *Idem.*

Pisces ex vivariis suis.] Palat. *pisces servivariis suis.* corruptissime, pro *pisces è vivariis suis.* Salmas.

2. *Parasitos ad rotam aquariam ligabat & cum vertigine sub aquas mittebat.*] Rotarum aquariarum mentio apud Vitruvium & alios. *Idem.*

3. *Ad rotam aquariam.*] Rotarum aquariarum sive aquilegarum, mentio apud Vitruvium. *Casaub.*

4. *Et cum vertigine, &c.*] Exemplum est à rotatione petauristarum. *Idem.*

5. *Ad quam ascenderetur intrinsecus.*] Ut in columna Trajani, & aliis cochlidibus columnis. *Idem.*

6. *Folles pro accubitis sternebat.*] Fit hodieque & nos vidimus in Helvetia, ut pulvilli qui sedentibus subjiciuntur, non tomento aut pluma inferciantur, sed vento inflentur: qui si non distenduntur nimis, mollissimam sessionem præbent. *Idem.*

7. *Primus denique invenit sigma in terra sternere.*] *Simma* scriptum est in Codice Pal. vetus editio *symma.* Salmas.

1. *Sigma*

[1] figma in terra sternere, non in lectulis, [2] ut à pedibus utres per pueros ad reflandum spiritum solverentur. [3] Mimicis adulteris ea quæ solent simulatò fieri, [4] effici ad verum jussit. [5] Meretrices à lenonibus cunctis redemit sæpe, & manumisit. Quum inter fabulas privatas sermo esset ortus quanti hernioſi esse possent in urbe Roma, jussit omnes notari, eosque ad balneas suas exhibere, & cum iisdem lavit, nonnullis etiam honestis. [6] Gladiatores ante convivium pugnantes sibi frequenter exhibuit. [7] Stravit sibi triclinium in summo lusorio. [8] Et dum pranderet, noxios & venationes sibi exhibuit. Parasitis in secunda mensa [9] sæpe ceream cœnam, [*] sæpe eburneam, aliquando fictilem,

1. *Sigma in terra sternere, non in lectulis.*] Aliquando non undique ad mensam convivæ accumbebant, se ab altera tantum parte: cùm quidem sedentes convivæ, lunatæ figuræ, vel hemicycli speciem exhibebant. & cœnationes hujus generis hemicyclia, & accubita ita strata Sigmata dixerunt, à Græcæ literæ similitudine. observa loquendi genus, *sternere sigma in lectis*, vel *in terra*, pro accubita sternere literam C. referentia. *Casaub.*

2. *Ut à pedibus utres per pueros, &c.*] Legebam, *ut utres pueros à pedibus refl. sp. solv.* & verum quidem est, istos qui utres solvebant, fuisse pueros à pedibus, qui de more ponè convivantes, vel ad pedes eorum stabant. sed nihil mutandum: nam pedes quorum hic mentio, sunt utrium pedes, qua implentur vel deplentur utres. Latini os, luram, amicinum, & pedem aut pediculum dixerunt: Græci similiter, στόμα ἀσκοῦ, & πόδα, sive ποδῶνα. *Idem.*

3. *Mimicis adulteris.*] *Adulteriis*, in Palatino. *adulteria* sunt adulteri: ut *matrimonia* & *conjugia* pro conjugibus: *regna* pro regibus, &c. *Salmas.*

4. *Effici ad verum jussit.*] Similis crudelitatis exempla in Commodo sunt notata: ut raphanus eos intraret, vel mugil, & his similia. *Casaub.*

5. *Meretrices à lenonibus redemit sæpe & manumisit.*] Lege: *meretrices à lenonibus cunctas redemit sæpe, & manumisit.* ita Pal. *Salmas.*

6. *Gladiatores ante convivium pugnantes.*] Hi sunt qui gladiatores cubiculariі dicuntur in Commodo. Lege, *Gl. à c pugnantes, & pyctas sibi fr. ex.* sic sæpe gladiatoribus jungi pyctas sive pyctomachos, sciunt qui non versantur hospites in literis. *Casaub.*

7. *Stravit sibi triclinium in summo lusorio.*] *Lusorium* de amphitheatro. vetus Juvenalis interpres, Albanam aream, *Cæsaris lusorium* interpretatur. ubi *lusorium* est amphitheatrum, ut hoc loco. *ludus* item de amphitheatro. nam falluntur qui ludum putant de exercitatione tantum dici. nam & de loco dicitur, & de pugna. *Salmas.*

Stravit sibi in triclinium in summo lusorio.] Ludorum sedes lusoria dixerunt. *Casaub.*

8. *Et dum pranderet.*] Si cum præcedentibus hæc velis connectere, mutata distinctione ante *& dum* scribendum in fine periodi, *& venationes ibi exhibuit.* nempe in lusorio, ubi triclinium sibi straverat. *Idem.*

9. *Sæpe cœnam ceream.*] Sic olim Ptolemæus Sphæro philosopho, ut illi veternum excuteret disciplinæ Stoicorum, qui sapientem falsa opinaturum negabant, in secunda mensa ceream

lem, [1] nonnunquam vel marmoream vel lapideam exhibuit: ita ut omnia illis exhiberentur videnda de diversa materia, quæ ipse cœnabat quum tantùm biberent per singula fercula, & manus, quasi comedissent, lavarent. [2] Primus Romanorum holoserica veste usus fertur, [3] quum 26
jam subserica in usu essent. Linteamen lotum nunquam attigit, mendicos dicens qui linteis lotis uterentur. Dalmaticatus in publico post cœnam sæpe visus est, Gurgitem Fabium & Scipionem se appellans, [4] quòd cum ea veste esset [5] cum qua [6] Fabius Cornelius [7] à parentibus [8] ad corrigendos mores adolescentis in publicum essent producti. Omnes de Circo, de theatro, [9] de stadio, [10] & omnibus locis, & balneis meretrices collegit in ædes publicas, & apud eas concionem habuit quasi militarem, dicens eas *commilitones*: disputavitque de generibus schematum & voluptatum. Adhibuit in tali concione postea lenones, exoletos undique collectos, & luxuriosissimos puerulos & juvenes. Et quum ad meretrices muliebri ornatu processisset,

ream cœnam apposuit. κυρίνας nempe ἰσοὺς, ut refert Lærtius libro septimo. *Idem.*

* *Sæpe eburneam.*] Adde, interdum & pictam. *Idem.*

1. *Nonnunquam vel marmoream.*] *Nonnunquam etiam vel marmoream.* Salmasius.

2. *Primus Romanorum holoserica veste usus fertur.*] Viri antè non usi: at fœminæ pridem usæ. postea etiam viris receptæ; sed non sine censura gravium. *Casaub.*

3. *Cùm jam subserica in usu essent.*] De veste subserica vide ad Claudium Trebellii Pollionis. *Idem.*

Quum jam subserica in usu essent.] *Cum jam subserica in usu essent.* Subsericæ scilicet vestes. ita Palatin. *Salmasius.*

4. *Quod cum ea veste esset cum qua Fabius Cornelius, &c.*] Scribe totum hunc locum sic: *quod cum ea veste esset cum qua Fabius & Cornelius à parentibus ad corrigendos mores adolescentes essent producti.* Idem.

5. *Cum qua Fabius Cornelius.*] Scribe, *Fabius & Cornelius.* de Fabii Gurgitis luxu Macrobius libro secundo Saturnaliorum, capite nono. *Casaub.*

6. *Fabius & Cornelius.*] Ita expresse Palat. noster. vulgatis prius aberat copula &, omninò necessaria. *Grut.*

7. *A parentibus, ad corrigendos mores, adolescentes in publicum essent producti.*] Sic scripsi, sic distinxi, sequutus fidem membranarum Palatinarum. *Idem.*

8. *Ad corrigendos mores adolescentis, &c.*] Scribendum, *adolescentiæ*, vel *adolescentium.* de duobus enim loquitur. *Casaub.*

9. *De stadio & omnibus locis.*] Omnibus urbis locis, in quibus meretrices mercem suam exponunt, & venalem habent. *Salmas.*

10. *Et omnibus locis.*] Omnibus locis ædilem metuentibus: qui Romæ erant multi. *Casaub.*

fisset, [1] papilla ejecta [2] exoletos habitu puerorum qui prostituuntur, post concionem pronuntiavit his quasi militibus ternos aureos donativum. Petiitque ab his ut à diis peterent ut alios haberet ipsis commendandos. Jocabatur sanè ita cum servis ut eos juberet millena pondo sibi aranearum deferre proposito præmio, collegissequeque dicitur decem millia pondo aranearum, dicens, & hinc intelligendum quàm magna esset Roma. [3] Mittebat parasitis [4] per cellarios salaria annua vasa cum ranis & scorpiis, & cum serpentibus, & hujusmodi monstris. [5] Claudebat in ejuscemodi vasis infinitum muscarum, [6] *apes mansuetas* eas
27 appellans. Quadrigas circensium in tricliniis & in porticibus sibi semper exhibuit pransitans & cœnitans, [7] convivas senes agitare cogens, [8] nonnullos honoratos jam imperatori.

1. *Papilla ejecta.*] Eleganter *ejicere papillam*, pro exerere & nudare. *Idem.*

Papilla ejecta exoletos habitu puerorum.] Distingue & lege: *& quum ad meretrices multebri ornatu processisset papilla ejecta, ad exoletos habitu puerorum qui prostituuntur.* Salmas.

Papilla ejecta exoletos habitu.] Videtur requiri præpositio, *papillâ ejectâ ad exoletos, &c.* Grut.

2. *Exoletos, habitu puerorum qui prostituuntur.*] Pone voculam *&*, ante *exoletos.* nam duplex hic Alagabali processio: ad meretrices papilla ejecta; ad exoletos, habitu puerorum meritorioxum. *Casaub.*

3. *Mittebat parasitis per cellarios salaria annua.*] Pal. *mittebat parasitis procellarios salaris annua.* princeps editio, *porcellarios.* an scribendum: *mittebat parasitis pro cellario salarii annua vasa cum ranis & scorpiis, &c. cellarium* est quod ex cella penuaria depromitur. præter annonas, quo nomine panis vel frumentum proprie intelligebatur, ministris castrensibus, parasitis, & reliquis domesticis Palatinæ domus etiam sal, vinum, oleum, caro bubula, lardum & ceteræ species quæ ex cellario depromuntur deferri solebant, hoc est quod hoc loco vocat, *salarii cellarium.* pro cellario igitur salarii mittebat Heliogabalus parasitis suis quotannis vasa plena serpentibus, scorpiis & ejusmodi monstris. *Salmas.*

4. *Per cellarios.*] Hoc est, cum annona quam dividebant cellarii. *Casaubonus.*

5. *Claudebat in ejusmodi vasis.*] Pal. *in cujusmodi.* pro *in hujusmodi.* Salmasius.

6. *Apes mansuetas.*] Nam apes inter fera animalia censentur etiam à juris conditoribus. *Casaub.*

7. *Convivas senes agitare cogens nonnullos honoratos jam imperatori.*] Idem liber: *jam imperator.* quod verum est, modo ita distinguas: *convivas senes agitare cogens, nonnullos honoratos. jam imperator jubebat sibi & decem millia murium exhiberi, mille muscetas, mille forices.* non enim omnia quæ heic narrantur Alagabalus fecit, sed aliqua etiam eorum cum privatus esset, admisit. *Salmas.*

8. *Nonnullos honoratos jam imperatori.*] Suspecta mihi illa, *jam imperatori*, quæ si absint non desiderem. *Casaub.*

Nonnullos honoratos jam Imperatori.] Retinet & hanc scripturam Palatinus. *Grut.*

1. *Dul-*

peratori. jubebat sibi & decem millia murium exhiberi, mille mustellas, mille sorices. [1] Dulciarios & lactarios tales habuit ut quæcunque coqui de diversis edulibus exhibuissent, vel structores vel pomarii, [2] illi [3] modò de dulciis, modò de lactariis exhiberent. Exhibuit parasitis cœnas & de vitreis, & nonnunquam [4] tot picta mantilia in mensam mittebat his edulibus picta quæ apponerentur, quot missus esset habiturus, [5] ita ut de acu aut de textili pictura exhiberentur. Nonnunquam tamen & tabulæ illis pictæ exhibebantur, ita ut quasi omnia illis exhiberentur, & tamen fame macerarentur. Miscuit gemmas pomis ac floribus; jecit & per fenestram cibos totidem quot exhibuit amicis. Jusserat & canonem P. R unius anni meretricibus, lenonibus, exoletis intramuranis dari, extramuranis alio promisso, quum eo tempore juxta provisionem Severi & Trajani septem annorum canon frumentarius Romæ esset. Canes quaternos ingentes junxit ad currum, 28
& sic est vectatus intra domum regiam: idque privatus in agris suis fecit. Processit in publicum & quatuor cervis cunctis ingentibus. Junxit sibi & leones, Matrem magnam se appellans. Junxit & tigres, Liberum sese vocans, eodemque habitu agens quo dii pinguntur quos imitabatur [6] Ægyptios draconculos Romæ habuit [7] quos illi *agathodæmonas* vocant. Habuit & hippopotamos & crocodilum & rhinocerotem, & omnia Ægyptia quæ per naturam sui exhiberi poterant. [8] Struthiones & camelos exhibuit

1. *Dulciarios & lactarios.*] *Dulciarii* qui dulcia: *lactarii* qui lactaria faciunt. unde & *lactarium opus.* Salmas.

2. *Illi modò de dulciis.*] Scrib. *de dulcibus.* Casaub.

3. *Modò de dulciis, modò de lactariis.*] Ita quoque Palatinus hoc loco & infra cap. 32 *Grut.*

4. *Tot picta mantilia.*] *Mantelia*, & ita fere semper scriptum in libris offendi. *Salmas.*

5. *Ita ut quasi omnia illis exhiberentur.*] Scribes, *ita ut quasi vera omnia illis exhiberentur.* nisi malis cum Petro Fabro, pro *omnia*, scribere *opsonia.* Casaubonus.

6. *Ægyptios draconculos Romæ habuit.*] Nam & dracones delitiarum caussa, aut superstitionis domi alebant. *Idem.*

7. *Quos illi agathodæmonas vocant.*] Non Ægyptii, sed Phœnices ita vocarunt, qui divini aliquid attribuunt draconum & serpentium naturæ. *dem.*

8. *Struthiones & camelos exhibuit in*

buit in cœnis aliquoties, [1] dicens præceptum Judæis ut ederent. Illud sanè mirum videtur quod dicitur ab eo factum, ut de croco sigma straverit, quum summos viros rogasset ad prandium, pro eorum dignitate dicens se fœnum exhibere. [2] Trajecit & dierum actus noctibus & nocturnos diebus, [3] æstimans hoc inter instrumenta luxuriæ, [4] ita ut serò de somno surgeret & salutari inciperet, manè autem dormire inceptaret. [5] Amicis quotidie, nec quenquam facilè indonatum relinquebat, nisi quem frugi
29 quasi perditum reperisset. Habuit gemmata vehicula & aurata, contemptis argentatis & eboratis & æratis. Junxit & quaternas mulieres pulcherrimas, [6] & binas ad papillam, vel ternas & amplius, & sic vectatus est: sed plerumque nudus quum illum nudæ traherent. Habuit & hanc consuetudinem ut octo calvos rogaret ad cœnam, item octo luscos, [7] & item octo podagrosos, octo surdos, octo nigros, octo longos, [8] & octo pingues, * quum capi non

cœnis aliquoties.] Legendum omnino est ut habet Pal. *struthocamelos.* Salmas.

Struthocamelos exhibuit.] Haud refugi repræsentare lectionem codicis Palatini. qui sic unica dictione, non ut restat in vulgatis, *Struthiones & Camelos.* Gruterus.

1. *Dicens præceptum Judæis ut ederent.*] Falsum est quod affirmat hic Alagabalus: nam disertè utriusque animalis esus Judæis interdictus lege Mosaïca. *Casaub.*

2. *Trajecit & dierum actus noctibus.*] Scribendum: *transigit, & dierum actus noctibus.* Salmas.

3. *Existimans hoc inter instrumenta luxuriæ.*] Ea multorum jam olim sententia. Tacitus Annalium lib. XVI. *C. Petronio dies per somnum, nox officiis & oblectamentis vitæ transigebatur.* Casaub.

4. *Ita ut sero de somno surgeret.*] *Sero*, id est vesperi. ὀψὲ τῆς ἡμέρας. *Salmasius.*

5. *Amicis quotidie, nec quenquam facilè.*] Deest aliquid, scribendum, *admicis quotidie aliquid dabat: nec quenquam.* Casaub.

Amicis quotidie nec quenquam facilè indonatum relinquebat.] Expleveris sententiam præposita vocula: *Ex amicis quotidie, &c.* Grut.

6. *Et binas ad papillam.*] Palat. *ad pampillum.* Idem.

7. *Et item octo podagrosos.*] Palat. *podagros.* ita scribendum. podager enim Latinis dicitur qui podagra laborat. Græce, ποδαγρός. *Salmas.*

8. *Et octo pingues cum capi non possent nisi figmate.*] De figmate, quid esset, satis in superioribus, abundeque diximus. erat enim stibadium vel accubitum forma lunata vel semicirculari. Græci ἡμικύκλιον dixere: Latini Hemicyclium. aliter enim σῆγμα vel σιγάδιον ἑξάκλινον. aliter οἰκος ἑξάκλινος dicitur. nam οἶκος vel exnatio τρίκλινος, & δεκάκλινος à numero lectorum vel sigmatum dicitur: sigma vero hexaclinum & octaclinum à numero

non possent uno sigmate, ut de his omnibus risus citaret. Donavit & argentum omne convivis quod habuit in convivio, & omnem apparatum poculorum, idque sæpiùs. [1] Hydrogarum Romanorum ducum primus publicè exhibuit, [2] quum antea militaris mensa esset, quam postea statim Alexander reddidit. [3] Proponebat præterea his quasi themata, ut jura nova dapibus condiendis invenirent: cujus placuisset commentum, ei dabat maximum præmium, ita ut sericam vestem donaret, quæ tunc & in raritate videbatur, & in honore. [4] Si aliquis autem displicuisset, jubebat ut semper id comesset, quamdiu tamen melius inveniisset. Semper sanè aut inter flores sedit, aut inter odores pretiosos. Amabat sibi pretia majora dici earum rerum quæ mensæ parabantur, [5] orexin convivio hanc esse asserens. [6] Pinxit se ut cupediarium, * ut † seplasiarium, ut popi-

numero accubantium quos capere poterat. *Idem.*

Et octo pingues cum capi non possent uno sigmate.] Perperam de singulis ogdoadibus capit vir doctissimus. octo enim capiebat sigma, ut scimus testimonio Martialis, sed de ogdoade pinguium tantum intelligendum est plus enim loci occupant octo pingues, quam decem communis habitudinis homines. non mirum igitur, si, cum octo pingues adhiberet, capi non poterant uno sigmate, & hoc faciebat ridiculi gratia. *Idem.*

* *Cùm capi non possent uno sigmate.*] Singulæ nempe ogdoades: nam septenos capiebant sigmata, non octonos. Martialis:

Septem sigma capit.

Casaub.

1. *Hydrogarum Romanorum ducum primus publicè exhibuit.*] Gari, sive liquaminis multiplex in usu fuit compositio: quod nomina declarant hydrogari, elæogari, œnogari, oxygari, &c. inter veterum cupedias hæc fuisse sciunt omnes, qui Græcos & Romanos scriptores non ignorant. Ait autem Lampridius, *Rom. ducum*: quia non soli principes populum Ro. epulis exceperunt: sed & libera Rep. imperatores & bellorum duces postquam triumphassent. *Idem.*

2. *Cùm antea militaris mensa esset.*] parca & castrensibus tantùm cibis instructa. *Idem.*

3. *Proponebat præterea his quasi themata.*] Habes similia de regibus Persarum apud Xenophontem, Athenæum, alios. *Idem.*

4. *Si aliquis autem displicuisset.*] Scribendum: *si jus autem displicuisset, jubebat ut semper id comesset, quamdiu tamen melius inveniisset.* Salmas.

5. *Orexin convivio hanc esse asserens.*] Juvenalis satyra XI.

Interea gustus elementa per omnia quærunt, &c.

Hinc illa Senecæ querela, delicatis divitibusque nihil placere nisi earum. *Casaub.*

6. *Pinxit se ut cupediarium.*] Pal. & vet. edit. *coppedmarium.* lege: *cuppedinarium.* Terentius: *cuppedinarii, coqui.* ita dicti à foro Cuppedinis. mirum est Varronem ignorasse *cuppedinem* veteri-

popinarium, ut tabernarium, ut lenonem, [1] idque totum domi semper exercuit. [2] Sexcentorum struthionum capita [3] una cœna multis exhibuit ad edenda cerebella. Exhibuit aliquando & tale convivium ut haberet [4] viginti & duo fercula ingentium epularum, sed per singula lavarent, & mulieribus uterentur & ipse & amici, cum jurejurando quòd efficerent voluptatem. Celebravit item tale convivium ut apud amicos singulos singuli missus apparārentur, & quum alter maneret in Capitolio, alter in Palatio, alter super Aggerem, alter in Cælio, alter trans Tiberim, & ut quisque mansisset, tamen per ordinem in eorum domibus singula fercula ederentur, ireturque ad omnium domos: sic unum convivium vix toto die finitum est, quum & lavarent per singula fercula, & mulieribus uterentur. Sybariticum missum semper exhibuit ex oleo & garo: [5] quem quo anno Sybaritæ repererunt, perierunt. Dicitur & balneas feciſſe multis locis ac semel laviſſe, atque statim destruxiſſe, ne ex usu balneas haberet. Hoc [6] idem de domibus, de prætoriis, [7] de zetis feciſſe dicitur.

[1] Sed

bus Latinis idem esse quod cupidinem. Lucretius multis locis cuppedinem pro cupidine dixit. lib. v. Lib. iv.

Tam magis ardescit dira cuppedine pectus. Sic Cicero *cuppedium* pro cupiditate dixit: *cuppedit* & *cuppedo* est λιχνεία. hinc *forum cuppedinis*, est forum λιχνείας. & *cuppediosus*, ὁ λιχνός. *cuppedinarii*, qui res cuppedinis vendunt. *Salmas.*

* *Ut siplasiarium.*] Μυρεψικὸς: Græcè. *Casaub.*

† *Siplasiarium.*] Glossæ: *siplasiarius.* σιπλασιάριος. recte. nam sic vocabatur qui pigmenta, tura, odores, pharmaca & id genus, varias minutasque merces quæcumque pictoribus, tinctoribus & unguentariis conducerent, vendebat. Græci μυροπώλιον dicunt. *Salmas.*

1. *Idque totum domi exercuit.*] *Totum*, ut ante monebamus, pro omnia. id est, omnes illas artes. *Casaub.*

2. *Sexcentorum struthionum capita unâ cœnâ multis mensis exhibuit.*] Adjeci verbum *mensis*, auctoritate duorum codicum librariæ Palatinæ, quo ipso probè quiescunt aliorum conjectanea. *Grutterus.*

3. *Una cœna multis exhibuit.*] *Sexcentorum struthionum capita una cœna multis cœnis exhibuit.* Salmas.

4. *Viginti & duo fercula ingentium epularum.*] Hæc fercula per literas erant distincta. *Casaub.*

5. *Quem quo anno Sybaritæ repererunt, perierunt.*] *Et Perjecerunt.* Pal. lege: *& perierunt.* Salmas.

6. *Idem de zetis quoque feciſſe dicitur.*] Zetæ, ut omnes jam sciunt, sunt dietæ, id est parvæ cœnationes. sic enim scribebant *zetas* non *zatas*: & *dietas* non *diætas*. Idem.

7. *De zetis.*] Erat scribendum *zatis*. nam zeta est diæta. *Casaub.*

[1] Sed

[1]Sed & hæc nonnulla fidem transeuntia, credo esse ficta ab iis qui in gratiam Alexandri Heliogabalum deformare voluerunt. Fertur & meretricem notissimam & pulcher- 31
rimam redemisse C. H-S. eamque intactam, velut virginem coluisse. Huic eidem privato quum quidam diceret, *Non times pauper fieri?* dixisse dicitur, *Quid melius quàm ut ipse mihi heres sim & uxori meæ?* Habuerat præterea facultates, [2]à multis dimissas gratia patris. Idem filios se nolle dicebat, ne quis ei frugi contingeret. [3]Odores Indicos sine carbonibus ad vaporandas zetas jubebat incendi. Iter privatus nunquam minùs sexaginta vehiculis fecit, avia sua Varia reclamante quòd omnia perditurus esset. Imperator verò etiam sexcenta vehicula dicitur duxisse, asserens decem millibus camelorum Persarum regem iter facere, [4]& [5]Neronem quingentis carrucis iter iniisse. Causa vehiculorum erat lenonum, lenarum, meretricum, exoletorum, subactorum etiam bene vasatorum multitudo. In balneis semper cum mulieribus fuit, ita ut eas ipse psilothro curaret; [6]ipse quoque barbam psilothro accurans: [7]quodque pudendum dictu est, [*]eodem quo mulieres accura-

1. *Sed & hæc nonnulla fidem transeuntia.*] Scrib. *Sed & hæc, & nonnulla alia fidem transeuntia.* Idem.

2. *A multis dimissis gratia patris.*] *Dimittere* novè pro relinquere testamento vel donare. *Idem.*

3. *Odores Indicos sine carbonibus ad vaporandas, &c.*] Cœnationes suas antiqui velis ac specularibus muniebant, & igne multo hiemem domabant. ignis autem hic fuit ἀνθρακιαῖς, & prunarum quas in foculis vel batillis inferebant cœnationibus. At hic ganeo loco carbonum thus, cinnamomum, casiam, costum, & alia adorata jubebat accendi *vaporare*, pro calefacere priscæ Latinitatis verbum est. *Idem.*

4. *Et Neronem quingentis carrucis.*] Fabula isthæc ei profectò narrata à parasitis. quare cùm legamus apud Suetonium *nunquam minus mille iter fecisse*, suspicor excidisse hic eum numerum, scriptumque *& Neronem in M. D. carrucis.* ut nocuerit loco, quoniam expressum esset illud mille nota tantum, non etiam litteris omnibus. *Grut.*

5. *Neronem quingentis carrucis iter iniisse.*] Suetonium iste non legerat: cujus sunt de Nerone verba: *nunquam carrucis minus mille fecisse iter traditur.* Cas.

6. *Ipse quoque barbam psilothro accurans.*] *Accurare* & *curare* proprium huic rei verbum. nam *psilothro accurare*, & *dropace curare* dicebant ἀντὶ τοῦ ἀλοιφὴν ποιεῖσθαι. *Salmas.*

7. *Quodque pudendum dictu est, eodem quo mulieres accurabatur & eadem hora.*] Nihil in eo pudendum dictu video quod eadem hora barbam psilothro accuraret, qua mulieres vellebantur. itaque legebam: *& idem ora rasit, & virilia subactoribus suis.* Idem.

curabantur, & eadem hora: rasit & virilia [1] subactoribus suis, [2] novacula manu sua, [3] qua postea barbam fecit. Scobe auri porticum stravit & argenti, dolens quòd non posset & electri: idque frequenter quacunque fecit iter pedibus usque ad equum vel carpentum, [4] ut sit hodie de auro-
32 sa harena. Calciamentum nunquam iteravit; annulos etiam negatur iterasse. Pretiosas vestes sæpe conscidit, [5] vel lanam cepit & appendit, atque ad ejus æstimationem ponderis, pisces amicis exhibuit. Naves onustas mersit in portu, magnanimitatis hoc esse dicens. Onus ventris auro excepit: [6] in myrrhinis & onychinis minxit. Idem dixisse fertur, *Si habuero heredem, dabo illi tutorem qui illum hæc facere cogat quæ ipse feci facturusque sum.* Habuit etiam istam consuetudinem ut cœnas sibi exhiberet tales: una die

* *Eodem quo mulieres accurabantur, &c.*] Lego, *eodem quo mulieres accurabantur loco, & eadem hora.* Casaub.

Eodem quo mulieres accurabantur.] Locus meis oculis ipteger neque vult usum Heliogabalum psilothro sumpto ex eodem vasculo quo pilabantur mulieres; sed, illud ipsum psilothrum quo usæ fuerant mulieres, adhibuisse sibi deinde Imperatorem, quod sanè pudendum visu dictuque. *Grut.*

1. *Subactoribus suis, novaculâ, manu suâ, quâ postea, &c.*] Pal. *suis ad novaculum manu sua, &c.* rectè, dummodò fiat, *novaclam.* quamvis posset quoque solerari alterum. *Idem.*

2. *Novacula manu sua.*] Pal. *ad novaculum manu sua. radere ad novaculum* pro *novacula*, sic dictum ut *ad fellam pervenire* supra. *Novaculum* autem pro novacula dixisse veteres ne dubium quidem est nam *novaculum* secundum rationem magis factum est. à verbo novare *novaculum*: ut à gubernare, *gubernaculum*: à cœnare *cœnaculum*. *Novare barbam* autem veteres dicebant pro radere & lævigare. sic *membra novare lympha*, pro extergere & nitidare & quasi nova facere. Hinc *barbam novare*, est expolire, & quasi novam facere. hinc *novaculum* instrumentum quo barba novatur & raditur, & cutis expolitur. *Salmas.*

Novaculum.] Sic *gubernaculum* Virgilio, & *cirtli*. sic *poculum* apud Arnobium. & alia sexcenta. *Idem.*

3. *Qua postea barbam fecit.*] *Barbam facere*, pro demere & radere. sic & capillos facere & ungues facere. veteres Glossæ: *ungues facere*, ἐξονυχίζειν. unica etiam voce *barbare* dixerunt, barbam facere. ut *flirpare*, stirpes tollere: inde *barbatores*, οἱ κερεῖς: & *barbatoria*, officinæ tonsorum. *Idem.*

4. *Ut sit hodie de aurosa harena.*] Nam quacunque pedibus iter faciebat imperator, sternebatur via aurosâ harenâ. morem hunc & sumtus impensos in eam rem fieri solitos aperit Synesius planissimè in oratione De regno. *Casaubonus.*

5. *Vel lanam cepit & appendit, &c.*] Palatinus unicâ dictione *vellanam*. vix scio quid auctor velit istis vocibus & aliquot sequentibus. *Grut.*

6. *In myrrhinis & onychinis minxit.*] Palatinus hoc cum veteri editione legunt: *& onychis*, nec dubium quin *onycha*, auctor dixerit pro *onychina*. sic *aurum* pro aureo, & *fagum* pro *fagino* dixerunt. *Salmas.*

1. Nova-

die [1] nonnisi de fasianis tantùm ederet, omnesque missus sola fasianorum carne strueret, item alia die de pullis, alia de pisce illo, & item illo, [2] alia de porcis, alia de struthionibus, alia de holeribus, alia de pomis, [3] alia de dulciis, alia de opere lactario. Sæpe amicos suos cum Æthiopibus aniculis inclusit nocturnis mansionibus, & usque ad lucem detinuit, quum pulcherrimas his diceret apparatas. Fecit hoc idem etiam de pueris: [4] & tunc, utpote ante Philippum, licebat. Ridebat autem sic nonnunquam ut publicè in theatro solus audiretur: ipse cantavit, saltavit, [5] ad tibias dixit, tuba cecinit, [6] pandurizavit, [7] organo modu-

1. *Nonnisi de fasianis tantum ederet.*] Idem liber: *nonnisi fasianis totum ederet.* id est non ederet nisi totum de fasianis. loquutio illorum temporum & auctorum. *Idem.*

2. *Alia de porcis.*] Dubito: nam porcis abstinuisse auctor est Herodianus: χοίρων ἀπείχετο, Φοινίκων νόμῳ. *Casaub.*

3. *Alia de dulciis.*] Cave assentiaris doctissimo Casaubono corrigenti, *de dulcibus.* nam *de dulciis* verum est. *hoc dulcium*, & *hæc dulcia* dixere placentas vel liba. Glossæ: *dulcium*, πλακοῦς. hinc *dulciarii* qui placentas vel dulcia conficiunt. Glossæ: πλακουντόφεοι, dulciarii, placentarii. vetus interpres Juvenalis, mustacea dulcia interpretatur. Græci γλυκουντόφους dixerunt. atque inde vox vetus Latinorum *lucuntes*, pro dulcio, vel placenta. *Salmas.*

4. *Et tunc utpote ante Philippum licebat.*] Scribe ex Pal. *& tunc, ante Philippum utpote, licebat.* sic enim loquuntur auctores isti. *Idem.*

5. *Ad tibias dixit.*] πρὸς αὐλὸν ᾆσαι εἶπε. nisi *dicere* usurpavit pro canere. *Casaub.*

Ad tibias dixit.] Heic *dicere* non est, ᾆσαι εἰπεῖν. sed simpliciter, ad *tibias dicere*, est *tibiis canere.* sic Græci πρὸς αὐλὸν φθέγξασθαι dicunt, & αὐλῷ φθέγξασθαι. *Salmas.*

6. *Pandurizavit.*] Ignotum antiquis Græcis organum, aut nomen certè. nam Pollucc auctore idem est cum eo quod τρίχορδον vocabant, quòd nervis tribus constaret. At Græci Latinique grammatici aliam etymologiam commenti sunt. Vetus interpres Horatii: *à Pane & fistula & τὸ παιδίσκειον inventum celebratur*: ergo his auctoribus παίδισκος, vel παίδισκη, ita nominata, quasi παιδικὸς. panduræ Varro meminit, & post illum Græci ac Latini multi. *Casaub.*

Pandurizavit.] *Pandurium* aliter recentiores auctores accepere, aliter veteres. Panduram enim vetustiores trichordum appellarunt, & vocem ipsam acceptam tulerunt Assyriis. Isidorus inter ἐμπαδόκλα organa recensct. sciendum recentiores id *Panduram* & *Pandurium* nominasse, quod veteribus erit fistula, ex septem calamis compacta, quam sic describit Ovidius:

Fistula cui semper decrevit arundinis ordo.

Fistulam igitur ejusmodi quæ plures calamos junctos & ordine decrescentes haberet, pandurium & panduram nuncuparunt. *Salmas.*

7. *Organo modulatus est.*] Refert ad hydraulica: de quibus Vitruvius, Athenæus, alii. *Casaub.*

Organo modulatus est.] Organum hoc loco est ὑδραυλικὸν, instrumentum: & organo modulari est ὑδραυλεῖν.

modulatus est. Fertur & una die ad omnes Circi & theatri & amphitheatri, & omnium urbis locorum meretrices, [1] tectis cuculione mulionico ne agnoscerentur, ingressus, quum tamen omnibus meretricibus sine effectu libidinis aureos donaret, addens, *Nemo sciat, Antoninus hæc donat.*

33 Libidinum genera quædam invenit, ut spinthrias veterum [2] malorum vinceret: [3] & omnes apparatus Tiberii & Caligulæ & Neronis norat. Et prædictum eidem erat à sacerdotibus Syris, [4] biothanatum se futurum. Paraverat igitur [5] funes blata & serio & cocco intortos, quibus, si necesse esset, laqueo vitam finiret. Paraverat & gladios aureos quibus se occideret si aliqua vis urgeret. Paraverat & in cerauneis & hyacinthis & in smaragdis venena quibus se interimeret, siquid gravius immineret. Fecerat & altissimam turrim, [6] substratis aureis gemmatisque antè tabulis, ex qua se præcipitaret, dicens, etiam mortem suam pretiosam esse debere & ad speciem luxuriæ, ut diceretur nemo sic periisse. Sed nihil ista valuerunt. Nam (ut diximus) [7] & [*] occisus est per scurras, & per plateas tractus

ejusmodi organorum sic proprie dictorum duplex genus fuit, minus & majus. minus, ὑδραύλιον, cui folles adhiberi dicit Isidorus, quod scilicet follibus venetum conciperet, quod hodieque notum est. majus proprie ὑδραυλικὸν, quod aquarum agitatione sonum edebat. utrumque tamen hydraulicon dictum. *Salmas.*

1. *Tectis cuculione mulionico.*] Et galericulo. nam ait Dio, σκεπόμενος πίλῳ ἐφ' ἁμάξης ἐφορείτο. *Casaub.*

2. *Malorum vinceret: & omnes apparatus Tiberii & Caligulæ, & Neronis norat. Et prædictum, &c.*] Ferè est ut pronuntiem interpungendum; *vinceret, & omnes apparatus Tiberii, & Caligulæ, & Neronis. Norat, & prædictum eidem erat.* Grut.

3. *Et omnes apparatus Tiberii & Caligulæ & Neronis norat, &c.*] Scribe cum membranis, *notares. Prad.* Videtur iste malorum principum historias legisse, ut fœdissima quæque illorum flagitia notaret, & sibi ad exemplum proponeret. *Casaub.*

4. *Biothanatum se futurum.*] Vox est magicæ vanitatis, ut ostendit Tertullianus De anima, cap. LVII. vel curiositatis genethliacorum: nam dicunt Græci βιοθανασίαν. *Idem.*

5. *Funes blata & serico & cocco intortos.*] Id est, funes sericeos purpurei & coccini coloris. *Idem.*

6. *Substratis aureis gemmatisque ante tabulis.*] Vetus editio, Pal. *ante se tabulis.* Salmas.

7. *Et occisus est per scurras.*] *Scurras* vocat prætorianos milites, qui scurrarum officium sustinebant. alio nomine domestici dicebantur. Græcis οἰκεῖοι & οἰκειακοὶ scurræ igitur Spartiano sunt corpore custodes & protectores principis, qui & domestici dicebantur.

tractus est sordidissimè, per cloacas ductus, & in Tiberim submissus est. Hic finis Antoninorum nomini in rep. fuit, scientibus cunctis istum Antoninum tam vita falsum fuisse quàm nomine. Mirum fortasse cuipiam videatur, 34
Constantine venerabilis, quòd [1] hæc clades quam retuli, loco principum fuerit, & quidem propè triennio, [2] ita, ut nemo inventus fuerit qui istum à gubernaculis Romanæ majestatis abduceret, quum Neroni, Vitellio, Caligulæ, cæterisque hujusmodi nunquam tyrannicida defuerit. Sed primùm omnium ipse veniam peto quòd hæc quæ apud diversos reperi, literis tradidi, quum multa improba reticuerim, & quæ ne dici quidem sine maximo pudore possunt. Ea verò quæ dixi, prætextu verborum adhibito, quantum potui, texi. Deinde [3] illud quod clementia tua solet dicere, [4] credidisse reficiendum, *Imperatorem esse, fortunæ est.* Nam & minùs boni reges fuerunt, & pessimi. Agendum verò quod pietas tua solet dicere, *Ut sint imperio digni quos ad regendi necessitatem vis fatalis adduxerit.* Et quoniam hic ultimus Antoninorum fuit neque postea hoc nomen in Repub. loco principum frequentatum est, etiam illud addendum est, ne quis error oriatur, quum duos Gordianos narrare cœpero, patrem ac filium, qui se de Antoninorum genere dici volebant, [5] non nomen in illis primùm fuit, sed prænomen. deinde, ut plerisque in li-

bantur. posterior ætas buccellarios eosdem vocavit. *Idem.*

[a] *Occisus est per scurras.*] Certissimum est occisum Alagabalum per milites prætorianos *Casaub.*

1. *Hæc clades quam retuli.*] Ita etiam usurpatur vox *labes*, & *pestis*, more Græcorum: qui ita dicunt, ὁ φθορᾶς, ὁ λοιμός, ὁλέθρος. *Idem.*

2. *Ita ut nemo inventus fuerit.*] Pal. *ita ut nemo vir ep. tum fuerit.* forte: *ita ut nemo reperius fuerit.* vel: *nemo vir è populo tum fuerit.* Salmas

Ita ut nemo inventus fuerit qui istum à gubernaculis, &c.] Palatinus servat, *ita ut nemo vir repertum fuit, qui istum*; notatumque ad oram, *vir è P. R.* quod essent *viri è populo Romano.* lectio non omninò inepta, modò confirmaretur item aliis codicibus authenticis. *Gruterus.*

3. *Illud quod clementia tua solet dicere credidisse reficiendum.*] Lego, *credidi esse refrendum.* vel, ut Lectius, *credidi esse respirendum.* Casaub

4. *Credidisse reficiendum.*] Sic & Palatinus. sed bene conjecit Lectius noster, *credidi esse respirendum.* Grut.

5. *Non nomen in illis primum fuit, sed prænomen.*] Pal. *sed prænomen* Salmas.

35 in libris invenio, Antonii dicti sunt non Antonini. *Hæc* sunt de Heliogabalo, [1] cujus vitam me invitum & reluctantem, ex Græcis Latinisque collectam, [2] scribere ac tibi afferre voluisti, [3] quum jam aliorum antè tulerimus. Scribere autem ordiar qui post sequentur: quorum Alexander optimus, [4] & cum vera dicendus assertione, & annorum tredecim princeps: semestres alii, & vix annui & bini. Aurelianus præcipuus, & horum omnium decus, [5] autor tui generis Claudius: de quo vereor ad clementiam tuam scribens vera dicere, ne malevolis adulatus videar esse. Sed absolvar contra livorem improborum, [6] quum apud alios clarum esse perspexerim. His jungendi sunt Diocletianus, aurei parens seculi, & Maximianus (ut vulgò dicitur) ferrei, cæterique ad pietatem tuam. Te verò, Auguste venerabilis, multis paginis, iisdemque disertioribus, illi prosequentur quibus id felicior natura detulerit. His addendi sunt [7] Licinius, Severus Alexander atque Maxentius: [8] quorum omnium jus in ditionem tuam deve-

1. *Cujus vitam me invitum & reluctantem.*] Idem Pal. & editio vetus: *retrectantem*, id est recusantem, & nolentem. *Idem.*

2. *Scribere ac tibi afferre voluisti.*] Est à Palatino. alii impressi, *afferre*. Grut.

3. *Cum jam aliorum ante tulerimus.*] Scribendum unica voce: *antetulerimus*. hinc *fermè antelatus*. Salmas.

4. *Et cum verâ dicendus assertione.*] Dictio *assertione*, non exstat in Pal. nisi à manu valde recenti. forte fuit, *& cùm curâ dicendus*. Grut.

5. *Auctor tui generis Claudius.*] Constantius pater Constantini per filiam Claudii nepos fuit: nam Claudia ejus mater patrem habuit M. Aurelium Crispum Claudii fratrem. *Casaub.*

6. *Cùm apud alios clarum esse perspexerim.*] Minima mutatione scribi potest: *cùm apud alios clarum esse prospexerim*. nempe illud omne, quod de Claudio sum dicturus. sed puto verius deesse hic aliquid, & corrigendum: *cùm id tantum scribam, quod apud alios clarum esse perspexerim*. Idem.

Quum apud alios clarum esse perspexerim.] In Pal. *quum & apud alios*. forte: *quum id apud alios clarum esse perspexerim*. Salmas.

Cùm & apud alios clarum esse perspexerim.] Interposui voculam *&*, monente Palat. adeo ut omnia clara sint futura hujus loci, & præterea mutaverimus *perspexerim*, in *perspexerint*. quod & placebat optimo Casaubono. *Grut.*

7. *Licinius, Severus Alexander, Maxentius.*] Quis iste Severus Alexander? nam duo reliqui notissimi. non potest dubium esse Severum intelligi, qui à Galerio Constantii in imperio collega, Cæsar creatus atque non Severus Alexander hic dicebatur; sed Marcus Aurelius Severus. delenda igitur hic vox *Alexander*. Casaub.

8. *Quorum omnium jus in ditionem tuam devenit.*] Ait, *jus*: nec mutandum: quia etsi perierunt isti, pro tyrannis

devenit: sed ita ut nihil eorum virtuti derogetur. Non enim ego id faciam, quod plerique scriptores solent, ut de his detraham qui victi sunt, 'quum intelligam gloriæ tuæ accedere si omnia de illis quæ bona in se habuerunt, vera prædicaro.

rannis tamen habiti non sunt: qui Cæsares fuerant, & imperium habebant legitimum: secus quàm Cassius, Niger, Albinus, Macrinus & alii. *Idem.*

1. *Cùm intelligam gloriæ tuæ accedere, si omnia de illis quæ bona in se habuerint, vera prædicaro.*] Similis locus supra fine Pescennii Nigri; quem perpendimus ad illud Taciti lib. XII. Annal. c. 36. *Et Cæsar dum suum decus extollit, addidit gloriæ victo.* Grut.

ÆLII LAMPRIDII ALEXANDER SEVERUS, AD CONSTANTINUM AUG.

INTERFECTO Vario Heliogabalo (sic enim maluimus dicere quàm Antoninum: quia & nihil Antoninorum pestis illa ostendit, & hoc nomen ex annalibus senatus autoritate, erasum est ad remedium generis humani [2] AURELIUS ALEXANDER, urbe Arcena genitus, Varii filius, Variæ nepos, [3] & consobrinus ipsius Heliogabali, accepit imperium, quum antè Cæsar 1

1. ÆLII LAMPRIDII.] Liber regiæ bibliothecæ auctorem hujus vitæ facit non Ælium Lampridium, sed Ælium Spartianum. *Casaub.*

ÆLII LAMPRIDII.] Non esse Lampridii facile credimus excerptis Palatinæ Bibliothecæ, quæ Spartiano tribuunt. *Salmas.*

2. AVRELIVS ALEXANDER *urbe Arcena genitus, Varii filius, Variæ nepos, & consobrinus ipsius Heliogabali.*] Patrem Alexandri non VARIVM nominat Dio, ut Lampridius; sed Genesium Marcianum. ARCENA VRBS, inferiùs nominatur ARCA CAESAREA. Ptolemæo inter Phœnices mediterraneas urbes nominatur Ἄρκη, sive Ἄρκα. Stephanus in Urbibus: Ἄρκη, πόλις Φοινίκης, ἀπὸ τοῦ Ἄρκου κληθεῖσα. *Casaub.*

3. *Et consobrinus ipsius Heliogabali.*] Hæc constans sententia fuit multorum; at non tamen omnium. scribit infra Lampridius: *Dicit Dexippus fuisse patruum Antoninum Heliogabalum Alexandri, non uxoris sororis ejusdem filium.* ostendit his verbis Lampridius duplicem fuisse veterum traditionem de cognatione Heliogabali & Alexandri. non enim defuisse qui Alagabalum hujus patruum facerent; contrà hîc dicitur; consobrinos invicem fuisse, duarum sororum filios, Soæmidis & Mammææ, filiarum Mæsæ. Quid igitur sibi vult Lam-

Cæsar à senatu esset appellatus, mortuo scilicet Macrino, Augustumque nomen idem recepit: addito eo ut & patris patriæ nomen & jus proconsulare & tribunitiam potestatem, & jus quintæ relationis, deferente senatu, uno die assumeret. Et ne præceps [1] ista honorum continuatio videatur, exponam causas quibus id & senatus coactus est facere [2] & ille perpeti. Non enim aut gravitati senatus congruebat omnia simul deferre, aut bono principi raptum ire tot simul dignitates. Milites jam insueverant sibi imperatores & tumultuario judicio facere, & item facilè mutare, [3] afferentes nonnunquam ad defensionem se idcirco feciſſe quòd nescissent senatum principem appellasse: nam & Pescennium Nigrum, & Clodium Albinum, & Avidium Cassium, & antea [4] Lucium Vindicem, [5] & L. Antonium, & ipsum Severum, quum senatus jam Julianum dixisset principem, imperatores fecerant: atque ista res bella civilia severat, quibus necesse fuit [6] militem contra hostem paratum parricidialiter perire. Hac igitur causa festinatum est [7] ut omnia simul Alexander, quasi vetus

Lampridius illis verbis? *non uxoris sororis ejusdem filium.* profectò ne ipse quidem Lampridius hæc ita scripta intelligat. Lego, *non sororis ejusdem matris filium.* hoc vulgò persuasum omnibus. *Idem.*

Et consobrinus ipsius Heliogabali.] Eadem excerpta cum Palatino: *ipsius Gabali.* ex quo apparet quibusdam convitii loco non Heliogabalum quomodo vocabatur, sed Gabalum dictum fuisse, quod convitii instar obtinebat illo tempore, in hominem cruce vel gabalo dignum. *Salmas.*

1. *Ista honorum continuatio.*] Non vulgaris Latinitas, *continuare honores*, pro continenter & simul omnes largiri. *Casaub.*

2. *Et ille perpeti.*] Et hoc novum, *perpeti*, pro pati ut aliquid fiat. *Idem.*

3. *Afferentes nonnunquam ad defensionem.*] Vetus editio: *ad differentes non nunquam.* forte: *id adferentes nonnunquam ad defensionem.* Salmas.

4. *Lucium Vindicem.*] Julium Vindicem aut C. Julium Vindicem nominatum hunc semper reperies. *Casaub.*

5. *Et L. Antonium.*] Sueton. in Domitiano, capite sexto. *Idem.*

6. *Militem contra hostem paratum, parricidialiter perire.*] Neque hoc vulgaris elegantiæ: nam vulgò hostis dicitur quicunq; infesto animo in alium fertur: hic de exteris tantùm hostibus accipitur, qui Romani cives non sint. Antiquissima hæc notio est ejus vocis: nam veteribus Latinis, *hostis* idem ac peregrinus & ἀλλόφυλος. bellum autem civile vocat parricidium. *Idem.*

7. *Ut omnia quasi vetus jam imperator acciperet.*] Præferimus lectionem Palatini codicis, & veteris editionis: *quasi jam vetus imperator.* omnia enim illa potestatum insignia, non accervatim reci-

tus jam imperator, acciperet. Huc accessit nimia & senatus & populi inclinatio post illam cladem quæ non solùm Antoninorum nomen decoloravit, sed etiam Romanum dehonestavit imperium. Certatim denique omnia decreta sunt & nominum genera & potestatum. [1] Primus denique omnium cuncta insignia, & honorificentiæ genera simul recepit, suffragante sibimet Cæsaris nomine quod jam ante aliquot annos meruerat: & magis suffragante vita & moribus, quum illi magnum conciliasset favorem quòd eum Heliogabalus occidere conatus est, [2] nec potuit & militibus repugnantibus & senatu refragante. [3] Atque hæc parva sunt nisi quòd dignum se exhibuit quem senatus servaret, quem salvum milites cuperent, quem omnium bonorum sententia principem diceret. Alexander igitur 3
cui Mammæa mater fuit ([4] nam & ita dicitur à plerisque) à prima pueritia artibus bonis imbutus, tam civilibus quàm militaribus: ne unum quidem diem sponte sua transire passus est, quo se non & ad literas & ad militiam exerceret. Nam in prima pueritia literatores habuit Valerium Cordum [5] & L. Veturium, & Aurelium Philippum libertum patris, qui vitam ejus postea in literas misit.

[1] Gram-

recipiebant & congestim novi imperatores, sed nonnulla ex illis interdum differebant. rationem igitur hoc loco reddit Spartianus, quare Alexander simul cum imperio tot dignitates & honorum insignia quasi raptum iverit, cum nec cunctas simul, nec nisi sero reliqui imperatores quasdam ex illis honorificis appellationibus reciperent. non primus tamen Alexander ista honorum, ut hcic loquitur Spartianus, continuatione usus est. sed jam multo ante idem Pertinaci decreverat Senatus, aut ipse rapuerat. *vetus* autem *imperator* pro eo qui jampridem imperium sumpsit. sic *vetus caecus* Spartiano, qui diu in cæcitate fuit. *Salmas.*

1. *Primus denique omnium cuncta insignia & honorificentiæ genera simul recepit.*] Hoc falsum: nam idem factum & in Pertinace, ut in ejus vita dictum est. *Casaub.*

2. *Nec potuit & militib*] Scribe, *nec potuisset, militibus repug. &c.* Idem.

3. *Atque hæc parva, nisi quòd dignum se exhibuit, quem senatus servaret.*] Ita loquitur & Julius Capitolinus in Marco Antonino: *nisi quòd*, isto loco & similibus significat, τὸ ὃ μάγιστον, & quod præcipua dignum prædicatione. *Idem.*

4. *Nam & ita dicitur à plerisque.*] Nempe Alexander Mammæx: melius Græci ὁ Μαμαίας, vel Μαμμαίας. *Idem.*

5. *Et Lucium Veturium.*] Scribe, *Titum Vet.* Idem.

Et Titum Veturium.] Ita & scripta lectio utriusque Palatini, non *Lucium.* Grut.

[1] Gram-

[1] Grammaticum in patria Græcum Nebonem, rhetorem Serapionem, [2] philosophum Stilionem: [3] Romæ grammaticos, [4] Scaurinum Scaurini filium doctorem celeberrimum: rhetores Julium Frontinum, [5] & Bæbium Macrinum & Julium Granianum, [6] cujus hodieque [7] orationes declamatæ feruntur. Sed in Latinis non multùm profecit, ut ex ejusdem orationibus apparet quas in senatu habuit vel in concionibus quas apud milites vel apud populum: nec valde amavit Latinam facundiam, sed amavit literatos homines, [8] vehementer eos etiam reformidans, ne quid de se asperum scriberent. [9] Denique eos dignos adesse

1. *Grammaticum in patria Græcum Nebonem.*] Professione Græcum, sed ortu Syrum: quod nomen arguit. Nebo enim proprium apud Syros viri nomen. *Casaub.*

Grammaticum in patria Græcum Nebonem.] Nomen Syriacum *Nebo*. Palatinus liber hoc legit: *Nebonem*. scribe, *Neonem*. Νέων Νεωνᾶ nomen Græcum. vetus inscriptio:

C. CLODI. C. L. HILARI
AMINAE. CLODIAE. L.
NEONIS. CLOD. PHILARC.
POSIDIS HELENI. Θ.

in alia *Neonianus* quidem nominatur Cæsaris verna. *Salmas.*

Grammaticum in patria Græcum Nebonem, &c.] Pall. ambo *Nebentem*. Gruterus.

2. *Philosophum Stilionem.*] Quod si Græcum est, *Stylionem* scribam, aut *Stilponem*. Casaub.

3. *Romæ grammaticos Scaurinum Scaurini filium.*] An isti orti ab illis antiquis nobilissimis grammaticis Scauro patre & ejusdem nominis filio, quorum meminit Capitolinus in Vero imperatore. *Idem.*

4. *Scaurinum Scaurini filium.*] Scrib. *Scaurinum, Scauri filium.* Nobilis ille Grammaticus Scaurus qui Hadriani temporibus vixit, habuit filium Scaurinum, qui Veri imperatoris Marci fratris præceptor fuit: qui quidem Scaurinus & Scaurinum habuit hunc filium Alexandri Severi Magistrum. *Salmas.*

5. *Et Bebium Macrinum.*] *Et Bebium Macrianum.* ita Palatinus. *Idem.*

6. *Cujus hodieque orationes declamatæ feruntur.*] Veteres libri, illud *orationes* non agnoscunt. sed *declamatæ* habent tantum, hoc modo: *cujus hodieque declamatæ feruntur. declamatæ* autem sunt declamationes ut *instituta* est institutio: sic *remissa* pro remissione antiquis patribus. *Idem.*

Cujus hodieque declamatæ feruntur.] Sic reposui fide utriusque codicis Palat. nam in aliis edd. adest adhuc vox; *hodieq; orationes declamatæ feruntur.* nempe jam sæpe ostendimus ejus sæculi auctores hæc talia subintelligere solitos. *Grut.*

7. *Orationes declamatæ.*] Declamationes ita nominat. κατ' ἐξ. *Casaub.*

8. *Vehementer etiam eos reformidans.*] Melius distinxeris hoc pacto: *nec valde amavit Latinam facundiam, sed amavit literatos homines vehementer, eos etiam reformidans ne quid de se asperum scriberent.* Salmas.

9. *Denique eos dignos adesse jubebat.*] Fortean *binos adesse.* quæ Petri Fabri conjectura est. *Casaub.*

Denique eos dignos adesse jubebat.] Mendosissimus locus, & quem pro desperato habeo. vetus scriptura hæc est: *eos digno ad adesce videbat.* videant acutiores an ad veram aliquam conjecturam

adesse jubebat: [1] singula quæque quæ publicè privatimque agebat, se ipso docente volebat addiscere, si fortè ipsi non affuissent: [2] eaque petebat, ut, si vera essent, in litteras mitterent. Dominum se appellari vetuit. [3] Epistolas ad se 4
quasi ad privatum scribi jussit, servato tantùm nomine imperatoris. Gemmas de calciamentis & vestibus tulit, quibus usus fuerat Heliogabalus: veste (ut & pingitur) alba usus est, nec aurata, [4] penulis togisque communibus. Cum amicis tam familiariter vixit ut communis esset ei sæpe confessus, iret & ad convivia eorum: aliquos autem haberet quotidianos etiam non vocatos: [5] salutaretur verò [6] quasi unus de senatoribus, patente velo, admissionalibus remotis, [7] aut solis iis qui ministri ad fores fuerant: [8] quum antea salutare principem non liceret, [9] quòd eos videre non poterat. [10] Et erat corporis venustate decorus ut hodieque

tam per hæc vestigia pervenire possint. *Salmas.*

Denique eos dignos adesse jubebat: singula quæque quæ publicè privatimque, &c.] Palatinus uterque: *Denique eos dignos addesse videbat singula quæque quæ publicæ privatim agebat*, nihilo melius quàm vulgg. *Grut.*

1. *Singula quæque quæ, &c.*] Malim hanc periodum ita concipi: *singulaque quæ publicè privatimque agebat, se ipso docente, volebat eos discere, si fortè ipsi non affuissent.* Casaub.

2. *Eaque petebat.*] *Eoque petebat.* ita excerpta Spartiani & Pal. forte: *eosque petebat.* pro ab iis. Latinitas illius temporis. *Salmas.*

3. *Epistolas ad se quasi ad privatum scribi jussit.*] Non onustas titulis qui vulgò imperatoribus, etiam in epistolis familiaribus, sed hoc solum, ALEXANDRO IMPERATORI. *Casaub.*

4. *Pænulis togisque communibus.*] Pænulas nunquam induisse imperatorem scriptum reliquit in Hadriano Spartianus. cur igitur hoc pænulas imperatori tribuit? more suo pænulas posuit pro lacernis. si φαινόλιον est pænula, pænulas etiam induerint pluviæ tempore Augusti. sed φαινόλιον apud Dionem non pænulam sed lacernam esse supra ostendimus. *Salmas.*

5. *Salutaretur verò quasi unus de senatoribus.*] In salutationibus vel maximè morum suorum specimen dare soliti principes Romani. *Casaub.*

6. *Quasi unus de senatoribus.*] *Quasi unus è senatoribus.* ita Pal. *Salmas.*

7. *Aut solis iis qui ministri ad fores fuerant.*] Ministri ad fores, & ministri à foribus, sunt ostiarii vel janitores. Alexander admissionalibus remotis, & solis relictis ministris ad fores, salutabatur ab omnibus. *Idem.*

8. *Cum antea salutare principem non liceret.*] De superbis tantùm principibus accipiendum, non in universum de omnibus. *Casaub.*

9. *Quòd eos videre non poterat.*] Scrib. *quòd eos videre nemo poterat.* Idem.

Quòd eos videre non poterat.] Forte *non erat.* Grut.

10. *Et erat corporis venustate decorus, ut hodieque in picturis & in statuis videmus.*] Ex libris scriptis & antiquis editionibus sic hunc locum reconcinnavi,

& erat

dieque in picturis & in statuis videmus. [1] Fuit & staturæ militaris: robur militis, valetudo ejus qui vim sui corporis sciret ac semper curaret. Erat præterea cunctis hominibus amabilis & ab aliis pius appellabatur, ab omnibus certè sanctus & utilis Reip. [2] Huic fors in templo Prænestinæ talis extitit, quum illi Heliogabalus insidiaretur,

—— *Si qua fata aspera rumpas,*
Tu Marcellus eris.

5 [3] Alexandri nomen accepit, quòd in templo dicato apud Arcenam urbem Alexandro Magno, natus esset, [4] quum casu illuc die festo Alexandri pater cum uxore patriæ solennitatis implendæ causa veniisset. cui rei argumentum est, quòd [5] eadem die natalem habet hic Mammææ Alexander, qui ille Magnus excessit è vita. Delatum sibi *Antonini* nomen à senatu recusavit, [6] quum hic magis affinitate

& erat ejus corporis, ut præter venustatem, qualemque hodieque & in pictura, & in statuis videmus, decorem, inesset staturæ militari robur militis. quorum verborum hic est sensus: Alexandrum præter venustatem decoremque corporis, staturæ etiam fuisse militaris, cui & robur inesset militis non enim omnes, qui staturam habent militarem, par & illi staturæ robur possident. utrumque autem fuit in Alexandro, & statura, qualis exigebatur in milite, & vires quæ staturæ responderent. militaris autem statura legitima in probatione tyronum, sex pedes fuerunt, aut quinque cum denis unciis. *Salmas.*

Et erat corporis venustæ decoris, ut hodieque in picturis & in statuis videmus, &c.] Verba ficta, si credimus Palatinis primus enim: *Et erat ejus corporis, ut præter venustatem aculeum quem hodieque & in pictura & in statuis videmus, decorem esse rebrum staturæ militaris.* & sic quoque ferè Pal alter. nisi quod is à prima manu *venustate maculam*, item *pictura*; correctumque à recentioribus, *venustate maculæ, quam hodieque & in pictura.* Grut.

1. *Fuit & staturæ militaris.*] Vegetius lib. primo, capite quinto, *Casaub.*

2. *Huic fors in templo Prænestinæ talis extitit.*] Fortasse *exiit*: & *Prænestino.* Idem.

3. *Alexandri nomen accepit.*] Longè aliter hujus nominis causam explicat Dio, quem vide *Idem.*

4. *Quum casu illuc die festo Alexandri pater, &c.*] Palatinus & editio Med. *quum casu illuc die festo Alexandri cum uxore patris sollennitatis implendæ causa ut veniisset.* forte: *quum casu illuc die festo Alexandri cum uxore patre, solemnitatis implendæ causa veniisset.* vel, *pater ejus.* & id verum est. *Salmas.*

5. *Eadem die natalem habet hic Mammææ Alexander, qui ille Magnus excessit è vita.*] Malim, *eandem diem* etsi alterum ferri potest. Utinam verò diem quam intelligit, charactere certo designasset: nam tempus mortis Alexandri, parum perspicuè veteribus indicatum, scimus quàm varie doctissimi viri hodie prodant. *Casaub.*

6. *Quum hic magis affinitate Caracallæ jungeretur, quàm ille Heliogabalus subditicius.*] Censeo inducendam vocem *Helio-*

tate Caracalli jungeretur, [1] quàm ille Heliogabalus subditicius. Siquidem (ut Marius Maximus dixit in vita Severi) nobilem Orientis mulierem Severus, cujus hanc genituram esse compererat, ut uxor imperatoris esset, adhuc privatus & non magni satis loci, duxit uxorem. Ex qua affinitate hic Alexander fuit, cui verè per matrem suam consobrinus Varius Heliogabalus fuit Recusavit & *Magni* nomen, [2] quod ei quasi Alexandro est oblatum senatus judicio. [3] Interest retexere orationem qua nomen Antonini 6
& magni delatum sibi à senatu recusavit: quam priusquam referam, [4] addam acclamationes senatus quibus id decretum est. [5] Ex actis urbis ad pridie nonas Martias. [6] Quum senatus frequens in Curiam, hoc est [7] in ædem Concordiæ [8] templum inauguratum, convenisset, [9] rogatusque esset Aurelius Alexander Cæsar Augustus [10] ut concineret, ac primò

Heliogabalus, ut è glossemate profectam. Sed non uno loco prodit hic scriptor, quàm securus de Alexandri stemmate, ad vitam hanc scribendam accesserit. abusum vocis *affinitas*, sæpe notavimus. *Idem.*

1. *Quam ille Heliogabalus subditicius.*] In Palatino, *subditivus*. Glossæ: ὑπο-βολιμαῖος, *subditivus*. sic in superiore vita Heliogabali, ipsum vocat *subditicium Antoninum*. qui locus misere corruptus in vulgatis editionibus legebatur. *Salmas.*

Quàm ille subditivus.] Et sic Pal. *Grut.*

2. *Quod ei quasi Alexandro est oblatum.*] Pal. abest illud *quod* bene; dummodo etiam tollatur *est*. Idem.

3. *Interest retexere orationem, &c.*] Pal. *relegere*. Idem.

4. *Addam acclamationes senatus.*] *Addam etiam acclamationes senatus.* v. ed. Med. *Salmas.*

5. *Ex Actis Urbis ad pridie Nonas Martias.*] Scribendum, *a. d. pridie N. M.* ante diem pridie N. nam *ad* ineptum est. *Casaub.*

Ex actis urbis ad pridie nonas.] Scribe ac distingue: *ex actis urbis. A. D. pridie nonas quum Senatus frequens in curiam, &c. A. D. pridie* est ante diem pridie. sic enim loquebantur. *Salmas.*

6. *Cùm senatus frequens in Curiam, hoc est, &c.*] Erant Romæ Concordiæ plures ædes; sed non omnes ædes & templa erant inaugurata: hæc in Liviæ fuit porticu. Vide & A. Gellium libro XIV. capite VII. *Casaub.*

7. *In ædem Concordiæ templum inauguratum.*] Lege, ex Palatino: *in ædem Concordiæ, templumque inauguratum.* Salmas.

8. *Templumque inauguratum*] Sic & Palat. noster. aberat prius enclitica *que*, in quâ plurimum energiæ. *Grut.*

9. *Rogatusque esset Aurelius Alexander ut concineret, &c.*] *Concinere* hoc loco, est consentire sic infra *concinentia signa*, sunt concordantia & convenientia ita & Græcis συμφώνειν pro consentire & convenire cum aliquo. *Salmas.*

Rogatus ut concineret.] Non aliter Pal. & videtur vox illius ævi, accommodata eis qui voto suo aliorum votis sententiisque suffragabantur. *Grut.*

10. *Ut concineret.*] Scribe, *conveniret.* Casaub.

primò recusasset, quòd sciret de honoribus suis agendum, deinde postea venisset, acclamatum. *Auguste innocens, dii te servent. Alexander imperator, dii te servent. Dii te nobis dederunt, dii conservent. Dii te ex manibus impuri eripuerunt, dii te perpetuent. Impurum tyrannum & tu perpessus es,* [1] *impurum & obscœnum* [2] *& tu videre doluisti.* [3] *Dii illum eradicaverunt: dii te servent. Infamis imperator ritè damnatus. Felices nos imperio tuo, felicem rempub. Infamis unco tractus est* [4] *ad exemplum timoris: luxuriosus imperator jure punitus est. Contaminator honorum jure punitus est. Dii immortales Alexandro vitam:* [5] *judi-*
7 *cia deorum hinc apparent.* Et quum egisset gratias Alexander, acclamatum est, *Antonine Alexander, dii te servent. Antonine Aureli, dii te servent. Antonine Pie, dii te servent. Antonini nomen suscipias rogamus. Præsta bonis imperatoribus ut Antoninus dicaris. Nomen Antoninorum tu purifica. Quod ille infamavit, tu purifica. Redde in integrum nomen Antoninorum. Sanguis Antoninorum se cognoscat. Injuriam Marci tu vindica. Injuriam Veri tu vindica.* [6] *Injuriam Bassiani tu vindica. Pejor Commodo solus Heliogabalus, nec imperator, nec Antoninus, nec civis, nec senator, nec nobilis, nec Romanus.* [7] *In te salus, in te vita, ut vivere delectet:* [8] *Antoninorum Alexandro vitam, ut vivere delectet,*

1. *Impurum & obscenum & tu vivere doluisti.*] Sic quoque Pal. uterque. quod cùm & in aliis esset repertum, prætuli vulgato, *& tu videre doluisti.* Grut.

2. *Et tu videre doluisti.*] Non malè quidam libri, *vivere dol.* Casaub.

Et tu videre doluisti.] Eadem editio: *& tu vivere doluisti.* quod non temere rejiciendum. *Salmas.*

3. *Dii illum eradicarunt. Dii te servent.*] Melius ambo Pall. *Dii te servarunt.* Grut.

4. *Ad exemplum timoris.*] Latinius fuisset, omissa voce *timoris.* Idem.

5. *Judicia deorum hinc apparent.*] Stratonici vox est, cùm trabis casu homo sceleratus periisset: Ἄνδρες, δικῶ, θεοὶ εἰσί· εἰ δὲ μὴ εἰσί, δικῶ θεοὶ εἰσί. quod in octavo libro Athenæi exposuimus. *Casaub.*

6. *Injuriam Bassiani tu vindica.*] Gratificatur senatus Alexandro qui Bassiani memoriam colebat: qui etiam paullò post ejus fortitudinem prædicat. *Idem.*

7. *In te salus, in te vita, ut vivere delectet: Antoninorum Alexandro vitam.*] Distingue: *in te salus, in te vita, ut vivere delectet, Antoninorum Alexandro vitam: ut vivere delectet & Antoninus vocetur.* Salmas.

In te salus, in te vita, ut vivere delectet, Antoninorum Alexandro vitam, &c.] Retinui lectionem vulgatam, sed eam feci meliorem alia interpunctione. *Gruterus.*

8. *Antoninorum Alexandro vitam, &c.*] Scribe sic hanc periodum: *Antonino Alexandro vitam: ut vivere delectet, Antoninus vocetur:* aut si mavis, *vocator.* Casaub.

1. *Anto-*

lectet, & Antoninus vocetur. Antoninorum templa Antoninus dedicet. Parthos & Persas Antoninus vincat. Sacrum nomen sacratus accipiat. Sacrum nomen castus accipiat. [1] *Antonini nomen. Antoninorum nomen. Dii conservent.* [2] *In te omnia, per te omnia Antonine habemus.* Et post acclamationes Aurelius Alexan- 8
der Cæsar Augustus: *Gratias vobis P. C. non nunc primum, sed & de Cæsareo nomine, & de vita servata & Augusti nomine addito, & de pontificatu maximo, & de tribunitia potestate, & proconsulari imperio:* [3] *quæ omnia novo exemplo uno die in me contulistis.* Et quum diceret, acclamatum. *Hæc suscepisti,* [4] *Antonini nomen suscipi mereatur, senatus Antonini mereatur. Antonine Auguste dii te servent, dii te Antoninum conservent: moneta nomen Antonini reddatur. Templa Antoninorum Antoninus consecret.* Aurelius Alexander Augustus: *Ne quæso P. C.* [5] *ne me ad hanc certaminis necessitatem vocetis, ut ego cogar tanto nomini satisfacere,* [6] *quum etiam hoc ipsum nomen, licet peregrinum,*

1. *Antonini nomen, Antoninorum nomen. Dii conservent.*] Totam hanc & sequentem periodum ex libro Puteani emendavimus, cùm inepte scriberetur in aliis. *Idem.*

Antonini nomen. Antoninorum nomen Dii conservent.] Heic aliquid videbatur deesse, quod nobis confirmavit Palatinus, in quo sic legitur: *Sacrum nomen sacratus accipiat. Sacrum nomen castus accipiat. Antonini nomen ut cognoscant. Antonini nomen Di conservent.* nec dubitari potest, quin ita suppleri reponique debeat. *Salmas.*

2. *In te omnia, per te omnia Antonine habemus.*] Sic rectè similes acclamationes antè vidimus: ubi afferebamus ex Dione, σὲ τὸν ἔχοντες πάντα ἔχομεν. *Casaub.*

In te omnia, per te omnia Antonine habemus.] Codex Palat. *in te omnia per te omne Antonine habeas.* distinguend. *in te omnia, per te omne. Antonine habeas. habeas* autem pro *aveas.* Ἐν σοὶ πάντα, δι' σοῦ τὸ πᾶν. Ανταινεῖνε χαίρομεν. *habere* autem pro *avere* passim scribebant. Martialis lib. XI. epigr. CVII.

Albi Maxime, si vacas habere,
Hoc tantum lege, &c.

Salmas.

3. *Quæ omnia novo exemplo uno die in me contulistis.*] Jam diximus hoc non exactè verum esse. sed Alexandro facile ignoscimus: cujus intererat, beneficium senatus quàm maximè attollere. *Casaub.*

4. *Antonini nomen suscipi mereatur.*] Scribe, *Antonini nomen tu suscipe: mereatur senatus: mereantur Antonini.* ita liber Puteani. *Idem.*

Antonini nomen tu suscipe: mereatur Senatus; Antonini mereantur.] Est à Puteani libro. neque aliter conjicit Lipsius noster Epist. XVIII. centuriâ Miscellaneâ. *Grut.*

5. *Ne me ad hanc certaminis necessitatem vocetis.*] Dele vocem *certaminis.* Casaub.

6. *Cùm etiam hoc ipsum nomen, licet peregrinum, tamen gravare videatur.*] Alexandri nomen intelligit: quod sibi ait esse oneri. *Idem.*

num, tamen gravare videatur. Hæc enim nomina insignia onerosa sunt. Quis enim Ciceronem diceret mutum? quis indoctum Varronem? [1] *quis impium Metellum? Et (ut hoc dii avertant)* [2] *quis non æquantem nomina ferat digerentem in clarissimam spem dignita-*
9 *tum?* Item acclamata quæ suprà. Item imperator dixit, *Antoninorum nomen vel jam numen potius, quale fuerit meminit vestra clementia: si pietatem, quid Pio sanctius? si doctrinam, quid Marco prudentius? si innocentiam, quid Vero simplicius? si fortitudinem, quid Bassiano fortius? Nam nunc Commodi meminisse nolo qui hoc ipso deterior fuit quòd cum illis moribus Antonini nomen obtinuit. Diadumenus autem nec tempus habuit, nec ætatem,* [3] *& arte hoc patris nomen incurrit.* Item acclamatum ut suprà. Item imperator dixit, *Nuper certè P. meministis, quum* [4] *ille omnium non solùm bipedum, sed etiam quadrupedum spurcissimus, Antonini nomen præferret, & in turpitudine atque luxuria Nerones, Vitellios, & Commodos vinceret, qui gemitus omnium fuerint, quum per populi & honestorum coronas una vox esset, hunc non ritè Antoninum dici,* [5] *& per hanc pestem tantum violari nomen:* & quum diceret, acclamatum est, *Dii mala pro-*

1. *Quis impium Metellum.*] Alludit ad Q. Cæcilium Metellum Numidici F. qui Pii cognomen invenit, quod patrem suum ab exilio lachrymis & precibus assiduis revocasset. *Idem.*

2. *Quis non æquantem nomina ferat digerentem in clarissimam spem dignitatum.*] Hæc corruptissima sunt. Erit tamen commoda sententia, si scribas: *Quis non æquantem nomina ferat, inferentem se in clarissimam speciem dignitatum?* vel sic potiùs: *inferentem se in clarissimam stirpem indigniter?* alii sic: *degustem in clarissima specie dignitatum.* Idem.

Quis non æquantem nomina ferat, digerentem in clarissimam spem dignitatum.] Pal. *quis non æquantem nomina ferat, digerentem in clarissima specie dignitatum?* ita hunc locum constituebam ex conjectura: *quis non æquantem nomina, ferat digerentem clarissimas species dignitatum?* quis, inquit, ferat digerentem tot honorificas appellationes, & clarissimas dignitatum species, magnificis illis nominibus imparem? fuit & quum legerem: *quis non æquantem nomina ferat, ac indigne gerentem clarissimas species dignitatum?* quod nec nunc mihi displicet. *Salmas.*

Quis non æquantem nomina ferat digerentem in clarissima specie dignitatum.] Sequutus sum Pal. codicem, sententia aperta; quæ erit apertior, si detracta syllaba à voce *digerentem*, fiat, *degente.* Gruterus.

3. *Et arte hoc patris nomen incurrit.*] *Et arte patris hoc nomen incurrit.* Salmas.

4. *Ille omnium non solùm bipedum, sed etiam quadrupedum spurcissimus.*] Infrà Alexander idem de Alagabalo. *Casaub.*

5. *Et per hanc pestem tantum violari nomen.*] In Palatino: *tactum.* legendum: *sanctum: & per hanc pestem sanctum violari nomen.* Salmas.

1. *Ant*

prohibeant. Hæc te imperante non timemus, de his te duce securi sumus. Vicisti vitia, vicisti crimina, vicisti dedecora. Antonini nomen ornavisti: certi sumus, bene præsumimus, nos te & à pueritia probavimus & nunc probamus. Item imperator: *Neque ego P. C. idcirco timeo istud venerabile omnibus nomen accipere, quòd verear ne in hæc vitia delabatur vita,* [1] *aut quòd nominis pudeat: sed primùm displicet alienæ familiæ nomen assumere, deinde quòd gravari me credo.* Et quum hæc diceret, acclamatum est ut suprà. [2] Item dixit, *Si enim Antonini nomen accipio, possum & Trajani, possum & Titi, possum & Vespasiani:* & quum diceret, acclamatum est, *Quomodo Augustus sic & Antoninus.* Tunc imperator, [3] *Video P. C. quid vos moveat ad hoc nobis addendum. Augustus primus, primus est auctor imperii, & in ejus nomen omnes velut quadam adoptione, aut jure hereditario succedimus. Antonini ipsi Augusti dicti sunt. Antoninus idem Pius Marcum & item Verum jure adoptionis vocavit: Commodo autem hereditarium fuit, susceptum Diadumeno, affectatum in Bassiano, ridiculum in Aurelio.* Et quum diceret, acclamatum est, *Alexander Auguste,* [4] *dii te servent. verecundiæ tuæ, prudentiæ tuæ, innocentiæ tuæ, castitati tuæ. hinc intelligimus qualis futurus sis: hinc probamus. Tu facies ut senatus bene principes eligat. tu facies optimum esse judicium senatus. Alexander Auguste, dii te servent. Templa Antoninorum Alexander Augustus dedicet. Cæsar noster, Augustus noster, imperator noster, dii te servent. Vincas, valeas, multis annis imperes.* Alexander imperator dixit, *Intelligo P. C. me obtinuisse quod volui,* [5] *& id acceptum refero,* [6] *plurimas gratias & agens & habens, enisurus ut & hoc nomen*

1. *Aut quod nominis pudeat.*] V. ed. *aut nos nominis pudeat.* Idem.

2. *Item dixit, si enim Antonini nomen accipio.*] *Si Antonini nomen accipio.* v. ed. *Idem.*

3. *Video P. C. quid vos moveat ad hoc nobis addendum.*] *Video P. C. quid vos moveat ad hoc nobis nomen addendum.* ita legendum ex veteribus excerptis Spartiani, & Mediolanensi editione. *Idem.*

4. *Dii te servent verecundiæ tuæ, &c.*] Distinguendum, *Alexander Auguste, dii te servent. verecundiæ tuæ, &c.* Casaub.

Dii te servent. verecundiæ tuæ, &c.] Pal. uterque, *servent, si verecundiæ, &c.* cui & optimus sensus, sed paullò obscurior. *Grut.*

5. *Et id acceptum refero.*] Palatinus, *& in acceptum refero.* non malè, immò nihilo pejus scriptura altera, si non melius. *Idem.*

6. *Plurimas gratias & agens & habens.*] Pal. excusit illud *gratias.* Idem.

nomen quod in imperium detulimus, [1] *tale sit ut ab aliis desideretur:* [2] *& bonis vestræ pietatis judiciis offeratur.* Post hæc acclamatum est, *Magne Alexander, dii te servent. Si Antonini nomen repudiasti, Magni prænomen suscipe. Magne Alexander, dii te servent.* Et quum sæpiùs dicerent, Alexander Augustus ait, *Facilius fuit P. C. ut Antoninorum nomen acciperem: aliquid enim vel affinitati deferrem, vel consortio nominis imperialis.* MAGNI *verò nomen cur accipitur? quid enim jam magnum feci? quum id Alexander post magna gesta, Pompejus verò post magnos triumphos acceperit. Quiescite igitur, venerandi patres, & vos ipsi magnifici* [3] *unum me de vobis esse censete potius quàm Magni nomen ingerite.* Post hæc acclamatum est, *Aureli Alexander*
12 *Auguste, dii te servent.* & reliqua ex more. Dimisso senatu, quum & alia multa eo die essent acta, quasi triumphans domum se recepit. [4] Multò clarior visus est alienis nominibus non receptis quàm si recepisset, atque ex eo constantiæ ac plenæ gravitatis famam obtinuit. [5] Siquidem uni adolescenti senatus totus persuadere non potuit: sed quamvis senatu rogante non potuerit persuaderi ut vel Antonini vel Magni nomina susciperet, tamen ob ingentem vigorem animi & mirandam singularemque constantiam contra militum insolentiam, SEVERI nomen à militibus eidem inditum est, quod illi ingentem in præsentia reverentiam, magnam apud posteros gloriam peperit,

[1] quum

1. *Tale sit ut ab aliis desideretur.*] Quod tamen non accidit: nam post Alexandrum hunc, nemo è Romanis principibus nomen Alexandri assumsit. quanquam merebatur optimi juvenis virtus, ut ejus nomen consecraretur non minùs quàm vel Cæsaris, vel Augusti. *Casaub.*

Tale sit, ut & ab aliis desideretur.] Sic Pal. nam illud & malè vulgatis excludebatur. *Grut.*

2. *Et bonis vestræ pietatis judiciis offeratur.*] Scribe cum libro Puteani, *affectetur.* nos scribebamus, *efferatur.* Cas.

3. *Unum me de vobis esse censete potius quam magni nomen ingerite.*] Deest *potius*, veteri editioni. *Salmas.*

4. *Multo clarior visus est, alienis nominibus non, &c.*] Malim mutata distinctione scribi, *quasi triumphans domum se recepit: multo clarior visus, alienis nominibus non receptis, quàm si recepisset.* Casaub.

5. *Siquidem uni adolescenti senatus totus persuadere non potuit.*] Palatinus libet cum prima editione: *siquidem uni vel adolescenti potius senatus totus persuadere non potuit.* Salmas.

1. Cùm

[1] quum eò acceſſiſſet ut de animi virtute nomen acceperit: [2] ſi quidem ſolus inventus ſit qui tumultuantes legiones exautoraverit, ut ſuo loco oſtendetur: in milites autem [3] graviſſimè animadvertit, [4] qui fortè incurrerunt aliquid quod videretur injuſtum, ut & ipſum locis ſuis declarabimus. Omina imperii hæc habuit: Primùm, quòd ea die 13
natus eſt qua defunctus vita Magnus Alexander dicitur: deinde, quòd in templo ejus mater enixa eſt: tertiò, quòd ipſius nomen accepit. tum præterea quòd [5] ovum purpurei coloris, eadem die natum qua ille natus eſt, palumbinum, anicula quædam matri ejus obtulit: ex quo quidem aruſpices dixerunt imperatorem quidem illum, ſed non diu futurum, & citò ad imperium perventurum. Tum præterea quòd [6] tabula Trajani imperatoris, [7] quæ geniali lecto patris imminebat, dum mater eum in templo pareret,

1. *Cum eò acceſſiſſet, ut de animi virtute nomen acceperit.*] Scribe, *acciperet.* Caſaub.

2. *Si quidem ſolus inventus ſit, qui tumultuantes legiones exauctoraverit.*] Quomodo ſolus? cùm & Julium Cæſarem, & alios ſæpiùs legiones integras exauctoraſſe certiſſimum ſit? an ita loquitur, quòd alii principes parciùs hoc remedio uſi. *Idem.*

Siquidem ſolus inventus ſit qui tumultuantes legiones exauctoraverit.] Quæruntur quomodo ſolus, cum certum ſit Julium Cæſarem & alios hac ſeveritate legiones exauctorandi ſæpius uſos eſſe. ſed facilis reſponſio. Cæſar enim cum legiones exauctoravit, nondum erat dictator perpetuus vel imperator ad eam formam qua ſequentes imperatores fuere. Alexandrum igitur ſolum ex omni memoria tumultuantes legiones exauctoraviſſe jam conſtituta illa reip. forma cujus penes unum poteſtas & ſummum imperium fuit. non igitur id adſcribendum vitio auctoris memoriæ. *Salmaſ.*

3. *Graviſſimè animadverterit.*] Ita ſcribi oportuit, fide Palatini codicis, nam pendet iſtud à ſuperiori, *exauctoravit.* Grut.

4. *Qui forte incurrerunt aliquid quod videretur injuſtum.*] *Incurrere aliquid*, eſt committere. unde *crimina quotidiana incurſionis* Tertulliano, quæ quotidie committuntur, & levioris abollæ crimina. *Salmaſ.*

5. *Ovum purpurei coloris.*] Vide in Antonini Getæ vita, & Diadumeni. *Caſaub.*

6. *Tabula Trajani imperatoris.*] Imperator Trajanus in tabula pictus. *Idem.*

7. *Quæ geniali lecto patris imminebat.*] Legendum, *parentis*: αὐτῆς λεκτέον. ipſe explicat. *Idem.*

Quæ geniali lecto patris imminebat, dum mater eum in templo pareret, in lectum ejus decidit.] Libri ſcripti, *Tum præterea quod tabula Trajani imperatoris quæ geniali lecto patris imminebat, dum ille in templo pareret, in lectum ejus decidit.* omnino ſcribendum: *tabula Trajani imperatoris quæ geniali lecto matris imminebat, dum illa in templo pareret, in lectum ejus decidit.* hæc enim ad matrem ſolam pertinent quæ dum in templo Alexandrum pareret, tabula Trajani quæ lecto ejus

ret, in lectum ejus decidit. His accessit quòd nutrix ei Olympias data est, quo nomine mater Alexandri appellata est. Nutritor Philippus provenit casu unus ex rusticis, quod nomen patri Alexandri Magni fuit. Fertur die prima natalis ejus toto die apud Arcam Cæsaream stella primæ magnitudinis visa, & sol circa domum patris ejus fulgido ambitu coronatus. Quum ejus natalem aruspices commendarent, dixerunt eum summam rerum tenturum, idcirco quòd hostiæ de ea villa quæ esset Severi imperatoris, adductæ essent & quas in illius honorem coloni parassent. Nata in domo laurus juxta persici arborem, intra unum annum persici arborem vicit. Unde etiam conje-
14 ctores dixerunt, Persas ab eo esse vincendos. Mater ejus pridie quàm pareret, somniavit se purpureum draconculum parere. Pater eadem nocte in somniis vidit alis se Romanæ Victoriæ, quæ in senatu, ad cælum vehi. Ipse, quum vatem consuleret de futuris, hos accepisse dicitur versus adhuc parvulus: [2] & primis quidem fortibus,

[3] *Te manet imperium cæli terræque marisque:*

[4] Intellectum est, quòd inter divos etiam referretur.

Te manet imperium, quod tenet imperium:

Ex quo intellectum est, Romani illum imperii principem futurum. [5] Nam ubi est imperium nisi apud Romanos, quod tenet impe.ium? Et hæc quidem de Græcis versibus sunt

genitali imminebat, in lectum decidit, eadem illa ipsa hora, qua in templo pariebat. *Salmas.*

[1] *Quæ genitali lecto patris imminebat, dum mater eum in templo pareret.*] Pal. integer *dum ille in templo pareret*; ut videatur legendum, *dum illum in templo*. illud *patris* notat fuisse lectum genialem domi paternæ. & nihilominus voce ea deleta, nihil decesserit sententiæ. *Grut.*

[1]. *Alis se Romanæ Victoriæ quæ in senatu.*] In penetrali Curiæ parte Victoria erat. Herodian. lib. v. *Casaub.*

[2]. *Et primis quidem fortibus.*] Omnes libri: *& primum quidem fortibus.* quæ omnino vera est lectio. hac constitutione, & primum quidem fortibus, nempe quæ sequuntur, *Te manet imperium, &c.* intellectum est quod inter divos referretur. *Salmas.*

[3]. *Te manet imperium cæli terræque marisque.*] Malim abesse vocem ultimam; certe non comparere in alterutro Palatino, id verò testor. *Grut.*

4. *Intellectum est.*] Ex voce *cæli*. Casaubonus.

5. *Nam ubi est imperium, nisi apud Romanos, &c.*] Ita planius: *Nam ubi est, nisi apud Romanos, imperium quod tenet imperium.* Idem.

sunt prodita. Ipse autem quum parentis hortatu animum à philosophia [1] & musica ad alias artes traduceret, Vergilii sortibus hujusmodi illustratus est,

Excudent alii spirantia mollius æra,
Credo equidem, vivos ducent de marmore vultus,
Orabunt causas melius, cœlique meatus
Describent radio, & surgentia sidera ducent:
Tu regere imperio populos Romane memento.
Hæ tibi erunt artes, pacique imponere morem,
Parcere subjectis & debellare superbos.

Fuerunt multa alia signa quibus principem humani generis esse constaret. [2] Nimius ardor oculorum & diutiùs intuentibus gravis, & divinatio mentis frequentissima: [3] rerum memoria singularis, [4] quam nemo nisi Acholius ferebat adjutam. [5] Et quum puer ad imperium perveniisset, fecit cuncta cum matre ut & illa videretur pariter imperare, mulier sancta, sed avara & auri atque argenti cupida. [6] Ubi ergo Augustus agere cœpit imperium, primùm [7] removit judices omnes à Rep. & à ministeriis atque muneribus quos impurus ille Heliogabalus ex genere hominum turpissimo provexerat: deinde senatum & equestrem ordinem purgavit. Ipsas deinde tribus, & eos qui militaribus nituntur prærogativis, purgavit, & Palatium

1. *Et musica ad alias, &c.*] Pal. & *musica quæ alias artes traduceretur.* Grut.

2. *Nimius ardor oculorum, & diutiùs intuentibus gravis.*] Lege Suetonium in Augusto, capite LXXIX. *Casaub.*

3. *Rerum memoria singularis, quam nemo nisi Acholius ferebat adjutam.*] In regio lacuna est pro illis, *nisi Acholius.* Nescio quid hic legerint viri docti, qui Acholium hunc Alexandri præceptorem fuisse hinc colligunt: quod falsum est: fuit enim tempore multo junior, magister admissionum Valeriani principis. Legebam hîc, *quam nemo, nisi Acholius, ferebat adiutam.* sed observavi idem loquendi genus & alibi usurpatum Lampridio. *Idem.*

4. *Quam nemo nisi Acholius ferebat adjutam.*] *Ferebat* non mutandum in *scribebat.* nam positum est pro memorabat, narrabat, & referebat. sic *anteferre* supra pro ante dicere. & *antelata* pro præmissa, & ante dicta. *Salmasius.*

5. *Et cùm puer ad imperium perv.*] Tò *&* initiò periodi otiosum est, & melius abest. *Casaub.*

6. *Ubi ergo Augustus agere cœpit imperium.*] Scribendum: *ubi ergo Augustus agere cœpit imperium.* sic supra *augustum nomen.* Salmas.

7. *Removit judices omnes.*] Id est, magistratus aut procuratores. *Casaubonus.*

tium suum comitatumque omnem, abjectis ex aulico ministerio cunctis obscœnis & infamibus; nec quemquam passus est esse in palatinis nisi necessarium hominem. [1] Jurejurando deinde constrinxit [2] ne quem ascriptum, id est vacantium haberet, ne annonis Remp. gravaret, [3] dicens, [4] malum pupillum esse imperatorem qui ex visceribus provincialium homines non necessarios, nec reip. utiles pasceret. [5] Fures judicare jussit in civitatibus ullis nunquam

1. *Jurejurando deinde adstrinxit.*] Deest, *se*, ante verbum *adstrinxit*. Idem.

Jurejurando deinde constrinxit ne quem ascriptum id est vacantium. Audio quidem eruditissimos viros corrigentes, *id est vacantem*. sed magis audio veterem scripturam, ex qua legendum colligo: *id est vacantivum*. nam illa habet, *vagantivum*. *vacantivum* autem idem est quod vacans. illa enim forma gaudebant tunc temporis. sic *absentivus* Petronio: *ne vobis diu absentivus essem*. Salmas.

Jurejurando deinde se adstrinxit.] Pronomen *se* restabat in Pal. & Puteani codice. aberat autem prius vulgatis. *Gruterus.*

2. *Ne quem adscriptum, id est, vacantium haberet.*] Scribe, *adscriptitium, id est, vacantem haberet*. Adscriptitii supernumerarii quidam milites fuerunt, ad commoda solùm participanda in numeros relati. Inventum est Claudii principis: de quo Tranquillus, c. xxv. *Casaub.*

Ne quem adscriptum, id est vacantium.] Pal. *id est vagantivum*. rectè. nam *vacantivum* usurpari pro *vacante*, ostendit in Glossario suo Meursius. *Gron.*

3. *Dicens malum pupillum esse imperatorem.*] Est qui legat *malum pastorem*; est qui *malum villicum*. Sed *malum pupillum* eleganter appellavit eum qui malo pupillo similis bona dissipat, & malè perdit. potest sanè ferri hæc lectio, vel propter ætatem Alexandri, cùm ad imperium venit; adolescens enim fuit: neque est vero absimile solitum dicere nolle se in administratione Reip. malos pupillos imitari; qui tutorum negligunt auctoritatem, & pro libidine cæca se gerunt. *Casaub.*

4. *Malum pupillum esse imperatorem.*] Prius scriptum fuit: *Malum pop. villic. esse imperatorem*, id est, *malum populi villicum esse imperatorem*. quæ lectio quin vera sit, nec dubitandum. quemadmodum, inquit, male rem domini gereret ille villicus, qui in villa cujus haberet præfecturam, multos servos inutiles & otiosos pasceret: ita imperator qui quasi populi villicus est, pro malo villico habendus, si ex visceribus provincialium homines non necessarios nec reip. utiles pascat. imperator res publicas curat & administrat, & quasi populi procurator est, & villicus. villicum autem veteres, non de solo villæ præfecto usurparunt, sed quemvis præpositum, aut procuratorem, dispensatoremque ita vocarunt. Juvenalis villicum urbis pro præfecto, non satyrice, sed vere & proprie dixit:

Pegasus attonitæ positus modo villicus urbi.

Salmasius.

5. *Fures judicare jussit in civitatibus ullis nunquam videri.*] Prorsus digna locutio quæ lectorem advertat. *jussit nunquam videri*, dictum, pro, vetuit unquam videri. nec desunt similia exempla: ut apud Cassiodorum, libro iv. formula xix. *In frumentis, vino & oleo dari filiquaticum non jubemus*. Id est, vetamus exigi, aut permittimus non dari. Jam *videri judicare*, nihil aliud quàm judicare. nam sensus est, vetitum lege Alexandri

quam videri: [1] & si essent visi, jussit deportari per rectores provinciarum. [2] Annonam militum diligenter inspexit; tribunos qui [3] per stellaturas militibus aliquid tulissent, capitali pœna affecit. [4] Negotia & causas priùs à scriniorum principibus, & doctissimis jurisperitis & sibi fidelibus, quorum primus tunc Ulpianus fuit, tractari ordinarique, atque ita referri ad se præcepit. Leges de 16
jure populi & fisci moderatas & infinitas sanxit: [5] neque ullam constitutionem sancivit sine viginti jurisperitis & doctissimis ac sapientibus viris, iisdemque disertissimis non minùs quinquaginta: [6] ut non minùs in consilio essent sen-

xandri fuisse, ne ulla in civitate, furti semel damnati admitterentur ad jus dicendum, sive judicandum. Erat tum moris, ut & sententiam judicis passi ex repetundarum, aut simili crimine, & interdum exules ac relegati, ad postulandum ac jus dicendum etiam admitterentur. Quare non assentimur viris eruditis, qui vocem *judicare* in hac sententia τοβόλιον censebant. Nam contrà, si quid mutandum, sine dubio scribendum, *Fures judices*, vel *judiciales*. Paullò post sequitur: *Si unquam furem judicem vidisset, paratum habuit digitum, ut illi oculum erueret.* In Claudio, *Fures judices palàm apertèque damnavit.* Erit sensus: lege hac jussos fuisse fures judices abstinere publico: hoc est locis omnibus publicis, cujusmodi sunt fora & balnea. Fuit hoc pœnæ genus usitatum vetustissimis Græcis: ἐφ' ἑστίας ἀτίμους. *Casaub.*

1. *Et si essent visi jussit deportari.*] *Jussit* abest à veteri editione, forte: *& si essent, jussit deportari.* Salmasius.

2. *Annonam militum diligenter inspexit.*] Refer ad condita militaria, de quibus ad Hadrianum. *Casaub.*

3. *Per stellaturas.*] Meminit Spartianus in Pescennio Nigro. *Idem.*

4. *Negotia & causas priùs à scriniorum principibus, &c.*] Jungenda sunt cum iis verba inferiùs posita: *Aëtibus publicis post multam horam operam dabat, &c.* Idem.

5. *Neque ullam constitutionem sacravit sine, &c.*] Revocavi à longo exsilio istud *sacravit*, prodente statum ejus innocentem utroque Palatino. *Grut.*

6. *Ut non minùs in consilio essent sententiæ, quàm senatusconsultum conficerent.*] Lego, *Ut non minùs in consilio essent, quàm quot S. C. conficerent.* vel *cum S. C. conficerent.* Certum numerum senatorum fuisse desideratum ad conficiendum S. C. docet Suetonius in Augusto, & nos ad illum locum. sed variatum in numero videtur: nam ex his verbis colligas, non potuisse fieri S. C. minore senatorum numero, quam CXX. quod scimus aliter olim servatum. Sed mirum est, è tanto numero eorum qui Alexandro in conciliis aderant, solos fuisse XVI. senatores. nam ita scribit Herodianus: vide Suet. Aug. lib. II. cap. XXXV. & confer cum Dione libro XLIII. & libro LVI. *Casaub.*

Ut non minus in consilio essent sententiæ quam Senatusconsultum conficerent.] Omnes scripti: *quam Senatusconsultum conficeret.* aperta & plena conjectura lego: *ut non minus in consilio esset sententia, quam senatusconsultum conficeret. sententia* compendiosè scriptum pro *sententiarum.* hoc est, ut non minus sententiarum esset in consilio, quam Senatusconsultum conficere posset. sed hoc sensu

sententiæ [1] quàm senatusconsultum conficerent: & id quidem ita, ut iretur per sententias singulorum, ac scriberetur quid quisque dixisset, dato tamen spatio ad disquirendum cogitandumque priusquam dicerent, ne incogitati dicere cogerentur de rebus ingentibus. Fuit præterea illi consuetudo, ut si de jure aut de negotiis tractaret, solos doctos & disertos adhiberet: si verò de re militari, [2] milites veteres & senes ac benemeritos, & locorum peritos ac bellorum & castrorum, & omnes literatos: & maximè eos qui historiam norant: requirens quid in talibus causis quales in disceptatione versabantur, veteres imperatores
17 vel Romani vel exterarum gentium feciſſent. [3] Referebat Encolpius, quo ille familiarissimo usus est, illum si unquam furem judicem vidisset, [4] paratum habuisse digitum ut illi oculum erueret: [5] tantum odium eum tenebat eorum de quibus apud se probatum esset quòd fures fuissent. [6] Addit Septimius qui vitam ejus non mediocriter exequutus est, tanti stomachi fuisse Alexandrum in eos judices qui furtorum fama laboraſſent, etiamsi damnati non essent, ut si eos casu aliquo videret, [7] commotione animi stomachi choleram evomeret, toto vultu inardescente

sensu melius fortasse legeretur: *ut non minus in consilio esset sententiarum, quam Senatusconsultum cum fieret.* pro, quam quum fieret Senatusconsultum. & hæc indubitanter vera lectio est. ex *cum fieret*, factum *conficeret*, & mox *conficeret*. Salmas.

1. *Quam Senatus consultum conficerent.*] Ambo Pall. *conficeret*. non malè. *Gruterus.*

2. *Milites veteres & senes & benemeritos.*] V. ed. *Milites veteres, & senes benemeritos.* Salmas.

3. *Referebat Encolpius.*] Jam notavimus peculiarem Lampridio modum loquendi: nam ita superiùs dixit, *ferebat*, vel *referebat Acholius.* Casaub.

4. *Paratum habuisse digitum ut illi oculum erueret.*] Consueta res olim in ira, in ira digito oculum eruere. *Salmas.*

5. *Tantum odium eum tenebat eorum de quibus apud se probatum, quòd fures fuissent.*] Ita uterque Pal. vulgati voce ampliores, *probatum esset*, *quod*. Grut.

6. *Addit Septimius, &c.*] Palatinus integer, heic interpolatus est, videturque initio habuisse, *Addit Septiminus*, sed infra cap. 48. apertè occurrit *Septimius*. Idem.

7. *Commotione animi stomachi choleram evomeret.*] Scribendum, *stomacho choleram evomeret*. Cholera, ut docent medici, commune stomachi atque intestinorum vitium est. Eadem erit sententia & retenta voce *stomachi*, modò cum sequenti dictione connectatur. *Casaub.*

Commotione animi stomachi choleram evomeret.] Ita omnes libri. distingue: *commotione animi, stomachi choleram evomeret*, nec βαττολογία est, ut censet

vir

scente ita ut nihil posset loqui. Nam quum quidam Septimius Arabinus famosus crimine furtorum, & sub Heliogabalo jam liberatus, inter senatores principem salutatum venisset, [1] exclamavit, [2] *O numina, ô Jupiter, ô dii immortales, Arabinus non solùm vivit, verumetiam in senatum venit: fortassis etiam de me sperat: tam fatuum, tam stultum esse me judicat.* Salutabatur autem nomine, hoc est, *Ave Alexander.* [3] Siquis caput flexisset, aut blandius aliquid dixisset, uti 18
adulator vel abjiciebatur, si loci ejus qualitas pateretur, vel ridebatur ingenti cachinno, si ejus dignitas graviori subjacere non posset injuriæ. Salutatus consessum obtulit omnibus senatoribus: atque adeò nisi honestos & bonæ famæ homines ad salutationem non admisit. [4] Jussitque [5] quemadmodum in Eleusiniis sacris dicitur, *ut nemo ingrediatur, nisi qui se innocentem novit.* Per præconem edixit ut nemo salutaret principem qui se furem esse nosset, ne aliquando detectus, capitali supplicio subderetur. [6] Ipse adorari se vetuit, quum jam cœpisset Heliogabalus adorari regum

vir doctissimus. sic enim animo commovebatur ad conspectum eorum judicum qui furtorum fama laborabant, ut stomachum non contineret, sed choleram omnem stomacho insidentem evomeret. at eum fefellit quod paullo supra stomachum pro animo usurpavit: *tanti stomachi fuisse Alexandrum in eos judices, &c.* Salmas.

1. *Exclamavit, ô numina, ô Jupiter, ô Dii immortales.*] Si quæremus battologiam, heic in hac exclamatione Alexandri mera est: Palat. legit, *ô Marna, ô Jupiter, ô Dii immortales. Marna* vero deus apud Syros, cujus mentio apud Hieronymum in vita Serapionis: Syrus igitur imperator Syrum numen invocat. *Idem.*

2. *O Numina, ô Iuppiter, ô Dii immortales.*] Habet palam Palatinus, *O Marna! ô Iupiter, &c.* superscriptumque, *id est fortuna.* Grut.

3. *Si quis caput flexisset.*] Ut se incurvaret. quod superbi principes passi sunt, vel etiam exegerunt, ut de Valente narrat Ammianus libro XXVII. *Casaubonus.*

4. *Jussitque quemadmodum, &c.*] Tota periodus hiat, nec cohæret, hoc simili modo componenda: *Ad salutationem non admitti jussit: & quemadmodum in sacris Eleusiniis dicitur,* UT NEMO INGREDIATUR NISI QUI SE INNOCENTEM NOVIT; *ita per præconem edixit, ut nemo salutaret, &c.* Idem.

Jussitque (quemadmodum, &c.) per præconem edici; ut nemo salutaret, &c.] Hæc est vera hujus loci & lectio & interpunctio, quam erui è membranis Palatinis *Grut.*

5. *Quemadmodum in Eleusiniis sacris dicitur.*] Vet. editio: *in Eleusinis sacris.* recte ita enim semper Latini *Eleusina sacra*, dicunt. *Salmas.*

6. *Ipse adorari se vetuit.*] Melius ex Palatino legeris: *idem adorari se vetuit.* Idem.

regum more Persarum. Erat præterea hæc illius sententia, *Solos fures de paupertate conqueri, dum volunt scelera vitæ suæ tegere.* Idem addebat sententiam de furibus notam, & Græcè quidem, quæ Latinè hoc significat, *Qui multa rapuerit, pauca suffragatoribus dederit, salvus erit:* [1] quæ Græcè
19 talis est, Ὁ πολλὰ κλέψας, ὀλίγα δὲ ἐκφόβιξε[1]). Præfectum prætorii sibi ex senatus autoritate constituit. [2] præfectum urbis à senatu accepit, [3] alterum præfectum prætorii fecit: qui ne fieret, etiam fugerat, dicens, *Invitos non ambientes in Rempub. collocandos.* Senatorem nunquam sine omnium senatorum qui aderant consilio fecit, [4] ita ut [5] per sententias omnium crearetur, testimonia dicerent summi viri: ac si fefellissent vel testes [6] vel ii qui sententias dicebant, postea [7] in ultimum rejicerentur locum, [1] civium

1. *Quæ Græcè talis est*, Ὁ πολλὰ κλέψας, ὀλίγα δὲ ἐκφόβιξε[1]).] Omnia hæc neque veteres editiones agnoscunt, neque sunt in regio. sed omissum ibi aliquid apparet. *Casaub.*

Quæ Græcè talis est: ὁ πολλὰ, &c.] Visuntur hæc diserte in Palat. sed Græca expressa litteris Latinis. *Grut.*

2. *Præfectum Urbis à senatu accepit.*] Scribe, *è senatu.* diversissimâ sententiâ. *Casaub.*

Præfectum urbis à Senatu accepit.] Palatin. *ubi à Senatu.* amplector eustochiam Casauboni, *urbis è Senatu.* Gruterus.

3. *Alterum præfectum prætorii fecit.*] Id est, non unum sed duos habuit præf. præt. quod jam olim scimus fuisse receptum usu. aliter longè regius, qui pro *alterum*, legit *Alexium.* Casaub.

4. *Ita ut per sententias omnium crearetur.*] In regio est scriptum *curaretur:* prius *curreretur.* nam erat potius dicendum, *iretur.* Idem.

Ita ut per sententias omnium crearetur, &c.] Veteres libri: *Ita ut per sententias omnium curaretur.* lege: *ut per omnium sententias gyraretur. gyrare* autem est *gyrare* vel in gyrum ire. nam ita scribebant, *gurare* & *gurum*: pro gyrare & gyrum. per sententias, igitur, omnium gyrare vel gurare, est per omnium sententias in gyrum ire. supra simplicius dixit: *per omnium sententias ire.* Salmas.

5. *Per sententias omnium crearetur.*] Palat. noster habet & illud aliorum *curaretur.* Grut.

6. *Vel ii qui sententias dicebant.*] *Vel si qui sententias dicebant.* Salmas.

7. *In ultimum rejicerentur locum civium, condemnatione adhibita.*] Duæ hoc omnino diversæ pœnæ proponuntur adversus falsos illos suffragatores, & senatores, qui in dicenda sententia fefellissent. Alexander igitur eos sic puniebat ut in ultimum locum civium rejiceret, interdum etiam pœna falsi condemnabat, quasi falsi reos approbatos, & deportabat. Hæc est sententia hujus loci, de verbis jam videndum. Palat. membranæ, legunt: *in ultimum locum civium in condemnatione adhibita.* illud *in* compendio scriptum fuit, pro interdum. sic igitur totum hunc locum legendum censeo: *ac si fefellissent vel testes vel hi qui sententias dicebant, postea in ultimum locum rejicerentur civium, interdum condemnatione adhibita quasi falsi reis approbatis sine ullius indulgentiæ proposito.* non est autem quod miremur, senatores

[1] civium condemnatione adhibita, quasi falsi rei approbati [2] sine ullius indulgentiæ proposito. Idem senatores nonnisi ad summorum in Palatio virorum suffragium fecit, dicens, magnum virum esse oportere qui faceret senatorem. [3] Idem libertinos nunquam in equestrem locum redegit, asserens seminarium senatorum equestrem locum esse. Moderationis tantæ fuit ut nemo unquam ab ejus latere submoveretur, ut omnibus se blandum affabilemque præberet: ut amicos [4] non solùm primi ac secundi loci, sed etiam inferiores ægrotantes viseret: ut sibi ab omnibus liberè quæ sentiebant, dici cuperet; & quum dictum esset, audiret; & quum audisset, ita ut res poscebat emendaret atque corrigeret: [5] si minùs bene factum esset aliquid, etiam ipse convinceret, [6] idque sine fastu & sine amaritudine animi, [7] consensum omnibus semper offerret, præter eos quos furtorum densior fama perstrinxerat, de absentibus semper requirens. Denique quum ei objiceret

res heic non solum senatu motos, sed etiam ignominia longe majore in ultimum civium locum rejectos ab Alexandro: cum ex eadem causa eos interdum in insulam deportaret. condemnationem heic vocat Lampridius deportationem in insulam. nam hæc pœna fuit falsi convictorum. *Idem.*

In ultimum rejicerentur locum civium, condemnatione adhibita quasi, &c.] Sic distinxit Pal. qui tamen habebat *civium. in condemnatione adhibita, &c.* Gruterus.

1. *Civium condemnatione adhibita, quasi falsi rei approbati.*] Quæ hæc civium *condemnatio*? Quare ita potiùs concinnemus: *In ultimum rejicerentur locum civium, condemnatione adhibita, quasi falsarii approbati.* Sumtum è membranis *falsarii* pro *falsæ rei*, senatores, ait, qui pro testimonio falsi aliquid dixissent, cùm aliquem suo suffragio commendarent, rejiciebat in ultimum locum, non dicam senatorum, sed omnino civium. *Casaub.*

2. *Sine ullius indulgentiæ proposito.*] Alius dixisset, *spe proposita.* hoc est, nulla indulgentiæ spe facta. *Idem.*

3. *Idem libertinos nunquam in equestrem, &c.*] Hoc est, jure aureorum annulorum non donavit. *Idem.*

4. *Non solum primi ac secundi loci, sed etiam inferiores ægrotantes viderent.*] Lege: *sed etiam inferioris ægrotantes viderent.* Salmas.

5. *Si minus bene factum esset.*] Pal. & edit. Med. *sin minus bene factum esset.* Idem.

6. *Idque sine fastu, & sine amaritudine animi.*] Ita correxerunt lectionem quæ in vetustis scriptis & excusis reperitur: *idque in factum, & sine amaritudine pectoris.* Idem.

Idque sine fastu & sine amaritudine animi, consensum omnibus, &c.] Locus scabrosus. nam Pal. *idque in factum & sine amaritudine pectoris consensu omnibus.* Gruterus.

7. *Consensum omnibus semper offerret.*] Imò verò *confessum.* ut paullò antè, *Salutatus confessum obtulit omnibus senatoribus.* Casaub.

1. *Uxor*

ret nimiam civilitatem & Mammæa mater, & [1]uxor Memmia Sulpitii consularis viri filia, Catuli neptis, & sæpe dicerent, [2] *Molliorem tibi potestatem & contemptibiliorem imperii fecisti:* ille respondit, *Sed securiorem atque diuturniorem.* Dies denique nunquam transiit [3]quin aliquid mansuetum, civile, pium faceret: sed ita ut ærarium non everet. Condemnationes & raras esse jussit; & quæ factæ fuerant, non indulsit. Vectigalia civitatibus ad proprias fabricas deputavit. [4]Fœnus publicum trientarium exercuit, [5]ita ut pauperibus plerisque sine usuris pecunias dederit ad agros emendos, reddendas de fructibus: præfectis prætorio suis senatoriam addidit dignitatem, ut viri clarissimi & essent & dicerentur: quod antea vel rarò fuerat, [6]vel omnino non fuerat: eo usque ut siquis imperatorum [7]successorem præfecto prætorii dare vellet, [8]laticlaviam eidem per libertum submitteret, ut in multorum vita Marius Maximus dixit. Alexander autem idcirco senatores esse voluit præfectos prætorii, nequis non senator de Romano senatore judicaret. [9]Milites suos sic ubique scivit [10]ut in cubiculo [11]haberet breves & numerum & tem-

1. *Uxor Memmia Sulpitii consularis viri filia.*] Herodianus, ἠγάγετο αὐτὸν γυναῖκα τὴν Σουλπικιανοῦ. & plura de hujus infelicitate. *Idem.*

2. *Molliorem tibi potestatem & contemptibiliorem imperii fecisti.*] Plinius octavo epistolarum: *Absit superbia, & asperitas: nec timueris contemtum.* Idem.

3. *Quin aliquid mansuetum, civile, pium faceret.*] Pal. cum excerptis Spartiani, & vet. editione: *dies denique nunquam transiit, quando non aliquid mansuetum, civile, pium fecit.* Salmas.

4. *Fœnus publicum trientarium exercuit.*] Vide ad Pii vitam. *Casaub.*

5. *Ita ut pauperibus plerisque sine usuris pecunias dederit.*] Tale quid instituerat Augustus, ut narrat Suet. c. XII. *Idem.*

6. *Vel omnino non fuerat.*] Excerpta Spartiani, & Pal. *vel omnino non diu non fuerat.* Salmas.

7. *Successorem præfecto prætorii dare vellet.*] Exemplum est in vita Commodi. *Casaub.*

8. *Laticlaviam ei per libertum submitteret.*] Scripti, *laticlavium*, pro, latum clavum. *Idem.*

Laticlaviam eidem per libertum submitteret.] Sic uterque Pall. neque mutandum. subintelligit enim, vel togam, vel vestem, more illo sollemni scribendi, de quo jam pluries diximus *Grut.*

9. *Milites suos sic ubique scivit.*] Hæc pars erat rationarii imperii, cujus auctor principum maximus Augustus. Suetonius capite ultimo *Casaub*

10. *Ut in cubiculo haberet breves & numerum & tempora militantium.*] Lego, *breves & numerum & tempora militantium indicantes.* aliter oratio non erit perfecta. *Idem.*

11. *Haberet breves, & numerum & tem-*

tempora militantium, semperque quum solus esset, & rationes eorum, & numerum, & dignitates, & stipendia recenseret, ut esset ad omnia instructissimus. Denique quum inter militares aliquid ageretur, multorum dicebat & nomina. De promovendis etiam sibi annotabat: [1] & perlegebat cuncta pittacia. & sic faciebat diebus etiam pariter annotatis, & [2] quis, & qualis esset, & quo insinuante promotus. [3] Commeatum populi Romani sic adjuvit ut quum frumenta Heliogabalus evertisset, [4] vicem de propria pecunia loco suo reponeret. Negotiatoribus [5] ut Ro- 22
mam volentes concurrerent maximam immunitatem dedit. Oleum quod Severus populo dederat, quodque Heliogabalus imminuerat, turpissimis hominibus præfecturam annonæ tribuendo, [6] integrum restituit. [7] Jus conferendi rationes, quod impurus ille sustulerat, hic omnibus reddidit. Mechanica opera Romæ plurima instituit. Judæis

tempora militantium.] Ita ambo Pall. neque quidquam deest. quippe intelligitur in iisdem brevibus fuisse militum numerum & stipendia. *Grut.*

1. *Et perlegebat cuncta pittacia.*] Id est breves, ut modò dixit. sed pittacia dicuntur pice vel maltha illitæ breves tabellæ, in quibus elogia scribebantur, & id genus alia, quæ paucis verbis possunt comprehendi. Isidorus: *pittacium, epistola brevis & medica.* Casaub.

Et perlegebat cuncta pittacia.] Α πίττα, πίττιον πίττακος, & πιττάκιον, index vel titulus pice illitus, ut affigi possit & applicari. amphoris & doliis affixa pittacia, vini patriam & senectutem indicabant. indices quoque libris adfixi qui nomen auctoris præferrent, πιττάκια dicebantur & σίλλυβοι. *Salmas.*

2. *Quis & qualis esset, & quo insinuante promotus.*] Scaliger legebat: *quis & qualis esset, insinuans, promotus.* insinuans, inquit, & annotans, qualis esset promotus. melius leges ex libro Palatino: *quis quo esset insinuante promotus.* Idem.

3. *Commeatum populi Rom. sic adjuvit.*] Annonam frumentariam intelligit, quam duæ classes Ægyptia & Africana devehebant. *Casaub.*

4. *Vicem de propria pecunia reponeret.*] Vetus liber sic legit: *Vicem pia de propria pecunia reponeret.* Ita igitur legendum: *Commeatum populi Romani sic adjuvit, ut quum frumenta Heliogabalus evertisset, hic empta de propria pecunia suo loco reponeret.* felici, & facili conjectura, de *vicem pia*, fecimus *hic empta. hic* est Alexander. *Salmas.*

5. *Ut Romam volentes.*] Pro volenter, cupidè. *Casaub.*

6. *Integrum restituit.*] Neque hoc solùm: sed & institutæ à Severo liberalitati cumulum adjecit. *Idem.*

7. *Jus conferendi rationes.*] Nihil est in Alagabali vita, quod hunc locum reddat clariorem. *Idem.*

Jus conferendi rationes.] Palat. *jus conferre rationes.* ita loquitur alibi: *potestatem aliquid facere*, pro aliquid faciendi. *Salmas.*

Jus conferendi rationes, &c.] Pal. *Jus conferre rationes.* Grut.

dæis privilegia reservavit. Christianos esse passus est. Pontificibus tantum detulit & quindecim viris atque auguribus, ut quasdam causas sacrorum à se finitas, [1] iterari & aliter distingui pateretur. Præsides provinciarum, quos verè non factionibus laudari comperit, & [2] in itineribus secum semper in vehiculo habuit & muneribus adjuvit, dicens, & fures à Rep. pellendos ac pauperandos, & integros esse redimendos atque ditandos. [3] Quum vilitatem P. R. ab eo peteret, interrogavit per curionem, quam speciem caram putarent. Illi continuò exclamaverunt, carnem bubulam atque porcinam. [4] Tunc ille non quidem vilitatem proposuit, [5] sed jussit * nequis suminatam occi-

1. *Iterari & aliter distingui pateretur.*] Heic vetus habet editio: *discingi*. sed *distingui*, vel *distingi* verum est. ex scribendi enim ratione manavit hic error. *distingere*, scribebant pro distinguere. distinguere igitur causas & negotia vel lites, proprie dicebant, quod Græci διαγιγνειν. recentiores etiam διαγνωσεις περιγνωσις. Glossæ veteres: διαγιζω, *dispungo, distinguo.* διαγιγντης, *distinctor.* διαγνωλη, *distinctio.* aliæ Glossæ: *distingit*, σταφιζει, τιζει, *distinctio*, σταφιωσις. *Salmas.*

2. *In itineribus secum semper in vehiculo habuit.*] Non leve hoc genus honorificentiæ, ut dictum est in vita Veri imperatoris. *Casaub.*

3. *Cùm vilitatem P. R. ab eo peteret.*] Sæpe autem fieri solitum, ut de annonæ caritate populus Rom. cum principe, vel præfecto Urbi expostularet. *Idem.*

Cùm vilitatem populus Romanus ab eo peteret.] Sic uterque Pal. *Grut.*

4. *Tunc ille non quidem vilitatem proposuit.*] Sed vilitatis proponendæ ratio illa optima, qua usus Pertinax, de quo Capitolinus, *Exemplo*, inquit, *imperatoris cùm ille parcius se ageret, ex omnium continentia vilitas nata est.* Casaubonus.

5. *Sed jussit ne quis suminatam occideret, ne quis lactantem.*] Legendum, *Ne quis suem suminatam occideret, ne quis lactentem.* sumen est fœtæ suis mamma lacte plena. *sus suminata*, nihil aliud nisi sus lactans. *Lactentes* verò sunt porcelli adhuc subrumi: quos non occidi multum intererat, ad vilitatem porcinæ revocandam: quod studebat Alexander. *Idem.*

Sed jussit ne quis suminatam occideret, ne quis lactantem, &c.] Quantum interest inter vaccam & damalionem in genere bucerino, tantum distat inter suminatam & lactantem in genere porcino. *Suminata* enim est scrofa, *lactans* est tener porculus. *Lactare* enim pro lactere usurparunt tunc temporis Latini, atque etiam antiquiores. *lactantina* igitur caro est tenellorum porculorum qui proprie lactantes dicebantur Latinis, ut Græcis χαλαβλωοὶ. qui vilitati carnis bubulæ consultum volebant, hi nec vaccas, nec damaliones comedebant; tauris autem & bobus, & vitulis minime parcebant. & hæc ratio fuit, quare Alexander jusserit, ne quis damalionem, ne quis vaccam occideret, quod caro scilicet bubula cara esset. hac eadem ratione moti in Ægypto & Palæstina propter boum caritatem, vaccas non comedebant, ut scribit Hieronymus. addo, ne damaliones quidem: nec enim dubito, quin vaccarum nomine etiam eas

occideret, nequis lactantem, nequis vaccam, nequis [1] damalionem: tantumque intra biennium vel propè annum porcinæ carnis fuit & bubulæ, [2] ut quum fuisset octominutalis libra, ad duos unumque utriusque carnis libra redigeretur. Caulas militum contra tribunos sic audivit, 23
ut si aliquem reperisset tribunorum in crimine, [3] pro facti qualitate sine indulgentiæ proposito puniret. De omnibus hominibus [4] per fideles homines suos semper quæsivit: & per eos quos nemo nosset hoc agere, quum diceret omnes præda corrumpi posse. Servos suos semper cum servili veste habuit, libertos cum ingenuorum. Eunuchos de ministerio suo abjecit, & uxori ut servos servire jussit. Et quum Heliogabalus mancipium eunuchorum fuisset, [5] ad certum numerum eos redegit: nec quicquam in Palatio curare voluit nisi balneas fœminarum: quum plerosque eunu-

eas intellexerit, quæ sunt minores vaccæ. contra est cum agriculturæ ratio habetur. tunc enim damalionibus & vaccis passim vesci permittendum, vitulis vero nequaquam. *Salmas.*

* *Ne quis fœminatam occideret.*] Ita ambo Palatini, subintelligitque *suem*. Gruterus.

1. *Damalionem.*] *Damalis* vox Græca quam Latini suam suo more fecerunt. τὸ δαμάλιον, *damalio, onis.* Salmasius.

2. *Ut cùm fuisset octominutalis libra.*] Ante legem Alexandri vendebatur libra porcinæ aut bubulæ octo minutis: postea redacta est ad pretium duorum minutorum. magna vilitas ex magna caritate. Conferre hæc cum nostro usu non possumus; quia minutorum justam æstimationem parum habemus notam. Carnium porro vilitatem Romæ fuisse magnam & Plinius docet nos: qui libro XVIII. capite tertio est auctor, assibus singulis carnis pondo XII. aliquando fuisse vendita. *Casaubonus.*

Ut quum fuisset octominutalis libra ad duos, &c.] Minutos hoc argenteos intelligit, quos & alibi minutulos appellant, nam de minutis æreis viri docti qui accipiunt, falluntur. nec enim magna illa fuisset carnis caritas, si octo minutis æreis, non pluris daretur. *Salm.*

3. *Pro facti qualitate sine indulgentiæ proposito.*] *Sine indulgentiæ proposito*, est, nulla indulgentia proposita. *Idem.*

4. *Per fideles homines suos.*] *Homo* etiam in Pandectis pro servo. posterior verò ætas, *fideles* substantivè pro eodem usurpavit. *Casaub.*

Per fideles homines suos.] Id est per fideles servos. substantive & absolute *fideles* posterior ætas de omnibus servis dixit. Grammatici notant differentiam inter fidelem, & fidum: & fidelem quidem servum, fidum vero amicum debere dici affirmant. *Salmas.*

5. *Ad certum numerum eos redegit.*] Loquitur de ministerio aulico. sed postea cum omnium procerum domus eunuchorum essent plenæ, pervenissentque hanc ob causam eunuchi ad ingentia pretia; lege Aureliani modus constitutus habendi eunuchos, pro facultatibus senatoriis, inquit Vopiscus. *Casaubonus.*

eunuchos rationibus & procurationibus præpoſuiſſet Heliogabalus; hic illis & veteres ſuſtulit dignitates. Idem tertium genus hominum eunuchos eſſe dicebat: nec videndum, nec in uſu habendum à viris, ſed vix à fœminis nobilibus. [1] Qui de eo fumum vendiderat, & à quodam militari centum aureos acceperat, in crucem tolli juſſit per eam viam qua eſſet ſervis ſuis ad ſuburbana imperato-
24 ria iter frequentiſſimum. [2] Provincias prætorias, præſidiales plurimas fecit: proconſulares ex ſenatus voluntate ordinavit. Balnea mixta Romæ exhiberi prohibuit: quod quidem jam antè prohibitum, Heliogabalus fieri permiſerat. [3] Lenonum vectigal & meretricum & exoletorum in ſacrum ærarium inferri vetuit, [4] ſed ſumptibus publicis [5] ad inſtaurationem theatri, circi, amphitheatri, [6] & ærarii deputavit. Habuit in animo ut exoletos vetaret, quod poſtea Philippus fecit: [7] ſed veritus eſt, ne prohibens, publicum dedecus in privatas cupiditates converteret, [1] quum

1. *Qui de eo fumum vendiderat.*] Pal. *fumos*; forte *fumos*. Grut.

2. *Provincias prætorias, &c.*] Attigimus hunc locum, ſuprà ad Marci vitam. *Caſaub.*

Provincias prætorias, præſidiales plurimas fecit.] Vetus Scriptura, *provinciales getorias præſidiales plurimas fecit.* an *provincias legatorias*? ita legendum. ſic enim vocat in quas mittebantur legati Cæſaris tam conſulares quam prætorii. ſic infra inter rectores provinciarum nominat, legatos, proconſules & præſides. *Salmaſ.*

3. *Lenonum vectigal & meretricum.*] Adi ad Suetonium in Caligula, cap. xl. *Caſaub.*

4. *Sed ſumptibus publicis ad inſtaurationem theatri, circi, amphitheatri, & ærarii deputavit.*] Vox *ærarii* non facit huic loco; arguuntque eam aliorum mſſ. in quibus *atrii*. Palat. noſter habet *adii*, quod mox mutatum in *ſtadii*; quod verum eſt: niſi proprius fortè ad litteras accedit *odei*. ſed aliud quid ſubeſſe videtur. vero enim ſimile eſt vectigalia illa turpia impendiſſe locis etiam omni modo Voluptariis. *Grut.*

5. *Ad inſtaurationem Theatri, Circi, Amphitheatri & ærarii deputavit.*] Cur hoc *ærarium* cum Theatro, Circo, Amphitheatro? optimus liber habet: *& adii*, pro ærarii. omnino legendum: *ad inſtaurationem Theatri, Circi, Amphitheatri, ſtadii deputavit.* ſic ſtadium ſupra conjunxit cum circo & amphitheatro in vita Heliogabali: *omnes de circo, de theatro, de ſtadio, & omnibus locis & balneis meretrices collegit in ædes publicas.* meretrices igitur etiam in ſtadio verſari ſolitæ, ut in circo & amphitheatro. Hinc non mirum ſi harum vectigal Alexander, ad ſtadii refectionem deputavit. indubitate vera eſt illa lectio. *Salmaſius.*

6. *Et ærarii, &c.*] Regius, *atrii*. ut de publici atrii alicujus refectione locus intelligatur. *Caſaub.*

7. *Sed veritus eſt ne prohibens, &c.*] Aurelius Victor in Philippo. *Idem.*

1. *Quum*

[1] quum homines illicita magis poſcant, prohibitaque furore perſequantur. [2] Braccariorum, [3] linteonum, [4] vitreariorum, pellionum, [5] plauſtrariorum, [6] argentariorum, aurificum, & cæterarum artium vectigal pulcherrimum inſtituit: ex eoque juſſit thermas, & quas ipſe fundaverat, & ſuperiores, populi uſibus exhiberi: ſylvas etiam thermis publicis deputavit. Addidit & oleum luminibus thermarum, [7] quum antea non ante auroram paterent, [1] & ante

1. *Quum homines illicita magis poſcant, prohibitaque furore perſequantur.*] Libris veteribus legimus: *Quum homines illicita magis prohibita poſcant, furore jactati.* homines, inquit, qui illorum furor eſt; res ſua natura illicitas, ſi etiam prohibeantur, magis poſcunt. atque hic eſt hujus loci ſenſus. *Salmaſ.*

Cum homines illicita magis poſcant, prohibitaque furore perſequantur.] Locum iſtum falſi arguit Pal. in quo, *inlicita magis prohibita poſcant, furore jactant.* quæ non conſtituo. *Grut.*

2. *Braccariorum, &c.*] *Braccarii* fuerunt, venditores braccarum: ſed emendat Scaliger, me non invito, *Bracteariorum.* Caſaub.

Braccariorum, linteonum.] Palatinus *Bracharionum. bracharios* ſæpius legere memini in libris manuſcriptis pro *bracarios* vel *bractearios.* Salmaſ.

Braccariorum] Idem Pal. *braccharionum.* benè Scaliger, *bracteariorum.* Grut.

3. *Linteonum.*] Linteones ſeparantur à linteariis. Gloſſæ: *Lintearius, ὑφαντικός. Linteo, λινυφῶ. Caſaub.*

4. *Vitreariorum.*] Iidem libri: *vitrariorum.* hoc eſt qui vitrum conficiunt. *ὑαλουργῶν. Salmaſ.*

5. *Plauſtrariorum.*] Pal. *clauſtrariorum*; & malim. apparet enim vectigali iſto oneraſſe artes minus neceſſarias. *Gruterus.*

6. *Argentariorum.*] Non ſunt trapezitæ aut nummularii, ſed fabri argentarii, qui argentea vaſa conficiunt, aut cælatores, vel ſimiles artifices. & ita ſæpe. *Caſaub.*

Argentariorum, aurificum.] Argentarii, qui argenti vaſa celant vel alio opere fabricant, qui proprie laborioſi dicebantur. labor enim in argento celatura artificum dicitur. Juvenalis:

——— *& Polycleti*
Multum ubique labor, rara ſine Mentore menſa.
Quis labor in phiala? docti Myos anne Myronis?
Solus Phidiaci toreuma cæli,
Solus Mentoreos habeas labores.

Labor autem, & manus, & opus, idem. & *pretium manus* dicebatur quod pro manu vel labore dabatur artifici argentario, & unica voce *manupretium.* Salmaſius.

7. *Quum antea non ante auroram paterent.*] Omnes ſcripti: *quum antea & annonam*, ſic emenda: *quum antea & ad nonam paterent, & ante ſolis occaſum clauderentur.* Thermæ, tabernæ vinariæ, cauponæ, & lupanaria apud veteres, non ante nonam aperiebantur. alibi diximus. *Idem.*

Cùm antea non ante auroram paterent, &c.] Palatin. *cùm antea & annonam paterent.* aut omninò fallor, aut reponendum, *cùm antea & ante nonam paterent, & ante ſolis, &c.* ut videlicet iſtud indulſerit, non tam liberalitatis oſtentandæ, quàm ut homines negotioſos redderet uſque ad horam diei nonam; permiſſis eis etiam poſt ſolis occaſum hærere in balneis. ante auroram umquam aperta fuiſſe balnea, numquam credam. *Grut.*

25 [1] & ante solis occasum clauderentur. [2] Hujus imperium incruentum quidam literis tradiderunt; quod contra est. Nam & Severus est appellatus à militibus ob austeritatem, [3] & in animadversionibus asper in quibusdam fuit. Opera veterum principum instauravit: ipse nova multa constituit: in his [4] thermas nominis sui juxta eas quæ Neronianæ fuerunt, aqua inducta, quæ *Alexandrina* nunc dicitur. Nemus thermis suis de privatis ædibus suis quas emerat, dirutis ædificiis, fecit. *Oceani solium* primus inter principes appellavit, quum Trajanus id non feciſſet, sed diebus solia deputasset. [5] Antonini Caracalli thermas additis sortionibus perfecit & ornavit. [6] Alexandrinum opus marmoris de duobus marmoribus, hoc est porphyretico & Lacedæmonio, primus instituit, [7] Palatio exornato hoc genere marmorandi. [8] Statuas colossas in urbe multas locavit, artificibus undique conquisitis. Alexandri habitu nummos plurimos figuravit: [9] & quidem electreos aliquantos,

1. *Et ante solis occasum clauderentur.*] At per hanc liberalitatem Alexandri mutavit antiquum hoc institutum: quod cùm multis malis caussam vel occasionem præbuisset, revocare tandem veterum consuetudinem insecuti principes sunt coacti. *Casaub.*

2. *Hujus imperium incruentum, &c.*] Herodianus initio libri septimi. *Idem.*

3. *Et in animadversionibus quibusdam asper.*] Pal. *& in animadversibus quibusdam asper. animadversus* pro animadversione. sic *aversus*, pro *aversio* in Glossis. Salmas.

Et in animadversionibus asperior in quibusdam fuit.] Sic Pal. melius quàm hactenus publicati, *asper in, &c.* Gruterus.

4. *Thermas nominis sui.*] Alexandrinas. *Casaub.*

5. *Antonini Caracalli thermas additis porticibus.*] Scrib. *porticibus.* Idem.

6. *Alexandrinum opus marmoris de duobus marmoribus.*] Marmorationis genus è duobus marmoribus non est Alexandri inventum, ut videtur sentire Lampridius; sed jam Claudii & Neronis temporibus Romæ cognitum Lege Plinium libro XXXV. capite primo. sed illius fortasse novum aliquod genus è porphyretico & Lacedæmonio. *Idem.*

7. *Palatio exornato hoc genere marmorandi.*] Palat. *Alexandrinum opus marmoris de duobus marmoribus primum instituit in Palatio, exornatis hoc genere marmorandi.* quæ tamen quid sibi velint, ignorare me fateor. forte: *instituit, operibus in Palatio exornatis hoc genere marmorandi.* Salmas.

8. *Statuas colossas.*] Scribe *colosseas*, ut suprà. *Casaub.*

Statuas colossas in Urbe multas locavit.] Sic quoque Pal. & permittamus sanè sic loqui homines non admodum attentos analogiis. *Grut.*

9. *Et quidem electreos aliquantos.*] Raro dicunt, immo nunquam *electreum* optimi auctores, sed *electrinum*, quod ex electro factum est. vetus editio cum Palat. leg. *electros.* quod absque dubio verum

quantos, sed plurimos tamen aureos. A mulieribus famosis matrem & uxorem suam salutari vetuit. Conciones in urbe multas habuit more veterum tribunorum & consulum. Congiarium populo ter dedit, donativum militibus ter: [1] carnem populo addidit. [2] Usuras fœneratorum contraxit ad trientes pensiones, etiam pauperibus consulens. Senatores si fœnerarentur, usuras accipere primò vetuit, nisi aliquid muneris causa acciperent: [3] postea tamen [4] jussit [5] in semisses acciperent donum, munus tamen sustulit. [6] Statuas summorum virorum in foro Trajani collocavit undique translatas. Paulum & Ulpianum in magno honore habuit, quos præfectos ab Heliogabalo alii

26

verum est. *electrus* pro *electrinus*. sic *nardus* pro *nardinus*, unde oleum nardum & oleum balsamum pro nardino & balsamino, apud Vegetium de re veterinaria. sic *aurichalcum* pro aurichalcinum. unde *vasa aurichalca* apud Anastasium de vitis Pontificum. aurichalcum χρῦσος vocat auctor Glossarii, qui χρυσίζουσαν vocat quod ex aurichalco factum est. *Salmas.*

Et quidem electreos.] Idem Palatin. *electros*, quomodo forsan auctor scripsit. *Grut.*

1. *Carnem populo addidit.*] Porcinam ait videtur. *Casaub.*

2. *Usuras fœneratorum contraxit ad trientes pensiones.*] Usurarum varius modus in Republ. Rom. sed illud tamen video semper observatum, ut quo quisque honestioris loci esset, eo severius fœnerandi licentia illi interdiceretur. Mirum igitur est quod legimus hic: redegisse Alexandrum usuras fœneratorum quidem ad trientes; senatorum verò ad semisses. nam planè contrarium oportuit. Quare de hoc loco velim docti viri cogitent. Est profectò ridiculum exegisse à fœneratoribus, ut non alia conditione fœnus exercerent, atque imperator ipse: qui, ut antè dictum, *fœnus publicum trientarium exercuit.* Idem.

3. *Postea tamen jussit in semisses acciperent donum, munus tamen sustulit.*] Optimæ membranæ: *postea tamen jussit ut semisses acciperent. donum, munus tamen sustulit.* atque ita omnino legendum, donum, munus, ἀσυνδέτως dixit id quod muneris causa accipiebant senatores eo tempore, quo vetiti sunt creditæ pecuniæ usuras exigere. sic *donum, munus* junctim positum multis locis Pandectarum animadverti. *Salmasius.*

4. *Jussit in semisses acciperent donum, munus tamen sustulit.*] Antiquitus ed. *to in* non agnoscunt. Legendum censeo, *Jussit semisses acciperent: donum munusve tamen sustulit:* Ita solent in jure hæc duo vocabula jungi. ut cùm M. Cincius legem de donis & muneribus tulit, inquit non uno loco M. Tullius. sic sæpe in Pandectis. *Casaub.*

5. *In semisses acciperent donum.*] Pal. *ut semisses acciperent donum*, quo admisso, videntur illa, *donum, munus tantum sustulit*, orta à librariorum glossis. uno enim indulto sustulit alterum. verùm si id auctoris sermoni permittamus, tunc saltem expungenda vox *donum*. Gruterus.

6. *Statuas summorum virorum.*] Erant hæc conjungenda cum iis quæ paullò post sequuntur. *Casaub.*

alii dicunt factos, alii ab ipso. Nam & consiliarius Alexandri, & magister scrinii Ulpianus fuisse perhibetur: qui tamen ambo assessores Papiniani fuisse dicuntur. Basilicam Alexandrinam instituerat inter campum Martium & septa Agrippiana, [1] in latum pedum centum, in longum pedum mille, ita ut tota columnis penderet: quam efficere non potuit morte præventus. [2] Isium & Serapium decenter ornavit, additis signis [3] & deliacis & omnibus mysticis. In matrem Mammæam unicè pius fuit, ita ut Romæ in Palatio faceret diætas nominis Mammææ, quas imperitum vulgus hodie *ad Mammam* vocant. Et in Bajano palatium cum stagno, quod Mammææ nomine hodieq; censetur. Fecit & alia in Bajano opera magnifica in honorem affinium suorum, & stagna stupenda admisso mari. Pontes quos Trajanus fecerat, instauravit penè in omnibus locis. Aliquos etiam novos fecit, sed instauratis nomen Trajani re-
27 servavit. In animo habuit omnibus officiis genus vestium proprium dare, & omnibus dignitatibus, ut à vestitu dignoscerentur: [4] & omnibus servis, ut in populo possent agnosci, ne quis seditiosus esset, simul ne servi ingenuis miscerentur. Sed hoc Ulpiano Pauloque displicuit, dicentibus, plurimum rixarum fore si faciles essent homines ad injurias. Tum satis esse constituit ut equites Romani à senatoribus [5] clavi qualitate discernerentur. [6] Penulis intra urbem

1. *In latum pedum centum, in longum pedum mille.*] Pal. & vet. ed. *in lato pedum centum, in longo pedum mille. in lato*, pro in latitudine: *in longo*, in longitudine. *Salmas.*

In latum pedum centum, in longum pedum mille.] Pal. *in lato item in longo.* forsan verè. *Grut.*

2. *Isium & Serapium decenter ornavit.*] Erant plura jam in Urbe Isidis & Serapis fana. sed puto illa intelligi quæ struxerat Caracallus. *Casaub.*

3. *Et deliacis.*] Id est vasis Deliaca specie, aut quæ Deliaca imitarentur. Plin. *Idem.*

4. *Et omnibus servis, ut in populo possint agnosci.*] Seneca De clementia libro primo, capite XXIV. *Idem.*

5. *Clavi qualitate discernerentur.*] Videtur qualitatem dixisse pro quantitatem: ut ὄμοιον pro ἴσον, *similis* pro æquali usurpasse veteres sciunt eruditi. Erit sensus: instituisse Alexandrum, ut senatorum propria esset laticlavia tunica: equitum angusticlavia. Antea etiam equites latum clavum sumsisse certum est. *Idem.*

6. *Penulis intra urbem frigoris caussa ut senes uterentur.*] Assentior Justo Lipsio rescribenti *senatores* pro *sens.* Idem.

Pænu-

urbem frigoris causa ut senes uterentur permisit, [1] quum id vestimenti genus semper itinerarium aut pluviæ fuisset. Matronas tamen intra urbem penulis uti vetuit, in itinere permisit. Facundiæ fuit Græcæ magis quàm Latinæ, nec versu invenustus. Et ad musicam pronus, matheseos peritus: [2] & ita quidem ut ex ejus jussu mathematici publicè proposuerint Romæ, ac sint professi ut docerent. Aruspicinæ quoque peritissimus fuit. [3] ὀρθοσκόπος magnus [1] ut

Pænulis intra urbem frigoris causa ut senes uterentur permisit.] Recte viri docti, *senatores* hoc pro *senes* reposuerunt. addit Lampridius frigoris causa iis permisisse ut pænulas haberent, cum antea itinerariæ tantum essent, & pluviales. itinerarias accipio extra urbem, [1] pluviales intra urbem. ergo vult Lampridius, cum antea pluviæ tempore tantum pænulas sumerent senatores, vel si aliquo extra urbem proficiscerentur, his permisisse Alexandrum, ut etiam frigoris causa usurparent. pænulæ Ciceronis ætate, & longe ante Ciceronem itinerariæ & pluviales fuere, quibus extra urbem tantum, & in itinere utebantur. itineralium pænularum mentio apud Ciceronem, Senecam, alios. exque ut plurimum scortea. Martialis:

Ad subitas nunquam scortea desit aquas.

Præter has fuere & pænulæ, ita dixerim, hyemales. χειμάδες Græci dicunt. quæ quidem pænulæ fiebant ex lana Appula, miro candore, & villorum gratia commendatæ, & frigoris tantum causa habitæ longe ante Alexandri tempora. & falsa notatio Spartiani pænulas ante itineris tantum, & pluviæ causa usurpari solitas; Alexandrum vero senatoribus, ut frigoris causa iis uterentur, permisisse. hæ quod in modum gausaparum textæ essent, gausapinæ dictæ. Martialis:

Et dolet & queritur sibi non contingere frigus
Propter sexcentas Scævola gausapinas.

Habebantur & lacernæ ad pluviam, sed quæ supra togam injicerentur. in officiis faciendis & salutationibus matutinis obeundis. togatos sequebatur verna cum lacernis, quas supra togam accipiebant, si forte pluveret. & hæc differentia pænularum & lacernarum. quod pænulæ supra tunicam tantum sumerentur, lacernæ & supra tunicam, & supra togam. lacernæ, pænulæque pluviales, sed istæ in itinere, & extra urbem; illæ intra urbem. auctores tamen, ut dixi, plerumque & has & illas confundunt. Nam Tribuni, ut & reliqui senatores, semper togati, & supra togam lacernati pluvia tempestate. pænulæ vero, aut frigoris causa habebantur, & intra urbem, ut gausapinæ, & gausapa: aut pluviæ & itineris, ut scorteæ, atque etiam laneæ, & extra urbem. *Salmas.*

Pænulis intra Urbem, frigoris causâ ut senes uterentur, permisit.] Ita & Palatinus. Lipsio tamen visum reponere *Senatores*. Grut.

1. *Quum id vestimenti genus semper itinerarium aut pluviæ fuisset.*] Palat. *aut pluviale fuisset.* pluviale vestimentum quod tempore pluvio gestatur, ut itinerarium quod in itinere. *Salmas.*

2. *Et ita quidem ut ex ejus jussu mathematici publice proposuerint Romæ, &c.*] Elegans & luculentus ad hanc rem Ulpiani locus lib. VII. de officio Proconsulis in comparatione legum Mosaicarum & Romanarum, tit. de vaticinationibus & Mathematicis. *Idem.*

3. *Ὀρθοσκόπος magnus.*] Mirum quare Græcam vocem potius quàm Latinam augur usurpaverit. *Casaub.*

Ὀρθοσκόπος magnus fuit.] *Ὀρθο-*

[1] ut & Vascones & Hispanorum & [2]Pannoniorum augures vicerit. Geometriam fecit, pinxit mirè, cantavit nobiliter: sed nunquam alio conscio, nisi pueris suis testibus. Vitas principum bonorum versibus scripsit. Lyra, tibia, organo cecinit: [3] tuba etiam, quod quidem imperator [4] nunquam ostendit. [5] Palæstes primus fuit, in armis magnus,
28 adeò ut multa bella & glorioſe gesserit. Consulatum ter iniit tantùm ordinarium: [6] ac primo nundino sibi alios [*] semper suffecit. Severissimus judex contra fures, appellans eosdem quotidianorum scelerum reos, & damnans acerrimè, ac solos hostes inimicosque Reipub. vocans. Eum notarium qui falsum causæ brevem in consilio imperatorio retulisset, [7] incisis digitorum nervis ita ut nunquam posset scribere, deportavit. [8] Quum quidam ex honoratis, vitæ sordidæ & aliquando furtorum reus, per ambitionem nimiam ad militiam aspirasset, idcirco

[1] quòd

πανοσκοπος magnus fuit. ita scriptum in optimo Palatino. *Salmas.*

1. *Ut & Vascones & Hispanorum, &c.*] Palatino abest prior particula *&*, non male, ut Vascones Hispanis annumeraverit. *Grut.*

2. *Pannoniorum augures.*] Horum meminit Spartianus in Severo. Porphyrius auctor est, quasdam gentes olim cognationem habuisse quandam cum certis avibus, quarum auspiciis regerentur, cùm illarum cantus intelligerent: ut aquilarum Etruscos, corvorum Arabes. *Casaub.*

3. *Tuba etiam, quod quidem imperator nunquam ostendit.*] *Ostendere* signate proprium huic rei verbum, cum artifices nempe committunt, aut specimen artis suæ edunt. Græci ἐπιδείκνυσθαι dicunt, & ἐπίδειξιν hujusmodi *ostensionem* sive specimen. *Salmas.*

4. *Nunquam ostendit.*] Οὐκ ἐπιδείκνυτο. non fecit palam: neque publicè specimen dedit hujus suæ peritiæ. *Cas.*

5. *Palæstes primus fuit.*] Græci utroque modo παλαιστὴς & παλαιστρίτης. *Idem.*

Palæstes primus fuit.] Sic supra: *amator primus fuit.* nam qui in aliqua re primus, idem optimus, ut contra qui pessimus, ultimus. *Salmas.*

6. *Ac primo nundino sibi alios semper suffecit.*] Creationem consulum veteres Latini dicebant comitia consularia: postea sublatis comitiis dici cepit ordinatio consulum, quod nihil aliud est, nisi ordinatio. *Casaub.*

Ac primo nundino.] *Primo nundinio.* Salmas.

7. *Incisis digitorum nervis.*] Spectarunt hoc supplicii antiqui legum conditores, ut qua parte quis peccasset, eadem puniretur. *Casaub.*

8. *Cùm quidam ex honoratis.*] Quomodo honoratus iste, si homo erat vitæ sordidæ & aliquando furtorum reus? an scribend. *ex inhonoratis?* an ad opes solùm respexit, quarum merito, ut fit, iuter honoratos isti locus? *Idem.*

Cùm quidam ex honoratis vitæ sordidæ, &c.] Fortè fuit *quidam exhonoratus*, id est, qui honoribus exciderat. sic Salvianus lib. II. de gubern. Dei: *diademate exhonoratur.* Grut.

1. *Quod*

[1] quòd per reges amicos ambierat, admissus, statim in furto præsentibus patronis detectus est: jussusque à regibus audiri, damnatus est re probata. Et quum quæreretur à regibus, quid apud eos paterentur fures, illi responderunt, Crucem. Ad eorum responsum, in crucem sublatus est. Ita & patronis autoribus damnatus ambitor est: & Alexandri, quam præcipuè tuebatur, servata clementia est. [2] Statuas colossas, vel pedestres nudas, vel equestres, divis imperatoribus [3] in foro divi Nervæ, [4] quod *Transitorium* dicitur, locavit omnibus cum titulis, & columnis æreis, quæ gestorum ordinem continerent exemplo Augusti, qui summorum virorum statuas in foro suo è marmore collocavit, additis gestis. Volebat videri originem de Romanorum gente trahere, quia eum pudebat Syrum dici: [5] maximè quòd quodam tempore festo, [6] ut solent, Antiochenses, Ægyptii, Alexandrini, lacessiverant eum convitiolis, *Syrum* [7] *archisynagogum* eum vocantes & *archiereα*. Ante-

1. 1. *Quod per reges amicos ambierat.*] Videntur in aula Imperatoris tum fuisse reges aliqui, aut regum filii. *Casaub.*

2. *Statuas colossas.*] Scrib. *colossicas.* Idem.

Statuas colossas.] Sic iterum Palat. annotatum tamen à recenti manu, alias legi *laceratas.* Grut.

3. *In foro Divi Nervæ quod transitorium vocant.*] Aurelius Victor *pervium* vocat. pervium, & transitorium idem est. nam *pervium* dicitur per quod transiri potest. perviæ urbes Marcellino sunt, quæ in transitu occurrunt, & per quas in itinere faciundo transeundum est. hæ & transitoriæ poterant dici. contra Ciceroni devia oppida, quæ extra viam posita sunt. devium scortum dicitur Horatio, non vulgare nec omnibus expositum. *Salmas.*

4. *Quod Transitorium dicunt.*] Item Pervium. *Casaub.*

5. *Maxime quod quodam tempore festo.*] Palatinus liber sic habet: *maxime quod quodam tempore, frustra ut solent Antiochenses, Ægyptii, Alexandrini, lacessitus erat convitiolis.* fortassean ità legendum: *maxime quod quodam tempore à scurra, ut solent Antiochenses, Ægyptii, Alexandrini, lacessitus erat convitiolis, Syrum, Archisynagogum eum vocante, & Archiereα.* aut mimarium scurram intelligit, aut aliquem de populo scurram. sed eum dicat, *ut solent Ægyptii, Antiochenses Alexandrini*, puto hoic aliquid aliud vitii subesse, quod non possum assequi. forte urbis Syriæ, vel Ægypti nomen desideratur, aut sub illo *frustra* corruptum latet. *Salmas.*

6. *Ut solent.*] Erant enim Antiochenses dicacissimi, nec minùs Alexandrini. *Casaub.*

7. *Archisynagogum eum vocantes & archiereα.*] Idem libri: *Archisynagogum eum vocantes archiereum.* distingue: *archisynagogum eum vocantes, archiereum.* hæc enim asyndetos concipiuntur: Syrum, archisynagogum vocantes, archiereum. *archiereum* autem dixit ab ἀρχιερεύς. *Salmas.*

1. In

29 Antequam de bellis ejus & expeditionibus & victoriis loquar, de vita quotidiana & domestica pauca disseram. Usus vivendi eidem hic fuit: Primùm ut, si facultas esset, id est si non cum uxore cubuisset, matutinis horis [2] in larario suo (in quo & divos principes, [2] sed optimos electos & animas sanctiores, in queis & [3] Apollonium, & quantum [4] scriptor suorum temporum dicit, [5] CHRISTUM, [6] Abraham, & Orpheum, [7] & hujuscemodi deos habebat, ac majorum effigies) [8] rem divinam faciebat. Si id non poterat, pro loci qualitate vel vectabatur, vel piscabatur, vel deambulabat, vel venabatur. Dehinc si hora permitteret, [9] actibus publicis post multam horam operam dabat,

1. *In larario suo.*] Sanctiore: nam & lararium secundum habuit, cujus infrà fit mentio. *Casaub.*

2. *Sed optimos electos.*] Potest tolli vox *optimos*: nisi scribere malis, *sed optimo quoque electo.* Idem.

3. *Apollonium.*] Thyaneum planum illum scelestissimum: cui illa potissimùm ætas venerationis plurimum dedit. *Idem.*

4. *Scriptor suorum temporum.*] Ita scribit, pro eorum temp. vel sic accipiendum, scriptor quidam, qui tempora illa, quibus ipse vivebat, descripsit. *Idem.*

5. CHRISTUM.] Cujus notitiam habuit per matrem: quam Christianæ religionis mysteriis initiatam, & ab Origine constat informatam. *Idem.*

6. *Abraham & Orpheum, & hujuscemodi deos habebat.*] De CHRISTO quid credideri non potest dubitari: cùm infra scribat Lampridius, voluisse illi Alexandrum templum facere & inter deos eum recipere. *Idem.*

Abraham & Orpheum hujuscemodi, &c.] Suspecta mihi est hæc lectio: in Palat. *Abraham & Orpheum & hujus ceteros.* at vetus editio, *hujusce deos.* forte, & *hujusmodi ceteros.* nihil enim succurrit aliud, melius. *Salmas.*

7. *Et hujusmodi ceteros habebat.*] Sic & Pal. alter prius habuerat, *& hujus ceteros hab.* ut fortè scripserat auctor, *& hujusce heroas.* Grut.

8. *Rem divinam faciebat.*] Aut sacrificando, quod propriè rem divinam facere dicitur: vel adorando solùm & incensum ponendo: qui fuit mos multorum. *Casaub.*

9. *Actibus publicis post multam horam operam dabat.*] Cur dicat Alexandrum post multam horam publicis actibus operam dedisse, sequentia docent. *Idem.*

Actibus publicis post multam horam operam dabat.] Legendum: *dehinc si hora permitteret, actibus publicis non multam operam dabat, idcirco quod & res bellicæ & res civiles per amicos tractabantur.* reddit hanc rationem quare non multam operam actibus publicis daret Alexander, & non nisi hora permitteret, quod & bellica & civilia negotia amicis administranda relinqueret. Alexander ipse aut rem divinam faciebat, aut si id non poterat, vel vectabatur vel piscabatur: vel si hora permitteret, hoc est, si vacabat, aliquantam operam actibus publicis impendebat. nec enim multam impendere opus habebat, cum omnia per amicos agerentur. Scaliger legebat: *post multa, operam dabat.* & ita ego olim. *Salmas.*

Actibus publicis post multam horam operam.] Vox *horam* æque ab utroque Palatino exclusa est, nec displicet; mallemque

dabat, idcirco quòd & res bellicæ & res civiles (ut superiùs dictum est) per amicos tractabantur, sed sanctos & fideles, & nunquam venales: & tractatæ firmabantur, nisi quid novi etiam ipsi placeret. Sanè si necessitas cogeret, ante lucem actibus operam dabat, & in longam horam producebat: [1] neque unquam tædiavit, aut morosus aut iratus resedit, fronte semper pari & lætus ad omnia. Erat enim ingentis prudentiæ, & cui nemo posset imponere: & quem si aliquis urbanè tentare voluit, intellectus tulit pœnas. Post actus publicos seu bellicos seu civiles, lectioni Græcæ operam majorem dabat, *De republica* libros Platonis legens. Latina quum legeret, non alia magis legebat quàm *De officiis* Ciceronis & *De republica*. [2] Nonnunquam & oratores & poëtas, in queis Serenum Sammonicum, quem ipse noverat & dilexerat, & Horatium. Legit & vitam Alexandri quem præcipuè imitatus est: etsi in eo condemnabat ebrietatem & crudelitatem in amicos, quanvis utrumque defendatur à bonis scriptoribus, quibus sæpiùs ille credebat. Post lectionem operam palæstræ, aut sphæristerio, aut cursui, aut [3] luctaminibus mollioribus dabat. Atque inde unctus lavabatur, [4] ita ut [5] caldariis vel nunquam vel rarò, piscina semper uteretur, in eaque una hora propè maneret: biberet etiam frigidam Claudiam jejunus ad unum propè sextarium. [6] Egressus balsemque etiam insuper ablatam voculam *post*. Grut.

1. *Neque unquam tædiavit.*] Verbum novum & meo judicio elegantissimum, *tædiare*, pro pertæsum alicujus negotii id deserere, & ut loquitur Marcus imperator, ἀφαστρῆναι & ἐρεῖναι. commendat Lampridius Alexandri in audiendis causis patientiam: quæ pars magna justitia est, & quam primùm religioni suæ judex debet. *Casaub.*

Neque unquam tædiavit.] Hac voce etiam usus est Vegetius de re veterinaria lib. III. cap. II. Glossæ nostræ: *tædio, ἀθυμέω*. *Salmas.*

2. *Nonnunquam & oratores & poëtas.*] Palatinus: *& orationes, & poëtas. orationes* pro oratoribus: ut *conjugia* pro conjugibus, &c *Idem.*

Nonnunquam & oratores & poëtas.] Pall. ambo. *orationes*. Grut.

3. *Luctaminibus mollioribus.*] Græci κόφους ἀγῶνας nominant. *Casaub.*

4. *Ita ut caldariis vel nunquam vel rarò.*] Pal. *caldaria*, faubaudi, *cella*. Salmasius.

5. *Caldariis, vel nunquam vel rarò.*] Caussam diximus suprà ad Cassium Gallicani. *Casaub.*

6. *Egressus balneas multum lactis & panis*

balneas [1] multum lactis & panis sumebat, ova, deinde mulsum: atque his refectus aliquando prandium inibat, aliquando cibum usque ad cœnam differebat, prandit tamen sæpiùs. Ususque est Adriani tetrapharmaco frequenter, de quo in libris suis Marius Maximus loquitur,
31 quum Adriani differit vitam. Post meridianas horas subscriptioni & lectioni epistolarum semper dedit operam, [2] ita ut ab epistolis & libellis & à memoria semper assisterent. nonnunquam etiam si stare [3] per valetudinem non possent, sederent, [4] relegentibus cuncta librariis & iis qui scrinium gerebant, ita ut Alexander sua manu adderet siquid esset addendum: sed ex ejus sententia qui disertior habebatur. Post epistolas, omnes amicos simul admisit, cum

panis sum.] Lege auctore Josepho Scaligero: *Eg. balneas, haud multum lactis & panis sumebat, & ova, deinde mulsum.* Salmas.

1. *Multum lactis & panis sumebat, ova, deinde mulsum.*] Id est jentabat. veteres matutino tempore pane sicco degustato, aliquando prandium inibant, aliquando usque ad cœnam cibum differebant. qui panem siccum non poterant sumere, uvas passas, ficus, ova, lac, mulsum & alia hujusce modi sumebant. à bucceis vel buccis panis quem comedebant jentantes, βυκκισμὸς jentaculum: & βυκκίζειν, jentare. Ergò hora tertia vel quarta jentabant, hoc est panem comedebant: hora sexta, prandium inibant, si qui prandierent. hora nona vel decima, cœnabant. *Idem.*

2. *Ita ut ab epistolis, libellis, & à memoria semper assisterent.*] Id est magistris epistolarum, libellorum & memoriæ. cum enim quis dicitur ab epistolis, intelligitur magister ab epistolis, & idem est quod magister epistolarum. ita de ceteris. quattuor autem fuere scrinia: scrinium epistolarum, scrinium memoriæ, scrinium libellorum, & scrinium dispositionum. primi quique & principes in singulis scriniis dicebantur proximi. ut proximus ab epistolis, à libellis, &c. vel quod idem erat proximus epistolarum, libellorum, &c. in scrinio dispositionum non dicebatur proximus dispositionum, sed comes. atque hi sunt qui vocabantur proximi scriniorum. iidem erant & principes scriniorum. proximus scrinii est primus in scrinio, quem nemo præcedit. hic & comes erat, ideoque & magister. nam comes & magister scrinii vocabatur ut in scrinio dispositionum: qui prior erat, idem comes & magister dispositionum audiebat. habebant & illi proximi suos adjutores, qui dicebantur adjutores à libellis, ab epistolis, à memoria. præter hos autem proximos, & magistros singulorum scriniorum, omnia simul scrinia magistrum habebant, qui dicebatur magister omnium scriniorum, & magister scriniorum simpliciter. non enim hic erat magister scrinii epistolarum, aut libellorum, &c. sed horum quattuor scriniorum magister. *Idem.*

3. *Per valetudinem.*] Regius, *præ valetudine.* & pro *scrinium gerebant*, alii, *regebant.* magistri sunt scriniorum. *Casaub.*

4. *Relegentibus cuncta librariis & iis qui scrinium gerebant.*] Qui scrinium gerebant, dicebantur scriniarii. *Salmas.*

1. *Neque*

cum omnibus pariter est loquutus: [1] neque unquam solum quenquam, nisi præfectum suum, vidit, & quidem Ulpianum, [2] ex assessore semper suo, causa, justitiæ singularis. Quum autem alterum adhibuit, & Ulpianum rogari jussit. Virgilium autem, Platonem poëtarum vocabat, ejusque imaginem cum Ciceronis simulacro, in secundo lararío habuit, ubi & Achillis & magnorum virorum. Alexandrum verò magnum [3] inter divos & optimos in lararío majore consecravit. [4] Injuriam nulli unquam amicorum comitumve fecit, [5] nec magistris quidem aut principibus officiorum. Præfectis autem semper detulit, asserens eum qui mereatur injuriam pati, ab imperatore damnandum esse, non dimittendum. [6] Si unquam alicui præsen- 32

1. *Neque unquam solum quenquam, nisi præfectum suum vidit.*] Cur solum neminem videret Alexander, caussam affert magnam paullò pòst Lamprid. *Casaub.*

Neque unquam solum quenquam præfectum suum vidit & quidem Ulpianum.] Infra, sub fine hujus vitæ: *jam illud insigne quod solum intra Palatium præter præfectum & Ulpianum quidem neminem vidit.* Videri princeps & videre dicebatur. & videbatur quidem ab omnibus rogatis qui officia faciebant, & matutinis, salutationibus ave suum portabant. sed videre eos dicebatur & præcipue quum solos videbat, quibus impensius familiaris videri volebat princeps. nam illi plurimum posse apud principem existimabantur, quos ille solos videbat. quod facere postea abstinuit prudentissimus princeps Alexander circa omnes, uno excepto Ulpiano, quod multos ea familiaritate abusos cognoverat, & de se fumos vendidisse. *Salmas.*

2. *Ex assessore semper suo.*] Id est, quo semper ante usus assessore, postea eum fecit præf. prætt. abest à scriptis *τὸ semper.* Casaub.

Ex adsessore semper suo.] Apparet & istud *semper* in Palatino. *Grut.*

3. *Inter Divos & optimos.*] Pal. *inter optimos & divos.* Idem.

4. *Injuriam unquam amicorum comitumve, &c.*] Appellat injuriam novè, cùm statione sua dejicitur aliquis, sive causa subsit, sive non. ita enim ὕβρεως hic accipiendum, probant sequentia. *Casaub.*

5. *Nec magistris quidem aut principibus officiorum.*] Parum aut nihil inter magistros & principes officiorum fuit discriminis. *Idem.*

Nec magistris quidem aut principibus officiorum.] Manifesto distinguit principes & magistros officiorum. unaquæque officia suos habebant principes, qui primores & priores, & capita officii dicebantur, quique illius officii cui præfidebant revera erant magistri. at magister officiorum is erat, qui omnia officia, & principes ipsos officiorum sub se habebat. & princeps quidem officii dicebatur, ac magister officiorum. *Salmasius.*

6. *Si unquam alicui præsentium successorem dedit.*] Regius codex, *præsidentium:* atque ita legendum: nisi malis *præsidum.* Casaub.

Si unquam alicui præsentium successorem dedit.] *Præsentes* heic pro præsidibus, *præsentes* igitur qui præsunt: ut

præsi-

sentium successorem dedit, semper illud addidit, *Gratias tibi agit respublica:* eumque muneratus est, ita ut privatus pro loco suo posset honestè vivere: his quidem muneribus, agris, bobus, equis, frumento, ferro, [1] impendiis ad faciendam domum, marmoribus ad ornandum, & operis, [2] quas ratio fabricæ requirebat. Aurum & argentum rarò cuiquam, nisi militi divisit, nefas esse dicens, ut dispensator publicus in delectationes suas & suorum converteret id quod provinciales dedissent. [3] Aurum negotiatorium & 33 coronarium Romæ remisit. [4] Fecit Romæ curatores urbis quatuordecim; [5] sed ex consularibus viris, quos audire negotia urbana cum præfecto urbis jussit, [6] ita ut omnes aut magna pars adesset, quum acta fierent. [7] Corpora omnium constituit vinariorum, [8] lupinariorum, caligariorum, & omnino omnium artium: hisque ex sese defensores

præsides qui præsident: utriusque vero verbi eadem notio. *Salmas.*

Si unquam alicui præsentium successorem dedit.] Sic Palat. & habet interpretationem commodam. *Grut.*

1. *Impendiis ad faciendam domum, marmoribus ad ornandum.*] Lege: *ad ornandam.* Salmas.

2. *Quas ratio fabricæ requirebat.*] Vetus lectio: *quas ratio fabrica.* Idem.

3. *Aurum negotiatorium & coronarium Romæ remisit.*] De coronario satis alibi, & suprà ad Hadrianum: negotiatorium verò aurum esse videtur, qui curarius canon & auraria pensitatio sive præstatio in Constitutionibus Imperatorum dicitur. Sed onera negotiatoribus imposita non unius generis fuerunt. *Casaub.*

4. *Fecit Romæ curatores urbis quatuordecim, sed ex consularibus viris.*] Palat. *sed ex consulibus veros.* emenda, *sed exconsulibus viros.* hoc est, consulares viros. nam viri ex consulibus sunt consulares, ut ex præfectis, præfectorii, & similia. sic Græci ἀπὸ ὑπατικῶν dicunt qui sunt ex consulibus. consulares autem & ex consulibus diversi illa ætate. nam ex consulibus qui consules utique fuere. consulares legari etiam prætorii viri dicti sunt qui provincias Cæsaris jure consulari administrarent, etiamsi consules nunquam fuissent. *Salmas.*

5. *Sed ex consularibus viris.*] Primæ editiones hic corruptissimæ. *Casaubonus.*

6. *Ita ut omnes aut magna pars adesset.*] Vetus editio: *& magna pars adessent.* recte, nam ita loquuntur. *Salmas.*

7. *Corpora omnium constituit, vinariorum.*] Corporis vinariorum meminit inscriptio vetus Romana, cujus initium est hoc:

::::

C. SEN :::: O. REGVLIANO. FOR. DIFFVS. OLEARIO. EX. BAETICA. CVRATORI. EIVSDEM. CORPORIS. NEGOT. VINARIO. LVGDVN. *Casaub.*

Corpora Lupinariorum.] Haud aliter quoque membranæ Palatinæ. *Grut.*

8. *Lupinariorum.*] Qui non possunt alii esse quàm negotiatores lupinorum. sed quis veterum lupinariæ negotiationis facit mentionem? Videamus igitur, ne scribendum sit *popinariorum.* Casaub.

1. *Sce-*

res dedit, & jussit quid ad quos judices pertineret. [1] Scenicis nunquam aurum, nunquam argentum, vix pecuniam donavit: pretiosas vestes quas Heliogabalus dederat, etiam sustulit. [2] Milites quos *ostensionales* vocant, [3] non pretiosis, sed speciosis [4] clarisque vestibus ornabat: [5] nec multùm insignibus aut ad apparatum regium auri & serici depu-

1. *Scenicis nunquam aurum, nunquam argentum, vix pecuniam donavit.*] Paullo post: *Spectacula frequentavit cum summa donandi parsimonia.* Etiam hæc res specimen habuit morum: quare solent diligenter vitarum scriptores hoc notare. nam dissoluti principes & voluptuarii in hoc genere sumtuum damnosissimi fuerunt. Dabantur autem scenicis præter certam mercedem lege definitam, aut pacto convento, & alia præmia: puta coronæ, quas Cicero & alii corollaria appellare solent, propter vilitatem antiquarum coronarum scenicarum. sed postea etiam ex auro & argento coronæ histrionibus datæ, Plin. libro XXI. capite III. has coronas auctor hic intelligit, aurum & argentum vocans, atque à pecunia separans. *Idem.*

Scenicis.] Ver. ed. *scænicis*. ita scribebant Latini, quamvis Græcis sit σκηνή. *scænici artifices* in veteri inscriptione, & *scæna* passim scribitur. *Salmas.*

Scenicis nunquam aurum, nunquam argentum, rarò pecuniam donavit.] Pecuniam hoc Lampridius ab auro & argento distinguit, & pecuniam proprie vocat, æreum nummum. sic nos hodie monetæ nomine, æreos fere minutulos nummos intelligimus, & ab auro discernimus, cum tamen etiam aurea dicatur moneta, ut & argentea æreaque. Severus Alexander, cum admodum parcus esset in scenicorum donationibus, nunquam aureos, nunquam argenteos illis donabat, & vix quidem æreos nummos. rationem quare id faceret, hanc addebat, *ne in delectationes suas & suorum converteret, quod provinciales dedissent.* aurum enim & argentum inferebant provinciales: qua de re nos alibi. certum est igitur aurum & argentum hoc accipi debere pro aureis & argenteis nummis, pecuniam vero pro æreis ac minuta, ut nunc vocamus, moneta. *Idem.*

2. *Milites quos ostensionales vocant.*] Qui ad oblequium principis diebus festis, & solennibus processionibus, ut vocabant, soliti convenire: cujusmodi sunt comitatenses, cohortalini, & Palatinæ militiæ pars maxima. *ostensionales.* οἱ ταῖς ὑποδείξεσι παρεδρεύοντες, καὶ θεωρίαν ἄγοντες τῶν βασιλέων. *Casaub.*

Milites quos ostensionales vocant.] *Ostensio* hoc accipitur, ut Græcis φανέρωσις. & *ostensionale*, τὸ φανέρωσιν ἔχον, ut φανερωσιμαῖος ἱμάτιον, quod ad solam ostensionem ac pompam habetur. Græci ἐξοδίας μετὰ πολλῆς φανερώσεως fieri dicunt, qui cum multa pompa paratuque fiunt. *Salmas.*

3. *Nec pretiosis sed speciosis clarisque vestibus ornabat.*] *Nec pretiosis sed speciosis claris vestibus ornabat.* ita Palatinus & prima editio. *Idem.*

4. *Clarisque vestibus.*] Λαμπραῖς ἐσθῆσι. aut fortasse ἀνθηραῖς. *Casaub.*

5. *Nec multùm insignibus aut ad app.*] Lego: *non pretiosis, sed speciosis clarisque vestibus ornabat, nec multùm insignibus. nec multum in earum vestes, aut ad apparatum regium auri & serici deputebat.* vestes *insignes* sunt quæ & Græcis ἐπίσημοι. significat Lampridius, non solùm ministros alios Alexandri, servos & libertos, sed ne istos quidem ad pompam comparatos milites, multùm diversa veste usos, ab habitu communi militum. *Idem.*

Nec multum insignibus aut ad appa-

deputabat, dicens, *Imperium in virtute esse, non in decore.* [1] Chlamydes hirtas Severi, [2] & [3] tunicas asemas [4] vel macrocheras [5] ex purpura non magna ad usum revocavit
34 suum. [6] In convivio aurum nescit: pocula mediocria; sed nitida semper habuit. [7] Ducentarum librarum argenti pondus ministerium ejus nunquam transiit. [8] Nanos & nanas, & moriones [9] & * vocales exoletos, † & omnia acroamata,

ratum regum auri & serici deputabat.] Veteres libri ita legunt: *nec multum in signa, aut ad apparatum regum auri sericique deputabat.* atque ita probe planeque scriptum etiam habet editio Mediol. *signa* heic sunt vexilla, quæ festis diebus, in pompis ac sollemnibus processibus imperatoribus præferebantur multo auro argentoque radiantia. Quæ σύμβολα βασιλικὰ appellat Herodianus. cum enim ostensionalium militum heic mentio habeatur, qui in ejusmodi pompis principi ad obsequium aderant, claris speciosisque vestibus ornati, vexilla signaque omitti non debuerunt, eaque auro & serico fulgentia. nam milites nunquam sine signis. *Salmas.*

Nec multum in signa, aut ad apparatum regum deputabat, &c.] Elegans lectio, quamque imputat nobis codex Palatinus. *Grut.*

1. *Chlamydes hirtas Severi & tunicas asemas vel macrocheras & purpura non magna.*] Sic Spartianus in Severo. *Salm.*

2. *Et tunicas asemas.*] Sine clavo: σημεῖον, clavus vestis: σημειωτὰ, vestes clavatæ. quidam *clavum* ἧλον verterunt. *Casaub.*

3. *Tunicas asemas.*] Χιτῶνας ἀσήμους. ita enim Græci vocant, quæ carent purpura clavumque nullum habent. Pollux lib. IV. cap. XVIII. contra ἐπίσημος ἱσθὴς est vestis tesseris auro textis vel purpureis clavata. sic ἐπίσημον ἀργύριον est signatum, contra ἄσημον non signatum. ἐπίσημοι igitur, & πολύσημοι vestes sunt multis clavis insignitæ, ἄσημοι nullis. *Salmas.*

4. *Vel macrocheras ex purpura non magna.*] Dicitur igitur Alexandrum usum esse tunicis asemis quæ nihil prorsus haberent purpuræ, vel macrocheris, quæ purpuram quidem haberent, sed non magnam, non igitur latis clavis erant insignitæ, sed parvis & angustis. *Idem.*

5. *Ex purpura non magna.*] Pal. *& purpureaque non magna:* ut videatur restituendum, *ex purpurâ aque non magna.* Grut.

6. *In convivio aurum nescit.*] Potorium puta vel escarium, ut in antiqua inscriptione: GEMVS. AVG. L. PRAEP. AVRI. ESCARI. FECIT. *Casaub.*

7. *Ducentarum librarum argenti pondus ministerium ejus nunquam transiit.*] Hoc quis sine admiratione summa legat? nam per antiquissimas Romanorum leges, quæ conviviis modum ponebant, centum tamen argenti libras convivio licuit inferre. erat enim legis Fanniæ quæ circa annum v. IↃXCI. lata est, caput unum, quo id ita diserte cautum. Adde quòd lex Fannia, non imperatori posita, sed proceribus veteris Reip. *Ministerii* appellatione intelliguntur omnia argentea vasa sternendo triclinio necessaria. *Idem.*

8. *Nanos & nanas & moriones.*] Bene hæc superioribus connectuntur: nam lautiorum mensis nani, nanæ, scurræ, cinædi & moriones semper inerrabant. *Idem.*

9. *Et vocales exoletos.*] Melius, *& vocales & exoletos.* qui phonasco dant operam, & vocem eruditum ad mollitiem, vocales dicuntur. *Idem.*

Et vocales exoletos.] *Et vocales, & exoletos.* ita legend. vocales pueri puel-

læque

mata, & pantomimos, populo donavit: qui autem usui non erant, [1] singulis [2] civitatibus putavit alendos singulos, ne gravarentur specie mendicorum. Eunuchos quos Heliogabalus & in consiliis turpibus habebat & promovebat, donavit amicis, addito elogio, ut si non rediissent ad bonos mores, [3] eosdem liceret occidi [4] sine autoritate judicii. Mulieres infames, [5] quarum infinitum numerum deprehenderat, publicari jussit, [6] exoletis omnibus deportatis, [7] aliquibus etiam naufragio mersis, cum quibus illa clades consuetudinem habuerat funestissimam. Auratam vestem ministrorum vel in publico convivio nullus habuit. Quum inter suos convivaretur, aut Ulpianum aut doctos homines adhibebat, ut haberet fabulas literatas, quibus se recreari dicebat & pasci. Habebat quum privatim convivaretur, & librum in mensa, [8] & legebat, sed Græca magis. [9] Latinos autem poëtas lectitabat. [10] Publica convivia ea simpli-

lxque dicebantur, qui voce canerent. Agellius lib. XIX. cap. IX. *Bongalius* Graci recentiores eos appellarunt. *Salmasius.*

* *Vocales exoletos.*] Sic quoque Pal. videturque illud *exoletos*, non solum spectare ad proximum *vocales*, sed & ad *nanos*, *nanas*, *moriemsque*, qui præcesserunt: nec notat fortasse eo aliquid fœdum monstrosumque, sed indicat horum partem potissimam fuisse floris exstincti, ideoque sine magna gratia. *Grut.*

† *Et omnia acromata.*] *Acroma* autem pro *acroama*, ut ἀκρωτήριον pro ἀκροατήριον. *Salmas.*

1. *Singulis civitatibus putavit alendos singulos.*] Scrib. *deputavit.* Casaub.

Singulis civitatibus putavit alendos.] Forte: *deputavit alendos.* Salmas.

2. *Civitatibus deputavit alendos singulos.*] Palatin. *putaret.* Grut.

3. *Eosdem liceret occidi sine auctoritate judicii.*] Scribo, *judicis.* sit autem hujus conditionis nominatim mentio: quia servos à dominis occidi lege Hadriani pridem fuerat vetitum: de quo in ejus vita. *Casaub.*

4. *Sine auctoritate judicii.*] Nihil opus quidquam mutare. nam *judicium* ponitur pro *judice*, ut *servitium* pro *servo.* Grut.

5. *Quarum infinitum numerum deprehenderat.*] Superiùs dixit, *leges de jure fisci moderatas & infinitas sanxit*: nescio an sequendi viri magni, qui emendant *finitas.* Casaub.

6. *Exoletis omnibus deportatis.*] De aulicis exoletis cape: nam in universum de omnibus falsum. *Idem.*

7. *Aliquibus etiam naufragio mersis.*] Ut fuit mos in talibus. *Idem.*

8. *Et legebat: sed Græca magis.*] Vetus editio: *sed Grace magis.*

9. *Latinos autem poëtas lectitabat.*] Fortean meliùs, *Lat. tamen p.* Latinis literis parum omnino delectabatur: sed poëtas tamen Romanos lectitabat; oratores minùs: ideo superiùs dicebat: *me valde amavit Latinam facundiam.* Casaubonus.

10. *Publico convivio ea simplicitate egit, qua privato.*] Omnino scribendum: *publica convivia ea simplicitate egit qua privata.* Salmas.

simplicitate egit qua privata, [1] nisi [2] quòd numerus accubitorum crescebat & multitudo convivarum, qua ille offendebatur, [3] dicens se in theatro & Circo manducare. Oratores & poëtas non sibi panegyricos dicentes, [4] quod exemplo Nigri Pescennii stultum dicebat, sed aut orationes recitantes, [5] aut facta veterum quos antè retuli, libenter audivit: libentiùs tamen, siquis ei recitavit Alexandri Magni laudes, aut meliorum retrò principum, aut magnorum urbis Romæ virorum. Ad Athenæum, audiendorum & Græcorum & Latinorum rhetorum vel poëtarum causa, frequenter processit. Audivit autem etiam forenses oratores causas recitantes, [6] quas [7] vel apud ipsum [1] vel

1. *Nisi quod numerus accubantium crescebat, & multitudo convivarum.*] Legimus: *nisi quòd numerus accubitionum crescebat, & multitudo convivarum. accubitiones* autem sunt *accubita.* nam *accubitationes* pro accubitis in his auctoribus lectæ. *Idem.*

Nisi quod numerus adcubantium crescebat.] Inerrat verbis istis vitium. nam idem dicunt quod sequentia. & alioquin habet Pal. *accumationum.* Grut.

2. *Quòd numerus accubantium crescebat, & multitudo convivarum.*] Otiosa verba sunt, *& multitudo convivarum.* Casaub.

3. *Dicens se in theatro & Circo manducare.*] Hoc voluit qui primus dixit, *Septem convivium, novem convitium.* nam *convitium* est κακόζηλος, & vociferatio multorum simul & inconditè clamantium. *Idem.*

4. *Ab exemplo Nigri Pescennii.*] Historiam respicit Ælio Spart. narratam. *Idem.*

Quod exemplo Nigri Pescennii stultum dicebat.] *Irrisio est viventes laudare.* dictum Pescennii ad eum qui sibi imperatori Panegyricum recitare volebat. *Salmas.*

5. *Aut facta veterum quos antè retuli.*] Potest referri ad illa verba: *Vitas principum bonorum versibus scripsit.* Casaub.

Aut facta veterum quos ante retuli libenter audivit.] Vetus scriptura: *sed aut orationes recitantes, aut facta veterum quamvis libenter audivit.* ita enim optimus Pal. sed non sine vitio, cum de poëtis & oratoribus loquatur: nullum dubium est, quin ad oratores orationes, tanquam proprium opus retulerit; ad poëtas autem facta veterum. itaque sic potius legerim: *sed aut orationes recitantes aut facta veterum canentes libenter audivit.* libenter nempe audivit oratores orationes recitantes, & poëtas facta veterum canentes, & Achillis & ceterorum Heroum, quæ propria materies carminum. magis vero libenter audivit, si quis ei summorum virorum laudes, qua Græcorum qua Romanorum, sive poëta, sive orator recitaret. posset etiam legi: *aut facta veterum digna cognitu.* & hoc verum arbitror. *Salmas.*

Aut facta veterum quos ante retuli, libenter audivit.] Pal. *veterum quam ne illi veniter audivit.* Grut.

6. *Quas vel apud ipsum vel apud præfectos urbis egerant.*] Sic legi necesse est ut editum est. mos enim oratorum & advocatorum celebrium hic erat: ut causas quas egerant, vel apud præfectos, vel apud principem, eas animi gratia, vel etiam ad ingenium procudendum, & exercendum, reponerent plerumque, & frequenti auditorio majore cum apparatu recitarent. *Salmas.*

7. *Vel apud ipsum, vel apud præfectos Urbis egerant.*] Sic & Pal. ut videatur dicere,

[1] vel apud præfectos urbis egerant. [2] Agoni præsedit, & maximè Herculeo in honorem Magni Alexandri. [3] Solus post meridiem, vel matutinis horis idcirco nunquam aliquos videbat, quòd ementitos de se multa cognoverat: speciatim [4] Vetronium Turinum: quem quum familiarem habuisset, ille omnia vel fingendo sic vendiderat, ut Alexandri quasi stulti hominis & quem ille in potestate haberet & cui multa persuaderet, infamaret imperium: sicque omnibus persuaserat quòd ad nutum suum omnia faceret. Denique hac illum arte deprehendit, ut quendam immitteret qui à se quiddam publicè peteret, ab illo autem occultè quasi præsidium postularet, ut pro eo Alexandro secretò suggereret. Quod quum factum esset, & Turinus suffragium promisisset, dixissetque se quædam imperatori dixisse quum nihil dixisset, sed in eo pendere ut adhuc impetraret, eventum vendens: quumque iterum jussisset Alexander interpellari, & Turinus quasi agens aliud nutibus annuisset, [5] neque tamen interim quicquam dixisset, impetratum autem esset quod petebatur, [6] Turinusque [7] ab illo qui meruerat, fumi venditor, ingentia præmia percepisset. 36

cere, recitasse eosdem orationes suas, quibus aliquando coram Principe, aut præfecto urbis huic vel illi patrocinati fuerant; sed recitasse tunc ornatu non paullò comptiore. *Grut.*

1. *Vel apud præfectos urbis egerant.*] Scrib. *agerent*, aut *agebant*. Casaub.

2. *Agoni præsedit.*] Fuit agonotheta Isodorum Græcanicorum. *Idem.*

3. *Solus nunquam aliquos videbat.*] Excipe præfectos prætò præsertim verò Ulpianum, ut antè dictum. Pro *aliquos* eruditissimi, *aulicos*, vel *amicos*. Idem.

4. *Vetronium Turinum.*] Palat. *Vetronum*. Grut.

5. *Neque tamen interim aliquid dixisset.*] Palat. & ed. vet. *neque tamen intus quicquam dixisset.* quæ vera est lectio. id est, cum intus nihil suggessisset imperatori eorum quæ promiserat. *intus*, intra aulam. *Salmas.*

Neque tamen interim quidquam.] Malim quod est in Pal. *intus quidquam*: ut nimirum videretur iste commoris labris loqui aliquid Imperatori cui proximè aderat loco aulæ interiore, ubi spectari quidem poterat ab eis qui foris stabant, sed non etiam audiri. *Grut.*

6. *Turinusque ab illo qui meruerat, fumi venditor, &c.*] Vide an illa satis *γνήσια*. *fumi venditor.* Casaub.

Turinusque ab eo, qui meruerant, fumi venditor, ingentia præmia percepisset.] Palat. *Turinusque ab eo qui meruerat, fumis venditis, ingentia præmia percepisset.* nam *fumis venditis præmia percipere*, nihil aliud est, quam præmia percipere ob venditos fumos. *Salmas.*

7. *Ab illo qui meruerat, fumi venditor, ingentia.*] Pal. *meruerat fumis venditis.* sed præstat certè suspicari cum Casaubono, illud, *fumi venditor*, non esse

percepiſſet: accuſari eum Alexander juſſit, probanſque per teſtes omnibus, & quibus præſentibus quid accepiſſet, & quibus audientibus quid promiſiſſet, in foro Tranſitorio ad ſtipitem illum ligari præcepit, [1] & fumo appoſito quem ex ſtipulis atque humidis lignis fieri juſſerat, necavit, [2] præcone dicente, [3] *Fumo punitur, qui vendidit fumum.* Ac ne in una tantùm cauſa videretur crudelior fuiſſe, quæſivit diligentiſſimè antequam eum damnaret: & invenit Turinum ſæpe & in caulis ab utraque parte accepiſſe, quum eventus venderet, & ab omnibus qui aut præpoſi-
37 turas aut provincias acceperant. Spectacula frequentavit cum ſumma donandi parſimonia, dicens, & venatores & ſcenicos & aurigas ſic alendos, [4] quaſi ſervos noſtros, aut venatores, aut muliones, aut voluptarios. [5] Convivium [6] neque opiparum, neque nimis parcum, ſed nitoris ſummi fuit: [7] ita tamen ut pura [8] mantilia mitterentur: ſæpiùs cocco

auctoris genuinum, ſed gloſſargi alicujus. *Grut.*

1. *Et fumo appoſito quem ex ſtipulis atque humidis lignis fieri juſſerat.*] Fumus ille quo puniebantur, & cruciabantur ita meriti, præcipue fiebat ex lignis viridibus, quæ humoris plurimum habere certum eſt, & per conſequentias plurimum fumi ex ſe dare poſſunt. quo in genere excellit ficus: ideoque ad fumo necandos fontes ſæpius ejus ligna adhibebantur. *Salmaſ.*

2. *Præcone dicente.*] Infrà, *Per præconem cùm aliquem emendaret, dici jubebat*, ΟΥΟΔ. *Caſaub.*

3. *Fumo punitur qui vendidit fumum.*] Sic & in jure incendio conſumitur, qui incendium fecit. *Idem.*

4. *Quaſi ſervos noſtros, aut venatores, aut muliones, aut voluptarios.*] Venatores, id eſt domeſticos ὑπόδυτας, refer ad venatores amphitheatralium venationum; muliones ad aurigas circenſes; ad ſcenicos autem, voluptuarios, cujuſmodi ſunt, nani, mòriones, vocales, exoleti, & omnia acroamata. *Idem.*

5. *Convivium neque optimum neque nimis parcum.*] Vetus editio habet: *neque opinatum.* Palat. *neque opinarum*: ſcribendum: *neque opiparum, neque nimis parcum.* Salmaſ.

6. *Neque optimum, neque nimis parcum.*] Pal. *neque opinarium.* an non potius *opiparum*? Grut.

7. *Ita tamen ut pura mantilia mitterentur: ſæpiùs cocco clavata.*] Mantilia mittere, non aliud quàm ſternere. Pollio in Gallienis, *mantilibus aureis ſemper ſtravit.* Pura autem mantilia ſic dicuntur, ut toga pura, id eſt, ἁπλῆ φορᾶ: Puris opponuntur clavata. Clavi non tunicis ſolùm adſuebantur; ſed & ſupellectili, præſertim tricliniari. Facitque duo genera cocco vel auro clavatorum. fiebant enim clavi, qui acceſſionis loco veſtibus cedebant, e cocco vel purpura, vel auro. *Caſaub.*

Ita tamen ut pura mantilia mitterentur.] *Pura mantilia*, τὰ ἁπλᾶ φορᾶ χειρόμακτρα. τὰ ἄκρατα. *coccoclavata*, ſunt κοκκόκλωτα. *Salmaſ.*

8. *Mantilia.*] Vetus liber: *mantelia.* atque ita ſcribendum. hæc mantela, hoc

cocco clavata, [1] aurata verò nunquam, [2] quum hæc Heliogabalus jam recepisset, & antè (ut quidam prædicant) Adrianus habuisset. Usus convivii diurnus hic fuit. Vini ad totum diem sextarii xxx. [3] panis mundi pondo xxx. [4] panis sequentis ad donandum pondo L. [5] Nam semper de manu sua ministris convivii & panem & partes aut olerum aut carnis, aut leguminum dabat, [6] senili prorsus maturitate patremfamiliâs agens. [7] Erant decreta & carnis diversæ pondo xxx. [8] erant & gallinæ ova, adhibebatur & anser diebus festis: Calendis autem Januariis, & [9] hilariis, matris deûm, & ludis Apollinaribus, [10] & Jovis epulo, & Saturnalibus, & hujusmodi festis diebus fasianus: ita ut aliquando & duo ponerentur, additis gallinaceis duobus.

hoc mantelum, & hoc mantele dicebatur. *Idem.*

1. *Aurata verò nunquam.*] Id est auro clavata, χρυσόπηκτος. *Idem.*

2. *Quum hæc Heliogabalus jam recepisset.*] *Cum hæc habere Heliogabalus jam cœpisset.* ita in Palatino. *Idem.*

3. *Panis mundi pondo* xxx. *panis sequentis ad donandum pondo* L.] Panis sequens & secundus, idem. & sane *sequens* & *secundus*, res eadem & ex eodem fonte sunt voces. *secundum* enim veteres dicebant & scribebant pro *sequendum*. inde igitur *secundus* vel *sequendus* qui sequi debet, id est proximus à primo, aut qui primum sequitur. panis igitur mundus, & panis sequens hoc opponuntur. *Idem.*

4. *Panis sequentis.*] Secundarii. *Casaub.*

5. *Nam semper de manu sua.*] De manu sua dare, pro manu sua. sic amabant loqui illo tempore. *pilos sibi derasos tollere* dixit vetus Juvenalis interpres, pro rasos pilos tollere. *Salmas.*

6. *Senili prorsus maturitate.*] Quia senes sunt, ut plurimùm, præparci. *Casaub.*

7. *Erant decreta & carnis diversæ, &c.*] *Decreta*, id est, constituta in summum quotidianum. *Idem.*

Erant decreta & carnis diversæ.] Sic etiam membranæ Palatinæ. *Grut.*

8. *Erant & gallinæ ova.*] Regius, *erant & gallinacii duo: adhibebatur & anser, & ova, diebus festis.* Casaub.

Erant & gallinæ ova.] Non dicit quot ova, quod non omisisset. sed nec placet: *gallinæ ova*: dixisset, *gallinarum ova*, omnia igitur vitium clamant. Palat. *erant & gallinaciovo.* reponimus: *& gallinaci duo. gallinaci* pro *gallinacii*, ut fere scribitur in libris. *Salmas.*

Erant & gallinacei duo.] Pal. *erant & gallinaciovo.* Grut.

9. *Hilariis matris deûm.*] Hilarem diem, sive hilaria, appellarunt omnem sive privata, sive publica festivitate solennem diem. Erant & peculiariter dicta HILARIA, vel potiùs HILARIA MATRIS DEUM, octavo Kal. Aprilis celebrari solita, ut docet Macrobius, quem lege. Græci à quibus Romani habent, hunc diem vocabant ΑΝΑΒΑΣΙΝ. at præcedentem nominabant ΚΑΤΑΒΑΣΙΝ. erat enim planctus dies & lamentationis. Latini hanc quoque appellationem mutarunt, & dixerunt SANGUINIS DIEM. Postea verò & Græci Anabateos diem cum Romanis appellarunt Hilaria matris deûm. *Casaubonus.*

10. *Et Jovis epulo.*] Lege Festum in *Epulones.* Idem.

bus. Leporem quotidie habuit, [1] venationem frequentem, sed eam cum amicis dividebat, & his maximè quos sciebat per se non habere. Nec divitibus quicquam talium munerum misit, sed ab his semper accepit. [2] Habuit quotidie [3] milii sine pipere sextarios quatuor, cum pipere duo: & ne sit longum omnia inferere quæ [4] Gargilius Martialis ejus temporibus scriptor singulatim persequutus est, [5] omnia illi [6] ad modum & rationem sunt præbita. Pomis vehementer indulsit, [7] ita [8] ut secunda mensa illius sæpiùs poneretur, unde etiam jocus extitit, [9] *Non secundam mensam*

1. *Venationem frequentem.*] Posterior Latinitas discrimen statuit inter *venatum* & *venationem*, ut illud sit θήρα, hoc θήραμα. *Idem.*

2. *Habuit quotidie milii sine pipere sextarios quatuor.*] Optimus Palat. *habuit quotidie & muli sine pipere.* lege: *habuit quotidie amuli sine pipere sextarios quatuor. amulum* enim vel *amolum* scribebant, non *amylum.* Salmas.

Habuit quotidie milii sine pipere sextarios quatuor.] Pal. integer: *Habuit quotidie & mulis sine pipere*, quomodo & excerpta. adeò ut inclinem in Scaligeri *amyli.* Grut.

3. *Milii sine pipere.*] Lego *amyli* cum Josepho Scaligero. *Casaub.*

4. *Gargilius Martialis ejus temporibus scriptor.*] Leg. *ejus temporis*, vel *sui temporis.* Gargilium Martialem inter secundæ notæ historicos Vopiscus recenset in Probo. Nescio an hic sit Gargilius Martialis, qui de re hortensi libros ediderat. *Idem.*

Gargilius Martialis ejus temporis scriptor.] Sic plane Pal. *Grut.*

5. *Omnia illi ad modum & rationem sunt præbita.*] Palat. *omnia illi admodum tarta rationem sunt præbita.* ex qua legendum, *omnia illi admodum arta ratione sunt præbita.* arta autem & laxa ratio quid sit Latine loquentibus, nemo sibi explicari postulet. parsimoniam igitur in victu per illa commendat: qua lenili prorsus maturitate ac tenacitate, patremfamilias agebat Alexander. *Salmasius.*

Omnia & ad modum & ad rationem illi sunt præbita.] Trajeci voces, suasu utriusque Palatini. *Grut.*

6. *Ad modum & rationem.*] κατὰ μέτρον καὶ σκόπελον. *Casaub.*

7. *Ita ut secunda mensa illius sæpius poneretur.*] Secunda mensa veteribus fere ex pomis. quo voce omnia τὰ ἀπὸ ὀπώρας comprehendebant. melius igitur legas ex veteri: *pomis vehementer indulsit, ita ut secunda mensa illi sæpius poneretur.* pomis indulgebat Alexander, & eorum gustu capiebatur: propterea secundam sibi mensam non semel sed sæpius adponi volebat, ut sic suam circa poma aviditatem satiaret. *Salmas.*

8. *Ut secunda mensa illius sæpiùs poneretur.*] Lego, *illi iis sæpiùs pon.* vel, *ex iis.* Casaub.

Ut secundâ mensâ ejus sæpius poneretur.] Et hoc est à Palatinis, quo ipso excluduntur aliorum divinationes. *Gruterus.*

9. *Non secundam mensam habere Alexandrum sed secundum.*] Scripti: *secundo.* nam *secundo, tertio, quarto*, pro bis, ter, quater, sæpius usurpant. jocus autem inde emersit in Alexandrum, quod secundam mensam sibi adponi non semel ut moris est, sed etiam bis aut ter jubebat. hinc non secundam sed secundo illi mensam poni dicebant dicaculi. *Salmas.*

1. *Ipse*

sam Alexandrum habere, sed secundùm. [1] Ipse cibo plurimo reficiebatur: vino neque parcè, neque copiosè, affatim tamen. Frigida semper pura usus, [2] æstate vino cum rosa condito: quod quidem solum ex diverso genere Heliogabali tenuerat. Et quoniam de lepusculis facta est mentio, quòd ille leporem quotidie haberet, jocus poëticus emersit, idcirco quòd multi septem diebus pulchros esse dicunt eos qui leporem comederint, [3] ut Martialis coci epigramma significat, quod contra quandam Gelliam scripsit hujusmodi, 38

Quum leporem mittis, [4] semper mihi Gellia mandas,
Septem formosus Marce diebus eris.
Si verum dicis, si verum Gellia mandas,
Edisti nunquam Gellia tu leporem.

Sed hos versus Martialis in eam quæ deformis esset, composuit: poëta verò temporum Alexandri hæc in eum dixit:

[5] *Pulchrum quòd vides esse nostrum regem,*

Quem

1. *Ipse plurimo cibo reficiebatur.*] Veteres: *refericbatur.* multi cibi fuisse Severum Alexandrum ex hoc loco discimus, qui & hoc nos docet, nihil esse mutandum supra ubi de jentaculo Alexandri loquitur Lampridius. *Idem.*

2. *Æstate vino cum rosa condito.*] *Vinum cum rosa conditum* esset, pro rosa conditum. sic alibi: *Humeros cum chlamyde velare*, pro chlamyde velare. lege ac distingue: *frigida semper pura usus æstate, cum vino rosa condito.* vel: *cum vino rosa condito.* Idem.

3. *Ut Martialis coci, &c.*] Scribendum, *Coci.* quod Martiali cognomen tribuitur in antiquis exemplaribus. Martialis epigramma habes libro quinto. *Casaub.*

Ut Martialis coci epigramma significat.] In omnibus: *ut Martialis epigramma significat:* omisso vocabulo *coci.* Salm.

Ut Martialis etiam Epigramma significat.] Haud aliter biga Palatinorum. non *Martialis coci.* Grut.

4. *Semper mihi Gellia mandas.*] *Gallia* in excerptis Spartiani. *Salmas.*

5. *Pulchrum quòd vides esse nostrum regem.*] Ineptissimè febriculosus hic poeta, posteriorem in *vides* corripit. *Casaub.*

Pulcrum quod vides esse nostrum regem.] Palat.

Pulcrum quod vides esse nostrum regem,
Quod Syrum detulit propago,
Venatus facit, & lepus comesus,
De quo continuum capit leporem.

Quibus ex versibus quivis potest cognoscere quo genio vulgares tunc temporis poëtæ in pangendis carminibus versarentur. quibus adeo consuetum videtur fuisse syllabarum modulum negligere, ut esset nihil, quod securius contemnerent. in *as* enim & *es* desinentia vocabula, tam in verbis quam in nominibus, arbitratu suo modo corripere solebant, modo producere. nam ut *vides* hoc loco, & *putas*: sic in Pescennio *gentes, &c.* Salmas.

Quem Syrum sua detulit propago,
[1] *Venatus facit, & lepus comesus,*
[2] *Ex quo continuum capit leporem.*

Hos versus quum ad eum quidam ex amicis detulisset, respondisse ille dicitur Græcis versibus in hanc sententiam:

[3] *Pulchrum quòd putas esse vestrum regem*
Vulgari miserande de fabella:
Si verum putas esse, non irascor.
Tantum tu comedas velim lepusculos,
[4] *Ut fias, animi malis repulsis,*
Pulcher, ne invideas livore mentis.

39 Quum amicos militares habuisset, ut usum Trajani, quem ille post secundam mensam [5] potandi usque ad quinque pocula instituerat, reservaret, unum tantùm poculum amicis exhibebat, [6] in honorem Alexandri Magni: [7] id autem brevius, [8] nisi siquis, quod licebat, majus habere postu-

1. *Venatus facit & lepus comesus.*] *Venatus* recte loquentibus est ὁ θηρεύσας. *venatio* autem τὸ θήρευμα. venarum autem hoc posuit pro venatione. *Idem.*

2. *Ex quo continuum capit leporem.*] Prima editio:

Ideoque continuum capit leporem. Idem.

3. *Pulcrum quod putas esse vestrum.*] Sic distinguendi sunt hi versus:

Pulcrum quod putas esse vestrum regem
Vulgari, miserande, de fabella.

Id est quod putas esse pulcrum vestrum regem, de vulgari fabella, qua jactatur intra septem dierum spatium pulcros evadere qui leporem comederint. nam isthac ratione pulcrum factum esse Alexandrum volebat auctor horum versiculorum, quod sæpius leporem comedisset, ex vulgari ac communi dicto illo, sive fabula. *Idem.*

4. *Ut fias animi malis repulsis, Pulcher.*] Sic legendum:

Ut fias animi malis repulsis,
Pulcris ne invideas livore mentis.

Quorum versuum hic est sensus. Respondet Alexander illi nescio cui, ac dicit minime quidem se iratsci aut ei succensere eo nomine quod vulgarem illam fabulam putaret esse veram, qua qui leporem comedunt septem diebus pulcri fieri dicuntur, sed velle tantum, ut ipse quoque lepusculorum usurpet esum, quo formosus existeret, non corpore sed animo, repulsis & repurgatis mentis vitiis, ac livore præcipue, ne posthac cuiquam pulcro invideret. *repulsis animi malis fieri* dicitur hoc loco, qui repulit à se animi mala: qui liberatus est mentis vitiis. *Idem.*

5. *Potandi usque ad pocula instituerat.*] Lege: *usque ad quinque pocula:* nam ita omnes membranæ. *Casaub.*

Potandi usque ad quinque pocula.] Sic etiam ambo Pall. *Grut.*

6. *In honorem Alexandri Magni.*] More Græcanico: qui honori deorum & regum ac principum pocula consecrabant, & bibebant. *Casaub.*

7. *Id autem brevius.*] Breve pro parvum sæpe apud Latinos recentiores. *Idem.*

Id autem brevius.] Pal. *id ac brevius.* lege: *idque brevius.* Salmas.

8. *Nisi si quis quod licebat, majus habere*

postulasset. Usus Veneris in eo moderatus fuit, exoletorum ita expers ut (quemadmodum suprà diximus) legem de his auferendis ferre voluerit. [1] Horrea in omnibus regionibus publica fecit, ad quæ conferrent bona ii qui privatas custodias non haberent. Balnea omnibus regionibus addidit quæ fortè non habebant. Nam hodieque multa dicuntur Alexandri. Fecit & domos pulcherrimas, easdemque amicis suis maximè integris viris donavit. Vectigalia publica in id contraxit, ut qui x. aureos sub Heliogabalo præstiterant, [2] tertiam partem auri præstarent, hoc est triceſimam partem. [3] Tuncque primùm semisses aureorum

bere postulasset.] Palat. *nisi quis, quod licebat, majus libere postulasset.* Idem.

Nisi si quis, quod licebat, habere postulasset.] Pall. uterque *majus libere post.* quod nescio an præstet, vel adeò mutandum veniat in *bibere.* Gruterus.

1. *Horrea in omnibus regionibus publica fecit.*] Erant jam olim in Urbe publica horrea, ut Sulpicia, & quas vocat Dio in Commodo ἀποθήκας τῆς τε Αἰγυπτίων καὶ τῆς Ἀφρικανῶν φορτίων: erant & alia: præficiebantur his curatores, qui in antiquis inscriptionibus sæpe nominantur. *Casaub.*

Horrea in omnibus regionibus publica fecit ad quæ conferrent bona.] Horrea ista publica in singulis urbis regionibus, ad quæ bona conferrent qui privatas custodias non habebant, primum instituisse Alexandrum vult Lampridius. vera tamen illum dicere pro certo haberi nolim. nam constat sub Antonino horrea ejusmodi publica Romæ fuisse in quibus homines pretiosissima sua quæque reponerent. Vide Paulum de officio præfecti vigilum. *Salmas.*

2. *Tertiam partem auri præstarent.*] Scribendum esse *aurei.* Casaub.

Tertiam partem auri.] Malè vulgo *auri.* Grut.

3. *Tuncque primùm semisses aureorum formati sunt.*] Tunc nempe cùm institutum ab Alexandro, ut pro denis aureis penderentur semisses auri. ita accipiendum: atque ex hoc loco possis colligere vectigalis non modum solum lege fuisse definitum; sed etiam certum pecuniæ genus præstationi vectigalis destinatum. Aureorum portò *semisses áxiμa* quidem, sed servata tamen analogia dicti sunt. at *tremissium* appellatio ineptè ficta contra analogiam ad similitudinem nominis semissis. sed videntur tremisses isti ab aliis *trientes* fuisse nominati. *Casaub.*

Tuncque primum semisses aureorum formati sunt, tunc etiam quum ad tertiam partem aurei vectigal decidisset tremisses.] Hæc valde confusa perturbataque sunt. tremisses vel trientes aureorum formatos tantum fuisse sub Alexandro verisimile est, cum vectigal ab eo ad tertiam aurei partem esset redactum. cum enim in auro vectigalium pensationes exigerentur, contractis vectigalibus ad trientem aurei, quomodo quis potuisset illum trientem pendere, si nullus ea forma numnus aureus fuisset cusus? tremisses igitur aureorum propterea formari jussit Alexander, ut vectigalium solvendorum expedita esset ac facilis ratio. at semisses heic locum habere non possunt, cum nusquam dixerit vectigalis ad aurei semissem fuisse recisa. Ergo sic mihi videtur locus constituendus, *Vectigalia publica in id contraxit ut qui decem aureos sub Heliogabalo præsti-*

stere-

reorum formati sunt: tunc etiam, quum ad tertiam partem auri vectigal decidisset, tremisses, dicente Alexandro etiam

stituerant, tertiam partem aurei præstarent, hoc est tricesimam partem. tunc que primum tremisses aureorum formati sunt, quum ad tertiam partem aurei vectigal defecisset, dicente Alexandro etiam quartarios futuros, quod manus non passit. hanc verissimam esse conjecturam mihi penitus persuadeo, quam & egregie confirmant sequentia hoc modo: *quos quidem quartarios jam formatos in monetam detinuit, exspectans, ut si vectigal contrahere potuisset, & eos flari curaret: sed quum non potuisset per publicas necessitates, conflari eos jussit, & tremisses tantum solidosque formari.* tremissium heic & solidorum tantum meminit. ubi vero semisses? adulterini hi certe, & nusquam in moneta Cæsaris cusi. Qui decem igitur aureos vectigalis nomine præstabant sub Heliogabalo, tremissem tantum aurei sub Alexandro solvebant, hoc est tricesimam partem ejus quod pensitabant sub Heliogabali imperio. proposuerat autem Alexander, & vectigal in id contrahere, ut quadragesimam tantum penderent, & ob eam rem quartarios formari curaverat. sed cum id minime paterentur reip. necessitates, eos conflari jussit. *Salmas.*

Tunc que primum tremisses formati sunt.] Cum igitur Alexander præstationes decem aureorum, quas sub Heliogabali imperio multi agnoscebant, ad tertiam aurei partem redegisset, ut facilitati ac commoditati solutionis, consuleret, tremisses cudi jussit, vel trientes aureorum. nec enim aliter facile aut commode poterat hæc solutio expediri, nam cum aureus tunc viginti quinque minutis argenteis æstimaretur, tertia pars auri vix ac ne vix quidem in argenteis ad justam & exactam rationem poterat inveniri. nam octo argentei cum triente tertiam aurei partem efficiebant. qui numerus nec purus erat nec rotundus, nec solo argento constabat, cum triens illę argentei in ære esset exsolvendus. sed neque sic solutio recte processisset. nam per æreorum quamvis minutissimorum rationem, non juste possis efficere tertiam argentei denarii partem, sive per sestertios id facere tentes, seu per asses, sive etiam per quadrantes. hinc ergo apparet quare tremisses cudendos curaverit Alexander, qui & quartarios voluit, si quidem potuisset, vectigalia ad quartam aurei partem contrahere, ut ad tertiam jam reduxerat. idque ob eamdem præstationis facilitatem & expeditam solvendi rationem. nam quarta pars aurei nihilo magis rotunde pureque poterat per argenteos denarios explicari quam tertia. sex quippe denarii cum quadrante, partem aurei quartam in argento efficiebant. at Justiniani tempore utraque illa pars aurei, quarta inquam, & tertia facile & expedite per nummos argenteos, quales tunc erant in usu, exsolvebatur. nam tres miliarenses vel argentei denarii, quartam aurei partem efficiebant, ut quattuor tertiam. fallitur autem si quis putat omnes præstationes sub Heliogabalo decem aureorum fuisse. nam & fuere duorum aureorum, & trium, & unius aurei, easque omnes proportione servata, ad trigesimam partem redegit Alexander. communiores autem ac frequentiores illæ fuisse videntur eorum, qui decem aureos præstarent, quibus ad aurei tertiam partem contractis, id est tricesimam, pro commodo solutionis tremisses aureorum cudi jussit Alexander. fallitur etiam si quis propterea existimet certum nummi genus præstationi vectigalium fuisse constitutum, aut etiam potuisse constitui. *Idem.*

1. *Quum ad tertiam partem aurei vectigal decidisset.*] Lege ex Pal. *quum ad tertiam partem auri vectigal defecisset.* vectigal autem & tributum distinguunt auctores, & præcipuę Jurisconsulti, & tri-

etiam [1] quartarios futuros, quòd minùs non posset. Quos quidem jam formatos in moneta detinuit, expectans ut si vectigal contrahere potuisset, & eosdem ederet. Sed quum non potuisset per publicas necessitates, conflari eos jussit, & [2] tremisses tantùm solidosque formari. [3] Formas binarias, ternarias & quaternarias, & denarias etiam, atque ampliùs

& tributa quidem erant quæ conferebantur à provincialibus, id est à prædiorum possessoribus, pro modo agrorum quos possidebant & colebant. ac fuere duplicia capitis & soli. vectigal vero esse portorium, & id quod pro mercibus quæ importantur & exportantur, solvitur, τὸ εἰσαγωγικὸν καὶ ἐξαγωγικόν. Sed sive de tributis hunc locum accipiamus, sive de vectigalibus tantum, ut proprie appellantur, minime putandum est unius modo generis vectigal ad triccsimam partem redactum ab Alexandrò fuisse, aut illud duntaxat contractum ad tertiam aurei partem, cujus præstatio sub Heliogabalo decem aureorum fuerit, sed omnia vectigalia secundum eam proportionem & deminutionis rationem ab eodem esse recisa. Non alienum à veritate est, vectigalia dixisse Spartianum pro tributis capitis. deni igitur aurei pro singulis capitibus, tributi nomine quum flagitarentur sub Alagabalo, ad trigesimam partem, hoc est aurei tertiam, hoc tributum redegit ac reduxit Alexander, ideoque tremisses aureorum formari jussit. *Idem.*

1. *Quartarios.*] Aurei quartarii, qui quartam aurei solidi partem appenderent. sic & *tertarios* potuisset dicere quos tremisses vocare maluerunt: τριτημορίους Græci dixissent. τριμόριον est quadrans vel quarta pars assis. quatuor quadrantes assem efficiunt: assis autem pendebat duas drachmas, vel sex drachmas, vel sex scriptula. idem quoque pendebat aureus nummus. sic daricus assem pendebat, vel quod idem est quatuor quadrantes. *Idem.*

2. *Tremisses tantùm solidosque formari.*] Non ergo formati semisses? atqui hoc paullò antè Lampridius dicebat. sed videntur desiisse formari semisses, posteaquam tremisses sunt facti. hoc nisi est, omnino scribendum hoc loco: & *semisses & tremisses tantùm formari.* Aureum integrum cujus erant partes semisses & tremisses, dixerunt SOLIDVM. in libris juris, solidus & aureus idem semper sunt. *Casaub.*

3. *Formas binarias.*] Nummos binis aureis valentes, vocat formas binarias: ternarias, quæ ternis: & ita in cæteris. *Forma*, statuariorum artis verbum est. *Idem.*

Formas binarias, ternarias.] Formæ hoc loco sunt τύποι aut τυποτύπεια, vel τὰ δεχάτυπα σφραγίσματα. unde & formari nummi & figurari dicuntur. & *forma denariorum* Isidoro sunt ipsi denarii. νόμισμα etiam dicunt Græci, quam Latini formam. unde & νομίζειν δραχμὴν, formare drachmam. sed magis est, formas hæc appellari nummos ipsos aureos tali forma percussos, qui binis aureis & quaternis valerent: binarius & ternarius igitur aureus nummus, qui binos, & ternos aureos simplices pendebat. sic *quinarii* olim, & *denarii*, qui quinos asses, & denos pendebant. *Salmas.*

Formas binarias.] Credo, hæc formas esse τύπους, aut σφραγίσματα, vel σημαντήρια, quibus nummi tali forma signarentur, binarii scilicet, & quaternarii & similes. sequitur tamen: *eas resolvi præcepit, nec in usu cujusquam versari.* manifesto formas pro nummis ipsis dixit. *Idem.*

1. *Usque*

ampliùs [1] usque ad bilibres quoque [2] & centenarias, quas Heliogabalus invenerat, resolvi præcepit, neque in usu cujusquam versari: [3] atque ex eo his materiæ nomen inditum est, [4] quum diceret plus largiendi hanc esse imperatori

1. *Usque ad bilibres quoque.*] Vetus editio: *usque ad libras quoque.* legendum: *usque ad librarias quoque.* librariæ formæ sunt, aurei librarii, qui quadraginta & octo aureis valerent eorum, qui in usu tunc versabantur, vel quinquaginta, ut paulo post docebimus. *Idem.*

2. *Et centenarias.*] Fuit tamen postea in usu nummus quidam grandior, quem *centenionalem* appellant, sive *majorinam pecuniam.* Etsi autem centenariæ auri formæ sublatæ sunt; obtinuit tamen postea auri centenariorum appellatio. nam centenas auri libras centenarium vocarunt. *Casaub.*

3. *Atque ex eo his materiæ nomen inditum est.*] Suspecta nobis hæc. *Idem.*

Atque ex eo his materiæ nomen inditum est.] Sic legimus: *formas binarias, ternarias, quaternarias, & denarias etiam atque amplius usque ad librarias quoque & centenarias, quas Heliogabalus invenerat, resolvi præcepit, neque in usu cujusquam versari, atque ex his materiæ nomen inditum est.* formas illas omnes superius nominatas, & ab Heliogabalo inventas resolvi præcepit Alexander, *atque ex his formis materiæ nomen inditum est.* Exempli gratia, loco centenariarum formarum quas invenerat Heliogabalus & quæ in usu versabantur, postquam jussu Alexandri resolutæ sunt, nomen ipsum remansit, quod materiæ impositum est. nam centenarium pro centum libris dici cœptum est: cum tamen minime reperiretur nomisma centenaria forma cusum. formas centenarias invenerat Heliogabalus quibus centenarii cuderentur, aurei nummi, qui centum aureorum vulgarium pondus haberent & pretium. resolvi præcepit hujusmodi formas Alexander, atque inde nomen materiæ impositum. nulli nunc quidem centenarii nummi aut centenariæ formæ. nomen centenarii tamen in usu remansit, & usurpari cœptum est de quacumque materia, centum libras pendente. legendum igitur in verbis Lampridii supra: *usque ad librarias quoque, & centenarias.* nam *bilibres*, ut vulgo legitur, nullo potest modo ferri. bilibres enim & centenariæ formæ, quattuor tantum aureorum pondere inter se distabant: siquidem octo & quadraginta aurei in libram auri signabantur sic duæ auri libræ sex & nonaginta aureos habebant: quibus aureos adde quattuor, centenarios Heliogabali nummos efficies, qui centum aureis æstimabantur. hoc etiam confirmant sequentia ubi eadem repetit, sed diversis verbis: *decem vel amplius una forma, triginta & quinquaginta, & centum dare cogerentur.* decem aurei sub una forma denarii dicuntur, & eorum formæ denariæ; quinquaginta vero sub eadem forma cusi, quinquagenarii vel librarii: & quinquagenarii quidem quod quinquagenis aureis æstimarentur, librarii vero quod libram auri penderent. nam quadraginta octo aurei libræ imputabantur. duo enim aurei supra libram excurrentes formæ librariæ appellationem minime tollunt. formas igitur librarias dixit, quæ quinquagenarios aureos signarent, vel aureos quinquaginta una forma: ut centenarias, quæ centenos aureos sub una forma comprehensos emitterent, quæ & bilibres formæ dici potuerunt, ut quinquagenariæ librariæ. *Salmas.*

Atque ex his materiæ nomen inditum est.] Sic quoque Pal. quæ quid sibi velint, neque ego scio. *Grut.*

4. *Quum diceret plus largiendi hanc esse imperatori causam, si quum multos solidos, &c.*] Contaminatissima hæc sunt: emen-

tori causam, [1] si quum multos solidos minores dare posset, [2] dans decem vel ampliùs una forma, triginta & quinquaginta & centum dare cogeretur. Vestes sericas ipse raras habuit: holosericas nunquam induit, subsericam nunquam donavit. Divitiis nullius invidit, pauperes juvit, [3] honoratos, quos pauperes verè non per luxuriam aut simulationem vidit, semper multis commodis auxit, agris, servis, animalibus, gregibus, [4] ferramentis rusticis. [5] In thesauris vestem nunquam nisi annum esse passus est, eamque statim expendi jussit. [6] Omnem vestem quam donavit, ipse perspexit: omne aurum, omne argentum, idque frequenter

emendo, *quum diceret plus largiendi hanc esse imperatori causam, si quum multos solidos minores dare posset, decem vel amplius una forma, triginta & quinquaginta, & centum dare cogeretur.* profusissimus princeps Heliogabalus, parcissimus contra Alexander. diversam igitur uterque viam sunt sequuti. Heliogabalus quæsito multa simul donandi profundendique compendio, formas denarias, & quinquagenarias, & centenarias invenerat publicaveratque. e contrario Alexander non solum formas illas aboleri præcepit, & in usu haberi vetuit; sed etiam longe minores. quam quæ vulgo in usu essent, cudi jussit. nec tantum solidos, sed etiam solidorum trientes in moneta formari voluit. nam cui multi minuti nummi ad manum sunt, is tantum expendit ac largitur, quantum lubet, nunc plures ex illis dando, nunc pauciores. qui vero tantum aureis atque argenteis majoribus nummis refertum habet marsupium, plerumque etiam præter voluntatem liberalis est, utpote præ manu tantum habens aureos denarios, & quinquagenarios & centenarios; & sic plus dare cogitur, quod minus dare non possit. atque hic verus est hujus loci sensus. *Salmas.*

1. *Si cum multos solidos.*] Lectio minus bona. nihil tamen juvat exemplar Palat. *Grut.*

2. *Dans decem vel ampliùs una forma.*] Locus ita concipiendus, ex emendatione Josephi Scaligeri: *cùm diceret, plus largiendi hanc esse imperatori causam, cùm multos solidos minores dare posset, dans decem vel ampliùs, quàm si una forma triginta & quinquaginta & centum dare cogeretur.* Casaub.

3. *Honoratos quos pauperes vere non per luxuriam aut simulationem vidit.*] Ex isto genere honoratorum fuit ille cujus supra meminit: *quum quidam ex honoratis vitæ sordidæ, furtorum reus per ambitionem nimiam ad militiam expirasset.* Honorati vocabantur proprie qui dignitatibus erant præditi, qua militaribus qua civilibus, vel honoribus functi. *Salmasius.*

4. *Ferramentis rusticis.*] Membranæ, *ferramentis, rastris.* Casaub.

5. *In thesauris nunquam vestem nisi annum esse passus est.*] Legebat Scaliger: *in thesauris nunquam vestem nisi aureum esse passus est.* sed aurea vestis non dicitur quæ aurata est. *thesauri* autem hoc sunt in quibus vestis sacra privataque principis reponebatur. hinc *præpositi thesaurorum* leg. XIIII. Cod. de murileg. dicebatur etiam *comes thesaurorum*, & suberat comiti sacrarum largitionum. *Salmas.*

6. *Omnem vestem quam donavit ipse perspexit.*] Vetus editio: *ipse prospexit.* Idem.

1. *Si*

quenter appendit. Donavit & ocreas, & braccas, & calceamenta inter vestimenta militaria. Purpuræ clarissimæ non ad usum suum, sed ad matronarum, [1] si quæ aut possent aut vellent, certè ad vendendum gravissimus exactor fuit: ita ut *Alexandrina purpura* hodieque dicatur, [2] quæ vulgò *Probiana* dicitur, idcirco quòd Aurelius Probus baphis præpositus id genus muricis reperisset. [3] Usus est ipse chlamyde coccina sæpe. In urbe tamen semper togatus fuit, & in Italiæ urbibus. Prætextam & pictam togam nunquam nisi cos. accepit: [4] & eam quidem quam de Jovis templo sumptam alii quoque accipiebant, [5] aut prætores aut coss. Accepit prætextam etiam quum sacra faceret, sed loco Pontificis maximi, non Imperatoris. Boni linteaminis appetitor fuit, [6] & quidem puri, dicens, [7] *Si lintei idcirco sunt ut nihil asperum habeant, quid opus est purpura?* [8] in linea autem aurum mitti etiam dementiam judica-

1. *Si quæ aut possint, aut vellent, &c.*] Distingue sic: *si quæ aut possint, aut vellent, certè ad vendendum, gravissimus exactor fuit.* hoc ait: exegisse purpuram clarissimi luminis non ad usum suum, sed ut matronis donaret, si qua fuit quæ purpura uti vellet, aut pro conditione loci sui, posset. vel si non daret, clarissimam tamen nihilominus exigebat ad vendendum. Solitus Alexander talia multa vendere. infrà: *Gemmarum quod fuit vendidit.* Casaub.

2. *Quæ vulgò Probiana dicitur.*] Scribe, *diceba tur.* Idem.

Quæ vulgo Probiana dicitur.] Lampridius vult, clarissimæ purpuræ genus Probianum vulgo sua ætate appellatum ab inventore quodam Probo: Alexandrianum etiam fuisse dictum de nomine Alexandri, quod clarissimam purpuram solitus esset exigere. clara omnis purpura generali appellatione dicebatur Alexandrina, quod claræ purpuræ gravissimus & fastidiosus exactor olim extitisset Alexander. *Salmasius.*

3. *Usus est chlamyde coccina sæpe.*] *Usus est chlamyde sæpe coccinea.* ita Pal. & vet. editio. *Idem.*

4. *Et eam quidem, quam de Jovis templo sumptam alii quoque accipiebant.*] Ideo dicta hæc toga, Capitolina palmata, in epistola Taciti ad Probum. *Casaub.*

5. *Aut prætores aut Coss.*] Sapiunt glossema. *Idem.*

6. *Et quidem puri.*] Non autem clavati, neque purpurâ, neque auro. *Idem.*

7. *Si lintei idcirco sunt.*] Scribe cum membranis, *linea.* loquitur autem de purpurâ clavatis. *Idem.*

Si linteri idcirco sunt.] Mendosa hæc lectio. Legendum igitur: *si linteæ idcirco sunt.* sed Palat. habebat: *si linteri idcirco sunt.* scribendum: *si lineæ idcirco sunt ut nihil asperi habeant.* lineas vocabant, interulas vel camisias ex lino. legendum etiam paulo post: *in lineas autem aurum mitti.* nam nec *in linea,* nec *in linteæ* verum est. *Salmas.*

Si linea idcirco sunt, &c.] Antea erat *lineri*: Palat. habetque, *si linteri.* Gruterus.

8. *In linea autem aurum mitti.*] O'Bοῦν & omnem è lino vestem vocabant

dicabat, [1] quum asperitati adderetur rigor. [2] Fascíis semper usus est. [3] Braccas albas habuit, non coccineas ut priùs solebant. Gemmarum quod fuit, vendidit, & aurum in ærarium contulit, dicens gemmas viris usui non esse: matronas

cabant *lintea*, vel *linea*, sive *lineas*. Vopiscus in Carino: *quid lineas petitas Ægypto loquar?* loquitur de auroclavatis linteis: quæ jure damnat ob asperitatem & rigorem. *Casaub.*

1. *Cùm asperitati adderetur rigor.*] Non malè regius & Puteani, *cùm asperitas adderetur & rigor.* Idem.

Quum asperitati adderetur rigor.] Pal. *cum asperitatem adderetur rigor.* forte: *quum ad asperitatem adderetur rigor.* lineæ autem & auro, & purpura clavabantur. has clavi purpurei reddebant asperas, aurei vero rigidas. Alexander lineis suis, ne quid asperum haberent, purpuram intexi nolebat, aut purpura clavatas fieri. *Salmas.*

2. *Fascíis semper usus est, braccas semper habuit.*] Fascias heic pedules intelligit. nam *pedules* dicebantur ἀπλῶς καὶ ἰδικῶτερον, cum fasciæ intelligerentur. *pedulia* etiam vocabantur. tantum interest inter pedule & πέδιλον, quantum inter πέδιλον, & πέδιλον apud Græcos. nam quod Latini *pedule*, Græci πέδιλον appellant. & πέδιλον ad verbum est pedule. pedule autem vel pedulis fascia, erat pedum involucrum. & sciendum paulo differre πίλους hoc est udones, & ποδέας hoc est fascias pedules etiam apud Græcos ipsos. πίλοι vel udones erant proprie lanei calcei ex lana coacta facti qui intra calceum quidem habebantur, verum plerumque & ipsi vicem calceamenti præstabant, præcipue domi & intra cubiculum. *fasciæ* vero *pedules*, ut ipsum nomen indicio est, erant segmenta quædam vel panni ex lanea veste decisi, vel etiam ex coactilicia, quibus involvebantur pedes atque integebantur, ad eumdem plane modum quo crura ipsa fasciis illis quæ crurales inde sunt appellatæ. eumdem tamen usum præstitisse fascias pedules & udones minime dubium est, etsi aliquantum forma dissiderent. nam udones ad speciem calcei vel soleæ pedem includebant, fasciæ vero circumligabant. ceterum auctores, passim udones, & fascias pedules & empilia confundunt, quod ad eumdem hæc omnia usum accommodarentur. sic femininalia, tibialia, & pedulia, hoc est femininales, & crurales & pedules fascias eadem appellatione donaverunt, & braccas hæc omnia appellaverunt. Latinis tamen proprie braccæ de femininalibus, fasciæ vero de cruralibus pedulibusque. & ita hoc loco apud Lampridium distinguuntur braccæ & fasciæ. quemadmodum autem quidquid pedibus tegendis esset accommodatum, πίλος & πέδιλον Græci appellarunt, & tam fascias quam udones vel calceos laneos aut soleas lanatas hoc nomine comprehenderunt: sic *femininalia* Latini & *braccas* id omne appellarunt quo femina tegerentur. tantum tamen distat inter femininalia vel femininales fascias, & bracas, quantum inter pedules fascias & udones. femininalibus usi Romani etiam sub Augusto, & Augustus ipse usus, frigoris præcipue causâ. *bracæ* in isto Lampridii loco, quas albas Alexandrum gestaviisse scribit, cum coccineas prius imperatores solerent, sunt prorsus nostræ bracæ, id est Gallicæ. Videntur per illa tempora Romæ etiam frequentes fuisse bracæ, in Italia vero frequentissimæ. *Idem.*

3. *Braccas albas habuit, non coccineas, ut priùs solebant.*] Docuimus ad Suetonium Romanos quoque braccas gestasse: non veteres Ciceronis vel Augusti æquales; sed eos qui proximo seculo aut altero saltem vixerunt: imperatorum verò, coccineas. honestiorum braccas albas fuisse, ut & togam. Gestabant braccas & Romani milites. *Casaub.*

tronas autem regias [1] contentas esse debere uno reticulo, atque inauribus, & baccato monili, & corona cum qua sacrificium facerent, [2] & unico pallio auro sparso, & [3] cyclade [4] quæ sex unciis auri plus non haberet. [5] Prorsus censuram suis temporibus de propriis moribus gessit. Imitati sunt eum magni viri, & uxorem ejus matronæ pernobiles. Aulicum ministerium in id contraxit, ut essent tot homines in singulis officiis quot necessitas postularet: ita ut annonas, non dignitatem, acciperent fullones & vestitores, [6] & pictores & pincernæ, [7] omnes castrenses ministri, quemnam cyclas inde dicta est quod limbum in circuitu haberet ad oram extremam adsutum. limbum enim κύκλον Græci vocant. hinc κυκλωτὸς tunica quæ limbum haberet. cycladem intellexit Virgilius cum diceret:

Et circumtextum croceo velamen acantho.

paragaudias ejusmodi limbos auro intextos vocarunt. *Salmas.*

Cyclade quæ sex unciis auri non plus haberet.] In limbis scilicet & ornaturis ex auro quæ cycladem in ima parte circumcurrebant. nam auratæ vel auro intextæ erant illæ institæ vel paragaudæ extremis cycladum oris adsutæ. cycladæ, ergo sex unciarum auri, quæ limbos vel paragaudas haberent, in quibus intextæ essent sex auri unciæ. *Idem.*

4. *Quæ sex uncias auri plus non haberet.*] Sic & Pal. nam vulgg. *unciis.* Grut.

5. *Prorsus censuram suis temporibus, de propriis moribus gessit.*] Plinius in Panegyrico, *Vita principis censura est, eaque perpetua.* Casaub.

6. *Et pictores & pincernæ.*] Scribo, *pistores.* Idem.

7. *Omnes castrenses ministri.*] Scribe, *omnesque*, &c. sed hic *castrenses* idem ac Cæsariani, vel aulici: nam *castra* dixerunt principis comitatum, & *castrenses* coronas, Cæsarianis datas. *Idem.*

Omnes castrenses ministri.] Legend. *& omnes castrenses ministri.* aulici ministri, & Palatini ministri, & castrenses ministri iidem dicebantur. aliquot ministros

1. *Contentas esse debere uno reticulo.*] Gemmato, videlicet. *Idem.*

2. *Et unico pallio auro sparso.*] Pallium auro sparsum est χρυσόπαστον, χρυσῷ κατάπαστον quod acu fiebat. albo sparsas pelles Virgilius dixit pro variegatis & distinctis albo: pallium autem auro sparsum, signis aureis & clavis intextum intelligendum est. Græci χρυσοίσημον dicunt. signa aurea sunt clavi. Græcis etiam σημεῖα. unde ἄσημοι vestes & ἀτίμωμοι. aliter dicebantur Δι᾽ ὑφὸς vestes quæ non aureis clavis intextæ, sed filis aureis erant contextæ, id est quarum trama fuit ex auro. nam aurei illi clavi non in tela fiebant, sed acu pingebantur. contra Δι᾽ ὑφὸς ex sericco stamine & filis aureis in tela contexta. eleganter τὸν Δι᾽ ὑφὸς expressit Virgilius, dicendo:

Ex picturatas auri subtemine vestes.

Vestes aureo subtemine pictæ sunt Δι᾽ ὑφὸς pallium auro sparsum heic non est Δι᾽ ὑφὸς, sed χρυσῷ κατάπαστον, & signis aureis distinctum. *Salmasius.*

3. *Cyclade quæ sex uncias auri, &c.*] Cyclas vestis muliebris auro texta. Erat autem certus unciarum auri numerus, quot quæque vestis aurea deberet habere. *Casaub.*

Cyclade quæ sex unciis auri plus non haberet.] Palatinus: *quæ sex uncias auri plus non haberet.* cycladem heic vocat tunicam muliebrem auro circumtextam.

quemadmodum pestis illa instituerat, [1] sed annonas singulas vix binas. Et [2] quum argentum in ministerio plus ducentis libris non haberet, nec plures ministros, [3] argentum & ministros antè quando poscebat, accipiebat ab amicis: [1] quod

stros ex his qui proprie castrenses dicerentur, heic nominat Lampridius, fullones, pictores, vestitores, pincernæ. videntur & coci & piscatores & balneatores & cursores etiam ac ceteri qui proprie ministri vocabantur, & aliquod ministerium in aula gerebant, sic appellati. castrenses ministros ita describit & enumerat Corippus:

Adfuit obsequio castrorum turba virorum.
Illis summa fides, & plena licentia sacris
Deservire locis, atque aurea fulcra parare,
Regales mensas epulis onerare supernis,
Conservare domum, sanctumque intrare cubile,
Internas munire fores, vestesque parare.

Credo ergo, castrenses dictos esse omnes Palatinos ministros quod semper adessent principi, nec tantum in aula vel in urbe, sed in castris etiam obsequium illi & ministerium exhiberent, & in omnibus expeditionibus eum sequerentur. nam quocumque iret imperator, id expeditio vocabatur. hinc recentioribus ministeriales regum, ducum, comitum appellantur, castrenses & expeditionales servi qui dominos suos in expeditionibus sequerentur, & semper præsto essent in bellicis actibus. ministeriales etiam vocabant quos vulgo etiam *vassos* & *vassallos* & *fideles* dicebant. vassi ducum & comitum iidem erant qui ministeriales ducum & comitum dicebantur. *Salmas.*

1. *Sed annonas singulas vix binas*] Scrib. *& annonas singulas, aut vix binas.* Casaub.

Sed annonas singulas vix binas.] Nihil mutandum. *Ita ut annonas non dignitatem acciperent, sed annonas singulas, vix binas.* quis non ita loquitur? annonas autem numero singulari cum dicitur, frumentum significat, & vinum & oleum, & carnem & capitum & aliás ejusmodi cellarienses species. annonæ vero multitudinis numero enunciatæ panes tantum significant. & hoc sensu accipiendæ sunt annonæ in his omnibus locis, ubi annonæ singulæ, binæ, aut ternæ dari dicuntur, tot enim panes accipi debent. infra: *annonas binas aut ternas accipiebat, ita ut mundas singulas consequerentur. alias aliter.* mundas heic annonas nonnisi de panibus potes interpretari. *Salmas.*

2. *Cum argentum in ministerio plus ducentis libris non haberet.*] Supra: *ducentarum librarum argenti pondus ministerium ejus nunquam transiit.* ministerium est quod vulgo vocamus *service.* un *service d'argent.* unius abaci argentum. hinc & ministerium pro abaco & delphica in qua argentum mensale exponebatur. *Idem.*

3. *Argentum & ministros antè quando poscebat, &c.*] Nos legebamus, *& ministros etiam quando res poscebat.* sed membranæ omnes habent, *pascebat.* quare ita potius scribe, *quando plures pascebat.* Casaub.

Argentum & ministros ante quando poscebat accipiebat ab amicis.] Corrige: *Argentum, & ministros antea quando pascebat, accipiebat ab amicis. quod hodieque fit, si pascatur à præfectis, absente imperatore. pascere* pro convivium celebrare absolute positum notavimus ad Hadriani vitam: convivia autem aut privata aut publica habebant imperatores. privatis amicos tantum & familiares adhibebant: privato igitur convivio Alexander qui argentum in ministerio non plus ducentis libris haberet, & servos paucos, non mutuabatur ab amicis: sed publicis tantum conviviis quibus & ministerio ampliore & servis

[1] quod hodieque fit, si præstatur à præfectis absente imperatore. Voluptates scenicas in convivio nunquam habuit, sed summa illa oblectatio fuit, ut catuli cum porcellis luderent, aut perdices inter se pugnarent, [2] aut aves parvulæ sursum & deorsum volitarent. Habuit sanè in Palatio unum genus voluptatis, quo maximè delectatus est, [3] & quo solicitudines publicas sublevaret. [4] Nam aviaria instituerat pavonum, fasianorum, gallinaceorum, anatum, perdicum etiam: hisque vehementer oblectabatur, maximè palumborum, [5] quos habuisse ad viginti millia dicitur: & ne eorum pastus gravaret annonam, servos habuit vectigales, [6] qui eos ex ovis ac pullicenis * ac pipionibus

longe pluribus, propter convivantium multitudinem opus erat. quando igitur pascebat & argentum & ministros accipiebat ab amicis. idque sua etiam ætate fieri solitum narrat Spartianus non ab imperatore, sed à præfectis, si quando pascerent, absente imperatore. *Salmas.*

Argentum & ministros ante quando pascebat, accipiebat ab amicis.] Pal. *& ministros antea quando pascebat.* adeo ut appareat scribendum, *argentum & ministros in..... quando pascebat.* Grut.

1. *Quod hodieque fit, si præstatur à præfectis, &c.*] Malim ego, *si pascantur præfecti, &c.* ut sit hic sensus: ex illa consuetudine Alexandri: manasse hunc morem qui adhuc temporibus Lampridii obtineret: ut cùm absente principe cœna imperatoria præfectis pararetur, escarium potoriumque argentum Cæsariani mutuò ab amicis Cæsaris poscerent, non autem ex imperatoris vasario id sumerent. *Casaub.*

Quod hodieque fit si præstatur à præfectis.] Sic initio quoque Palatin. sed factum deinde, *præscatur.* an *pascatur?* consulatur Casaubonus. *Grut.*

2. *Aut aves parvulæ*] Regius & Puteani, *glareæ par.* nescio quid sit: nisi cui placeat scribi, *aut obsepta aviculæ.* pro undique septæ. *Casaub.*

Aut aves parvulæ sursum & deorsum volitarent.] Legitur in aliis libris *gareæ parvulæ.* sed repone: *galpæ parvulæ,* hoc est, *galbræ.* Glabræ igitur & galbinæ atque etiam galbulæ aves sunt viridis aut lutei coloris: Græcis χλωρίδες, & χλωριώντες ab eodem colore dicuntur. *Galbina* Martiali:

Galbina decipitur calamis & retibus ales.

Vulgo *galbula:* sed *galbina* in libris. sed & *glabula* etiam rectum est. nam Latini avem, qui Græcis ἰκτερῶδες, galbulum à colore luteo vocarunt. *chlorum* etiam Latini vocarunt hanc aviculam, voce à Græcis mutuata. *Salmas.*

Aut aves parvulæ sursum & deorsum volitarent.] Pal. *aut gareæ parvulæ.* aliorum exempla, *glareæ.* Grut.

3. *Et quo sollicitudines publicas sublevaret.*] Excerpta Spartiani, & Palatinus: *sublevarat.* forte: *sublevabat.* Salmasius.

4. *Nam aviaria instituerat pavonum.*] Idem Palatinus, *avaria.* an *avaria* pro *aviaria,* ut *viidarium* pro *viridarium.* Idem.

5. *Quos habuisse ad viginti millia.*] Vetus liber: *quos habuisse ut ad viginti millia dicitur.* Sic Græci loquuntur: ὡς εἰκοσι χιλιάδας. *Idem.*

6. *Qui eos ex ovis ac pullicenis pipionibus alerent.*] Id est, ex ea pecunia quam

nibus alerent. Thermis & suis & veterum frequenter 42
cum populo usus est, [1] & æstate maximè [2] balneari veste ad Palatium revertens, hoc solum imperatorium habens [3] quod lacernam coccineam accipiebat. [4] Cursorem nunquam nisi servum suum, dicens [5] ingenuum currere nisi in sacro certamine non debere. Cocos, piscatores, fullones & balneatores, nonnisi servos suos habuit: [6] ita ut siquis deesset, emeret. [7] Medicus sub eo unus Palatinus salarium accepit: [8] cæteri omnes qui usque ad sex fuerunt, annonas binas aut ternas accipiebant, [9] ita ut mundas singulas

quam cogebant vendentes ova & pullos ac pipiones palumborum. *Servos vectigales* appellat eos qui hunc reditum curabant, & hoc privatum quoddam vectigal domus regiæ exercebant. *Casaubonus.*

Qui eos ex ovis ac pullicenis.] Pullicenos heic vocat pullos fasianorum, pavonum, perdicum, anatum & gallinarum. inde nostra vox *poncins* de pullis gallinaceis. *Salmas.*

* *Ac pipionibus alerent.*] *Pipiones* vocat palumbinos pullos, ut pullicenos, gallinaceos & pavoninos. *Idem.*

1. *Et æstate maxime balneari veste.*] Sic distinguendus hic locus: *thermis suis & veterum frequenter usus est, & æstate maxime, balneari veste ad Palatium revertens.* Idem.

2. *Balneari veste ad Palatium revertens.*] Scrib. *in balneari veste.* virum sobrium prodire in publicum in veste non forensi, id est toga, turpe habebatur & indecorum: nisi tamen à convivio rediret aut balneis. *Casaub.*

3. *Quod lacernam coccineam accipiebat.*] Excerpta Spartiani & Palatinus: *laternam coccean. laternam* quidem perperam pro *lacernam.* sed *cocceam* recte. *coccinum* autem, & coccineum dicebatur τὸ κοκκοβαφὲς. *Salmas.*

4. *Cursorem nunquam nisi servum suum.*] Inter servos erant quidem ad hoc ministerium deputati, nempe ad currendum, quorum mentio frequens apud hos auctores & alios passim. servi à pedibus & servi ad pedes etiam dicti sunt hi cursores. ingenuos porro cursores habuisse videntur alii imperatores, at Severus nunquam nisi servis suis cursoribus usus est. cursores pedibus obsequium præstabant, & mandata perferebant. unde & exercipedes vulgo appellabantur. quos vulgò vocamus, *valets de pied.* Idem.

5. *Ingenuum currere nisi in sacro certamine debere.*] Plautus:

Servile esse duco festinantem currere.

Casaub.

6. *Ita ut si quis deesset emeret.*] Non displicet *decessisset.* Idem.

7. *Medicus sub eo unus Palatinus salarium accepit.*] Quod passim in libris juris civilis observabis, salarii & honestius nomen est, & commodum majus quàm annonarum. *Idem.*

8. *Ceteri omnes qui usque ad sex fuerunt.*] *Ceteriquè omnes, qui usque ad sex fuerunt.* ita vetus editio cum Palatino. *Salmas.*

9. *Ita ut mundas singulas consequerentur, alias alter.*] Liber Politiani pro *alter* scribit *aliter.* rectè. *Mundas annonas* appellat quomodo lautam cœnam dixit Horat. *mundam.* sic *mundus panis* qui opponitur sordido & furfuraceo: & *mundum victum*, ut Græci κεκαθάρτον, quo utuntur elegantiores. Cùm igitur archiatris istis annonæ exhibebantur binæ aut ternæ, singulæ tamen erant ex illis *mundæ*, id est, aptæ mensis lautioribus: cæteræ in usum familiæ. Erat

gulas consequerentur, [1] alias aliter. Judices quum promoveret [2] exemplo veterum, ut & Cicero docet, & argento & necessariis instruebat, ita ut præsides provinciarum acciperent [3] argenti pondo vicena, phialas senas, mulos binos, equos binos, vestes forenses binas, domesticas singulas, balneares singulas, [4] aureos centenos, [5] cocos singulos:

verò minimum quod istis præstabatur. cùm tamen vel mediocris nominis medici uberrimum quæstum ex arte sua olim facerent. quid dico medici? imò verò & tonsorum quivis non postremissimus. Ammianus lib. XXII. *Casaub.*

Ita ut mundas singulas consequeretur, alias alter.] Scribendum, *ita ut mundas singulas consequerentur, alias aliter.* loquitur de omnibus medicis Imperatoris, qui septem erant, hique omnes, excepto uno qui salarium accipiebat, annonas tantum consequebantur, & in his singulas tantum mundas, reliquas non item: nam binas, aut ternas accipiebant. de mundis annonis diximus supra. *Salmas.*

1. *Alias aliter.*] Obsequutus sum Politiani libro, in quo ista lectio. nam & Pal. *alter*, quomodo & vulgg. *Grut.*

2 *Exemplo veterum, ut & Cicero docet.*] Ille quidem multis locis: sed respicit, opinor, Lampridius hæc verba Sirenis Romanæ è libro IV. in Verrem. Augustus veterem morem mutavit. Sueton. capite XXXVI. *Casaub.*

3. *Argenti pondo vicena, phialas senas.*] Palat. Cod. sic habet: *argenti pondo vicenas filas senas.* ex qua feliciſſime emendavi: *argenti pondo vicena: mulas senas, mulos binos, equos binos.* confirmant conjecturam nostram sequentia, in quibus eodem plane ordine isthæc repetuntur: *reddituri depositi administratione, mulas, mulos, equos, muliones & cocos.* atqui mularum nusquam meminerat nisi heic. mulas igitur & mulos accipiebant de publico præsides provinciarum: & mulos quidem, nisi fallor, vectandis impedimentis, mulas vero ducendæ redæ, aut carrucæ: nam semper mulæ redis ducendis adplicitæ: at muli ad sagmam, ut plurimum, habebantur. sed hæc nos alias. *Salmas.*

4. *Aureos centenos.*] Salarium, argentum, vestes, ministeria de publico accipiebant præsides provinciarum. olim verò publice locabantur præbenda rectoribus provinciarum, & erant mancipes qui redimerent quæcunque illis essent exhibenda necessaria per totum tempus administrationis. sustulit hunc morem Augustus & certam illis pecuniam constituit ad hanc rem. sub posterioribus vero imperatoribus, non salarium tantum datum est provinciarum præsidibus ex instituto Augusti, sed etiam argentum, vestes, muli, equi. ministeria & reliqua necessaria. sed profecto nimis modica hæc salarii summa quæ heic videtur constituta ab Alexandro provinciarum administratoribus. legendum igitur hoc loco putabam: *aureos ſeſcentenos.* sed nimis etiam brevis & contemnendus hic numerus, si ad exemplum modumque comparetur salariorum, quæ tunc militibus, tribunis, ducibus, legatis dari moris erat. dicendum igitur Alexandrum parcissimum principem salaria præsidum ad istum modum contraxisse, quem heic videmus. *Idem.*

5. *Cocos singulos.*] Supple ex Puteaneis: *cocos, muliones singulos.* & firmant quæ subjiciuntur. *Casaub.*

Cocos singulos.] Adde ex Palatino: *Cocos singulos, muliones singulos.* nam & infra repetit: *reddituri depositi administratione, mulas, mulos, equos, muliones & cocos.* Salmas.

Cocos singulos, muliones singulos.] Addidi duas voces fide Pal. *Grut.*

1. *Quod*

gulos: & si uxores non haberent, singulas concubinas, (1 quòd sine his esse non possent) reddituri depositâ administratione, mulas, mulos, equos, muliones, & cocos: cætera sibi habituri, si bene egissent: in quadruplum redditurí, 2 si malè. 3 Præter condemnationem aut peculatus aut repetundarum, leges innumeras sanxit. 4 Carrucas 43
Romæ & rhedas senatoribus omnibus ut argentatis haberent, permisit: interesse Romanæ dignitatis putans, ut his tantæ urbis senatores vectarentur. Consules quoscunque vel ordinarios, vel suffectos creavit, ex senatus sententia nominavit, sumptum eorum contrahens: 5 & nundina vetera ex ordine instituit, vel dies vel tempora. Quæstores candidatos ex sua pecunia jussit munera populo dare, 6 sed ut post quæsturam præturas acciperent, 7 & inde provincias regerent: 8 arcarios verò instituit qui de arca

1. *Quod sine his esse non possent.*] Palat. habet illud *non* à manu tantum secunda, sed tamen antiquâ. *Idem.*

2. *Si male. Præter condemnationem.*] Distingue: *cetera sibi habituri si bene egissent: in quadruplum redditurí si malè, præter condemnationem aut peculatus, aut repetundarum.* Salmas.

3. *Præter condemnationem.*] Distingue, *in quadruplum redditurs si malè: præter condemnationem aut peculatus aut repetundarum.* Casaub.

4. *Carrucas Romæ & rhedas senatoribus omnibus ut argentatas haberent, permisit.*] Postea & aliis quàm senatoribus permissum. Martialis in Quinctum libro tertio:

Aurea quòd fundi pretio carruca paratur.

Plinius libro XXXIIII. capite XI. libro XXXIV. capite XVII. *Idem.*

5. *Et nundina vetera ex ordine instituit, vel dies vel tempora.*] Jam monuimus esse illa inducenda, *vel dies vel tempora.* Pro *vetera*, potest etiam scribi *veteri.* Idem.

Et nundina vetera ex ordine instituit.] Pal. *& nundinia vetera ferdine instituit.* vetus editio: *nundinia vetera Sardiniæ instituit.* quid sit nescio. *nundinium* autem pro *nundinum* fere semper in illo antiquo exemplari scriptum reperi. delenda porro illa verba, *vel dies, vel tempora.* Salmas.

Et nundina vetera ex ordine, &c.] Pal. *& nundinia vetera ferdine instituit vel, &c.* Grut.

6. *Sed ut post quæsturam præturas acciperent.*] Pal. *se dicta ut post quæsturam.* scribend. *sed ita ut post quæsturam.* Salm.

7. *Et inde provincias regerent.*] *Deinde provincias gererent.* ita in Pal. *Idem.*

8. *Ærarios verò instituit qui de are fisci ederent munera.*] Scribendum, *arcarios & de arca fisci.* ita omnes veteres. *Casaub.*

Ærarios vero instituit qui de are fisci.] Rectè docti homines restituerunt: *arcarios vero instituit qui de arca fisci.* nam ita & in Palatino legitur. *arca* igitur etiam fisci dicebatur, & *arcarii* qui de fisco munera edebant. privati etiam suas arcas habebant, quas qui administrabant & dispensabant, servi arcarii dicti. hinc *de arca solvere.* hoc est domo, cui contrarium est *de scriptura mensæ.* Salmas.

Arcarios verò instituit, qui de arcâ

de arca fisci ederent munera, eademque parciora. Habuit in animo ut munera per totum annum dispergeret, ut per xxx. dies munus populo daretur: sed cur id non fecerit in occulto habetur. [1] Capitolium septimo die quum in urbe esset ascendit, templa frequentavit. CHRISTO templum facere voluit, eumque inter deos recipere. [2] Quod & Adrianus cogitasse fertur qui templa in omnibus civitatibus [3] sine simulacris jusserat fieri: quæ hodie idcirco quia non habent numina, dicuntur *Adriani*, quæ ille ad hoc parasse dicebatur: sed prohibitus est ab iis qui consulentes sacra, repererant [4] omnes Christianos futuros
44 [5] si id optatò evenisset, & templa reliqua deserenda. In jocis Alexander dulcissimus fuit, in fabulis amabilis, in con-

fisci ederent] Sic quoque Pal. nisi quod tamen servet, *quæ*, item *siderent*. Grut.

1. *Capitolium septimo die cùm in Urbe esset, ascendit.*] In Lanario suo rem divinam quotidie ferè manè faciebat: in aliis Romæ templis sæpissimè: in Capitolio septimo quoque die ibi Jovem Capitolinum & Imperatorem, Romani, præsertim magistratus, præcipuè colebant. *Casaub.*

Capitolium septimo die cum in urbe esset ascendit.] Lege ex libro: *septimo quoque die ascendit.* Salmas.

2. *Quod & Hadrianus cogitasse fertur.*] De Tiberio narrant hoc Tertullianus & alii patres Græci ac Latini: de Hadriano verò nemo illorum, si satis memini, simile quicquam. Jusserat Hadrianus, templa fieri in omnibus civitatibus, suo nomini, sine dubio, consecranda: quod & Spart. in vita illius testatur. sed mortuo Hadriano priùs quàm hæc templa absolverentur, mansere pleraque illorum imperfecta, neque unquam dedicata sunt. Talia ædificia in plerisque civitatibus adhuc Lampridii ætate extabant, inchoata solùm, non perfecta, non dedicata: ac proinde, ut ait ipse, sine numine & simulacro ullo. Eò factum, ut in animum inducerent multi, quibus assentitur hic Lampridius; non sibi Hadrianum illa templa exstruxisse, verùm CHRISTO. *Casaub.*

3. *Sine simulacris jusserat fieri.*] Quia videlicet, cogitabat ipse Hadrianus, postquam absoluta essent templa quæ fieri imperaverat, simulacra eò mittere, aut præsens ipse consecrare eo habitu, quo vellet ubique pro loci natura coli. *Idem.*

4. *Omnes Christianos futuros si id optatò evenisset.*] Locutio nova, *si id optatò evenisset*, id est, ut nos interpretamur, si pro votis multorum, liceat cuique optanti, fieri Christianum. Satis constat jam Hadriani temporibus evigilasse plerorumque hominum mentes, & vanitem deorum suorum agnovisse: verùm illos vis metus continebat. *Idem.*

5. *Si id optato evenisset.*] At excerpta Spartiani *si id optate venisset.* hoc est, si quemadmodum multi optabant, id contigisset. optabant enim tunc temporis multi, ut illa templa dedicaret Hadrianus quæ in Christi honorem, multis in civitatibus, jusserat sine simulacris ædificari. *venire*, pro contingere, vel evenire. potest & legi: *optate evenisset.* Salmas.

Si id optatò evenisset.] Palatin. *optata evenisset.* Grut.

1. *Sed*

conviviis comis, ita ut quisque posceret quod vellet. Ad aurum colligendum attentus, ad servandum cautus, ad inveniendum solicitus, [1] sed sine cujusquam excidio. [2] Syrum se dici noluit, sed à majoribus Romanum. Et stemma generis depinxerat, quo ostendebatur [3] genus ejus à Metellis descendere. Rhetoribus, grammaticis, medicis, aruspicibus, mathematicis, mechanicis, architectis salaria instituit, & auditoria decrevit, & discipulos cum annonis pauperum filios modò ingenuos dari jussit. Etiam in provinciis oratoribus forensibus multum detulit, plerisque etiam annonas dedit, quos constitisset gratis agere. [4] Leges in annos firmavit, easque etiam ipse diligentissimè servavit. Theatralia spectacula sæpe obiit. Theatrum Marcelli reficere voluit. Multis civitatibus, [5] quæ post terræ motus deformes erant, ad instaurationem operum & publicorum & privatorum pecuniam ex vectigalibus dedit. In templis sanè nunquam præter quatuor aut quinque argenti libras, [6] auri ne guttulam quidem aut bracteolam posuit, susurrans versum Persii,

——*in*

1. *Sed sine cujusquam excidio.*] Ita auro cogendo operam dabat, ut nemini tamen fortunas per calumniam appeteret. miram dictionem usurpavit, *excidio*, sed ita locutus Lampridius quia sciebat optimum principem, dum avaræ matris voluntati obtemperat, integritatem suam nonnihil maculasse. *Casaub.*

2. *Syrum se dici noluit.*] *Syrum se dici nolebat.* ita vetus editio. *Salmas.*

3. *Genus ejus à Metellis descendere.*] Vel Marcellis fortasse, ut diximus libri hujus initio. *Casaub.*

4. *Leges in annos firmavit.*] Annarias leges, pridem exoletas Romæ. *Idem.*

Leges in annos firmavit.] Simplicius potuisset dicere *leges annarias.* sed & variant libri. Palat. habet: *leges agnos firmavit.* scribe: *leges ac jus firmavit, easque etiam ipse diligentissime servavit.* de jure enim ac legibus in universum ab Alexandro firmatis, ac diligentissime servatis agit, & intelligit, non de quibusdam legibus de novo factis. *Salmasius.*

Leges in annos firmavit.] Pal. *leges agnos firmavit.* Suspecta mihi loci hujus sanitas. durè quippe dictum, *firmare leges in annos*, pro leges annarias. *Gruterus.*

5. *Quæ post terræ motus deformes erant.*] Sic Suetonius in Vespasiano, *Deformis urbs veteribus incendiis ac ruinis erat.* Casaub.

Quæ post terræ motus erant deformes, ad instaurationem operum.] Vetus editio: *multis civitatibus, quæ post terræ motus deformes erant, sumptus ad instaurationem operum & publicorum & privatorum pecuniam ex vectigalibus dedit.* quod mihi perplaceret, nisi vox *pecuniam* sequeretur. sumptum autem pro pecunia usurparunt. itaque alterutrum delendum est. *Salmas.*

6. *Auri ne guttulam quidem aut bracteolam.*] Haud aliter quoque Palat. *Grut.*

—— in sanctis quid facit aurum?

45 Expeditiones bellicas habuit, de quibus ordine suo ediffe-
ram. Primùm tamen ejus consuetudinem dicam de rebus
vel tacendis vel prodendis. Tacebantur secreta bello-
rum: itinerum autem dies publicè proponebantur, ita ut
edictum penderet ante menses duos in quo scriptum esset:
*Illa die, illa hora ab urbe sum exiturus, & si dii voluerint, in
prima mansione mansurus:* [1] deinde per ordinem mansiones,
deinde stativæ, deinde ubi annona esset accipienda: & id
quidem eò usque quamdiu ad fines barbaricos veniretur.
jam enim inde tacebatur, [2] & omnes ambulabant, ita ne
dispositionem Romanam barbari scirent. Certum est au-
tem eum nunquam id quod proposuerat, fefelliſſe, quum
diceret, *Nolle ab aulicis suas vendi dispositiones*: quod factum
fuerat sub Heliogabalo quum ab eunuchis omnia vende-
rentur. [3] quod genus hominum idcirco secreta omnia in
aula nosse cupiunt, ut soli aliquid scire videantur, & ha-
beant unde vel gratiam vel pecuniam requirant. Et quia
de publicandis dispositionibus mentio contigit, ubi ali-
quos voluisset vel rectores provinciis dare, vel præposi-
tos facere, [4] vel procuratores, id est rationales, ordinare,
nomina eorum proponebat, hortans populum ut siquis
quid haberet criminis, probaret manifestis rebus; si non
probasset, subiret pœnam capitis: dicebatque, grave esse,
[5] quum id Christiani & Judæi facerent in prædicandis sa-
cerdo-

1. *Deinde per ordinem mansiones; deinde stativæ.*] Sic quoque Palat. non *stativa*. Idem.

2. *Et omnes ambulabant ita ne disp.*] Scrib. *& omnes ambulant taciti, ne disp.* Casaub.

Et omnes ambulabant ita, ne dispositionem Romanam barbari scirent.] Vox *ita*, non conspicitur in Pal. neque requiritur. *Grut.*

3. *Quod genus hominum idcirco in aula omnia secreta nosse cupiunt, &c.*] Prope est, ut probem principis editionis scripturam: *Quod genus hominum idcirco secreta omnia in aula esse cupiunt. ut soli aliquid scire videantur.* Salmas.

4. *Vel procuratores, id est rationales.*] *Rationalis*, interpretamentum est vocis *procurator*. Nam quos vocabant primi procuratores principum, eos sequens ætas rationales dixit. Commodus in epistola ad Albinum. *Casaub.*

5. *Cùm id Christiani & Judæi facerent, in prædicandis sacerdotibus qui ordinandi sunt.*] Plena sunt B. Cypriani scripta testimoniis hujus moris. ut epistola XXXIIII. Sic ille, postquam retulit quomodo Eleazarus Aaronis filius sa-
cerdos

cerdotibus qui ordinandi sunt, non fieri in provinciarum rectoribus, quibus & fortunæ hominum committerentur & capita. [1] Assessoribus salaria instituit: quamvis sæpe 46
dixerit eos esse promovendos qui per se rempub. gerere possent, non per assessores, addens militares habere suas administrationes, habere literatos: & ideo [2] *unumquemque hoc agere debere quod nosset.* Thesauros repertos iis qui repererant donavit: & si multi essent, addidit his eos quos in suis habebat officiis. [3] Cogitabat secum & descriptum habebat, cui quid præstitisset: & siquos sciret vel nihil petiisse, vel non multum, unde sumptus suos augerent, vocabat eos, & dicebat, [4] *Quid est cur nihil petis? an me tibi vis fieri debitorem? pete ne privatus de me queraris.* Dabat autem hæc in beneficiis, [5] quæ famam ejus non læderent. Bona punitorum, sed nunquam cum auro, argento, vel gemmis (nam id omne in ærarium reponebat) [6] dabat præposituris locorum civilium non militum: dabat eas admini-

cerdos fuisset creatus: *Coram omni synagoga*, inquit, *jubet Deus constitui sacerdotem, &c. ut plebe præsente vel detegantur malorum crimina, vel bonorum merita* PRAEDICENTUR: *& sit ordinatio justa & legitima, quæ omnium suffragio & judicio fuerit examinata.* Idem.

1. *Assessoribus salaria instituit.*] Non tum primum hoc factum. Spartianus in Pescennio: *Addidit consiliariis salaria, ne eos gravarent quibus assidebant.* Idem.

2. *Unumquemque hoc agere debere quod nosset.*] Ἕ ρδοι τὶς ὧν ἴσας & εἰδέναι τέχνην. *Salmas.*

3. *Cogitabat secum & descriptum habebat, quid cui præstitisset.*] Rationarium imperii ab Augusto sapientissimo & maximo principum fuerat institutum: cujus pars fuit is qui dicebatur Liber beneficiorum. in eo descriptum erat accuratissima diligentia, qui agri quibus colonis essent diviti, & quæ subseciva agrorum superessent, quæ dividi aliis possent. Alius fuit Reipublicæ temporibus liber ille beneficiorum in quem rectores provinciarum simul ac Romam redierant, tribunos militum, centuriones, contubernalesque suos, & quoscunque in provinciis promovisset, deferebant: quod dici solitum, ad ærarium in beneficiis deferre. *Casaubonus.*

4. *Quid est cur nihil petis.*] Vetus editio: *Quid est quod cur nihil petis?* Sed alterutrum tollendum *cur* autem retinemus cum libris scriptis. *Salmas.*

5. *Quæ famam ejus non læderent. Bona punitorum.*] Legend. *Dabat autem hæc in beneficiis quæ famam ejus non læderent, bona punitorum, &c.* Idem.

6. *Dabat præposituras locorum civilium non militiæ.*] Melius, *militarium*, ut repetatur, vox *locorum*. *Locus* & *præpositura* parum differunt. Capitolinus in Maximinis, *locos militiæ* appellat, quas hic Lampridius *militares præposituras*. Casaub.

Dabat præposituras locorum civilium non militiæ.] Omnes libri legunt, milt-

miniſtrationes quæ ad procurationes pertinerent. Rationales citò mutabat, ita ut nemo niſi annum compleret: [1] eoſque, ſi boni eſſent, oderat, [2] malum neceſſarium vocans. Præſides verò, proconſules & legatos nunquam fecit ad beneficium ſed ad judicium vel ſuum vel ſenatus.

47 Milites expeditionis tempore ſic diſpoſuit ut in manſionibus annonas acciperent, [3] nec portarent cibaria decem & ſeptem (ut ſolent) dierum, [4] niſi in barbarico: quamvis & illic mulis eoſdem atque camelis adjuverit, dicens *milites ſe magis ſervare, quàm ſeipſum, quòd ſalus publica in his eſſet.* Ægrotantes ipſe viſitavit per tentoria [5] milites, etiam ultimos, & carpentis vexit, & omnibus neceſſariis adjuvit. Et ſi fortè graviùs laboraſſent, [6] per civitates & agros [7] patribusfamiliâs hominibus & ſanctioribus matronis eos diſtribuebat, reddens impendia quæ feciſſent, ſive con-

48 valuiſſent illi, ſeu periſſent. Quum quidam Ovinius *Camillus* ſenator antiquæ familiæ delicatiſſimus rebellare voluiſſet, tyrannidem affectans, eique nuntiatum eſſet, ac ſtatim probatum, [8] ad Palatium eum rogavit: eique gratias egit

militum. præpoſituras militum, vocat militares præpoſituras, nec ad *locorum* referendum. *Salmaſ.*

Dabat præpoſituras locorum civilium, non militum.] Ita etiam Pal. ut pendeant ab illo *præpoſituras*, non ab *locorum*. Grut.

1. *Eoſque ſi boni eſſent oderat.*] Scribe, *eoſque vel ſi boni eſſent.* Caſaub.

Eoſque ſi boni eſſent, oderat.] Lego: *Eoſque & ſi boni eſſent, oderat, malum neceſſarium vocans.* Salmaſ.

2. *Malum neceſſarium vocans.*] Alluſum ad vetus dictum, γυνὴ κακὸν ἀναγκαῖον. *Caſaub.*

3. *Nec portarent cibaria decem & ſeptem, ut ſolent, dierum.*] Bene *ſolent.* Ammianus qui puer vidiſſe potuit Lampridium, lib. XVII. *Tutum ex annona decem & ſeptem dierum, quam in expeditionem pergens vehebat cervicibus miles.* Sed modus oneris ex conditione locorum aut conſiliis ducum pendebat, non ex certa lege. *Idem.*

4. *Niſi in barbarico.*] In hoſtico, πολεμίᾳ γῇ. *Idem.*

5. *Milites etiam ultimos.*] Caligatos & manipulares munifices. *Idem.*

6. *Per civitates & agros patribus familias hominibus, &c.*] Sic & Pal. fortè *patribus familias*, id eſt qui comes eſſent, qui humaniores: ut ſignificatio inſolentior anſam dederit vocis depravandæ. quamvis alio ſanè ſæculo illud *hominibus* locum ſuum egregiè tueretur. *Gruterus.*

7. *Patribus familias hominibus.*] Scribe, *humanioribus. Caſaub.*

Patribus familias hominibus, & ſanctioribus matronis eos diſtribuebat.] Pro *patribus familias hominibus*, reſcribendum: *patribus familias honeſtioribus, & ſanctioribus matronis eos diſtribuebat.* Salmaſ.

8. *Ad Palatium eum rogavit.*] Sic ad ſena-

egit quòd curam Reipub. quæ recusantibus bonis imponeretur, sponte reciperet: deinde ad senatum processit, & timentem ac tantæ conscientiæ tabe confectum, participem imperii appellavit, in Palatium recepit, convivio adhibuit, ornamentis imperialibus & melioribus quàm ipse utebatur affecit. Et quum expeditio barbarica esset nuntiata, vel ipsum si vellet ire, vel ut secum proficisceretur, hortatus est. Et quum ipse pedes iter faceret, illum invitavit ad laborem, quem post quinque millia cunctantem, [1] equo sedere jussit. [2] quumque post duas mansiones equo etiam fatigatus esset, carpento imposuit. Hoc quoque seu timore seu verè respuentem, abdicantem quin etiam imperium, & mori paratum, dimisit: commendatumque militibus, à quibus Alexander unicè amabatur, tutum ad villas suas ire præcepit, in quibus diu vixit. sed post [3] jussu imperatoris occisus est, [4] quòd ille militaris esset [5] & à militibus amatus. Scio vulgum hanc rem quam contexui, Trajani putare: sed neque in vita ejus id Marius Maximus ita exposuit, neque Fabius Marcellinus, neque Aurelius Verus, neque Statius Valens, [6] qui omnem ejus vitam in literas miserunt. Contrà autem & Septimius & Acholius, & Encolpius vitæ scriptores, cæterique de

senatum rogare supra in Heliogabalo: *deinde ubi primum diem senatus habuit, matrem suam in senatum rogari jussit.* Idem

1. *Equo sedere jussit.*] *Sedere* pro ἐχεῖσθαι. *Casaub.*

2. *Quumque post duas mansiones.*] Mansiones id est, ἀναπαύσεις, vel mutationes, ut posterior ætas usurpavit. *Salmas.*

3. *Jussu imperatoris occisus est.*] Non dicit cujus imperatoris jussu. est autem durum de Alexandro accipere: cujus imperium verè dictum ἀναίτιον. *Casaub.*

4. *Quod ille militaris esset & à militibus amatus.*] Palat. *Sed post jussu imperatoris occisus est, quod ille militaris esset, & à militibus occisus est.* meta balbutiens & stribligo. quis autem ille militaris? nisi nimis audax facinus posset videri: sic optime posset heic locus concinnari, *commendatumque militibus, à quibus Alexander unice amabatur, tutum ad villas suas ire præcepit, in quibus diu vixit, sed post injussu imperatoris, à militibus occisus est.* Salmas.

5. *Et à militibus amatus.*] Nescio quid sibi velit Palat. in quo, *& à militibus occisus esset.* putaverim esse sphalma scribæ. *Grut.*

6. *Qui omnem ejus vitam.*] Non malè scribas, *qui omnes.* Casaub.

Qui omnem ejus vitam in litteras miserunt.] Omnino scribendum: *Qui omnes ejus vitam in litteras miserunt.* Salmasius.

1. *Hono-*

de hoc talia prædicaverunt: quod ideo addidi, ne quis vulgi magis famam sequeretur, quàm historiam quæ rumore utique vulgi verior reperitur. [1] Honores juris gladii [2] nunquam vendi passus est, dicens, *Necesse est ut qui emit, vendat.* [3] *Ego non patiar mercatores potestatum, quos si patiar, damnare non possim. Erubesco enim punire illum hominem qui emit & vendit.* [4] Pontificatus & quindecim viratus & auguratus codicillares fecit, [5] ita ut in senatu allegerentur. [6] Dexippus dixit uxorem eum [7] cujusdam Martiani filiam duxisse, eundemque ab eo Cæsarem nuncupatum. [8] Verùm quum vellet insidiis occidere Alexandrum Martianus, detecta factione, & ipsum interemptum, [9] & uxorem

49

1. *Honores juris gladii.*] Ut sunt provinciarum præsidiatus: nam his adnexum jus gladii. *Casaub.*

2. *Nunquam vendi passus est.*] Imperator Justinianus Novella octava, ΑΡΓΥΡΟΛΟΓΕΙΝ ΤΑΣ ΑΡΧΑΣ, ΠΑΣΗΣ ΕΣΤΙ ΠΟΝΗΡΙΑΣ ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ ΤΕ ΚΑΙ ΠΕΡΑΣ. *Idem.*

3. *Ego non patiar mercatores potestatum, quos si patiar, damnare non possum.*] Legendum & distinguendum: *Necesse est, qui emit, vendat. Ego non patiar mercatores potestatum: quos, si pariant, damnare non possim. erubesco enim punire illum hominem. qui emit, & vendit.* locum autem idcirco totum adscripsi, ut dilucidior esset. Alexander hanc rationem habuisse se refert, quare non venderet honores & potestates, quod omnino qui emit aliquid, id necesse habet, ut vendat. quomodo, inquiebat, potero damnare, quibus potestatem aliquam vendidero, *si pariet*, hoc est si paria faciat, id est si itidem vendiderit, ut emit? id enim *pariare* significat. unde *pariare* debitor dicitur creditori, qui paria illi facit, vel satisfacit. honorem igitur, vel officium, ut vulgo appellamus, qui vendit, quod emerat prius à principe, nonne pariat? hos igitur potestatum mercatores pati se nolle dicebat optimus imperator, quos, si pariarent, damnare jure non posset, id est, si venderent, quod emerant. *Salmas.*

4. *Pontificatus & quindecimviratus & auguratus codicillares fecit.*] Beneficii sui fecit, ut sacerdotia missis codicillis deferret pro arbitrio. & judicio suo olim sacerdotia donabat populus deinde senatus. idque jus sæpe variavit *Casaub.*

5. *Ita ut in senatu allegerentur.*] *Senatum.* Idem.

Ita ut in Senatu allegerentur.] Alia oritur sententia ex scriptura exemplaris Palatini, in quo, *allegarentur.* Grut.

6. *Dexippus dicit.*] Athenienſis dux strenuus idemque rhetor, & historiarum scriptor: cujus ductu victos Gothos cùm vastarent Achaiam, & Athenas petissent, narrat Pollio in Gallienis. *Casaub.*

7. *Cujusdam Martiani filiam.*] *Cujusdam Macrini filiam.* Ita Pal. & mox, *Macrinus: quum vellet occidere insidiis Alexandrum Macrinus.* Salmas.

Cujusdam Marciani filiam.] Sic & Palatinus noster. *Gent.*

8. *Verùm cùm vellet per insidias occidere Alexandrum Martianus, &c.*] Tu verò lege Herodianum; qui invidia hujus facti atrocissimi Mammæam onerat. *Casaub.*

9. *Et uxorem abjectam.*] In Africam relegatam. *Idem.*

1. *Idem*

rem abjectam. [1] Idem dicit, fuisse patruum Antoninum Heliogabalum Alexandri, [2] non uxoris sororis ejusdem filium. Quum Christiani quendam locum qui publicus fuerat occupassent, contrà popinarii dicerent, sibi eum deberi, rescripsit, [3] melius esse ut quomodocunque illic Deus colatur, quàm popinariis dedatur. Quum igitur tantus ac talis imperator domi ac foris esset, [4] iniit Parthicam expeditionem: quam tanta disciplina, tanta reverentia sui egit, [5] ut non milites, sed senatores transire dicerentur. Quacunque iter legiones faciebant, [6] tribuni accincti, centuriones verecundi, milites amabiles erant: [7] ipsum verò ob hæc tot & tanta bona [8] provinciales ut deum suspiciebant. Jam verò ipsi milites juvenem imperatorem sic amabant ut fratrem, ut filium, ut parentem: vestiti honestè, calciati etiam ad decorem, armati nobiliter, equis etiam instructi, & ephippiis ac frenis decentibus prorsus, ut Romanam Remp. intelligeret quicunque Alexandri vidisset exercitum. Elaborabat denique ut dignus illo nomine videretur, imò ut Macedonem illum vinceret, dicebatque inter Romanum Alexandrum & Mace-

1. *Idem dicit fuisse patruum.*] Scimus hoc falsum: sed vellem extarent Græca Dexippi verba: nam fortasse illa quasi præteriens aut aliud agens legit Lampridius. *Idem.*

2. *Non uxoris sororis ejusdem filium.*] Emendavimus initio hujus libri. *Idem.*

3. *Melius esse ut quomodocunque illic Deus colatur.*] *Ut quemadmodumcunque* ita Palatinus & princeps editio. *Salmasius.*

4. *Iniit Parthicam expeditionem.*] Anno imperii XIV. inquit Herodianus. cùm annos XIII. rexisset imperium in alta quiete. sed error est in numeris: incidit autem expeditio hæc Parthica, vel potiùs Persica, in annum XII. & XIII. *Casaub.*

5. *Ut non milites sed senatores transire dicerentur.*] Conjunge his quæ paullò pòst sequuntur de eorum pœnis qui de via in alicujus possessionem deflexissent. *Idem.*

6. *Tribuni accincti, centuriones verecundi, milites amabiles erant.*] Scripta lectio, *aciti.* emenda, *tribuni taciti, centuriones verecundi, milites amabiles erant.* tribuni plerumque pro imperio clamosi ftreperique, centuriones impudentes, milites omnibus odiosi. omnia secus in Alexandri exercitu: nam & tribuni taciti, centuriones verecundi, milites omnibus amabiles erant, ita ut non milites, sed Senatores transire viderentur. *Salmas.*

7. *Ipsum verò ob hæc tot & tanta bona provinciales ut Deum suspiciebant.*] Nihilo pejus retrovulgatum, *suscipiebant*, quod & in Palatino. *Grut.*

8. *Provinciales ut deum suscipiebant.*] Operatum error, pro, *suspiciebant.* Casaub.

1. Fece-

Macedonem multum interesse debere. [1] Fecerat denique sibi argyroaspidas & chrysoaspidas: [2] fecerat & phalangem triginta millium hominum, quos *phalangarios* vocari jusserat, [3] & [4] cum quibus multum fecit in Persîde: quæ quidem erat ex sex legionibus similium armorum, stipendiorum verò post Persicum bellum majorum. Dona regia in templis posuit: gemmas sibi oblatas vendidit, muliebre esse existimans gemmas possidere, quæ neque militi dari possint, neque à viro haberi. Quum quidam *legatus* uniones duos uxori ejus per ipsum obtulisset magni ponderis & inusitatæ mensuræ, vendi eos jussit: qui quum pretium non invenirent, ne exemplum malum à regina nasceretur, si eo uteretur quod emi non posset, inauribus Veneris eos dicavit. Ulpianum pro tutore habuit, primùm repugnante matre, deinde gratias agente, [5] quem sæpe à militum ira objectu purpuræ summæ defendit: atque ideo summus imperator fuit, quòd ejus consiliis præcipuè Remp. rexit. In procinctu atque in expeditionibus apertis papilionibus prandit atque cœnavit, quum militarem

51

cibum

1. *Fecerat denique sibi argyroaspidas & chrysoaspidas.*] Imitatione Alexandri. *Idem.*

2. *Fecerat & Phalangem*] Et hoc imitatione Alexandri. *Idem.*

3. *Et cum quibus multum fecit in Persîde.*] *Multum facere* autem nihil aliud est quam fortiter agere, & multa fortia facta in bello edere. dixere etiam recentiores, *multa arma facere*, & *arma facere*, pro multa fortia facta in armis edere. *Salmas.*

4. *Cum quibus multum fecit in Persîde.*] Petrus Faber *multum fecit*, interpretabatur hoc loco multum temporis consumsit. Sed aliter hic τὸ *facere* accipiendum. ut Plin. lib. VII. ep XVII. *equidem omnes qui aliquid in studiis faciunt, venerari etiam mirarique solo.* Casaub.

5. *Quem sæpe à militum ira objectu purpuræ summæ defendit.*] Sic apud Suetonium lib. primo capite XIV. *toga objecta protegitur Cæsar. Purpura summa* hic dicitur, quæ in summa sive extrema veste fuit prætexta. vel pro lacinia togæ extrema accipitur. Sæpe autem Ulpianum ab ira militum objectu purpuræ imperatoriæ fuisse defensum scribens Lampridius, obiter significat defendi tandem eum non potuisse. quod confirmat Dio: nocturnis prætorianorum insidiis appetitum narrans, & tandem occisum; cùm nihil ei neque Alexander neque Mammæa ad quos confugerat profuissent. *Idem.*

Quem sæpe à militum irâ, objectu purpuræ summæ defendit.] Illud *purpura summa*, non est scrupulosè trahendum ad partem vestis extremam, seu togæ laciniam; sed simpliciter capiendum pro veste imperatoris, immò pro ipso Imperatore, qui scilicet interventu suo aliquoties militum lanienæ subtraxerit Ulpianum. *Gins.*

1. *Aut*

cibum cunctis videntibus atque gaudentibus sumeret, circumiret propè tota tentoria, à signis abesse neminem pateretur. Siquis de via in alicujus possessionem deflexisset, pro qualitate loci, [1] aut fustibus subjiciebatur in conspectu ejus, aut virgis, [2] aut condemnationi: [3] aut si hæc omnia transiret dignitas hominis, gravissimis contumeliis, quum diceret, *Visne hoc in agro tuo fieri quod alteri facis?* [4] Clamabatque sæpiùs [5] quod à quibusdam sive Judæis sive Christianis audierat, & tenebat: idque per præconem quum aliquem emendaret, dici jubebat, [6] QUOD TIBI FIERI NON VIS, ALTERI NE FECERIS. Quam sententiam usque adeò dilexit, [7] ut & in Palatio & in publicis operibus præscribi juberet. Idem quum quandam 52
aniculam affectam injuriis à milite audisset, exautoratum eum

1. *Aut fustibus subjiciebatur in conspectu ejus, aut virgis, aut condemnationi.*] Quid appellat heic condemnationem? condemnatio generale verbum quo exilium, relegatio, deportatio, damnatio ad bestias, ad opus, & reliqua pœnarum genera continentur: heic vero de pœna aliqua militari condemnationem usurpavit. sed qualis illa sit videamus. dicit pro qualitate loci eos qui in alicujus possessionem deflexissent, aut fustibus subjectos, aut virgis, aut condemnationi. condemnationem igitur heic graviorem esse putandum est, fustium ictu & virgarum castigatione. & non dubium quin ex hoc loco probari possit virgas esse graviores fustibus. nam fustes, ut leviores prius posuit. liberi sed tenuiores homines fustibus cedebantur, flagellorum nomine plerumque etiam virgæ intelliguntur, & virgarum flagella. condemnationem igitur heic aut in ultimum locum detrusionem, aut militiæ mutationem accipere possumus. notanda verba Lampridii quibus dicit hos milites pro qualitate loci, aut fustibus subjectos aut condemnationi. & fustibus quidem aut virgis subjectos censeo, qui in infimo gradu militabant: gradu vero pulsos, qui alicujus essent in militia loci. Si quis tamen hic malit condemnationem, pro pecuniari damnatione accipere, judicium suum sequatur. *Salmas.*

2. *Aut condemnationi.*] Multam pecuniariam κατ' ἐξοχὴν *condemnationem* vocat. *Casaub.*

3. *Aut si hæc omnia transiret dignitas hominis.*] Suprà, *si ejus dignitas gravioris subjacere non posset injuriæ.* Idem.

4. *Clamabat sæpiùs.*] Membranæ, *Inclamabat sæpiùs.* Idem.

Clamabatque sæpius, &c.] Sic quoque Palat. non *Inclamabatque*; quod tamen minimè huc impertinens. *Grut.*

5. *Quod à quibusdam sive Judæis sive Christianis audiverat.*] Puto à Christianis: quorum in ore scriptisque frequens sententia, ex Matthæi Euangelio capite septimo, & Lucæ sexto. *Casaub.*

6. QUOD TIBI FIERI NON VIS, ALTERI NE FECERIS.] Totidem verbis hoc præceptum concipi' solet etiam in scriptis patrum: ut apud Augustinum De doctrina Christiana libro tertio: & sæpe alibi. *Idem.*

7. *Ut & in palatio.*] Membranæ, *ut & in plateis.* Idem.

Ut & in Palatio, & in publicis, &c.] Non aliter etiam Pal. *Grut.*

eum militia servum ei dedit, [1] quòd artifex carpentarius esset, ut eam pasceret. Et quum dolerent hoc milites factum, persuasit omnibus, ut modestè ferrent, & eos terruit. [2] *Ἀναιμάκτου* imperium ejus, quum fuerit durus & tetricus, idcirco vocatum est, quòd senatorum nullum occiderit, ut Herodianus Græcus scriptor refert in libris temporum suorum. Severitatis autem tantæ fuit in milites, ut sæpè legiones integras exautoraverit, [3] ex militibus Quirites appellans, nec exercitum unquam timuerit, idcirco quòd in vitam suam dici nihil posset quòd unquam tribuni vel duces de stipendiis militum quicquam accepissent, dicens, *Miles non timet nisi vestitus, armatus, calceatus, & satur, & habens aliquid in zonula*: idcirco quòd mendicitas militaris ad omnem desperationem vocaret armatum. [4] Apparitores denique nullos esse passus est: tribunis aut ducibus, nisi milites anteire voluit: jussitque ut

1. *Quòd artifex carpentarius esset.*] Carpentum, ut antè diximus, pro vehiculo usurpabant *ἁμαξᾶς*. & carpentarius tam is qui alia plaustrorum aut vehiculorum genera conficit, quàm qui carpenta. *Casaub.*

Quod artifex carpentarius esset.] Rectè monuerunt hoc loco doctissimi viri, *carpentarium*, non ita strictà significatione accipiendum, ut de solo confectore atque artifice carpentorum quæ ita proprie appellabantur, intelligamus. nam *carpenta*, tunc omnia vehicula vocabant. & carpenta quidem à carpendis & scindendis lignis ex quibus conficiebantur, dicta esse nemo ambigit. hinc carpentarios, vulgo appellamus tignarios fabros, & qui ligna carpunt, scindunt, quadrant & aptant ad ædificandum. *Salmas.*

2. *Ἀναιμάκτου imperium ejus, cùm fuerit durus, &c.*] Erat hæc solennis gloriatio bonorum præsidum provinciarum; quòd fuisset eorum administratio *ἀναιμακτ&.* est & principum elogium, sed optimi tantùm cujusque, ut Pii, cujus verè *ἀναιμάκτου* imperium: Alexandri autem alio sensu sine sanguine dictum: nullo respectu sanguinis hostilis, qui multus per eum fusus; neque sceleratorum qui justas dederunt pœnas: sed tantum insontium & bonorum; è quo numero per Alexandrum periit nemo. *Casaub.*

3. *Ex militibus Quirites appellans.*] Suetonius in Julio capite XXX. *Quirites eos pro militibus appellarat.* Idem.

4. *Apparitores denique nullos esse, &c.*] Scribe sic hanc periodum. *Apparitores denique nullos esse passus est tribunis aut ducibus: neque eis nisi milites anteire voluit.* Idem.

Apparitores denique nullos esse passus est: tribunis aut ducibus, &c.] Palat. hoc modo: *apparitores denique nullos esse passus est tribunis aut ducibus nisi milites, jussitque ut ante tribunum quatuor milites, &c.* Salmas.

Apparitores denique nullos esse passus est: tribunis aut ducibus, nisi milites, &c.] Palatinus brevius: *aut ducibus milites; jussitque ut ante trib.* ut forte illa distinctio tenenda sit, abjecto tamen præterea verbo, *milites.* Grut.

ut ante tribunum quatuor milites ambularent; ante ducem, sex; ante legatum, decem: [1] hique ad domos suas reciperentur. Et ut severitas ejus agnosci posset, unam 53
concionem militarem indendam putavi, [2] quæ illius in rem militarem mores ostenderet. Nam quum Antiochiam venisset, ac milites lavacris muliebribus & deliciis vacarent, eique nuntiatum esset, omnes eos comprehendi jussit, & in vincula conjici. Quod ubi compertum est, mota seditio est à legione [3] cujus socii erant in vincula conjecti. Tum ille tribunal ascendit, vinctisque omnibus ad tribunal adductis, circumstantibus etiam militibus, & quidem armatis, ita cœpit: [4] *Commilitones, si tamen ista vobis quæ à vestris facta sunt displicent, disciplina majorum Remp. tenet:* [5] *quæ si dilabatur, & nomen Romanum & imperium amittemus. Neque enim sub nobis ista facienda sunt quæ sub impura illa bestia nuper facta sunt. Milites Romani, vestri socii, mei contubernales & commilitones,* [6] *amant, potant,* [7] *lavant.* [8] *Græcorum more etiam quidam se instituunt: hoc ego diutiùs feram? & non*

eos

1. *Hique ad domos suas reciperentur.*] Voluit Alexander, ut milites illi, qui tribunis, ducibus, legatis apparebant, apparitionis officio peracto, ad domos suas reciperentur, nec hærerent in ministerio ducum aut Tribunorum, nisi solum ad apparendi officium. posset legi: *ad domos suas se reciperent.* Salmas.

2. *Quæ illius in rem militarem mores ostenderet.*] *In re militari mores ostenderet.* Idem.

3. *Cujus socii erant in vincula conjecti.*] Purior esset oratio, si abjicerentur tres voces à fine, *in vincula conjecti.* Gruterus.

4. *Commilitones, si tamen ista vobis quæ à vestris facta sunt displicent.*] Cùm diffluentes luxu milites appellasset *commilitones*, ut soliti omnes principes, addit ἐπανόρθωσιν: quasi dicat, si tamen commilitones, aut omnino milites estis, eaque vobis displicent quæ à vestris facta sunt. *Casaub.*

5. *Quæ si dilabatur, & nomen Romanum, &c.*] Omnes libri: *disciplina majorum remp. tenet: quæ si dilabitur, & nomen Romanum & imperium amittemus.* vel, *quæ si dilabetur.* Salmas.

6. *Amant, potant, lavant, Græcorum more etiam quidam se instituunt.*] Lege: *Amant, potant, lavant, Græcorum more & quidem se instituunt*, vel: *Græcorum in morem.* Posset tamen aliter legi, nempe: *amant, potant, lavant, Græcorum more equidem si insistunt, hoc ego diutius feram, & non eos capitali dedam supplicio. insistere* contrarium est τῷ desistere, & *quidem si insistunt*, hoc est si pergunt facere quod faciunt, si non desistunt. hanc lectionem veram opinor. *Idem.*

7. *Lavant.*] Lavacra & balnea militibus interdicta. *Idem.*

8. *Græcorum more etiam quidam se instituunt.*] Gallicanus in vita Cassii. *Casaubonus.*

eos capitali dedam supplicio? Tumultus post hoc ortus est. Atque iterum, [1] *Quin continetis vocem in bello contra hostem non contra imperatorem vestrum necessariam?* [2] *certè campiductores vestri hanc vos docuerunt contra Sarmatas & Germanos ac Persas emittere; non contra eum qui acceptam à provincialibus annonam, qui vestem, qui stipendia vobis attribuit. Continete igitur vocem truculentam, campo ac bellis necessariam, ne vos hodie omnes uno ore atque una voce, Quirites, dimittam:* [3] *& incertum, an Quirites. Non enim digni estis qui vel Romanæ plebis*
54 *sitis, si jus Romanum non agnoscitis.* Et quum vehementiùs fremerent, ac ferro quoque minarentur, *Deponite* (inquit) [4] *dextras contra hostem erigendas, si fortes estis: me enim ista non terrent. Si enim unum hominem occideritis, non nobis deerit resp. non*

1. *Qui in concione estis, &c.*] Lege: *Quin continetis vocem in bello contra hostem, non contra imperatorem vestrum necessariam?* Sic statim, *Continete igitur vocem truculentam.* Idem.

Quin continetis vocem in bello contra hostem, non contra Imperatorem vestrum necessariam.] Emendatio est à libris scriptis aliorum, ut & à Palatinis nostris. *Grut.*

2. *Certè campiductores vestri, &c.*] Campiductores sive campidoctores, ἀπλοδιδάσκαλοι sunt, qui tironem vera arma docent tractare. vide Vegetium. *Casaub.*

Certe campiductores vestri.] Scribendum hèic, *campidoctores*, aliud enim ducis officium, aliud campidoctoris. ducis enim est & ducere & educere in campum exercitum: at campidoctoris docere quæ ad campum pertinent. *Campus* autem locus in quo exercentur milites, & in quo prælium committitur. Inde *campiones* dicti milites, & luctatores & gladiatores, qui in campo clauso, ut vulgo dicitant, dimicabant. armidoctores & campidoctores iidem. Glossæ campidoctorem ἀπλοδιδάκτην exponunt, & armidoctorem ἀπλοδιδάσκαλον, armaturam ab armidoctoribus tradi scribit Veget. lib. I. cap. XIII. quam vocat prolusionem & meditationem campestrem quæ in armis & sub signis fiebat, non secus ac si cum hoste confligendum esset, in qua prolusione discebat tiro, & ordines servare, & vexillum suum comitari, ad hastam, ad clypeum declinare, & reliquos armaturæ numeros & gestus. capite IV. libro I. hæc omnia autem à campidoctore docebantur qui & totam illam meditationem campestrem moderabatur. hi etiam in agmine ducebant, ne aliis festinantibus, aliis vero tardius ambulantibus acies interrumperetur, aut renueretur: tardius igitur incedentes accelerare compellebant, & nimis alacres, tardius ire cogebant. vide Vegetium libro III. capite VI. *Salmas.*

3. *Et incertum an Quirites.*] Nam ignavi, ut qui non respondebant ad delectum; aut murci qui pollices sibi præcidebant ut fierent militiæ inhabiles; item ψιλίαζοντες, aut qui similia flagitia admittebant, gravissimè puniebantur, atque interdum vænundabantur. *Casaub.*

4. *Dextras contra hostem erigendas si fortes estis.*] *Si fortes sitis.* Palat. *Salmasius.*

1. Non

non senatus, [1] *non* P R. [2] *qui de vobis vindicet.* Quum nihilominus post ista fremerent, exclamavit, *Quirites, discedite, atque arma deponite.* Mirando exemplo depositis armis, depositis etiam sagulis militaribus, [3] omnes non ad castra sed ad diversoria varia recesserunt. [4] Tuncque primum intellectum est quantum ejus severitas posset. Denique etiam signa stipatores & ii qui imperatorem circundederant, in castra retulerunt, arma collecta populus ad Palatium tulit: eam tamen legionem quam exautoravit, [5] rogatus post dies xxx. priusquam ad expeditionem Persicam proficisceretur, loco suo restituit, eaque pugnante maximè, vicit: quum tamen tribunos ejus capitali affecerit supplicio, quòd per negligentiam illorum milites apud Daphnen luxuriati essent, [6] vel per conniventiam seditionem feciſſent exercitus. Magno igitur apparatu inde 55
[7] in Persas profectus, Artaxerxem regem potentissimum vicit,

1. *Non P. R. qui de vobis vindicet.*] Scribe ex Palatino: *non P. R. qui me de vobis vindicet.* Idem.

2. *Qui de vobis vindicet.*] Lege ex membranis, *qui me de vobis vindicent.* Casaub.

Qui me de vobis vindicet.] Sic Pal. prius aberat pronomen *me.* Grut.

3. *Omnes non ad castra, sed ad diversoria varia recesserunt.*] Exauctoratis & missione ignominiosa missis, neque in Urbe, neque alibi ubi imperator est, morari licebat. Sed potest dubitari an hæc exauctoratio per vocem QUIRITES facta, missæ legioni ignominiæ notam inusserit? *Casaub.*

4. *Tuncque primum intellectum est, quantum ejus severitas posset.*] Pal. *Tuncque privatum.* an fuit? *privatim*, pro, singulariter ac speciatim. *Grut.*

5. *Rogatus per dies* XXX.] Membranæ, *post dies* XXX. *Casaub.*

Rogatus per dies triginta.] Omnino scribendum: *rogatus post dies triginta priusquam ad expeditionem Persicam proficisceretur.* ab exauctoratione enim illius legionis triginta dies effluxere, post quos rogatus eam suo loco restituit. sic Palat. *Salmas.*

Rogatus post dies triginta priusquam, &c.] Sic noster Pal. sic aliorum mss. *Grut.*

6. *Vel per conniventiam.*] Vetus editio: *conibentiam.* pro *conibentiam.* semel hoc dicam, *cohibentiam* vel *conhibentiam* fere semper scriptum reperiri in antiquis libris. optimæ Glossæ: *cohibentia, μαθυμία, σωωχή.* sic & *cohibere*, pro *connivere*, eædem Glossæ: *cohibet, κατεμύει, κλείεμύει, σωωχή, μαθυμεῖ.* reperitur enim *cohibere*, hac significatione etiam apud Calpurnium Eclog. IV.

Jam puerum calamos & odora vincula ceræ
Jungere jam cohibes.

Ubi *cohibere* manifesto pro permittere & indulgere posuit. *Salmas.*

7. *In Persas profectus, Artaxerxem regem potentissimum vicit.*] Minimè verò vicit: quin potius ab eo victus est: fuitque toto eo bello infelicissimus Alexander. Hic autem est Artaxerxes qui devicto & occiso Artabano rege Parthorum

eos capitali dedam supplicio? Tumultus post hoc ortus est. Atque iterum, [1] *Quin continetis vocem in bello contra hostem non contra imperatorem vestrum necessariam?* [2] *certè campiductores vestri hanc vos docuerunt contra Sarmatas & Germanos ac Persas emittere; non contra eum qui acceptam à provincialibus annonam, qui vestem, qui stipendia vobis attribuit. Continete igitur vocem truculentam, campo ac bellis necessariam, ne vos hodie omnes uno ore atque una voce, Quirites, dimittam:* [3] *& incertum, an Quirites. Non enim digni estis qui vel Romanæ plebis*
54 *sitis, si jus Romanum non agnoscitis.* Et quum vehementiùs fremerent, ac ferro quoque minarentur, *Deponite* (inquit) [4] *dextras contra hostem erigendas, si fortes estis: me enim ista non terrent. Si enim unum hominem occideritis, non nobis deerit resp. non*

1. *Qui in concione estis, &c.*] Lege: *Quin continetis vocem in bello contra hostem, non contra imperatorem vestrum necessariam?* Sic statim, *Continete igitur vocem truculentam.* Idem.

Quin continetis vocem in bello contra hostem, non contra Imperatorem vestrum necessariam.] Emendatio est à libris scriptis aliorum, ut & à Palatinis nostris. *Grut.*

2. *Certè campiductores vestri, &c.*] Campiductores sive campidoctores, ἀπλοδιδάσκαλοι sunt, qui tironem vera arma docent tractare. vide Vegetium. *Casaub.*

Certe campiductores vestri.] Scribendum hèic, *campidoctores*, aliud enim ducis officium, aliud campidoctoris. ducis enim est & ducere & educere in campum exercitum: at campidoctoris docere quæ ad campum pertinent. *Campus* autem locus in quo exercentur milites, & in quo prælium committitur. Inde *campiones* dicti milites, & luctatores & gladiatores, qui in campo clauso, ut vulgo dictitant, dimicabant. armidoctores & campidoctores iidem. Glossæ campidoctorem ἀπλοδιδάσκαλον exponunt, & armidoctorem ὁπλοδιδάσκαλον, armaturam ab armidoctoribus tradi scribit Veget. lib. I. cap. XIII. quam vocat prolusionem & meditationem campestrem quæ in armis & sub signis fiebat, non secus ac si cum hoste confligendum esset, in qua prolusione discebat tiro, & ordines servare, & vexillum suum comitari, ad hastam, ad clypeum declinare, & reliquos armaturæ numeros & gestus. capite IV. libro I. hæc omnia autem à campidoctore docebantur qui & totam illam meditationem campestrem moderabatur. hi etiam in agmine erabant, ne aliis festinantibus, aliis vero tardius ambulantibus acies interrumperetur, aut tenuaretur: tardius igitur incedentes accelerare compellebant, & nimis alacres, tardius ire cogebant. vide Vegetium libro III. capite VI. *Salmas.*

3. *Et incertum an Quirites.*] Nam ignavi, ut qui non respondebant ad delectum; aut murci qui pollices sibi præcidebant ut fierent militiæ inhabiles; item ψιαθίαρχοι, aut qui similia flagitia admittebant, gravissimè punichantur, atque interdum vænundabantur. *Casaub.*

4. *Dextras contra hostem erigendas si fortes estis.*] *Si fortes sitis.* Palat. *Salmasius.*

1. Non

non senatu, [1] *non* P R. [2] *qui de vobis vindicet.* Quum nihilominus post ista fremerent, exclamavit, *Quirites, discedite, atque arma deponite.* Mirando exemplo depositis armis, depositis etiam sagulis militaribus, [3] omnes non ad castra sed ad diversoria varia recesserunt. [4] Tuncque primum intellectum est quantum ejus severitas posset. Denique etiam signa stipatores & ii qui imperatorem circundederant, in castra retulerunt, arma collecta populus ad Palatium tulit: eam tamen legionem quam exautoravit, [5] rogatus post dies xxx. priusquam ad expeditionem Persicam proficisceretur, loco suo restituit, eaque pugnante maximè, vicit: quum tamen tribunos ejus capitali affecerit supplicio, quòd per negligentiam illorum milites apud Daphnen luxuriati essent, [6] vel per conniventiam sedi-
tionem fecissent exercitus. Magno igitur apparatu inde 55
[7] in Persas profectus, Artaxerxem regem potentissimum
vicit,

1. *Non P. R. qui de vobis vindicet.*] Scribe ex Palatino: *non P. R. qui me de vobis vindicet.* Idem.

2. *Qui de vobis vindicet.*] Lege ex membranis, *qui me de vobis vindicent.* Casaub.

Qui me de vobis vindicet.] Sic Pal. prius aberat pronomen *me.* Grut.

3. *Omnes non ad castra, sed ad diversoria varia recesserunt.*] Exauctoratis & missione ignominiosa missis, neque in Urbe, neque alibi ubi imperator est, morari licebat. Sed potest dubitari an hæc exauctoratio per vocem QUIRITES facta, missæ legioni ignominiæ notam inusserit? *Casaub.*

4. *Tuncque primum intellectum est, quantum ejus severitas posset.*] Pal. *Tuncque privatum.* an fuit? *privatim*, pro, singulariter ac speciatim. *Grut.*

5. *Rogatus per dies* XXX.] Membranæ, *post dies* XXX. *Casaub.*

Rogatus per dies triginta.] Omnino scribendum: *rogatus post dies triginta priusquam ad expeditionem Persicam proficisceretur.* ab exauctoratione enim illius legionis triginta dies effluxere, post quos rogatus eam suo loco restituit. sic Palat. *Salmas.*

Rogatus post dies triginta priusquam, &c.] Sic noster Pal. sic aliorum mss. *Grut.*

6. *Vel per conniventiam.*] Vetus editio: *combentiam.* pro *conibentiam.* semel hoc dicam, *cohibentiam* vel *conhibentiam* fere semper scriptum reperiri in antiquis libris. optimæ Glossæ: *cohibentia, ἐυθυμία, σωοχή.* sic & *cohibere*, pro *connivere*, eædem Glossæ: *cohibet, κατανεύει, κρύπτει, σωέχει, ῥυθμεῖ.* reperitur enim *cohibere*, hac significatione etiam apud Calpurnium Eclog. IV.

Jam putrem calamos & odora vincula cerae
Jungere jam cohibes.

Ubi *cohibere* manifesto pro permittere & indulgere posuit. *Salmas.*

7. *In Persas profectus, Artaxerxem regem potentissimum vicit.*] Minimè verò vicit: quin potius ab eo victus est: fuitque toto eo bello infelicissimus Alexander. Hic autem est Artaxerxes qui devicto & occiso Artabano rege Par-

vicit, [1] quum ipse Alexander cornua adiret, milites admoneret, [2] sub ictu teli versaretur, manu plurimum faceret, singulos quoque milites ad laudem verbis adduceret. Fuso denique fugatoque tanto rege, qui cum septingentis elephantis, [3] falcatisque mille & octingentis curribus ad bellum venerat, equitum multis millibus, statim Antiochiam rediit, & de præda quam Persis diripuit, suum ditavit exercitum: quum & tribunos ea quæ per vicos diripuerant, & duces & ipsos milites habere jussisset. Tumque primùm Persæ servi apud Romanos fuerunt: quos quidem, quia indignè ferunt Persarum reges quempiam suorum alicui servire, acceptis pretiis reddidit: pretiumque vel iis qui manu ceperant servos dedit, vel in
56 ærarium contulit. [4] Post hoc Romam venit, triumphoque pulcherrimo acto, apud senatum primùm hæc verba habuit. Ex actis senatus die septimo Cal. Octobr. [5] *Persas P. C. vicimus.* [6] *longa eloquentia opus non est, tantùm scire debetis quæ illorum arma fuerint, qui apparatus. Jam primùm elephanti septingenti: iidemque turriti cum sagittariis & onere sagittarum.* [7] *Ex his trecentos cepimus, ducenti interfecti jacent, decem & octo*

thorum ultimo, primus antiquum Persarum in Oriente imperium renovavit, imperante Romanis Alexandro Mammææ. multa de hoc & regni hujus initio Herodianus libro sexto, Agathias historia quarta. *Casaub.*

1. *Cùm ipse Alexander cornua adiret.*] Pugnat cum his pugnam ἄκαιρον ὀνόδον historia Herodiani: qui Alexandrum suis defuisse tradit, vel metu, vel monitis Mammææ matris. *Idem.*

2. *Sub ictu teli versaretur.*] Aliter hac locutione, *sub ictu*, utuntur illius ætatis scriptores, ut cum dicunt, *sub ictu mortis*: quibus verbis temporis momentum designant, quo mors excipitur. in Palat. legitur hoc loco: *subjectus teli.* puto legendum: *sub jactu teli versaretur.* Sic *intra teli jactum consistere.* Salmas.

3. *Falcatisque mille & octingentis curribus.*] Infra tamen in oratione Alexandri mille tantum ponuntur: *falcati currus mille.* Idem.

4. *Post hoc Romam venit.*] Et hoc falsum, si constat fides historiæ Herodiani. *Casaub.*

5. *Persas P. C. vicimus. longa eloquentia opus non est.*] Malim, *Persas P. C. vicimus longè: eloquentia opus non est.* sic mox: *Eloquentia opus non est.* Idem.

6. *Longa eloquentia opus non est.*] Non nihil mutamus. *Salmas.*

Longâ eloquentiâ opus non est.] Pal. *Longæ loquentiæ.* forsan non malè. aliud enim *loquentia*, aliud *eloquentia.* Grut.

7. *Ex his trecentos cepimus.*] Optimus liber: *triginta cepimus.* quem ego numerum magis verum & ex historiæ fide esse puto. *Salmas.*

1. *Fal-*

octo perduximus. [1] *Falcati currus mille. Et adducere interfectorum animalium currus ducentos potuimus: sed id quia & fingi poterat, facere supersedimus. Centum & viginti millia equitum fudimus:* [2] *cataphractarios,* [3] *quos illi clibanarios vocant, decem millia in bello interemimus: eorum armis nostros armavimus. Multos Persarum cepimus, eosdemque vendidimus.* [4] *Terras Interammanas, Mesopotamiæ scilicet, neglectas ab impura illa bellua recepimus.* [5] *Artaxerxem potentissimum regem tam re quàm nomine, fusum fugavimus, ita ut eum terra Persarum fugientem videret: &* [6] *quà ducta fuerant quondam signa nostrorum,* [7] *ea rex ipse signis effugerit relictis. Hæc sunt P. C. gesta. Eloquentia opus non est: milites divites redeunt,* [8] *laborem in victoria nemo sentit. Vestrum*

1. *Falcati currus mille, sed adducere, &c.*] Scribe, *Falcati currus mille. Et add.* Casaub.

Falcati currus mille, sed adducere interfectorum animalium currus ducentos potuimus.] Valde mihi suspecta vox *sed* hoc loco. scribe meo periculo: *falcati currus M. D. CCC. adducere interfectorum animalium currus ducentos potuimus. sed id quia & fingi poterat, facere supersedimus.* nihil verius. *Salmas.*

Falcati currus mille. & adducere.] Prorsus inclino in numerum codicis Regii, *currus mille ferentes. adducere.* Gruter.

2. *Cataphractarios, quos illi clibanarios vocant.*] Ita scripti cum vulgatis, non *cataphractos.* Clibanarii ex Ammiano Marcellino & Græcis. Tacticis notissimi sunt. *Casaub.*

Cataphractarios, quos illi clibanarios.] Sic quoque Pal. non *cataphractos. Gruter.*

3. *Quos illi clibanarios vocant.*] Falso sibi persuaserunt eruditissimi viri, vocem *clibanarios* non Latinam esse, sed Persicam: loricæ Romanorum & Græcorum non soliferrex, sed squamis contextæ, hoc est ex multis particulis ferreis in modum squamarum compositæ. at clibani illi Persici erant ex solido ferro, idcirco sic nominati quod clibanorum speciem referrent. *Clibani* igitur vox Romana vel Græca potius, quos sic dictos putabat ille auctor Glossarum κλιβάνους quasi κρυβάνους, quod hominem totum contegerent, more κρυβήνης. Clibanarii ergo à clibanis quos gestabant. sic enim illi thoraces appellati à similitudine clibanorum. *Salmas.*

4. *Terras Interamnanas, Mesopotamiæ scilicet.*] Delenda censeo posteriora duo verba; est enim merum glossema. Græcos autem imitatur Alexander, qui terram inter Euphratem & Tigrim sitam, Padan aut Padan Aram in sacris literis dictam, modò Μεσοποτάμιαν nominant; modò τὴν μέσην ποτάμιαν. *Casaub.*

5. *Artaxerxem potentissimum regem, tam re quàm nomine.*] Alludit ad solennem titulum literarum Orientis regum, qui se reges magnos vocitabant. *Idem.*

6. *Quà ducta fuerant quondam signa nostrorum.*] Respicit eladem Crassi. *Idem.*

7. *Ea rex ipse signis effugerit relictis.*] *Et qua ducta fuerant quondam signa nostrorum, ea rex ipse signis effugit relictis.* Ita Pal. & prima editio *Salmas.*

8. *Laborem in victoria nemo sentit.*] Scribendum: *laborem in victoria nemo sensit.* Idem.

strum est supplicationem decernere, ne diis videamur ingrati. Acclamatio senatus: *Alexander Auguste, dii te servent. Persice maxime, dii te servent. Verè Parthicus, verè Persicus. Trophæa tua & nos videmus, victorias & nos videmus. Juveni imperatori, patri patriæ, pontifici maximo:* [1] *per te victoriam undique præsumimus. ille vincit qui milites regit. dives senatus, dives miles,*
57 *dives* P. R. Dimisso senatu Capitolium ascendit, atque inde re divina facta, & tunicis Persicis in templo locatis, concionem hujusmodi habuit, *Quirites, vicimus Persas, milites divites reduximus, vobis congiarium pollicemur,* [2] *cras ludos circenses Persicos dabimus.* Hæc nos & in annalibus, & apud multos reperimus. Sed quidam dicunt, [3] à servo suo eum proditum non vicisse regem, sed ne vinceretur, fugisse. Quod contra multorum opinionem dici non dubium est iis qui plurimos legerint. [4] Nam & amisisse illum exercitum dicunt fame, frigore, ac morbo, ut Herodianus autor est contra multorum opinionem. Post hoc cum ingenti gloria, & comitante senatu, equestri ordine, atque omni populo, [5] circumfusisque undique mulieribus & infantibus, maximè militum conjugibus, pedes Palatium conscendit, quum retrò currus triumphalis à quatuor elephantis traheretur. [6] Levabatur manibus omnium Alexander, vixque illi per horas quatuor ambulare permissum est, undique omnibus clamantibus, *Salva Roma, quia salvus*

1. *Per te victoriam undique præsumimus.*] Supple ex omnibus membranis: *Per te victoriam de Germanis speramus: per te victoriam, &c.* Casaub.

2. *Cras ludos Circenses Persicos dabimus.*] Ludi à caussa ob quam edebantur cognominati. *Idem.*

3. *A servo suo eum proditum.*] De hoc servo nihil Herodianus, quem tamen sequi hic videtur. *Idem.*

4. *Nam & amisisse illum exercitum dicunt fame, frigore & morbo, ut Herodianus.*] Hodie scribitur in Herodiani libris, Τῶν πολλῶν μαχῶν δ' ἡττηθεὶς οὐ μέμνημαι τὸ πλῆθος ἀπόλλυσι ἀλλ' ἀφόρητος συμφορᾶς, νόσῳ, πολέμῳ, κρύει. Lampridius verò legit, νόσῳ, λιμῷ, κρύει sed deceperunt illum sui codices: nam Herodianus scripserat πολέμῳ. *Idem.*

5. *Circumfusisque undique mulieribus.*] Scripta lectio, *circumfusus.* Idem.

Circumfusisque undique mulieribus.] Sic & Pal. non ut alii, *circumfususque.* Grut.

6. *Levabatur manibus omnium Alexander.*] Scribe, *manibus hominum.* ut in membranis. *Casaub.*

Levabatur manibus hominum Alexander.] Ita quoque Pal. noster, non *omnium*, ut editæ. *Grut.*

salvus est Alexander. Alia die actis circensibus, & item ludis scenicis, deinceps, congiarium populo Romano dedit. Puellas & pueros quemadmodum Antoninus Faustinianas instituerat, Mammæanas & Mammæanos instituit. Actæ 58
sunt res feliciter & in Mauritania Tingitana per Furium Celsum, [1] & in Illyrico [2] per Varium Macrinum affinem ejus, & in Armenia per Junium Palmatum, atque [3] ex omnibus locis ei tabellæ laureatæ sunt delatæ, [4] quibus in senatu & apud populum lectis, [5] omnibus nominibus est adornatus. His verò qui remp. bene gesserant, consularia

1. *Et in Illyrico per Varium Macrinum affinem ejus.*] *Marcianum* mallet legere vir doctissimus, sed hoc nihil est. nec dubito quin hic sit Varus Macrinus præfectus Illyrici, adfinis Alexandri, cujus nempe filiam duxerat Alexander. *Salmas.*

2. *Per Varium Macrinum.*] Puto *Marcianum.* quod cognomen Genesii patris Alexandri. *Casaub.*

3. *Ex omnibus locis ei tabellæ laureatæ sunt delatæ.*] Statius lib v. sylvarum, sylva prima, cum ex omnibus locis tabellas laureatas Domitiano delatas esse vellet dicere, sic loquutus est:

——— *quæ laurus ab arctо, &c.*

Omnia non lætas pila attollentia frondes.

Omnes, inquit, nuncii qui ex diversis orbis partibus venerunt, laureatas tabellas attulere, & summa pila laureis ornata habuere. & lege apud Statium:

Omnia nam lætas pila attollentia frondes.
Nullaque famosa signatur lancea pinna.

Res lætas & bene gestas nunciaturi, non solum cum tabellis laureatis, sed etiam summis hastis lauro vestitis veniebant. è contrario qui res turbidas & improsperas, aut novos motus in provinciis excitatos, aut bellum nunciabant, rei tristis indicium pinnis in summo hastarum lanceamque fixis præferebant. litteras illas ideo pinnatas dictas fuisse censeo quod ferretur à militibus qui pinnas summo hastarum fixas gerebant. unde & ipsi tabellarii πτηνοφόροι dicebantur ab illis pinnis, quas gestabant, quum rerum turbatarum, aut tumultus nuncium adferebant. Cur vero pinnis signatas lanceas præferrent, nihil aliud fingi causæ posse puto, quam magnæ cujusdam, & præcipitis celeritatis argumentum: quod longe majore festinatione scilicet opus esset in perferendis tristium casuum eventibus, quam in successibus prosperis nunciandis. nam in his nunciorum tarditas nihil poterat adferre periculi: in illis mora non erat libera, sed duplicata fere celeritas requirebatur, ut quam primum impendenti malo posset occurri. *Salmas.*

4. *Quibus in senatu lectis omnibus nominibus est adornatus.*] Pal. *omnibus nominibus est ornatus.* hanc totam narrationem suspectam habuit Casaubonus, nescio quamobrem. Nam nihil prohibet acclamatione senatus & populi, cum illæ litteræ recitarentur, & Mauritanicum & Illyricum & Armenicum appellatum, ut & Persicum & Parthicum supra ex adclamatione senatus idem Spartianus ostendit. *Idem.*

5. *Omnibus nominibus est adornatus.*] Id est, appellatus est Persicus, Mauritanicus, Illyricus, Armenicus. sed hæc cognomina in antiquis monumentis apparent nusquam. quare non solùm propter Herodianum, sed etiam hoc nomine suspecta hæc tota narratio. *Casaubonus.*

laria ornamenta decreta sunt, additis etiam sacerdotiis & agrorum possessionibus iis qui erant pauperes & ævo jam graves. Captivos diversarum nationum amicis donavit, [1] si ætas puerilis aut juvenilis permisit. Si qui tamen regii aut nobiliores fuerint, eos militiæ, non tamen magnæ deputavit. Sola quæ de hostibus capta sunt, limitaneis ducibus & militibus donavit, [2] ita ut eorum ita essent, si heredes illorum militarent, [3] nec unquam ad privatos pertinerent, dicens, attentiùs eos militaturos si etiam sua rura defenderent. Addidit sanè his & animalia & servos, ut possent colere quod acceperant: ne per inopiam hominum, vel per senectutem possidentium desererentur [4] rura
59 vicina barbariæ: quod turpissimum ille ducebat. Post hæc quum ingenti amore apud populum & senatum viveret, & sperantibus victoriam cunctis, & invitis eum dimittentibus, ad Germanicum bellum profectus est, deducentibus cunctis [5] per centum & quinquaginta millia. Erat autem gravissimum reip. atque ipsi quòd Germanorum vastationibus Gallia diripiebatur. Pudoremque augebat quòd victis jam Parthis, ea natio imminebat Reip. cervicibus, [6] quæ semper [7] etiam minusculis imperatoribus

1. *Si ætas puerilis aut juvenilis.*] Pal. *juvenalis*. & ita fere semper in libris manu exaratis Glossæ: *juvenalis*, νεανικός. *Salmas.*

2. *Ita ut eorum essent, si heredes illorum militarent.*] Observa conditionem hanc: neque enim apponi solita in deducendis coloniis. Est igitur hic species quædam feudi, vel potiùs initia quædam ejus juris, quod postea variè introductum est, & feudorum appellatione designatum. Erat sanè lex similis feudorum constituendorum: ut qui prædium colendum acciperet, danti fidem & militiæ munus aut aliud servitium exhiberet. *Casaub.*

3. *Nec unquam ad privatos pertinerent.*] Privati opponuntur militantibus. *Idem.*

4. *Rura vicina Barbariæ.*] Terram dividunt Romani scriptores in Orbem Romanum & Barbariam. nam quicquid alienum erat imperio Rom. Barbariam vel Barbaricum, ut sæpiùs in Codice & in his scriptoribus, atque alibi, dixerunt. *Idem.*

5. *Per centum quinquaginta millia.*] Palatinus: *per centum & centum quinquaginta millia.* fortassean ita dixerit auctor, pro ducenta & quinquaginta millia. sic *iterum vicies*, pro quadragies in Hadriano. *Salmas.*

6. *Quæ semper etiam minusculis imperatoribus subjecta videbatur.*] *Subjecta videbatur* positum pro *subjecta erat.* sic *visus est respondere* pro *respondit.* apud Ulpianum. *Idem.*

7. *Etiam minusculis imperatoribus.*] Capitolinus initio Maximini magnos imperatores appellat eos principes, qui cùm diutius imperium obtinerent, res magnas

bus [1] subjecta videbatur. Magnis igitur itineribus, lætis militibus, contendit. Sed quum ibi quoque seditiosas legiones comperisset, abjici eas præcepit. [2] Verùm Gallicanæ mentes, [3] ut sese habent duræ ac retorridæ & sæpe imperatoribus graves, severitatem hominis nimiam & longè majorem post Heliogabalum, non tulerunt. Denique agentem eum cum paucis in Britannia, ut alii volunt, [4] in Gallia in vico [5] cui Sicila nomen est, non ex omnium sententia, sed latrocinantium modo quidam milites, & hi præcipuè qui Heliogabali præmiis efflorverant, quum severum principem pati non possent, occiderunt. [6] Multi dicunt à Maximino immissos tyrones, qui ei ad exercendum dati fuerant, eum occidisse: multi aliter; à militibus tamen constat, quum injuriosè quasi in puerum eundem [7] & [8] matrem ejus avaram & cupidam multa dixissent. [9] Impe-

magnas gesserunt. si ita hic accipimus vocem *minusculus*, ii intelligentur, qui & citò, & inglorii perierunt, ut Galba, Otho, Vitellius, & alii multi. sed quàm bene conveniat huic loco ista interpretatio, judicent qui legunt. *Casaub.*

1. *Subjecta videbatur.*] Scrib *subjecta fuisse videbatur*, id est, subjecta fuerat. *Idem.*

2. *Verum Gallicanæ mentes ut sese habent duræ ac retrogradæ.*] *Habent*, id est, sunt. Capitolinus in Gordianis: *Sed statim ut se habent hominum mentes, &c.* Pro *retrogradæ*, regius & Puteani unus, *retorsæ*. vox elegans, & cujus merum est interpretamentum vulgata lectio. *retorsus*, qui retro fert pedem. *εἰς τὸ ὀπίσω πορευτικός*. ut contrà *prorsus*, *πορευτικὸς εἰς τὸ πρόσθεν*. unde oratio prorsa vorsæ opposita. *Idem.*

Verum Gallicanæ mentes ut sese habent duræ, ac retrogradæ.] Antiqui codices legunt *retorridæ*. hoc loco *mentes retorridæ*, sunt asperæ & difficiles, & intractabiles inflexibilesque: metaphora ducta à siccis & retorridis ramalibus, quæ citius frangi possunt quam flecti. sic Græci ξηρὸς homines tenaces propositi & cedere nescios vocant. *Salmas.*

3. *Ut sese habent duræ & retrogradæ.*] Adhæret uterque Palatinus Codici Puteano, in quo *retorridæ*. Grut.

4. *In Gallia in vico cui Sicila nomen est.*] Excerpta Spartiani & opt. Palat. *in vico cui Sicilia nomen est.* Salmas.

5. *Cui Sicila est.*] Fortasse melius Palat. uterque *Sicilia*. Grut.

6. *Multi dicunt à Maximino immissos tyrones.*] Sequitur Herodianum, qui hoc pluribus narrat. *Casaub.*

Multi dicunt à Maximino immissos tyrones qui ei ad exercendum dati fuerant. Idem tradit Herodianus; Maximinum nempe tyronibus præpositum ut eos disciplina militari imbueret. *Salmas.*

7. *Et matrem ejus avaram & cupidam multa dixissent.*] De hujus sordibus verba Aurelii Victoris heic merentur adponi, eademque opera, quia mendo non vacant, emendari: *hujus mater Mammæa eo filium cœgerat, ut illa ipsa quamvis permodica, si mensæ prandioque superessent, alteri convivio reservarentur.* aut etiam ut nihil mutemus, *illa ipsa. illa* autem sunt *billa*: intestina scilicet farta. *Idem.*

[8] *Matrem*

60 [1] Imperavit annis XIII. diebus IX. Vixit annis XXIX. mensibus III. diebus VII. Egit omnia ex consilio matris, cum qua occisus est. Omina mortis hæc fuerunt: Quum natalem diem commendaret, hostia cruenta effugit, & ut se civiliter gerebat, ac permixtus populo erat, albam ejus vestem cum qua constiterat, cruentavit. Laurus in Palatio cujusdam civitatis à qua proficiscebatur ad bellum, ingens & antiqua, tota subitò decidit. Arbores fici tres, quæ ficus eas ferrent quibus Alexandrinarum nomen est, subitò ante illius tentorium deciderunt, quum tentoria imperatoria his adnexa essent. [2] Mulier Druias eunti exclamavit Gallico sermone, *Vadas, nec victoriam speres,* [3] *nec militi tuo credas.* Tribunal ascendit ut concionaretur, & faustum aliquid diceret: ita cœpit, *Occiso imperatore Heliogabalo.* [4] hoc tamen omini fuit, quòd iturus ad bellum, milites alloqui minùs fausta oratione cœptaverat. [5] Sed hæc omnia vehementissimè contempsit. Profectusque ad bel-
61 lum, in loco suprà dicto ita occisus est. Pranderat fortè publico, ut solebat, convivio, id est apertis papilionibus, [6] cibo militari accepto: neque enim aliud [7] à discumbentibus

* *Matrem ejus avaram & cupidam.*] Non solùm avaram, sed etiam μικροψύχου & sordidè parcam. *Casaub.*

1. *Imperavit annis* XIII. *diebus* IX.] Eutropius diem detraxit: alii verò aliter. *Idem.*

2. *Mulier Druias eunti exclamavit Gallico sermone.*] Unde vero illæ Druiades? Dryades semper scribuntur in optimis vetustissimis membranis. Verum hi nostri auctores Druidarum hominum nusquam meminerunt, sed ubique mulierum Dryadum, quæ mulieres fere semper fatidicæ inducuntur & vaticinatrices & sagæ. nominatissimæ autem videntur fuisse istæ Gallicanæ Dryades, ut quæ consulerentur in rebus dubiis, non secus atque olim oracula Delphica. sic dictæ quod plurimum in lucis, more antiquorum Druidum versarentur, ibique sacris operarentur, vel quod ex prosapia Druidum esse existimarentur, Δρυΐδες aut Δρυάδες sunt appellatæ. utut sit, fatidicæ fuere & sortilegæ. *Salmas.*

3. *Nec te militi tuo credas.*] Sic Pal. *Gruter.*

4. *Hoc tamen omini fuit.*] Melius, *hoc enim om. f.* vel *hoc fuit ei om. fuit.* Casaubonus.

5. *Sed hæc omnia vehementissimè contempsit.*] Nec male legas *omina.* vel etiam, *hæc omnia omina.* Idem.

6. *Cibo militari accepto.*] Vel, *acceptus.* confer cum antedictis. *Idem.*

7. *A discumbentibus militibus.*] Volui edi, *à discutientibus, &c.* Idem.

A discutientibus militibus.] Ita quoque Pal. non *discumbentibus.* Gruterus.

bus militibus in tentoriis est repertum. [1] Et [2] quum dormiret post convivium hora diei ferè septima, [3] unus ex Germanis, qui scurrarum officium sustinebat, ingressus dormientibus cunctis, solo tantum imperatore intervigilante visus est: cui Alexander, *Quid est*, inquit, *contubernalis? Num aliquid de hostibus nuntias?* At ille metu perterritus [4] & sperans non posse evadere quòd in tentorium principis irruisset, ad contubernales suos venit, eosque ad durum principem interimendum exhortatus est: qui subitò plures armatique ingressi, inermes & obsistentes contruncaverunt, ipsumque pluribus ictibus confoderunt. Aliqui dicunt, omnino nihil dictum, sed tantùm à militibus clamatum, *Exi, recede:* atque ita obtruncatum juvenem optimum. [5] Sed omnis apparatus militaris, qui postea est ductus in Germaniam à Maximino, Alexandri fuit, & potissimus quidem [6] per Armenios & Osdroenos & Parthos, & omnis generis hominum. Contempsisse 62 Alexan-

1. *Et cùm dormiret post convivium hora diei fere septima.*] Cùm meridiaretur, more multorum, ut dicebamus ad Sueton. libro II. capite LXXVIII. Pro *dormiret*, scripti, *quiesceret*. Casaubonus.

2. *Cùm quiesceret.*] Et heic quoque Pal. suffragatur ceteris mss. *Grut.*

3. *Unus ex Germanis qui scurrarum officium sustinebat.*] Scurræ heic non alii quam corporis custodes. quod munus & officium penes Germanos fuit. Germanum enim hunc ex illis fuisse custodibus corporis Alexandri perspicuum est. quem ideo & contubernalem vocavit Alexander: *quid est, inquit, contubernalis? num aliquid de hostibus nuntias?* contubernalem enim honorifice appellat corporis custodem. illi enim fere semper cum imperatore nec ab ejus latere abscedebant. cum ex ejusdem Spartiani historia constet à Prætorianis militibus occisum Heliogabalum, quis non videt scurras illum appellare, stipatores & custodes corporis milites prætorianos? duplex enim custodia imperatoribus, ex militibus Prætorianis & Germanis. Recentiores scriptores buccellarios vocitarunt, quos Spartianus scurras. ab ea re sic dicti quod non magis ab latere dominorum suorum discederent, quam parasiti illi veri & adleculæ ab eorum quorum mensas sectabantur. inde igitur scurræ & buccellarii vocati custodes corporis Imperatorum, vel satellites & armigeri magnarum qui eos assectabantur, & eorum latera tuebantur. *Salmas.*

4. *Et sperans non posse evadere.*] Pro, *non sperans se posse evadere.* vel *sperans* simpliciter pro arbitrans. *Casaub.*

5. *Sed omnis apparatus militaris, &c.*] Nullo modo superioribus hæc cohærent: ut ante hæc verba aliquid deesse non sit dubitandum. videtur aliquid præcessisse de inchoato bello, sed non finito ab Alexandro. *Idem.*

6. *Per Armenios & Osdroenos & Parthos.*] De his omnibus nominatim Capitolinus in Maximino. *Idem.*

1. Neces-

Alexandrum mortem, cùm ferocitas mentis, qua militem semper attrivit, tum etiam illa declarant. Thrasybulus mathematicus illi amicissimus fuit: qui quum ei dixisset, [1] necessitatem esse ut gladio barbarico periret, primò lætatus est quòd sibi mortem bellicam & imperatoriam crederet imminere: deinde disputavit ostenditque optimos quosque violenta morte consumptos, quum diceret ipsum Alexandrum, cujus nomen teneret, Pompejum, Cæsarem, Demosthenem, Tullium, [2] & cæteros insignes viros, non quieta morte oppetisse. Tantumque animi habuit ut putaret se diis comparandum si in bello periret: sed res eum fefellit. Nam & gladio barbarico, & scurræ barbari manu, verùm non in bello, sed belli tempore periit.
63 Mortem ejus milites, & qui exautorati ab eo quondam fuerant, gravissimè tulerunt, atque autores cædis trucidarunt. Populus verò Romanus, senatusque omnis cum provincialibus cunctis, [3] neque tristius unquam neque asperius acceperunt, simul quòd successoris asperitas atque rusticitas Maximini, utpote hominis militaris, cui cum filio post eum imperium delatum est, graviorem fati necessitatem videbatur ostendere. [4] Senatus eum in deos retulit. Cenotaphium in Gallia, Romæ sepulcrum amplissimum meruit. [5] Dati sunt & sodales, qui *Alexandrini* appellati sunt: addita & festivitas matris nomine, atque ipsius,

1. *Necessitatem esse.*] Scripti melius, *necesse esse*. Idem.

2. *Et ceteros insignes viros non quieta morte oppetisse.*] Palatinus codex, & excerpta Spartiani: *& ceteros insignes viros, qui non quieta morte oppetissent.* Salmasius.

3. *Neque tristius unquam, &c.*] Leg. *neque tristius unquam quicquam.* Casaubonus.

4. *Senatus eum in deos retulit.*] Putarunt summi in his litteris viri sanctum patrem Chrysostom. Homil. XXVI. in poster. ad Corinth. ibi de hoc nostro Alexandro verba facere. verum quidem est Alexandrum pro Deo habitum multis Græciæ populis, in eo igitur tantum falsus est Beatus vir, quod Alexandrum Senatus Romani decreto in deos relatum scripsit. jam Græcos hunc illi honorem habuisse, non Romanos; quos nec fama tenus Alexandri notitiam usurpasse certum est. de Athenienses, quidam ajunt, quidam negant. *Salmas.*

5. *Dati sunt & sodales qui Alexandri appellati sunt.*] Lege: *qui Alexandriani appellati sunt.* ab Alexandria enim urbe, Alexandrinus civis. sed ab Alexandro, Alexandrianus sodalis. *Idem.*

1. *Caussa*

ipsius, quæ hodieque Romæ religiosissimè celebratur natali ejus die. [1] Causa occidendi ejus ab aliis hæc fuisse perhibetur, quòd mater ejus relicto bello Germanico Orientem ad jactantiam sui vellet redire, atque ob hoc esset iratus exercitus. Sed hæc ab amatoribus Maximini ficta sunt, qui videri noluerunt imperatorem optimum ab amico suo interfectum [2] contra jura humana atque divina. [3] Hactenus imperium P. R. eum principem habuit qui diutiùs imperaret, [4] post eum certatim irruentibus, & aliis semestribus, aliis annuis, plerisque per biennium, ad summum per triennium imperantibus, usque ad eos principes [5] qui latius imperium tetenderunt, [6] Aurelianum dico, & deinceps. de quibus, si vita suppeditaverit, ea quæ comperta fuerint publicabimus. Reprehensa sunt in Alexandro hæc: [7] Quòd Syrus esse nolebat, [8] quòd aurum amabat, quòd suspicionissimus erat, quòd vectigalia multa inveniebat, quòd se Magnum Alexandrum videri volebat, quòd nimis severus in milites erat, [9] quòd curas privatas agebat: quæ omnia in Repub. instituerat. Scio sanè plerosque negare hunc à senatu Cæsarem appellatum esse sed à militibus, qui verum prorsus ignorant: dicere præterea non 64

1. *Causa occidendi ejus ab aliis hæc fuisse, &c.*] Lege Capitolinum libro sequenti. *Casaub.*

2. *Contra jura humana atque divina.*] *Contra jura Romana atque divina.* ita Pal. *Salmas.*

3. *Hactenus imperium P. R. eum principem habuit qui diutiùs imperaret.*] Etiamne Galba, Otho, Vitellius, & Macrini? ut taceam Titum & Nervam. *Casaub.*

4. *Post eum certatim irruentibus.*] Malim —, *certatim multis irruentibus.* Idem.

5. *Qui latiùs imperium tetenderunt.*] Et vivendo diutiùs, & Rom. imperio agri Barbarici aliquid adjiciendo. *Idem.*

6. *Aurelianum dico & deinceps.*] Forsan, *& deincipes.* Grut.

7. *Quòd Syrus esse nolebat.*] Sed Romanus. *Casaub.*

8. *Quòd aurum amabat.*] Patriam in hoc prodebat suam. Syri enim avari audiunt passim apud scriptores veteres. *Idem.*

9. *Quod curas privatas agebat.*] Excerpta Spart. cum optimo Palat. legunt. *quod curas privatis agebat.* quæ omnino vera est lectio. inter illa igitur quæ in Alexandro reprehensa sunt, hoc merito etiam locum habuit quod privatis curas ageret, hoc est privatorum curiosus esset, & sedulo scrutaretur & requireret, quid homines privati agerent, quid sentirent. Vel ut melius legi censeo, *curas de privatis egisse.* idem Hadriano fuit olim vitio versum, quod nimis curiose inquireret in privatorum hominum vitam. *Salmas.*

1. *Maxi-*

non hunc fuisse consobrinum Heliogabali, qui, ut nos sequantur, historicos ejus temporis legant, & [1] maximè
65 Acholium, [2] qui & itinera hujus principis scripsit. Soles quærere, [3] Constantine maxime, quid sit quòd hominem Syrum & alienigenam, talem principem fecerit, quum tot Romani generis, tot aliarum provinciarum reperiantur improbi, impuri, crudeles, abjecti, injusti, libidinosi. Jam primùm possum de bonorum virorum responsione sententia, potuisse natura, quæ ubique una mater est, bonum principem nasci: deinde timore, quòd pessimus esset occisus, hunc optimum factum: [4] sed quia verum est suggerendum, clementiæ ac pietati tuæ lecta referabo. Notum est illud pietati tuæ quod in Mario Maximo legisti, meliorem esse Remp. & propè tutiorem, in qua princeps malus est, [5] ea in qua sunt amici principis mali: siquidem unus malus potest à plurimis bonis corrigi; multi autem mali non possunt ab uno, quamvis bono, ulla ratione superari. [6] Et id quidem ab Homulo ipsi Trajano dictum est, quum ille diceret Domitianum pessimum fuisse, amicos autem bonos habuisse, [7] atque adeò illum magis odio fuisse,

1. *Maximè Acholium, qui & itinera hujus Principis scripsit.*] Lipsio videtur legendum *& intima*; Epistolâ XVIII. Centuriæ Miscellaneæ. *Grut.*

2. *Qui & itinera hujus principis scripsit.*] Sic Alexandri Magni itinera multi descripserant. Acholius verò non itinera solùm Alexandri Severi descripserat, sed & vitam illius in literas miserat: quod disertè in superioribus ostendit Lampridius. *Casaub.*

3. *Constantine Maxime.*] Scripta lectio, *Const. pissime.* Idem.

Constantine maxime.] Sic Pal. non, *pissime*, quod in aliis. *Grut.*

4. *Sed quia verum est suggerendum.*] Id est, caussa propior est afferenda nam & allatæ caussæ verissimæ sunt: sed remotiores & nimis generales; illa præsertim à natura. *Casaub.*

Sed quia verum est suggerendum.] Legend. *Sed quia vera mihi sunt suggerenda.* Salmas.

5. *Ea in qua sunt amici principis mali.*] Tam verum & certum hoc, quàm verè dixit Tacitus in quarta historia, *Nullum majus esse boni principis instrumentum, quàm bonos amicos.* Casaub.

6. *Et id quidem ab Homulo.*] Vel *Omollo*, ut ad Pium. scripti hic, *Omulio.* Idem.

Et id quidem ab Homulo ipsi Trajano dictum est.] Palatinus & vet. ed. *ab Homulio.* lege, *ab Homullo.* nam ita scribitur in vita Hadriani & Marci. *Salmas.*

Et idem ab Homulo.] Pal. *Homulio.* Gruter.

7. *Atque adeò illum magis odio fuisse.*] *Illum* vel indefinitè accipe, de omni quicunque malis hominibus Remp. commendavit: vel definitè refer ad Alaga-

fuisse, qui Remp. pejoris vitæ hominibus commendaverat, quia melius est unum malum pati quàm multos. Et 66
ut ad rem redeam, [1] Alexander quidem & ipse optimus fuit. [2] Nam hoc nemo vult nisi bonus, & optimæ matris consiliis usus est: ac tamen amicos sanctos & venerabiles habuit, non malitiosos, non furaces, non factiosos, non callidos, [3] non ad malum consentientes, non bonorum inimicos, non libidinosos, non crudeles, non circumventores sui, non irrisores, [4] non [5] qui illum quasi fatuum circum-

Alagabalum; quem eo maximè nomine odium bonorum incurrisse certissimum. sed tutior est prior interpretatio. *Casaub.*

Atque adeo illum magis adeo fuisse qui remp. pejoris vitæ hominibus commendaverat.] Totum hunc locum sic legendum ex vestigiis antiquæ scripturæ censemus: *Et id quidem ab Homullo ipsi Trajano dictum est, quum ille diceret Domitianum pessimum fuisse, amicos autem bonos habuisse, atque ideo Claudium magis odio fuisse in republica temporis sui, quam ille, quia melius est unum malum pati quam multos.* Homullus dicebat, meliorem remp. esse & tutiorem in qua princeps malus esset, ea in qua sunt principis amici: mali & dictum suum firmabat exemplo Imperatorum duorum Claudii & Domitiani, quorum alterum amicis suis, pessimis viris indulgentem, omnium ordinum offensam incurrisse; alterum vero cum longe ipse pejor esset, amicos tamen meliores haberet, minus odio fuisse hominibus temporis sui quam illum alterum, hoc est Claudium, minus quidem malum, sed amicis pejoribus usum. sed pace Spartiani Mariique Maximi dixerim, hoc perpetuo verum esse non puto. immo raro aliter usu venit, ut mali principes malos etiam amicos sibi adsciscant. *Salmas.*

Atque adeo illum magis odio fuisse, &c.] Aliter hæc Pal. nempe, *atque adeo illum magis odio fuisse quæremp. temporis vitæ. illiz quia melius est.* Grut.

1. *Alexander quidem & ipse optimus fuit. Nam hoc vult nisi bonus, & optimæ matris consiliis usus est.*] Sic hic locus disponendus: *& ut ad rem redeam, Alexander quidem & ipse optimus fuit, & optimæ matris consiliis usus, nam hoc nemo vult nisi bonus, ac tamen amicos sanctos.* magnum igitur & validum putavit argumentum Spartianus quo probaret bonum fuisse Alexandrum, quod optimæ matris consiliis usus sit. quis enim, inquit, hoc vellet nisi bonus? non enim cujusvis est, bonorum consiliis uti, & iis obsequi quos optimos esse noverint, sed eorum solum qui per se optimi sunt. *Salmas.*

2. *Nam hoc nemo vult nisi bonus.*] Mutanda distinctio, *Et ipse optimus fuit: nam hoc nemo vult nisi bonus: & optimæ matris consiliis usus est.* Præcipuam laudem Alexandri vult fuisse, quòd optimæ matris consiliis sit usus. in quo vel modum excessisse Alexandrum, atque adeo matris non sua peccata luisse, cum Juliano Cæsare omnes consentiunt historici. Sed cogitent eruditi de lectione Robert. à Porta: *Et ipse optimus fuit, & optimè natus consiliis usus fuit.* Casaub.

3. *Non ad malum consentientes.*] Sic, *ad bonum consentire.* Salmas.

4. *Non qui illum quasi fatuum circumducerent.*] Ita & Pal. non, *circumvenirent.* Grut

5. *Qui illum quasi fatuum circumducerent.*] Græcum proverbium alludit, Γελᾶν ἐπὶ ξύλοις, de quo ad Athenæum. affine est, ἐπὶ ξύλοις ἁλῶναι. *Casaub.*

cumducerent: sed sanctos, venerabiles, continentes, religiosos, amantes principis sui, & qui de illo nec ipsi riderent, nec risui esse vellent: qui nihil venderent, nihil mentirentur, nihil fingerent, nunquam deciperent existimationem principis sui, sed amarent. Huc accedit quòd eunuchos nec in consiliis nec in ministeriis habuit, qui soli principes perdunt, dum eos more gentium aut regum Persarum volunt vivere: [1] qui à populo etiam amicissimum principem semovent: qui internuntii sunt, aliud quàm respondetur sæpe referentes, [2] claudentes principem suum, & agentes ante omnia, nequid sciat. [3] Qui quum empti sint & pravi fuerint, quid tandem possunt boni sapere? Erat denique ejus ipsius sententia, *Ego de præfectorum & consulum & senatorum capitibus mancipia ære empta jubeam dicare non patiar.* Scio, imperator Constantine, quo periculo ista dicantur [4] apud imperatorem [*] qui talibus servit,

67

1. *Qui à populo etiam amicissimum principem semovent.*] Melius scripti, *Qui à populo & amicis principem submovent.* Est hypallage, pro, à principe populum & amicos submovent. *Idem.*

Qui à populo etiam amicissimum principem semovent.] Emendo: *qui soli principes perdunt, dum eos more gentium aut regum Persarum volunt vivere, qui eos à populo & amicis summovent.* Salmas.

Qui à populo & amicis Principem submovent.] Adblanditur huic lectioni Pal. in quo, *qui eos à populo & amicissimum movent.* nimirum scribebatur *summovent.* Grut.

2. *Claudentis principem suum, & agentes ante omnia, ne quid sciat.*] Non soli hoc faciunt eunuchi. vide Vopiscum in Aureliano. *Casaub.*

3. *Qui cùm empti sint & pravi fuerint.*] Naturâ pravi, & genere vitæ. *Idem.*

Qui quum empti sint & pravi fuerint.] Non temere quis hunc locum ut mendosum suspicetur. hoc modo leg. *quum enim empti sint & evirati, quid tandem boni possunt sapere?* hoc voluisse dicere Spartianum plane exploratum habeo: homines nempe ære emptos, & viro cassos nihil boni posse sapere. duo enim in unum concurrunt, quæ Eunuchos aliquid boni posse sapere vetent, & quod empti sint, & quod viri non sint. vel leg *eviriti* pro *evirati.* sic *deliti* pro *delati. piciti* pro *picati* apud agrimensores in veteribus libris. Petronius:

——— *male pubescentibus annis*
Eripuere viros, exsectaque viscera ferro
In venerem fregere. ———

Salmas.

4. *Apud Imperatorem qui talibus servit, sed salva republica.*] Hoc loco videtur indicare Spartianus, Eunuchos aliquando sub Constantino plurimum potuisse, quos tamen postea idem princeps abjecerit, & domesticis necessitatibus delegarit, cum intellexisset pestem illos & perniciem esse Reipublicæ. legendum igitur patet: *scio imperator Constantine, quo periculo ista dicantur apud imperatorem qui talibus servit, sed salva republica, posteaquam intellexisti quid mali istæ clades habeant, &c.* nec alia opus emendatione. excusat se Spartianus

vit, [1] sed salva Republ. posteaquam intellexisti quid mali clades istæ habeant, & quemadmodum principes circumveniant, & [2] tu eos eo loci habes ut [3] nec chlamyde uti jusseris, [4] sed necessitatibus domesticis delegaris. Jam illud insigne, quòd solum intra Palatium præter præfectum, & Ulpianum quidem, neminem vidit: nec dedit alicui facultatem vel fumorum vendendorum de se, vel sibi de aliis malè loquendi, maximè occiso Turino, qui illum quasi fatuum & væcordem sæpe vendiderat. His accessit, quòd amicos & [5] parentes Alexander si malos reperit, aut punivit, aut, si vetus vel amicitia vel necessitudo non sivit puniri, dimisit à se, dicens, *His charior est mihi tota Respubl.* Et ut scias qui viri in ejus consilio fuerint, 68
[6] Fabius Sabinus Sabini insignis viri filius, Cato temporis sui,

tianus quod tam libere dicat in id hominum genus, quibus aliquando serviit Imperator. *Idem.*

* *Qui talibus serviit, sed salvâ republicâ. Postquam intellexisti, &c.*] Posui punctum ante vocem *Postquam*, scripsique *serviit*, suasu membranarum Palatinarum. indicat enim auctor, Constantinum habuisse olim indulgentius istos eunuchos, sed tamen absque reipubl. ullo damno: postea verò ut penitius cognovit, semovisse ab omni munere publico. *Grut.*

1. *Sed salva Republ.*] Non assequor, nisi scribatur, *sed salva reſpubl. &c.* etiam sic hæreo. *Casaub.*

Sed salva republica.] Hoc est, in salutem reipublicæ, bono reipublicæ, quæ diu salva esse non potuisset si diutius illis pestibus & cladibus reipublicæ addictum se exhibuisset Imperator. nihil igitur mutandum. *Salmas.*

2. *Sed eos eo loci habes, ut nec chlamyde uti jusseris.*] Ante Gratianum senatores etiam in urbe chlamydati. sed & omnes qui in aula militabant in diversis officiis Palatinis, chlamydibus usos fuisse certum est: Eunuchos, qui sub aliis principibus omnia poterant in aula, & summas quasque dignitates obtinebant tam militares & Palatinas quam civiles, chlamydatos fuisse quis dubitet? Constantinus postquam Eunuchos domesticarum necessitatum ministeriis delegavit, etiam chlamydem usurpare eos prohibuit. nam regii ministri sine chlamyde, tunicati tantum semper fuere. *Idem.*

3. *Nec chlamyde uti jusseris.*] Summoveris à militia. *Casaub.*

4. *Sed necessitatibus domesticis delegaris.*] Dictum antè de Alexandro, jussos ab illo eunuchos balneas muliebres curare. *Idem.*

Sed necessitatibus domesticis delegaris.] Palatinus aliter legit. Sed nos vulgatæ lectioni magis accedimus, ut Eunuchos qui omnia poterant apud Constantinum, & τὰ πάντα erant, postquam tandem intellexisset, quam damnosi sint rebus publicis, ab eodem solis domesticis necessitatibus delegatos intelligamus, & loco ministrorum tantum habitos. *Salmas.*

5. *Parentes.*] Cognatos & junctos sanguine. *Casaub.*

6. *Fabius Sabinus Sabini insignis viri filius.*] Filius Sabini illius viri consularis, quem Alagabalus jusserat occidi, ut libro superiore dictum. In centunculis

fui, Domitius Ulpianus juris peritissimus, [1] Ælius Gordianus Gordiani imperatoris pater, & ipse re vera vir insignis: [2] Julius Paulus juris peritissimus, [3] Claudius Venatus orator amplissimus: [4] Pomponius legum peritissimus,

Pandectarum non memini fieri ullam Fabii Sabini mentionem. duos enim invenio Sabinos jurisconsultos in Digestorum libris: Masurium Sabinum, & Cælium Sabinum. *Idem.*

1. *Ælius Gordianus, Gordiani imperatoris pater.*] Arbitror miris modis hallucinatum Lampridium, si ita scripsit. & mirum profectò hæc tanta absurda à nemine adhuc, quod sciam, fuisse animadversa. Sed nos putamus factam Lampridio injuriam, & à mala manu esse illa, *Gordiani imperatorii pater.* Dele igitur, si me audis, & scribe, *Ælius Gordianus, & ipse re vera vir insignis.* Idem.

Ælius Gordianus Gordiani Imperatoris pater & ipse revera vir insignis.] Antiqua scriptura, sic habet: *Ælius Gordianus Gordiani Imperatoris ipsa re viri insignis.* huic loco eximie id nocuisse video, quod aliis sexcentis labem attulit per singulas nempe litteras compendiariam scribendi rationem. sic enim olim apud auctorem fuisse scriptum liquido jurare ausim. *Aut. Gordianus Gordiani Imp. f. & ipse Imp. vir insignis.* hoc est *Antoninus Gordianus Gordiani Imperatoris filius, & ipse imperator vir insignis.* de alio autem aliquo Gordiano somniare, qui illa tempestate vixerit præter hunc Gordianum Imperatorem & Imperatoris filium, non possumus. quare de filio magis quam de patre hæc capiamus, cum pater etiam sub Alexandro fuerit, & apud illum plurimum valuerit, & Proconsul in Africam missus sit, ratio est, quod hunc Gordianum inter Jurisconsultos medium collocat, quasi qui & ipse Jurisconsultus fuerit. hoc de Gordiano filio verum est, quem & præturam urbanam Alexandro auctore tenuisse refert in ejus vita Capitolinus, *in qua prætura tantus Jurisdictionis gratia fuit, ut statim consulatum quem pater fere acceperat mereretur.* *Ælius* autem pro *Antoninus* temere irrepsit, cum scriptum fuisset *Ant.* Salmasius.

Ælius Gordianus, Gordiani Imperatoris pater, &c.] Pal. servat: *Ælius Gordiani Imperatoris ipsa res vir insignis.* Gruter.

2. *Julius Paulus jurisperitissimus, Pomponius legum peritissimus, &c.*] Sequitur in omnibus editionibus catalogus multorum Jurisconsultorum nudo tenus nomine positorum inter consiliarios Alexandri, quorum tamen plures ante Alexandrum non parvo intervallo vixisse certa fides est. sed illos merito non agnoscunt veteres membranæ quibus auctoribus non dubito totum hunc locum sic legere & constituere: *& ut scias qui viri in ejus consilio fuerunt, Fabius Sabinus Sabini insignis viri filius, Cato temporis sui: Domitius Ulpianus jurisperitissimus: Antoninus Gordianus Gordiani imperatoris filius, & ipse imperator vir insignis: Julius Paulus juris peritissimus: Claudius Venatus orator amplissimus: Catilius Severus cognatus ejus vir omnium doctissimus: Ælius Serenianus omnium vir sanctissimus: Quintilius Marcellus quo meliorem ne historiæ quidem continent.* Salmas.

3. *Claudius Venatus orator amplissimus.*] Hunc quoque alibi non invenio. *Casaub.*

Claudius Venatus.] Pal. *Venacus.* fortè *Benacus.* Grut.

4. *Pomponius legum peritissimus.*] Multos hic inter Alexandri consiliarios nominari jurisconsultos, qui ætate longe illum antecesserint, nemini obscurum esse potest, qui in Pandectarum lectione paullò diligentiùs fuerit aliquando versatus. Sed absolvunt culpæ Lampridium veteres membranæ regiæ biblio-

mus, [1] Alphenus, [2] Aphricanus, [3] Florentinus, Martianus, Callistratus, Hermogenes, Venuleius, [4] Triphonius, [5] Metianus, [6] Celsus, Proculus, [7] Modestinus: hi omnes juris professores discipuli fuere splendidissimi Papiniani, & Alexandri imperatoris familiares & socii, ut scribit Acholius & Marius Maximus, [8] Catilius Severus cognatus ejus vir omnium doctissimus, [9] Ælius Serenianus omnium vir sanctissimus, [10] Quintilius Marcellus quo meliorem ne historiæ quidem continent. His tot atque aliis talibus viris quid mali potuit cogitari vel fieri, [11] quum ad bonum consentirent? [12] Et eos quidem malorum cohors depulerat,

bibliothecæ & Puteani: absunt enim omnia hæc à veteribus illis codicibus: *Pomponius legum peritissimus, Alphenus, Aphricanus, Florentinus, Marcianus, Callistratus, Hermogenes, Venulejus, Tryphonius, Metianus, Celsus, Proculus, Modestinus: hi omnes juris professores discipuli fuerunt splendidissimi Papiniani, & Alexandri imperatoris familiares & socii, ut scribit Acholius & Marius Maximus.* Quid igitur dicemus? an hæc omnia pro subditiciis & adulterinis inducenda censebimus? equidem non puto: multi enim in hoc albo continentur Alexandri æquales quorum nomina recensuisse hic Lampridium, non dubito. Sed videamus breviter de singulis quorum hic nomina ponuntur. *Casaub.*

Pomponius legum, &c.] Videtur νοθεῦον: etsi enim non constat satis qua ætate Pomponius vixerit, antiquiorem tamen Alexandri sæculo certum fuisse. *Idem.*

Pomponius legum peritissimus, &c.] Ista hæc & sequentia omnia, usque ad *Catilius Severus*, non comparent in Palatino. *Grut.*

1. *Alphenus.*] Alphenum Varum sæpe leges in Pandectis; sed antiquissimum, Servi Sulpitii discipulum. jure igitur suspectum hoc nomen. *Casaub.*

2. *Aphricanus.*] Et hoc suspectum: imò palam νοθεῦον, nisi ipsius est Lampridii peccatum. de ætate Africani lege quæ scripsit Jacobus Cujacius. *Idem.*

3. *Florentinus, Martianus, Callistratus, Hermogenes, Venulejus.*] Quinque hi inter Papiniani discipulos fuerunt: neque causam video cur eorum nomina debeant esse suspecta. *Idem.*

4. *Triphonius.*] Videtur esse Claudius Tryphonius: vide Cujacium libro septimo Observationum, capite secundo. *Idem.*

5. *Metianus.*] Non alius hoc nomine mihi notus: nisi Volusius Mætianus: quo Magistro usus in jure discendo Marcus Antoninus. *Idem.*

6. *Celsus, Proculus.*] Nisi fuerunt alii cognomines, iis de quibus Pomponius, ineptè hic recensentur. *Idem.*

7. *Modestinus.*] rectè: nam constat sub Alexandro vixisse, & sequentibus etiam principibus. *Idem.*

8. *Catilius Severus.*] Eo nomine & cognomine plures in historia Romana, atque Fastis. *Idem.*

Catilius Severus.] Non dissentit in nomine isto à vulgatis Pal. *Grut.*

9. *Ælius Serenianus.*] Puto verius *Sereianus.* Casaub.

10. *Quintilius Marcellus.*] Esse hunc Marcellum qui Alexandro fuit collega in secundo consulatu. *Idem.*

11. *Quum ad bonum consentirent.*] Vetus editio: *sentirent.* Salmas.

12. *Et eos quidem malorum cohors depulerat qui, &c.*] Melius fortasse Pal. *Et*

pulerat, qui circumvenerant Alexandrum primis diebus, sed prudentia juvenis [1] his malis occisis atque depulsis, amicitia ista sancta convaluit. [2] Hi sunt qui bonum principem suum fecerunt: & item amici mali, [3] qui Romanos pessimos etiam posteris tradiderunt [4] suis vitiis laborantes.

hos quidem malorum cohors depulerat, quæ circumvenerat, &c. Grut.

1. *His malis occisis atque depulsis.*] Palat. non habet duas voces priores, *his malis.* Idem.

2. *Hi sunt qui bonum principem suum fecerunt.*] Lege: *Hi sunt qui bonum principem Syrum, fecerunt.* atque heic finit disputatio quam supra ab his verbis instituerat: *Soles quærere Constantine Maxime, quid sit quod hominem Syrum & alienigenam talem principem fecerit, &c.* definit igitur hoc loco Spartianus bonos amicos & quales superius nominavit, viros sanctissimos, gravissimos, doctissimos, bonum principem, hominem Syrum fecisse; ut contra amicos malos, pessimos principes, homines Romanos posteris tradidisse. *Salmas.*

3. *Qui Romanos pessimos etiam posteris tradiderunt.*] Addit *Romanos*, verba respiciens propositæ à Constantino quæstionis: quid Alexandrum hominem Syrum tam bonum fecisset principem; cùm multi etiam Romani fuissent pessimi. *Casaub.*

4. *Vitiis suis laborantes.*] *Suis*, nempe consiliariorum. transmittunt enim vitia sua mali consiliarii in principes quorum consilia regunt. *Idem.*

[1] JULII CAPITOLINI [*] MAXIMINI DUO, AD CONSTANTINUM AUG.

1 NE fastidiosum esset clementiæ tuæ, Constantine maxime, singulos quosque principes, vel principum

1. JULII CAPITOLINI.] Hucusque Spartianus. superiores enim omnes vitas ab uno Spartiano fuisse conscriptas tam liquido mihi liquet, quam nullum alium præter Spartianum, earum auctorem merito posse videri. Hactenus enim Spartiani excerpta, antiquissima & optimæ notæ: quæ quidem excerpta in Alexandrum Severum desinunt, eumque omnium, quæ præcesserunt vitarum auctorem recte faciunt. Hinc igitur incipit Julius Capitolinus. Eumque ab his duobus Maximinis memoriam vitæ Cæsarum cepisse ubi scilicet desiit Spartianus. quod ex ipso procœmio quivis facile potest intelligere: contestatur enim statim initio, se in unum volumen duos Maximinos congessisse, atque hunc se deinceps ordinem servaturum in exponendis imperatorum vitis, ne fastidiosum esset Constantino, cui hos libros dedicabat singulos quosque principes per singulos libros legere. Sic & tres Gordianos uno etiam libro complexus est: Maximum & Balbinum simul junxit: Valerianos patrem & filium junctim edidit: Gallienos etiam non diversis libris exposuit. à Maximinis ergo ad Triginta Tyrannos, Capitolinus

pum liberos per libros singulos legere, adhibui moderationem qua in unum volumen duos Maximinos, patrem filiumque, congererem. [1] Servavi deinceps ordinem quem pietas tua etiam [2] à Tatio Cyrillo clarissimo viro, qui Græca in Latinum vertit, servari voluit: quod quidem non in uno tantùm libro, [3] sed etiam [4] in plurimis deinceps reservabo: [5] exceptis magnis imperatoribus, quorum res gestæ plures atque clariores, longiorem desiderant textum. Maximinus senior sub Alexandro imperatore enituit. Militare autem sub Severo cœpit. [6] Hic [7] de vico Thraciæ vicino, Barbaro etiam patre & matre genitus, [8] quorum * alter è Gothis, alter ex Alanis, genitus

nus pertexuit multos imperatores, πολύβιβλον συντάγμα unius libri fasce concludens: quem excepit Trebellio qui triginta Tyrannos uno libello edidit, & vitam Claudii imperatoris majore cum cura & studio in litteras digessit. post quem Flavius Vopiscus reliquos imperatores, quorum ultimus Carinus, qui in hoc volumine continentur, descripsit. Atque hæc nostra est de his auctoribus sententia. *Salmas.*

* MAXIMI duo.] Græci & Latini scriptores non aliter ferè istos, quàm Maximinos nominant: Aurelio tamen Victori dicitur uterque GAIVS IVLIVS MAXIMINVS: in veteribus verò inscriptionibus, GAIVS IVLIVS VERVS MAXIMINVS. neque dubitamus studio fecisse hominem superbissimum, dissimulandæ origini Barbaricæ, ut illa tot nomina assumeret. *Casaub.*

1. *Servavi deinceps hunc ordinem, &c.*] Pronomen *hunc* adsertum auctori, volente Palatino. *Grut.*

2. *A Tatio Cyrillo.*] Regius, *Statio Cyrillo.* Casaub.

A Statio Cyrillo.] Sic proximè Palat. nempe *ab Tatio Cyrillo.* Grut.

3. *Sed etiam in plurimis deinceps reservabo.*] Scribe cum regio, *in pluribus.* Ex illis plutibus duo supersunt: unus quo Gordianos tres singulari libro descripsit; alter quo Maximum ac Balbinum. *Casaub.*

4. *In pluribus deinceps.*] Est à codice Regio. nam noster *plurimis*, ut vulgati. *Grut.*

5. *Exceptis magnis imperatoribus.*] Nihil habemus Capitolini, unde id verum appareat. *Salmas.*

6. *Hic de vico Thraciæ vicino, Barbaro etiam patre & matre genitus.*] Lege ex melioribus libris *de vico Thraciæ, vicino Barbaris, Barbaro etiam, &c.* altera lectio falsam sententiam continet. nam vicus ubi natus Maximinus, non Thraciæ fuit vicinus, sed in Thracia. *Casaub.*

Hic de vico Thraciæ vicino, barbaro etiam patre.] Scribendum: *hic de vico Threiciæ vicinæ barbaris, barbaro etiam patre:* vel: *vicino barbaris.* nam vicus ille in quo genitus Maximinus non Thraciæ vicinus fuit, sed plane in Thracia positus. *Threiciæ* pro *Thraciæ.* Salmas.

7. *De vico Thraciæ, &c.*] Palat. ambo *Threiciæ.* Grut.

8. *Quorum alter è Gothis, alter ex Alanis.*] Scribendum, *altera.* de matre enim accipiendum. Iornandes ex Symmacho, *In Thracia natus, à patre Gotho nomine Mecca, matre Alana, quæ Ababa dicebatur.* Casaub.

Quorum alter è Gothis, alter ex Alanis.] Pal. & vetus editio: *Quorum alter è Gothica, &c.* nec vero *alter* in

tus esse perhibetur. [1] Et patri quidem [2] nomen Micea, matri Ababa fuisse dicitur. Sed hæc nomina Maximinus primis temporibus, ipse prodidit, postea verò ubi ad imperium venit, occuli præcepit, ne utroque parente Barbaro
2 genitus imperator esse videretur. [3] Et in [4] primâ quidem pueritia fuit pastor, [5] nonnunquam procer, qui latronibus insidiaretur, & suos ab incursionibus vindicaret. [6] Prima stipendia, equestria huic fuere. Erat enim magnitudine corporis conspicuus, virtute inter omnes milites clarus, forma virili decorus, ferus moribus, [7] asper, superbus, contemptor, sæpe tamen justus. Innotescendi sub Severo imperatore prima hæc fuit causa: Natali Getæ filii minoris, Severus militares dabat ludos, propositis præmiis argenteis,

altera mutandum. subintelligitur enim vox *parens*. & nihil subintelligi necesse est. moris habent Latini, cum de duobus sermo est viro & femina, alterum & alterum enunciari per viri genus. *Salmasius.*

* *Alter è Gothis.*] Uterque Palatinus *è Gothis*. Grut.

1. *Et patri quidem nomen Micea, matri Ababa fuisse dicitur.*] Barbara hæc nomina variè scripta invenio. *Casaubonus.*

Et patri quidem nomen Micea, matri Ababa fuisse perhibetur.] Pro *Micea* habet idem Palatinus, *Micca*. matris etiam nomen aspirant membranæ & scribunt, *Hababa*. Salmas.

2. *Nomen Micea, matri Ababa fuisse dicitur.*] Sic & Pall. nisi quod iidem, *Hababa*. Grut.

3. *Et in prima quidem pueritia fuit pastor, &c.*] Herodianus scribit pastorem initiò fuisse apud suos Thraces montanos: postea verò corporis robore eò provectum, ut ducatum levem inter populares sustineret. ἐπειδὴ δὲς, inquit, αὐτὸν ἀξιόμαχον τὸ σῶμα καὶ ἐπιτήδειον εἰς ἄσκησιν τῆς ἐπιχειρήσεως ἔφαίνετο. claret ex his mens Capitolini hoc loco. *procerem* enim appellat, qui pastorum, ad pugnandum contra latrones adunatorum, ducem ageret. qui in rep. eminent supra cæteros, proceres dicuntur: *οἱ ἐξάρχοι*. *Casaub.*

4. *Prima quidem pueritia fuit pastor, nonnunquam procer qui latronibus insidiaretur.*] Palat. *Prima quidem pueritia fuit pastor, nonnunquam etiam procerte qui latronibus insidiaretur, & suos, ab incursionibus vindicaret.* Lege: *Nonnunquam etiam procerto, qui latronibus insidiaretur.* procerto autem heic nihil aliud significat quam propugnatorem. qui suos vindicabat ab incursionibus latronum, eorumque vim & injuriam propulsabat, *procertationem* vocat. à *procerto*, quod idem est cum propugno. *Salmas.*

5. *Nonnumquam procer, qui latronibus insidiaretur.*] Palatinus uterque, *nonnunquam etiam procerte qui latronibus*, emendarumque in altero, *procer*, & *qui latronibus*, &c. quod probo. *Grut. term.*

6. *Prima stipendia equestria huic fuere.*] Nempe inter eos equites quos Tacitus gregarios vocat, Historiarum libro III. *Casaub.*

7. *Asper, superbus, contemptor.*] *Contemptorem* heic vocat, quem alio loco *moribus asperabilem* dixit. *Salmas.*

1. *Hic*

teis, id est armillis, torquibus & baltheolis. [1]Hic adolescens & semibarbarus, & [2] vix adhuc Latinæ linguæ, propè Threcica, imperatorem publicè petiit ut sibi daret licentiam contendendi cum iis qui jam non mediocri loco militarent. Magnitudinem corporis Severus miratus, primùm eum cum lixis composuit, sed fortissimis quibusque, [3] ne disciplinam militarem corrumperet. Tunc Maximinus XVI. lixas [4] uno sudore devicit, XVI, acceptis præmiis minusculis, non militaribus, jussusque militare. Tertia 3 fortè die quum processisset Severus ad campum, in turba exultantem more barbarico Maximinum vidit, [5] jussitque statim tribuno [6] ut eum coërceret, ac Romana disciplina imbueret. Tunc ille ubi de se intellexit imperatorem loquutum, suspicatus Barbarus & notum se esse principi & inter multos conspicuum, ad pedes imperatoris equitantis accessit. Tum volens Severus explorare quantus in currendo esset, [7] equum admisit multis circuitionibus, [8] & quum

1. *Hic adolescens & semibarbarus.*] Herodiani vocem expressit, μιξοβάρβαρος. *Casaub.*

Hic adolescens & semibarbarus, & vix adhuc Latinæ linguæ.] *Hominem Latinæ linguæ* eleganter appellat qui linguam Latinam callet: sic Græci, ἄνθρωπον ἀμίκτου hominem in cædibus & sanguine versatum. Distingue: *Hic adolescens & semibarbarus, & vix adhuc Latinæ linguæ, propè Threcica imperatorem publicè petiit, ut sibi daret licentiam contendendi, &c.* subaudiendum *lingua*, vix adhuc linguæ Latinæ, propè Threcica lingua imperatorem petit. *Salmas.*

2. *Vix adhuc Latinæ linguæ.*] Proba locutio est *homo Latinæ linguæ*, hoc est, callens Latinam linguam. sic *homo vitiorum omnium*, & passim. sed liber Puteani habet, *Latina lingua*. Quare ita lego, *vix adhuc Latina lingua promtus, propè Threcica imperatorem petiit.* Casaub.

3. *Ne disciplinam militarem corrumperet.*] Hoc est, ne videretur militem quasi athletam cum Maximino commisisse; quod per disciplinam militarem non licebat. *Idem.*

4. *Uno sudore.*] Locutio è media palæstra elegans, & πρὸ ἱδρῶτος. *uno sudore*: id est, priusquam defatigaretur. πρὶν ἀπειπεῖν. *Idem.*

5. *Jussitque statim tribuno eum coërceret, ac Romana disciplina imbueret.*] Legas: *Ut eum coërceret, & ad Romanam disciplinam imbueret.* Salmas.

6. *Ut eum coërceret, ac Romana disciplina imbueret.*] Regius, *coërceret ad Romanam disciplinam & imbueret.* Casaubonus.

Ut eum coërceret, & Romana disciplina imbueret.] Nihil mutaverim; quamvis & Pall. nostri abeant à vulgato, habeantque, *ac Romanam disciplinam imbueret.* Grut.

7. *Equum admisit multis circuitionibus.*] Comparent studiosi cum istis verba Symmachi, non pœnitebit operæ. *Casaub.*

8. *Et quum imperator laborasset.*] Adde ex Pal. *Et quum imperator simul laborasset.*

quum senex imperator laborasset, [1] neque ille à currendo per multa spatia desisset, ait ei, [2] *Quid vis Threcisce? nunquid delectat luctari post cursum?* Tum ille, *Quantum libet,* (inquit) *Imperator.* Post hoc ex equo Severus descendit, & recentissimos quosque ac fortissimos milites ei comparari jussit. Tum ille more solito VII. fortissimos uno sudore vicit, solusque omnium à Severo [3] post argentea præmia torque aurea donatus est, jussusque inter stipatores corporis semper in aula consistere. Hinc igitur factus conspicuus, inter milites clarus, amari à tribunis, à commilitonibus suspici, impetrare ab imperatore quod vellet, [4] locis etiam militiæ [5] à Severo adjutus [6] quum esset adolescens, longitudine autem corporis & vastitate, & forma, atque ocu-
4 lorum magnitudine & candore omnes excellerét. [7] Bibisse autem illum sæpe in die vini capitolinam amphoram constat: [8] comedisse & XL. libras carnis: ut autem Cordus dicit, etiam LX. Quod satis constat, [9] oleribus semper abstinuit, à frigidis propè semper, [10] nisi quum illi potandi necessitas

rassset. quam additionem otiosam non esse, nemo non videt. *Salmas.*

Et cùm Imperator lab.] Pall. auctiores voce, *& cùm senex Imperator lab.* Grut.

1. *Neque ille accurrendo per multa spatia desisset.*] Ne dubita emendare: *neque ille à currendo per multa spatia desisset.* præcessit enim, *tum volens Severus explorare quantus in currendo esset.* Salmas.

2. *Quid vis Threcisce.*] Palatinus: *Thracisce.* sed *Threces* & *Thraces* indiscriminatim auctores dicunt. Threciscum autem θρηϊκιστὶ, qua forma sæpius utuntur scriptores in nationibus appellandis. sic *Syriscus,* pro Syro apud Comicum. *Idem.*

3. *Post argentea præmia.*] Symmachus, *Solus à Cæsare & argenteis præmiis & aureo torque donatus est.* Casaub.

4. *Locis etiam militiæ à Severo adjutus.*] Donatus præposituris locorum militarium. *Idem.*

5. *A Severo adjutus quum esset adulescens.*] Platin. lib. hoc loco habet *peradulescens.* quod est valde adulescens. *Salm.*

6. *Cùm esset per adolescens.*] Debetur Palatinis. editi enim *adolescens* tantum habebant. *Grut.*

7. *Bibisse autem sæpe in die vini Capitolinam amphoram constat.*] Bibit igitur Maximinus una die octies & quadragies tantum, quantum una cœna Augustus, etiam cùm liberaliùs se invitabat. nam ille senos sextantes, sive binos sextarios non excessit, ut scribit Suetonius. Budæus libro de Asse quinto sextarium Romanum comparat cum Parisiensi pinta. *Casaub.*

8. *Comedisse & XL. libras carnis.*] Sive ita legas, sive, ut subjicitur, LX. mediocris tamen erit hæc voratio, præ iis quæ de nobili Phagone refert Vopiscus in Aureliano. *Idem.*

9. *Oleribus semper abstinuit.*] Ut quorum esus firmando corporis robori parum conduceret. *Idem.*

10. *Nisi cùm illi potandi necessitas.*] Sic Pall. ambo, exclusâ voce *esset.* Grut.

1. *Ordi-*

necessitas esset. Sudores sæpe suos excipiebat, & in calices vel in vasculum mittebat, ita ut duos vel tres sextarios sui sudoris ostenderet. Hic diu sub Antonino Caracallo [1] ordines duxit, centuriatus, & cæteras militares dignitates sæpe tractavit. Sub Macrino (quòd eum qui imperatoris sui filium occiderat, vehementer odisset) à militia desiit, & in Thracia in vico ubi genitus fuerat, possessiones comparavit, ac semper cum Gotthis commercia exercuit. Amatus est autem unicè à Getis quasi eorum civis. [2] Alani quicunque ad ripam venerunt, amicum eum donis vicissim recurrentibus approbabant. Sed occiso Macrino cum filio suo, ubi Heliogabalum quasi Antonini filium [3] imperatorem comperit, jam maturæ ætatis ad eum venit, petiitque ut quod avus ejus Severus judicii circa se habuerat, & ipse haberet. Sed apud impurum hominem valere nihil potuit. Nam dicitur cum eo jocatus esse Heliogabalus turpissimè, dicens, *Maximine*, XVI. & XX. & XXX. *milites diceris aliquando lassasse*, [4] *potes tricies cum muliere perficere*. Tum ille ubi vidit infamem principem sic exorsum, à militia discessit, & tamen retentus est per amicos Heliogabali, ne hoc quoque illius famæ accederet quòd virum temporis sui fortissimum, & quem alii *Herculem*, [5] alii *Achillem*, alii *Ajacem* vocabant, à suo exercitu

1. *Ordines duxit, centuriatus & cetera dignitates sæpe tractavit.*] Verba Symmachi quibus eamdem rem memorat, sic emendanda: *ordines duxit, ac sæpe famam factis extendens, inter plures militiæ gradus centuriatus quoque fremitatis suæ pretium tulit.* Ordines ducere, & centurionem esse, tanquam diversa hæc ponuntur à Capitolino & Symmacho, atque ita quidem ut major videatur fuisse centurionis dignitas quam ejus qui ordines duceret. ordinarios tunc videntur vocasse manipulorum ductores. manipulus autem illo tempore, decem tantum militum fuit. quibus qui præerat, manipularius, & ordinarius, vel ordinum ductor dicebatur. Glossæ veteres: πεζαρχῶν, *ordinarius, manipularius.* qui centuriis, centuriones: qui cohortibus, tribuni. *Salmasius.*

Ordines duxit centuriatus.] Pall. duo, *centuriatos.* quod non nimium displicet. *Grut.*

2. *Alani quicunque ad ripam venerunt.*] Scrib. *venerant.* Casaub.

3. *Imperatorem comperit.*] Scripti, *imperare.* Idem.

4. *Potes tricies cum muliere perficere.*] Sic ἐπιτρίβειν Græci. *Salmas.*

5. *Alii Achillem, alii Ajacem.*] Supple ex scripta lectione, *alii Ac. alii Herculem, alii Ai.* Casaub.

Alii Achillem, alii Ajacem.] Sic & P alii.

citu dimoveret. Fuit igitur Maximinus sub homine impurissimo [1] tantùm honore præditus tribunatus, sed nunquam ad manum ejus accessit, nunquam illum salutavit per totum triennium huc atque illuc [2] discurrens. modò agris, modò otio, modò fictis languoribus occupatus est. Occiso Heliogabalo, ubi Maximinus comperit Alexandrum principem nominatum, Romam contendit, quem Alexander miro cum gaudio, mira cum gratulatione suscepit, ut in senatu verba faceret talia: *Maximinus P. C. tribunus cui ego latum clavum addidi, ad me confugit, qui sub impura illa bellua militare non potuit. qui apud divum parentem meum Severum tantus fuit quantum illum fama comperitis.* Statim denique illum tribunum [3] legionis quartæ quam ex tyronibus ipse composuerat, dedit, & eum in hæc verba provexit: *Veteres milites tibi, Maximine mi charissime atque amantissime, idcirco non credidi, quòd veritus sum* [4] *ne vitia eorum sub aliis inolescentia emendare non posses.* [5] *Habes tyrones ad tuos mores, ad tuam virtutem, ad tuum laborem: eos fac militiam addiscere, ut mihi multos Maximinos Reip. optabiles solus efficias.* Accepta igitur legione, statim eam exercere cœpit. Quinta quaque die jubebat [6] milites decurrere, simulacra

& Pall. sine illo adhuc quorundam mss. *alii Hecclorem.* Grut.

1. *Tantum honore tribunatus.*] Sic uterque Palat. ejectâ voce *præditus*, quæ præterea adest vulgo editis. *Idem.*

2. *Discurrens; modò agris, modò otio, modò fictis languoribus occupatus est.*] Abjectâ vocula *est*, resultaret lectio melior; tali utique distinctione: *salutavit, per totum triennium huc atque illuc discurrens, modò agris, modò otio, modò fictis languoribus occupatus.* Idem.

3. *Legionis quartæ quam ex tironibus ipse composuerat.*] Videtur hæc legio prioribus quas describit Dio, ab Alexandro adjecta. nam aliud est *componere legionem*, aliud numeros supplere. *Casaub.*

4. *Ne vitia eorum sub aliis inolescentia.*] Participio præsenti, dat significationem præteriti temporis: quo Latina lingua caret. *Idem.*

5. *Habes tirones ad tuos mores, ad tuam virtutem, ad tuum laborem.*] Vitiosissimus hic locus ab interpunctione, quem sic sanabis licet: *veteres milites tibi Maximine mi carissime atque amantissime idcirco non credidi, quod veritus sum, ne vitia eorum sub aliis inolescentia emendare non posses. Habes tirones, ad tuos mores, ad tuam virtutem, ad tuum laborem eos fac militiam addiscere, ut mihi multos Maximinos Reip. optabiles solus efficias.* Salmas.

6. *Milites decurrere, simulacra bellorum agere.*] Simulacra bellorum agebant milites in illa prolusione, quam armaturam dixerunt recentiores, & armaturæ exercitium, quod milites armati sub signis decurrerent, & veram pugnæ

lacra bellorum agere: gladios, lanceas, loricas, galeas, scuta, tunicas, & omnia arma illorum [1] quotidie circumspicere: [2] calceamenta quinetiam ipsa prospiciebat, [3] prorsus ut se parem militibus præberet. Sed quum eum quidam tribuni reprehenderent, dicentes, *Quid tantum laboras, quum ejus loci jam sis, ut ducatum possis accipere?* dixisse fertur, *Ego verò quo major fuero, tanto plus laborabo.* [4] Exercebat cum militibus [5] ipse luctam, quinos, [6] senos, & septenos [7] jam grandævus ad terram prosternens. Denique invidentibus cunctis, quum quidam tribunus superbior, magni corporis, virtutis notæ, atque ideo ferocior ei dixisset, [8] *Non magnam rem facis si tribunus tuos milites vincis:* Ille ait, *Visne congrediamur?* Quumque adversarius annuisset, venientem contra se palma in pectus percussum supinum rejecit, & continuò dixit, *Date alium, sed tribunum.* Erat præterea (ut refert Cordus) magnitudine tanta, [9] ut octo

pugnæ simulacra ederent. Vide Vegetium. *Idem.*

Milites decurrere, simulacra bellorum agere.] Palat. *decurrere, inse simulacra bell.* non improbem. *Grut.*

1. *Quotidie circumspicere.*] Circumspiciebat: non enim pendet à verbo *jubebat.* Casaub.

2. *Calceamenta quinetiam ipsa prospiciebat.*] Melius: *Calciamenta quinetiam ipse prospiciebat.* pro *prospiciebat.* Salmas.

3. *Prorsus ut se parem militibus præberet.*] Exemplo, quod efficacissimum docendi genus est, ad omnia præibat, quæ militibus imperaret. *Casaub.*

Prorsus ut se parem militibus præberet.] Legend. ex opt. Palat. *calceamenta quinetiam ipse prospiciebat: prorsus autem patrem se militibus.* hæc enim tam anxia de militibus Maximini cura, patris eum loco apud milites haberi viderique faciebat *Salmas.*

Prorsus ut se parem militibus præberet.] Nihil plane præcessit, quo paritas isthæc exprimeretur. cura tantum ejus & diligentia narrata fuit. & verò cum esset in Palatino; *prorsus ut autem patrem militibus præb.* videat lector, an illud *parem* non possit augeri litterâ. porrò Excerpta Palatina heic jam finiunt. itaque non est, quod eorum quis testimonium deinceps requirat. *Grut.*

4. *Exercebat cum militibus ipse luctam.*] *Exercebat cum militibus ipse luctamina.* Pal. & vetus editio. *Salmas.*

5. *Ipse luct.m.*] Pal. *luctamina.* Grut.

6. *Senos & septenos grandævus.*] Non agnoscit Pal. noster aliorum, *idem quindenos jam grandævus, &c.* quod vix vel ideo ferain, quia numerus non adscendat gradatim. *Idem.*

7. *Jam grandævus.*] Scripti, *idem quindenos.* Casaub.

8. *Non magnam rem facis si tribunus tuos milites vincis.*] Ad gratiam tribuno suo cedentes, & ἐθελοκακοῦντας. *Idem.*

9. *Ut vêlo pedes digito videretur egressus.*] De hac statura diximus ad Suetonii librum tertium cap. XXVIII. Observa locutionem, *videretur egressus*, id est egrederetur, sic passim in his scriptoribus. Lampridius in Alagabalo: *serica vestis tunc in raritate videbatur & honore,* pro erat. *Idem.*

Ut

octo pedes digito videretur egressus: [1]pollice ita vasto [2]ut uxoris dextrocherio uteretur pro annulo. Jam illa propè [3]in vulgi ore sunt posita, quòd hamaxas manibus attraheret, rhedam onustam solus moveret: equo si pugnum dedisset, dentes solveret: si calcem, crura frangeret: [4] lapides tophicios friaret, arbores teneriores scinderet. Alii denique eum *Crotoniatem Milonem*, alii *Herculem*,
7 [5]*Antæum* alii vocant. His rebus conspicuum virum Alexander, magnorum meritorum judex, in suam perniciem [6]omni exercitui præfecit, gaudentibus cunctis ubique tribunis, ducibus, & militibus. Denique totum ejus exercitum qui sub Heliogabalo mag aex parte torpuerat, ad suam

Ut octo pedes digito videretur egressus.] Valde mihi sit verisimile cum doctiss. Casaubono. scriptum prius fuisse: *ut octo pedes digitis* VI. *videretur egressus*. numerus autem ille VI. facile potuit absorberi similitudine prioris syllabæ sequentis vocabuli *videretur*, quod ab iisdem litteris incipit. pedem vero heic intelligit Italicum Capitolinus, non regium aut Alexandrinum. at pes Italicus tredecim digitos habebat & trientem. cum enim in Juniore Maximino dixerit staturam ejus fuisse pedum octo & prope semis, heic scribit octo pedes cum digitis sex excessisse. cui mensuræ si dimidium pedis & trientis semissem addas, octo pedes & semissem habebis integrum. *Salmas.*

Ut octo pedes digito videretur egressus.] Sic Pal. aliter tamen de proceritate ejus loquitur in vita filii c. 1. *Grut.*

1. *Pollice ita vasto, ut uxoris dextrocherio uteretur pro annulo.*] Uxoris Maximini alibi Capitolinus non meminit: quæ tamen digna fuit matrona cujus nomen in literas mitteretur: quod studiosè factum ab Ammiano fuerat in libris qui perierunt, ut ipse testatur libro XIV. *Dextrocherium* armillarum species est. Solebant sæpe veteres non in utroque brachio, sed altero tantùm has gestare: interdum lævo, interdum dextro, ut nomen hoc declarat dextrocherium, quasi δεξιόχειριον. & brachium enim χεὶρ ὸς appellatione Græci aliquando complexi sunt. *Casaub.*

2. *Ut uxoris dextrocherio uteretur pro annulo.*] *Dextrocherium*, vox à Græcis ex Græca & Latina composita, postea Latinis quoque usurpata: *dextrale* autem pro dextrocherio Latini quoque dixerunt. *Salmas.*

3. *In vulgi ore sunt posita.*] Sic & Pal. non, *in elogio sunt posita*: quod tamen haud omninò spreverim. *Grut.*

4. *Lapides tophicos friaret.*] Melius scripti, *tophinos*. vel scribe, *tophaceos*. Casaub.

Lapides tophicios friaret.] Nihil variant nostri libri. *ficare* autem pro *friare* exhibet editio princeps. *ficare* & *friare* idem. *Salmas.*

Lapides tophicios friaret.] Ita & Pal. sed à manu non nimis antiqua, quod scilicet linea tota & amplius excidisset, negligentia librarii. *Grut.*

5. *Antæum alii vocant.*] Scripti melius, *vocarent*. Casaub.

Antæum alii vocant.] Eadem editio; *vocarent. forte, vocarunt*. Salmas.

6. *Omni exercitui præfecit.*] Hoc nusquam Herodianus: & puto vix esse verum. sic tamen & Aurelius Victor. *Casaub.*

1. *Maxi-*

ſuam militarem diſciplinam retraxit. Quod Alexandro, ut diximus, optimo quidem imperatori, ſed tamen cujus ætas ab initio contemni potuerit, graviſſimum fuit. Nam quum in Gallia eſſet, & non longè ab urbe quadam caſtra poſuiſſet, ſubitò immiſſis militibus, ut quidam dicunt, ab ipſo, ut alii, à tribunis barbaris, Alexander ad matrem fugiens interemptus eſt, Maximino jam imperatore appellato. Et cauſam quidem Alexandri interimendi alii aliam fuiſſe dicunt. Quidam enim Mammæam dicunt auctorem fuiſſe ut filius deſerto bello Germanico Orientem peteret, atque ideo milites in ſeditionem prorupiſſe. Quidam, quòd ille nimis ſeverus eſſet, & voluiſſet ita in Gallia legiones exauctorare, ut exauctoraverat in Oriente. Sed 8 occiſo Alexandro, [1] Maximinus primùm è corpore militari, & nondum ſenator, ſine decreto ſenatus, Auguſtus ab exercitu appellatus eſt, filio ſibimet in participatum dato: de quo pauca quæ nobis ſunt cognita, mox dicemus. Maximinus autem ea fuit ſemper aſtutia [2] ut milites non ſolùm virtute regeret, ſed etiam prœmiis & lucris ſui amantiſſimos redderet. [3] Nunquam annonam cujuſpiam tulit. [4] Nunquam fuit qui in exercitu faber, aut alterius rei (ut plerique ſunt) artifex eſſet. [5] ſolis venationibus legiones frequen-

1. *Maximinus primùm è corpore militari, &c.*] Accedet lux aliqua ſententiæ, ſi ſcribas *primus*. nam ea mens. etſi equidem non video quid hic ſit adeò ſingulare, & quod ante in Opilio Macrino non eſſet factum. Vide & Aurelium. *Idem.*

2. *Ut milites non ſolum virtute regeret.*] Pal. omiſit dictionem *ſolum*. & abeſſe poterat, utpote quæ ſatis ſubintelligeretur. *Grut.*

3. *Nunquam annonam.*] Scripti, *nunquam ille annonam.* Caſaub.

Nunquam ille annonam.] Ita & Pal. *Grut.*

4. *Nunquam fuit qui in exercitu faber.*] Quaſi fabrilis opera & omne artificium militem Rom. dedeceret: quod veterum diſciplina aliter fuerat conſtitutum. *Caſaub.*

Nunquam fuit qui in exercitu faber, aut alterius rei, &c.] Scribendum; *numquam fuit quis in exercitu faber, aut alterius rei, ut plerique ſunt, artifex, ſed ſolis venationibus legiones frequenter exercebat.* Salmaſ.

Numquam fuit qui in exercitu faber, &c.] Pal. malle videtur, *quis in exercitu miles faber, &c.* non pejus, ſi non melius. maluiſſem tamen reponi: *numquam tulit ut quis in exercitu miles faber, &c.* Grut.

5. *Solis venationibus legiones frequenter exercebat.*] Pal. *exercens*; quod ſi admittimus, nota periodi tollenda, ut iſthæc adhuc pendeant à ſuperioribus. *Idem.*

1. *Ut*

frequenter exercebat. Sed inter has virtutes tam crudelis fuit [1] ut illum alii *Cyclopem*, alii *Busiridem*, alii *Scironem*, nonnullii *Phalarim*, multi [2] *Typhonem*, vel *Gygem* vocarent. Senatus eum tantum timuit ut vota in templis publicè privatimque mulieres etiam cum suis liberis facerent, ne ille unquam urbem Romam videret. [3] Audiebat enim alios in crucem sublatos, [4] alios animalibus nuper occisis inclusos, alios feris objectos, alios fustibus elisos, atque omnia hæc sine delectu dignitatis, quum videretur disciplinam velle regere militarem, [5] cujus exemplo civilia etiam corrigere voluit: quod non convenit principi qui velit diligi. Erat enim ei persuasum, *nisi crudelitate imperium non teneri.* Simul & verebatur [6] ne propter humilitatem generis barbarici [7] à nobilitate contemneretur. Meminerat præterea se Romæ etiam à servis nobilium contemptum esse, [8] ita [9] ut ne à procuratoribus quidem eorum videretur. [10] Et ut se habent stultæ opiniones, [11] tales eos

1. *Ut illum alii Cyclopem, alii Busiridem.*] Sic restitue: *ut illum alii Cyclopem, alii Busirem, alii Scirona, nonnulli Phalarem, multi Typhona, vel gigantа vocarent.* Salmas.

2. *Typhonem, vel Gygem.*] Hesiodus de Cæli & Telluris filiis gigantibus: Typhon ἑκατογκέφαλος ex Græcis poëtis notus. *Casaub.*

3. *Audiebat enim.*] Scribe, *Audiebant enim.* cum libris. *Idem.*

Audiebat enim eos.] *Audiebant enim eos.* ita libri, & melius. *Salmas.*

Audiebant enim alios in crucem sublatos, &c.] Sic & Pal. nam editi prius, *Audiebat.* Grut.

4. *Alios animalibus nuper occisis inclusos.*] Lege vitam Opilii Macrini. *Casaub.*

5. *Cujus exemplo civilia etiam corrigere voluit.*] Membranæ, *c. e. etiam civilia regere voluit.* Idem.

6. *Ne propter humilitatem generis barbarici à nobilitate, &c.*] Consentit & in hanc lectionem Pal. *Grut.*

7. *A nobilitate contemneretur.*] Hæc lectio regii, cui assentiuntur & Puteani. perspicuè: etsi vulgatam aliter poteramus concinnare, non ineptè: sic, *ne propter humilitatem generis à barbarica novitate contemneretur.* Casaub.

8. *Ita ut ne à procuratoribus quidem eorum videretur.*] Cave mutandum censeas istud *videretur* cum doctissimo viro. proprium enim huic officio verbum. nam videri imperatores & alii proceres dicebantur, quibus quotidie matutinæ salutationes officium exhibebant clientes sui. *Salmas.*

9. *Ut ne à procuratoribus quidem eorum videretur.*] Scribend. *adiretur.* Casaub.

10. *Et ut se habent stultæ opiniones.*] Nihil mutandum: nisi *stultorum* malis quàm *stultæ.* Idem.

11. *Tales eos contrà sperabat futuros.*] Membranæ, *contra se.* optimè. *contra*, pro erga vel adversum. *sperare*, pro *desiderare. Idem.*

Tales eos contra se sperabat futuros.] Illud *se* est à codice Regio. *Grut.*

I. Tan-

eos contrà sperabat futuros, quum jam imperator esset. [1] *Tantum valet conscientia degeneris animi.* Nam ignobilitatis 9
tegendæ causa omnes conscios generis sui interemit: [2] nonnullos etiam amicos qui ei sæpe misericordiæ ac pietatis causa pleraque donaverant. Neque enim fuit crudelius animal in terris: omnia sic in viribus suis ponens quasi non posset occidi. Denique quum immortalem se propè crederet [3] ob magnitudinem corporis sui virtutisque, mimus quidam in theatro præsente illo dicitur [4] versus Græcos dixisse, quorum hæc erat Latina sententia:

Et qui ab uno non potest occidi, à multis occiditur.
[5] *Elephas grandis est, & occiditur:*
[6] *Leo fortis est, & occiditur:*
Tigris fortis est, & occiditur:
Cave multos, si singulos non times.

Et hæc imperatore ipso præsente jam dicta sunt. Sed quum Maximinus interrogaret amicos [7] quid [*] mimicus scurra

1. *Tantum valet conscientia degeneris animi.*] Ideo clebratum apud Græcos proverbium:

Ἀφόρητος ἐστὶ δύναμις μαστιγίας.

cujus & Dio meminit historia LVIII. *Casaub.*

2. *Nonnullos etiam amicos qui sæpe misericordiæ ac pietatis causa donaverant.*] Lege, *nonnullos etiam amicos qui ei sæpe misericordia, paupertatis causa, donaverant.* liceat etiam ex Palatino legere, *qui ei sæpe misericordiæ ac paupertatis causa pleraque donaverant.* paupertas Maximini, cum primum Romam venit, ea fuit, ut liberalitatem quorumdam amicorum provocaverit, qui misericordia mori pleraque ei donaverunt, quos tamen postea interemit, ut paupertatis olim suæ conscii non exstarent, ut nec exstare voluit ignobilitatis. *Salmas.*

3. *Ob magnitudinem corporis sui virtutisque minus.*] Lege, *ob m. c. virtutisque, minus quidam in th.* sequitur, *interrogaret quid minus scurra dixisset.* Casaubonus.

Ob magnitudinem corporis sui virtutisque minus quidam in theatro.] Ita disertè erat à manu emendatrice in Pal. cum prius fuisset *minus.* Grut.

4. *Versus Græcos dixisse.*] Similis elegantiæ venustate compositum est epigramma de Chatino apud Martialem libro primo. *Casaub.*

5. *Elephas grandis est & occiditur.*] Non dissimile illud Sophoclis de bove, in Ajace:

Μίγας ἢ πολυφὸς βοῦς, νέαν σφιγκτῆς ὕφαν

Μάσυγ' ὀρθὸς εἰς ὀδὸν παρδίτιν. *Idem.*

6. *Leo fortis est & occiditur.*] Proverb. *Culex leonis oculi pupillam fodit.* Idem.

7. *Quid minus scurra dixisset.*] Palat. *Quid mimicus scurra dixisset.* variæ illis temporibus vocis *scurra* significationes. nam & scurræ pro famulis & protectoribus dicebantur, ut superius animadvertimus. ut illum autem deputarent qui in scena agit, *mimicum scurram* appellarunt. ita scurras mima-

scurra dixisset, dictum est ei quòd antiquos versus cantaret contra homines asperos scriptos, & ille, ut erat Thrax & barbarus, credidit. Nobilem circa se neminem passus est, [1] prorsus ut Spartaci [2] aut Athenionis exemplo imperaret. [3] Præterea omnes Alexandri ministros variis modis interemit. Dispositionibus ejus invidit. Et dum suspectos habet amicos ac ministros ejus, crudelior factus est. [4] Quum esset ita moratus ut ferarum more viveret, tristior & immanior factus est factione Magni cujusdam consularis viri contra se parata: qui [5] cum multis militibus & centurionibus ad eum confodiendum consilium inierat, quum in se imperium transferre cuperet. [6] Et genus factionis fuit tale. Quum ponte juncto in Germanos transire Maximinus vellet, [7] placuerat ut contrarii cum eo transirent, pons postea solveretur, [8] ille in barbarico solo circumventus occideretur, imperium Magnus arriperet. [9] Nam omnia cœperat agere, & quidem fortissimè, [10] statim ut factus imperator, peritus utpote rei militaris,

rios dixit in Vero Spartianus. *Salmasius.*

Quid mimus scurra dixisset, &c.] Pal. *mimicus scurra.* Grut.

* *Mimus scurra.*] Scribendum *mimicus.* Casaub.

1. *Prorsus aut Spartaci.*] *Spartici* Pal. & princeps editio. *Salmas.*

2. *Aut Athenionis.*] Athenio enim dux non obscuræ famæ servorum fugitivorum, qui in Sicilia aliquando rebellarunt. *Casaub.*

Aut Athenionis exemplo imperaret.] Legendum: *nobilem circa se neminem passus est. prorsus aut Spartaci aut Athenionis exemplo imperabat.* Salmas.

3. *Præterea omnes Alexandri ministros variis modis interemit.*] Narrat Herodianus: atque in his multi fideles Christiani occisi, quos in ministerio suo habuit Alexander. *Casaub.*

4. *Cùm esset ita moratus ut ferarum more viveret.*] Θεραπεύης ἦν τὸ ἦθος. *Idem.*

5. *Cum multis militibus & centurionibus.*] Suspicari licet deesse membrum unum, *& senatoribus.* Idem.

6. *Et genus factionis fuit tale.*] Ad verbum ex Græco, καὶ ἦν συνεκροτημένη τοιαύτη τις ἐπίθεσις κατ' αὐτοῦ. Addit Capitolinus, *cùm ponte juncto in Germaniam transire Maximinus vellet.* Idem.

7. *Placuerat ut contrarii, &c.*] *Contrarii* dixit pro conjurati. At Turnebus emendabat *contarii. οἱ κατ' αὐτοῦ ἐφεδροι. Idem.*

8. *Ille in barbarico circumventus.*] Ita libuit scribere cum Palatino, ejecta voce quæ in aliis edd. *in barbarico solo circumventus.* Grut.

9. *Nam omnia cœperat agere.*] Nempe Maximinus, non Magnus. *Casaub.*

Nam omnia bella cœperat.] Ita quoque Pal. cum voce *bella*, quam malè excluserant impressi. *Grut.*

10. *Statim ut factus imperator, peritus utpote rei militaris.*] Id est, qui sciret ideo se factum imperatorem, quia esset rei militaris peritus. *Casaub.*

1. *Quare*

taris, volens existimationem de se habitam tenere, & ante omnes Alexandri gloriam, quem ipse occiderat, vincere. [1] Quare imperator etiam in exercitio quotidie milites detinebat. [2] Eratque in armis ipse magnus exercitio, & corpore multa semper ostendens, & istam quidem factionem Maximinus ipse finxisse perhibetur, ut materiam crudelitatis augeret. Denique [3] sine judicio, sine accusatione, sine delatore, sine defensione omnes interemit, omnium bona sustulit: & plus IIII. millibus hominum occisis, se satiare non potuit. [4] Fuit etiam sub eodem factio, desciscenti- II
bus sagittariis Osdroenis ab eodem ob amorem Alexandri & desiderium, quem à Maximino apud eos occisum esse constabat, nec aliud persuaderi potuerat. [5] Denique etiam ipsi Tycum ex suis sibi ducem atque imperatorem fecerunt,, quem Maximinus privatum jam dimiserat: quem quidem & purpura circundederunt, regioque apparatu ornarunt, [6] & quasi sui milites obsepserunt. & invitum quidem. Sed hic Tycus [7] dormiens domi suæ ab uno ex amicis

1. *Quare imperator etiam in exercitio quotidie milites detinebat.*] Ἀσκῶν τε ἐν τῷ γυμνάζων τοὺς στρατιώτας ἐ διλιτεν. Her. *Idem.*

2. *Eratque in armis ipse magnus in exercitio, & corpore multa semper ostendens.*] Hæc sunt corrupta. Lego: *eratque in armis ipse, manu exercitui & corpore multa semper ostendens.* Non semel notamus in his libris *ostendere* Græco more positum pro ἴσχυα ἀποδεικνύειν, ita hic: vel pro διδάσκειν, & exemplo ptæire. *Idem.*

Eratque in armis ipse magnus exercitio & corpore.] Sic lege & distingue: *quare imperator etiam in exercitio quotidie milites detinebat, eratque in armis ipse, manu, exercitui, & corpore multa semper ostendens.* quorum verborum hæc erit sententia: Maximinum etiam imperatorem, non secus atque Tribunum milites in exercitio quotidie detinuisse, eisque in exercitio militari semper præiviisse, cum ipse armidoctoris cujusdam more, & in armis esset & multa manu & corpore militibus semper ostenderet & monstraret. *Salmas.*

Eratque in armis ipse magnus exercitui & corpore, &c.] Sic & Pal. non ut editi *magnus exercitio:* adeo ut nihil sit verosimilius legendum adhuc cum Casaubono, *manu exercitui, &c.* Grut.

3. *Sine judicio, sine accusatione, &c.*] Μήτε κρίσεως τινὸς μεθ' ὧν, μήτε ἀπολογίας. *Casaub.*

4. *Fuit etiam sub eodem factio, desciscentibus sagittariis Osdroenis ab eodem.*] Et hæc narratio tota ex Herodiano est. ἐχρήσατο δὲ καὶ τοξόταις Ὀσδρωηνῶν τισὶν ἀπίστοις. *Idem.*

5. *Denique etiam ipsi Tycum, &c.*] Pal. *Ticum* hic legit. an *Titum* reponemus, ut apud Pollionem nominatur. *Salmas.*

6. *Et quasi sui milites obsipserunt.*] Pal. & vet. ed. *obsæpierunt.* Idem.

7. *Dormiens domi suæ.*] Tentorium vocat domum militis. Herod. ἐν τῇ σκηνῇ κοιμώμενον. *Casaub.*

amicis suis interfectus est, qui sibi doluit illum esse præpositum, [1] Macedonio nomine, qui eum Maximino prodidit, quique caput ejus ad imperatorem detulit. Sed Maximinus primò ei gratias egit, postea tamen ut proditorem odio habuit, & occidit. His rebus in dies immanior fiebat, ferarum more quæ vulneratæ magis exulcerantur. Post hæc transiit in Germaniam [2] cum omni exercitu, & Mauris, & Osdroenis, & Parthis, & omnibus quos secum Alexander ducebat ad bellum. Et ob hoc maximè orientalia secum trahebat auxilia, quòd nulli magis contra Germanos quàm expediti sagittarii valent. [3] Mirandum autem apparatum belli Alexander habuit, cui Maximinus
12 multa dicitur addidisse. [4] Ingressus igitur Germaniam Transrhenanam, [5] per ccc. vel cccc. millia barbarici soli vicos incendit, greges abegit, prædas sustulit: barbarorum plurimos interemit, militem divitem reduxit: cepit innumeros. [6] & nisi Germani per amnes & paludes & sylvas confugissent, omnem Germaniam in Romanam ditio-

1. *Macedonio nomine.*] Scribe, *Macedone nomine.* Herod Μακεδὼν ὦ ὄνομα αὐτῷ. confer & quæ sequuntur. *Idem.*

Macedonio nomine.] Macedonem vocat Herodianus. non propterea tamen heic *Macedone* legerim, cum sciam in istis nominibus enunciandis Græcos & Latinos pariter variare. *Salmasius.*

Macedonio nomine.] Sic & Palatinæ membranæ. *Grut.*

2. *Cum omni exercitu & Mauris & Osdroenis.*] Non primus Alexander in exercitu habuit. nam apud Hyginum Gromaticum de Castrametatione, inter auxilia legimus, Mauros equites DC. Pannonios veredarios CCCC, Palmirenos n. Getacos, Dacos, Cantabros, Brittones. *Salmas.*

3. *Mirandum autem apparatum belli Alexander habuit, &c.*] Vide Herodian. *Casaub.*

4. *Ingressus igitur Germaniam Transrhenam.*] Herod. ἐμβαλὼν δ' ἐς τὴν πολεμίαν Μαξ. compara totum locum. tamen Capitolinus non omnia sumit ab Herodiano. *Idem.*

5. *Per* ccc. *vel* cccc. *millia barbarici soli vicos incendit.*] Legendum censeo *per triginta, vel quadraginta millia.* illa enim millium summa nimis immanis mihi videtur. sed in epistola Maximini ad hanc mensuram revocanda sunt illa quadringenta quæ ibi leguntur, millia. plane enim eo loci scriptum offendimus in Palatino, *per quadraginta & quinquaginta millia Germanorum vicos incendisse.* Salmas.

6. *Et nisi Germani per amnes & paludes & sylvas confugissent.*] Placet lectio Palat. *Et nisi Germani per amnes & paludes ad sylvas confugissent, totam Germaniam in ditionem redegisset:* per amnes enim Germani & paludes, ut potè nandi periti, ad sylvas confugiebant, quo illos sequi persequique Romanus miles non poterat. *Idem.*

1. *Nisi*

ditionem redegisset. Ipse præterea manu sua multa faciebat, quum etiam paludem ingressus circumventus esset à Germanis, [1] nisi eum equo inhærentem sui liberassent. [2] Habuit enim hoc barbaricæ temeritatis, ut putaret imperatorem manu etiam sua semper uti debere. Denique quasi navale quoddam prælium in palude fecit, plurimosque illic interemit. Victa igitur Germania, literas Romam ad senatum & ad populum misit, se dictante conscriptas, quarum sententia hæc fuit: *Non possumus tantum P. C. loqui quantum fecimus.* [3] *Per* CCCC. *millia Germanorum vicos incendimus, greges abduximus, captivos abstraximus, armatos occidimus, in palude pugnavimus.* [4] *Pervenissemus ad sylvas nisi altitudo paludum nos transire non permisisset.* Ælius Cordus dicit, hanc omnino ipsius orationem fuisse: quod credibile est. Quid enim in hac est quod non posset Barbarus miles? qui pari sententia, & ad populum scripsit, sed majori reverentia, idcirco quòd senatum oderat, à quo se contemni multum credebat. Jussit præterea tabulas pingi ita ut erat bellum ipsum gestum, & ante curiam proponi, [5] ut facta ejus pictura loqueretur: quas quidem tabulas post mortem ejus senatus [6] & deponi jussit & exuri.

[1] Fue-

1. *Nisi eum equo inhærentem sui liberassent.*] Cum equo suo in palude hærebat, ibique circumventus tenebatur à Germanis. scribendum igitur: *quum etiam paludem ingressus circumventus esset à Germanis, nisi cum equo suo inhærentem sui liberassent.* Idem.

2. *Habuit enim hoc Barbaricæ temeritatis, ut putaret imperatorem manu et.*] Hic quoque Maximino æquior est Herodianus quàm Capitolinus: cui videtur religio fuisse aliquid in eo homine laudare, quem propter crudelitatem satis nemo posset detestari. *Casaub.*

3. *Per* CCCC. *millia Germanorum vicos incendimus.*] In Palatino: *per quadraginta quinquaginta millia.* lege: *per quadraginta & quinquaginta millia.* Salmasius.

4. *Pervenissemus ad sylvas nisi altitudo nos paludum transire non permisisset.*] *Non permittere* pro *vetare.* per paludes autem & fluvios ad sylvas confugerant Germani, quo illos sequi non poterat Maximini milites, non æque nandi periti ut Germani. *Idem.*

5. *Ut facta ejus pictura loqueretur.*] Ἵνα μὴ μόνον ἀκούειν τὰ γεγραμμένα, ἀλλὰ, καὶ βλέπειν ἔχωσι Ρ'ωμαῖοι. de hoc more supra ad Pescennium. *Casaubonus.*

Ut facta ejus pictura loqueretur.] Symmachus:

Si pictura tacet fasces, tu respice fastos.

Salmas.

6. *Et deponi jussit & exuri.*] Herodianus tantùm, καθαιρεῖν ἢ συγκλυτοῦν. *Casaub.*

13 [1] Fuerunt & alia sub eo bella plurima, [2] ex quibus semper primus victor revertit, & cum ingentibus spoliis atque captivis. Extat oratio ejusdem missa ad senatum, cujus hoc exemplum est: *Brevi tempore P. C. tot bella gessi quot nemo veterum. Tantum prædæ in Romanum solum attuli quantum sperari non potuit. Tantum captivorum adduxi ut vix sola Romana sufficiant.* Reliqua orationis verba non sunt ad rem necessaria. [3] Pacata Germania Syrmium venit, [4] Sarmatis inferre bellum parans atque animo habens, concupiens usque ad Oceanum septentrionales partes in Romanam ditionem redigere: quod feciſſet, si vixiſſet, ut Herodianus dicit Græcus scriptor, [5] qui ei (quantum videmus) in odium Alexandri plurimùm favit. Sed quum Romani ejus crudelitatem ferre non possent, quòd delatores evocaret, accusatorem immitteret, crimina fingeret, innocentes occideret, damnaret omnes quicunque in judicium veniſsent,

1. *Fuerunt & alia sub eo bella plurima.*] Capitolinus qui maluit loqui cum Maximino homine semibarbaro, quàm sequi Herodianum, pessimo Latinitatis exemplo *bella* dixit pro prælia. *Idem.*

2. *Ex quibus semper primus victor revertit.*] Quid est *primus victor*? Ego non dubito locum esse corruptum. scriptum erat, *semper Max victor rev.* imperitè scripserunt ut est editum: cùm sit legendum, *semper Maximinus victor rev.* sententia est ex Herodiano. *Idem.*

3. *Pacata Germania Sirmium venit Sarmatis inferre bellum parans.*] Hiemavit in Pannoniæ urbe maxima Sirmio; necessaria ad expeditionem in proximum ver parans. *Idem.*

4. *Sarmatis inferre bellum parans atque in animo habens, concupiens usque ad Oc.*] Sic & membranæ omnes. videtur tamen otiosum verbum *concupiens*. Idem.

Sarmatis inferre bellum parans atque animos habens, concupient.] Legendum: *pacata Germania Syrmium venit Sarmatis inferre bellum parans, atque animo concupiens usque ad Oceanum septentrionales partes in Romanam ditionem redigere.* nec aliter editio vetus, quam si consuluisset vir doctissimus, aliter de hoc loco pronuntiasset. *Salmas.*

Sarmatis inferre bellum parans atque in animo habens, &c.] Pal. noster non agnoscit illud *habens*. sed enim cùm restet in aliis mss. non dubium est, quin *habens* notat *avens*; & *concupiens*, illud natum sit à glossa. *Gron.*

5. *Qui ei, quantum videmus, in odium Alexandri plurimùm favit.*] Duo hic objiciuntur scriptori optimo: quòd Alexandrum oderit, Maximino faverit. Unde colligi potuerit amor Herodiani in Maximinum, in ejus historia nihil invenio: at in Alexandrum odium ex narratione de bello Persico & Germanico, sine dubio Capitolinus collegit. sic enim tota expeditionem illarum historia Herodiano texitur, ut gloriam nullam, ignominiam verò nonnullam ex utroque bello, maximè autem Persico, princeps alioquin laude dignissimus reportaret. *Casaub.*

1. *Ex*

sent, [1] ex ditissimis hominibus pauperrimos faceret, nec aliunde nisi malo alieno pecuniam quæreret: [2] deinde sine delicto consulares viros & duces multos interimeret, [3] alios Scythicis vehiculis exhiberet, alios in custodia detineret, nihil denique prætermitteret [4] quod ad crudelitatem videretur operari: contra eum defectionem pararunt. Nec solùm Romani, sed, quia & in milites sæviebat, exercitus qui in Africa erat subita & ingenti seditione Gordianum senem, virum gravissimum qui erat proconsul, imperatorem fecerunt: cujus factionis hic ordo fuit.

1. *Ex ditissimis hominibus pauperrimos faceret.*] Acriùs hæc queritur Herod. Cerneres, ait, diebus singulis homines pridie locupletissimos, postridie ostiatim mendicantes. *Idem.*

2. *Deinde sine delicto consulares viros & duces multos interimeret.*] Sola conjectura freti, fidenter scribimus, *deinde sine delectu consulares viros & duces multos interimeret.* eandem sententiam expressit supra: *audiebant etiam alios in crucem sublatos, alios fustibus elisos, atque omnia hæc sine delectu dignitatis.* Herodianus: ὧν ἦν καὶ τοῖς ἀπὸ ὑπάτων καὶ στρατηγῶν εἰς ἀξιώματα ἢ καὶ ἀξιωμάτων ἀφειδῶς ἔχων. hoc est quod sine delectu dicit hoc in loco Capitolinus. *Salmasius.*

3. *Alios Scythicis vehiculis exhiberet.*] Erit sensus paullò planior si scribas, *alios sibi Scythicis vehiculis exhiberet.* nam hoc vult: solitum Maximinum quotiescunque per calumniam aliquis esset delatus, ubicunque esse ille diceretur, eò statim mittere è Pannonia certos homines vehiculis Scythicis impositos, qui miserum raperent, & ministerio suorum nudatum ad Maximinum mira celeritate transferrent, ejusque oculis subjicerent. *exhibere sibi aliquem*, pro jubere ut aliquis præsens sibi sistatur, non inelegans est locutio. *Casaub.*

Alios Scythicis vehiculis exhiberet.] Veteres libri, *siccis vehiculis* exhibent. Vide in hunc locum Herodian. Qui dicit: Maximinum duces & consulares de quibus aliquid suspicaretur, præsentes sibi sisti voluisse ex ultimis orbis petitos, cum solis vehiculis imponerentur absq; comitatu, diu noctu iter facientes, homines illa dignitate prædit. *siccis* igitur *vehiculis exhibere* Capitolino non aliud est quam quod dixit Herodianus, μόνοις ὀχήμασιν ἐπιτρίπτοις ἄνευ θεραπείας. cum solis & nudis vehiculis impositi viri consulares absque servitio atque comitatu traherentur ad immanissimæ belluæ arbitrium puniendi. *exhibere* autem id hoc loco valet quod repræsentare, in rem præsentem sistere, vel accersere. *Salmas.*

Alios siccis vehiculis exhiberet.] Idem optimus liber *vehelis* hoc loco legit pro *vehiculis*. sic autem à veho *vehela*, ut *custodela* à custodio: *loquela* à loquor: *sequela* à sequor. *vehelas* igitur heic plaustra interpretor, quibus temere impositos reos exhiberi sibi jubebat Maximinus. siccas autem vehelas pro nudis dixit, & nullo vestimento instratis, vel solis sine ullo comitatu servitiorum. *Idem.*

Alios Scythicis vehiculis exhiberet.] Palat. alios *siccis vehelis*. & verò *Scythica* isthæc *vehicula* non placent. *Grut.*

4. *Quod ad crudelitatem videretur operari.*] Notent tirones, *operari* pro facere, σωσιλεύειν, σωσιλεῖν, vel συστρατηγεῖν. *Casaub.*

14 fuit. Erat fisci procurator in Libya, qui omnes Maximini studio spoliaverat: [1] hic per rusticanam plebem deinde & quosdam milites [2] interemptus est [3] per eos qui rationalem in honorem Maximini defendebant. [4] Sed quum viderent autores cædis ejus acrioribus remediis sibi subveniendum esse, Gordianum proconsulem, virum (ut diximus) venerabilem, natu grandiorem, omni virtutum genere florentem, [5] ab Alexandro ex senatusconsulto in Africam missum, reclamantem & [6] se terræ affligentem, [7] opertum purpura imperare coëgerunt, instantes cum gladiis & cum omni genere telorum. Et primò quidem invitus Gordianus purpuram sumpserat: postea verò quum vidit neque filio, neque familiæ suæ tutum id esse, volens suscepit imperium, & appellatus ab omnibus Afris Augustus cum filio [8] apud oppidum Tysdrum: inde Carthaginem venit cum pompa regali, [9] & protectoribus & fascibus laurea-

1. *Hic per rusticanam plebem.*] Herodianus, κιλάδωσι τινὲς τῶν ἀγρῶν νεανίσκως. possis tamen legere *Tysdritanam.* ut in sententia Cos. de Gordiani imperio: *Gratias igitur agamus Tysdritanæ juventuti.* Idem.

2. *Interemptus est per eos qui rationalem.*] Nihil heic auxilii in Palatino. *per eos.* an fuit? *propter eos*, hoc est juxta cos. *Grut.*

3. *Per eos qui rationalem in honorem Maximini defendebant.*] Rationalem vocat quem modò procuratorem dicebat: qua de re ad librum superiorem. Est ergo falsissimum, rationalem à suis occisum esse, quem dixit modò à rusticana plebe conjurata trucidatum. Scribo *inter eos*: nam re vera inter suos hic fuit occisus, qui & ulcisci ejus mortem sunt aggressi, sed mox à vi abstinere coacti. *Casaub.*

4. *Sed cùm viderent auctores cædis ejus, &c.*] Vide Herod. Mauricius quidam fuit hujus consilii auctor: de quo in Gordianis. *Idem.*

5. *Ab Alexandro ex senatusconsulto in Africam missum.*] Κλήρου ait Herod. quod non repugnat: nam cùm ex senatus auctoritate provinciæ comparabantur, sors intercedebat, ut passim apud Livium, & Dionem. *Idem.*

6. *Se terræ affligentem.*] Πίψας κάτω τῷ σώματος εἰς γῆν ἑαυτόν. vide in Gordianis. *Idem.*

7. *Opertum purpura.*] Verè *opertum*: non enim amictum. nam sublata de vexillis purpura, cùm non alia esset ad manum, temere ea senem invitum circumfuderunt. Herodianus chlamydem vocat: quia loco chlamydis est adhibita. *Idem.*

8. *Apud oppidum Tisdrum.*] Herod. Θύσδρον: sed notum eruditis quàm variè scriptum nomen hoc inveniatur. puto rectum esse *Thysdrus.* Idem.

Apud oppidum Tisdrum.] Pal. *Tysdrum.* melius. nam Græcis Θύσδρος. *Salmas.*

Apud oppidum Tisdrum.] Palatinum exemplar *Tysdrum.* Grut.

9. *Et protectoribus & fascibus laureatis.*] *Protectores* appellat quos ostendit Herod.

laureatis, unde Romam ad senatum literas misit, [1] quæ occiso Valeriano duce militum prætorianorum, in odium Maximini gratanter acceptæ sunt. Appellati etiam Gordianus senex & Gordianus juvenis à senatu Augusti. Interfecti deinde omnes delatores, omnes accusatores, [2] omnes amici Maximini occisi sunt. Interfectus est Sabinus præfectus urbis, [3] percussus in populo. Ubi hæc gesta sunt, senatus magis timens Maximinum, apertè ac liberè hostes appellat Maximinum & ejus filium. Literas deinde mittit ad omnes provincias, ut communi saluti libertatique subveniant: quæ auditæ sunt ab omnibus. Denique ubique amici, & administratores, & duces, tribuni & milites Maximini interfecti sunt. Paucæ civitates fidem hosti publico servaverunt: quæ proditis iis qui missi ad eos fuerant, [4] ad Maximinum citò per indices detulerunt. Literarum senatus exemplum hoc fuit: *Senatus populusque Romanus, per Gordianos principes ab illa tristissima bellua liberari cœptus, proconsulibus, præsidibus, legatis, ducibus, tribunis, magistratibus, ac singulis civitatibus, & municipiis, & oppidis, & vicis, & castellis salutem, quam nunc primùm recipere cœpit, dicit. Diù faventibus Gordianum proconsulem, virum sanctissimum & gravissimum senatorem, principem meruimus: augustum appellavimus. Nec solum illum, sed etiam in subsidium Reip. filium ejus Gordia-*

Herod. electos ad custodiam corporis, cum è militibus qui Carthagine potuerunt reperiri, tum è civium numero altissimæ quemque staturæ. de lauro addita fascibus quos ut proconsul habuit etiam antea Gordianus. lege Herod. sed omittit Capitolinus de prælato igne: quod, cæteris omnibus historicis diligentior hac in parte Herodianus, non prætermisit. *Casaubonus.*

1. *Quæ occiso Valeriano duce militum prætorianorum.*] Quomodo occiso? arte & dolo Gordiani. Sed legendum hic, *Vitaliano*, quomodo rectè scribitur libro sequente, ubi multa de cæde. addit enim Herod. Βιταλιανὸς ὁ τῶν ὅπλων αὐτοῦ. *Idem.*

Quæ occiso Valeriano duce militum.] Idem liber: *Valiano.* pro *Vitaliano.* Salmasius.

2. *Omnes amici Maximini. interfectus est Sabinus.*] Malim, *interfectus & Sabinus.* Grut.

3. *Percussus in populo.*] Libro sequente, *fuisse percussus, occisus, & in publico derelictus est.* Casaub.

4. *Ad Maximinum citò per indices detulerint.*] Scrib. *per indices rem detul.* sed Herodianus non rem per indices, sed ipsos senatus legatos ad Maximinum scribit missos. *Idem.*

Gordianum nobilem juvenem. Vestrum est consentire ad salutem Reip. obtinendam, & ad scelera defendenda, [1] *& ad illam belluam Maximinum atque illius amicos ubicunque fuerint, persequendos.*

16 *A nobis etiam Maximinus cum filio suo hostis est judicatus.* Senatusconsulti autem hoc fuit exemplum. Quum ventum esset in ædem Castorum, [2] VI. Cal. Junias, acceptas literas [3] Junius Syllanus consul ex Africa, [4] Gordiani imperatoris patris patriæ proconsulis, recitavit. [5] *Invitum me, P. C. juvenes, quibus Africa tuenda commissa est, ad imperium vocarunt. Sed intuitu vestri necessitatem libens sustineo. Vestrum est æstimare quid velitis. Nam ego usque ad senatus judicium incertus & varius fluctuabo.* Lectis literis, statim senatus acclamavit, *Gordiane Auguste, dii te servent. felix imperes, tu nos liberasti. Salvus imperes, tu nos liberasti. Per te salva Resp. omnes tibi gratias agimus.* Item cos. retulit, *P. C. de Maximinis quid placet?* responsum est, *Hostes, hostes. Qui eos occiderit, præmium merebitur.* Item consul dixit, *De amicis Maximini quid videtur?* acclamatum est, *Hostes, hostes. Qui eos occiderit, præmium merebitur.* [6] Ita acclamatum est, *Inimicus senatus in crucem tollatur. Hostis senatus ubicunque feriatur. Inimici senatus vivi exurantur. Gordiani Augusti, dii vos servent. Ambo feliciter agatis, ambo feliciter imperetis. Nepoti Gordiani præturam decer-*

1. *Et ad illam belluam atque illius amicos, &c.*] Editi addiderant, *belluam Maximinum*, minus concinnè. *Grut.*

2. *VI. Cal. Julias.*] *VI. Kalendas Julium.* Lege, *Julias.* nam ita & vetus editio. *Salmas.*

3. *Junius Silanus consul.*] Suffectus ex Kal. Maii cum Messio Gallicano. *Casaub.*

4. *Gordiani imperatoris patris patriæ proconsulis*] Quod *imperatoris* nomen vel Gordianus in literarum ad senatum titulo usurpavit, vel Silanus Cos. cùm de eo ad senatum relationem institueret, manifesta ratio est: jam enim ab Africanis salutatus fuerat imperator. sed cur illa adduntur *patris patriæ*? omnino id cognomen alienum est ab hoc loco: & fortasse inde ortum, quòd ad vocem Gordiani adnotasset aliquis, de patre intelligendum esse, non de filio aut nepote. *Idem.*

Gordiani Imperatoris patris patriæ proconsulis.] Sic & ms. Pal. ut fortassis illud *patris patriæ* additum fuerit. *Grut.*

5. *Invitum me P.C. juvenes quibus Africa tuenda commissa est, ad imperium vocarunt.*] Gordianum fecerant imperatorem juvenes rustici, & pauci milites qui se illis adjunxerant. utrosque igitur appellatione juvenum hic intelligit. *Casaub.*

6. *Ita acclamatum est.*] Scrib. *item acclam.* Idem.

Ita acclamatum est.] Sic & Pal. Malim tamen *Item*, ut & aliis placuit. *Grut.*

1. *Facie-*

decernimus, nepoti Gordiani consulatum spondemus. nepos Gordiani Cæsar appelletur. Tertius Gordianus præturam accipiat. Ubi hoc senatusconsultum Maximinus accepit, homo natura ferus, sic exarsit ut non hominem sed belluam putares. [1] Jaciebat se in parietes, nonnunquam terræ se prosternebat. Exclamabat inconditè, [2] arripiebat gladium quasi senatum posset occidere, conscindebat vestem regiam, alios verberibus afficiebat: & nisi de medio recessisset (ut quidam sunt autores) oculos filio adolescentulo sustuliisset. Causa autem iracundiæ contra filium hæc fuit, quòd eum Romam ire jussserat quum primùm imperator factus est, & ille patris nimio amore neglexerat: putabat autem quòd si ille Romæ fuisset, nihil ausurus esset senatus. Ardentem igitur Maximinum iracundia amici intra cubiculum receperunt. Sed quum furorem suum tenere non posset, ut oblivionem cogitationis acciperet, vino se primo die obruisse dicitur eo usque ut quid gestum esset ignoraret. [3] Alia die admissis amicis * qui eum audire non pote- 17

1. *Jaciebat se in parietes.*] Ut olim Augustus ad Varianæ cladis nuntium. Suetonius libro secundo, cap. XXIII. *Casaub.*

2. *Arripiebat gladium quasi senatum posset occidere.*] Non idem est, sed simile quod narrat Herodianus. *Idem.*

3. *Alia die admissis amicis qui eum audire non poterant.*] Scripti quidam, *videre* non *audire*. nescio an *adire* Herod. auctor est, Maximinum prima & altera die postquam accepisset hunc nuntium domi se continuisse, & concilium cum amicis habuisse, quid opus facto: tertia demum in concionem prodiisse. *Idem.*

Alia die admissis amicis qui eum audire non poterant.] Palat. legit: *qui eum videre non poterant.* amici dicuntur amicos videre, cum ad eos visunt, aut salutandi gratia, aut consolandi in rebus eorum adflictis, & minime lætis, aut etiam consilio & ope juvandi. videri etiam princeps, & reliqui magnates dicebantur ab amicis & clientibus suis, cum honoris causa mane inviserentur solito salutationis officio. At superbi quique principes, & qui minime communes essent, raro salutantes admittebant, & videri non poterant. Sane superbum Maximinum fuisse & contemptorem & moribus asperum supra dixit Capitolinus. si superbiam aut feritatem Maximini putamus in causa fuisse, ne videri posset ab amicis, tunc ita totus hic locus refingendus fuerit: *Alia die admissis amicis qui videre eum non poterant, consilium habuit quid facto opus esset; sed tacebant, & factum senatus taciti laudabant. de consilio ad concionem processit.* Admissis amicis qui eum videre non poterant, & qui raro admittebantur, quærebat, & eos consulebat: sed cum illi tacerent, & factum senatus taciti probarent, & sic nihil in amicis consilii reperiret, de consilio ad concionem processit. multas autem ejusmodi transpositiones in his auctoribus

poterant, sed tacebant, & qui factum senatus tacitè laudabat, [1] consilium habuit quid facto opus esset: [2] è concilio ad concionem processit, in qua concione multa in Afros, multa in Gordianum, plura in senatum dixit, cohortatusque milites ad communes injurias vindicandas.

18 [3] Concio denique omnis militaris fuit, cujus hoc exemplum est. *Commilitones, rem vobis notam proferimus.* [4] *Afri fidem fregerunt. quid dicam, fregerunt? nam quando tenuerunt?* [5] *Gordianus senex debilis & morti vicinus sumpsit imperium. Sanctissimi autem P. C. illi, & qui & Romulum & Cæsarem occiderunt, me hostem judicaverunt,* [6] *quum pro his pugnarem & ipsis vincerem; nec solum me, sed etiam vos & omnes qui* [7] *mecum sunt,* [8] *quos & senatui acceptissimos, & sibi adversissimos esse credebant.* [1] *Quare*

ribus factas, & deprehendimus alibi, & sanavimus. *Salmas.*

* *Qui eum audire non poterant.*] Exstat & illud *videre* in Palat. ut forsan voluerit dicere auctor, eis odiosum fuisse adspectum Maximini. *Grut.*

1. *Consilium habuit.*] Scrib. *concilium.* Casaub.

2. *E consilio in concionem processit.*] Lege, *de consilio ad concionem processit.* nec aliter Pal. *Salmas.*

3. *Concio denique omnis militaris fuit, cujus hoc exemplum est.*] Videtur affirmare è publicis monumentis descriptam esse concionem quæ subjicitur: neque aliis verbis usum Maximinum. *Casaub.*

Concio denique omnis militaris fuit cujus hoc exemplum est.] Eandem hanc concionem sed aliis verbis posuit in Gordianis Capitolinus. sed istam ut simpliciorem & genio Maximini accommodatiorem non ipse confinxisse Capitolinus, sed è monumentis publicis videtur descripsisse. *Salmas.*

4. *Afri fidem fregerunt. quid dicam fregerunt? nam quando tenuerunt?*] In altera concione: *Afri Punicam fidem præstiterunt.* quod brevius & elegantius. *Idem.*

5. *Gordianus senex debilis & morti vicinus sumsit imperium.*] In altera concione πεῖς ῥιζοφλαγε πειχιλ(τ λόγῳ Capitolinus, hoc modo: *Nam duos nobis Gordianos, quorum alter senio ita affectus est, ut non possit assurgere, alter ita luxurie perditus ut debilitatem habeat pro senectute, imperatores fecerunt.* Idem.

6. *Quum pro his pugnarem & ipsis vincerem.*] Ibidem: *Dum nos in Germania Romanam defendimus majestatem, dum nos Illyricum à barbaris vindicamus.* Et paulo post: *Et pro quorum liberis arma portamus, hi contra nos xx. viros statuerunt, & omnes velut contra hostes sententias protulerunt.* Idem

7. *Qui mecum sentiunt;*] *& Gordianos*] Obsequutus sum libris à Casaubono nostro excussis, & abjeci quatuor omnino lineas verborum intermedias, quæ in iisdem codicibus non comparebant, absuntque etiam nostro Palatino *Grut.*

8. *Quos & senatui acceptissimos, & sibi adversissimos esse credebant.*] De patribus conscriptis loquitur: quomodo igitur à patribus senatum separat? nisi voluit videri, paucos è patribus, sibi adversari, non autem totum senatum. sed vide quæ statim dicemus. *Casaub.*

Quos & senatui acceptissimos & sibi adversissimos esse credebant.] Palat. sic: *Quam & senatu acceptissimam & sibi adversis-*

[1] *Quare factum est (ut diximus) ut Gordianum adolescentulum principem peterent, qui statim factus est. Nec priùs permissi sunt ad Palatium stipati armatis ire quàm nepotem Gordiani Cæsaris nomine nuncuparent, & Gordianos patrem ac filium Augustos vocarent.* [2] *Ergo si viri estis, si vires habetis,* [3] *eamus contra senatum & Afros:* [4] *quorum omnium bona vos habebitis.* Dato igitur stipendio, & quidem ingenti, Romam versus cum exercitu proficisci cœpit. [5] Sed Gordianus in Africa primùm [6] à Capeliano quodam agitari cœpit cui Mauros regenti successorem dederat. Contra quem [7] filium juvenem quum misisset, acerrima pugna interfecto filio, ipse laqueo vitam finivit, [8] sciens & in Maximino multum esse roboris 19

versissimam esse credebant. Quæ ex vita Maximi & Balbini huc traducta esse ad locum ostendemus. Sic enim ibi debet continuari oratio: *Timebant enim severitatem ejus homines vulgares, quam & senatui acceptissimam & sibi adversissimam esse credebant, quare factum est ut diximus, &c.* Quæ importune huc translata esse & illinc avulsa, vel cæco potest patere. *Salmas.*

1. *Quare factum est, ut diximus, ut Gordianum adolescentulum principem peterent.*] Ubi hoc dixit Maximinus? aut quò rejiciunt nos ista verba? hoc primùm male me habet isto loco. deinde illud quòd de tertio Gordiano hic loquatur Maximinus. His de caussis regium codicem sequor, qui pro legitimis omnia hæc non agnoscit: *quos & senatui acceptissimos & sibi adversissimos esse credebant. Quare factum est, ut diximus, ut Gordianum adolescentulum principem peterent, qui statim factus est: nec priùs permissi sunt ad palatium stipati armatis ire, quàm nepotem Gordiani Cæsaris nomine nuncuparent.* Quid dubitamus? satis constat non posse aliò hæc verba, quam ad Maximi atque Balbini creationem pertinere. quod adeò verum est, ut libro de iis scripto eadem penitus verba repetantur. is locus est legitimus. huc verò quis casus, sive quis furor ea invexerit, difficile est divinatu. Sequamur ergo regium codicem, & iis sublatis ita scribamus: *nec hostem judicarunt, cùm pro his pugnarem, & ipsis vincerem: nec solùm me, sed etiam vos, & omnes qui mecum sentiunt: & Gordianos patrem ac filium Augustos vocarunt.* Prorsus insignis restitutio, quam imputant nobis regiæ membranæ: quibus & Puteani alter codex assentitur. *Casaub.*

2. *Ergo si viri estis, si vires habetis.*] Concio in vita Gordianorum: *Quinimmo agite ut viros decet.* Salmas.

3. *Eamus contra senatum & Afros.*] Eadem concio: *properandum est ad urbem.* Idem.

4. *Quorum omnium bona vos habebitis.*] Et principium hujus concionis idem apud Herodianum, si sententia spectetur, potiùs quàm verba; & clausula plane gemina. *Casaub.*

5. *Sed Gordianus in Africâ primum à Capeliano quodam*] Sic & Pal. non *Capelliano.* Grut.

6. *A Capeliano quodam.*] Melius *Capelliano.* senatorem fuisse scribit Herod. *Casaub.*

7. *Filium juvenem cùm misisset.*] Non adeò juvenem: erat enim annorum XLVI. *Idem.*

8. *Sciens & in Maximino multum esse roboris & Afris nihil virium.*] Prima editio: *in Afris nihil virium.* Eadem refert in Gordiani seniotis vita, sed verbis

roboris & in Afris nihil virium, multum quinimo perfidiæ. Tunc Capelianus victor pro Maximino [1] omnes Gordiani partium, motu partium in Africa interemit atque proscripsit. Nec cuiquam pepercit, prorsus ut ex animo Maximini videretur hæc facere. [2] Civitates denique subvertit, fana diripuit, donaria militibus divisit, plebem & principes civitatum concidit. [3] Ipse præterea militum animos sibi conciliabat, [4] præludens ad imperium si Maximinus periisset. [5] Hæc ubi Romam nuntiata sunt, senatus Maximini & naturalem & jam necessariam crudelitatem timens, mortuis duobus Gordianis, [6] Maximum Pupienum

bis paulo diversis. *Cum in Africa nihil præsidii, & à Maximino multum timoris, & fides Punica perurgeret, & Capelianus inflaret, &c.* Salmas.

1. *Omnes Gordiani partium, motu partium in Africa interemit.*] Dele illa, *motu partium*, aut muta in melius. *Casaub.*

Omnes Gordiani partium motu partium, &c.] Palat. *Tunc Capelianus victor omnes, Gordiani motu partium, interemit.* Quorum verborum ista mens est: Capelianus victor, motu Gordiani partium, hoc est metuens, ne Gordiani partes in Africa de novo resurgerent, passim omnes interemit. & id sequentibus confirmatur: *Nec cuiquam pepercit, prorsus ut ex animo Maximini videretur id facere. civitates denique subvertit, fana diripuit, donaria militibus divisit, plebem & principes civitatum concidit.* ἀπήγησις enim est ejus quod heic dixerat, *omnes interemit.* Salmas.

Omnes Gordiani partium, motu partium in Africâ interemit.] Pal. *omnes Gordiani motu partium in Africa*: ita ut liqueat restituendum, *omnes Gordiani partium, motu partium in Africâ*, sententiâ expedientissimâ. veritus, inquit, ne partes adhuc aliæ exorientur in Africâ, omnes qui eas fovere possent, adhæserantque antea Gordianis, interemit. *Grut.*

2. *Civitates denique subvertit.*] Ipsam Carthaginem, & omnes alias quæ imagines Maximini detraxerant, aut lutaverant. *subvertit* autem, non mœnia, sed statum civitatum, omnes honoratos contrucidans. *Casaub.*

3. *Ipse præterea militum animos sibi conciliabat, præludens ad imperium, si Maximinus periisset.*] Elegantissimè expressit sumptam ex Herodiani historia sententiam. *Idem.*

4. *Præludens ad imperium.*] Idem liber cum veteri editione, *preludens. preludere*, idem est quod præludere. sic *prorogare*, & prærogare, & utrumque pro dispensare. *Salmas.*

Præludens ad imperium.] Palat. nihilo deterius, *preludens ad imp.* Grut.

5. *Hæc ubi Romam nuntiata sunt.*] Ὡς ἡ εἰς Ῥώμην ἐληλύθει ἡ ἔξ ἀγιστοῦντε πλάστη. *Casaub.*

6. *Maximum Pupienum.*] Ex antiquis nummis viri docti pridem docuerunt, dictum fuisse hunc M. CLODIVM PVPIENVM MAXIMVM. sed omissis nomine & prænomine, auctores Græci Latinique cognominibus solis hunc denotarunt; illi MAXIMVM semper appellantes, hi semper PVPIENVM. Capitolinus qui Herodianum, ut ostendimus, pæne ad verbum interpretabatur, Maximum cum illo ubique nominat, non autem Maximum Pupienum, ut hic perperam scriptum est. sed delenda vox *Pupienum*, non solùm quia regius & Puteani libri eam non agnos-

num ex præfecto urbi, [1] & qui plurimas dignitates [2] præcipuè gessisset, ignobilem genere, sed virtutibus clarum, [3] & Clodium Balbinum, [4] moribus delicatiorem, imperatores creavit. Quibus à populo Augustis appellatis, per milites & eundem populum etiam parvulus nepos Gordiani Cæsar est dictus. Tribus igitur imperatoribus contra Maximinum fulta Resp. est. Horum tamen Maximus vita severior, prudentia gravior, virtute constantior: denique ipsi contra Maximinum & senatus & Balbinus bellum tradiderunt. Profecto igitur ad bellum Maximo contra Maximinum, Balbinus Romæ bellis intestinis & domesticis seditionibus urgebatur, occisis præcipuè per populum [5] Gallicano & Mæcenate: qui quidem populus à prætorianis laniatus est, quum Balbinus resistere seditionibus non satis posset. [6] Denique magna pars urbis incensa est. Et recreatus quidem imperator fuerat Maximinus, audita morte Gordiani atque ejus filii, Capeliani victoria. verùm ubi & aliud senatusconsultum accepit quo Maximus

agnoscunt; verùm etiam, quia Capitolinus cùm hunc librum scriberet, *Maximus* & *Pupienus*, ejusdem hominis esse cognomina penitus ignoravit. & in fine libri quem de Maximo & Balbino scripsit: *Sed Fortunatiano credamus qui dicit Pupienum dictum nomine suo, cognomine verò patrono Maximum: ut omni jam stupore legentes hæc absoluti videantur.* respiciebat cùm hæc scriberet, superiora verba è libri hujus fine. Sed nonne prodigii instar est, Capitolino venisse nunquam in mentem, ut lapides aut nummos inspiceret? *Idem.*

Maximum Pupienum ex præfecto urbi.] Vetus editio: *ex præfectis urbi.* optime. ita enim loquuntur auctores isti. *ex præfectis*, est *præfectorius*: sic *ex consulibus*, consularis. *Salmas.*

Maximum ex præfecto.] Adstipulatur & Pal. aliorum scriptis, excluditque nomen *Pupieni.* Grut.

1. *Et qui plurimas dignitates, præcipuè gessisset.*] Lego, *qui plurimas dignitates, militares præcipuè gessisset.* Casaubonus.

2. *Præcipuè gessisset.*] Sic fine verbo alio Palat. an *præcipuè* heic notet *eximiè* aut quid simile, viderint alii. *Grut.*

3. *Et Clodium Balbinum.*] Nummus apud Onuphrium, IMP. CAES. D. COELIVS. BALBINVS. AVG. Lege igitur *Cœlium.* Casaub.

Et Clodium Balbinum.] Tres hæ voces non adsunt Pal. nisi à manu recentissimâ inter lineas. *Grut.*

4. *Moribus delicatiorem.*] Herod. τὸ δ' ἦθος ἀπαλώτερος. *Casaub.*

Moribus delicatiorem.] Videtur legisse apud Herodianum Capitolinus, τὸ δ' ἦθος ἀπαλώτερος. pro quo hodie legimus, ἀπαλώτερος. *Salmas.*

5. *Gallicano & Mæcenate.*] Confer cum Herodian. *Casaub.*

6. *Denique pars magna urbis incensa est.*] Tanta pars urbis, quanta non erat tum quævis maximarum urbium. *Idem.*

7. *Qua-*

mus & Balbinus & Gordianus imperatores appellati sunt; intellexit senatus odia esse perpetua, & se verè hostem
21 omnium judicio haberi. Acrior denique Italiam ingressus est. Ubi quum comperisset Maximum contra se missum, vehementiùs sæviens, [1] quadrato agmine [2] Hemonam venit. Sed provincialium omnium consilium hoc fuit, ut sublatis omnibus quæ victum præbere possent, intra civitates se reciperent, ut Maximinus cum exercitu fame urgeretur. denique ubi primùm castra in campo posuit, [3] neque quicquam commeatus reperiret, incensus contra eum exercitus suus, quòd fame in Italia laborasset, [4] in qua post Alpes recreari se posse credebat, murmurare primùm cœpit, deinde etiam aliqua liberè dicere. Hæc quum vellet vindicare, multum exarsit exercitus, & odium tacitum in tempus distulit, quod loco suo statim prodidit. [5] Plerique sanè dicunt, ipsam Hemonam vacuam & desertam inventam esse Maximino stultè lætante quòd quasi civitas tota cessisset. Post hoc Aquileiam venit, quæ contra eum armatis circa muros dispositis, portas clausit: [6] nec pro-

pugna-

1. *Quadrato agmine.*] Apud Herod. causam lege. *Idem.*

Quadrato agmine Hemonam venit.] Haud secus quoque Pal. noster. *Grut.*

2. *Hemonam venit.*] Variè corruptum est hoc nomen apud Græcos Latinosque scriptores. sed recta scriptura est, EMONA, vel EMONA. ut dicitur Veron, & Verona, Narbo, & Narbona. &c. Emona Pannoniæ superioris urbs in finibus ejus sita, quà in Noricum ibatur & Italiam. *Casaub.*

3. *Neque quicquam commeatus reperiret.*] Ex Pal. legendum: *Neque quicquam commeatuum reperit.* nam idem *reperit*, habet, non *reperiret*. Salmas.

4. *In qua post Alpes recreari se posse putabat.*] Ergo Emona cis Alpes? Videtur Capitolinus qui legebat apud Herodianum in Italia esse hanc urbem, temere inductus ut cis Alpes sitam putaret. sed negligenter legerat Herodiani verba: qui ait discrè, ἐφυμνήσιν ἐντὸς τῶν Ἄλπεων. trans Alpes igitur: nam referendum illud *ante* ad Maximinum è Pannonia venientem. quod verum esse constat ex Ptolemæi descriptione: qui Emonam locat in commissura Cetii montis & Albani. quos montes Alpium appellatione Herodianus hoc loco, ut & alii multi veterum, est complexus. *Casaub.*

5. *Plerique sanè dicunt.*] Herodianum significat, quem vide. *Idem.*

6. *Nec oppugnatio defuit, Menophilo & Crispino consularibus viris auctoribus.*] Mendosus locus: nam obsidentibus non obsessis convenit verbum oppugnare. Menophilus autem & Crispinus viri consulares à senatu Aquileiam missi, tuendæ urbi. Scribam, *nec oppugnatis animus defuit.* aut illa delenda, *nec oppugnatio defuit.* Idem.

Nec oppugnatio defuit.] Mendum hujus

pugnatio defuit, [1] Menophilo & Crispino consularibus viris autoribus. Quum igitur frustra obsideret Aquileiam Maximinus, legatos in eandem urbem misit. Quibus populus penè consenserat, nisi Menophilus cum collega restitisset, dicens, [2] etiam [3] deum Belenum per aruspices spopondisse Maximinum esse vincendum. [4] Unde etiam postea Maximini milites jactasse dicuntur, Apollinem contra se pugnasse, nec illam Maximi aut senatus, sed deorum fuisse victoriam. Quod quidem idcirco ab his fictum esse dicunt [5] quòd erubescebant armatos se penè ab inermibus victos. [6] Ponte itaque cuppis facto, Maximinus 22

hujus γραφῆς viderunt eruditi homines, emendationem non item. Maximinus Aquileiam, quæ portas ipsi clauserat, oppugnabat; at oppidani propugnabant. scribendum igitur: *nec propugnatio defuit.* idque authore codice Palatino. *Salmas.*

Nec oppugnatio defuit, Menophilo & Crispino Consularibus viris auctoribus.] An *oppugnatio* idem nostro est, quod *propugnatio*, aliis? ita videtur, nisi forte fuit, *nec oppugnatis ratio defuit.* Grut.

1. *Menophilo & Crispino consularibus viris auctoribus.*] *Menophilio* in Palatino, & ita etiam in sequentibus scribitur. *Salmas.*

2. *Etiam Deum Belenum.*] *Belenum*, Palatinus. Apollinem sic dictum fuisse docet Herodianus, apud quem scribendum: Βίλινον καλοῦσι τοῦτον, σεβόμενοι τὸν ὑγιεινοφυῆ, Ἀπόλλωνα εἶναι θέλοντες. Apollinem quoque paulo post vocat Capitolinus, *Unde Maximini milites jactasse dicuntur Apollinem contra se pugnasse.* Idem.

3. *Deum Belenum.*] Herodianus: Βίλινον καλοῦσι τοῦτον, σεβόμενοι τὸν ὑγιεινοφυῆ, Ἀπόλλωνα εἶναι βουλόμενοι. plura de hoc Gallorum, vel, Noricorum deo, pridem viri docti. Lege Inscriptiones veteres. *Casaub.*

4. *Unde etiam postea Maximini milites.*] Lego: *Maximiniani milites*: vel, *Maximinani*, Salmas.

5. *Quod erubescant armatos se pene ab inermibus victos.*] Pal. & vetus editio: *Quod erubescebant armati sic pene ab inermibus victi.* Idem.

Quod erubescebant armatos se pene ab inermibus victos.] Pal. *armati sic penè ab inermibus victi.* Grut.

6. *Ponte itaque cupis facto.*] *Cupas* dixit quæ Herodianus εἰνοφόρους σκάφας ξύλας. vasa lignea, transportando vino, rotunda. hæc vasa cùm erant majora, recta statuebantur, & operculis tegebantur. nec vinum solùm ibi servabant, sed etiam triticum, similiaque, minora doliis similia utrinque clausa, apta deferendo huc illuc vino, ut scribit Herodianus. his utebantur ad pontium fabricam, tanquam utribus ad eos quos vocabant ascogephros, quasi ἀσκογεφύρας. Lucanus lib. IV. de ponte à Basilo confecto:

Namque ratem vacuæ sustentant undique cuppæ:
Quarum pyrrechis series constricta catenis,
Ordinibus geminis obliquas excipit alnos.

Sed & majores illæ cupæ ab altera parte apertæ, usum navium aliquando præbebant. *Casaub.*

Ponte itaque cupis facto.] Cupæ hoc loco, grandia vasa vinaria significant, quorum usus in pontibus contexendis & tumultuariis tabulatis extruendis

nus fluvium transivit, & de proximo Aquileiam obsidere cœpit. Ingens autem oppugnatio & discrimen tunc fuit, quum se cives sulfure & flammis, cæterisque hujusmodi propugnaculis à militibus defenderent: quorum alii nudabantur armis, aliorum vestes incendebantur, aliorum oculi extinguebantur, diruebantur etiam machinamenta. Inter hæc Maximinus cum filio suo adolescente, quem Cæsarem appellaverat, circumire muros quantum à teli jactu satis tutus esse posset, nunc suis verbis milites, nunc oppidanos rogare. verùm nihil profecit. Nam multa & in eum crudelitatis causa, [1] & in filium qui speciosissimus
23 erat, probra congesta sunt. Quare Maximinus sperans suorum ignavia bellum trahi, duces suos interemit, eo tempore quo minimè oportebat: unde sibi milites etiam iratiores reddidit. [2] Huc accedebat quòd deficiebant commeatus, quia senatus ad omnes provincias & portuum custodes literas dederat ne aliquid commeatuum in Maximini potestatem veniret. [3] Miserat præterea per omnes civitates prætorios & quæstorios viros, qui ubique custodias agerent, & omnia contra Maximinum defenderent. Effectum denique est ut obsessi angustias, obsidens ipse, pateretur. Nuntiabatur inter hæc orbem terrarum consensisse

Glossæ: *cupa seu vagna, βάτις μεγάλη, ἢν τινες γαυλὸν καλοῦσι.* nam γαυλὸς Græcis quoque genus vasis est vinarii, vel etiam lactarii. *Vagna* igitur & *Cupa* & *Buttis* vasa vinaria sunt ingentis magnitudinis: sciendum præterea est *cupam*, de majore vase vinario scribendum esse unico *p*: & *cuppam* de minore scribi debere, & utriusque vocabuli diversam esse originem. *cupa* enim à Græca voce κύπη, quæ navis genus est. *cupas* vulgo vocamus in idiomate nostro Gallico, ejusmodi grandiora vasa vinaria. *cuppa* vero cum per duo *pp* scribitur, scyphum aut pateram significat, & venit à Græco κύβος. Hesychius: κύβος, πύλιχνον. illud autem κύβος factum est ex κύμβη. genus poculi, Dorice κύμβα, & Æolice & Laconice κύβος. *Salmas.*

1. *Et in filium qui spiritus.*] Vide inferiùs, ubi de his plura. *Casaub.*

2. *Huc accedebat quòd deficiebat commeatus.*] Palat. *quod deficiebatur commeatibus.* sic *defici conditione* dicitur in jure nostro. sic Suetonius, *defici facultate dicendi* in Augusto. quasi dicat, Augustus nonnisi meditata loquebatur, etiam si non deficeretur extemporali facultate, ad subita. *Salmas.*

3. *Miserat præterea per omnes civitates prætorios & quæstorios viros.*] Omittit consulares, quos solos Herodianus nominat. *Casaub.*

1. Quo-

fisse in odium Maximini. Quare timentes milites, [1]quorum affectus in Albano monte erant, medio fortè die quum à prælio quiesceretur, & Maximinum & filium ejus quiescentes in tentorio positos occiderunt, eorumque capita præfixa contis Aquileiensibus demonstraverunt. [2]In oppido igitur vicino statim Maximini statuæ atque imagines depositæ sunt, [3]& ejus præfectus prætorii occisus est cum amicis clarioribus. Missa etiam Romam capita sunt eorum. Hic finis Maximinorum fuit dignus crudelitate 24
patris, indignus bonitate filii. Quibus mortuis ingens lætitia provincialium, dolor gravissimus Barbarorum. Sed milites interfectis publicis hostibus recepti sunt ab oppidanis, rogantes: & primùm ita ut antè imagines Maximi & Balbini & Gordiani adorarent, quum omnes dicerent priores Gordianos in deos relatos. Post hoc ingens ex Aquileia commeatus in castra quæ laborabant fame, traductus est, fessisque militibus alia die in concionem ventum est, & omnes in Maximi & Balbini verba jurarunt, Gordianos priores divos appellantes. Dici vix potest quanta lætitia fuerit, quum Romam per Italiam caput Maximini ferretur, occurrentibus cunctis ad gaudium publicum. Et Maximus quidem, quem multi Pupienum putant, apud Ravennam bellum parabat per Germanorum auxilia: qui ubi comperit consensisse exercitum sibi & collegis suis, occisos autem esse Maximinos, statim dimissis Germanorum auxiliis, quæ sibi contra hostem paraverat, Romam laureatas literas misit quæ in urbe ingentem lætitiam fecerunt, ita ut omnes per aras, & templa, & sacella, & loca religiosa gratias agerent. Balbinus autem homo

1. *Quorum affectus in Albano monte erant.*] Vide ad Spartiani Caracallum. *affectus* dixit, pro eo quod Herodianus, παῖδας καὶ γυναῖκας. Suprà de ea voce. *Idem.*

2. *In oppido igitur vicino statim Maximini statuæ atque imagines depositæ sunt.*] Apud Herodianum nulla oppidi mentio: & constat in castris ad Aquileiam hæc gesta. *Idem.*

3. *Et ejus præfectus prætorii occisus est, cum amicis clarioribus.*] Lege *clarioribus.* Præfectus prætorii infrà nominatur Anotinus. *Idem.*

homo timidior natura, & qui quum Maximini nomen audiret, etiam tremeret, [1] hecatomben fecit, jussitque per omnes civitates pari supplicari sacrificio. Deinde Maximus Romam venit, [2] senatumque ingressus, [3] actis ibi gratiis, concionem habuit, atque inde in Palatium cum Balbino & Gordiano victores se receperunt. Interest scire quale senatusconsultum fuerit, vel [4] qui dies urbis, quum est nuntiatus interemptus Maximinus. [5] Jam primùm *is* nuntius [6] qui ex Aquileiensi urbe Romam missus fuerat, tanto impetu, mutatis animalibus, cucurrit, [7] ut quarta die Romam veniret, quum apud Ravennam Maximum reliquisset: & fortè dies ludorum erat, quum subitò sedente Balbino & Gordiano theatrum nuntius ingressus est: atque antequam aliquid indicaretur, omnis populus exclamavit, Maximinus occisus est: [8] ita ut nuntius præventus, imperatores qui aderant, gaudium publicum nutu & consensu indicaverint. Soluto igitur spectaculo, omnes statim ad suas religiones convolarunt: [9] atque inde senatus

1. *Hecatomben fecit.*] Vide alterum de hac re Capitolini locum in libro de Maximo & Balbino: ubi fusè describitur. *Idem.*

2. *Senatumque ingressus, actis sibi gratiis concionem habuit.*] Sic Palatinus, & dicere videtur scriptor *Senatum Maximo gratias egisse ob expeditionem in Maximinos.* sic cap. 26. acclamatur, *Maxime Auguste, tibi gratias:* conspiciuntur enim illa disertè in Palatino nostro. *Grut.*

3. *Actis sibi gratiis.*] *Actis ibi gratiis.* Casaub.

4. *Qui dies urbis.*] Herod. ὁπόσαι εἰσὶν ἐπὶ λόγῳ τῆς ἡμέρας ἑκάστης τῷ ἐορτῷ. *Idem.*

5. *Jam is nuntius qui ex Aquileiensi urbe.*] Abest vox, *nuntius*, l. Pal. *Salmas.*

6. *Qui ex Aquileiensi Romam missus.*] Ita Pal. codex. antea vulgati, *Aquileiensi urbe Romam.* sed tale quid hi scriptores subintelligi volebant. *Grut.*

7. *Ut quarta die Romam veniret.*] Confectis spatiò cujusque diei vel νυχθημέρου cc. ferè M. P. nam Antoninus Aquileiam inter & Mediolanum milliaria ait esse CCLXX. inde Romam, DXXVIII. magna sanè diligentia: sed non incredibilis; cùm similis celeritatis aut etiam majoris exempla & apud veteres legantur, & hodieque edi sæpissimè videamus. *Casaub.*

8. *Ita ut nuntius præventus.*] Scribe cum membranis, *ita & nuntius præventus: & imperatores qui aderant, gaudium publicum nutu & consensu judicaverunt.* Idem.

9. *Atque inde senatus ad principem.*] Scripti, *ad senatum principem.* Puteano placebat, *ad senatum principes.* cui assentior. nam coactum senatum apparet. *Idem.*

Atque inde Senatus ad Principem, populus ad concionem cucurrerunt.] Pal. quoque, *atque ad Senatum principem*, quod & in aliorum scriptis; ut videatur admittenda conjectura probissimi Puteani, *atque inde ad Senatum Principes.* Grut.

1. *Maxi-*

tus ad principem, populus ad concionem cucurrerunt. Senatusconsultum hoc fuit: Recitatis in senatu per Balbi- 26
num Augustum literis acclamavit senatus, *Hostes populi Romani dii persequuntur. Jupiter optime tibi gratias. Apollo venerabilis tibi gratias.* [1] *Maxime Auguste tibi gratias: Balbine Auguste tibi gratias. Tibi gratias Gordiane Auguste. Divis Gordianis templa decernimus.* [2] *Maximini nomen olim erasum, nunc animis eradendum. Hostis publici caput in profluentem abjiciatur, corpus ejus nemo sepeliat. Qui senatui mortem minatus est, qui senatui vincula minatus est, ut debebat interemptus. Sanctissimi imperatores gratias vobis agimus, Maxime, Balbine, Gordiane, dii vos servent. Victores hostium omnes desideramus: praesentiam Maximi omnes desideramus. Balbine Auguste, dii te servent. Praesentem annum* COSS.. *vos ornetis, in locum Maximini Gordianus sufficiatur.* Post rogatus sententiam Cuspidius Celerinus, haec verba habuit, P. C. *erasso nomine Maximinorum, appellatisque divis Gordianis, victoriae causa principibus nostris Maximo, Balbino & Gordiano statuas cum elephantis decernimus, currus triumphales decernimus, statuas equestres decernimus, trophaea decernimus.* Post haec misso senatu supplicationes per totam urbem decretae. Victores principes in Palatium se receperunt, de quorum vita in alio libro deinceps dicemus.

JULII

1. *Maxime Auguste tibi gratias.*] Absunt haec è veteribus. sanè aberat tum Maximus. sed in hujusmodi acclamationibus etiam absentes compellari sæpe soliti. *Casaub.*

2. *Maximini nomen olim erasum.*] Nempe statuis, & aliis monumentis. *Idem.*

Maximini nomen olim erasum nunc animis eradendum.] In Palatino visitur vacuum litterarum quatuor quinque inter vocem *erasum*, & sequens *nunc*. & aliquid deesse videtur. veniebat in mentem, *nomen olim erasum annis, nunc animis eradendum*; ut nocuerit loco verborum similitudo. *Grut.*

JULII CAPITOLINI MAXIMINUS JUNIOR, AD CONSTANTINUM AUG.

1 [2] MAXIMINUS JUNIOR, de cujus genere superiùs dictum est, tantæ pulchritudinis fuit, [3] ut passim amatus sit à procacioribus fœminis. Nonnullæ etiam optaverunt de eo concipere. Proceritatis videbatur posse illius esse ut ad staturam paternam perveniret. Siquidem anno vicesimo & primo periit, in ipso flore juventutis (ut aliqui autem dicunt, octavodecimo) literis & Græcis & Latinis imbutus [4] ad primam disciplinam. Nam usus est magistro [5] Græco [6] literatore Fabilio, cujus epigrammata Græca multa extant, maximè in imaginibus ipsius pueri: qui versus Græcos fecit [7] ex illis Latinis Vergilii, quum ipsum puerum describeret:

Qualis ubi Oceani perfusus Lucifer unda

Extu-

1. MAXIMINUS JUNIOR.] Deleri debet titulus hic præfixus: non enim est liber alius, sed pars superioris, ut auctor ipse dixit statim initiò. *Casaub.*

2. MAXIMINUS JUNIOR *de cujus genere, &c.*] Scribendum igitur, vice tituli: MAXIMINUS JUNIOR, *De hujus genere superius dictum est. is autem pulchritudinis fuit tantæ, ut passim à procacioribus feminis amaretur.* Salmasius.

Maximinus junior, de cujus genere, &c.] Pal. hujus vitam continuat cum vita patris: neque erant divellendæ, si sequi liberet præscriptum auctoris. Idem Pal. solum habet, *hujus genere superius dictum est. ipse autem pulchritudinis fuit tantæ, &c.* Grut.

3. *Ut passim amatus sit à procacioribus feminis.*] Lege Mamertinum Panegyrico ad Julianum c. 5. Et de filio Cæmutii Cordi Senecam ad Marciam c. 24. *Idem.*

4. *Ad primam disciplinam.*] Prima disciplina heic non est quæ pueris incipientibus traditur, sed præcipua. significat igitur adprime doctum hunc fuisse Maximinum juniorem. sic *primum amatorem*, pro præcipuum & egregium amatorem. ita Plautus *prime cata* dixit in milite Glorioso:

PA. *At scietis. sed ecqua est ancilla illi?*
PE. *Est prime cata.*

Ita fere Græci πρῶτον usurpant. ut πρῶτον εἰδῶ, præcipua & primaria forma. *Salmas.*

5. *Græco litteratore Fabilio.*] Palatinus: *Fabillo.* Idem.

6. *Litteratore Fabilio.*] Pal. idem *Fabillo.* Grut.

7. *Ex illis Latinis Virgilii.*] *Ex illis Latini Virgilii.* Pal. & prima editio. *Salmas.*

1. *Talis*

Extulit os sacrum cœlo, tenebrasque resolvit,
[1] *Talis erat juvenis* [2] *primo sub nomine clarus.*

Grammatico Latino usus est Philemone, jurisperito Modestino, [3] oratore Tatiano filio Tatiani senioris, qui Provinciarum libros pulcherrimos scripsit, [4] & qui dictus est *simia temporis sui*, quòd cuncta imitatus esset. Habuit & Græcum rhetorem Eugamium sui temporis clarum. [5] Desponsata illi erat [6] Junia Fadilla, proneptis Antonini: quam postea accepit Toxotius ejusdem familiæ senator, qui periit post præturam, cujus etiam poëmata extant. [7] Manserunt autem apud eam arræ regiæ, [8] quæ tales fuerunt,

1. *Talis erat juvenis primo sub nomine.*] Melius Pal. *patrio sub nomine.* Grut.

2. *Primo sub nomine clarus.*] Lege: *Patrio sub nomine clarus.* Salmas.

3. *Oratore Tatiano, filio Tatiani senioris, &c.*] Scribendum, *Titiano* & *Titiani*. nam intelligitur Julius Titianus senior, qui Antoninorum & Severi temporibus vixit, orator celeberrimus, & provincias Romani imperii descripserat, operique suo titulum indiderat, Provinciæ vel Chorographia. *Casaubonus.*

Oratore Titiano, filio Titiani senioris.] Adserit & hanc lectionem Palat. *Gruter.*

4. *Et qui dictus est simia temporis sui, quòd cuncta imitatus esset.*] Non solùm philosophorum, sed & oratorum ac dicendi magistrorum fuêre sectæ ac successiones: ut vivente Titiano hoc Frontonianorum, à Cornelio Frontone denominatorum: qui temporibus Marci Antonini cui ipse præceptor fuerat, ad Consulatum usque provectus est. hi Frontoniani cùm ex æmulatione Titiano gloriam suam inviderent, verbis non parcebant, quin de illo detraherent. isti sunt qui illum sui temporis simiam dixerunt. *Casaub.*

5. *Desponsata illi erat Junia Fadilla proneptis Antonini.*] Nomen genus indicat: nam in stemmate Antoninorum principum, Fadillæ sunt plures. vide initio vitæ Pii. cujus soror uterina Julia Fadilla ibi nominatur: & ita hic scripta lectio *Julia Fad.* non *Junia.* at *proneptis* πρόσχρησις pro abnepte, nisi fallor, aut etiam atnepte. Sic & in juniore Gordiano. *Idem.*

Desponsata illi erat.] *Desponsa illi erat.* Salmas.

6. *Junia Fadilla.*] Sic quoque Pal. noster, non *Julia.* Grut.

7. *Manserunt etiam apud eam arræ regiæ.*] De arris sponsalitiis titulus est in Codice Justinianeo: de quibus etiam in Novellis multa. Ferè autem dabatur eorum aliquid, quæ ad mundum, aut potiùs ad ornatum fœminarum pertinent: *Regiæ* autem *arræ* hic dicuntur, quas rex sive imperator dederat conditione loci sui convenientes. *Casaub.*

Manserunt apud eam arræ regiæ.] De artis sponsalitiis titulum esse in Codice nemo nescit. quas ibi *arras sponsalitias* vocat Justinianus *sponsalia* dixerat Theodosius. inde *subarrare*, quod nihil aliud est quam arras sponsalitias dare: quas arras quia sponsus sponsæ dabat, sponsus subarrare sponsam dicebatur. Recentiores Græci ἀῤῥαβωνίζειν id dixerunt. & quia ejusmodi arræ in monilibus plerumque consistebant, ὁρμιζειν, & ὁρμιζεσθαι pro desponsare ponitur in jure Orientali. *Salmasius.*

8. *Quæ tales fuerunt, ut Junius.*]

runt, ut Junius Cordus loquitur, ex iis qui harum rerum perscrutatores fuisse dicuntur: [1] monolium de albis novem, [2] reticulum de prasinis undecim, [3] dextrocherium cum costula de hyacinthis quatuor, præter vestes auratas, & omnes

Scripta lectio, *quæ tales, (ut Junius Cordus loquitur harum rerum perscrutator,) fuisse dicuntur.* & firmant similes de Cordo loci. *Casaub.*

Quæ tales fuerunt, ut Junius Cordus, &c.] Repone: *Quæ tales, ut Junius Cordus loquitur harum rerum perscquutor, fuisse dicuntur.* Salmas.

Quæ tales (ut Junius Cordus, harum rerum perscrutator) fuisse dicuntur, &c.] Est à lectione manu picta, cui omninò accedit Pal. noster, nisi quod is habeat *perscutores*, & verò *perscutor* hic suum habuerit locum. *Grut.*

1. *Monolium de albis novem.*] Legendum, *monolinum.* gemmæ, & solutæ ornatui mulierum admoventur, & sertæ atque in lineam missæ: unde apud Ulpianum, *extricatæ margaritæ*, opponuntur pertusis, quibus in linea utebatur Titii uxor: lege XXVII. §. 30. Dig. Ad legem Aquiliam. Aliquando autem plura fila jungebant, ut in trifilis, quæ tribus linéis constabant. aliquando singula erant fila. *Casaub.*

Monolium de albis novem.] Libri omnes nostri hoc loco, *monolium.* constat tamen legendum, *monolinum.* monolinum ex albis, est filum unum quo margaritæ insertæ sunt. nam *albæ* sunt margaritæ, ut ad Heliogabalum diximus. monolinum autem Latine unica voce liceat appellare *unifilum.* nam & filum & linum dicitur quo intricabantur margaritæ. sic & τρίλινον, *trifilum*, quod ex trinis erat filis margaritarum erant etiam ex quaternis, quæ τετράλινα dicebantur. ἰσάλινα autem vocabant, cum margaritarum fila erant paria, hoc est cum margaritæ filis innexæ ejusdem & adamussim paris magnitudinis & rotunditatis erant: quod etiam hodieque studiosè observant damnosæ mulieres. *Salmas.*

Monolium de albis novem.] Sic & Pal. sed nihil certius est, quam scripsisse primitus auctorem *monolinum.* videatur Casaub. *Grut.*

2. *Reticulum de prasinis undecim.*] Reticulatis operibus inserebant gemmas. in reticulis autem & dextrocheriis mulierum ferè exsculpi solitus Alexander. *Casaub.*

Reticulum de prasinis undecim.] Prasinæ sunt smaragdi, ut albæ, margaritæ. trium generum tantum habemus heic gemmas, albas nempe, prasinas, & hyacinthos. quas apud Anastasium sic semper videre est simul & junctim positas. *Salmas.*

3. *Dextrocherium cum costula de hyacinthis quatuor.*] Scripti, *dextrocheria*, quod minùs probo. *Costulam*, si ita auctor scripsit, interpretor de latioribus armillis, quæ carpum cingentes costulas non malè referunt. Sed vide ne scribendum sit *cum copula.* quod, nisi fallor, convenientius est. nam dextrocherium aureum erat: fibulæ verò gemmis ornatæ. solent autem hodieque pleræque armillæ fibulæ morsu astringi. *Casaub.*

Dextrocherium cum costula de hyacinthis quatuor.] *Costula* quid heic faciat, nescio: nec dubito quin *copula* pro *costula* sit aptius legi. copulam voco eam partem dextrocherii, qua jungitur & copulatur. vel tæniam potius utraque dextrocherii parte pendentem, qua dextrocherium alligabatur. Aurea autem erant & gemmis inclusa ista dextrocheria, quæ fascia, vel loro sericeo ad manum ligabantur, quam *copulam* vocat hoc loco Capitolinus. ex auro tamen fortasse fuit ista copula, vel clausula dextrocherii. *firmiculum*, vel *firmaculum* vulgo vocamus. dextrocheria porro dicebantur quod in dextra tantum haberentur. *Salmas.*

Dextro-

& omnes regias, cæteraque insignia sponsaliorum. Ad- 2
olescens autem ipse Maximinus superbiæ fuit insolentissimæ, ita ut etiam quum pater suus homo crudelissimus plerisque honoratis assurgeret, ille resideret. Vitæ lætioris, vini parcissimus, cibi avidus, maximè sylvestris, [1] ita ut nonnisi aprugnam, anates, grues, & omnia captiva ederet. Infamabant eum ob nimiam pulchritudinem amici Maximi, & Balbini, & Gordiani, & maximè senatores [2] qui speciem illam vel divinitus lapsam incorruptam esse noluerunt. Denique illo tempore quo circum Aquileiam muros circumveniens cum patre deditionem urbis petebat, nihil aliud ei quàm spurcities objecta est, quæ longè ab illius fuit vita. Vestibus tam accuratus fuit ut nulla mulier nitidior esset in mundo: amicis paternis immane quantum obsequutus est, sed ut donaret ac largiretur. Nam in salutationibus superbissimus erat, [3] & manum porrigebat, genua sibi osculari patiebatur, & nonnunquam etiam pedes: quod nunquam passus est senior Maximinus, qui dicebat, *Dii prohibeant ut quisquam ingenuorum pedibus meis osculum figat.* [4] Et quoniam ad Maximinos revertiverti-

Dextrocherium.] Nihil abit ab hac scriptura Pal. *Grut.*

1. *Ita ut nonnisi aprugnam.*] *Aprunam.* ita veteres. *Salmas.*

2. *Qui speciem illam vel divinitus lapsam incorruptam esse noluerunt.*] Id est, esse non posse dixerunt. idiotismus est eorum proprius qui aliquid serio affirmant. *Casaub.*

Qui speciem illam, vel divinitus lapsam, &c.] Scribe ex Palatino: *Qui speciem illam velut divinitus lapsam.* Salm.

Qui speciem illam, velut divinitus lapsam, incorruptam esse noluerunt.] Admisi lectionem Palatinam. nam editi, *vel divinitus.* Ceterùm indicat hic locus, vix potuisse effugere adolescentiam formosam sermones malignorum. de quibus nos ad Taciti lib. v. Annal. c. 3. *Amores juvenum & impudicitiam, &c.* Grut.

3. *Et manum porrigebat, genua sibi osculari patiebatur, & nonnunquam etiam pedes.*] Superbissimos quosque principes eadem passos esse, aut etiam exegisse, certum est. Sed de manibus & genibus, usurpatum & in aliis quàm imperatoribus. Pedum oscula Caligulæ propria, & similium monstrorum. *Casaub.*

Et manum porrigebat, genua osculari sibi patiebatur.] *Et manum porrigebat, & genua sibi osculari patiebatur, nonnunquam etiam pedes.* Salmas.

4. *Et quoniam ad Maximinos revertimur.*] De hac lectione semper dubitavi. Sic emenda: *Et quoniam ad Maximinum seniorem revertimur, res jucunda prætereunda non est.* Rem enim unam jucundam tantum refert, non multas, quæ est de campago Maximini. *Idem.*

vertimur, res jucundæ prætereundæ non sunt. Nam quum esset Maximinus [1] pedum, ut diximus, octo & propè semis, [2] calceamentum ejus, id est campagum regium, quidam in luco qui est [3] inter Aquileiam & Arziam posuerunt, [4] quod constat pede majus fuisse hominis vestigio atque mensura: unde etiam vulgò tractum est, quum de longis & ineptis hominibus diceretur, *Caliga Maximini.* Quod

1. *Pedum, ut diximus, octo & propè semis.*] Octo pedes digito excessisse, suprà dictum: quæ mensura longè abest à dimidiato pede, ut hic dicitur. Pes enim digitos continet sedecim; sed transversos: quare quod ibi scribitur, *ut octo pedes digito videretur egressus*, censeo corruptum, & notis in sedem suam restitutis, scribendum: *ut octo pedes digitis VI diceretur egressus.* imperitus librarius cùm offendisset compendio scriptum *VI diceretur*, fecit *deceretur.* Casaub.

2. *Calceamentum ejus, id est campagum regium.*] Possit videri glossa adsuta: sed non est. de regiis campagis quædam dicturi sumus ad Trebellii Pollionis Gallienum. *Idem.*

Calceamentum ejus, id est campagum regium.] De campagis, vel campacis dicemus infra in vita Gallieni apud Trebellium Pollionem. Patriciorum calcei & imperatorum ita vocabantur, à corrigiarum flexuris, & implicaturis, quibus circumligabantur. hinc campacos reticulos appellare solebat Gallienus, quod reticulatim decussatimque multis circum crura flexuris aliis super alias scandentibus innecterentur. hinc Latinis *campacus*, ejusmodi calceus appellatus, qui multas κρμπὰς, & decussès in calceando faceret ex corrigiarum alligaturis. *Salmas.*

3. *Inter Aquileiam & Arziam.*] Reg. *Arciam.* Videtur loci alicujus prope Aquileiam nomen esse. *Casaub.*

Inter Aquileiam & Arziam.] Pal. & vetus editio: *& Arciam.* Salmasius.

Inter Aquileiam & Arciam.] Haud aliter quoque Pal. quamvis ipse tamen destituatur illo *inter. Grut.*

4. *Quod constat pede majus fuisse hominis vestigio atque mensura.*] Sic & manu exarata lectio. Sed mendam inesse suspicor. nam si campagus Maximini pede excessit mensuram humani vestigii; sequitur ratione proportionis habita, ut totius etiam corporis statura legitimam hominum staturam altero tanto superaret: quod scimus aliter habuisse: Quare pedis ejus ad aliorum pedes mensura non dupla, sed sesquialtera. *Casaub.*

Quod constat pede majus fuisse hominis vestigio atque mensura.] Inepta lectio. lege: *Quod constat pede majus fuisse hominis vestigii mensura.* Scil. calceamentum illud Maximini mensura pede majus fuisse hominis vestigio: id est, mensuram habuisse pede majorem humano vestigio. calceus igitur Maximini pede uno major fuit humani vestigii mensura. Non dicit auctor pedem Maximini altero pede excessisse pedis humani mensuram. sed de calceamento loquitur quod pede longius fuisse docet hominis vestigio. quis autem nescit calceos fieri debere non ejusdem cum pede magnitudinis, sed longiores, & laxiores aliquantum quam pes ipse est? at Romanorum calcei, præter justam illam mensuram quæ pedi calciando conveniret, etiam uncinati fuere & repandi, ut pluribus alibi docemus. *Salmasius.*

Quod constat pede majus fuisse hominis vestigio.] Pal. *quod constitit pedem majus fuisse hominis vestigio mensura.* Gruter.

1. *Quam-*

Quod idcirco indidi, ne qui Cordum legeret, me prætermisisse crederet aliquid quod ad rem pertineret. Sed redeam ad filium. De hoc adolescente Alexander Aurelius 3 ad matrem suam scribit Mammæam, cupiens ei sororem suam Theocliam dare, in hæc verba: *Mi mater, si Maximinus senior dux noster, & quidem optimus, non aliquid in se Barbarum contineret, jam ego Maximino juniori Theocliam tuam dedissem. Sed timeo ne soror mea Græcis munditiis erudita, Barbarum socerum ferre non possit:* [1] *quamvis ipse adolescens & pulcher & scholasticus, ad Græcas munditias eruditus esse videatur. Hæc quidem cogito, sed te tamen consulo, utrum Maximinum Maximini filium generum velis, an Messalam ex familia nobili* [2] *oratorem potentissimum eundemque doctissimum, & (nisi fallor) in rebus bellicis si applicetur, sortem futurum.* Hæc Alexander de Maximino, [3] de quo nos nihil amplius habemus quod dicamus. Sanè neqùid prætermissum esse videatur, etiam epistolam indidi patris Maximini imperatoris jam facti, qui dicit idcirco se etiam filium suum appellasse imperatorem, ut videret [4] vel in pictura vel in veritate qualis esset junior Maximinus in purpura. Fuit autem talis epistola: *Ego cùm propter affectum quem pater filio debet, Maximinum meum, imperatorem appellari permisi, tum etiam ut populus Romanus & senatus ille antiquus juraret se nunquam pulchriorem imperatorem habuisse.* Usus est autem idem adolescens & [1] au-

1. *Quamvis ipse adolescens & pulcher & scholasticus, ad Græcas munditias eruditus esse videatur.*] Barbaro patri opponit filium scholasticum, hoc est, cultu liberaliore imbutum & studiis. Vocem σχολαστικὸς, primus veterum Theophrastus, pro literarum studioso, & qui Musis vacat, usurpavit; sed ejus usus varius apud auctores. hic ponitur *scholasticus* pro eleganti. non eruditio sed mores politi his similibusve locis ea voce designantur. at ἐπὶ ὕς ad doctrinæ laudem pertinet. Sic Plinio in epistolis Suetonius & Isæus dicuntur scholastici; quòd in pulvere literario vitam agerent, ad forum non accederent, neque ullam dignitatem ambirent. *Casaub.*

2. *Oratorem potentissimum.*] Proprium excellentis oratoris epithetum, ut potens, & potentissimus dicatur. *Salmas.*

3. *De quo nos nihil amplius habemus quod dicamus.*] Scribend. *De quo nos nihil amplius habemus dicere.* vel, *quod dicemus.* & hoc verum est. *Idem.*

De quo nos nihil amplius habemus quod dicamus.] Palat. *quod dicere.* fortè, *habemus dicere.* Grut.

4. *Vel in pictura vel in veritate.*] Fortassis, *velut in veritate.* Idem.

1. *Aurea*

& [1] aurea lorica exemplo Ptolemæorum: usus est argentea, usus & clypeo gemmato inaurato, & hasta inaurata. [2] Fecit & spathas argenteas, fecit etiam aureas, & omnino quicquid ejus pulchritudinem posset juvare. Fecit & galeas gemmatas, fecit & bucculas. Hæc sunt quæ de puero sciri & dici decuit. Reliqua qui volet nosse de rebus Venereis & amatoriis, quibus eum Cordus aspergit, eundem legat. Nos enim hoc loco finem libri faciemus, [3] ad alia, 4 [4] ut jubetur, velut publico jure, properantes. Omina sanè imperii hæc fuerunt. Serpens dormienti caput circundedit. Posita ab eodem vitis intra annum ingentes uvas purpureas attulit, & miræ magnitudinis facta est. [5] Scutum ejus sub sole arsit. Lanceola sic fissa est fulmine [6] ut tota etiam per ferrum scinderetur, [7] & duas partes faceret: [8] unde dixerunt aruspices, duos imperatores non diuturnos ex una domo, iisdem nominibus futuros. Lorica patris ejus non, ut solet, ferrugine, sed tota purpureo colore infecta à plurimis visa est. Filio autem omina hæc fuerunt: Quum grammatico daretur, [9] quædam parens sua libros Homericos omnes purpureos dedit, aureis literis scriptos. Ipse puerulus quum ad cœnam ab Alexandro esset rogatus in patris honorem, quòd ei deesset vestis cœnatoria, ipsius Alexandri accepit. Quum infans esset, subitò per publicum veniente vehiculo Antonini Caracalli, quod vacuum erat, conscendit & sedit, & vix ægre-

que

1. *Aurea lorica.*] Ex auro tota: quod alienum à militia Rom. *Casaub.*

2. *Fecit & spathas argenteas.*] Mirum genus locutionis, *fecit spathas argenteas*, pro faciendas curavit, aut usus est spathis argenteis. *Salmas.*

3. *Ad alia ut jubetur velut publico jure properantes.*] Sic & Palatinus, cui tamen inde erasum *ut*. Grut.

4. *Ut jubetur velut publico jure.*] Malim, *jubemur*. Casaub.

5. *Scutum ejus sub sole arsit.*] Concepto igne, ut fit in speculis quæ vocant ardentia. *Idem.*

6. *Ut tota etiam per ferrum scinderetur.*] *Finderetur*, Palatinus. *Salmasius.*

7. *Et duas partes faceret.*] Eleganter *duas partes facere* dicitur hasta, quæ fissa in duas partes discedit. *Idem.*

8. *Unde dixerunt aruspices.*] *Quomodo dixerunt aruspices*, prima editio & Palatinus. *Idem.*

Unde dixerunt aruspices, duos Imperatores, &c.] Pal. *quando dixerunt arusp.* Grut.

9. *Quædam parens sua.*] Exposuimus ad Marcum. *Casaub.*

que à mulionibus carrucariis deturbatus est. Nec defuerunt qui cavendum infantem dicerent Caracallo. Tum ille dixit, [1] *Longè est ut mihi succedat iste.* Erat enim illo tempore inter ignobiles, & nimis parvus. Mortis omina 5
hæc fuerunt: Venienti contra Maximum & Balbinum Maximino cum filio, mulier quædam passis crinibus occurrit lugubri habitu, & exclamavit, *Maximini, Maximini, Maximini*: neque quicquam amplius dixit; & mortua est. videbatur enim dicere voluisse, *Succurrite.* [2] Canes circum tentorium ejus in secunda mansione ultra duodecim ululârunt, [3] & animam quasi flendo posuerunt, ac prima luce mortui sunt deprehensi. Lupi urbem quingenti simul ingressi sunt in eam urbem in quam se Maximinus contulerat: plerique dicunt Hemonam, [4] alii Archimeam, certè quæ deserta à civibus venienti Maximino patuit. Longum est omnia persequi: quæ qui scire desiderat, is velim (ut sæpe dixi) legat Cordum, [5] qui hæc omnia usque ad fabellam scripsit. Sepulchra eorum nulla extant: in profluentem enim cadavera eorum missa sunt, & capita eorum in campo Martio insultante populo exusta. Scribit 6
Ælius Sabinus (quod prætermittendum non fuit) tantam pulchritudinem oris fuisse in filio, ut etiam caput ejus mortui jam nigrum, jam sordens, jam maceratum, defluente tabo, [6] velut umbra pulcherrima videretur. [*] Denique quum

1. *Longè est ut mihi succedat iste.*] Idem pæne fuit responsum Tiberii, cum quidam cavendum illi dicerent Galbam quasi imperaturum, qui tum admodum parvus erat: *Vivat sane, ait, quando id ad nos nihil pertinet.* refert Suetonius. *Salmas.*

2. *Canes circum tentorium.*] Circa tentorium. *Idem.*

3. *Et animam quasi flendo posuerunt.*] Ita prorsus etiam Palat mireque supersitiosum etiam hodie vulgus, circa hunc ululatum canimum. *Grut.*

4. *Alii Archimeam.*] Regius, *Archineam.* Casaub.

5. *Qui hæc omnia usque ad fabellam scripsit.*] Significat Cordum mythistoriis sua volumina implesse, ut in Macrino dixit de eodem. sed habet regius, *usque ad fibellam.* Idem.

Qui hæc omnia usque ad fabellam.] Non aliter etiam Palat. vultque omnisse quod vel vulgi sermone jactaretur, quamvis minus certis auctoribus. *Grutterus.*

6. *Velut umbra pulcherrima videretur.*] Nam mortui σκιαὶ dicuntur. Pro *videretur*, scribe *viseretur.* Casaub.

Velut umbra pulcherrima videretur.] Sic leviter immuta: *Ut etiam caput ejus mortui*

quum caput Maximini pilo circumferretur, & ex hoc ingens gaudium esset, propè par mœror erat quòd & filii caput pariter portaretur. Addit Dexippus tantum odium fuisse Maximini, ut interfectis Gordianis, viginti viros senatus creaverit, quos opponeret Maximino: è quibus fuerunt Balbinus & Maximus, quos contra eum principes fecerunt. Idem addidit in conspectu Maximini jam deserti à militibus, Anolinum præfectum prætorio ipsius & filium ejus occisum. Nec desunt historici qui dicant ipsum Maximinum, ubi desertus est, & ubi filium interemptum ante oculos suos vidit, manu sua se interfeciisse, nequid
7 ei muliebre contingeret. Prætereundum ne illud quidem est, quòd tanta fide Aquileienses contra Maximinum pro senatu fuerunt, [1] ut funes [2] de capillis mulierum facerent quum deessent nervi ad sagittas emittendas: [3] quod aliquando Romæ dicitur factum. Unde in honorem matronarum templum *Veneri calvæ* senatus dicavit. [4] Sanè quod nullo in loco tacendum est, [5] quum & Dexippus [6] & Arrianus & multi alii Græci scripserunt, Maximum & Bal-

mortui jam fordens, jam nigrum, jam maceratum, defluente tabo, velut umbræ pulcherrimæ videretur. Legit Pal. *velut umbræ pulcrioris.* Quod idem est: alterutrum autem heic reponendum. tantam vero pulcritudinem oris in Maximino juniore fuisse dicit, ut caput ejus mortui, etsi jam nigrum & deformatum, videretur esse caput umbræ pulcrioris cujusdam. umbra autem hoc in loco est φάσμα, vel φάντασμα, cujus generis pleraque modo pulcra, modo deformia solent apparere. *Salmas.*

Velut umbra pulcerrima videretur.] Pal. *velumbræ pulcrioris videretur.* Gruterus.

* *Denique cum caput Maximini pilo circumferretur.*] Brevius ista concipit editio princeps in hunc modum: *Deinde cum ingens gaudium esset, quod caput Maximini videretur, prope par mœror erat, quod & filii pariter portaretur.* Salmas.

2. *Ut funes de capillis, &c.*] Sæpe hoc usu venit olim in bellis. *Casaub.*

Ut funes de capillis mulierum facerent.] Pal. *de capillis mulieribus.* forte: *de capillis muliebribus.* Salmas.

2. *De capillis mulierum.*] Malim *muliebribus*; præsertim cùm resteat in Palat. *mulieribus.* Grut.

3. *Quod aliquando Romæ dicitur factum.*] Habes hanc historiam apud Vegetium libro quarto. *Casaub.*

4. *Sanè quod nullo in loco tacendum est, &c.*] Sanè hoc Capitolinus præceptum observavit, qui dubitationem hanc suam tot locis adeò putidè & φορτικῶς inculcavit. *Idem.*

5. *Quum & Dexippus & Arrianus.*] *Arrianus* hic non in *Arabianum* refingendus: sed contra *Arabianus* ille cujus in sequentibus libris mentio, in hunc Arrianum reformandus, ut ibi sumus demonstraturi. *Salmas.*

6. *Et Arrianus.*] Nescio an *Arabianus.* Casaub.

& Balbinum imperatores contra Maximinum factos: Maximum autem cum exercitu missum, & apud Ravennam bellum parasse, Aquileiam autem nisi victorem non vidisse: Latini scriptores non Maximum, sed Pupienum contra Maximinum apud Aquileiam pugnasse dixerunt, eundemque vicisse. qui error unde natus sit scire non possum, nisi fortè idem est Pupienus qui & Maximus. Quod ideo testatum posui, nequis me hoc nescisse crederet, quod revera magnum stuporem ac miraculum creat.

[1]JULII CAPITOLINI [2]GORDIANI TRES, AD CONSTANTINUM AUG.

FUERAT quidem consilium, venerabilis Auguste, ut singulos quosque imperatores exemplo multorum, libris singulis ad tuam clementiam destinarem. Nam id multos fecisse vel ipse videram, vel lectione conceperam. sed improbum visum est, vel pietatem tuam multitudine distinere librorum, vel meum laborem plurimis voluminibus occupare. [3]Quare tres Gordianos hoc libro contexui, consulens & meo labori & lectioni tuæ, ne cogereris plurimos codices volvendo unam

1. JULII CAPITOLINI.] Auctorem non nominant membranæ Palatinæ trium horum Gordianorum vitæ; sed in his tantum legitur; INCIPIT GORDIANVS. Ad finem tamen Maximi & Balbini vitæ subjectum est; EXPLICIT JVLII CAPITOLINI MAXIMVS SIVE PVPIENVS ET BALBINVS, INCIPIT EIVSDEM VALERIANVS. Sed minime dubitandum est, esse Capitolini. *Salmas.*

2. GORDIANI TRES.] Tres Gordianos separatim describit hoc libro Capitolinus, totidem agnoscunt Herodianus, & Aurelius Victor, non ille Schotti, sed alter: nam is auctor quem eruditissimus Schottus publicavit, duos solùm prodit, & in tota historia hac mirifice à Capitolino dissentit. Sed jure Capitolinus imperitos scriptores paullò post nominat, eos qui duos fuisse Gordianos scriberent: quo tamen in errore plerique veterum sunt versati, ut Eutropius, Eusebius, Zonaras, alii multi. *Casaub.*

3. *Quare tres Gordianos hoc libro contexui.*] Malim cum Palatino, *contexui.* Salmas.

unam tamen penè historiam lectitare. Sed ne ego qui longitudinem librorum fugi, multitudinemque verborum, [1] in eam incurrisse videar, [2] quam me urbanè declinare confingo, jam rem aggrediar. *Gordiani* non, ut quidam imperiti scriptores loquuntur, duo, sed tres fuerunt. [3] idque docente Arriano scriptore Græcæ historiæ, docente item Dexippo Græco autore, potuerunt addiscere. Qui etiam si breviter, ad fidem tamen omnia persequuti sunt. [4] Horum *Gordianus senior*, id est primus, [5] natus ex patre Metio Marullo, matre Ulpia Gordiana, originem paternam ex Gracchorum genere habuit, maternam ex Trajani imperatoris: patre, avo, proavo, coss. [6] socero, prosocero, [7] & item alio prosocero, & duobus absoceris coss. ipse cos. ditissimus ac potentissimus, [8] Romæ Pompejanam domum possidens, in provinciis tantum terrarum habens quantum nemo privatus. Ipse ex consulatu quem egerat cum Alexandro, ad proconsulatum Africæ missus est ex senatusconsulto. Sed priusquam de imperio ejus loquar, pauca de moribus dicam. Adolescens quum esset Gordianus, de quo sermo est, poëmata scripsit, quæ omnia

1. *In eam incurrisse videar, quam me.*] Palat. *quam à me.* Grut.

2. *Quam me urbanè declinare confingo.*] Mirum verbum *confingo.* an verum est quod suspicamur? irrepsisse in contextum hanc vocem è libri mundo, ubi aliquis cùm illa legeret, *quam me declinare confingo*, eam, ut fit, adnotaverat. *Casaubonus.*

3. *Idque docente Arriano.*] Alibi Arabianus, sed quare de Herodiano silet? *Idem.*

4. *Horum Gordianus senior.*] In Fastis Græcis lego, Gordianum seniorem numerum instituisse Candidatorum, (id erat genus militum ostensionalium,) ex iis quos staturæ proceritas & forma commendaret: atque hìc de cognomine Gordiani scholarium nomen ab eo fuisse inditum. *Idem.*

5. *Natus ex patre Metio Marullo.*] Vide ad Alexandrum Lampridii in fine. *Idem.*

7. *Natus ex patre Metio Marullo.*] *Natus est patre Mæcio Marullo.* Græcis semper Μάιος, & Μαιανιανός. *Salmas.*

6. *Socero.*] Annio Severo. *Casaub.*

7. *Et item alio prosocero.*] Voces *prosocer* & *absocer* ex libris juris notæ. *Idem.*

Et item alio prosocero, & duobus absoceris, &c.] Sic omninò Pal. *Grut.*

8. *Romæ Pompejanam domum possidens.*] Pompejanæ domus Plutarchus in vita meminit, & Suetonius libro III. cap. XV. Rostratam fuisse nominatam ostendit mox Capitolinus: haut dubiè propter fastigium vel ornamentum aliud rostri forma, Magni ædibus concessu senatus ac pop. Rom. affixum, navalium ejus victoriarum monumentum. *Casaub.*

omnia extant, [1] & [2] cuncta illa [3] quæ Cicero ex Demetrio & Arato, [4] & Alcyonas, & Uxorium, & Nilum: [5] quæ quidem ad hoc scripsit ut Ciceronis poëmata nimis antiqua viderentur. Scripsit præterea quemadmodum Virgilius Æneidos, Statius Achilleidos, [6] & multi alii Iliados; ita etiam ille Antoniniados, hoc est Antoninum Pium & Antoninum Marcum, versibus disertissimis, libris XXX. vitam illorum, & bella & publicè privatimque gesta perscribens. Et hæc quidem puerulus. Postea verò ubi adolevit, [7] in Athenæo controversiis declamavit, audientibus etiam imperatoribus suis. [8] Quæsturam magnificentissimè gessit [9] ædilitatis suæ tempore. XII. populo Rom. munera,

1. *Et cuncta illa quæ Cicero ex Demetrio & Arato.*] Vera lectio est: *Et cuncta illa quæ Cicero edidit, Marium, & Aratum, & Alcyonas, & Uxorium, & Nilum.* Salmas.

2. *Cuncta illa quæ Cicero ex Demetrio & Arato.*] Pal. *quæ Cicero & Demetrio & Arathum.* si quid video, recensetitulos poëmatum quibus usus Tullius; sed quàm mendosi sint, quilibet videt. *Gruter.*

3. *Quæ Cicero ex Demetrio.*] Reg. *& de merio.* fortasse, *& de Mario.* Ex primo de legibus, & aliis locis M. Tullii notum ejus carmen, cujus index MARIVS. de quo augur Scævola olim auguratus,

Caneret fœdis immurabilibus.

Casaub.

4. *Et Alcyonas, & Uxorium & Nilum.*] Elegias Ciceronis Servius laudat in primam Virgilii eclogam. puto hos esse diversarum elegiarum titulos: Pro *Nilus* verò, fortasse scribendum *Limon.* quo indice laudari scimus Ciceronis poëma, cùm à Donato in vita Terentii, tum ab aliis. *Idem.*

5. *Quæ quidem ad hoc scripsit, ut Ciceronis poëmata nimis antiqua viderentur.*] Sunt sanè in poëmatis Ciceronis non infrequentes ὀξυσίμωροι: sed qui gratiam potius quàm invenustatem illis, judicio meo, concilient. Gordiano quidem cum Romana Suada certamen durum, & ut persuasus sum impar congressus. *Idem.*

6. *Et multi alii Iliados.*] Princeps vatum, auctor Iliadis parvæ, Attius, alii. *Idem.*

Et multi alii Iliades.] Qui sunt illi multi qui Iliada scripserunt? aut cur non potius celebertimum Iliados conditorem nominavit, Homerum? non de nihilo suspectum heic nomen *Iliades*, neque enim ceteris respondet. optimus Palat. habet, *Elides.* vetus editio: *Eliades.* an *Æliades?* ut de Ælio Vero accipiamus. suspicor sub illis duabus vocibus, *alii elides*, latere titulum ejus operis quod frustra nunc quæro. Scribendum igitur: *Statius Achilleidos & multi Alii *elides.* De quo nos cogitabimus, tum plus erit otii. opus illud Latinum fuit, & auctor Latinus. *Salmasius.*

7. *In Athenæo controversiis declamavit.*] Scrib. *controversias.* Casaub.

8. *Quæsturam magnificentissimè gessit.*] Magnificis muneribus populo exhibitis, sua pecunia, ut paullò post dicitur: cùm tamen plerique quæstores, ex imperatoris pecunia ludos ederent, ut in superiorum vitis notatum sæpe. *Idem.*

9. *Ædilitatis suæ tempore* XII. *populo munera.*] Planè ingens magnificentia, & cujus aliud, opinor, exemplum nul-

munera, id est per singulos menses singula de suo exhibuit, ita ut gladiatorum nonnunquam quingena paria exhiberet, nunquam minùs centenis quinquagenis: [1] Feras Libycas una die centum exhibuit, ursos una die mille. [2] Extat sylva ejus memorabilis, [*] quæ picta est in domo rostrata

lum. quod ut meliùs intelligas, adi ad Novellam Justiniani, centesimam quintam, qua definiuntur Consulum ἀγῶνες. *Idem.*

1. *Feras Libycas.*] Leones, & pardos, ut interpretatur Servius. Conveniebant in Africæ certis locis variæ & ἱπερφυεῖς feræ: his venatores insidias struebant, & captas Romam mittebant. *Idem.*

2. *Extat sylva ejus memorabilis.*] Producebantur animalia in publicum vel ἱππείας χάριν, ut spectarentur solùm, vel ut pugnando spectatores oblectarent, aut denique ut à populo non tantùm spectarentur, verùm & diriperentur. Ad tertium genus, nam duo illa priora nunc omitto, Gordiani hæc venatio pertinuit. Multa enim ac diversa ferarum genera & exhibuit in circo, & populo diripienda concessit. Capitolinus hoc loco *sylvam*, & alii quoque ita vocitant. hujus appellationis duplex ratio: nam & multiplicia illa animalium genera quæ in circum vel amphitheatrum inducebantur, imaginem sylvæ quæ feris abundaret referebant: & multo magis omnifariæ arbores, ipsis evulsæ radicibus, atque in circum vel amphitheatrum inferri solitæ, ut expressam veræ sylvæ speciem locus præberet: quod ex Vopisci descriptione in Probo est manifestissimum. Dixerunt & *pancarpum* id genus spectaculi: quo omnium generum bestiæ exhiberi solitæ. *Idem.*

Extat sylva ejus memorabilis.] Sylvam & pancarpum idem esse jampridem sibi persuaserunt homines eruditissimi. in pancarpo nulla sylva, vel sylvæ species, nulla herbatica animalia. in sylva nullæ feræ, nulla cum bestiis hominum depugnatio. quid tam contrarium? Sylvam igitur vocarunt genus venationis ludicræ vel spectaculi, in quo omnia quæ producta erant animalia, diripiebantur à populo, ab eo quod totus circus ad sylvæ speciem arboribus esset consitus. ita ut sylva plane esset, qua differta omni genere herbaticorum animalium, immittebatur populus qui omnia diriperet. hæc Gordiani sylva, quam memorabilem fuisse heic narrat Capitolinus, habuit cervos, oves feras, onagros, ibices, damas, & cetera id genus agrestia & sylvatica animalia. Pancarpum vero spectaculi genus appellarunt, in quo homines mercede conducti cum bestiis depugnarent. Cassianus collat. v. cap. XIIII. *Ut fieri solet ab his qui coram regibus hujus mundi omnigenis congredi bestiis præmiorum contemplatione consuerunt, quod spectaculi genus vulgo pancarpum nuncupatur.* *Audaces* dicuntur Claudiano:

Audaces legat ipsa viros, qui colla ferarum
Arte ligent, certoque premant venabula misu.

Audaces Justiniano ὠδικημένοις τῇ τόλμῃ, qui cum feris pugnabant. μονομάχειον etiam dicebatur, quod ultra unius diei spatium non protraheretur. præter has igitur differentias sylvæ & pancarpi pancarpum in amphitheatro, sylva in circo edebatur. pancarpum spectaculum usque ad posteriorum imperatorum ævum duravit, & solebat edi à consulibus & prætoribus qui magistratum inibant. at venationis illud sive direptionis ludicrum, quam sylvam dicebant, penitus ab usu & consuetudine recesserat sub posterioribus imperatoribus. Ergò quidquid miscellum esset, & ex variis rebus contextum consarcinatumque, πανσπερμίαν Græci dixere. sic

πανσπερ-

rostrata Cn. Pompeii, quæ ipsius & patris ejus & proavi fuit, quam Philippi temporibus vester fiscus invasit. In qua pictura etiam nunc continentur [1] cervi palmati ducenti mixtis Britannis: [2] equi feri xxx. [3] oves feræ c. alces x. [4] tauri Cypriaci c. [5] struthiones Mauri miniati ccc. onagri xxx. apri cl. ibices cc. damæ cc. Hæc autem omnia populo rapienda concessit die muneris quod sextum edebat. Prætura nobilem gessit: [6] post jurisdictionem consulatum primum iniit cum Antonino Caracallo, secundum cum Alexandro. [7] Filios duos habuit, unum consularem, qui cum ipso Augustus appellatus est, qui juxta Carthaginem in Africa bello absumptus est; & filiam [8] Metiam Faustinam, quæ nupta est Junio Balbo consulari viro. In consulatibus clarior fuit sui temporis consulibus, ita ut ei Antoninus invideret, modò prætextas ejus, modò latum clavum, modò circenses ultra imperatorium modum mirans. [9] Palmatam tunicam, & togam pictam primus Romanorum privatus suam propriam habuit,

4

παλμήρειον στέφανον vocant coronam ex vario florum genere factam. *Salmas.*

* *Quæ picta est in domo rostrata in Cn. Pompeii.*] More qui eo sæculo frequentissimus. Plin. libro xxxv. cap. vii. *Casaub.*

1. *Cervi palmati ducenti.*] Πλατυκερώτες Græcorum. Plinius libro xi. cap. xxxvii. *Idem.*

2. *Equi feri xxx.*] De equis feris Aristoteles, Plin. Oppianus, alii. *Idem.*

3. *Oves feræ c.*] Ovem feram appellarunt Romani veterès quam camelopardalim Græci. sed hoc loco & in Probo Vopisci, ovem feram interpretor, quod verba sonant ὄιν ἄγριαν. *Idem.*

4. *Tauri Cypriaci c.*] Horum forma peculiaris: erant enim gibberes, ut ex Aristotele refert Servius. *Idem.*

5. *Struthiones Mauri miniati ccc.*] Μαυρούσιοι στρουθοί. Miniari solita Romæ, quæ ad spectacula aut pompam producerentur, ex Plinio discimus. *Idem.*

6. *Post jurisdictionem consulatum primum iniit.*] In utroque consulatu fuit suffectus, ut apparet ex Fastis. *jurisdictio* hic est prætura: non quòd jurisdictionem non haberent majores alii magistratus; sed quia juris ordinarii administratio propria prætorum, sic sæpe in Pandectis. *Idem.*

7. *Filios duos habuit, unum consularem.*] Palat. *Illum consularem qui cum ipso, &c.* Quod rectum est. legi tamen etiam posset: *Filios duos habuit, filium consularem qui cum ipso Augustus appellatus est, & filiam Maciam Faustinam etiam consulari nuptam.* Atque id rectius esse arbitror, filiorum autem nomine tam mares quam feminas comprehendi nemini ignoratur, qui vel primoribus labris jus nostrum gustavit. *Salmas.*

8. *Metiam Faustinam.*] *Maciam Faustinam.* Idem.

9. *Palmatam tunicam & togam pictam, &c.*] Ad Alexandrum Severum de hoc diximus. *Casaub.*

habuit, quum antè imperatores etiam de Capitolio acciperent vel de Palatio. Equos Siculos c. Cappadoces c. [4] permittentibus imperatoribus factionibus divisit. Et per hæc populo satis charus qui semper talibus commovetur. Cordus dicit in omnibus civitatibus Campaniæ, Hetruriæ, Umbriæ, Flaminiæ, Piceni, de proprio illum per quattriduum ludos scenicos & juvenalia edidisse. Scripsit & laudes soluta oratione omnium Antoninorum qui ante eum fuerunt. Tantum autem Antoninos dilexit ut sibi quoque, [2] ut multi dicunt, *Antonini*; ut plerique autem asserunt, *Antonii* nomen adscripserit. [3] Jam illud satis constat quòd [4] filium Gordianum [5] nomine Antonini, & signo illustravit, quum apud præfectum ærarii more Rom. 5 professus filium publicis actis ejus nomen insereret. Post consulatum proconsul Africæ factus est, adnitentibus cunctis [6] qui Alexandri imperium etiam in Africa clarum per proconsulis dignitatem haberi atque esse voluerunt. Extat epistola ipsius Alexandri, qua senatui gratias agit quòd

1. *Permittentibus imperatoribus.*] Nam auctoritate principis opus fuit ad equos curules comparandos. de quo multa in epist. Symmachi. *Idem.*

2. *Ut multi dicunt, Antonini, ut plerique autem affirmant, Antonii nomen adscripserit.*] Iterum infrà, *nobilitatem, ut nonnulli, ab Antoninis, ut plurimi, ab Antoniis duxit.* ita & vetus lapis tertio Gordiano positus, in quo dicitur M. ANTONIVS. GORDIANVS. *Idem.*

3. *Jam illud satis constat quod filium Gordianum nomine Antonini & signo illustravit.*] Hæc pessime à correctoribus accepta: Legend. *Jam illud satis constat, quod filium Gordianum nomine, Antonini signo illustravit, quum apud præfectum ærarii more Romano professus filium publicis actis ejus nomen insereret.* Filium Gordianum nomine, Antonini signo id est cognomine illustravit, cum ejus nomen actis publicis inserendum curaret. in Gordiano juniore: *Antoninum filium suum ipse significari voluit in Senatu.* Id est, filium suum cognominari voluit Antoninum. signum autem est cognomen. *Salmas.*

4. *Filium Gordianum nomine Antonini & signo illustravit.*] Qualenam istud fuit *Antonini signum*? legendum existimo, *nomine Antonini & in senatu illustravit, & cùm apud pr.* nato recens Gordiano puero, accidit ut illius mentionem in senatu pater faceret: cùm quidem illum Antonium appellavit. postea sequitur: *primis diebus sui natalis Antoninus est appellatus: mox in senatu Antonini nomen est editum.* Casaubonus.

5. *Nomine Antonini & signo illustravit.*] Non comparet in Palatino copula &. meo judicio, poterat adhuc præterea abesse, vox *signo*. Grut.

6. *Qui Alexandri imperium.*] Pal. *imperatorium*; ut forte subaudiendum veniat, aut *nomen*, aut *decus*, aut simile quid. *Idem.*

1. *Multi*

quòd Gordianum ad Africam proconsulem destinaverit, cujus hoc exemplum est: *Neque gratius mihi quicquam P. C. neque dulcius potuistis efficere quàm ut Antoninum Gordianum proconsulem ad Africam mitteretis, virum nobilem & magnanimum, disertum, justum, continentem, bonum*, & reliqua. Ex quo apparet quantus vir eo tempore Gordianus fuerit. Amatus est ab Afris ita ut nemo antea proconsulum: ita ut eum alii Scipionem, Catonem alii, [1] multi Mutium, [2] ac Rutilium, [3] aut Lælium dicerent. Extat eorum acclamatio, quæ [4] à Junio in literas relata est. [5] Nam quum quadam die factum imperatorium legeret, atque à proconsulibus Scipionibus cœpisset, acclamatum est, *Novo Scipioni, vero Scipioni, Gordiano proconsuli.* Hæc & alia frequenter audivit. Et erat quidem longitudine Romana, 6 canitie decora & pompali vultu, ruber magis quàm candidus, facie bene lata, oculis, ore, fronte, verendus. Corporis qualitate subcrassulus. Moribus ita moderatus ut nihil possis dicere quod ille aut cupidè, aut immodestè, aut nimiè fecerit. Affectus suos unicè dilexit: filium & nepotem ultra morem, filiam & neptem religiosè. Socero suo Annio Severo tantum detulit, ut in familiam ejus quasi

1. *Multi Mutium.*] Mutii in veteri historia Romana multi, viri clari, & virtutibus insignes: sed hic Q. Mutius Scævola intelligitur, qui ex consulatu Asiam nactus tanta integritate eam rexit, ut ejus administratio pro exemplo & forma officii, cæteris qui in eam provinciam postea profecti sunt, à senatu sit proposita. Valer. Max. lib. VIII. cap. XVII. *Casaub.*

2. *Ac Rutilium.*] Is est de quo Valerius Maximus libro II. cap. de Majestate. *Idem.*

3. *Aut Lælium.*] C. Lælium cognomine Sapientem. ex libris M. Tullii notissimus est. *Idem.*

4. *A Junio.*] Junio Cordo. *Idem.*

5. *Nam quum quodam die factum imperatorium legeret.*] Quodnam istud factum imperatorium? non dubito edictum vel rescriptum imperatoris ita vocari, qualia ad proconsules & reliquos provinciarum præsides mittebantur, ad provincialium quibus præsidebant, aut etiam totius reipublicæ utilitatem spectantia. *factum* igitur nihil aliud est quam τὸ πραγματικὸν, vel pragmatica sanctio. notum est pragmaticas sanctiones non nisi in publicis causis fieri solitas, ad preces civitatum aut provinciarum, & ad suggestionem plerumque judicum & præsidum provinciarum. pragmatica autem ejusmodi rescripta dicebantur, quod longo tractatu & consilio habito sollemniter & multa verborum dissertatione formarentur. quidquid enim hoc modo fit, Græci vocant πραγματικὸν. *Salmas.*

quasi filium migrasse se crederet, [1] ut nunquam cum eo lavarit [2] nunquam illo præsente sederit ante prætoram. cosquum esset, aut in domo ejus semper mansit, aut si in Pompejana domo, ad illum vel manè vel serò processit. Vini parcus, cibi parcissimus, vestitu nitidus, lavandi cupidus, [3] ita ut & quater & quinquies in die lavaret æstate, [4] in hyeme bis. Somni plurimi, ita ut in tricliniis si fortè apud amicos ederet, etiam sine pudore dormiret: quod videbatur facere per naturam, non per ebrietatem
7 atque luxuriam. Sed boni mores nihil ei profuerunt. [5] Hic enim vita venerabilis, cum Platone semper, cum Aristotele, cum Tullio, cum Virgilio, cæterisque veteribus agens, alium quàm merebatur exitum passus est. Nam cùm temporibus Maximini hominis sævi atque truculenti, [6] proconsul Africam regeret, eique legatus filius esset à senatu datus, quumque quidam rationalis acriùs contra plurimos Afrorum sæviret quàm Maximinus ipse pateretur,

1. *Ut nunquam cum eo lavarit.*] Nam more Romano neque liberi cum parentibus, neque generi cum soceris lavabantur. *Casaub.*

2. *Nunquam illo præsente sederit. Ante prætoram Cos. cum esset.*] Perperam distinctus hic locus ita distingue: *Nunquam illo præsente sederit ante prætoram. Consul cum esset, aut in domo ejus semper mansit.* tantum detulisse socero suo Gordianum dicit, ut antequam prætor fieret, nunquam eo præsente sederet. post prætoram igitur, ut intelligere est, incepit sedere ipso præsente. *Salmasius.*

3. *Ita ut quater & quinquies in die lavaret.*] Membranæ, *Ita ut quartò & quintò in die lavaret æstate, hieme bis.* Casaub.

Ita ut quater & quinquies in die lavaret.] Membranæ Palatinæ: *Ita ut quarto & quinto in die lavaret æstate, hyeme secundo.* quod illi mutaverunt, qui nesciebant istis auctoribus, *secundo, tertio, quarto, quinto*, usurpari pro bis, ter, quater, quinquies. *Salmasius.*

Ita ut & quater & quinquies in die lavaret.] Mavult etiam Palatinus, quod habent alii mss. *ita ut quarto & quinto.* Grut.

4. *In hieme bis.*] Palat. *hieme secundo*, sine *in*. Idem.

5. *Hic enim vita venerabilis.*] Palat. *hæc.* forte: *Hæc enim vita venerabilis.* id est, hoc genere vitæ. *Salmas.*

6. *Proconsul Africam reg.*] Membranæ, *proconsule.* Casaub.

Proconsul Africam regeret, eique legatus filius esset à Senatu datus.] Aliter hæc in Palatino concipiuntur: *Nam cum temporibus Maximini hominis sævi atque truculenti proconsule Africam regeret, filio jam ex consulibus sibimet legato à Senatu dato.* atque ita legi debet. *filio jam ex consulibus*, est *filio jam consulari.* consularem enim jam eum tum fuisse, cum patri proconsuli legatus à Senatu datus est, paulo ante cognovimus. *Salmas.*

1. *Et*

tur, proscribens plurimos, interficiens multos, [1] & [2] sibi ultra procurationem omnia vindicans, [3] retunsus deinde à proconsule, atque legato, [4] quum nobilibus [5] & consularibus viris ipse minaretur, quumque Afri tam insolentes injurias ferre nequirent, primùm ipsum rationalem adjunctis sibi plerisque militibus occiderunt. Occiso deinde eo, quum jam orbis terrarum odio contra Maximinum arderet, cœperunt cogitare [6] quemadmodum in Maximinos & rusticos vel Afros ortæ inimicitiæ placarentur. Tunc quidam Mauricius nomine, potens apud Afros decurio, [7] juxta Tysdrum [8] nobilissima post hæc oratione [1] apud

1. *Et sibi ultra procuratorem omnia vindicans, &c.*] Acquiescit & huic scripturæ Pal. *Grut.*

2. *Sibi ultra procurationem.*] Scripti, *Ultra procuratorem.* non ineleganter. *Cas.*

3. *Retunsus deinde à Proconsule.*] Membranæ *petunsus* habent, pro *retunsus*. totam hanc periodum sic lego: *Quumque quidam rationalis acrius contra plurimos Afrorum sæviret, quam Maximinus ipse patretur, proscribens plurimos, interficiens multos, & sibi ultra procurationem omnia vindicans, retunsus à Proconsule atque legato, nobilibus & consularibus viris ipsis minaretur exitium, Afri tam insolentes injurias ferre nequiverunt, & primum ipsum rationalem adjunctis sibi plerisque militibus occiderunt: occiso deinde eo, quum jam orbis terrarum odio contra Maximinum arderet, cæperunt cogitare quemadmodum inter Maximinianos & rusticos vel Afros ortæ inimicitiæ placarentur.* Salmas.

Retunsus deinde à proconsule atque legato, cùm nobilibus, &c.] Aliter quoque Pal. nempe: *atque legato nobilibus & consularibus viris ipsis minaretur etiudum, Afri, &c.* forsan fuit, *atque legato: nobilibus & Consularibus viris ipse minatur exitium; Afri.* Grut.

4. *Cùm nobilibus & consularibus viris ipse minaretur, cumque Afr.*] Scripta lectio suspendit sententiam à principio periodi, nec *cùm* hic agnoscit ante *nobilibus*: deinde scribit, *n. &c. viris ipse minaretur & indium.* pro *excidium.* ut videbatur & Puteano. *Casub.*

5. *Et consularibus viris ipse minaretur, quumque.*] Lego ex Palat. *Et consularibus viris ipsis minaretur exitium.* per consulares viros intelligit ambo Gordianos consulares, quorum pater proconsul, filius patris sui legatus. *Salmas.*

6. *Quemadmodum in Maximinos & rusticos.*] Scripta lectio: *Quemadmodum seditio inter Maximinos & rusticos vel Afros orta sedaretur.* rectè. *Casub.*

Quemadmodum in Maximinos & rusticos, &c.] Scribendum: *Quemadmodum inter Maximinianos, & rusticos vel Afros orta seditio placaretur.* Salmas.

Quemadmodum seditio inter Maximinos & rusticos vel Afros orta placaretur.] Ita aliorum mss. ita Pal. *Grut.*

7. *Juxta Tysdrum nobilissima posthæc oratione.*] Legendum: *Tunc quidam Mauricius nomine, potens apud Afros decurio, juxta Tysdrum, nobilissimæ prosapiæ, hac oratione apud plebem in agro suo velut concionabundus est loquutus.* Scriptum videtur fuisse: *nobilissimæ pros.* quod erat: *nobilissimæ prosapiæ.* Salmas.

8. *Nobilissima posthæc oratione.*] Sic & veteres codices. *Casub.*

Nobilissimâ post hac oratione.] Sic & Pal. non ut publicati, *post hæc.* idem tamen noster, ne quid mentiar, habet *nobilissimè.* Grut.

quasi filium migrasse se crederet, [1] ut nunquam cum eo lavarit [2] nunquam illo præsente sederit ante præturam. cosquum esset, aut in domo ejus semper mansit, aut si in Pompejana domo, ad illum vel manè vel serò processit. Vini parcus, cibi parcissimus, vestitu nitidus, lavandi cupidus, [3] ita ut & quater & quinquies in die lavaret æstate, [4] in hyeme bis. Somni plurimi, ita ut in tricliniis si fortè apud amicos ederet, etiam sine pudore dormiret: quod videbatur facere per naturam, non per ebrietatem
7 atque luxuriam. Sed boni mores nihil ei profuerunt. [5] Hic enim vita venerabilis, cum Platone semper, cum Aristotele, cum Tullio, cum Virgilio, cæterisque veteribus agens, alium quàm merebatur exitum passus est. Nam cùm temporibus Maximini hominis sævi atque truculenti, [6] proconsul Africam regeret, eique legatus filius esset à senatu datus, quumque quidam rationalis acriùs contra plurimos Afrorum sæviret quàm Maximinus ipse pateretur,

1. *Ut nunquam cum eo lavarit.*] Nam more Romano neque liberi cum parentibus, neque generi cum soceris lavabantur. *Casaub.*

2. *Nunquam illo præsente sederit. Ante præturam Cos. cum esset.*] Perperam distinctus hic locus ita distingue: *Nunquam illo præsente sederit ante præturam. Consul cum esset, aut in domo ejus semper mansit.* tantum detulisse socero suo Gordianum dicit, ut antequam prætor fieret, nunquam eo præsente sederet. post præturam igitur, ut intelligere est, incepit sedere ipso præsente. *Salmasius.*

3. *Ita ut quater & quinquies in die lavaret.*] Membranæ, *Ita ut quartò & quintò in die lavaret æstate, hieme bis.* Casaub.

Ita ut quater & quinquies in die lavaret.] Membranæ Palatinæ: *Ita ut quarto & quinto in die lavaret æstate, hyeme secundo.* quod illi mutaverunt, qui nesciebant istis auctoribus, *secundo, tertio, quarto, quinto*, usurpari pro bis, ter, quater, quinquies. *Salmasius.*

Ita ut & quater & quinquies in die lavaret.] Mavult etiam Palatinus, quod habent alii mss. *ita ut quarto & quinto.* Grut.

4. *In hieme bis.*] Palat. *hieme secundo*, sine *in*. Idem.

5. *Hic enim vita venerabilis.*] Palat. *hæc.* forte: *Hæc enim vita venerabilis.* id est, hoc genere vitæ. *Salmas.*

6. *Proconsul Africam reg.*] Membranæ, *proconsule.* Casaub.

Proconsul Africam regeret, eique legatus filius esset à Senatu datus.] Aliter hæc in Palatino concipiuntur: *Nam cum temporibus Maximini hominis sævi atque truculenti proconsule Africam regeret, filio jam ex consulibus sibimet legato à Senatu dato.* atque ita legi debet. *filio jam ex consulibus*, est *filio jam consulari*: consularem enim jam eum tum fuisse, cum patri proconsuli legatus à Senatu datus est, paulo ante cognovimus. *Salmas.*

1. *Et*

tur, proscribens plurimos, interficiens multos, [1] & [2] sibi ultra procurationem omnia vindicans, [3] retunsus deinde à proconsule, atque legato, [4] quum nobilibus [5] & consularibus viris ipse minaretur, quumque Afri tam insolentes injurias ferre nequirent, primùm ipsum rationalem adjunctis sibi plerisque militibus occiderunt. Occiso deinde eo, quum jam orbis terrarum odio contra Maximinum arderet, cœperunt cogitare [6] quemadmodum in Maximinos & rusticos vel Afros ortæ inimicitiæ placarentur. Tunc quidam Mauricius nomine, potens apud Afros decurio, [7] juxta Tysdrum [8] nobilissima post hæc oratione [1] apud

1. *Et sibi ultra procuratorem omnia vindicans, &c.*] Acquiescit & huic scripturæ Pal. *Grut.*

2. *Sibi ultra procurationem.*] Scripti, *Ultra procuratorem.* non ineleganter. *Cas.*

3. *Retunsus deinde à Proconsule.*] Membranæ *retunsus* habent, pro *retunsus.* totam hanc periodum sic lego: *Quumque quidam rationalis acrius contra plurimos Aforum sæviret, quam Maximinus ipse patretur, proscribens plurimos, interficiens multos, & sibi ultra procurationem omnia vindicans, retunsus à Proconsule atque legato, nobilibus & consularibus viris ipsis minaretur exitium, Afri tam insolentes injurias ferre nequiverunt, & primum ipsum rationalem adjunctis sibi plerisque militibus occiderunt: occiso deinde eo, quum jam orbis terrarum odio contra Maximinum arderet, caperunt cogitare quemadmodum inter Maximinianos & rusticos vel Afros ortæ inimicitiæ placarentur.* Salmas.

Retunsus deinde à proconsule atque legato, cùm nobilibus, &c.] Aliter quoque Pal. nempe: *atque legato nobilibus & consularibus viris ipsis minaretur etiindum, Afri, &c.* forsan fuit, *atque legato: nobilibus & Consularibus viris ipse minatur exitium; Afri.* Grut.

4. *Cùm nobilibus & consularibus viris ipse minaretur, cumque Afr.*] Scripta lectio suspendit sententiam à principio periodi, nec cùm hic agnoscit ante *nobilibus*: deinde scribit, *n. & c. viris ipse minaretur & indium.* pro *excidium.* ut videbatur & Puteano. *Casub.*

5. *Et consularibus viris ipse minaretur, quumque.*] Lego ex Palat. *Et consularibus viris ipsis minaretur exitium.* per consulares viros intelligit ambo Gordianos consulares, quorum pater proconsul, filius patris sui legatus. *Salmas.*

6. *Quemadmodum in Maximinos & rusticos.*] Scripta lectio: *Quemadmodum seditio inter Maximinos & rusticos vel Afros orta sedaretur.* rectè. *Casub.*

Quemadmodum in Maximinos & rusticos, &c.] Scribendum: *Quemadmodum inter Maximinianos, & rusticos vel Afros orta seditio placaretur.* Salmas.

Quemadmodum seditio inter Maximinos & rusticos vel Afros orta placaretur.] Ita aliorum mss. ita Pal. *Grut.*

7. *Juxta Tysdrum nobilissima posthæc oratione.*] Legendum: *Tunc quidam Mauricius nomine, potens apud Afros decurio, juxta Tysdrum, nobilissimæ prosapiæ, hac oratione apud plebem in agro suo velut concionabundus est loquutus.* scriptum videtur fuisse: *nobilissimæ pros.* quod erat: *nobilissimæ prosapiæ.* Salmas.

8. *Nobilissima posthac oratione.*] Sic & veteres codices. *Casub.*

Nobilissimâ post hac oratione.] Sic & Pal. non ut publicati, *post hæc.* idem tamen noster, ne quid mentiar, habet *nobilissimè.* Grut.

[1] apud plebem in agro suo velut concionabundus est lo-
8 quutus. [2] *Gratias habeo diis immortalibus, cives, quòd occasionem dederunt, & quidem necessariam, providendi nobis contra hominem furiosissimum Maximinum. Nos enim qui procuratorem ejus moribus & vita consimilem occidimus, nisi facto imperatore salvi esse non possumus. Quocirca si placet, quoniam non longè est nobilissimus vir proconsul cum filio consulari legato,* [3] *quorum utrique mortem pestis illa est minata,* [4] *sublata de vexillis purpura, imperatores eos dicemus, adhibitisque insignibus Romano jure firmabimus.* Tunc acclamatum est: *Æquum est, justum est.* [5] *Gordiane Auguste,* [6] *dii te servent feliciter. Imperator es, cum filio imperes.* His actis properè ventum est ad oppidum Tysdrum, inventusque senex venerabilis post jurisdictionem [7] jacens in lecto, qui circunfusus purpura [8] humi se abjecit, [9] ac retractans elevatus est. Et quum aliud facere nihil

1. *Apud plebem in agro suo.*] Libri Puteani, *Apud plebem rusticanam in agro.* sic suprà. *Casaub.*

Apud plebem in agro suo.] Addit idem Palatinus: *apud plebem vel urbanam, vel rusticanam.* pro, *& rusticanam, & urbanam.* Quod non uno loco apud hos auctores positum observavimus. *Salmas.*

Apud plebem in agro suo, &c.] Pal. amplius, *apud plebem vel urbanam vel rusticanam in agro suo.* Grut.

2. *Gratias habeo diis imm.*] Venustè in libro Put. deest verbum. & statim, *proconsule*, non *proconsul.* Casaub.

Gratias Diis immortalibus, &c.] Vulgabatur prius, *Gratias habeo Diis*, sed efficacius est nostrorum illud, quod se tuetur & Pal. & Puteani codicibus. sicque infra c. x 1. *Dii vobis gratias.* Grut.

3. *Quorum utrique mortem pestis illa minata est.*] Respicit ad illa verba, quæ paulo supra habuimus: *retunsus à proconsule atque legato, nobilibus & consularibus viris ipsi minaretur exitium.* Salmas.

4. *Sublata de vexillis purpura.*] Ita fuit moris in tumultuariis principum creationibus: cùm ad manum purpura non esset, rapere illam undecunque possent: ut nunc de vexillis: sæpiùs è deorum simulacris. Pete exempla è Trebellio Pollione, Vopisco in Probo. *Casaub.*

5. *Gordiane Auguste dii te servent feliciter.*] Distinguendum, *G. A. dii te servent. feliciter. Imp.* nam *feliciter*, per se pronuntiandum. *Idem.*

6. *Dii te servent feliciter. Imperator es, cum filio imperes.*] Placeret distingui: *Gordiane Auguste. dii te servent. feliciter imperator es. cum filio imperes.* malim etiam legere: *feliciter imperes, cum filio imperes.* Salmas.

7. *Jacens in lectulo.*] Sic Palat. non *lecto*, ut vulgg. *Grut.*

8. *Humi se abjecit, ac retractans elevatus est.*] Ita etiam Pal. aliique scripti. *Idem.*

9. *Ac retractans elevatus est.*] Scripti, *retractans.* scribendum, *detractans.* quod ait elevatum esse, refero ad præcedentia verba, *humi se abjecit.* nam ita melius, quàm ut referamus ad morum elevandi eos quibus deferebatur imperium. *Casaub.*

Ac retractans elevatus est.] Scripti, *retrac-*

nihil posset, [1] evitandi periculi gratia, quod à Maximini furoribus haud dubiè imminebat, [2] imperatorem se appellari senex passus est. Erat autem jam octogenarius, & plu- 9
rimis provinciis (ut diximus) antè præfuerat: populo Rom. [3] ita commendatus suis actibus erat ut toto dignus videretur imperio. [4] Alii quidem occiso juvene Gordiano filio suo, quod Gordianus antè nescierat: sed ubi rem comperit, jam morti vicinus, & filio magis timens, maluit honestas causas habere moriendi quàm dedi vinculis & carceri Maximini. Appellato igitur Gordiano imperatore, [5] juvenes qui autores hujus facinoris erant, statuas Maxi-

retrectans. retrectare pro *retractare*. Glossæ, ὀκνηρεύεσθαι & ὑποχωρεῖν interpretantur. *Salmas.*

1. *Evitandi periculi gratiâ quod à Maximini furoribus haud dubiè imminebat.*] Proponam scripturam membranarum quæ falsi damnat editam lectionem. refertur: *Quod à Maximinianis fautoribus necessario & haud dubiè imminebat.* Idem.

Evitandi periculi gratiâ, quod Maximini furoribus haud dubiè imminebat.] Pal. *quod Maximianis necessario fautoribus dubiè imminebat.* ex quibus liquet *furoribus* omninò mutandum in *fautoribus*. Grut.

2. *Imperatorem se appellari passus est.*] Membranæ, *Imperatorem se appellari senex passus est.* nec sine oratione judicem huic adtexenda & una serie continuanda, quæ infra alieniore loco posita leguntur, ad hunc modum: *Imperatorem se appellari senex passus est, jam mortis vicinus. sed filio magis timens, maluit honestas causas habere moriendi quam dedi vinculis & carceri Maximini. Erat autem jam octogenarius, & plurimis provinciis, ut diximus ante, præfuerat.* Dicit ergò Gordianum, jam senem, jam morti vicinum, imperatorem se appellari passum, cum primo restitisset. sed quum filio timeret, & videret hoc illi tutum non esse nec reliquæ familiæ suæ, volens suscepit, quod primo recusarat imperium. licet enim in recusando imperio perstitisset, omnino tamen sibi moriendum esse videbat à fautoribus Maximinianis: maluit igitur honestè & splendide mori imperator, quam dedi vinculis Maximini & ignominiosè perire. *Salmas.*

3. *Ita commendatus suis actibus erat, ut, &c.*] Melius procederet cursus sententiæ, deleto illo *erat*. Grut.

4. *Alii quidem occiso juvene Gord.*] Omnia quæ periodo ista continentur, usque ad illa; *Appellato igitur Gord:* ab hoc loco alieniſsima sunt: pertinent enim ad sermonem de morte Gordiani senioris: at hic narratur quomodo sit factus imperator. Delenda igitur periodus tota, quam neque Puteani codex alter agnoscit. Tangitur his verbis varietas opinionum super obitu senioris Gordiani. *Casaub.*

Alii quidem occiso juvene.] Hæc alio pertinent, & nescio unde huc intrusa. *Salmas.*

Alii quidem occiso juvene Gordiano filio suo, quod Gordianus.] Benè monuit Casaubonus, totam hanc periodum, usque ad vocem *appellato*, ab isto loco esse alienam; neque agnoscì ab altero codice Puteani. & est quidem in Pal. sed is à primâ scripturâ tantum habuerat, *Alii quidem occiso, Gordianus ante, &c.* Grut.

5. *Juvenes qui auctores consilii erant.*

Maximini dejecerunt,[1] imagines perfregerunt, nomen publicitus eraserunt. [1] Ipsum etiam Gordianum *Africanum* appellaverunt. Addunt quidam Africani cognomentum Gordiano idcirco inditum, non quòd in Africa imperare cœpisset, sed quòd de Scipionum familia originem traheret. In plurimis autem libris invenio & hunc Gordianum, & filium ejus pariter imperatores appellatos, & *Antoninas* cognominatos: alii verò *Antonios*. Post hoc Carthaginem ventum cum pompa regali & fascibus laureatis: [2] filiusque legatus patris, exemplo Scipionum, (ut Dexippus Græcæ historiæ autor est)[3] gladii potestate succinctus est. Missa deinceps legatio Romam est cum literis Gordianorum, hæc quæ gesta fuerant in Africa indicans: quæ per Valerianum principem senatus, qui postea imperavit, gratanter accepta est. Missæ sunt & ad amicos nobiles literæ, ut homines potentes & rem probarent & amiciores fierent ex amicis. Sed tanta gratulatione factos contra Maximinum imperatores senatus accepit, ut non solùm gesta hæc probarent, sed etiam xx. viros eligerent, inter quos erat Maximus sive Pupienus, & Clodius Balbinus: qui ambo imperatores sunt creati, posteaquam Gordiani duo in Africa interempti sunt. Illos sanè xx. senatus ad hoc creaverat ut divideret his Italicas regiones contra Maximinum pro Gordianis tuendas. Tunc legationes à Maximino Romam venerunt, abolitionem præteritorum spondentes. Sed vicit Gordianorum legatio, quæ bona omnia pollicebatur, ita ut eidem crederetur: & ingens militibus

vide ad librum superiorem, ubi expolitum est cur juvenes voret. *Casaubonus.*

1. *Ipsum etiam Gordianum Africanum appellaverunt.*] Imo etiam antè hoc cognomen illum usurpasse, quidam scripserunt, ut inferiùs dicitur. *Idem.*

2. *Filiusque legatus patris, exemplo Scipionum.*] Scipio Africanus Scipioni nondum Asiatico fuit legatus in Asia, frater fratri, major minori, ut ait Valer. libro quinto: Sic autem accipe: filius qui erat legatus patri suo, gladii potestate est succinctus, id est, ducatus belli ei est delatus. *Idem.*

3. *Gladii potestate succinctus est.*] Pal. quidnam initio habuerit loco *gladii*, incertum est. visitur interim à manu secundâ, *ærarii potestate*, litteris prioribus omnibus erasis. *Grut.*

1. *Populo*

stitibus stipendium, [1] populo [2] agri atque congiaria promissa. Usque adeò autem magis Gordianis quàm Maximinis est creditum, ut Vitalianus quidam, qui prætorianis militibus præerat, per audacissimos quæstorem & milites jussu senatus occideretur: quòd se antea crudeliter egerat, & tunc ejus magis immanitas timebatur, amica & familiaris moribus Maximini. [3] de cujus morte hæc fabella fertur. Fictæ sunt literæ Maximini, [4] signatæ quasi ejusdem annulo, & missi cum quæstore milites qui eas ferrent, addentes quædam præter literas secretò esse dicenda. [5] Longam igitur porticum petierunt: [6] & quum ille ea quæ sibi erant secretò dicenda, perquireret, hortantibus ut priùs signum inspiceret epistolæ, dum considerat, interemptus est. Persuasum deinde est militibus, jussu Maximini Vitalianum interemptum: peractisque rebus in castris Gordianorum & literæ & vultus sunt propositi. Interest ut 11
senatusconsultum, quo Gordiani imperatores appellati sunt, & Maximinus hostis, literis propagetur. [7] Non legitimo sed indicto senatus die cos. jam domi conventus cum prætoribus, ædilibus, & tribunis plebis venit in curiam. [8] Præfectus urbis, cui nescio quid redoluerat, & qui publicas literas non acceperat, [9] à conventu se abstinuit.

[1] Sed

1. *Populo agri atque congiaria promissa.*] Totum hunc locum sic lego: *Sed vicit Gordianorum legatio, quæ bona omnia pollicebatur, ita ut eidem crederetur, ingens militibus stipendium, populo agros atque congiaria promittenti.* Salmas.

2. *Agri & congiaria promissa.*] Pal. promittendi. Grut.

3. *De cujus morte hæc fabella fertur. Ficta sunt literæ Maximini.*] Fabellam vocat quam pro vera historia Herodianus tradit. sed nonnihil variat illius narratio. non enim fictas à quoquam literas, tanquam essent Maximini; sed Gordianum ex Africa, & literas & certos homines misisse, qui cædem patrarint. *Casaub.*

De cujus morte hæc fabella fertur.] Fabella etiam dicitur res verè gesta, sed quæ ore vulgi circumferatur potiùs, quàm certo aliquo auctore. *Grut.*

4. *Signatæ quasi ejusdem annulo, &c.*] Vide Herodian. *Casaub.*

5. *Longam igitur porticum petierunt.*] Herodianus magis locum cædis exprimit. *Idem.*

6. *Et quum ille ea quæ sibi erant secreto dicenda perquireret.*] Melius: *requireret.* Salmas.

7. *Non legitimo sed indicto senatus die.*] Nec malè scribas, *legitimi*, & *indicti.* Casaub.

8. *Præfectus Urbis.*] Sabinus: de cujus cæde paullò pòst, & Herodianus. *Idem.*

9. *A conventu se abstinuit.*] Id est, se ab-

[1] Sed profuit, nam cos. ante solitas acclamationes priusquam aliquid in Maximinum feliciter diceretur, ait: *P. C. Gordiani duo, pater & filius, ambo ex* coss. *unus vester proconsul, alter vester legatus, magno Afrorum consilio imperatores sunt appellati. Gratias igitur agamus Tysdritanæ juventuti, gratias Carthaginensi populo semper devoto, qui ab immani nos bellua, ab illa fera vindicaverunt. Quid timidè auditis? quid circumspicitis? quid cunctamini? hoc est quod semper optastis. Hostis est Maximinus:* [2] *dii faciant ut esse jam desinat, & Gordiani senis felicitatem atque prudentiam, juvenis virtutem atque constantiam læti experiamur.* Post hæc literas legit Gordianorum, ad senatum & ad se missas. Tunc clamavit senatus, *Dii vobis gratias. Liberati ab hostibus sumus, si penitus liberemur. Maximinum hostem omnes judicamus.* [3] *Maximinum cum filio diis inferis devovemus. Gordianos augustos appellamus. Gordianos*
11 *principes agnoscimus.* [4] *Imperatores de senatu dii conservent: imperatores nobiles victores videamus: imperatores nostros Roma vi-*
12 *deat. Hostes publicos qui occiderit, præmium merebitur.* [5] Dicit Junius Cordus istud senatusconsultum fuisse tacitum: quod quale sit, aut quare sic appellatum, brevi exponam.

Omni-

se abstinuerat, neque cum cæteris magistratibus Consulem domi convenerat. nam alios fecisse dictum modò. *Idem.*

1. *Sed profuit.*] An potiùs, *Sed nihil profuit.* nam occisus est, ut modò diximus. sed non statim: itaque aliter fortasse interpretandum. *Idem.*

Sed profuit.] Profuisse dicit, quod præfectus urbis illi Senatusconsulto non interfuit, qui cum esset maximus Maximinorum fautor, & is cui plurimum fideret Maximinus, Senatusconsultum quominus in Gordianorum favorem fieret, & Maximini defautionem, prohibere potuisset. absentiam igitur ejus profuisse scribit Capitolinus. *Salmas.*

2. *Dii faciant ut esse jam desinat.*] *Dii faciunt, ut esse jam desinat.* Idem.

3. *Maximinum cum filio diis inferis devovemus.*] More antiquissimo apud Romanos. Dionysius Halicar. libro 11. *Casaub.*

4. *Imperatores de senatu.*] Nam Maximinus non erat de senatu. *Idem.*

5. *Dicit Junius Cordus istud S. C. fuisse tacitum.*] Singularis est hic locus de senatusconsulto tacito: quem morem alibi expositum non invenias. Herodianus quoque tacitum S. C. ea tempestate factum ostendit: sed non quando literæ Gordianorum advenerunt; verùm tunc cùm eorum cæde cognita in summas angustias redactus est senatus. Statim enim convenisse patres, non solito more in Curiam, sed in Capitolium & Jovis Capitolini cellam: eò se inclusisse solos, & velut in ipsis Jovis oculis deliberationem habuisse, quid esset opus facto. *Idem.*

1. *Exem-*

Omnino [1] exemplum senatusconsulti taciti non aliud est hodie quàm quòd vestra clementia, convocatis ad interiora majoribus, ea disponit quæ non sunt omnibus publicanda: de quibus adjurare etiam soletis nequis ante rem completam quicquam vel audiat vel intelligat. Hunc autem morem apud veteres necessitates publicæ repererunt, ut si fortè aliqua vis ab hostibus immineret quæ vel cogeret humilia captare consilia, vel aliqua constituere quæ non priùs oporteret dici quàm effici, vel si nollent ad amicos aliqua permanare, senatusconsultum tacitum fieret: ita ut non scribæ, [2] non servi publici, non censuales illis actibus interessent, senatores exciperent, senatores omnium officia censualium scribarumque complerent, nequid fortè proderetur. Factum est ergo senatusconsultum tacitum ne res ad Maximinum perveniret. Sed statim ille ([3] ut se habent hominum mentes, eorum duntaxat qui erubescunt per se ea non agnosci quæ sciunt, & qui humiles se putant si commissa non prodant) omnia comperit Maximinus, ita ut exemplum senatusconsulti taciti acciperet, quod nunquam antè fuerat factitatum. Extat denique ejus epistola ad præfectum urbis talis: [4] *Senatusconsultum tacitum* [5] *vestrorum illorum principum legi*, [6] *quod præfectus urbis factum esse fortasse non nosti: nam nec interfuisti. cujus exemplum ad te misi ut scires quomodo Romanam Remp. regeres.* Enarrari autem non potest quæ commotio fuerit Maximini quum audivit contra se Africam desciviſſe. Nam senatus autoritate percepta, 13

1. *Exemplum Senatusconsulti taciti non aliud est, &c.*] Scribe: *Exemplum Senatusconsulti taciti non aliud est hodie, quam quo vestra clementia, convocatis ad interiora majoribus, ea disponit, quæ non sunt omnibus publicanda.* Salmas.

2. *Non servi publici, non censuales.*] Horum opera magistratus Romani in actis publicis conficiendis utebantur: quod tandem mutatum est ab Arcadio, Honorio & Theodosio. *Casaubonus.*

3. *Ut se habent hominum mentes.*] Haud aliter etiam Pal. *Grut.*

4. *Senatusconsultum tacitum vestrorum illorum principum legi.*] Pal. *nostrorum illorum principum legi. principes* vocat Senatores. *Salmas.*

5. *Vestrorum illorum Principum.*] Pal. *nostrorum*, quod aliquantulum plus videtur habere indignationis. *Grut.*

6. *Quod tu præfectus urbi.*] Editiones aliæ, *quod præfectus urbis.* sed alterum est in Palat. & vehementius est. *Idem.*

1. *Nam*

cepta, incurrere in parietes, vestem scindere, gladium arripere quasi omnes posset occidere, prorsus furere videbatur. Præfectus urbis acceptis literis acrioribus, populum & milites alloquutus est, dicens, Maximinum jam occisum. Ex quo majus fuit gaudium, statimque dejectæ sunt statuæ atque imagines ejus qui hostis fuerat judicatus. Usus est sanè senatus pendente bello potestate qua debuit. [1] Nam delatores, calumniatores, procuratores, [2] & omnem illam facem Maximinianæ tyrannidis [3] occidi senatus jussit. Atque parum fuit quod senatus judicaverat, illud populi judicium fuit quòd occisi tracti sunt, & in cloacam missi. Tunc & præfectus urbi Sabinus, [4] consularis vir,
14 fuste percussus, occisus & in publico derelictus est. Hæc ubi comperit Maximinus, statim cohortatus est milites [5] hoc genere concionis: [6] *Sacrati commilitones, imò etiam mei confecranei*, [7] *& quorum mecum plerique verè militatis, dum nos in Germania Romanam defendimus majestatem, dum nos Illyricum à Barbaris vindicamus*, [8] *Afri fidem Punicam præstiterunt. Nam duos nobis Gordianos, quorum* [9] *alter ita senio fractus est ut non*

1. *Nam delatores, calumniatores, procuratores, & omnem illam facem Maximianæ tyrannidis occ.*] Scrib. *Maximiniana.* Vide Herodian. *Casaub.*

2. *Et omnem illam facem Maximianæ tyrannidis.*] Lege: *Maximinianæ tyrannidis.* quo genere non semel erratum est in hoc libro. *Salmas.*

3. *Occidi jussit.*] Publicati antea, *occidi Senatus jussit.* sed vox eà supervacanea, tamquam proximè præcedens: neque comparabat in Palatino. *Grut.*

4. *Consularis vir.*] *Consularis jam vir* Pal. *Salmas.*

5. *Hoc genere concionis.*] Non igitur verba ipsa concionis refert, sed solam sententiam, quam aliis verbis magis declamatoriis exornat. *Idem.*

6. *Sacrati commilitones, imò etiam mei confecranei.*] Sæpe soliti Ro. imperatores *commilitones* appellare suos milites, ut de Julio aliisque legimus ferè omnibus, præter Augustum. addit Maximinus vocem *sacrati*, ut eos sacramenti militaris admoneat: cujus erat religio maxima; idque præcipuum fidei vinculum. illud verò ξυστρατιώτας, *imò etiam mei confecranei.* quod idem est, ac commilitones, sive eorumdem sacrorum participes. *Casaub.*

7. *Et quorum plerique mecum verè militatis.*] Hoc ideo quia collapsam disciplinam militarem opera ipsius maximè restituerat Alexander: ut jam veri essent milites. potest accipi & per ὑστεροπρότερον dictum; quibuscum ego vere milito. *Idem.*

8. *Afri fidem Punicam præstiterunt.*] In altera concione, quæ libro superiore est descripta, *Afri fidem fregerunt. quid dicam fregerunt? nam quando tenuerunt.* Idem.

9. *Alter senio ita affectus est.*] Melius Palatinus: *alter ita senio fractus est, ut non posset assurgere.* Salmas.

1. Et

non posſit assurgere, alter ita luxurie perditus ut debilitatem habeat pro senectute, imperatores fecerunt. [1] *Et nec hoc parum est, sed factum Afrorum nobilis ille senatus agnovit, & pro quorum liberis arma portamus, hi contra nos* XX. *viros statuerunt, & omnes velut contra hostes sententias protulerunt. Quinimò agite ut viros decet. Properandum est ad urbem. Nam &* XX. *viri consulares contra nos lecti sunt, quibus resistendum est nobis fortiter agentibus, vobis feliciter dimicantibus.* [2] Lentas militum mentes & suorum minùs alacres animos hac concione Maximinus re cognovit. Denique statim ad filium scripsit, qui longè post sequebatur, ut acceleraret, nequid contra eum se absente milites cogitarent. Literarum exemplum tale Junius Cordus dicit: [3] *Referet ad te* [4] *stipator meus Tycannius, quæ gesta cognovi vel in Africa vel Romæ: referet quæ sint militum mentes. Quæso quantum potes, properes:* [5] *nequid, ut solet, militaris turba plus faciat. Quid verear, ex eo audies quem ad te misi.* Dum hæc aguntur, in Africa contra duos Gordianos Capelianus quidam, Gordiano & in privata vita semper adversus, & ab ipso imperatore jam quum Mauros Maximini jussu regeret veteranus dimissus,

1. *Et nec hoc parum est, &c.*] Malim *Et ne hoc parum esset, factum Afrorum nobilis ille senatus agn.* Casaub.

Et nec parum est, sed factum Afrorum, &c.] Pal. *ne.* forte: *Et ne hoc parum esset, factum Afrorum, &c.* ut & alii quoque malebant. *Grut.*

2. *Lentas militum mentes & suorum minus alacres, &c.*] Quid *sæpe cognovit?* Lege: *Lentas militum mentes, & non alacres animos hac concione Maximinus recognovit.* Salmas.

Lentas militum mentes, & suorum minus alacres animos hac concione Maximinus sæpè cognovit.] Pal. *Lenitas militum mentes, & non alacres animos hanc concionem & Maximinus spe cognovit.* Legendum forte: *Lentas militum mentes & non alacres animos hac concione Maximinus præcognovit.* Grut.

3. *Referet ad te stipator meus Tyncannius.*] Vulgabatur prius *Tycannius.* Idem.

4. *Stipator meus Tycannius.*] Palatinus habet: *Thyncanius.* lege: *Tynchanius.* à verbo τυγχάνω, Τύγχαν & Τυχάνης nomina propria. sic ab ἐπιτυγχάνω, Ἐπιτύχαν. *Epitychani* aliquot leguntur in veteribus inscriptionibus. *Salmas.*

5. *Ne quid, ut solet, militaris turba plus faciat.*] Εὐφημισμὸς est non ineptus, *plus facere*, pro conficere, occidere, deterius aliquid in aliquem consulere. ex his verbis non colligas utri Maximinus timuerit: sibine absente filio, an illi qui à patre aberat tum longiùs, ut modò dictum est. ego accipiebam de patre: cujus præcipuum apud omnes odium. sed de filio accepit Capitolinus, quod declarant superiora verba: *Ne quid contra eum se absente milites cogitarent.* Casaub.

1. *Cùm*

sus,[1] collectis Mauris & tumultuaria manu[2] accepto Gordiano successore Carthaginem petiit,[3] atque omnes fide Punica Carthaginensium populos inclinavit. Gordianus tamen fortunam belli experiri cupiens, filium suum jam natu grandiorem, XL. & VI. annos agentem, quem tunc legati loco (ut diximus) habuerat, contra Capelianum & Maximinianos misit, virum de cujus moribus suo loco dicemus. Sed quum in re militari & Capelianus esset audacior, & Gordianus junior[4] non tam expertus, quippe qui nobilitatis deliciis tardabatur, pugna commissa vin-
16 citur & in eodem bello interficitur. Fertur autem tanta multitudo Gordiani partium in bello cecidisse,[5] ut quum diu quæsitum sit corpus Gordiani junioris, non potuerit inveniri.[6] Fuit præterea ingens, quæ rarò in Africa est, tempestas, quæ Gordiani exercitum ante bellum ita dissipavit ut minùs idonei milites prælio fierent, atque ita facilis esset Capeliani victoria.[7] Hæc ubi comperit senior Gor-

1. *Cum lectis Mauris & tumultuaria manu.*] Scribendum: *Conlectis Mauris, & tumultuaria manu.* Salmas.

Cum lectis, &c.] Palat. *conlectis.* Gruter.

2. *Accepto Gordiano successore.*] Scribendum, *à Gordiano.* Sed totus locus tenebricosus nonnihil. Ita autem distinguendum: *Gordiano & in privata vita semper adversus, & ab ipso imperatore jam, cùm Maurus Maximini jussu regeret veteranos, dimissus, cum lectis Mauris & tumultuaria manu, accepto à Gordiano successore, Carthaginem petiit.* Casaubonus.

Accepto à Gordiano successore.] Hactenus editi malè omiserant præpositionem, quam tamen habebant mss. *Gruter.*

3. *Atque omnes fide Punica Carthaginiensium populos inclinavit.*] Scribendum: *Collectis Mauris & tumultuaria manu Carthaginem petiit, ad quem omnis fide Punica Carthaginiensium populus inclinavit.* Salmas.

4. *Non tam expertus.*] Prætuletim ferè scripturam Palatini, *non tam exercitatus.* Grut.

5. *Ut cùm diu quæsitum sit corpus Gordiani junioris, non potuerit inveniri.*] Vide Herodian. *Casaub.*

Ut cum diu quæsitum sit corpus Gordiani.] Maluissem, *ut diu quæsitum corpus*, rejectis, *cùm* & *sit.* Grut.

6. *Fuit præterea ingens quæ raro in Africa est, tempestas.*] Constat Gordianum juniorem sub initium Julii, vel, ut quibusdam placet, ipsis Iulii Calendis prope Carthaginem periisse: vbi rarò cit eo anni tempore tempestas. *Casaubonus.*

Fuit præterea ingens quæ raro in Africa est tempestas.] Hæc tempestas quæ Gordiani exercitum dissipavit, & facilem Capeliano victoriam præstitit, videtur occasionem præbuisse quibusdam historicis illius texendæ fabulæ, qua Gordianos tempestate in mari orta, cum Romam venirent, fuisse obrutos & extinctos scripsere. *Salmas.*

7. *Hæc ubi comperit senior Gordianus mid.*] Huic periodo ante illa, *Hic exitus, &c.*

Gordianus, modicas vires suas, Maximini magnas, instantem Capelianum, raramque Punicam fidem considerans, & acri dolore percitus, ut vincula etiam hostium evitaret, laqueo vitam finivit, & vitam cum imperio reliquit. [1] Hic exitus duorum Gordianorum fuit, quos ambo senatus Augustos appellavit, & postea inter divos retulit. [2] Imperaverunt anno uno, mensibus sex.

GORDIANUS JUNIOR.

Hic Gordiani senis proconsulis Africæ filius, qui cum patre & ab Afris & à senatu Augustus appellatus est, literis & moribus clarus fuit præter nobilitatem; quam, ut nonnulli, ab Antoninis, ut plurimi, ab Antoniis duxit. Siquidem argumento ad probandam generis qualitatem [3] alii hoc esse dixerunt, quòd *Africanus* Gordianus senior appellatus est cognomine Scipionum, quòd domum Pompejanam in urbe habuit, quòd Antoninorum cognomine semper est nuncupatus, [4] quòd *Antoninum* filium suum ipse [1] signi- 17

tu, &c. debuerant subjici verba illa quæ paullò antè sedem alienam occupasse demonstrabamus: sed ea sunt hodie non solum loco suo mota, verùm etiam multis modis malè affecta, & lacera. *Casaub.*

Hæc ubi comperit senior Gordianus, cum in Africa nihil præsidii, &c.] Periodum hanc totam restitui ex præscripto Palatini, & codicis ejus quem contulit in Italia Puteanus. *Grut.*

1. *Hic exitus duorum Gordianorum fuit.*] Sanè etsi uter perierit prior non planè constat, ambos tamen in Africa mortem obiisse non est dubium. *Casaubonus.*

2. *Imperaverunt anno uno, mensibus sex.*] Imò verò, *uno mense, diebus sex.* & ita videtur esse scribendum, inducta voce *anno.* Idem.

Imperaverunt anno uno, mensibus sex.] Ita continuate legitur finis hujus libri & initium sequentis, in prima editione: *Imperaverunt anno uno, mensibus sex. Gordianus junior, hic Gordiani senis.* titulum sane ab auctore non fuisse impositum liquet; cui propositum fuit, uno volumine tres Gordianos amplecti. *Salmas.*

Imperaverunt anno uno, mensibus sex.] Falsa lectio; quam detegit, sed non etiam sanat Palatinus, in quo *Imperaverunt mensibus sex.* adeantur Onuphriani fasti. *Grut.*

3. *Alii hoc esse dixerunt.*] Emenda: *Alii hoc esse edisserant.* Salmas.

Alii hoc esse dixerunt.] Ferè ante habuerim scripturam Palatini, *esse desiderant.* Grut.

4. *Quòd Antoninum filium suum ipse significari voluit in senatu.*] Scripti libri, partim *Antoninum* hic habent, partim *Antonium* pro *in senatu*, fortasse scribendum, *in censu*, non *in senatu*: videtur enim *censum* appellasse, professionem liberorum à parentibus fieri solitam

[1] significari voluit in senatu: [2] quæ singula videntur familias designare. Sed ego Junium Cordum sequor, qui dicit ex omnibus his familiis Gordianorum coaluisse nobilitatem. Idem igitur natus patri primus [3] ex Fabia Orestilla Antonini pronepte, unde Cæsarum quoque familiam contingere videbatur. Et primis diebus sui natalis *Antoninus* est appellatus. Mox in senatu Antonini nomen est edi-
18 tum, vulgò deinde Gordianus haberi cœptus. In studiis gravissimæ opinionis fuit, forma conspicuus, memoriæ singularis, bonitatis insignis, adeò ut semper in scholis siquis puerorum verberaretur, ille lacrimas non teneret. Sereno Sammonico, qui patri ejus amicissimus, sibi autem præceptor fuit, nimis acceptus, & charus usque adeò [4] ut omnes libros Sereni Sammonici patris sui, qui censebantur ad LX. & duo millia, Gordiano minori moriens ille relinqueret: quod eum ad cælum tulit. Siquidem tantæ bibliothecæ copia & splendore donatus [5] in famam hominum literarum decore pervenit. Quæsturam Heliogabalo autore promeruit, idcirco quòd luxurioso imperatori lasciva juvenis, non tamen luxuriosa neque infamis, prædicata est. Præturam Alexandro autore urbanam tenuit, in qua tantus jurisdictionis gratia fuit, ut statim consulatum quem pater serò acceperat mereretur. [6] Maximini seu ejusdem

apud Acta: quæ re vera census species quædam fuit. *Casaub.*

Quod Antoninus filium.] Ita edidi, volente Pal. & aliorum mss. *Grut.*

1. *Significari voluit in Senatu.*] Habuimus supra c. IV. fine, *potuisse nomen apud præfectum ærarii.* ergo non in Senatu. an legendum? *in consulali.* nam certè iterum totidem litteris recurrit illud *Senatu.* Idem.

2. *Quæ singula videntur familias designare.*] Scipionum in gente Cornelia, Pompejam, Aureliam Antoninorum, & Antoniam. *Casaub.*

3. *Ex Fabia Orestilla Antonii pronepte.*] Scrib. *Antonini.* Idem.

4. *Ut omnes libros Sereni Sammonici patris sui, &c.*] Duo fuerunt nomine & cognomine eodem Sereni Samonici: pater quem occidit Caracalla, ut narrat Spartianus in vita; filius Gordiani junioris præceptor, ut scribitur hoc loco. patris est opinor, carmen de re medica, quod ad nos solum ex omnibus illius scriptis pervenit. *Idem.*

5. *In famam hominum litteratorum decore pervenit.*] Repone ex Palat. *Siquidem tantæ bibliothecæ copia & splendore donatus, in famam hominum, litterarum decore pervenit.* Salmas.

6. *Maximini seu ejusdem Alexandri temp. &c.*] Cave autem malè illa capias, *Maximini seu ejusdem Alexandri temporibus.* nam ridiculus sit Capitolinus, si de pro-

dem Alexandri, temporibus ad proconsulatum patris missus legatus est obsequutus: atque illic ea quæ superiùs dicta sunt, contigerunt. Fuit vini cupidior, semper tamen undecunque conditi, [1]nunc rosa, nunc mastiche, nunc absinthio, cæterisque rebus quibus gula maximè delectatur. Cibi parcus, ita ut intra punctum temporis vel prandium, si pranderet, vel cœnam finiret. Mulierum cupidissimus: habuisse enim decretas sibi concubinas xx. & 11. fertur. Ex quibus omnibus ternos & quaternos filios reliquit. [2]Appellatusque est *sui temporis Priamus*, [3]quem vulgò jocantes, [4]quòd esset naturæ propensioris, *Priapum* non Priamum sæpe vocitarunt. Vixit in deliciis, in hortis, in balneis, in amœnissimis nemoribus. Nec pater aspernatus est, sæpissimè dicens illum quandoque in summa claritate citò esse moriturum. [5]Nec tamen in vita sua fortu- 19

proconsulatu Gordiani senioris ita loqueretur: cùm ex iis quæ antè dixit, certò illi constaret, Alexandri temporibus id accidisse: loquitur igitur de profectione in Africam junioris Gordiani: qui quidem, ut ex hoc loco apparet, non est unà cum patre profectus: sed postea à senatu aut imperatore in Africam missus est, ut patri suo legatus esset, extincto vel amoto priore Gordiani patris legato. *Casaub.*

1. *Nunc rosa, nunc mastiche, nunc absinthio.*] *Nunc rosa, nunc mastice, nunc absentii.* ita vetus liber. *absentium* autem & *absentum* scribebant. unde *absentatum vinum* alibi notabamus. Græci ἀψίνθιον Latini *absentum* etiam dixere. *Salmas.*

2. *Appellatusque est sui temporis Priamus.*] Ob liberorum multitudinem. *Casaub.*

3. *Quem vulgo jocantes quod esset naturæ propensioris, Priapum non, &c.*] Omnes libri, *Quod esset natura propensior.* propensum autem eo significatu capere videtur, quo Græcis προπεφυκὸς dicitur. *Natura igitur propensior*, est φύσει προπεφυκὸς. *Salmas.*

4. *Quòd esset naturæ propensioris.*] Membranæ, *quòd esset natura propensior.* non displiceat alioquin, *naturæ protensioris.* nam ita meliùs conveniat appellatio Priapi. *Casaub.*

Quod esset natura propensior.] Vulgati nihilo deterius, *naturæ propensioris.* sed auctoritas mss. etiam Palatini, adserit alteram lectionem suo auctori. *Grut.*

5. *Nec tamen in vita sua fortuna bonis unquam degeneravit.*] Hunc locum miseris mirisque modis interpolavit correctorum temeritas & audacia. ad hunc modum lege: *vixit in deliciis, in hortis, in balneis, in amœnissimis nemoribus: nec pater aspernatus est, sæpissime dicens illum quandoque in summa claritate esse moriturum: vita sua hac tamen fortitudine à bonis unquam degeneravit, semperque inter illustrissimos fuit.* sensus est igitur, Gordianum quamvis in balneis, in nemoribus, in amœnis hortis, & omnibus deliciis semper vixerit, fortitudinem tamen retinuisse, nec hac vita sua molli delicataque ac luxuriosa, degenerasse à bonis fortitudine, semperque inter illustrissimos fuisse. *Salmas.*

fortunæ bonis unquam degeneravit, [1] semperque inter illustrissimos fuit, nec civibus nec Reip. ad consultationem defuit. Denique etiam senatus libentissimè illum Augustum appellavit, atque in eo spem publicam posuit. Vestitu cultissimus, servis & omnibus suis charus. Cordus dixit uxorem eum nunquam habere voluisse. Contrà Dexippus putat ejus filium esse GORDIANUM TERTIUM, [2] qui post hoc cum Balbino & Pupieno, sive Maximo, puerulus adeptus est imperium. Quum senior Gordianus mathematicum aliquando consuleret de genitura hujus, respondisse ille dicitur, [3] hunc & filium imperatoris, & ipsum imperatorem futurum. Et quum senior Gordianus rideret, [4] ostendisse constellationem mathematicum ferunt, & de libris veteribus dictasse, ita ut probaret se vera dixisse. Qui quidem & seni & juveni, & diem & genus mortis, & loca quibus essent perituri, [5] obstinata constantiæ veritate prædixit. Quæ omnia postea Gordianus senior in Africa jam imperator & quando nihil timebat, narrasse perhibetur: de morte quinetiam sua filiique, & de genere mortis dixisse. Cantabat præterea versus senex, [6] quum Gordianum filium vidisset, hos sæpissimè:

Ostendent terris hunc tantùm fata, neque ultrà

Esse

1. *Semperque inter inlustrissimos fuit, nec civibus Reip. ad consultationem defuit.*] Si Palatino libro credimus, ita scripserit Capitolinus: *Semperque inter illustrissimos fuit cives, nec reip. ad consultationem defuit.* Idem.

2. *Qui post hoc, &c.*] Scripti, *post hæc.* melius. *Casaub.*

Qui post hoc cum Balbino.] Sic vulg. & Pal. alii scripti *hæc.* utrum præponam, dubito. *Grut.*

3. *Hunc & filium imperatoris, & ipsum imperatorem futurum.*] Lege: *Hunc & filium imperatoris, & patrem & ipsum imperatorem futurum.* Salmas.

4. *Ostendisse constellationem mathematicum ferunt, & de libris veteribus dictasse.*] Et aruspices, & mathematici sive Chaldæi, responsa sua dictabant, atque interdum, ut fidem prædictionibus suis facerent, auctoritates adscribebant de libris veterum ejus artis quam profiterentur magistrorum, ut hic Capitolini locus docet. Juvenalis in sexta,

——— *dictataque verba*
Pertulit, ut mos est, & aperta pallidus agna. Casaub.

5. *Obstinata constantiæ varietate prædixit.*] Malim, *obstinata constantia & veritate prad.* vel simpliciter *obstinata constantia prædixit.* Idem.

Obstinata constantiæ veritate prædixit.] Lege: *Obstinata constantique veritate.* Salmas.

6. *Cum Gordianum filium vidisset.*] *Vidisset* positum pro *videret.* Idem.

Esse finent : nimium vobis Romana propago
Visa potens, superi, propria hæc si dona fuissent.

Extant dicta & soluta oratione & versibus Gordiani junioris, quæ hodie ab ejus affinibus frequentantur, non magna, non minima, sed media, [1] & quæ appareant esse hominis ingenioſi, sed luxuriantis & suum deferentis ingenium. Pomorum & olerum avidissimus fuit, in reliquo ciborum genere parcissimus : adeò ut semper pomorum aliquid recentium devoraret : [2] frigidorum percupidus. [3] Nec facilè per æstatem nisi frigida, & quamplurimùm, bibit. [4] Et erat corporis vasti : [5] quare magis ad frigida 21

1. *Et quæ appareant esse hominis ingenioſi.*] *Et quæ appareat esse hominis ingenioſi.* ita scribo jubente Palatino. *Idem.*

2. *Frigidorum percupidus.*] Palatinus, *frigidarum percupidus. nec facile per æstatem nisi frigidas, & quamplurimas bibit: & erat corporis vasti, quare magis ad frigidas urgebatur.* Cibi omnes qui non coquuntur, frigidi appellantur, *frigidas* autem cum vocat, subintelligendum est, *mensas.* frigidæ enim mensæ dicebantur omnia id genus edulia quæ cruda eduntur, ut poma, olera, ostrea, & similia. scrupulum tamen injiciunt hæc Spartiani verba : *Nec facile per æstatem nisi frigidas & quamplurimas bibit.* an cibi bibuntur ? nisi corrigamus *edit* pro *bibit*, necesse erit existimare Capitolinum hoc in loco *bibere* pro *edere* usurpasse, ut Græci πίνειν. *Idem.*

Frigidorum percupidus. Nec facile per æstatem.] Distingue : *Frigidarum percupidus : nec facile per æstatem nisi frigidas edit. frigidas* autem heic ab oleribus & pomis distinguit. frigidas igitur de ostreis & echinis, & aliis ejusmodi magis proprie dicebant. In antecœna enim sumebantur, ostrea, echini, pelorides, & similia. lactuca tamen etiam in frigidis erat. Martialis noti sunt illi versiculi :

Claudere quæ cœnas lactuca solebat avarum,
Dic mihi cur nostras inchoat illa dapes?

Quod autem frigidæ illæ mensæ, quas vocabant, maxime ostreis constarent, frigidas de ostreis heic & in vita Maximini censeo intelligendas, ubi dicit Maximinum ab oleribus semper abstinuisse, à frigidis prope semper, nisi quum illi potandi necessitas esset. nam ostrea potum provocant ; crudæ autem edebantur vel hauriebantur potius ostreæ, hinc inter frigidas mensas primum locum habuere. erant & alia quam plurima quæ sub hoc frigidarum venirent nomen eam ob rationem quod incocta apponerentur & esitarentur, faseli, lupini, fœnum Græcum, olivæ & alia ejuscemodi multa, quæ in illis frigidis mensis, & antecœniis locum habebant. *Idem.*

Frigidarum percupidus ; nec facile per æstatem nisi frigidas, & quam plurimum, bibit.] Repræsentavi lectionem Pal. nostri, nisi quod is adhuc haberet, *quam plurimas.* Grut.

3. *Nec facilè per æstatem, nisi refrigida, & quàm plurimùm bibit.*] Scribo, *Nisi frigida edit : quàm plurimùm bibit.* Casaub.

4. *Et erat corporis vasti : quare magis ad frigidas urgebatur.*] Rationem hanc adfert, quare magis frigidas appeteret Gordianus, erat enim, inquit, corporis vasti. qui abdomine laborant, ad aqualiculi propensionem compescendam, & adipem minuendum, consue-

gida urgebatur. Hæc de Gordiano juniore digna memoratu comperimus: [1] non enim talia dicere voluimus quæ Junius Cordus ridiculè ac stultè composuit de voluptatibus domesticis cæterisque infimis rebus quæ qui velit scire, ipsum legat Cordum, qui dicit & quos servos habuerit unusquisque principum, & quos amicos, [2] & quot penulas quotve chlamydes: [3] quorum etiam scientia nulli prodest. [4] *Siquidem ea debent in historia poni ab historiographo, quæ aut fugienda sint aut sequenda.* [5] Sanè quidem quod apud Vulcatium Terentianum, qui sui temporis scripsit historiam, videtur mirabile, inserendum censui. Dicit enim Gordianum seniorem Augusti vultum sic repræsentasse, [6] ut & vocem & morem & staturam ejusdem ostentare videretur: filium

verunt ut plurimum cibis uti, quos Græci medici λιπαρωλαιὰς vocant, & qui imbecillissimæ materiæ sunt, minimumque alimenti præstant. talia sunt illa omnia quorum percupidus erat Gordianus, & quæ ob hanc rem maxime appetebat. frigidas autem heic interpretor ostreas crudas, quarum multus erat usus in illis mensis, nam in ostreis, ut & in pomis & oleribus non multum inest alimenti, nec ad corpus faciendum magnopere adjuvant: ideoque illis maxime videntur apti & accommodati hujuscemodi cibi, qui multum jam corporis habent. Plin. lib. XI. cap. LIV. *Augescunt corpora dulcibus atque pinguibus, & potu: minuuntur siccis & aridis, frigidisque acsiti.* Salmas.

* *Quare magis adfrigidas urgebatur.*] Sic rursus Palat. non, ut editi, *frigida*, ut appareat non esse scribæ errorem: quâ ratione enim ter peccet in eandem vocem. *Grut.*

1. *Non enim nos talia dicere voluimus.*] Scribe ad hunc modum⌣: *Non enim nobis talia dicenda sunt quæ Junius Cordus, &c.* Salmas.

2. *Et quot pænulas, quotque chlamydes.*] Chlamydes heic vocat, lacernas. *Idem.*

3. *Quorum etiam scientia nulli prodest.*] Melius idem Palatinus: *quorum etiam scientia nulli rei prodest.* Idem.

4. *Si quidem ea debent.*] Pal. *debeant.* Gruter.

5. *Sanè quidem, quod apud V.*] Hæc ita exhibent membranæ: *Sanè quidem, quod prætermittendum esse non censui, quia mirabile visum est, lectum apud Vulcatium Terentianum, qui & ipse historiam sui temporis scripsit, in litteras misit. Gordianum sen. &c.* Casaub.

Sane quidem quod apud Vulcatium Terentianum.] Lege & distingue: *Sane, quod prætermittendum esse non censui, quia mirabile visum est, lectum apud Vulcatium Terentianum, qui & ipse historiam sui temporis scripsit, in litteras misi, Gordianum seniorem Augusti vultum sic repræsentasse, &c.* Salmas.

Sanè quidem quod apud Vulcatium Terentianum, qui sui temporis scripsit historiam, &c.] Plurimum & heic sibi indulserunt librarii. nam habemus in Pal. *Sanè, quod permittendum esse non censui, quia mirabile visum est. Lectum apud Vulcatium Terentianum, qui & ipse historiam sui temporis scripsit. In litteras misi; Gordianum seniorem, &c.* Grut.

6. *Ut & vocem, & morem & staturam ejus ostentare videretur.*] Quid appellat *morem*? puto corrigendum esse: *Ut & vocem,*

filium verò, Pompeio ſimillimum viſum: quamvis Pompejus obeſi corporis fuiſſe denegatur. Nepotem autem cujus etiam nunc videmus imagines, Scipionis Aſiatici faciem retuliſſe. quod pro ſui admiratione tacendum eſſe non credidi.

GORDIANUS TERTIUS.

POſt mortem duorum Gordianorum, ſenatus trepidus & Maximinum vehementiùs timens, ex viginti viris quos ad Remp. tuendam delegerat, Pupienum ſive Maximum [1] & Clodium Balbinum Auguſtos appellavit, ambos ex conſulibus. Tunc populus & milites Gordianum parvulum annos agentem, ut plerique aſſerunt, undecim, [2] ut nonnulli, tredecim, ut Junius Cordus dicit, ſedecim, (nam vigeſimo & ſecundo anno eum periſſe aſſerit) petiverunt ut Cæſar appellaretur: raptuſque ad ſenatum, atque inde in concione poſitus, indumento imperatorio tectus, Cæſar eſt appellatus. Hic natus eſt, [3] ut plures aſſerunt, ex filia Gordiani; [4] ut unus aut duo, (nam amplius invenire non potui) [5] ex filio qui in Africa periit. [6] Gordianus igitur Cæſar factus apud matrem educatus eſt. Et quum extinctis Maximinis, Maximus etiam & Balbinus mili- 22

& vocem, & os, & flaturam ejus oſtentare videretur. ſcribi etiam poſſet, *erit honorem.* Salmaſ.

1. *Et Clodium Balbinum A.*] Antè dixinus *Celium* fuiſſe nominatum, non Clodium. *Caſaub.*

Et Clodium Balbinum.] Sic & Pal. ſuprague etiam ſæpe *Clodius* dictus, non *Celius.* Grut.

2. *Ut nonnulli, tredecim.*] Herodianus XIII. annorum facit, non cùm Cæſar eſt creatus; ſed cùm imperium ſuſcepit, extinctis Pupieno & Albino. Videtur ſanè jam tum grandiuſculus fuiſſe, cùm de Gordianis Auguſtis primus ex Africa Romam nuntius advenit. ſed de trium Gordianorum rebus ita pugnantia ſcribunt veteres, ut quid potiſſimùm probes non invenias. *Caſ.*

3. *Ut plures aſſerunt, ex filia Gordiani.*] Vide Herodian. *Idem.*

4. *Ut unus aut duo, nam amplius invenire non potui, ex filio.*] *Amplius* pro plures. niſi ſcribas, *nam plures.* horum duorum alter eſt Dexippus, ut mox dicitur. *Idem.*

5. *Ex filio qui in Africa periit.*] Poſt hæc verba collocari iſta debuerunt: *Dexippus quidem aſſeverat ex filio Gordiani tertium Gordianum eſſe natum.* Quæ magno flagitio hinc avulſa, inferius aliquanto ſunt poſita. *Idem.*

6. *Gordianus igitur Cæſar.*] Pal. *Gordianus ſcilicet Cæſar.* Grut.

militari seditione interempti essent, qui biennio imperaverant, Gordianus adolescens qui Cæsar eatenus fuerat, à militibus & populo & senatu & omnibus gentibus, ingenti amore, ingenti studio & gratia Augustus est appellatus. [1] Amabatur autem merito avi & avunculi, sive patris, qui ambo pro senatu & pro populo Rom. contra Maximinum arma sumpserunt, [2] & militari vel morte vel necessitate perierunt. [3] Post hæc veterani ad Curiam venerunt, ut discerent quid actum esset. [4] Ex quibus duo ingressi Capitolium, quum illic senatus ageretur, ante ipsam aram, [5] à Gallicano ex consulibus & Mæcenate ex ducibus, interempti sunt: atque bellum intestinum ortum est, quum essent armati etiam senatores, [6] ignorantibus veteranis quòd Gordianus adolescens solus teneret impe-
23 rium. [7] Dexippus quidem asseverat, ex filio Gordiani tertium

1. *Amabatur autem merito avi & avunculi, &c.*] Libro seq. *Neque unquam quisquam in illa ætate sic amatus est, merito avi & avunculi seu patris, &c.* Casaub.

2. *Et militari vel morte, vel necessitate perierunt.*] *Morte militari* filius: *necessitate* pater; qui laqueo gulam sibi fregit. *Idem.*

3. *Posthæc veterani ad Curiam venerunt.*] Ex Herodiano versum: sed vocem *veteranus* longa periphrasi Græcus scriptor expressit. *Idem.*

4. *Ex quibus duo ingressi Capitolium cùm illic senatus ageretur ante ipsam aram.*] Victoriæ aram intelligit quæ in Curia erat. vide Herodian. Quod ait Capitolinus S. C. hoc in Capitolio fuisse factum; exemplum est incogitantiæ, & humanus error: nam male accipit verba Græci scriptoris, qui duo S. Cta ordine commemorat: quorum alterum in Capitolio ait factum, alterum in Curia. *Idem.*

5. *A Gallicano ex consulibus, & Mæcenate ex ducibus interemti sunt.*] Novum est illud genus loquendi, *ex consulibus*, pro, ex consule, sive vir consularis. Græci retinuerunt & dixerunt ἀπὸ ὑπατικῶν, ἀπὸ ὑπαρχων, & similia. non erraveris fortasse si *ex ducibus* exposueris, qui ducum unus erat: erraveris, si *ex consulibus* ita fueris interpretatus, qui erat consulum alter: nam Gallicanus Consul tum non erat, sed paullò antè fuerat, ut ait Herodianus. *Idem.*

A Gallicano ex consulibus, & Mæcenate ex ducibus.] Mæcenas ex ducibus, non est dux, sed qui dux fuit: ut *ex consulibus vir*, pro viro consulari, & qui consul fuit. Herodianus στρατηγικὸν appellat hunc Mæcenatem, hoc est ex ducibus. sic ὑπατικὸς, *ex consulibus.* Salmas.

6. *Ignorantibus veteranis, quòd Gordianus adolescens solus teneret imperium.*] Quomodo *solus*? nondum enim perierant Maximus & Balbinus cùm ista gererentur. Omnino confundit historiam bonus Capitolinus. *Casaub.*

7. *Dexippus quidem asseverat, &c.*] Jam diximus ista verba aliò esse transferenda. Quare iis sublatis, ita continuandus Capitolini textus: *Ig. v. q. G. ad. solus teneret imperium: at postquam constitit apud veteranos quoque solum Gordianum imperare, &c.* Idem.

1. *Quòd*

tium Gordianum esse natum: & posteaquam constitit apud veteranos quoque, solum Gordianum imperare, inter populum & milites ac veteranos pax roborata est: & hic finis belli intestini fuit, quum esset delatus Gordiano puero consulatus. Sed indicium non diu imperaturi Gordiani hoc fuit, [1] quòd eclipsis solis facta est, ut nox crederetur, neque sine luminibus accensis quicquam agi posset. [2] Post hæc tamen voluptatibus & deliciis populus Rom. vacavit, ut ea quæ fuerant asperè gesta, mitigaret. Venusto & Sabino coss. inita est factio in Africa contra Gordianum tertium duce Sabiniano: quem Gordianus per præsidem Mauritaniæ obsessum à conjuratis, ita oppressit ut ad eum tradendum Carthaginem omnes venirent, & crimina confitentes & veniam sceleribus postulantes. Finita igitur solicitudine in Africa [3] Gordiano jam iterum [4] & Papiniano coss. bellum Persicum natum est. [5] Quare adolescens Gordianus priusquam ad bellum proficisceretur, [6] duxit uxorem [7] filiam Misithei, doctissimi viri, quem causa eloquentiæ [8] dignum parentela sua putavit, & præ-

1. *Quòd eclipsis solis facta est, ut nox crederetur.*] Lege quæ scripta sunt de hac eclipsi à magno viro Josepho Scaligero in quinto De emendatione temporum. *Idem.*

2. *Post hæc tamen voluptatibus & deliciis pop. Rom. vacavit.*] Aurelius Victor, *Gordianus solus regnum obtinuit: eoque anno lustri certamine, quod Nero Romam invexerat, acto firmatoque, in Persas profectus est.* perperam vulgò legitur, *auctо.* egit Gordianus Neronia, & firmavit: id est, ut in posterum quinto quoque anno agerentur, sicut Nero instituerat, sanxit. *Idem.*

3. *Gordiano jam iterum & Papiniano Coss.*] Scribendum ex Fastis, *& Pompejano.* Idem.

4. *Et Pompeiano Consulibus.*] Revocavi lectionem Palatinam, præsertim adstipulantibus membranis item adseverantibus Fastis. *Grut.*

5. *Quare adolescens Gordianus.*] Pal. *quando & adolescens*; quod & ferri posset, ut pendeat à superioribus. *Idem.*

6. *Duxit uxorem filiam Misithei.*] Ægrè adducimur, ut eam appellationem veram credamus. nam vel *Timesitheus*, vel *Mnesitheus*, vel *Mixotheus*, aut aliud simile nomen, rectum putamus: unde istud postea fuerit confictum. *Casaub.*

Duxit uxorem filiam Misithei doctissimi viri.] Non κατὰ ῾Ρ μίσους & θεὸς hoc nomen est compositum. *Misitheus* exaratum pro *Mysitheus*, *Μυσίθεος* autem ut *Λυσίθεος*, *Δοσίθεος*, *Πεισίθεος*, & alia multa ad hunc modum facta. *Salmas.*

Duxit uxorem.] Pal. præpositâ copulâ, *& duxit uxorem.* Grut.

7. *Filiam Misithei.*] Pal. & heic, & infra, scriptum habet, *Mysithei*, sed tertiò præfert vulgatum nostrum. *Idem.*

8. *Dignum parentela sua putavit.*] Dignum

præfectum ſtatim fecit. poſt quod non puerile jam & contemptibile videbatur imperium: ſiquidem & optimi ſoceri conſiliis adjuvaretur, [1] & ipſe pro pietate aliquantulum ſaperet, [2] nec per ſpadones ac miniſtros aulicos matris, [3] vel ignorantia, vel conniventia venderetur. Extat denique & ſoceri ejus ad eum epiſtola, & ipſius Gordiani ad ſocerum, qua intelligitur ejus ſeculum emendatius ac diligentius ſocero adjuvante perfectum, quarum exemplum hoc eſt: *Domino filio & Auguſto, Miſitheus ſocer & præfectus. Evaſiſſe nos gravem temporum maculam, qua per ſpadones & per illos qui amici tibi videbantur (erant autem vehementes inimici) omnia vendebantur, voluptati nobis eſt,* [4] *& eo magis quo tibi gratior emendatio eſt:* [5] *ut ſiqua vitia fuerunt, tua non fuiſſe ſatis*

24

gnum judicavit, cui ſe in filium daret. nam gener ſocerque patris & filii nomina uſurpabant, ut in ſequentibus epiſtolis leges, & ſæpe alibi. *Caſaub.*

1. *Et ipſe pro pietate aliquantum ſaperet.*] Vide num potius ſit, *pro ætate*, vel *pro ſua ætate*. Idem.

Et ipſe pro pietate aliquantum ſaperet.] Legebam olim: *Et ipſe pro ætate aliquantulum ſaperet.* eam mihi poſtea confirmavit vetus codex. puer erat, vel admodum adoleſcens cum ad imperium venit hic Gordianus. cujus imperium non puerile nec contemptibile videbatur, quod & ipſe pro ætatis captu aliquantulum ſaperet, & ſapientiſſimi viri ſoceri ſui conſiliis adjuvaretur. *Salmaſ.*

2. *Nec per ſpadones ac, &c.*] Latenter indicat prius hoc factum, quàm gener eſſet optimi ſoceri. *Caſaub.*

Nec per ſpadones ac miniſtros aulicos matris, vel ignorantiæ conniventiâ videretur.] Pal. *ignorantiâ*, ut videatur legendum, *aulicos, matris vel ignorantiâ conniventiâve, venderetur.* Grut.

3. *Vel ignorantiæ conniventia venderetur.*] Locus corruptus. Sed legendum ſic: *nec per ſpadones ac miniſtros aulicos matris, vel ignorantis, vel conniventis, venderetur.* Caſaub.

Vel ignorantiæ conniventia venderetur.] Emenda ad hunc modum: *Nec per ſpadones aut miniſtros aulicos, matris vel ignorantia, vel conniventia venderetur.* & hæc indubitata lectio: Gordianus hic priuſquam duceret uxorem filiam Myſithei, totus fuerat in poteſtate matris: cujus vel ignorantia vel conniventia per ſpadones & aulicos miniſtros vendebatur fumis hic parvulus princeps. cum igitur mater ejus omnia in imperio filii nomine ageret, & adminiſtraret, aulicis miniſtris fumos de imperatore vendentibus conivebat, vel etiam ipſa ignorante hoc fiebat. poſtquam vero Myſithei hominis optimi & prudentiſſimi filiam duxit uxorem, in poteſtate matris eſſe deſiit, & ſocero ſe regendum dedit, cujus conſiliis adjutus obtinuit ne amplius vel ignorantia vel conniventia matris venderetur. *Salmaſ.*

4. *Et eo magis quo tibi gratior eſt.*] Palatinus: *quod tibi gratior eſt.* Idem.

5. *Ut ſi qua vitia fuerunt, tua non fuiſſe ſatis conſtet.*] Non igitur vitium Gordiani fuit, quod prius venderetur, ſed matris, cujus ignorantia vel conniventia omnia per ſpadones & aulicos adminiſtrabantur. quod non parum confirmat noſtram in ſuperiore animadverſione emendationem. *Idem.*

1. *Vacua-*

satis constet, mi fili venerabilis. neque enim quisquam ferre potuit datas eunuchis suffragantibus militum præposituras, negatum laboribus præmium, aut interemptos aut liberatos pro libidine atque mercede quos non decebat: [1] *vacuatum ærarium per eos qui quotidie insidio issimè frequentabant initas factiones, ut tu decipereris,* [2] *quum inter se de bonis pessimi quique* [3] *haberent ante consilia tibimet suggerenda: bonos pellerent, detestandos insinuarent,* [4] *omnes postremo tuas fabulas venderent. Diis igitur gratias quòd volente teipso emendata Respub. est. Delectat sanè boni esse principis socerum, & ejus qui omnia requirat & omnia velit scire, & qui pepulerit homines per quos antea velut in auctione positus nundinatus est.* Item Gordiani ad ipsum: *Imperator Gordianus Augustus Misitheo patri & præfecto. Nisi dii omnipotentes Romanum tuerentur imperium, etiam nunc per emptos spadones velut in hasta positi venderemur.* [5] *Denique nunc demum intelligo* [6] *neque Felicem prætorianis cohortibus præponi debuisse, neque Serapammoni quartam legionem credendam fuisse: & ne omnia dinumerem,* [7] *multa non esse facienda quæ feci: sed diis gratias quòd te insinuante, qui nihil vendis, didici ea quæ inclusus scire non poteram.* [8] *Quid enim facerem,* * *quòd nos Maurus venderet, & consilio*

1. *Vacuatum ærarium per eos qui quotidie insidiosissime frequentabant.*] Distingue hoc modo: *Negatum laboribus præmium. aut interemptos aut liberatos pro libidine atque mercede quos non decebat. vacuatum ærarium. per eos qui quotidie te insidiosissime frequentabant initas factiones, ut tu decipereris.* Idem.

2. *Quum inter se de bonis pessimi quique haberent consilia tibimet suggerenda.*] Restitui, ope scripti codicis: *Quum de bonis inter sese pessimi quique haberent ante consilia, tibimet suggerenda.* Idem.

3. *Haberent anteconsilia tibimet suggerenda, &c.*] Sic optimè Pal. unica dictione. *Grut.*

4. *Omnes postremò tuas fabulas venderent.*] Quid sit, aperit Lampidius in Alexandro, ubi de Turino fumorum venditore loquitur. *Casaub.*

5. *Denique nunc demum intelligo, neque Felicem prætorianis, &c.*] Pal. *neque Feliciones*, tamquam duo fuissent, quod perpendant otiosiores. si enim simul præpositi non fuerunt, at potuit alter alteri successisse. mihi sanè nomen illud *Felicio* temerarium non videtur. *Grut.*

6. *Neque Felicem Prætorianis cohortibus præponi debuisse.*] Palat. *Feliciones.* Lege: *Felicionem. Felicio* nomen proprium. *Salmas.*

7. *Multa non esse facienda quæ feci.*] Melius, *non fuisse, &c.* Casaub.

8. *Quid enim facerent quod nos Maurus venderet.*] Palat. *Quid enim faceremus quod ad Mauros venderet. Ad Mauros* igitur erit, præfectus vel præpositus Maurorum. nam præfectus à Mauris, & præfectus ad Mauros, & præfectus Maurorum dicebatur. sic procurator à rationibus, ad rationes, & rationum. videtur autem hoc ad Mauros, vel præpositus

filio cum Gaudiano & Reverendo & Montano habito vel laudaret aliquos, vel vituperaret: & illorum consensu quasi testium quod dixerat approbarem? Mi pater, verum audias velim: miser est imperator apud quem vera reticentur: qui quum ipse publicè ambulare non possit, necesse est ut audiat, & vel audita vel à plurimis roborata confirmet. His epistolis intellectum est, adolescentem soceri consiliis emendatum atque correctum. Et Misithei quidem epistolam Græcam quidam fuisse dicunt, sed in hanc sententiam. Tantum autem valuit ejus gravitas & sanctimonia, [1] ut ex obscurissimo præter nobilitatem, gestis etiam Gordianum clarum principem fecerit.

26 Fuit terræ motus eo usque gravis imperante Gordiano, ut civitates etiam terræ hiatu cum populis deperirent: ob quæ, sacrificia per totam urbem totumque orbem terrarum ingentia celebrata sunt. Et Cordus quidem dicit, inspectis libris Sibyllinis [2] celebratisque omnibus quæ illic jussa videbantur, mundanum malum esse sedatum. Sedato terræ motu, [3] Prætextato & Attico coss. Gordianus [4] aperto Jano gemino (quod signum erat indicti belli) profectus

positus Maurorum multum in aula potuisse sub puero Gordiano, eo tempore, quo mater ejus & imperium & imperatorem ipsum regebat. legendum igitur esset: *Quid facerem quod ad Maxros me venderet & consilio cum Gaudiano & Reverendo, & Montano habito, vel laudaret aliquos., vel vituperaret.* si quis tamen magis putat sub illis *ad Maures* latere nomen aliquod proprium, habeat me sententiæ suæ probatorem. *Salmas.*

* *Quod nos Maurus venderet.*] Pal. *Quod ad Maurus venderet.* Grut.

1. *Ut ex obscurissimo præter nobilitatem, gestis etiam G. clarum principem fecerit.*] Suprà de juniore Gordiano: *literis & moribus clarus fuit præter nobilitatem.* At hic tertius Gord. præter nobilitatem clarus fuit *gestis*, id est rebus bello gestis, de quibus dicturus est Capitolinus. *Casaub.*

Ut ex obscurissimo præter nobilitatem, gestis etiam.] Recte vidit vir acutissimus nihil heic esse mutandum. sic enim etiam alibi locutus est Spartianus in Heliogabalo. *Salmas.*

2. *Celebratisque omnibus quæ illic jussa videbantur.*] Pro *quæ illic jussa erant.* Idem.

3. *Prætextato & Attico Coss.*] Anno altero priùs quàm periret Gordianus hic fuerunt Coss. C Vettius Atticus, & C. Asinius Prætextatus. errant igitur Aurelius Victor & alii historici, qui bellum contra Persas anno secundo imperii sui eum susceptisse scribunt. *Casaubonus.*

4. *Aperto Jano gemino.*] Aurelius Victor: *In Persas profectus est, cum priùs Jani ædes, quas Marcus clauserat, patentes more veterum feciisset.* mihi videtur mirum clausas Jani portas dici ab eo principe, cujus temporibus vix ulla ab hostibus fuit quies: & quod caput est, qui in expeditione obiit, bello cùm maximè ardente. *Idem.*

1. *Facile*

fectus est contra Persas cum exercitu ingenti, & tanto auro ut vel auxiliis vel militibus [1] facilè Persas vincere posset. Fecit iter in Mœsiam, atque in ipso procinctu quicquid hostium in Thraciis fuit, delevit, fugavit, expulit, atque submovit. [2] Inde per Syriam in Antiochiam venit, quæ à Persis jam tenebatur. Illic frequentibus præliis pugnavit & vicit, [3] Sapore Persarum rege submoto. [4] Et post Artaxerxem [5] Antiochiam recepit: Carras & Nisibin, quæ omnia sub Persarum imperio erant. Rex 27
sanè Persarum tantum Gordianum principem timuit, [6] ut quum instructus esset [7] & suis copiis & nostris, tamen civitatibus ipse præsidia sponte deduceret, easque integras suis civibus redderet, ita ut nihil quod ad eorum fortunas perti-

1. *Facile Persas vincere posset.*] Pal. *Persas evincere*, sine eo *posset*. an fuit? *Persas devincere*. Grut.

2. *Inde per Syriam in Antiochiam.*] Pal. non habet voculam *in*. Idem.

3. *Sapore Persarum rege submoto. Et post Artaxerxem Antiochiam recepit.*] Sapores hic rex est in imperio Persico secundus: successit enim Artaxerxi qui regnum illud instituit primus. Advertе genus locutionis: *post Artaxerxem Antiochiam recepit*, hoc est, recepit Antiochiam, captam aliquot annis prius ab Artaxerxe. quod neque Zosimus, neque alius quisquam scribit. & profectò Antiochia non tum sed aliquot post annis à Sapore, non ab Artaxerxe fuit occupata. Lego igitur, *Sapore Persarum rege submoto post Artaxerxem, Antiochiam recepit.* Trajectione mens obscurata est, quæ videtur caussa fuisse inserendæ voculæ &. nam rectum erat: *Sapore Persarum rege post Artaxerxem, submoto.* Casaub.

Sapore Rege Persarum submoto: & post Artaxerxem.] Et hic locus inter corruptissimos. Scribe: *Sapore Rege Persarum submoto, & post Artaxatam, Antiochiam recepit.* Artaxata urbs hoc loco non est urbs Armeniæ; sed urbs in Persida ἐπὶ τῇ Εὐφράτῃ, cujus meminit Strabo l. XI. hanc igitur hoc intelligit Capitolinus. duplici tamen licet ad hanc lectionem distinctione uti: aut, *Sapore Rege submoto post Artaxatam.* aut: *& post Artaxatam, Antiochiam recepit*: ut Artaxata recepta, Antiochiam quoque recepisse intelligamus. *Artaxata* autem, *Artaxatæ*, pro *Artaxatis*. ut *Hierosolyma, mæ*, pro *Hierosolymis*. præstat tamen hoc intelligere, Sapore Rege trans Artaxata remoto, Gordianum Antiochiam recepisse, & Carras & Nisibim, quæ omnia sub imperio Persarum erant. *Salmas.*

4. *Et post Artaxersem & Antiochiam recepit & Carras, & Nisibin.*] Repræsentavi omnibus apicibus scripturam Palatinam. omnia integra erunt, si mutaverimus *Artaxersem* in *Artaxata*. Grut.

5. *Antiochiam recepit, &c.*] Sic distingue: *Sapore Persarum Rege submoto post Artaxatam, Antiochiam recepit, & Carras, & Nisibim, quæ omnia sub Persarum imperio erant.* Salmas.

6. *Ut cùm instructus esset & suis copiis & nostris, &c.*] Scripti, *Ut cùm instructus esset suis copiis, nostris tamen civitatibus, &c.* Casaub.

7. *Et suis copiis & nostris, tamen civitatibus.*] Sic Palatinus; nec temerè quid mutaverim. *Grut.*

pertineret, attaminaret. Sed hæc omnia per Misitheum socerum Gordiani, eundemque præfectum, gesta sunt. Effectum denique est ut Persæ qui jam in Italia timebantur, in regnum suum pugnante Gordiano redirent, totumque Orientem Romana Respubl. detineret. Extat oratio Gordiani ad senatum, [1] qua de rebus gestis scribens, Misitheo præfecto suo & socero ingentes gratias agit: cujus partem indidi, ut ex eo vera cognosceres. *Post hæc P. C. quæ dum iter agimus gesta sunt,* [2] *quæ ubique singulis triumphis digna sunt actitata,* [3] *etiam Persas, ut brevi multa connectam,* [4] *ab Antiochensium cervicibus, quas jam nexas Persico ferro gerebant,* [5] *& reges Persarum, & leges amovimus. Carras deinde cæteraque urbes imperio Rom. reddidimus.* [6] *Nisibin usque pervenimus: &, si dii faverint, Ctesiphonta usque veniemus.* [7] *Valeat tantum Misitheus præfectus & parens noster, cujus ductu & dispositione*

1. *Qua de rebus gestis scribens.*] Membranæ: *de rebus Persicis suisque gestis scribens.* Casaub.

2. *Quæ ubique singulis digna sunt actitata.*] Scribe ex omnibus membranis, *Quæ ubique singulis triumphis d. s. a.* Idem.

Quæ ubique singulis digna sunt actitata.] Repone ex Palat. *Quæque ubique singulis triumphis digna sunt actitata.* Salmasius.

Quæque ubique singulis triumphis digna, &c.] Sic bene Palat. *Gruterus.*

3. *Etiam Persas, ut brevi multa connectam, ab Antiochensium cervicibus, &c.*] Videtur glossemate aliquo locus inquinatus. in regio non *cervicibus* scriptum est, sed *civitatibus.* præterea scribunt omnes membranæ, *quas annexas Persico solo, &c.* Omnino subest hic porrenti aliquid. hoc satis video: sed quomodo sententiam instaurem, non video. *Casaub.*

Etiam Persas, ut brevi multa connectam.] Suboffendor istis, venibatque in mentem restitui posse, *digna sunt actitata, etiam in Persas, ut brevi multa connectam. Ab Antioch. &c.* sed nec sic quidem locus integer. *Grut.*

4. *Ab Antiochensium cervicibus, quas jam nexas Persico ferro gerebant.*] Sic quoque Pal. nec malè. conveniunt enim omnia cum eis quæ supra dixit auctor. certe qui jugum eripit civium cervicibus, qui Persarum reges, legesque amovet, is civitatem occupatam recipit. *Idem.*

5. *Et Reges Persarum & leges amovimus.*] Totum hunc locum sic concinna: *Etiam Persas, ut brevi multa connectam, ab Antiochensium cervicibus quas jam nexas ferro Persico gerebant, & Regem Persarum amovimus.* dicit autem & Persas & Persarum Regem sese ab Antiochensium cervicibus amovisse, quas jam nexas habebant ferro Persico. Antiochia enim tum erat sub imperio Persarum. *Salmas.*

6. *Nisibim usque pervenimus.*] Vetus editio habet, *Nitibim. Nasibin* autem, & *Nesibis* & *Nisibis* hæc urbs dicta est. *Idem.*

7. *Valeat tantum Misitheus præfectus parens noster.*] Scribe: *præfectus & parens noster.* Idem.

1. *Misi-*

fitione & hæc transegimus & reliqua transigemus. Vestrum est igitur supplicationes decernere, nos diis commendare, Misitheo gratias agere. His in senatu lectis, quadrigæ elephantorum Gordiano decretæ sunt, utpote qui Persas vicisset, ut triumpho Persico triumpharet: [1] Misitheo autem quadriga equorum & triumphalis currus [2] & titulus hujusmodi, [3] MISITHEO EMINENTI VIRO, PARENTI PRINCIPUM, [4] PRÆTORII PRÆFECTO ET TOTIUS URBIS, TUTORI REIP. S. P. Q. R. VICEM REDDIDIT. Sed ista felicitas longior esse non 28
potuit. Nam Misitheus, quantum plerique dicunt, artibus Philippi, qui post eum præfectus prætorii est factus, ut alii, morbo extinctus est herede Rom. Rep. ut quicquid ejus fuerat, vectigalibus urbis accederet. [5] Cujus viri tanta in Rep. dispositio fuit [6] ut nulla esset unquam civitas limitanea

1. *Misitheo autem quadriga equorum & triumphalis currus.*] Palat. *Misitheo autem quadriga sex equorum.* quod verum esse puto. quadrigam sex equorum, pro sexjuge impropric appellat. *Idem.*

Misitheo autem quadriga equorum.] Pal. *quadriga ex equorum.* ut voluerit fortè auctor, *quadriga decem equorum*; vel, *quadriga sex equorum.* Grut.

2. *Et titulus ejusmodi*, MISITHEO.] Inter antiquas inscriptiones, invenio fragmentum tituli similis huic, qui Romæ extare dicitur, in hæc verba:

MISITHEO. PARENTI
PRINCIPUM. P. R. TUTORI
REIP. S.P.Q.R.

Velim considerari attentiùs eum lapidem: nam vitiosè descriptum esse nomen istud suspicor. *Casaub.*

3. MISITHEO EMINENTI VIRO.] *Mysitheum* scribendum pro *Misitheo.* Salmas.

4. PRÆTORII PRÆFECTO ET TOTIUS URBIS.] Puto scribendum, ORBIS. *Casaub.*

PRÆTORII PRÆFECTO ET TOTIUS URBIS.] Restituendum puto: *Misitheo eminenti viro, parenti principum, prætorii præfecto, tutori Reip.* deletis illis, *& totius urbis*; quæ nec agnoscit vetus inscriptio; quæ Romæ exstat. *Salm.*

PRÆTORII PRÆFECTO ET TOTIUS URBIS.] Pal. pro his omnibus tantum habet, *prætototius urbis.* Grut.

5. *Cujus viri tanta in Rep. dispositio fuit, &c.*] *Dispositio* est provisio annonaria, sic mox, *tantum haberet conditorum, ut vacillare dispositio Romana non posset.* Casaub.

6. *Ut nulla unquam esset civitas limitanea potior, quæ non posset.*] Sic legendum distinguendumque: *Cujus viri tanta in republica dispositio fuit, ut nulla unquam esset civitas limitanea potior, & quæ posset exercitum populi Rom. ac principem ferre, quæ totius anni in aceto, frumento & laride atque hordeo, & paleis condita non haberet: minores urbes, aliæ* XXX. *dierum, aliæ quadraginta, &c.* quorum hæc est sententia. hæc fuit dispositio Mysithei, ut civitates limitaneæ omnes, quæ potiores essent, & exercitum pop. Rom. cum principe ferre possent, tantum haberent aceti, frumenti & laridi ceterarumque specierum in conditis, ut per annum totum quirent

tanea potior, quæ non posset exercitum populi Rom. ac principem ferre, quæ totius anni in aceto, frumento, & larido, atque hordeo & paleis condita non haberet: minores verò urbes, aliæ xxx. dierum, aliæ XL. nonnullæ duorum mensium: quæ minimum, xv. dierum. Idem quum esset præfectus, arma militum semper inspexit. Nullum senem militare passus est, nullum puerum annonas accipere. [1] Castra omnia fossato circuibat, noctibus etiam plerumque vigilias frequentabat. Amabaturque ab omnibus quòd sic & Remp. amaret & principem. Tribuni eum & duces usque adeo timuerunt & amaverunt, ut neque vellent peccare, neque ulla ex parte peccarent. Philippus eum propter pleraque vehementer timuisse fertur, atque ob hoc per medicos insidias ejus vitæ paravisse, & quidem hoc genere: Quum effusione alvi Misitheus laboraret, atque à medicis sistendi ventris gratia poculum juberetur accipere, [2] mutatis quæ fuerant, id fertur datum quo
29 magis solveretur: atque ita exanimatus est. Quo mortuo, [3] Apriano & Papo coss. in ejus locum præfectus prætorii factus est Philippus Arabs, humili genere natus, sed superbus,

rent sufficere alendo exercitui Romano. quæ vero minores essent, & exercitum populi Romani ferre non possent, triginta dierum aut quadraginta haberent condita, vel duorum mensium: quæque minimum, quindecim saltem dierum annonam haberent. *Salmas.*

Ut nulla esset unquam civitas limitanea potior, quæ non posset, &c.] Pal. *potior, & quæ posset*; an fuit? *quin posset*; & mox, *quæque totius anni, &c.* Gruterus.

1. *Castra omnia fossato circuibat.*] Latina vox est *fossatum* pro fossa. inde poni cepit pro castris, quia castra semper fossa cingebantur. Sed videtur scribendum, *Castrorum omnia fossata circuibat.* vulgatæ enim lectionis Latinitatem nullus assequor. *Casaub.*

Castra omnia fossato circuibat.] Vetus scriptura, *Castra omnia fossatorum circuibat.* palam est debere scribi: *Castra omnia & fossata eorum circuibat: fossatum* in castris recentioris Latinitatis auctores vocaverunt fossam. sic & *fudatum* pro vallo usurparunt. inde & fossatum pro castris, sed & pro exercitu dixerunt. *Salmas.*

2. *Mutatis quæ fuerant, id, &c.*] Vox excidit, quam repone ex membranis regis ac Puteani, *Quæ fuerant parata id, &c.* Casaub.

Mutatis quæ parata, id fertur datum quo magis solveretur.] Reposui ex Pal. nostris, & aliorum membranis poscentibus vocem *parata*, quâ malè antea distituebamur. *Grut.*

3. *Apriano & Papo Coss.*] Lege: *Arriano & Papo.* sic enim in lapidibus & veteribus Fastis hic consul appellatur. *Salmas.*

1. Ut

perbus, qui se in novitate atque enormitate fortunæ non tenuit: ita ut statim Gordiano, qui eum in locum parentis asciverat, insidias per milites faceret, quæ tales fuerunt. Militheus tantum quantum diximus, habuerat conditorum, [1] ut vacillare dispositio Romana non posset. [2] Verùm artibus Philippi primùm naves frumentariæ sunt aversæ: deinde in ea loca deducti sunt milites [3] in quibus annona haberi non posset. Hinc Gordiano infestos milites statim reddidit, non intelligentes artibus Philippi juvenem esse deceptum. [4] Sed Philippus etiam addidit ut rumorem per milites spargeret, adolescentem esse Gordianum, imperium non posse regere: [5] melius esse illum imperare [6] qui militem gubernare, qui Rempublicam sciret. Corrupit præterea etiam principes, effectumque ut palàm Philippus ad imperium posceretur. Amici Gordiani primùm vehementissimè resistebant. Sed quum milites fame vincerentur, imperium Philippo mandatum est, jussumque à militibus ut quasi tutor ejus Philippus cum eodem Gordiano pariter imperaret. Suscepto igitur imperio, quum & Philippus se contra Gordianum superbissimè ageret, & ille se imperatorem atque imperatorum prolem, & virum nobilissimæ familiæ recognosceret, nec ferre posset improbitatem hominis ignobilis, apud duces & milites, [1] astan-

1. *Ut vacillare dispositio Romana non posset.*] Expositimus paullò antè: Suspicabar scribendum esse, *dispositio annonaria.* nam offendit me vox *Romana.* sed provoco ad doctiorum judicia. *Casaub.*

2. *Verùm artibus Philippi primùm naves frumentariæ sunt aversæ.*] Zosimus explicat. *Idem.*

3. *In quibus annona haberi non posset.*] Scribe: *Deinde in ea loca deducti sunt milites, in quibus annonari non possent.* ab annona *annonari*, ut frumentari, fabulari, aquari, & similia. *Salmas.*

In quibus annonari non posset.] Haud refugi ab hac scripturâ, motus auctoritate Palatini nostri. efficax enim dictio *annonari.* pro eo quod prius habebamus, *annona haberi.* Grut.

4. *Sed Philippus etiam hoc addidit.*] Pronomen est à Palatino: prius aberat. *Idem.*

5. *Melius esse illum imperare, qui militem gubernaret, qui remp. sciret.*] Lege: *Melius esse illum imperare, qui militem gubernare, qui rempublicam sciret.* Salmasius.

6. *Qui militem gubernaret, qui remp. sciret.*] Scribe, *gubernare.* Casaubonus.

Qui militem gubernaret, qui rempublicam sciret.] Sic & Pal. tentant alii, *gubernare.* non necessariò. *Grut.*

[1]astante præfecto Metio Gordiano, affine suo, [2]in tribunali processit, sperans posse imperium Philippo abrogari. Sed hac conquestione nihil egit, quum illum incusasset quòd immemor beneficiorum ejus sibi minùs gratus existeret. Et quum milites rogasset, quum apertè duces ambisset, factione Philippi minor apud omnes fuit. Denique quum se videret minorem haberi, petiit ut æquale saltem inter eos esset imperium, nec impetravit. Dehinc petiit ut loco Cæsaris haberetur, nec id obtinuit. Petiit etiam ut præfecti loco esset Philippo: quod & ipsum negatum est. Ultimæ preces fuerunt, ut eum Philippus pro duce haberet, & pateretur vivere. Ad quod quidem penè consenserat Philippus, ipse tacitus, sed omnia per amicos agens nutibus atque consiliis. Verùm quum secum ipse cogitaret amorem populi Romani & senatus circa Gordianum, & totius Africæ ac Syriæ, totiusque orbis Romani, quum & nobilis esset, & nepos ac filius imperatorum, & bellis gravibus totam Rempublicam liberasset: [3]posse fieri [4]ut factione quandoque militum Gordiano redderetur imperium, quum recentes in Gordianum iræ militum famis causa vehementes essent, [5]clamantem ante conspectum duci jussit, ac spoliari & occidi. quod quum primùm
31 dilatum esset, pòst, ut jussit, impletum est. Ita Philippus impiè

1. *Astante præfecto Metio Gordiano.*] *Macio Gordiano.* Salmas.

2. *In tribunali processit.*] Scripta lectio: *In tribunali conquestus est.* rectè. *Casaub.*

In tribunali processit.] Optimus Pal. *In tribunali, coecstu esset.* Casaubonus rectius: *In tribunali conquestus est.* Salm.

3. *Posse fieri ut factione, &c.*] Scripti libri nullam heic factionem agnoscunt, sed ita legunt: *Posse fieri ut ficta quandoque militum voluntate Gordiano redderetur imperium.* Legendum puto: *ut reficta quandoque militum voluntate.* metuebat Philippus, ne milites quos infestos & offensos Gordiano reddidisset, voluntatem suam aliquando resingerent, & mutarent, & cum Gordiano in gratiam redirent, ac reficta voluntate ac reconciliata, quam tunc aversam & infestam gerebant, imperium ipsi immerito ablatum, jure ac merito quandoque restituerent. *Idem.*

4. *Ut factione quandoque militum, Gordiano.*] Pal. *ut ficta quandocumque militum voluntate, Gordiano.* Grut.

5. *Clamantem ante conspectum duci jussit.*] Ex Palat. Legendum: *clamantem è conspectu duci jussit, ac dispoliari & occidi.* Salmas.

Clamantem ante conspectum duci jussit ac spoliari.] Melius fortasse Palatinus, *clamantem è conspectu duci jussit ac spoliari.* Grut.

1. *Argun-*

impiè non jure obtinuit imperium. Imperavit Gordianus annis sex. Et dum hæc agerentur, [1] Argunthis Scytharum rex finitimorum regna vastabat, maximè quòd comperat Misitheum periisse, cujus consilio Respubl. fuerat gubernata. Philippus autem ne à crudelitate nanciscì videretur imperium, Romam literas misit quibus scripsit Gordianum morbo periisse, seque à cunctis militibus electum. [2] Nec defuit ut senatus de his rebus quas non noverat falleretur. Appellato igitur principe Philippo, & Augusto nuncupato, Gordianum adolescentem inter deos retulit. Fuit juvenis lætus, pulcher, amabilis, gratus omnibus, in vita jucundus, in literis nobilis, prorsus ut nihil præter ætatem deesset imperio. Amatus est à populo, & senatu, & militibus ante Philippi factionem, ita ut nemo principum. Cordus dicit, omnes milites eum filium appellasse, ab omni senatu filium dictum, omnem populum delicias suas Gordianum dixisse. Denique Philippus quum eum interfecisset, [3] neque imagines ejus tolleret, neque statuas deponeret, neque nomen abraderet, sed [4] divum semper appellans etiam apud ipsos milites, cum quibus factionem fecerat, serio animo & peregrina calliditate veneratus est. Domus Gordianorum etiam nunc extat, quam iste Gordianus pulcherrimè exornavit, [5] & villa eorum via Prænestina 32

1. *Argunthis Rex Scytharum.*] Idem liber: *Argunt Rex Scytharum.* quod regis barbari nomen, barbare etiam enunciatum videri potest. *Salmas.*

2. *Nec defuit ut senatus de his rebus quas non noverat, falleretur.*] Id est, accidit necessariò ut falleretur. Tibullus: *Nunc tibi non desit faciem componere pugna.* Gallicè ad verbum dixeris, *ne peuvent faillir d'estre:* id est, sunt necessariò. *Casaub.*

Nec defuit, ut senatus de iis quæ non noverat falleretur.] *Non defuit, ut falleretur senatus*, prò *non defuit senatum falli.* Salmas.

3. *Neque imagines ejus tollere, neque statuas deponere, neque nomen abradere, sed Divum.*] Ita fideliter restitui, suadente Palatino. *Grut.*

4. *Divum semper appellans.*] Sic Cassius Marcum, quem jactabat mortuum; sic Opilius Macrinus Caracallam quem occiderat; & alii similiter divos appellarunt, quos passi non erant esse vivos. *Casaub.*

5. *Et villa eorum via Prænestina.*] E Pal. lege & distingue: *Domus Gordianorum etiam nunc extat, quam iste Gordianus pulcherrime exornavit. Est villa eorum via Prænestina ducentas columnas uno pariete stylo habens.* Salmas.

nestina [1] ducentas columnas in tetrastylo habens, quarum [2] quinquaginta Caryste, quinquaginta Claudianæ, [3] quinquaginta [4] Synnades, quinquaginta Numidicæ, pari mensura sunt. [5] In qua basilicæ centenariæ tres: cætera huic operi convenientia, & thermæ quales præter urbem, ut tunc, nusquam in orbe terrarum. Familiæ Gordiani hoc senatus decrevit, ut [6] à tutelis atque legationibus & à publicis necessitatibus, nisi si vellent, posteri ejus semper vacarent. Opera Gordiani Romæ nulla extant, [7] præter quædam nymphæa & balneas. [8] Sed balneæ privati hominis

[1] 1. *Ducentas columnas uno peristylo habens.*] Lego: *Ducentas columnas in tetrastylo habent.* & sane tetrastylum fuisse, quæ sequuntur, ostendunt. nam quatuor ordinibus columnarum constitisse patet, & quinquaginta columnas in unoquoque στίχῳ fuisse. *Idem.*

Ducentas columnas uno peristylo habens.] Pal. *columnas intrastylo habens.* Gruter.

[2] 2. *Quinquaginta caristeæ.*] Forte *charisteæ.* viride & fluctibus concolor Caristeum marmor. Statius:

Et Chios, & gaudens fluctus æquare Caystros.

Salmasius.

[3] 3. *Quinquaginta Synnades.*] Ita membranæ pro *Symadicæ.* In quibusdam editionibus scriptum, *Syennitides.* Casaubonus.

[4] 4. *Synnades.*] *Synnades columnæ* pro Synnadicæ. *ἐκ Συνναδῶν* Græcis urbs Phrygiæ, unde illud marmor. Latinis hæc *Synnas.* de Synnadico autem marmore accipiendi versus illi Papinii:

——— *Ubi marmore pictos*
Candida purpureo distinguitur arca gyro.

Salmas.

[5] 5. *In qua basilicæ centenariæ tres.*] Sic porticus milliaria apud Suetonium pedum mensura. *Casaub.*

[6] 6. *A tutelis atque legationibus, & a publicis necessitatibus.*] Rarum privilegii exemplum, quo data est familiæ Gordianorum immunitas & privatorum munerum, & publicorum. *Idem.*

[7] 7. *Præter quædam nymphæa & balneas.*] In Palat. *Nymphia. nymphæum* & *nymphium* dicitur. est enim à Græco νυμφεῖον. sic *museum* & *museum* à μουσεῖον. errant porro qui nymphea, lavacra vel balneas interpretantur. hæc enim nymphea denominata sunt, à nymphis hoc est lymphis, & fere semper cum balneis vel thermis junguntur. Nymphea igitur sunt quæ Græci vocant ὑδρεῖα, Latini *aquaria* etiam & *aquegia* dixerunt. Vetus inscriptio:

QVOD AQVAM NOVAM
CONGYRENDAM, ET
IN MVNICIP. PERDVCENDO.
ET NYMPHEVM FACIENDO.
PEC. PVE. C.

Nymphea ergo sunt salientes, vel fontes manu structi aquam in publico ejaculantes. *Salmas.*

[8] 8. *Sed balneæ privati hominis fuerunt.*] Palat. legit: *Privatis hominibus fuerunt.* scribit Capitolinus nulla Romæ extare opera Gordiani præter nymphea quædam & balneas. sed balneas ad privatos homines pertinuisse, & in usum privatum ab eo exornatas esse. non igitur publicæ fuere illæ balneæ Gordiani, nec inter opera publica numerandæ, ut Titinæ thermæ, Diocletianæ, &c. notanda autem hæc locutio, *privatis hominibus fuere*, pro privatorum hominum fuere, vel ad privatos pertinuerunt. *Idem.*

minis fuerunt & ab eo in usum privatum exornatæ sunt. Instituerat porticum in campo Martio sub colle pedum mille, [1] ita ut ab altera parte æquè mille pedum porticus fieret, [2] atque inter eas pateret spatium pedum quingentorum: [3] cujus spatii hinc atque inde viridaria essent, lauro, myrto & buxo frequentata: medium verò lithostrotum brevibus columnis altrinsecus positis, & sigillis per pedes mille: quod esset deambulatorium, ita ut in capite basilica esset pedum quingentorum. Cogitaverat præterea cum Misitheo, ut post basilicam, thermas æstivas sui nominis faceret, [4] ita ut hyemales in principio porticus poneret, & suo usui essent vel viridaria vel porticus. Sed hæc omnia nunc privatorum & possessionibus & hortis & ædificiis occupata sunt. Fuerunt sub Gordiano Romæ 33
elephanti xxx. & II. [5] quorum ipse XII. miserat, Alexander x. alces x. tigres x. leones mansueti LX. leopardi mansueti xxx. [6] belbi (id est hyænæ) x. gladiatorum fiscalium paria mille: hippopotamus & rhinoceros unus: [7] archo-

leon-

1. *Ita ut ab altera parte æque mille pedum porticus fieret.*] Scribendum: *æqua mille pedum porticus fieret.* Idem.

2. *Atque inter eas pateret spatium pedum quingentorum.*] Idem: *Atque inter eas pariter & spatium.* forte: *pariter esset spatium pedum quingentorum.* Idem.

3. *Cujus spatii hinc atque viridaria essent.*] Palatinus: *viridiarii essent.* vetus editio. *viridiarius* pro *viridiarium.* Glossæ *διάδρομος* viridiarium exponunt. *viridia* etiam viridiaria appellabant. Phædrus:

Perambulante læta domino viridia.

Idem.

4. *Ita ut hyemales in principio porticus poneret, & suo usui essent vel viridaria vel porticus.*] Vera lectio est: *Cogitaverat præterea cum Misitheo, ut post basilicam, thermas æstivas sui nominis faceret, ita ut hyemales in principio porticuum poneret, ne sine usu essent vel viridaria vel porticus.* Idem.

Ita ut hiemalis in principio porticus poneret, &c.] Pal. à manu primâ: *hiemales in principio cùm poneret sine usu essent, vel virid. &c.* mutatumque mox illud *cùm* in *porticum.* Grut.

5. *Quorum ipse* XII. *miserat, Alexander* X.] Videtur scribendum XX. vel certè pro XII. XXII. ut quadrent minores numeri cum præcedenti XXXIII. *Casaub.*

6. *Belbi, id est hyænæ decem.*] Hæc est lectio opt. Palat. *Belbus* igitur est *hyæna* huic scriptori. sed *belbus* videtur esse pro *beluus*, & *beluus* pro *belua*: ut enim merulus & merula, luscinius & luscinia, sic beluus & belua, ut ferus & fera. hinc nostrum *belbus.* Glossæ veteres: *θῆλυς*, *ζῶον*, *bellua.* Arnobius lib. VII. *beluas* hyænas manifestò appellavit his verbis: *Cur non & canes & ursos & vulpes, & camelos, & beluas & leones.* Salmas.

7. *Archoleontes decem.*] Assentior Jos. Scaligero, qui legendum censet *agrioleontas.* ut opponantur isti leoni-

leontes x. camelopardali x. onagri xx. equi feri xL. & cætera hujusmodi animalia, innumera & diversa: [1]quæ omnia Philippus ludis secularibus [2]vel dedit vel occidit. [3]Has autem omnes feras mansuetas, & præterea efferas, parabat ad triumphum Persicum: [4]sed votum publicum nihil valuit. Nam omnia hæc Philippus exhibuit secularibus ludis & muneribus atque Circensibus, quum millesimum ab urbe condita annum in consulatu suo & filii sui celebravit. [5]Quod de Cæsare memoriæ traditum est, hoc etiam de Gordiano Cordus evenisse perscribit. Nam omnes quicunque illum gladio appetiverunt (qui novem fuisse dicuntur) [6]postea interemptis Philippis, sua manu suisque gladiis, & iisdem quibus illum percusserant, interisse di-
34 cuntur. Trium igitur Gordianorum hæc fuit vita, qui omnes Augusti appellati sunt, duobus in Africa interemptis, in Persidis finibus tertio. [7]Gordiano sepulcrum milites [8]apud Circeium castrum fecerunt in finibus Persidis,

bus mansuetis, quorum paullò antè habita mentio. *Casaub.*

Archeleontes decem.] Unde sic dicti? vetus lectio habet: *arcoleontes.* ita Palat. mutata una littera scribo; *argoleontes*, hoc est albi leones. Ἀργόλευκος igitur est albus leo, qui non tam flavi sunt quam vulgares. nam ἀργὸς est λάμπος. unde ἀργιόδους, qui candentes habet dentes. *Salmas.*

Archeleontes decem.] Palat. *arcoleontes.* alii mss. *acroleontes.* unde ingeniose Scaliger *agrioleontes.* Grut.

1. *Quæ omnia Philippus ludis secularibus, vel dedit, vel occidit.*] Tò *dedit*, refer ad venationes direptionis. *Casaub.*

2. *Vel dedit vel occidit.*] Dedit camelos, onagros, equos feros, & extera hujusmodi animalia herbatica, quæ in spectaculo direptionis, quam sylvam dicebant, populo rapienda dabantur. occidit autem leones, leopardos, hyænas & ejusmodi feras, quæ in pancarpo occidebantur, de quo nos supra. *Salmas.*

3. *Has autem omnes feras mansuetas & præterea efferas.*] Libri: *& præterea efferatas.* Idem.

4. *Sed votum publicum nihil valuit.*] *Quod votum publicum nihil valuit.* Idem.

5. *Quod de Cæsare memoriæ traditum est.*] Sueton. libro primo. Ammianus Marcellinus libro xxiii. *Casaub.*

Quod de Cajo Cæsare memoriæ traditum est, &c.] Ita etiam Palat. malè vulgo aberat *Cajo.* Grut.

6. *Postea interemptis Philippis.*] Lege: *Nam omnes quicunque illum gladio appetiverunt, qui novem fuisse dicuntur, postea interemptis à Philippis, & sua manu suisque gladiis, & iisdem quibus illum percusserant interemisse dicuntur. interemptis à Philippis*, est, post interemptos Philippos. *Salmas.*

7. *Gordiano sepulchrum milites apud Circeium, &c.*] Scribe, ut apud Eutropium, *Circessum*, sive *Circesium.* situm hujus castri describit Procopius Persicorum lib. ii. Zosimus l. iii. *Casaub.*

8. *Apud Circeium castrum.*] *Circeium castrum.*

dis, titulum hujusmodi addentes, & Græcis & Latinis, & Persicis, & Judaicis, & Ægyptiacis literis, ut ab omnibus legeretur. DIVO GORDIANO VICTORI PERSARUM, VICTORI GOTTHORUM, VICTORI SARMATARUM, DEPULSORI ROMANARUM SEDITIONUM, VICTORI GERMANORUM: [1] SED NON VICTORI PHILIPPORUM. Quod ideo videbatur additum, [2] quia in campis Philippicis ab Alanis tumultuario prælio victus abscesserat: simul etiam quòd à Philippis videbatur occisus. [3] Quem titulum evertisse Licinius dicitur eo tempore quo est nactus imperium, quum se vellet videri à Philippis originem trahere. Quæ omnia, Constantine maxime, idcirco sum persequutus, [4] nequid tuæ cognitioni deesset quod dignum scientia videretur.

[1] JULII

castrum. ita vetus editio. nomen hujus castri κιρκήσιον Græcis scriptoribus, quod Latinis non est *circesium*, sed circense. appellatio hujus castri non Græca sed Latina, circense, quam Græci more suo κιρκήσιον verterunt. ut *castrense*, καστρήσιον, *milliarense*, μιλλιαρήσιον, &c. circense autem dictum hoc castrum, quod in morem circi aqua circaretur. *Salmas.*

1. SED NON VICTORI PHILIPPORUM.] Miror additum fuisse istud, quod æternam Philippo ignominiæ notam inurebat: cùm tamen ille nihil minùs vellet credi quàm occisum à se Gordianum: quem cùm ad senatum scriberet, finxit, morbo & sua morte obiisse. *Casaub.*

2. *Quia in campis Philippicis.*] Lege: *In campis Philippis.* nam ideo in titulo Gordiani memoriæ additum fuisse scribit Capitolinus, *& non victori Philipporum*, quod in campis Philippis ab Alanis fuisset victus. cum tamen id minime sentirent, qui addiderunt, sed ad Philippos patrem & filium respicerent. sed si de campis intelligatur Philippis, mira prorsus erit locutio, qua quis dicatur campi victor, non hominum qui in campo pugnarunt. quod etiam hodie retinemus. nam victorem, campi magistrum, extitisse dicimus. *Salmas.*

3. *Quem titulum evertisse Licinius dicitur.*] Titulum evertit, at monumentum ipsum non evertit. *Casaub.*

4. *Ne quid tuæ cogitationi deesset.*] Scribendum, *cognitioni.* Idem.

Ne quid cogitationi tuæ deesset.] Vetus & prima editio: *cognitioni.* Salmasius.

Ne quid tuæ cognitioni deesset.] Impressi, *cogitationi.* sed alterum est à mss. etiam Palatino. *Grut.*

JULII CAPITOLINI MAXIMUS ET BALBINUS.

1 INTEREMPTIS in Africa Gordiano seniore cum filio, quum Maximinus ad urbem furens veniret, ut, quòd Gordiani Augusti appellati fuerant, vindicaret, [3] senatus pertrepidus in ædem Concordiæ [4] VII. [5] Cal. Junii concurrit, ludis Apollinaribus, remedium contra furorem hominis improbissimi requirens. Quum

1. JULII CAPITOLINI.] Non veteres Palat. membranæ, tantum legitur: EXPLICIT GORDIANVS, INCIPIT MAXIMVS. Capitolini tamen esse non dubitamus. *Salmas.*

2. MAXIMVS ET BALBINVS.] De horum nominibus antè diximus, & de Capitolini incogitantia. qui nummos horum principum non requisivit, ut adeò molesto scrupulo liberaretur. Extant etiam hodie utriusque Augusti non pauci; ab una parte hæc: IMP. C. M. CLOD. PVPIENVS. AVG. in altera autem ista: P. M. TR. PO. COS. II. P. P. Nummus alter est ex æte, habetque hæc verba: IMP. CAES. M. CLOD. PVPIENVS. AVG. & in postica facie, PAX. PVBLICA. S. C. sed in istis nummis cognomen Maximi prætermissum est: cujus tamen fidem faciunt alii, ita inscripti: IMP. CAES. PVPIEN. MAXIMVS. AVG. Balbinus autem vocatur in nummis D. CAELIVS BALBINVS. Cæterùm librum hunc eo levius percurremus, quia dicta pleraque omnia jam ante in duobus superioribus. *Casaub.*

MAXIMVS ET BALBINVS.] De Maximo, qui & Pupienus, à Latinis scriptoribus nominatur, Græcis semper Maximus dictus. In nummis autem, IMP. C. M. CLOD. PVPIENVS. AVG. &, illæ singulæ C. M. CLOD. Cajum Maximum Clodium Pupienum denotant C. Maximus à patre Maximo cognominatus. Clodius autem Pupienus vel ab avo vel ab avia vel paternis vel maternis vel etiam adoptione aliqua. Atque hinc factum ut ab aliis C. Maximus, ab aliis vero Clod. Pupienus nominaretur, hic de quo agimus imperator. *Salmas.*

3. *Senatus pertrepidus in ædem Concordiæ* VII. *Kal. Junii concurrit, ludis Apollinaribus.*] Consternationem animorum & senatus & populi Rom. ad nuntium de cæde Gordianorum, narrat Herodianus in septima historia. Sed dissentit hic ab Herodiano Capitolinus: qui non in Capitolini Jovis cella, verùm in æde Concordiæ creatos scribit imperatores Maximum & Balbinum. Videntur initiò patres in ædem Concordiæ concurrisse: postea verò iterum in Capitolio convenisse, & ibi negotium perfecisse. Perperam verò scriptum hoc loco, Majo mense hæc accidisse: quod historiæ rerum gestarum manifestissimè repugnat. sed scribendum est, VII. *Kal. Julii*, non autem *Junii*. quo mense ludi Apollinares Romæ, celebrabantur *a. d.* III. *Nonas Quintiles.* Casaub.

Senatus pertrepidus in ædem Concordiæ, &c.] Non male Pal. *prætrepidus.* Gruter.

4. *Septimo Calend.as Junii.*] Pal. *septimo idus Junias.* de hac diversitate consulatur Casaubonus. *Idem.*

5. *Calend. Junii.*] Pal. & vet. ed. *Kal. Junias.* Salmas.

1. Quum

Quum igitur duo consulares, & eminentes quidem viri, Maximus & Balbinus (quorum Maximus à plerisque in historia reticetur, & loco ejus Pupieni nomen infertur) [1] quum & [2] Dexippus & Arabianus Maximum & Balbinum dicant electos contra Maximinum post Gordianos; [3] quorum alter bonitate, virtute alter ac severitate, clari habebantur) ingressi essent curiam, [4] ac præ se timorem Maximini adventu ferrent ostenderentque, [5] referente cos. de aliis rebus, [6] qui primam sententiam erat dicturus, [7] sic orsus est: *Minora nos solicitant, & propè aniles res* [8] *ferventissimo tempore tractamus in Curia. Quid enim opus est de restitutione templorum, de basilicæ ornatu,* [9] *de thermis Titianis, de exædificatione amphitheatri agere: quum immineat Maximinus, quem hostem mecum antè dixistis: Gordiani duo, in quibus præsidium fuerat interempti sint, neque in præsenti ullum sit auxilium quo respirare possimus? Agite igitur* P.C. *principes dicite. Quid moramini? ne dum singulatim pertimescitis, in timore potius quam in virtute opprimamini.* Post hæc tacentibus cunctis, quum 2 Maximus, qui & natu grandior erat & meritis, & virtute ac se-

1. *Quum & Dexippus & Arabianus.*] Nihil dubitamus quin hoc legendum, *Arrianus*, ut in vita Gordianorum rectè legitur. *Idem.*

2. *Dexippus & Arabianus.*] Is est, ni fallor, qui duobus in locis antè *Arrianus* nominabatur. *Casaub.*

Dexippus & Arabianus.] Pal. *Arpianus.* an revocandum *Arrianus*, cujus supra bis mentio. *Grut.*

3. *Quorum alter bonitate.*] Albinus, quem describit Herod. τὰ ἐς θεὸν ἀνωλάστως. *Casaub.*

4. *Ac præ se timorem Maximini adventu ferrent, &c.*] Scrib. *adventus.* pro *ferrent ostenderentque*, quidam codices, *fronte ostenderent.* Idem.

Ac præ se timorem Maximini ferrent, ostenderentque.] Emendamus ex vestigiis optimi Palatini: *Quum igitur duo Consulares, & eminentes quidem viri, Maximus & Balbinus, ingressi essent curiam, ac præcipue timorem, Maximini adventu, fronte ostenderent, referente consule de aliis rebus, &c.* Salmas.

Ac præ se timorem Maximini adventu ferrent ostenderentque.] Pal. *ac præcipuè timorem Maximini:* ut videatur restituendum, *ac præ se timorem adventus Maximini fronte ostenderent.* Grut.

5. *Referente Cos. de aliis rebus, &c.*] De restitutione templorum, ornatu basilicæ, &c. *Casaub.*

6. *Qui primam sententiam erat dicturus.*] Lege, *primus.* periphrasis est senatoris primæ sententiæ. *Idem.*

7. *Sic orsus est.*] *Sic exorsus est.* Salmasius.

8. *Ferventissimo tempore.*] Cùm quidem jam πεπλασται ἐπὶ ξυρῷ τρίχι) ἀκμῆς, aut certa pernities, aut calus. *Casaub.*

9. *De thermis Titianis.*] Titi Cæsaris. *Idem.*

ac severitate clarior, dicere sententiam cœpisset, qua ostenderet duos principes esse faciendos, Vectius Sabinus ex familia Ulpiorum, rogato consule ut sibi dicere atque interfari liceret, sic orsus est. *Scio P. C. hanc rebus novis inesse oportere constantiam, ut rapienda sint consilia non quærenda: verbis quinetiam plurimis abstinendum sit atque sententiis, ubi res perurgent. Cervices suas quisque respiciat, uxorem ac liberos cogitet, avitas patriasque fortunas, quibus omnibus imminet Maximinus, natura furiosus, truculentus, immanis, causa verò (ut sibi videtur) satis justa, truculentior. Ille quadrato agmine, castris ubique positis ad urbem tendit, vos sedendo & consultando diem teritis. Longa oratione opus non est: faciendus est imperator, imò faciendi sunt principes: unus qui res domesticas, alter qui bellicas curet. unus qui in urbe resideat, alter qui obviam cum exercitu latronibus pergat. Ego principes dico, vos firmate, si placet:* [1] *sin minus, meliores ostendite. Maximum igitur atque Balbinum:* [2] *quorum unus in re militari tantus est* [3] *ut nobilitatem generis splendore virtutis allexerit: alter ita clarus nobilitate est, ut & morum lenitate Reip. sit necessarius; & vitæ sanctimonia, quam à prima ætate in studiis semper ac literis tenuit. Habetis sententiam P. C. mihi fortasse periculosiorem quam vobis: sed nec vobis satis tutam, si non aut alios aut hos principes feceritis.* Post hæc acclamatum est uno consensu, *Æquum est, justum est. sententiæ Sabini omnes consentimus. Maxime & Balbine Augusti, dii vos servent, dii vos principes fecerunt, dii vos conservent. Vos sena-*

1. *Sin minus, meliorem ostendite.*] *Meliores ostendite.* nempe principes. *Salmasius.*

2. *Quorum unus in re militari tantus est, ut nobilitatem generis splendore virtutis allexerit.*] De Maximo sermo est, qui ignobilis, sed virtutis splendore & militari scientia, multis nobilibus anteferendus. sed quid est, nobilitatem generis virtutis splendore allicere? puto auctorem scripsisse, *illuxerit:* id est, illustraverit. *illucescere* pro illustrare, illustrem reddere. ut innotescere pro notum facere apud Ulpian. *Idem.*

3. *Ut nobilitatem generis splendore virtutis allexerit.*] Scribendum, *generi.* non erat Maximus nobilis natalibus; sed obscuritatem generis virtute illustraverat. *Casaub.*

Ut nobilitatem generis splendore virtutis allexerit.] Pal. *virtutis ei lexerit.* locus bene habebit, modo legatur cum Casaubono, *nobilitatem generi splendore.* Lipsio placebat, *ut ignobilitatem generis, splendore, &c.* Epist. XVIII. Centuriæ Miscellæ. *Grut.*

1. *Egressi*

senatum à latronibus vindicate, vobis bellum contrà latrones mandamus. Hostis publicus Maximinus cum filio pereat, hostem publicum vos persequimini. Felices vos judicio senatus: felicem Remp. vestro imperio. Quod vobis senatus detulit, fortiter agite: quod vobis senatus detulit, libenter accipite. His atque aliis acclamationibus imperatores facti sunt Maximus atque Balbinus. [1] Egressi igitur à senatu, primùm Capitolium ascenderunt, ac rem divinam fecerunt. [2] Sed dum in Capitolio rem divinam faciunt, populus Rom. imperio Maximi contradixit. timebant enim severitatem ejus homines vulgares. Quare factum est ut Gordianum adolescentulum principem peterent, qui statim factus est: nec priùs permissi sunt ad Palatium stipati armis ire quàm nepotem Gordiani, Cæsaris nomine nuncuparent. Deinde ad Rostra populum convocarunt. Ubi quum orationem de senatus sententia & de sua electione habuissent, populus Rom. cum militibus qui fortè convenerant, acclamavit, *Gordianum Cæsarem omnes rogamus.* [3] Hic nepos erat Gordiani ex filia, ut quidam; vel, ut alii, ex filio qui est in Africa occisus, [4] annum agens ætatis XIIII. ut plerique dicunt: qui statim raptus est, & novo genere senatusconsulti quum eadem die senatusconsul. factum esset. inductus in Curiam, Cæsar est appellatus. [5] Prima igitur relatio principum fuit,

1. *Egressi igitur à senatu primum Capitolium ascenderunt, &c.*] Pessimæ manus istos libellos tractarunt. cum enim his verbis agat de Gordiani adolescentuli in imperium electione, tribus post versibus eamdem rem exponit. quod non convenit. hæc ita igitur constitue auctoribus membranis: *egressi igitur à senatu primum Capitolium ascenderunt, ac rem divinam fecerunt. deinde ad rostra populum convocarunt.* Salmas.

2. *Sed dum in Capitolio rem divinam faciunt, &c.*] Quæ sequuntur omnia, ad illa verba, *Deinde ad Rostra, &c.* in regio & Puteani leguntur alio loco, quem infrà indicabimus. *Casaub.*

Sed dum Capitolio, &c.] Hæc & sequentia, usque ad illa; *Deinde ad rostra*, non magis comparent hoc loco in Palatino, quàm in Regio aut Puteaniano: sequuntur demum cap. 8. post ista; *inierunt imperium.* videntur tamen hoc utcumque tolerari posse; sed tolerari tantum. *Grut.*

3. *Hic nepos erat Gordiani ex filia, ut quidam, vel ut alii ex filio.*] Palat. cum veteri editione: *Hic erat nepos Gordiani ex filio qui est in Africa occisus.* Salmas.

4. *Annum agens XIIII. ut plerique dicunt.*] Scribe ex superioribus, *decimum tertium.* Casaub.

Annum agens ætatis decimumquartum.] Ita quoque Pal. *Grut.*

5. *Prima igitur relatio principum fuit.*] Fuisse

fuit, ut duo Gordiani divi appellarentur. Aliqui autem unum putant appellatum, seniorem videlicet: sed ego libris quos Junius Cordus affatim scripsit, legisse memini ambos in deos relatos. si quidem senior laqueo vitam finivit: junior autem in bello consumptus est: qui utique majorem meretur reverentiam quòd eum bella rapuere. Post has igitur relationes [1] præfectura urbis in Sabinum collata est, virum gravem, & Maximi moribus congruentem; prætoriana in Pinarium Valentem. Sed priùs quàm de actibus eorum loquar, [2] placet aliqua dicere de moribus atque genere: non eo modo quo Junius Cordus est prosequutus omnia, sed illo quo Suetonius Tranquillus [3] & [4] Valerius Marcellus: quamvis [5] Curius Fortunatianus, qui omnem hanc historiam perscripsit, [6] plura congerit: Cordus verò tam multa [7] ut etiam pleraque & minùs honesta perscripserit. MAXIMO pater fuit Maximus, unus è plebe, ut nonnulli dicunt, [8] faber ferrarius; ut alii, [9] rhedarius vehicularius fabricator. Hunc suscepit ex uxore Pri-

Fuisse moris ut novi principes primam relationem facerent de ejus honoribus cui successerant, antè monebamus. *Casaubon.*

1. *Præfectura urbis in Sabinum collata est.*] *In Sabinum conlocata est.* ita libri omnes. *Salmas.*

2. *Placet aliqua dicere de genere & moribus eorum.*] *Placet aliqua dici.* Idem.

3. *Et Valerius Marcellinus.*] Est à libris Regio & Palatino: nam vulgg. *Marcellus.* Grut.

4. *Valerius Marcellus.*] *Valerius Marcellinus*, in Palatino. *Salmas.*

5. *Curius Fortunatianus.*] Sic, nullâ litterâ variante, Pal. *Grut.*

6. *Plura congerit.*] Ait se non omnia minutatim persequi velle quæ de eorum vita & genere dici possint. quod fecerat affatim Junius Cordus. nec rursum Curium Fortunatianum velle imitari, qui omnem hanc historiam perscribens pauca admodum tetigerit: sed cum modum velle sequi, quem Suetonius & Marcellinus essent sequuti. legendum igitur ex membranis & prima editione: *quamvis Curius Fortunatianus, qui omnem hanc historiam perscripsit, panca contigerit.* Salmas.

Plura congerit.] Pal. *panca congerit.* scire cuperem quid heic varient aliorum membranæ. *Grut.*

7. *Ut etiam pleraque & minus honesta.*] Sic & Pal. at supervacuum esse illud & vel cæco apparet. *Idem.*

8. *Faber ferrarius.*] En vices humanarum rerum. nam & nati fabris ferrariis, ut hic, ad imperatoriæ majestatis fastigium ascendunt: & ii quoque interdum, qui fuere ipsi fabri ferrarii; ut de Mario quodam narrat Trebellius Pollio. *Casaub.*

9. *Rhedarius vehicularius fabricator.*] Fabricator ejus generis veliculorum, quæ dicuntur rhedæ. *Idem.*

Redarius vehicularius fabricator.] *Vehiculum* nomen generale, *reda* speciale. vehicularius igitur redarius fabrica-

re Prima nomine. [1] cui fratres quatuor viri fuerunt, & quatuor puellæ: qui omnes in pubertate interierunt. Nato Maximo, carnem bubulam, & quidem multam, [2] aquila [3] in cellam eorum projeciſſe fertur, quæ anguſto patebat impluvio: [4] eam denique quum jaceret, nec quiſquam contingere auderet religionis timore, iterum ſuſtuliſſe, & in proximum ſacellum quod erat Jovis Præſtitis, detuliſſe. Id eo tempore nihil viſum eſt ominis habere, ſed non ſine cauſa factum probavit imperium. [5] Pueritiam omnem in domo patrui Pinarii fecit, quem ſtatim ad præfecturam prætorii ſubvexit ubi factus eſt imperator. Operam grammatico, rhetori non multam dedit. Siquidem [6] ſemper virtuti & militari ſeveritati ſtuduit. [7] Attamen militaris tribunus fuit, & multos egit numeros, & poſtea prætura, ſumptu [8] Peſcenninæ Marcellinæ, [9] quæ illum loco filii ſuſceperat & aluerat. Inde proconſulatum Bithyniæ egit, [10] & deinceps Græciæ, [11] ac tertiò Narbonæ. Miſſus

bricator dicitur qui hoc genus vehiculi fabricaret, quod appellatur reda. ſic *Lanarius* generali voce quemcumque lanarium artificem aut negotiatorem ſignificat: ſpeciatim tamen *lanarius pectinarius* dicitur qui lanas pectit. vetus inſcriptio: LANARII. PECTINARII. SODALES. Græci ἐριοπῶλαι ſimpliciter eos appellant. *Salmaſ.*

1. *Cui fratres quatuor viri fuerunt & quatuor puellæ.*] Inepta lectio. vitos appellat, qui intra pubertatem omnes interiere. ſic igitur legendum: *cui fratres quatuor puerii fuerunt, & quatuor puellæ: qui omnes intra pubertatem interierunt.* Idem.

2. *Aquila in cellam eorum projeciſſe fertur.*] Scribe, *eorum proj.* Caſaub.

3. *In cellam eorum projeciſſe fertur.*] Pal. *cella.* Grut.

4. *Eam denique cum jaceret.*] Melius Palatinus: *Eamdemque cum jaceret, nec quiſquam contingere auderet religionis timore, iterum ſuſtuliſſe.* Salmaſ.

5. *Pueritiam omnem in domo patrui Pinarii fecit.*] *Facere*, pro διατρίβειν, morari, & habitare. *Caſaub.*

Pueritiam omnem in domo patrui Pinarii.] Pal. & princeps editio: *in domo patris Pinarii.* Patrem tamen ejus Maximum non Pinarium ſupra vocavit. *Salmaſ.*

6. *Semper virtuti & militari ſeveritati.*] Pal. *ſemper virtuti militari, & ſeveri*, quod fere præpoſuerim. *Grut.*

7. *Attamen militaris tribunus fuit, &c.*] Fortean, *at tandem.* Sed paſſim vocem *tamen* alieno loco poſitam in his libris invenias. *Caſaub.*

Attamen militaris tribunus fuit.] Erraſa lectio antiqua, de qua hoc tantum poſſum dicere, mendoſam mihi videri. *Salmaſ.*

8. *Peſcenninæ Marcellinæ.*] Pal. *Peſcennii Marcellinæ.* melius. *Idem.*

9. *Quæ illum filii loco ſuſceperat, & aluerat.*] *Qua illum filii loco ſuſcepit & aluit.* Idem.

10. *Et deinceps Græciæ.*] Pal. *Græcæ.* Grut.

11. *Ac tertiò Narbonæ.*] *Narbonæ* pro-

vinciæ

sus præterea legatus, Sarmatas in Illyrico contudit: atque inde translatus ad Rhenum, rem contra Germanos satis feliciter gessit. [1] Post hæc præfectus urbis prudentissimus, ac ingeniosissimus, & severissimus approbatus est. [2] Quare * veluti senatus ei homini, quod non licebat, novæ familiæ, imperium tamen detulit, confessis omnibus eo tempore in senatu aptiorem non esse qui deberet principis nomen accipere. 6 Et quoniam etiam minora plerique desiderant, fuit cibi avidus, vini parcissimus, ad rem Veneream nimis rarus, domi forisque semper severus, ita ut & *tristis* cognomen acciperet. [3] Vultu gravissimus, & verecundus, statura procerus, [4] corporis qualitate saniissimus, [5] moribus aspernabilis, attamen justus, [6] neque unquam usque

vineæ hic nomen est, non urbis. *Casaubonus.*

1. *Post hæc præfectus urbis prudentissimus, &c.*] Omnia hæc Herodian. *Idem.*

2. *Quare * velut senatus ei homini, &c.*] Sublata quidem voce *velut* sensus erit non incommodus: sed cum eam mordicus libri omnes retineant, desiderari hic videntur nonnulla. *Idem.*

Quare velut senatus ei homini quod non licebat.] Ita etiam Palatinus. multæ mihi sunt ad manum conjecturæ. sed cum earum nulla mihi satisfaciat, non visum est eas heic adscribere, quas ipse non probarem. *Salmas.*

3. *Vultu gravissimus & verecundus, &c.*] Non congruunt gravitas & verecundia, magnumque discrimen est inter verecundum vultum, & tristem ac severum, qualis Pupieni fuit: quod & nummi antiqui testantur quos vidimus. sed potest *verecundus* aliter accipi, pro αἰδοῖ ἄξιος, & αἰδέσιμος, qui aspectu suo pudorem aliis exprimeret. *Casaub.*

Vultu gravissimus & verecundus.] Minime convenit in hominem severum ista vultus verecundia. bene itaque libri omnes legunt: *Vultu gravissimus, & retorridus.* vultus retorridus est strictus & contractus, & caperatus, & rugis striatus ad eum modum quo solent esse quæ ab igne, vel à sole fiunt retorrida. hinc & retorridus pro severo, vel ad severitatem composito. nam ita vultum solent contrahere, & caperare qui severitatem adfectant, & graves videri volunt. *strictam frontem* Latini dixerunt contractam & rugis asperatam, retorridamque. *Salmas.*

Vultu gravissimus & retorridus, &c.] Non ausus sum rejicere scriptionem vett. edd. & aliquot manuscriptorum; in quibus & Pal. mediæ ætatis impressi, *gravissimus & verecundus.* quod spernunt tam præcedentia, quam sequentia. *Grut.*

4. *Corporis qualitate saniissimus.*] Scripti, *fortissimus.* mox, *corporis qualitate conspicuus.* Casaub.

5. *Moribus adspernabilis.*] *Aspernabilis*, id est *contemptor*, ut de Maximino dixit. ita enim usi sunt istiusmodi verbis tunc temporis scriptores. *aspernabilis* qui facile aspernatur: *docibilis*, qui docet, non qui docetur: *expectabilis* qui expectat, non qui expectatur, &c. *Salmas.*

6. *Neque unquam usque ad exitum negotiorum vel inhumanus vel inclemens.*] Id est, qui in nullius unquam necem duraret, ut loquitur Tacitus de Augusto. *Casaub.*

1. *Quam*

usque ad exitum negotiorum vel inhumanus vel inclemens. Rogatus semper ignovit, nec iratus est nisi ubi eum irasci decuit. Factionibus se nunquam præbuit, judicii tenax fuit, neque aliis potiùs quàm sibi credidit. Quare & à senatu multum dilectus est, & à populo timori habitus: siquidem sciebat populus ejus censoriam præfecturam, quam videbat posse in imperio vehementiùs convalescere. BALBINUS nobilissimus, & iterum cos. 7 rector provinciarum infinitarum. Nam & Asiam & Africam & Bithyniam, & Galatiam, & Pontum, & Thracias, & Gallias civilibus administrationibus rexerat, ducto nonnunquam exercitu: sed rebus bellicis minor fuerat quàm civilibus; attamen bonitate, nimia sanctitate ac verecundia ingentem sibi amorem conciliaverat. Familiæ vetustissimæ (ut ipse dicebat) [2]à Balbo Cornelio Theophane originem ducens, qui per Cn. Pompejum civitatem meruerat, quum esset suæ patriæ nobilissimus, idemque historiæ scriptor. [3] Statura æquè procerus, corporis qualitate conspicuus, in voluptatibus nimius, quam quidem adjuvabat divitiarum abundantia; nam erat à majoribus dives, & [4] multa hereditatibus per se ipse collegerat. Eloquentia clarus, [5] poëmate inter sui temporis poëtas

1. *Quàm sibi credit.*] *Credidit.* Idem.

2. *A Balbo Cornelio Theophane originem ducens.*] Theophanes Mitylenæus amicitia Pompeii & scriptione historiæ magnam olim famam meruerat: floruitque ejus domus Romæ sub Augusto, & Tiberio etiam aliquandiu. *Idem.*

3. *Statura æquè procerus.*] Respicit illa superiora de Maximo, *vultu gravissimo, statura procerus.* Idem.

4. *Multa hereditatibus per se ipse collegerat.*] Scriptus heres à multis amicorum: quod apud veteres honori habitum; eoque nomine gloriatur Cicero. *Idem.*

5. *Poëmate inter sui temporis poëtas præcipuus.*] Ita scripti omnes: *præcipiti usu, &c.* referendum ad facultatem fundendi versus ex tempore. nam *præcipitem usum* appellat τὸ αὐτοχεδιάσμον. *Idem.*

Poëmate inter sui temporis poëtas præcipuus. præcipiti usu vini.] Vetus codex: *Poëmate inter sui temporis poëtas. præcipi usu vini, cibi, veneriæ avidus.* parvo negotio ad hunc modum emaculà: *Eloquentia clarus, poëmate inter sui temporis poëtas præcipuus. vini, cibi, rei veneriæ avidus.* Salmas.

Poëmate inter sui temporis poëtas præcipuus præcipiti usu.] Sanè Pal. habet à primâ manu: *poëmata inter sui temporis poëtas præcipiti usu.* omnia rectè, dummodò scribatur *poëmate.* Grut.

poëtas

1. *Vini,*

poëtas præcipuus: præcipiti usu[1] vini, cibi, rei Venereæ avidus, vestitu cultus: nec quicquam defuit[2] quod illum populo non commendabilem redderet. Amabilis etiam senatui fuit. Hæc de utriusque vita comperimus. Denique nonnulli quemadmodum Catonem & Cæsarem Sallustius comparat,[3] ita[4] hunc quoque comparandum putant, ut alterum severum, clementem alterum; bonum illum, istum constantem; illum nihil largientem, hunc affluen-
8 tem copiis omnibus dicerent. Hæc de moribus atque genere. Decretis ergo omnibus imperatoriis honoribus atque insignibus, percepta tribunitia potestate, jure proconsulari, pontificatu maximo, patris etiam patriæ nomine,[5] meruerunt imperium. His gestis, celebratisque sacris, datis ludis scenicis ludisque circensibus, gladiatorio etiam munere, Maximus susceptis votis in Capitolio, ad bellum contra Maximinum missus est cum exercitu ingenti, prætorianis Romæ manentibus. Unde autem mos tractus sit ut proficiscentes ad bellum imperatores, munus gladiatorium & venatus darent, breviter dicendum est. Multi dicunt, apud veteres hanc devotionem contra hostes factam ut civium sanguine litato specie pugnarum se

[1] Neme-

1. *Vini, cibi, rei Venereæ.*] Pal. non habet voculam *rei*. benè, ut puto, certè juxta consuetudinem superiorem. *Idem.*

2. *Quod illum populo non commendaret.*] Dele negationem. *Casaub.*

Quod illum populo non commendabilem.] Sic Palat. nec novum illi sæculo, negativis duobus magis adfirmare. *Gruter.*

3. *Ita hunc quoque comparandum putarunt.*] Ita Pal. non, ut vulgati, *putant.* præstaret præterea scribi, *hos comparandos.* Idem.

4. *Hunc quoque comparandum putant.*] Scrib. *Hos, &c.* Casaub.

5. *Meruerunt imperium. His gestis celebratisque sacris.*] Heic tandem sedem debent fingere illa verba decrantia, quæ antea duobus non suis locis inculcata & infulta vidimus. hæc igitur sic continuanda sunt: *Decretis ergo omnibus imperatoriis honoribus atque insignibus, percepta tribunitia potestate, pontificatu maximo, patris etiam patriæ nomine, meruerunt imperium: sed dum in Capitolio vent divinam faciunt, populus Romanus, imperio Maximi contradixit. timebant enim severitatem ejus homines vulgares, quam & senatui acceptissimam & sibi adversissimam esse credebant. quare factum est, ut diximus, ut Gordianum adolescentulum principem peterent, qui statim factus est, nec prius permissi sunt, ad palatium stipati armatis ire, quam nepotem Gordiani, Cæsaris nomine nuncuparent. His gestis celebratisque sacris, datis ludis scenicis, circensibusque, &c.* Salmas.

1. Neme-

[1] Nemesis, id est vis quædam fortunæ, satiaret. Alii hoc literis tradunt (quod verisimilius credo) ituros ad bellum Romanos [2] debuisse pugnas videre, & vulnera, [3] & ferrum, & nudas inter se cohortes, ne dimicantes in bello armatos hostes timerent, aut vulnera & sanguinem perhorrescerent. Et Maximo quidem ad bellum profecto, 9 Romæ prætoriani remanserunt. Inter quos & populum tanta seditio fuit ut ad bellum intestinum veniretur, urbis Romæ pars maxima incenderetur, templa fœdarentur, omnes plateæ cruore polluerentur, [4] quum Balbinus homo senior seditionem sedare non posset. [5] Nam & in publicum processit, manus singulis quibusque tenuit, & penè ictum lapidis passus est. [6] Alii dicunt etiam fuste [7] percussum esse, [8] neque sedasse tumultum nisi infantem Gordianum purpuratum ad populum longissimi hominis collo superpositum produxisset. Quo viso, populus & milites usque

1. *Nemesis, id est, vis quædam Fortunæ satiaret.*] Non est glossema: si stamus fide librorum. de Nemesi præter Græcos, Ammianus Marcell. libro XIV. *Casaub.*

2. *Debuisse pugnas videre & vulnera & ferrum, & nudos inter se cœuntes, ne in bello, &c.*] Lectio partim à Pal. partim à Puteani codd. nam Pal. profectò abjicit vocem *dimicantes*, habetque, *& ferrum & nudos inter se coeciuntes, ne in bello, &c.* Grut.

3. *Et ferrum, & nudas inter se cohortes.*] Fortasse, *& ferrum nudantes inter se cohortes.* id est, nudato ferro & micante acie pugnantes. Putean. *& nudos inter se cœuntes.* Casaub.

4. *Cum Balbinus homo senior seditionem sedare non posset.*] Melius in Palatino: *Cum Balbinus homo lenior.* dixit ante de lenitate Balbini: *Attamen benitate nimia, sanctitate ac verecundia ingentem sibi amorem conciliaverat.* Salmas.

Cùm Balbinus homo lenior, &c.] Est à Pal. *Grut.*

5. *Nam & in publicum processit, &c.*] Mirè titubat tota hæc Capitolini narratio. facem pete ex Herodiano. *Casaubonus.*

6. *Alii dicunt etiam fuste percussum esse.*] *Et pæne ictum lapidis passus est, ut alii dicunt etiam fuste percussus est, neque sedasset tumultum, &c.* ita Palatinus hæc concipit. *Salmas.*

7. *Percussum esse. neque sedasset tumultum, &c.*] Expressi quod erat in Palatino. *Grut.*

8. *Neq; sedasse tumultum, &c.*] *Sedasse* pro sedaturum fuisse. sed historiam confundit aliud agens. duæ temporibus illis fuerunt Romæ seditiones: prior eademque minùs periculosa, quæ producto puero Gordiano & Cæsare facto, sedata est; altera longè gravissima, aliquantò post accidit. confer cum Herodiano. *Casaub.*

Neque sedasse tumultum.] Addita littera legere malim: *manus singulis quibusque tenuit, & pæne ictum lapidis passus est: alii dicunt etiam fuste percussum esse: neque sedasset tumultum, nisi infantem Gordianum purpuratum hominis collo superpositum produxisset.* Salmasius.

usque adeò placati sunt ut amore illius in concordiam redirent. Neque unquam quisquam in illa ætate sic amatus est, [1] merito avi & avunculi, seu patris, ut quidam dicunt, qui pro populo Romano contra Maximinum in Africa vitam finierant. tantum apud Romanos memoria bonarum rerum valet. Maximo igitur ad bellum profecto, senatus per omnes regiones consulares, prætorios, quæstorios, ædilitios, tribunitios etiam viros misit: ita ut unaquæque civitas frumentum, arma & propugnacula & muros pararet, ut per singulas urbes Maximinus fatigaretur. [2] Jussum tunc tamen ut omnia ex agris in civitates colligerentur, nequid hostis publicus inveniret. Scriptum est præterea ad omnes provincias missis frumentariis, jussumque ut quicunque Maximinum juvisset, in hostium numero duceretur. Inter hæc Romæ iterum seditiones inter populum & milites ortæ sunt. [3] Et quum mille edicta Balbinus proponeret, nec audiretur, veterani se in castra prætoria contulerunt cum ipsis prætorianis, quos cœpit populus obsidere: nec unquam ad amicitiam essent reducti [4] nisi fistulas aquarias populus incidisset. In urbe autem priusquam dictum esset milites pacatos venire, & tegulæ de tectis jactæ sunt, & omnia quæ in domibus erant vasa, projecta. atque ideo major pars civitatis periit, & multorum divitiæ. Nam latrones se militibus miscuerunt [5] ad vastanda ea quæ norant ubi reperirent. Quum hæc Romæ

1. *Merito avi & avunculi, seu patris, ut quidam dicunt.*] Absunt hæc verba primæ editioni Palatinoque libro: *seu patris ut quidam dicunt.* quæ & possunt abesse. nam illa plurium fuit opinio, quam & solam ideo heic ponit Capitolinus: Gordianum nempe hunc tertium, nepotem fuisse senioris Gordiani ex filia, atque ita avum seniorem Gordianum. avunculum vero juniorem habuisse qui in Africa occisus est. *Idem.*

2. *Jussum tunc tamen, &c.*] *Tamen* pro etiam, vel παραλογ. sic sæpe. *Casaub.*

3. *Et cùm mille edicta Balbinus proponeret, &c.*] Herodianus: Ὁ δὲ Βαλβῖνος εἴκοσι μόνον ἀριθμῷ τὰ σωθησόμενα. Capitolinum legisse non dubito, ἀριθμῷ. idque melius. *Idem.*

4. *Nisi fistulas aquarias populus incidisset.*] Vide Herod. *Idem.*

5. *Ad vastanda ea quæ norant ubi reperirent.*] Verbi gratia: qui norant ministerium argenteum magni pretii esse in ædibus hujus aut illius consularis, eò impetum faciebant; & ita in cæteris. *Idem.*

1. *Crimes*

mæ geruntur, Maximus sive Pupienus apud Ravennam bellum parabat ingenti apparatu, timens vehementissimè Maximinum: de quo sæpissimè dicebat, se non contra hominem, sed contra Cyclopem bellum gerere. Et Maximinus quidem apud Aquileiam ita victus est ut à suis occideretur: caputque ejus & filii perlatum est Ravennam, quod à Maximo Romam transmissum est. Non tacenda hoc loco devotio est Aquileiensium pro Romanis, qui etiam [1] crines mulierum pro nervis ad sagittas emittendas totondisse dicuntur. Tantum sanè lætitiæ fuit in Balbino qui plus timebat, ut hecatomben faceret, statim ut Maximini caput allatum est. [2] *Hecatombe* autem tale sacrificium est: centum aræ uno in loco cespititiæ extruuntur, & ad eas centum sues, centum oves mactantur. [3] Nam si imperatorium sacrificium sit, centum leones, centum aquilæ, [4] & cætera hujusmodi animalia centena feriuntur. [5] Quod quidem etiam Græci quondam feciſſe dicuntur quum pestilentia laborarent: & à multis imperatoribus id celebratum constat. His igitur peractis Balbinus cum summa 12
gratulatione Maximum redeuntem è Ravenna cum exercitu integro & copiis expectabat. Siquidem Maximinus ab oppidanis Aquileiensibus, & paucis qui illic erant militibus, [6] ac Crispino & Menophilo consularibus, qui à senatu missi fuerant, victus est. Ipse autem Maximus Aquileiam

1. *Crines mulierum pro nervis ad sagittas emittendas totondisse dicuntur.*] Verbum *totondisse* non est in Pal. nisi à scripturâ recentissimâ. an fuit? *crine usi mulierum pro nervis ad sag. emittendas dicuntur.* Grut.

2. *Hecatombe autem tale sacrificium est.*] Ubertius ista Græcorum grammatici ad primum Iliadis. sed & chiliombas aris admovebant. *Casaub.*

3. *Nam si imperatorium sacrificium sit.*] Lege: *Jam si imperatorium sacrificium sit.* hecatombe, inquit, tale sacrificium est, cum centum sues, centum oves mactantur. jam si imperatorium sacrificium sit, centum leones, centum aquilæ solent mactari. *Salmasius.*

4. *Et cetera hujusmodi animalia centena feriuntur.*] *Centena feriunt.* P. & v. ed. *Idem.*

5. *Quod quidem etiam Græci quondam feciſſe dicuntur, &c.*] An alludit ad Homeri versum?

Εἰτ' ἀρ' ὅγ' ἑκατόμβας ἐπιτειμφὶ θεοῖσιν
ἀθανάτοισιν.

Casaub.

6. *Ac Crispino ac Menophilo consularibus.*] Pal. & v. ed. *Melosilio.* scribe *Menophilio.* Salmas.

leiam idcirco acceſſerat, ut omnia tuta & integra uſque ad Alpes relinqueret: ac ſi quæ eſſent Barbarorum qui Maximino faverant reliquiæ, compeſceret. Miſſi ſunt denique ad eum legati ſenatores XX. quorum nomina ſunt apud Cordum: (in his conſulares IIII. prætorii VIII. quæſtorii VIII.) cum coronis & ſenatuſconſulto, in quo ei ſtatuæ auratæ equeſtres decernebantur. Ex quo quidem Balbinus ſubiratus eſt, dicens, [1] Maximum minùs quàm eum laboraſſe, quum ipſe domi tanta bella compreſſiſſet, ille autem otioſus apud Ravennam reſediſſet. [2] Sed tantum valuit bellum Maximo quia profectus eſt contra Maximinum, [3] ut etiam victoria decerneretur, quam impletam ille neſcivit. Exercitu igitur ſuſcepto Maximini, ad urbem cum ingenti pompa & multitudine Maximus venit, mœrentibus militibus quòd eum imperatorem quem ipſi delegerant, perdiderant, & eos habebant quos ſenatus legerat. [4] Nec diſſimulari poterat mœror, qui in frontibus apparebat ſingulorum: & jam quidem nec verbis abſtinebatur: quamvis Maximus & apud milites ſæpe dixiſſet,

1. *Maximum minùs quàm eum laboraſſe, &c.*] *Eum* proſe poſuit. Sic tamen ſæpe in his libris; ut ſtatim: *Mittit ad Balbinum Maximus, petens, ut ei præſidium mitteret.* id eſt, ſibi præſ. m. *Caſaubonus.*

Maximum minus quàm eum laboraſſe.] Vox *eum* non eſt in Pal. niſi inter lineas recenter poſitum, habetque textus *elaboraſſe.* an fuit, *quam ſe laboraſſe.* Gruter.

2. *Sed tantum valuit bellum Maximo, &c.*] Non *bellum*, ſed *velle* legitur in regio. etſi, inquit, verum erat quod Balbinus dicebat, non plus Maximum quàm ſe ad victoriam contuliſſe; quia tamen difficillimo Reip. tempore profectus erat Maximus contra Maximinum, tantum valuit ejus velle, tantique ejus voluntas egregia æſtimata eſt, ut partam victoriam omnes illi acceptam ferrent: licet Ravennæ ſedens nihil de iis quæ ad Aquileiam gererentur reſciverit; niſi poſt rem confectam, cùm de cæde Maximinorum allatus ipſi fuit nuntius. *Caſaub.*

Sed tantum fuit bellum Maximo.] Mendoſa lectio; libri ſcripti: *Sed tantum valuit belle Maximo, quia profectus eſt contra Maximinum, ut etiam victoria decerneretur. belle* pro *velle.* Salmaſ.

Sed tamen valuit velle Maximo.] Sic codex regius, nec divertit Pal. porrò ſi ſequenda ſunt veſtigia Palatina, reponendum erit: *Sed tantum valuit velle, ut Maximo, quia profectus eſt contra Maximinum, etiam victoria decerneretur.* ſicque auſus ſum reponere in contextum. *Grut.*

3. *Ut etiam victoria decerneretur.*] Lego, *ut etiam victoria ejus crederetur.* Caſaub.

4. *Nec diſſimulari poterat mœror, &c.*] Vide Herod. *Idem.*

1. *Sti-*

set, oblivionem præteritorum esse debere, & [1] stipendia magna donasset, [2] & auxilia in ea loca quæ delegerant, dimisisset. *Sed animi militum semel imbuti odio, refrenari nequeunt.* Denique quum audissent senatus acclamationes quæ milites tangerent, acriores contra Maximum & Balbinum extiterunt, secum quotidie cogitantes quos imperatores facere deberent. Senatusconsulti autem quo moti 13
sunt, hæc forma est: Quum ingredienti urbem Maximo Balbinus & Gordianus & senatus & populus Rom. obviam processissent, acclamationes primùm publicæ fuerunt quæ milites contingerent: inde in senatum itum est: ubi post illa [3] quæ communia solent esse festa, dictum est, *Sapienter electi principes sic agunt*, [4] *per imperitos electi principes sic pereunt*: quum constaret à militibus factum esse Maximinum, Balbinum autem & Maximum à senatoribus. His auditis milites [5] graviùs sævire cœperunt in senatum, præcipuè qui sibi triumphare de militibus videbatur. [6] Et Balbinus quidem cum Maximo urbem cum magna moderatione gaudente senatu & populo Rom. regebant: senatui plurimum deferebatur: leges optimas condebant moderatè, causas audiebant, res bellicas pulcherrimè disponebant. Et quum jam paratum esset ut contra Parthos Maximus proficisceretur, Balbinus contra Germanos, puer autem Gordianus Romæ remaneret, milites occasionem quærentes occidendorum principum, quum primò vix invenire possent, quia Germani stipabant Maximum atque

1. *Stipendia magna donasset, &c.*] *Stipendium* pro donativo positum novè. nam aucta fuisse stipendia non est probabile. *Idem.*

2. *Et auxilia in ea loca quæ delegerant dimisisset.*] Auxilia dimisit in suam quemque patriam; milites legionarios in sua castra. *Idem.*

3. *Quæ communia solent esse festa.*] Vel *fausta*. ὅσια. at *festa* propriè sunt τὰ ἱορταζόμενα, non τὰ ὅσια μόνον. *Idem.*

Quæ communia solent esse festa, dictum est.] Sublatâ dictione *festa*, manserit tamen sententiæ suus vigor. *Grut.*

4. *Per imperitos electi principes sic pereunt.*] Scripti, *per milites, per imperitos*. sed glossam esse censeo. *Casaub.*

5. *Graviùs sævire cœperunt in senatum, præcipuè.*] Distingue: *graviùs sævire cœperunt, in senatum præcipuè qui sibi de militibus triumphare videbatur.* Salmas.

6. *Et Balbinus quidem cum Maximo urbem, &c.*] Ex Herod. hoc quoque. *Casaub.*

14 atque Balbinum,[1] quotidie ingraveſcebant. Et erant quidem diſcordiæ inter Balbinum & Maximum, ſed tacitæ & quæ intelligerentur potiùs quàm viderentur: quum Balbinus Maximum quaſi ignobilem contemneret, Maximus Balbinum quaſi debilem calcaret. Quare occaſio militibus data eſt intelligentibus *facilè diſcordes imperatores poſſe interfici.* [2] Ludis denique ſcenicis quum multi & milites & aulici occupati eſſent, & in Palatio ſoli cum Germanis principes remanſiſſent, impetum in eos fecerunt. Turbantibus igitur militibus quum nuntiatum primùm eſſet Maximo, turbam illam tempeſtatemque vix evadi poſſe niſi ad Germanos mitteretur, & fortè in alia parte Palatii Germani cum Balbino eſſent, mittit ad Balbinum Maximus, petens, ut ei præſidium mitteret. [3] Sed ille ſuſpicatus [4] quòd contra ſe eos peteret, [5] quem putabat monarchiam velle; primùm fruſtratus eſt, deinde uſque ad litem perventum eſt. [6] In hac tamen ſeditione illis contendentibus milites ſupervenerunt, [7] atque ambos eos nudatos

1. *Quotidie ingraveſcebant.*] Καὶ καθ' ἡμέραν ἐβαρύνετο. quo verbo hic uſus Herodianus. In regio paullò antè pro *quærentes* habetur *quærebant.* ſcribebam igitur, *Milites &c. quærebant occidendorum principum: cumque primò vix in p. q. G. f. m. à B. quotidie odia ingraveſcebant.* Idem.

2. *Ludis denique ſcenicis, cùm multi & milites, &c.*] Ludos ſcenicos appellat agonem Capitolinum. Erat hoc certamen, ut ſcribit Suetonius, triplex, muſicum, equeſtre, gymnicum. quod igitur de ſcenicis ludis ait Capitolinus, ita accipi debet, ut intelligamus in plures dies tributos fuiſſe ludos Capitolinos, vel, ut Græci vocant, τὰ Καπιτώλια. die autem illo quo perierunt Maximus & Balbinus, muſicos & ſcenæ artifices certaſſe. *Idem.*

3. *Sed ille ſuſpicatus eſt quod contra ſe eos peteret, quem putabat monarchiam velle.*] Forte legendum: *Sed ille ſuſpicatus, quod contra ſe eos peteret, qui poſtulabat monarchiam, primum fruſtratus eſt, deinde ad litem perventum eſt.* Balbinus qui ſuſpicaretur contra ſe peti milites Germanos ab eo qui vellet ſolus imperare, fruſtratus eſt ejus petitionem. hanc eſſe veram lectionem arbitror. *Salmaſ.*

4. *Quod contra ſe eos peteret, quem putabat monarchiam velle.*] Verbum *velle* non eſt in Pal. nec pronomen *ſe*: haberque *poſtulabat* pro *putabat.* aliquid ſubeſt vitii occulti. *Grut.*

5. *Quem putabat monarchiam velle.*] Uterque illorum imperium ad ſe trahebat, ut ſolus imperaret. *Caſaub.*

6. *In hac tamen ſeditione illis contendentibus, &c.*] Liber Puteani, *contradictione*, pro *ſeditione:* quod probo. *Idem.*

7. *Atque ambos eos nudatos veſtibus regalibus, de Palatio cum injuriis produxerunt.*] Contrarium dicit Herod. ex quo tamen hiſtoriam ſumit Capitolinus: neque enim in regalibus veſtibus, ſed domeſticis ac vilibus eſſe deprehenſos. *Idem.*

1. *Sed*

datos vestibus regalibus, de Palatio cum injuriis produxerunt, & per mediam civitatem ad castra raptare voluerunt, magna ex parte laniatos. [1] Sed ubi compererunt Germanos ad defensionem illorum supervenire, ambos occiderunt, & in itinere medio reliquerunt. [2] Inter hæc Gordianus Cæsar sublatus à militibus, imperator est appellatus, id est Augustus, quia non erat alius in præsenti, [3] insultantibus militibus senatui & populo, qui se statim in castra receperunt. Germani sanè ne sine causa pugnarent, [4] occisis imperatoribus suis, extra urbem ubi suos habebant, se contulerunt. Hunc finem habuerunt boni imperatores, indignum vita & moribus suis. Nam neque Maximo sive Pupieno fortius, neque Balbino benignius fuit quicquam: [5] quod re ipsa intelligi potest. Neque enim quum esset potestas, malos senatus eligeret. Huc accedit quòd multis honoribus ac potestatibus explorati sunt, [6] quum alter bis cos. & præfectus, alter cos. & præfectus, [7] ad imperium longævi perveniissent, [8] amabiles senatui,

1. *Sed ubi compererunt Germanos.*] *Sed ubi comperierunt.* Pal. *Salmas.*

2. *Inter hæc Gordianus Cæsar sublatus à militibus, &c.*] *Sublatus*, nempe de ædibus suis in castra prætoria. neque enim referam ad morem elevandi super scuto eos quibus deferretur imperium. *Casaub.*

3. *Insultantibus militibus senatui & populo.*] De senatu verum est: de populo videtur malè accepisse Herodiani verba. *Idem.*

4. *Occisis imperatoribus suis.*] *Occisis jam imperatoribus suis.* Pal. *Salmas.*

Occisis jam Imperatoribus suis.] Sic Pal. interjecto adverbio, quod aberat. *Gruter.*

5. *Quod re ipsa intelligi potest.*] Scrib. *ex re ipsa potest, &c.* ut in vett. *Casaub.*

Quod re ipsa intelligi potest.] *Quod in re ipsa intelligi potest.* Salmas.

6. *Quum alter bis Cos. & præfectus, alter Cos. & præfectus ad imper. perveniissent.*] Scribendum aio: *Cùm alter bis Cos. præfectus Urbis alter, ad imperium longævi perveniissent.* Reliquis verbis expunctis. *Casaub.*

7. *Ad imperium longævi perveniissent, amabiles senatui & populo.*] Sic rescribo: *Quum alter bis consul & præfectus, ad imperium longævus perveniisset, amabilis senatui, & populo etiam, qui Maximum jam leviter pertimescebat.* de Balbino sermo est, qui senatui populoque amabilis, cum Maximus solo senatui gratus acceptusque esset. pertimescebat enim populus Maximi severitatem, quam & sibi adversam esse credebat. quod cum verum sit, quî possit esse vera vulgata scriptura? *Salmas.*

8. *Amabiles senatui, & populo etiam, quia Maximinum jam leviter pertimescebant.*] Scribendum: *Et populo, qui jam Maximum leviter pertimescebant.* Initiò cùm delatum imperium Maximo, memor populus qua severitate urbanam præfecturam egisset, sibi ab eo metuit, & ejus detrectavit imperium: sed jam

natui, & populo etiam, quia Maximinum jam leviter pertimescebant. [1] Hæc sunt quæ de Maximo ex Herodiano Græco scriptore magna ex parte collegimus. Sed multi non à Maximo, verùm à Pupieno imperatore apud Aquileiam Maximinum esse victum dixerunt, & ipsum cum Balbino esse occisum, ita ut Maximi nomen prætereant. Tanta est autem historicorum [2] inter se errantium imperitia, [3] vel usurpatio, ut multi eundem Maximum quem Pupienum velint dici, quum Herodianus vitæ suæ temporum scriptor Maximum dicat, nos Pupienum: [4] quum & Dexippus [5] Græcorum scriptor, Maximum & Balbinum imperatores dicat factos contra Maximinum post Gordianos duos, & à Maximo victum Maximinum, non à Pupieno. His accedit alia scriptorum imperitia qui [6] præfectum prætorii fuisse Gordianum parvulum dicunt, [7] ignorantibus multis collo sæpe vectum ut militibus ostenderetur. [8] Imperarunt autem Maximus & Balbinus anno uno, quum Maximinus imperasset cum filio, ut quidam dicunt, per triennium; ut alii, per biennium. [9] Nec reti-

mitiorem experti, quàm speraverant, leviter eum timebant. *Casaub.*

1. *Hæc sunt quæ de Maximo, &c.*] Dele auctoribus libris illa, *de Maximo.* neque possunt ferri. *Idem.*

Hæc sunt quæ ex Herodiano.] Obsequutus sum membranis à Casaubono excussis. nam nostræ adsentiebantur vulgato: *Hæc sunt quæ de Maximo ex Herodiano.* Grut.

2. *Inter se errantium.*] Scribe, *certantium.* & ita scripti. *Casaub.*

Inter se certantium imperitia.] Est rursus ab iisdem membranis. nam Palatinæ, *errantium*, ut vulgati. *Grut.*

3. *Vel usurpatio.*] Vox Latinorum criticorum: nam usurpata illis dicuntur, quæ sine priorum exemplo aut contra analogiam sive usum, magni scriptores interdum sibi volunt licere. *Casaubonus.*

4. *Cum & Dexippus Græcorum scriptor.*] Melius scripti, *Græcus scriptor.* Idem.

5. *Græcus scriptor.*] Sic quoque eadem. nostræ enim *Græcorum*, ut vulgg. *Grut.*

6. *Præfectum prætorii fuisse Gordianum parvulum dicunt.*] Ita historiam narrat Aurelius Victor Schotti. *Casaub.*

7. *Ignorantibus multis, collo sæpe, &c.*] Conjeci aliquando, *ignorantibus nullis.* sed forte distinguendum, *ignorantibus, multis collo, &c.* ut velit, eosdem ignorasse, sæpe Gordianum multorum collo insedisse, quasi puerulum. *Grut.*

8. *Imperarunt autem Maximus & Balbinus anno uno.*] Hoc verius quàm quod legitur in libro de tribus Gordianis, biennio eos imperasse. *Casaub.*

9. *Nec reticiendum est quod Maximus.*] Auctoribus libris, sic scribendum: *Quum Maximinus imperasset cum filio, ut quidam dicunt, per triennium, ut alii, per*

reticendum est quod Maximus, quum & sibi & Balbino deferretur judicio senatus imperium, Balbino dixisse fertur, ([1] ut Herodianus dicit) *Quid tu Balbine, & ego merebimur, quum hanc tam immanem belluam exitio dederimus?* Quumque Balbinus dixisset, *Senatus populique Romani ferventissimum amorem & orbis terrarum:* dixisse fertur Maximus, *Vereor ne militum odium sentiamus, & mortem.* Domus 16
Balbini etiam nunc Romæ ostenditur in Carinis, magna & potens, & ab ejus familia hucusque possessa. Maximus quem Pupienum plerique putant, [2] summæ tenuitatis, sed virtutis amplissimæ fuit. [3] Sub his pugnatum à Carpis contra Mœsos fuit, & Scythici belli principium, & Histriæ excidium eo tempore: ut autem Dexippus dicit, Histricæ civitatis. Dexippus Balbinum satis laudat, & dicit forti animo militibus occurrisse, atque interfectum: ut mortem non timeret, [4] quem in omnibus disciplinis instructum fuisse dicit. Maximum verò negat ejusmodi virum fuisse qualem Græci plerique dixerunt. [5] Addidit præterea contra Maximinum Aquileiensium odium fuisse, ut de crinibus mulierum suarum arcubus nervos facerent, atque ita sagittas emitterent. Dexippus & Herodianus qui horum principum historiam persequuti sunt, Maximum & Balbinum fuisse principes dicunt, delectos à senatu contra Maximinum post interitum duorum Gordiano-

per biennium. Domus Balbini etiam nunc Romæ ostenditur in carinis. Salmas.

Nec reticendum est, &c.] Ista hæc & sequentia, usque ad capituli finem, absunt æquè Palatino codici quàm Regio. *Grut.*

1. *Ut Herodianus dicit.*] Hæc non leguntur apud Herodianum. *Casaubonus.*

2. *Summæ tenuitatis.*] Ignobilitatem eum generis splendore virtutis illustrasse supra dixit. Balbinus Maximum quasi ignobilem, Maximus autem Balbinum, ut debilem contrivisse paulo ante dicitur. *Salmas.*

3. *Sub his pugnatum à Carpis contra Mœsos fuit.*] Carporum gens cùm post Marci tempora diu quietem coluisset, hac tempestate iterum Romano imperio cepit esse molesta. Narrat eorum motum Zosimus. *Casaub.*

4. *Quem omnibus disciplinis.*] Edd. *quem in omnibus disciplinis.* sed alterum se tuetur fide membranarum. Pal. *Gruterus.*

5. *Addidit præterea contra Maximinum, &c.*] Vox excidit quam servant Putcani codd. *Addidit præterea tantum contra.* Atque hoc tertium jam reperitur. *Casaub.*

dianorum in Africa, cum quibus etiam puer, tertius Gordianus, electus est. [1] Sed apud Latinos scriptores plerosque Maximi nomen non invenio, & cum Balbino Pupienum imperatorem reperio, usque adeò ut idem Pupienus cum Maximino apud Aquileiam pugnasse dicatur, quum memoratis historicis asserentibus, ne Maximus quidem contra Maximinum pugnasse doceatur, sed resedisse apud Ravennam, atque illic patratam audisse victoriam: ut mihi videatur, idem esse Pupienus, qui Maximus dicitur.

17 Quare etiam gratulatoriam epistolam subdidi, quæ scripta est à cos sui temporis de Pupieno & Balbino, in qua lætatur redditam ab his post latrones improbos esse Rempub. *Pupieno & Balbino Augustis Claudius Julianus. Quum primùm Jovis Opt. Max. & deorum immortalium senatusque judicio, & consensu generis humani suscepisse vos Remp. à nefarii latronis scelere* [2] *servandam reddendamque Romanis legibus, domini sanctissimi & invictissimi Augusti,* [3] *quamquam nondum ex vestris literis,* [4] *sed tamen ex S. C. quod V. C. Celsus Ælianus collega transmiserat,*

1. *Sed apud Latinos scriptores plerosque Maximi nomen non invenio.*] Diximus aliquid in principio hujus vitæ de Maximi & Pupieni nominibus. & sciendum est, non novum hoc esse, ut Græci scriptores in imperatore aliquo nominando aliud, vel nomen, vel cognomen usurpent, aliud Latini, in eo præsertim qui plura nomina habeat. ut in hoc Maximo, qui C. Maximus Clodius Pupienus vocabatur, Græci semper Maximi nomen arripuerunt, nec unquam aliter hunc imperatorem vocarunt: Latini vero omnes libentiùs *Pupienum* suo nomine. *Salmas.*

2. *Servandam reddendamque Romanis legibus.*] Ne dubita emendare: *Quum primum Jovis Opt. Max. & deorum immortalium senatusque judicio, & consensu generis humani suscepisse vos remp. à nefarii latronis scelere servandam, regendamque Romanis legibus. regendam*, inquam, non *reddendam*. Idem.

3. *Quamquam nondum ex vestris literis.*] Membranæ, *ex divinis literis.* verè. nam ita imperatorias literas, cùm ad eos præsertim scriberent, vocabant. *Casaub.*

4. *Sed tamen ex scripto quod* V. C. *Celsus Ælianus collega transmiserat.*] Palat. habet: *Quamquam nondum ex vestris literis, sed tamen ex* S P C. *quod ad me* V. C. *Celsus Ælianus collega transmiserat, exemplum.* quis scribendum non videt, *ex* S C. hoc est, *ex senatusconsulto?* discimus ex hoc loco senatusconsultum, quod factum est de imperatoribus nuncupandis Maximo & Balbino, Celio Æliano Cos. referente esse factum. initio autem hujus vitæ nomen consulis non edidit Capitolinus, qui sine dubio est iste Celsus Ælianus: alter vero consul aberat, Claudius nempe Julianus, cujus hæc epistola refertur à Capitolino, cui transiniisit senatusconsulti exemplum collega Celsus Ælianus. quid si illas notas, *ex* S P C. sic transponamus, *ex* S C P? hoc erit *ex senatusconsulti*

rat, comperissem: gratulatus sum urbi Romæ, cujus ad salutem estis electi: gratulatus senatui, [1] *cujus pro judicio quod in vos habuit, reddidistis pristinam dignitatem: gratulatus Italiæ,* [2] *quam cum maxima ab hostibus vastatione defendistis: gratulatus provinciis, quas inexplebili avaritia tyrannorum laceratas ad spem salutis reduxistis: denique legionibus ipsis & auxiliis, quæ ubique terrarum jam vultus vestros adorant; qui depositio dedecore pristino, nunc in vestro nomine dignam Romani principatus speciem receperunt. Quocirca* [3] *nulla vox fortis, nulla oratio felix, nullum ingenium tam fœcundum unquam fuerit, quod posit publicam felicitatem dignè exprimere. Quæ quanta & cujusmodi sint, jam in ipso exordio principatus vestri cognoscere potuimus: qui leges Romanas, æquitatemque abolitam, & clementiam quæ jam nulla erat, & vitam, & mores, & libertatem, & spem successionum atque hæredum reduxistis. Hæc enumerare difficile est, nedum prosequi consentanea dicendi dignitate. Nam quòd nobis vita per vos reddita est,* [4] *quum dimissis passim per provincias carnificibus sic elatus latro*

sulti pari. par enim *exemplum* significat, quod Græci dicunt ἴσον. *Salmas.*

1. *Cujus pro judicio, &c.*] Scribendum, *cui vos pro judicio, &c.* Casaubonus.

Cujus pro judicio, &c.] Sic quoque Pal. neque opus mutari. *Grut.*

2. *Quàm cùm maxima, &c.*] Scribe, *cùm maximè.* Casaub.

Quam cum maxima ab hostibus vastatione defendistis.] Lege: *quam cum maxime hostili vastatione defendistis.* vel, *ab hostium.* Salmas.

Quàm cùm maximâ ab hostibus.] Melius fuerit *maximè*, ut videbatur & Casaubono. *Grut.*

3. *Nulla vox fortis, nulla oratio felix.*] Quæ sequuntur postulant hæc scribi: *Quocirca nulla vox tam fortis, nulla oratio tam felix.* Proxime enim sequitur: *Nullum ingenium tam fœcundum unquam fuerit, quod publicam felicitatem posit exprimere.* Salmas.

Nulla vox fortis, nulla oratio felix.] Pal. *nulla oratio tam felix*; ut videatur etiam eadem syllaba immittenda principio: *nulla vox tam fortis.* Grut.

4. *Quum dimissis passim per provincias carnificibus, sic elatus latro surrexit, &c.*] Vera lectio nisi fallor hæc est: *Nam quod nobis vita per vos reddita est, quam dimissis passim per provincias carnificibus sic elatæ latro sic petiit, ut sè ordini profiteretur iratum, quomodo dicam aut prosequar? sicelatus* autem latro, unica voce in optimo libro legebatur, pro *sicilatus. sicilatum* autem *latronem* vocat Maximinum quod *sicila*, hoc est, parva sica armatus esset. *sica* vero, ut omnes norunt, brevis gladius, & incurvus, qui Threcum fuit proprius. at Maximinus Threx fuit. hinc etiam *sicila* dicti cultri sutoris, quod in modum sicarum essent incurvi. Glossæ veteres; *Sicila*, σμίλαι, κοπίδιον. sicila igitur brevis gladius, vel culter, qui & sicilus & sicilum & sicilis etiam dicebatur. *Salmas.*

Cùm dimissis passim per provincias carnificibus sic elatus latro surrexit, ut sè ordini profiteretur iratum.] Pal. *quum*, & *fieretit*, respuitque illud aliorum *amplissimo.* Grut.

latro surrexit [1] *ut se ordini profiteretur iratum, quomodo dicam aut prosequar? præsertim quum mediocritas mea non modò publicam felicitatem, sed ne peculiare quidem gaudium animi mei possit exprimere, quum eos Augustos & principes generis humani videam, quorum antehac perpetuo cultu mores & modestiam meam tanquam veteribus censoribus meis cuperem probatam:* [2] *& etiamsi confidam in priorum principum testimoniis, vestris tamen ut gravioribus judiciis glorior. Dii præstent præstabuntque hanc urbi Romanæ felicitatem. Nam quum ad vos respicio, aliud nihil optare possum quàm quod apud deos dicitur victor Carthaginis precatus, ut scilicet in eo statu Remp. servarent in quo tunc esset, quòd nullus melior inveniretur. Ita ego precor, ut in eo statu vobis Remp. servent,* [3] *in quo eam vos adhuc nutantem collocaviſtis.*

18 Hæc epistola probat Pupienum eundem esse qui à plerisque Maximus dicitur nomine paterno. Siquidem per hæc tempora apud Græcos non facilè Pupienus, apud Latinos non facilè Maximus inveniatur, & ea quæ sunt gesta contra Maximinum, modò à Pupieno, modò à Maximo acta dicantur. [4] Sed Fortunatiano credamus qui dicit Pupienum dictum nomine suo, cognomine verò paterno Maximum, ut omnium stupore legentibus aboliti videantur.

1. *Ut se ordini profiteretur iratum.*] Omnes membranæ, *ut se amplissimo ordini, &c.* Alioquin sæpe *ordo* absolutè pro senatu ponitur, aut ordine decurionum in municipiis. *Casaub.*

2. *Et etiam si confidam in priorum, &c.*] Palatinus hunc locum ita legit, ut in textu legitur. sed pro *probatam* leg. *probata, & hæc esse confidam, &c. glossem.* Mentem horum verborum facile assequor, verba ipsa quomodo constituenda sint, nondum video. sensus igitur hic est. gaudium suum vix exprimere se posse dicit, quum eos principes videat, quos antehac semper coluerit, & quibus vitam suam, & mores probatos esse cupierit tanquam suis censoribus. quamvis enim vitam & modestiam suam probari confideret testimoniis priorum principum, pluris tamen semper feciſſe judicia istorum, ut graviora majoresque ponderis, etsi principes non essent. magnopere igitur nunc se gaudere, quum eos principes factos videat, quos adhuc privatos coluerit, & quibus vitam suam probatam esse semper cupierit, quorumque adeo judicia pluris æstimaverit, & graviora duxerit, quam ipsorum principum testimonia. *Salmas.*

3. *In quo eam vos adhuc nutantem collocaviſtis.*] Non male Palatinus: *In quo vos eam adhuc nutantem conlocaritis.* Natare enim quæ adhuc pendent & vacillant, lepida tralatione dicuntur. at *conlocaritis*, omnino pro *conlocaviſtis* reponendum. *Casaub.*

4. *Sed Fortunatiano credamus.*] Hæc ad finem usque non comparent in optimo librorum Palatino. *Salmas.*

DE

DE IIS QUI POST GORDIANUM TERTIUM PRINCIPES FUERUNT AD VALERIANUM USQUE.

GORDIANO tertio non Valerianus succeſſit, ſed Philippi duo: de quibus & aliis item pluribus, qui ante Valerianum imperarunt, non dubium eſt, quin & Spartianus & Capitolinus atque omnino quicunque alii è veteribus hiſtoriam Auguſtam ſtilo perſecuti ſunt, in libris ſuis abundè egiſſent. Quid cauſſæ ſit cur hodie in iſto Cæſareæ hiſtoriæ corpore pars hæc deſideretur, difficile dictu eſt. Scimus tamen, non hodie atque heri, ſed ante aliquot ſecula, factam eſſe hanc jacturam: imò fortaſſe nihil eſſe amiſſum, neque eorum quicquam periiſſe, quæ in hoc corpus ſunt ab iis conjecta, qui illud olim ex diverſis ſcriptoribus concinnarunt. Nam & membranæ veteres, cum regiæ bibliothecæ, tum illæ quibus olim in Italia uſus V. Cl. Claudius Puteanus, & Robertus quoque Bononienſis in Epitoma quam fecit hôrum librorum, defectum hunc agnoſcunt. Suſpicari licet, quia Philipporum res, & cæterorum qui in hac collectione ſilentur, Deciorum rebus erant permiſtæ, quos hoſtes ſæviſſimos eccleſia Dei quondam eſt experta; compoſitorem hujus corporis, pietatis Chriſtianæ fervore impulſum, in Deciorum odium, præoptaſſe principes aliquot, minuros præſertim & parum memorabiles, ſilentio tranſmittere, potiùs quàm vel Capitolinum, vel Spartianum, vel aut quenquam alium deſcriberet, qui omnes iſtos minorum gentium imperatores, uno libro fuerat complexus. Nos verò eorum nomina infra ſubjecimus, quos poſt exceſſum Gordiani tertii, ante Valerianum, factos fuiſſe Auguſtos vel Cæſares, ex veterum lectione comperimus. *Caſaub.*

I. IMP. CÆS. MARCUS AUG. Narrat Zonaras, patres cùm de morte Gordiani III. cognoviſſent, uſos jure ſuo, & Marcum quendam, haut dubie ſenatorem, ſapientiæ & philoſophiæ deditum, imperatorem creaſſe: qui mox in Palatio morbo abſumtus. *Idem.*

II. IMP. CÆS. SEVERUS HOSTILIANUS AUG. Marco extincto, eorumdem patrum ſuffragiis hic ſucceſſit: qui morbo ſtatim correptus, poſt miſſum ſanguinem, fatis conceſſit. Zonaræ uni memoriam imperii ſui debent hi duo principes. *Idem*

III IMP. CÆS. M. JULIUS PHILIPPUS AUG. Hic filium ſuum aſſumſit in conſortium, ut ait Aurelius Victor: & Zonaras, τὸν υἱὸν ἐς βασιλείας ἐπῆνεσε: Zoſimus tamen Cæſarem ſolùm factum ſcribit. *Idem.*

IV. M. JULIUS. PHILIPPUS. CÆSAR. AUG. F. COS. PRINC. JUVENTUT. vulgò autem appellatus eſt Philippus junior.

nior. unde ille quorundam Græcorum error manavit, qui cognomen id Philippi fuisse, & quidem patris existimarunt. *Idem.*

V. Imp. Cæsar Jotapianus Aug. Hic Philippi temporibus imperium in Oriente occupavit: sed statim oppressus, cum imperio vitam simul amisit. auctor Zosimus. *Idem.*

VI. Imp. Cæs. Marinus Aug. Eodem tempore quo Jotapianus in Syria, Marinus in Pannonia vel Mœsia à legionibus præsidiariis salutatus est imperator, nec multò pòst trucidatus, ut narrant Zosimus & Zonaras. *Idem.*

VII. Imp. Cæs. Messius Quintus Trajanus Decius Aug. His nominibus appellatus est Decius pater, qui in Illyrico suffragiis militum nactus imperium, Philippum mox ad Veronam devicit. Constat ibidem periisse patrem Philippum, filium autem Romæ. *Idem.*

VIII. Imp. Cæs. Q. Herennius Etruscus Messius Decius Aug. Decii Aug. F. & item alter quidam, sive gener Decii, ut conjicit Onufrius, sive aliqua cognatione eum tangens: cujus nomina è nummis & lapidum inscriptionibus, proferuntur hæc ab eodem. *Idem.*

IX. Imp. Cæs. C. Valens Hostilianus Messius Aug. nos de hoc neque apud Græcos, neque apud Latinos historicos quicquam offendimus. *Idem.*

X. Imp. Cæs. Lucius Priscus Aug. Nam huic Macedonas præsidatu regenti delata est dominatio. *Idem.*

XI. Imp. Cæs. Julius Valens Licinianus Aug. qui cupientissimo vulgo imperium cepit. Priscum Philippi Imp. fratrem inter illorum temporum præcipuos duces memorat Zosimus. *Idem.*

XII. Imp. Cæs. C. Vibius Trebonianus Gallus Aug. &

XIII. Imp. Cæs. Vibius Volusianus Aug. Galli Aug. F. Tertius his adjicitur ab utroque Victore. *Idem.*

XIV. Imp. Cæs. Hostilianus Perpenna Aug. cui delatum à senatu imperium Victores ambo scribunt, magno errore conturbat hæc nomina Eutropius: cujus sunt verba: *Mox imperatores creati sunt* Gallus Hostilianus *& Galli filius* Volusianus, sed suspicor vocalem excidisse jam olim, cùm scripsisset Eutropius; *Gallus Hostilianusque*: quomodo Aurelius Victor: *patres Gallo Hostilianoque augusta imperia decernunt.* Idem.

XV. Imp. Cæs. C. Julius Æmilianus Aug. à Mœsiacis legionibus creatus: qui occisis per suos Gallo & Volusiano, tres menses usus modestè imperio, morbo absumptus, vacuum Valeriano locum reliquit. Tot Augustos vel Cæsares inter Gordianum III. & Valerianum interjectos invenimus. Sed tantis tenebris omnis hæc historia involuta est, ut difficile sit aliquam ejus partem notare in qua veteres scriptores inter se consentiant. *Idem.*

TRE-

TREBELLII POLLIONIS VALERIANUS PATER ET FILIUS.

VALERIANUS imperator, nobilis genere, patre Valerio, censor antea, & per dignitatum omnes 1

1. TREBELLII POLLIONIS.] Robertum de Porta non audio, qui librum hunc & sequentes aliquot à Pollione abjudicat, tribuitque Julio Capitolino. *Casaub.*

TREBELLII POLLIONIS.] Membranæ Palatinæ non Trebellio Pollioni, sed Julio Capitolino, & hunc librum & sequentes tribuunt. sed quin sit Trebellio assignandus, minime posse dubitari puto. qui enim in unum corpus collegerant hanc historiam Augustam, eam totam ex quatuor istis scriptoribus confecerunt, Spartiano, Capitolino, Trebellio Pollione, & Vopisco. Spartianus ab Hadriano usque ad Maximinos historiam deduxerat. Capitolinus autem à Maximinis initium duxit, & usque ad Philippos perduxit, quem ut continuaret Trebellius, à Philippis incepit, & in Claudium & ejus fratrem Quintillum desiit: atque hinc exorsus Vopiscus, non ultra Carinum perrexit. qui vero factum sit, ut Philippos, & qui Philippum sunt sequuti imperatores, usque ad Valerianum amiserimus, nescio; nisi verum illud est quod suspicor, omnes horum auctorum codices, qui nunc habentur, ex uno unicoque codice tota illa parte mutilato laceroque, fuisse descriptos: quod & in multis aliis libris factum esse observavi. *Salmas.*

2. *Valerianus imperator, nobilis genere, patre Valerio, &c.*] In regio codice alteroque Puteaneorum, & principium hoc aliter habet, & totius libri alia longe facies. nam & hic non pari quidem, sed tamen non dissimili licentia grassari sunt veteres sive librarii sive critici, atque suprà in vita Marci. Porro de Valeriano hoc quem tantopere hoc libro auctor laudat, aliud longè pronuntiat Victor alter quem vide. *Casaub.*

Valerianus imperator nobilis genere.] Verissimum est quod supra dicebamus, mutilationi codicis cujusdam antiqui & unici, debere nos acceptum referre, quod Philipporum, & sequentium imperatorum vitas, & horum Valerianorum vitæ initium desideramus. à quo codice qui propagati sunt omnes illorum scriptorum codices, non integriores esse potuerunt archetypo suo. sed ut melius perspici possit quam licentiose grassari sint correctores in hoc libello interpolando, placet fragmentum ipsum subjicere, quomodo plane scriptum extat in antiquo exemplari Palatino:

FRAGMENTUM VITÆ VALERIANORUM. Sapori rex regum vel solus. *si scirem posse aliquando Romanos penitus vinci, gauderem tibi de victoria, quam præfers. sed quia, vel fato, vel virtute gens illa plurimum potest, vide ne quod senem imperatorem capisti, & id quidem fraude, male tibi cedat posterisque tuis. Cogita quantas gentes Romani ex hostibus suas fecerint, à quibus sæpe victi sunt. Audivimus certe quod Galli eos vicerint, & ingentem civitatem illam incenderint.*

omnes gradus suis temporibus ad maximum in terris culmen ascendens, cujus per annos LXX. vita laudabilis

derint. Certe Galli Romanis serviunt Quid Afri? eos nonne vicerunt? Certe serviunt Romanis. De longioribus exemplis, & fortasse interioribus nihil dico Mithridates Ponticus totam Asiam tenuit: certe victus est: certe Asia Romanorum est. si meum consilium requiris, utere occasione pacis, & Valerianum suis redde. ego gratulor felicitati tuæ, si tamen illa uti scias. Velenus rex Caduforum sic scripsit: *Remissa mihi auxilia integra & incolumia gratanter accepi. sed captum Valerianum principem principum non satis gratulor: magis gratularer, si redderetur. Romani enim graviores tunc sunt, quando vincuntur. Age igitur ut prudentem decet: nec fortuna te inflammet, quæ multos decepit. Valerianus & filium imperatorem habet, & nepotem Cæsarem: & quid? habet & omnem orbem Romanum, qui contra te totus insurget. Redde igitur Valerianum, & fac cum Romanis pacem, nobis etiam ob gentes Ponticas profuturam.* Artabastes rex Armenorum talem ad Saporem epistolam misit: *In partem gloriæ venio: sed vereor ne non tam viceris quam bella severis. Valerianum & filium repetet, & nepos, & duces Romani, & omnis Gallia, & omnis Africa, & omnis Hispania, & omnis Italia, & omnes gentes quæ sunt in Illyrico, atq; in oriente & in Ponto, quæ cum Romanis consentiunt, aut Romanorum sunt. Vnum ergo senem cepisti, & omnes gentes orbis terrarum infestissimas tibi fecisti: fortassis & nobis qui auxilia misimus, qui vicini sumus, qui semper vobis inter vos pugnantibus laberamus.* Bactrani, & Iberi, & Albani, & Tauroscythæ Saporis litteras non receperunt, sed ad Romanos duces scripserunt, auxilia pollicentes ad Valerianum de captivitate liberandum. Sed Valeriano apud Persas consenescente, Odenatus Palmyrenus collecto exercitu rem Romanam in pristinum statum reddidit. cepit regis thesauros, cepit etiam quas thesauris cariores habent regis Parthici concubinas. Quare magis reformidans Romanos duces Sapor timore Balistæ atque Odenati, in regnum suum ocyus se recepit. atque hic interim finis belli fuit Persici. Hæc sunt digna cognitu de Valeriano, cujus per annos LXX. vita laudabilis in eam conscenderat gloriam, ut post omnes honores & magistratus insigniter gestos imperator fieret: non ut solet tumultuario populi concursu, non militum strepitu, sed jure meritorum, & quasi ex totius orbis una sententia. Denique si data esset omnibus potestas promendi arbitrii quem imperatorem vellent, alter non esset electus, &c.

Nam quæ sequuntur usque ad finem, eodem modo scripta erant in libris quibus usus est Casaubonus ut in nostris, nisi quod illi Casauboniani exordii loco ea verba habuere quæ satis constat non esse Trebellii, sed ab aliquo adjecta qui voluit explere, quod deficere videbat, & initium quod deerat, addere. ad id exemplum plane quo hodierno solent artifices antiquis sine capite statuis capita imponere, & pedes manusque mutilatis adfingere, & truncas integrare. *Salmas.*

Valerianus imperator nobilis genere, patre Valerio, censor antea & per dignitatem, &c.]

sis in eam conscenderat gloriam, [1] ut per omnes honores & magistratus insigniter gestos, imperator fieret: non ut solet tumultuario populi concursu, non militum strepitu, sed jure meritorum, & quasi ex totius orbis una sententia. Denique si data esset omnibus potestas promendi arbitrii quem imperatorem vellent, alter non esset electus. [2] Et ut sciatur quanta vis in Valeriano meritorum fuerit publicorum, ponam senatusconsulta, quibus animadvertant omnes quid de illo semper amplissimus ordo judicaverit. Duobus Deciis coss. VI. Cal. Novemb. die, quum ob imperatorias literas in æde Castorum senatus haberetur, ireturque per sententias singulorum [3] cui deberet censura deferri, (nam id Decii posuerant in senatus amplissimi potestate) [4] ubi primùm prætor edixit, *Quid vobis videtur P. C. de censore deligendo?* [5] atque eum qui erat princeps, quum senatus sententiam rogasset, absente Valeriano: ([6] nam ille in procinctu suo cum Decio agebat) omnes una voce dixerunt, interrupto more dicendæ sententiæ, *Valeriani*

tum, &c.] Bonum sane principium, sed non ex more hujus auctoris, aut aliorum qui vitas imperatorum conscripserunt: Spartiani dico, Capitolini & Vopisci. *his*, inquam, scriptoribus moris non est aliquem prius imperatorem vocare quam ejus vitam, mores, genus ex parte descripserint, & quibus ex causis ad imperium electi sint, quibus successerint, quid in imperio gesserint. heic nihil horum habes: sed statim *Valerianus imperator*, in ipso limine obtruditur. quæ vero sequuntur de dignitatum omnibus gradibus, mutuatus est, paucis mutatis, ex fine libri. at ex tot honoribus & dignitatum gradibus solam nominat censuram. nec miramur. nam solam potuit nominare ex hoc libro. ceteras non potuit, maximam sui partem manca hac historia. *Idem.*

1. *Et per omnes honores & magistratus.*] Scribendum, *Ut post omnes honores & magistratus insigniter gestos imperator fieret.* Idem.

Ut post omnes honores.] Ita Palat. Cæterum idem liber mirificè distractus est. sumit enim initium ab epistolâ Belsoli ad Saporem, pergitque usque ad finem fere capitis septimi; ubi scribit: *Hæc sunt digna cognitu de Valeriano, cujus per annos septuaginta vita laudabilis, &c.* quæ habemus cap. 1. *Grut.*

2. *Et ut sciatur quanta vis meritorum.*] Vetus editio *& ut sciat.* Salmas.

3. *Cui deberet censura deferri.*] Hoc censuræ veteris ultimum & longo intervallo repetitum exemplum. *Casaub.*

4. *Ubi primùm prætor edixit, &c.*] Erant partes Consulis: sed jam dixit fuisse tùm Coss. duos Decios: habitumque hunc senatum ad literas imperatorias. *Idem.*

5. *Atque eum qui erat princeps, quum senatus sententiam rogasset.*] Scribe ex Pal. & vetere editione: *Atque eum qui erat princeps cum senatus.* Salmas.

6. *Nam ille in procinctu suo cum Decio agebat.*] Dele *suo.* Casaub.

riani vita censura est: Ille de omnibus judicet qui est omnibus melior. Ille de senatu judicet qui nullum habet crimen. Ille de vita nostra sententiam ferat cui nihil potest objici. Valerianus à prima pueritia censor fuit. Valerianus in tota vita sua fuit censor. Prudens senator, modestius senator, gravis senator. Amicus bonorum, inimicus tyrannorum, hostis criminum, hostis vitiorum. Hunc censorem omnes accipimus, hunc imitari omnes volumus. Primus genere, nobilis sanguine, emendatus vita, doctrina clarus, moribus singularis, [1] *exemplum antiquitatis.* [2] Quæ quum essent sæpiùs dicta, addiderunt; OMNES: atque ita discessum
2 est. Hoc senatusconsultum ubi Decius accepit, omnes aulicos convocavit, [3] ipsum etiam Valerianum præcepit rogari: atque in conventu summorum virorum, recitato senatusconsulto. *Felicem te* (inquit) *Valeriane,* [4] *senatus sententia, imò animis atque pectoribus:* [5] *totius orbis humani suscipe censuram quam tibi detulit Romana Resp. quam solus mereris, judicaturus de moribus nostris. Tu æstimabis qui manere in Curia debeant, tu equestrem ordinem in antiquum statum rediges, tu censibus modum pones,* [6] *tu vectigalia firmabis, divides statum, Respu-*

1. *Exemplum antiquitatis.*] Ut enim *castitatis exemplum* dicitur mulier quæ ad exemplum casta est, & *pietatis exemplum* homo valde pius: sic *antiquitatis exemplum*, homo morum antiquorum, vel probitatis antiquæ retinens, atque adeo observans, ut possit esse exemplo. *Salm.*

2. *Quæ cùm essent sæpiùs dicta, addiderunt* OMNES.] Vopiscus in Tacito: *Hac oratione & Tacitus ipse vehementer est motus, & totus senatorius ordo concussus. Statimque acclamatum est*; OMNES, OMNES. Simili acclamatione in conciliis patrum communis consensus omnium ostendebatur. *Casaub.*

3. *Ipsum etiam Valerianum præcepit rogari.*] Id est præcepit vocari. honesto autem ac modesto verbo rogari dicuntur, qui non jubentur, sed rogantur ut veniant. *Salmas.*

4. *Totius Senatus sententiâ.*] Vox *totius* adjecta à me, suasu codicis Palatini. antea male aberat. *Grut.*

5. *Totius orbis humani suscipe censuram.*] Lege cum Puteano, *orbis Romani.* Casaub.

Totius orbis humani.] Sic & Pal. neque necesse est mutare in *Romani.* volebant enim Romani sibi subditum, quidquid non esset barbarum, hoc est in quibus aliquid resideret humanitatis. sic in Gallienis cap. 14. Item in Claudio cap. 4. *Grut.*

6. *Tu vectigalia firmabis, divides statum.*] Est locus hic illustris de veteris censuræ munibus & potestate. *Casaub.*

Tu vectigalia firmabis, divides statum, respublicas recensebis.] Legebam aliquando: *Vectigalia firmabis ac dividet, statum resp. recensebis.* vel etiam expuncto illo *statum.* Salmas.

Tu vectigalia firmabis, divides statum.] Sic quidem & Pal. inclinaverim magis in scripturam codicis Regii, *tu vectigalia firmabis, divides, statues.* Gruterus.

3. Cui

Respublicas recensebis: tibi legum scribendarum auctoritas dabitur: tibi de ordinibus militum judicandum est: tu arma respicies: tu de nostro Palatio, tu de judicibus, tu de praefectis eminentissimis judicabis. Excepto denique praefecto urbis Romae, exceptis COSS. *ordinariis, & sacrorum rege ac maxima virgine Vestalium, (si tamen incorrupta permanebit) de omnibus sententias feres. Laborabunt autem etiam illi ut tibi placeant de quibus non potes judicare.* Hæc Decius. Sed Valeriano sententia hujusmodi fuit: *Quæso sanctissime imperator, ne ad hanc me necessitatem alliges, ut ego judicem de populo, de militibus, de senatu, de omni penitus orbe, judicibus, & tribunis, ac ducibus. Hæc sunt propter quæ Augustum nomen tenetis, apud vos censura desedit, non potest hoc implere privatus. Veniam igitur ejus honoris peto,* [1] *cui vita impar est confidentia,* [1] *cui tempora sic repugnant ut censuram hominum natura non quarat.* Poteram multa & alia 3 senatusconsulta, & judicia principum de Valeriano proferre, [2] nisi ea vobis plerisque nota essent, [3] ut puderet altiùs virum extollere, qui fatali quadam necessitate superatus est. Victus est enim à Sapore rege Persarum dum [4] ductu cujusdam sui ducis, cui summam omnium bellicarum

1. *Cui vita impar est confidentiâ.*] *Vita,* ὁ νοῦς βίος, & quod ait poëta, εἰσὶ νοῦς βροτοῖσι εἰσι. *confidentia* hoc loco est τὸ σωφρονεῖν, quod cùm bonum est, judex non metuitur neque censor. *Casaub.*

Cui vita impar est confidentia.] Optime Palatinus: *Cui vita impar est, impar est confidentia.* nec vita, nec confidentia parem se censuræ gerendæ fatetur Valerianus. *Salmas.*

Cui vitâ impar est, impar est confidentiâ.] Repetii duas voces, *impar est*, hortante Pal. quibus ipsis clarissima inducitur lux sententiæ antea obscuræ. *Gruter.*

2. *Nisi ea vobis plerisque nota essent.*] Scribe cum regio, *nisi & vobis pleraque nota essent.* Casaub.

Nisi & vobis pleraque nota essent.] Ita Regius codex, neque recedit Pal. quàm quod is *plerisque.* Grut.

3. *Ut puderet altiùs, &c.*] Scrib. *& puderet.*] Hæc altera est ratio: duas enim affert. *Casaub.*

Ut puderet altius extollere qui fatali quadam necessitate superatus est.] Fecerat huic finem, & in his finem vitæ Valeriani patris Trebellius, producto enim senatusconsulto de censura Valeriano deferenda, & oratione Decii, qua eidem Valeriano gratulatus est, ob illum censuræ honorem delatum, voluit ostendere Pollio qualia fuerint hominum de eo adhuc privato judicia, ne sine causa aut temere putaretur factus imperator, qui merito suo, omnium ordinum voluntate atque consensu ad imperium est vocatus. *Salmas.*

Ut puderet altius.] Bene monet noster Casaubonus legendum videri, *& puderet.* Grut.

4. *Ductu cujusdam sui ducis.*] An Ma-

carum rerum agendarum commiserat, [1] seu fraude, seu adversa fortuna in ea esset loca deductus ubi nec vigor nec disciplina militaris, quin caperetur, quicquam valere potuit. Captus igitur, in ditionem Saporis pervenit: quem quum glorioſæ victoriæ successu minùs honorificè quàm deceret, superbo & elato animo detineret, [2] atque cum Romanorum rege, ut vili & abjecto mancipio loqueretur, literas ab amicis regibus, qui & ei contra Valerianum faverant, pleraſque missas accepit, [3] quarum seriem Julius refert. [4] *Sapori, rex regum Belsolus: Si scirem posse aliquando*

criani? de quo habes libro de Gallienis, & inter XXX. Pollionis tyrannos. sed Dionysium consulant viri doctissimi. *Casaub.*

Ductu cujusdam sui ducis.] Frustra laborant eruditissimi viri quærendo quis fuerit & quo nomine dux iste, cujus ductu captus est Valerianus. hæc enim falsa & adulterina sunt. *Salmas.*

1. *Seu fraude seu adversa fortuna in ea loca deductus, &c.*] Non ita Zosimus: qui captum magna sua culpa & imprudentia scribit. eum lege. *Casaub.*

2. *Atque cum Romanorum rege, ut vili & abjecto mancipio loqueretur.*] Parcit honori Romani nominis: nam Saporis contumelia in Valerianum non intra verba stetit: sed videas Romanos scriptores pleroſque dedecus acceptum dissimulare. *Idem.*

Atque cum Romanorum rege, ut vili & abjecto mancipio loqueretur.] Liber Casauboni imitatus est Aurelium Victorem: *Nam quamdiu vixit rex ejusdem provinciæ, incurvato eo pedem cervicibus ejus imponens, equum conscendere solitus erat.* Non stratoris igitur officium exhibebat Sapori Valerianus, sed plane vicem stapedis aut scalæ illi in equum ascensuro præstabat. nam stratores dextra manu erigebant equo insessurum, & sustollebant. qui vero inclinatus dorsum præbet domino equum conscendenti, non stratoris proprie munere fungitur, sed stapedæ, quam & scalam dicebant. *Salmas.*

3. *Quarum seriem Julius refert.*] Lego *Junius*; & Junium Cordum intelligo: quem Capitolinus solo Junii nomine aliquoties designat. *Casaub.*

4. *Sapori rex regum Belsolus.*] Satis compertum est regem nullum in Oriente fuisse ex historiis notum, cum Parthorum rege comparandum: nam penes hos perdiu summum imperium fuit. quos cùm Artaxerxes Persa devicisset, Parthorum omnis potentia in Persarum reges est translata. Artaxerxi Sapor hic successit. quis igitur ille Belsolus qui ad Saporem scribens regem regum se nominat? *Idem.*

Sapori rex regum Belsolus.] Quis hic Belsolus, aut quis rex unquam, vel privatus hoc nomine nuncupatus? Pal. & editio vetus, *Vilsolus*, scribunt. supra docuimus, fragmentum vitæ Valeriani in omnibus libris ab hac epistola cepisse. non mirum igitur si hæc verba, quæ fragmenti initium faciebant, varie sunt distorta vexataque. si sequeretur ipsius Saporis epistola ad alium quam regem, hic titulus optime conveniret; *Sapor rex regum, vel solus*: ut se regem regum appellet, vel solum regem, quasi omnes præter ipsum regis nomine vix digni. forte igitur scribendum: *Sapori regi regum, vel solo.* Deest enim nomen illius reguli, qui ad Saporem scripsit. *Salmas.*

Sapori Rex Regum Belsolus.] Pal. *Saporis Rex Regum.* maluissem reperisse *Saperi Regi Regum Belsolus.* Grut.

1. *Gan-*

quando Romanos penitus vinci, [1] *gauderem tibi de victoria quam præfers. Sed quia vel fato vel virtute gens illa plurimum potest, vide ne, quòd senem imperatorem cepisti, & id quidem fraude, malè tibi cedat posterisque tuis. Cogita quantas gentes Romani ex hostibus suas fecerint, à quibus sæpe victi sunt. Audivimus certè quòd Galli eos vicerint, & ingentem illam civitatem incenderint. Certè Galli Romanis serviunt.* [2] *Quid Afri? eos nonne vicerunt? Certè serviunt Romanis. De longioribus exemplis,* [3] *& fortasse ignotioribus nihil dico. Mithridates Ponticus totam Asiam tenuit: certè victus est, certè Asia Romanorum est. Si meum consilium requiris, utere occasione pacis, & Valerianum suis redde: ego gratulor felicitati tuæ, si tamen illa uti tu scias.* [4] Balerus rex 5 Caduforum sic scripsit: *Remissa mihi auxilia integra & incolumia gratanter accepi. sed captum Valerianum principem principum non satis gratulor,* [5] *magis gratularer si redderetur. Romani enim graviores tunc sunt quando vincuntur. Age igitur ut prudentem decet:* [6] *nec fortuna te inflet quæ multos decepit. Valerianus & filium imperatorem habet & nepotem Cæsarem:* [7] *& quid? Habet & omnem orbem illum Romanum, qui contrà te totus insurget. Redde igitur Valerianum, & fac cum Romanis pacem, nobis etiam ob gentes Ponticas profuturam.* Artabasdes 6 rex Armeniorum talem ad Saporem epistolam misit: *In partem gloriæ venio: sed vereor ne non tam viceris quàm bella severis. Valerianum & filius repetet, & nepos, & duces Romani, & omnis Gallia, & omnis Africa, & omnis Hispania, & omnis Italia, & omnes gentes quæ sunt in Illyrico,* [8] *atque in Oriente & in Ponto,*

1. *Gauderem tibi de victoria quam præferri.*] Sic scripti quoque. *præferre victoriam*, locutio insolens, pro qua videmus te efferri. & *gauderem tibi*, pro ἡσθείην σοι ἂν ὅτι. *Casaub.*

2. *Quid Afri? eos nonne vicerunt?*] Reg. *Quid? Afri eos non vicerunt?* Idem.

3. *Et fortasse ignotioribus.*] Pal. *interioribus*, melius, ut puto. *Grut.*

4. *Balerus rex Caduforum.*] Scripti quidam, *Balerus.* alii, *Belenus*, Casaub. *Balerus rex Caduforum.*] Pal. noster facit pro libris eis scriptis, in quibus visitur *Belenus*; habet enim *Volenus*, quemadmodum & supra *Vulsolus.* Grut.

5. *Magis gratularer.*] Pal. *gratuler.* Idem

6. *Nec fortuna te inflet.*] Pal. *Inflammet.* Idem.

7. *Et quid? habet & omnem orbem.*] Pal. *& quid ad omnem orbem illum Romanum, qui contra te totus insurget.* Idem.

8. *Atque in Oriente.*] Non habet ista regius: & absunt meliùs, propter personas inter quas est hic sermo. *Casaub.*

Ponto, quæ cum Romanis consentiunt, aut Romanorum sunt. Unum ergo senem cepisti, & omnes gentes orbis terrarum infestissimas tibi fecisti: fortassis & nobis qui auxilia misimus, qui vicini
7 *sumus, qui semper vobis inter vos pugnantibus laboramus.* Bactriani, & Hiberi, & Albani, & Tauroscythæ Saporis literas non receperunt, sed ad Romanos duces scripserunt, auxilia pollicentes ad Valerianum de captivitate liberandum. Sed Valeriano apud Persas consenescente, *Odenatus Palmyrenus*, collecto exercitu rem Romanam propè in pristinum statum reddidit. Cepit regis thesauros, cepit etiam quas thesauris chariores habent reges Parthici, concubinas.
7 Quare magis reformidans Romanos duces Sapor, timore Balistæ atque Odenati, in regnum suum ocyùs se recepit. Atque hic interim finis belli fuit Persici. Hæc sunt digna cognitu de Valeriano, nunc ad Valerianum minorem revertar.

TREBELLII POLLIONIS VALERIANUS JUNIOR.

1 VALERIANUS JUNIOR alia quàm Gallienus matre genitus, forma conspicuus, verecundia probabilis, eruditione pro ætate clarus, moribus perjucundus, [2] atque [3] à fratris dissolutione sejunctis, [4] à patre absente Cæsar est appellatus, à fratre (ut Celestinus dicit) Augustus. nihil habet prædicabile in vita nisi quòd est nobiliter natus, educatus optimè, & miserabiliter interemptus. Et quoniam scio errare pleroscque qui [5] Valeriani imperatoris titulum in sepulchro legentes, illius Valeriani

1. TREBELLII POLLIONIS.] Inducendus hic titulus: pars enim est ejusdem libri. *Casaub.*

2. *Atque à fratris dissolutione sejunctis.*] Palatinus noster accedit libris in quibus *sejunctus*. Grut.

3. *A fratris dissolutione sejunctis.*] Nempe moribus. sed scripti, *sejunctus*. Casaub.

4. *A patre absente Cæsar est, &c.*] Quid si *absens*. Idem.

A patre absente Cæsar est appellatur.] Sic & Pal. nemo tamen videt requirere formulam loquendi *à patre absens Cæsar, &c.* Grut.

5. *Valeriani titulum in sepulcro legentes.*] De hoc pluribus auctor, libro sequente. *Casaub.*

1. *Ad*

leriani redditum putant corpus, qui à Persis est captus: ne ullus error obrepat, mittendum in literas censui, hunc Valerianum circa Mediolanum sepultum, addito titulo, Claudii jussu, VALERIANUS IMPERATOR. Non puto plus aliquid vel de majore Valeriano, vel de juniore requirendum. Et quoniam vereor ne modum voluminis transeam, si Gallienum Valeriani filium, de quo jam nobis multus sermo fuit; vel Sallonium filium etiam Gallieni, qui & Gallienus dictus est, huic libro adjungam, [1] ad aliud volumen transeam. Semper enim me vobis dedidi & famæ, cui negare nihil debeo neque possum.

1. *Ad aliud volumen transeam.*] Pro transibo. sic *redeam* pro redibo, apud Capitolinum & Ammianum. *Idem.*

[1] TREBELLII POLLIONIS

GALLIENI DUO.

CAPTO Valeriano (enimvero unde incipienda est Gallieni vita, [2] nisi ab eo præcipuè quo ejus vita depressa est?) nutante Repub. [3] quum Odenatus jam Orientis cepisset imperium, & [4] Gallienus comperta patris captivitate gauderet, vagabantur exercitus, murmura- 1

1. TREBELLII POLLIONIS.] In manuscripto regiæ bibliothecæ liber est ἀνεπίγραφος, nullo auctoris adscripto nomine. quare istum Rob. de Porta Julio Capitolino adscripsit. *Casaub.*

TREBELLII POLLIONIS.] Julio Capitolino attribuunt membranæ Palatinæ, ut & sequentes libros, usque ad Aurelianum. *Salmas.*

2. *Nisi ab eo præcipuè, quo ejus vita depressa est.*] Excidit vox *malo*. nam omnes libri, *ab eo præcipuè malo, &c.* non displiceat alioquin, *ab eo quo præcipuè ejus vita depressa est.* Ex multis probris conflata Gallieno ignominia: sed nihil æquè probrosum ac longa patris captivitas, filio non vindicata, cùm posset. *Casaub.*

Nisi ab eo præcipuè malo, &c.] Sic & Palatinus noster. *Grut.*

3. *Quum Odenatus jam Orientis cepisset imperium.*] Scribendum: *Quum Odenatus in Orientis partibus cepisset imperium.* Et sane non Orientis imperium ceperat Odenatus, sed in Oriente factus erat imperator. *Salmas.*

4. *Gallienus comperta patris captivitate gauderet.*] Quæ sequuntur verba, usque ad illa, *Gallieno igitur & Volusiano Coss.* ex officina correctorum prodiere, qui ista sic conglutinarunt. sic igitur in Palatino lacer & mutilus totus hic locus erat relictus: *Gallienus comperta patris civitate gauderet ..... vagabantur ..... exercitus mu... ..... duces erat ..... meror .....*

murabant duces, erat ingens omnibus mœror quòd imperator Romanus in Perſide ſerviliter teneretur. [1] Gallieno igitur & Voluſiano coss. [2] Macrianus & Balliſta in unum coëunt, exercitus reliquias convocant: & quum Romanum in Oriente nutaret imperium, quem facerent imperatorem requirunt, Gallieno tam negligenter ſe agente, ut ejus ne mentio quidem apud exercitum fieret. [3] Denique quum plureis ejus rei cauſa conveniſſent, placuit ut Macrianum [4] cum filiis ſuis imperatores dicerent, ac Rempublicam defenſandam capeſſerent. Sic igitur imperium delatum eſt MACRIANO. Et cauſæ Macriano imperandi cum filiis hæ fuerunt. Primùm, quòd nemo eo tempore ſapientior ducum habebatur, nemo ad res gerendas aptior: deinde ditiſſimus, & qui privatis poſſet fortunis publica explere diſpendia. Huc accedebat quòd liberi ejus fortiſſimi juvenes tota mente in bellum ruebant, [5] ut eſſent legionibus exemplo ad omnia militaria. [1] Macria-

imperator .... in Perſida ....jor omnium ..... quod Gallienus na..... pater facto fic ..... moribus rep. ..... perdiderat. Gallieno igitur & Voluſiano Coſſ. ex quibus plura deeſſe facile cognoſcimus. *Idem.*

1. *Gallieno igitur & Voluſiano Conſulibus, &c.*] Multa præcedunt iſtas voces in Palat. ſed mutila. is enim codex poſt vocem *teneretur*, habet vacuum ſpacium litterarum quindecim. ſequitur inde, *jor omnium ..... quod Gallienus na..... pater facto fic ..... moribus rep. ... perdiderat. Gallieno igitur, &c.* Grut.

2. *Macriano & Baliſta.*] Scripti quidam, *Macrino* ſemper. inter Pollionis tyrannos eſt X I. *Caſaub.*

Macrianus & Balliſta.] *Macrinus*, Palatinus. & locis omnibus qui *Macrianus* mentionem faciunt, *Macrinum* ſemper repræſentat. *Salmaſ.*

Macrianus & Balliſta.] Palat. à manu prima *Macrinus*, non hoc modò, ſed & infrà ſemper, uſque ad illa, *Idem Macrianus Piſonem.* Grut.

3. *Denique cum plureis ejus rei cauſa conveniſſent, placuit.*] Brevius, neſcio an verius, editio prima: *Denique placuit ut Macrianum cum filiis ſuis imperatores dicerent.* Salmaſ.

4. *Cum filiis.*] Macriano juniore & Quieto, qui patri ſubjiciuntur in libro de tyrannis. *Caſaub.*

5. *Ut eſſent legionibus exemplo ad omnia militaria.*] Quæ ſequuntur uſque ad illa, *idem Macrianus Piſonem*, ingenio ſuo correctores repleverunt & reſtituerunt. quæ ſic leguntur in optimo Codice: *Ut eſſent legionibus exemplo .... ad omnia ..... aria ergo ma ..... undique ..... petit occupa ..... partibus quas .... poſſerat ita ..... imperium ..... bellum inſtruxit ..... eſſet omnis ..... quæ contra cum poterant cogitari.* Vetus editio ita: *Ergo Macrianus undique anxitra petit occupatis à ſe partibus quas poſſerat ita ..... imperium hoc bellum inſtruxit, ut par eſſet omnibus quæ contra cum poterant cogitari.* Salmaſ.

1. *Macria-*

[1] Macrianus ergo undique collectis exercitibus, Orientis 2
partes petiit: atque ut posset latè sibi delatum defendere & tueri imperium, bellum sic instruxit, atque copias sic paravit, ut esset omnium circumspectus quæ contra eum poterant cogitari. Idem Macrianus Pisonem, unum ex nobilibus principibus senatus, ad Achaiam destinavit ob hoc ut VALENTEM qui illic proconsulari imperio Rempublicam gubernabat, opprimeret. Sed Valens comperto quòd Piso contra se veniret, sumpsit imperium. Piso igitur in Thessaliam se recepit. [2] Ubi, missis à Valente militibus compluribus, interfectus est: [3] ipse quoque imperator appellatus cognomento THESSALICUS. Sed Macrianus retento in Oriente uno ex filiis, [4] pacatis tamen rebus, Asiam primùm venit, deinde Illyricum petiit: in Illyrico [5] cum AUREOLO imperatore, qui contra Gallienum imperium sumpserat, duce Domitiano nomine, manum conseruit, unum ex filiis secum habens, [6] & xxx. millia militum ducens. Sed victus est Macrianus cum filio Macriano nomine, derelictusque omnis exercitus Aureolo imperatori. Turbata interim Repub. totoque 3
penitus orbe terrarum, ubi ODENATUS comperit Macrianum cum filio interemptum, regnare Aureolum, [7] Gallienum remissius agere, [8] festinavit ad alterum filium Macria-

1. *Macrianus ergo undiq; collectis, &c.*] Palatinus hoc totus est fractus; & nescio an bene suppletus. habet namque horum verborum & sequentium loco: *Ergo Macrinus ..... undique auxilia .... petit, occupatis à se ... partibus quas ipse posuerat; ita ut par esset omnibus .... quæ contra eum poterant cogitari. Idem Macrianus, &c.* Grut.

2. *Ubi missis à Valente militibus compluribus.*] *Militibus complurimis.* Salmasius.

3. *Ipse quoque imperator appellatus cognomento Thessalici.*] Palatinus: *cognomento Thessalatis. Thessalis, Thessalatis* esset pro Thessalo vel Thessalico. sic supernus, supernas. *Idem.*

4. *Pacatis tamen rebus.*] Legendum: *pacatis jam rebus.* Idem.

Pacatis tamen rebus.] Pal. *pacatis tam rebus*, & annotatum legend. *jam.* Grut.

5. *Cum Aureolo Imperatore, qui contra.*] Pal. *cum Aureolo Imperatoris, qui*; ut forte voluerit subintelligi, *exercitus.* Idem.

6. *Et xxx. millia militum ducens.*] Et iis quæ scripta sunt libro sequente, capite de Macriano tyranno, constat legendum hic esse, XLV. *millia.* locum expende. *Casaub.*

7. *Gallienum remissius agere.*] Forte, *remissius rem gerere*: vel, *remissius se gerere.* Salmas.

8. *Festinavit ad alterum filium Macriani,*

Macriani, [1] quum exercitus hoc daret fortuna capiendum. Sed ii qui erant cum filio Macriani, Quieto nomine, consentientes [2] Odenato, autore præfecto Macriani BALISTA juvenem occiderunt, missoque per murum corpore, Odenato se omnes affatim dediderunt. [3] Totius propè igitur Orientis factus est Odenatus imperator, quum Illyricum teneret Aureolus, Romam Gallienus. Idem Balista multos Emissenos, ad quos confugerant Macriani milites, cum Quieto & thesaurorum custode interfecit, ita ut civitas penè deleretur. Odenatus inter hæc quasi Gallieni partes ageret, cuncta eidem nuntiari ex veritate faciebat. Sed Gallienus cognito quòd Macrianus cum suis liberis esset occisus, quasi securus rerum ac patre jam recepto, libidini ac voluptati se dedidit. [4] Ludos Circenses ludosque scenicos, ludos gymnicos, ludicram etiam venationem, & ludos gladiatorios dedit: [5] populumque quasi victorialibus diebus ad festivitatem ac plausum vocavit. Et quum plerique patris ejus captivitatem mœrerent, ille specie decoris quòd pater ejus virtutis studio deceptus videretur, supra modum lætatus est. Constabat autem [6] censuram

triani, quum exercitus hoc daret fortuna capiendum.] Corrigendum distinguendumque censeo: *Festinavit ad alterum filium Macriani, cum exercitu, si hoc daret fortuna, capiendum.* Festinavit, ut caperet filium Macriani, quem cum exercitu reliquerat pater, in Oriente, ipse Occidentem versus proficiscens, si fortuna modo juvaret. *Idem.*

1. *Quum exercitus hoc daret fortuna capiendum.*] Scribendum: *Festinavit ad alterum filium Macriani cum exercitu, si hoc daret fortuna capiendum.* Casaub.

Cùm exercitus hoc daret fortuna capiendum.] Nihil discrepat scriptura Pal. à vulgatâ isthac, quâ nihil tamen futilius. *Grut.*

2. *Odenato se omnes affatim dediderunt.*] Scripti, *confestim dederunt.* Casaub.

Odenato se omnes adfatim dediderunt.] Sic Pal. rursusque habuimus verbum *adfatim* tali significatu. *Grut.*

3. *Totius prope igitur Orientis factus est Odenatus imperator.*] Hæc lectio firmat verum esse quod supra sic editum est: *quum Odenatus jam Orientis cepisset imperium.* Salmas.

4. *Ludos Circenses ludosque scenicos, ludicram etiam venationem.*] Palatinus & editio vetus: *ludiariam venationem.* ludiaria venatio à ludiis. ludii autem gladiatores & bestiarii etiam vocati sunt à ludo. ludii olim histriones dicebantur, posterioribus vero temporibus, *ludii* etiam vocati μονομάχοι & θηριομάχοι. ut *ludiaria* heic venatio, sic *ludiaria vestis* Isidoro, *histrionis tunica.* Idem.

5. *Populumque quasi victorialibus diebus ad festivitatem, &c.*] Explicat Aurelius Victor. *Casaub.*

6. *Censuram parentis eum ferre non potuisse.*]

suram parentis eum ferre non potuisse, [1] votivumque illi fuisse, quod imminentem cervicibus suis gravitatem patriam non haberet. Per idem tempus ÆMILIANUS 4
apud Ægyptum sumpsit imperium, [2] occupatis horreis multa oppida malo famis pressit. Sed hunc dux Gallieni Theodotus conflictu habito cepit [3] atque imperatori Gallieno vivum transmisit. [4] Ægyptus enim data Æmiliano per [5] Transthebaitanos milites, quum Gallienus in luxuria & improbitate persisteret. Quumque ludibriis & helluationi vacaret, neque aliter Rempublicam regeret quàm [6] quum pueri fingunt per ludibria potestates, [7] Galli quibus insitum est esse leves ac degenerantes à civitate Romana,

tuisse.] Non hoc dicit quia censor Valerianus fuit: sed censuram accipe, ut antè notavimus, pro severiore morum disciplina. *Idem.*

1. *Votivumque illi fuisse.*] Sic Græci, ἀνάθετον. *Idem.*

Votivumque illi fuisse, quod imminentem cervicibus suis gravitatem patriam non haberet.] Observa loquendi genus, *votivum illi fuisse quod non haberet:* Pro votivum illi fuisse non habere, vel, ut non haberet imminentem cervicibus suis patriam gravitatem. votivum tamen heic ponitur pro re admodum grata & jucunda, quxque votis fuerit petenda. *Salmas.*

2. *Occupatis horreis multa oppida malo famis pressit.*] Scribe: *Æmilianus apud Ægyptum sumpsit imperium, occupatisque horreis, multa oppida malo famis pressit. malum famis* heic dixit, ut paulo ante, *malum captivitatis: capto Valeriano, enimvero unde incipienda est Gallieni vita, nisi ab eo præcipue malo, quo ejus vita depressa est?* Malum captivitatis paternæ intelligendum est. *Idem.*

3. *Atque imperatori Gallieno vivum transmisit.*] Membrana Palat. hoc modo: *Vivum transmisit Ægyptus . . . . . data est. . . . . a . . . . . Strangy . . . . . milites . . . . . vitum est . . . . . ribus quum Gallienus in luxuria, & improbitate persisteret.* Ad vocem autem illam *Strangy*, additum erat recentiore manu in optimo Palatino quasi explendæ ejus vocis causa, *thebitinos*, ut integrum verbum esset, *Strangythebitinos.* Idem.

4. *Ægyptus enim data Æmiliano, &c.*] Scripta lectio, *Transcithebitinos milites.* Videntur intelligi milites qui in utroque limite cis & ultra Thebaidem prætendebant. potest igitur legi, *per Transthebaitanos & Cisthebaitanos milites.* Casaub.

5. *Transthebaitanos milites, cùm Gallienus in luxuriâ.*] Et heic quoque mutilus est Palat. sic tamen ut videatur arguere falsi scripturam vulgò receptam. habet enim cum grandibus interstitiis vacuis, *Transgythebitinos . . . . . milites . . . . . vitum est . . . . . ribus cùm Gallienus in luxuriâ.* Grut.

6. *Cùm pueri fingunt per ludibria potestates.*] Scribendum, *ludicra.* Casaub.

7. *Galli quibus insitum est esse leves ac degenerantes à virtute Romana principes ferre non posse.*] Et laudat heic & vituperat una oratione Gallos. Quin, si audiamus veterem librum, erit ita legendum: *Galli, quibus insitum est, leves ac degenerantes à virtute Romana principes, & luxuriosos ferre non posse, Posthumium ad imperium vocarunt.* Leves igitur & futiles principes & luxuriosos & degenetes Galli non ferebant. hinc Gallienum

mana, & luxurioſos principes ferre non poſſe, POSTHUMIUM ad imperium vocarunt: exercitibuſque conſentientibus, [1] qui occupatum imperatorem [2] libidinibus ſentiebant querebanturque. [3] Contra hunc Theodotus exercitum duxit. [4] Quumque urbem, in qua erat Poſthumius, obſidere cœpiſſet, [5] decernentibus Gallis Gallienus muros circumiens ſagitta ictus eſt. Nam & per annos VII. Poſthumius imperavit, & Gallias ab omnibus circumfluentibus Barbaris validiſſimè vindicavit. His coactus malis Gallienus pacem cum Aureolo facit oppugnandi Poſthumii ſtudio, longoque bello tracto per diverſas obſidiones

mum non tulerunt. niſi quis dicat præter levitatem Gallis inſitam, ea etiam cauſa motos & impulſos ad alium eligendum principem, Gallieni loco, quod luxurioſum & degenerantem à virtute Romana ferre non poſſent. *Salmaſius.*

Galli quibus inſitum eſt eſſe leves ac degenerantes à civitate, &c.] Sic quidem editi. at in Pal. reſtat; *eſt, leves ac degenerantes*, quo ipſo laudarentur magis Galli quàm vituperarentur. *Grut.*

1. *Qui occupatum imperatorem libidinibus ſentiebant, querebanturque.*] Concinnius, & meo judicio melius Pal. *Qui occupatum imperatorem libidinibus querebantur.* Salmaſ.

2. *Libidinibus ſentiebant, querebanturque.*] Pal *libidinibus querebantur*, ſine illo *ſentiebant*. Grut.

3. *Contra hunc Theodotus exercitum duxit.*] Sic Palatinus: P. *contra hunc .... exercitum ..... que urbem ..... Poſtumus ..... re cæpiſſit ..... dentibus Gallis Gallienus muros circumiens ſagitta ictus eſt.* In quibus relliquiis nullum videre eſt Theodotum, nuſquam decernentes Gallos. Ergo illa fragmenta ſic poſſe reſtitui puto: *Contra hunc ipſe Gallienus exercitum duxit: cumque urbem in qua erat Poſtumus obſidere cæpiſſet, acriter eam defendentibus Gallis, Gallienus muros circumiens ſagitta ictus eſt.* Salmaſius.

4. *Cumque urbem in qua erat Poſthumius obſidere cæpiſſet.*] Zoſimus aliter: cùm tendenti in Italiam Poſthumio Aureolum objeciſſet, eique Inſubrum fines commiſiſſet defendendos; Aureolum Mediolani imperium cepiſſe: adverſus quem cùm accurriſſet Gallienus, ipſumque in ea urbe obſeſſum premeret, dolo Heracliani & Claudii eſſe occiſum. *Caſaub.*

5. *Decernentibus Gallis Gallienus muros circumiens ſagitta ictus eſt.*] Sed quid eſt, *decernentibus Gallis*? imò quæ hæc narratio? Scribo igitur: *Contra hunc Theodotus exercitum duxit: cumque urbem in qua erat, Poſthumius obſidere cæpiſſet decernentibus Gallis, Gallienus muros circumiens ſagitta ictus eſt* Rem ita geſtam, auctor ſignificare, niſi fallor, voluit. miſſus fuerat à Gallieno contra Poſthumium Theodotus cum exercitu: ſed occurrit Poſthumius, & fugatis Theodoti copiis, ipſum in urbem aliquam Galliæ coëgit. ubi cùm decreto populorum Galliæ, qui illum imperatorem ſibi adſciverant, obſideretur à Poſthumio, Gallienus, ut obſidione illam urbem ſolveret, propriùs ad eam acceſſit. tum igitur accidit, ut ſive à ſuis qui obſidebantur, ſive ab hoſtibus qui Theodotum in ea urbe obſidebant, ſagitta vulneraretur Gallienus. quem tamen viciſſe tandem iſto bello, paullò poſt dicturus eſt auctor. *Idem.*

diones ac prælia, [1]rem modò feliciter, modò infeliciter gessit. Accesserat præterea his malis quòd Scythæ Bithyniam invaserant, civitatesque deleverant. [2]Denique Astacum, quæ postea Nicomedia dicta est, incensam graviter vastaverunt. Denique quasi conjuratione totius mundi, concussis orbis partibus, etiam in Sicilia quasi quoddam servile bellum extitit, latronibus evagantibus, qui vix oppressi sunt. Et hæc omnia Gallieni contemptu fiebant. Neque enim quicquam est ad audaciam malis, ad spem bonorum bonis promptius, quàm quum vel malus timetur, vel dissolutus contemnitur imperator. [3]Gallieno & Faustino coss. [4]inter tot bellicas clades etiam terræmotus gravissimus fuit, & tenebræ per multos dies. [5]Auditum præterea tonitruum terra mugiente, non Jove tonante. [6]Quo motu multæ fabricæ devoratæ sunt cum habitatoribus: multi terrore mortui. quod quidem malum tristius in Asiæ urbibus fuit. Mota est & Roma, mota & Libya: hiatus terræ plurimis in locis fuerunt, quum aqua salsa

1. *Rem modo feliciter, modo infeliciter gessit.*] Libri, *gerit.* & ita legi postulat verbum, *facit*, superiore versu positum. *Salmas.*

2. *Denique Astacum quæ postea Nicomedia dicta est.*] Non post ista quidem. nam multis seculis ante hæc tempora facta erat hæc nominis mutatio. *postea* igitur accipe, pro posteriore & recentiore nomine quàm illud prius Astacus. De occupata à Scythis Nicomedia lege Zosimum. *Casaub.*

Denique Astacum quæ postea Nicomedia dicta est.] Astacum urbem Bithyniæ, Nicomediam postea dictam fere consenti unt Latini scriptores. Ammianus Marcellinus: *Et Astacum sequuto tempore Nicomediam à rege cognominatam.* Sed Astacum Græci diversam faciunt à Nicomedia. Stephanus Βιθυνῶν duas Astacos agnoscit, alterum Acarnaniæ vel Cephalleniæ secundum quosdam urbem: alteram Bithyniæ, ab Astaco Neptuni filio & nymphæ Olbiæ sic appellatam. *Salmas.*

Denique Astacum, quæ postea Nicomedia, &c.] Pal. *Denique Contum, quæ Nicomedia.* Grut.

3. *Gallieno & Faustino Coss.*] *Et Faustiano*, P. Φαυστικιανῶν vocant fasti Siculi. *Salmas.*

Gallieno & Faustino.] Pal. *Faustiano.* Grut.

4. *Inter tot bellicas clades etiam terræ motus gravissimus fuit.*] *Etiam terræ motus fuit.* ita in prima editione. *Salmas.*

5. *Auditum præterea tonitruum terra mugiente, &c.*] Caussam βροντῆς habes in sectione XXV. problematum. & lege Ammian. lib. 17. *Casaub.*

6. *Quo motu multæ fabricæ devoratæ sunt cum habitatoribus.*] Simpliciter intelligimus motum illum terræ adeo gravem fuisse, ut ipsæ etiam fabricæ complures cum habitatoribus pessum darentur. *Salmas.*

Quo motu multæ fabricæ.] Palatin. *quo motu ipsæ multæ fabricæ.* Grut.

1. *Fastum-*

falsa in fossis appareret. Maria etiam multas urbes occuparunt. Pax igitur deûm quæsita, inspectis Sibyllæ libris, [1] factumque [2] Jovi salutari, ut præceptum fuerat, sacrificium. Nam & pestilentia tanta extiterat vel Romæ vel in Achaicis urbibus, ut uno die quinque millia hominum pari morbo perirent. Sæviente fortuna quum hinc terræmotus, inde hiatus soli [3] ex diversis partibus pestilentia orbem Romanum vastaret, capto Valeriano, [4] Gallis parte maxima obsessis, quum bellum Odenatus inferret, [5] quum Aureolus perurgeret Illyricum, quum Æmilianus Ægyptum occupasset: [6] GOTTHI & CLODIUS, de quo dictum est superius, occupatis Thraciis Macedoniam vastarunt, Thessalonicam obsederunt, [7] neque usquam quies mediocriter salutem ostentare visa est. Quæ omnia contemptu, ut sæpiùs diximus, Gallieni fiebant, hominis luxuriosissimi, & si esset securus, ad omne
6 dedecus paratissimi. [8] Pugnatum est in Achaia * Macriano duce

1. *Factumque Jovi salutari.*] Διὶ σωτηρίῳ vel σωτῆρι. *Salmas.*

2. *Jovi Salutari.*] Sic vertit Διὶ σωτῆρι. *Casaub.*

3. *Ex diversis partibus pestilentia.*] Mélius, *& diversis, &c.* Idem.

4. *Gallis parte maxima obsessis.*] Partim à Posthumio tyranno, partim ab Alamannis duce Croco. *Idem.*

5. *Quum Aureolus perurgeret Illyricum.*] *Illyricum* non agnoscunt libri, in quibus ita legitur: *Quum Aureolus perurgeret, quum Æmilianus Ægyptum occupasset.* Salmas.

6. *Gotthi & Clodius de quo dictum est superius.*] In superiorum imperatorum rebus de eo dixerat Trebellius: sed illa hodie desideramus. hic est Claudius qui postea imperium obtinuit. ubi iterum scribitur *Clodius*, ut hic. *Casaub.*

Gotthi & Clodius, de quo dictum est superius, occupatis Thraciis Macedoniam vastarunt.] Sic Palatinus: *Gothori . . . . . à quo dictum est superius Gothis inditum est, occupatis Thraciis.* Legebam aliquando, *Gotthi quorum Scythæ pars, de quibus dictum est superius.* Nam paulo superius de Scythis dixit, qui & Bithyniam invaserunt, & multas civitates deleverunt. at Scythas partem Gotthorum fuisse post paulo idem repetit. sed nunc magis videtur, alio loco & forte in iis vitis quæ desiderantur, de Gotthis tractavisse, & unde hoc illis nomen inditum esset, disseruisse. & hoc vult heic dicere, superius sibi de Gotthis dictum esse, & unde illis istud nomen inditum. *Salmas.*

7. *Neque usquam quies mediocriter salutem ostentare visa est.*] *Ostentare visa est*, pro *ostentavit.* optimus liber, *neque usquam quies mediocriter salutem ostentare est.* forte: *neque usquam spes mediocriter salutis ostensa est.* vel, *ostentata est.* Quies sane non salutem ostentat, sed ipsa plane salus est. cum enim à bello quiescitur, nullus à bello periculi metus potest existere. *Idem.*

8. *Pugnatum est in Achaia, Macriano duce contra eosdem Gothos.*] Rectè *Macriano*,

duce contra eosdem Gothos. Unde victi per Achæos, recesserunt. Scythæ autem, hoc est, pars Gothorum, Asiam vastabant. Tunc [1] etiam templum Dianæ Ephesiæ dispoliatum & incensum est: [2] cujus opes fama in populos satis notæ. [3] Pudet numerare inter hæc tempora quum ista gererentur, quæ sæpe Gallienus malo generis humani quasi per jocum dixerit. Nam quum ei nuntiatum esset, Ægyptum desciviſſe, dixisse fertur, *Quid?* [4] *sine lino Ægyptio esse non possumus?* Quum autem vastatam Asiam, & [5] elementorum concursionibus & Scytharum incursionibus comperisset, *Quid*, inquit, [6] *sine aphronitris esse non possumus?* [7] Perdita Gallia arrisisse ac dixisse perhibetur, [8] *Non sine Atrebaticis sagis tuta Resp. est?* Sic denique de omnibus partibus

orum, si is intelligitur, de quo dictum antè. sed infrà dicturi sumus alium fuisse temporibus illis inter Gallieni duces, qui contra Barbaros rem gessit feliciter, nomine *Martianum*. de eo videtur hic sentire Trebellius, & scripsisse, *Martiano*. Casaub.

Pugnatum est in Achaia Martiano duce.] Nos legimus: *Marciano duce*. Marcianum nominat Zosimus, cui Gallienus contra Postumum profecturus belli Scythici vel Gothici summam mandavit. *Salmas.*

* *Martiano duce contra eosdem Gothos.*] Pal. *Mariano*. Grut.

1. *Etiam templum Dianæ Ephesiæ.*] Libri veteres omnes: *Lunæ Ephesiæ. Lunam* igitur vocavit *Dianam*. Diana enim Luna est. Lunæ sane templa in Asia & reliquis Orientis partibus multa, quæ & Luni dei dicebantur. nam Luna & Lunus ἀδιάφορα illis usurpabatur. *Salm.*

2. *Cujus opes fama in populos satis notæ.*] Palatinus: *Cujus ope fama in populos pudet perdere*. Quid si scribamus? *Cujus opum fama in populos patet. pudet prodere inter hæc tempora quum ista gererentur, quæ sæpe Gallienus malo generis humani quasi per jocum dixerit.* Non improbem tamen si ita legatur: *Cujus opes fama in populos mœa pudet prodere, &c.* Idem.

3. *Pudet numerare inter hæc tempora cùm ista gererentur.*] Pal. *Pudet perdere*. forsan scribendum, *Pudet prodere*. sed & vox *tempora* videtur à manu librarii; certè minus est necessaria. *Grut.*

4. *Sine lino Ægyptio esse non possumus?*] Inter Alexandrinas merces linum erat & opera linea, *Casaub.*

5. *Elementorum concursionibus.*] Membranæ, *concussionibus*. Idem.

6. *Sine aphronitris esse non possumus?*] Quia optimi aphronitri pastillos Lydi Romam mittebant, & alii Asiæ populi. Plinius libro xxx. cap. x. *Idem.*

7. *Perdita Gallia arrisisse ac dixisse perhibetur.*] Lege, *risisse ac dixisse perhibetur*. Salmas.

8. *Non sine trabeatis sagis tuta Resp.?*] Puteani, *Atrabaticis*. nempe pro *Atrebaticis*. Vopiscus in Carino, *Donati sunt ab Atrebaticis birri petiti, donati birri Canusini*. Sed lectionem vulgatam nolim sollicitare: nam propria Gallorum saga trabeata, quæ Diodoro dicitur σάγος ῥαβδωτόν. *Casaub.*

Non sine trabeatis sagis tuta Resp. est.] Vera lectio mihi videtur: *Atrebaticis sagis*. & primum quidem trabeatorum sagorum nemo est auctor qui meminerit. deinde saga non ex sola Gallia veniebant, sed Hispanis etiam erant

tibus mundi, [1] quum eas emitteret, quasi detrimentis vilium ministeriorum videretur affici, jocabatur. Ac nequid mali deesset Gallieni temporibus, Byzantiorum civitas clara navalibus bellis, claustrum Ponticum, per ejusdem Gallieni milites ita omnis vastata est ut prorsus nemo superesset. Denique nulla vetus familia apud Byzantios invenitur, [2] nisi siquis peregrinatione vel militia occupatus evasit, qui antiquitatem generis nobilitatemque repræ-
7 sentet. [3] Contra Posthumium igitur Gallienus cum [4] Aureolo & Clodio duce, qui postea imperium obtinuit, [5] principe generis Constantini Cæsaris nostri, [6] bellum incepit: & [7] quum multis auxiliis Posthumius juvaretur Celticis ac Francicis, in bellum cum Victorino processit, cum quo imperium participaverat. Victrix Gallieni pars fuit, [8] pluribus præliis eventuum ratione decursis. Erat enim

erant sua saga. Oportet igitur fuisse genus sagi peculiare quod in sola Gallia texeretur, & ex Gallia in Italiam importaretur. ejusmodi erant Atrabatica saga, quæ apud solos Atrabates fiebant, quorum frequens & celebris apud auctores mentio. *Salmas.*

Non sine trabeatis sagis tuta Respublica est?] Palatinus præfert, *Non Atrabaticis sagis tuta resp. est.* absque illo *sine*: ut forte scriptum fuerit primitus, *Num Atrabiticis sagis tuta Resp. est?* Grut.

1. *Cùm eas emitteret.*] *Amitteret.* Casaub.

Quum eas emitteret, quasi detrimentis vilium mancipiorum videretur affici.] Palat. *mitteret.* legendum censeo, *amitteret.* non magis, inquit, afficiebatur, eum eas imperii partes amitteret, quam si servum aliquem de vilioribus amisisset. sed lege: *Quum eas amitteret, quasi detrimentis vilium ministeriorum videretur affici.* nam illud, *quasi videretur affici*, positum est pro quasi afficeretur, loquendi genere apud istos auctores usitato. *Salmas.*

Cùm eas emitteret.] Pal. *mitteret*, melius *amitteret.* Grut.

2. *Nisi quis peregrinatione.*] *Nisi si aliquis.* Salmas.

3. *Contra Posthumium.*] *Contra Posthumum.* Idem.

4. *Aureolo & Clodio duce.*] Sic Pal. non *Clodio.* Grut.

5. *Principe generis Constantini Cæsaris nostri.*] Lege *Constantii*, ut in vita Claudii. *Casaub.*

Principe generis Constantini Cæsaris nostri.] Pal. *Constanti Cæsaris nostri.* recte: nam est *Constantii.* Salmas.

Principe generis Constantii Cæsaris.] Ita & Pal. non *Constantini.* Grut.

6. *Bellum incepit.*] Idem liber cum veteri editione, *bellum incitet.* an *bellum iniit?* Salmas.

Bellum incepit, & cùm, &c.] Pal. *bellum incitet cùm, &c.* ut videatur scriptum fuisse, *bellum iniit: & cum, &c.* Grut.

7. *Quum multis auxiliis Posthumius juvaretur Celticis ac Francicis.*] *Celtis ac Francis.* Ed. v. *Salmas.*

8. *Pluribus præliis eventuum ratione decursis.*] Scribendum, *eventuum varia ratione.* vel, *eventuum variatione.* Casaub.

Pluribus præliis eventuum ratione decur-

enim in Gallieno subitæ virtutis audacia: nam aliquando injuriis graviter movebatur. Denique ad vindictam Byzantiorum processit: & quum non putaret recipi se posse muris, receptus alio die omnes milites inermes, armatorum corona circundatos, interemit, [1] fracto fœdere quod promiserat. Per eadem tempora etiam Scythæ, in Asia Romanorum ducum virtute ac ductu vastati, ad propria recesserunt. Interfectis sanè militibus apud Byzantium, Gallienus quasi magnum aliquid gessisset, Romam cursu rapido convolavit: convocatisque patribus, decennia celebravit novo genere ludorum, nova specie pomparum, exquisito genere voluptatum. Jam primùm inter togatos 8
patres, & equestrem ordinem, albatos milites, & omni populo præeunte, servis etiam propè omnium, & mulieribus [2] cum [3] cereis & facibus & lampadibus præcedentibus Capitolium petiit. [4] Processerunt etiam altrinsecus centeni [5] albi boves, [6] cornibus auro jugatis, & dorsualibus sericis discoloribus præfulgentes. Agnæ candentes ab utraque parte

decurrit.] Nihil abit ab hac scripturâ Pal. videtur tamen legendum, *variatione*, aut *pariatione*. Grut.

1. *Fracto fœdere quod promiserat.*] Pro fidem dare, dixit *fœdus promittere*. similes αἰνιγμολογίας amat hic scriptor, ut paullò post, *bellum gerere cum aliquo*, pro odisse & vexare. *Casaub.*

2. *Cum cereis facibus & lampadibus præcedentibus.*] Suetonius notat morem in Julii Cæsaris triumpho. *Idem.*

3. *Cereis facibus, & lampadibus præcedentibus.*] Optimæ membranæ: *lampadis præcedentibus. lampadæ* dicebantur pro *lampades*. sic *Persida* pro *Persis*: *Tritonida* pro *Tritonis*. Salmas.

4. *Processerunt etiam altrinsecus.*] Pal. *præcesserant*. Grut.

5. *Albi boves cornibus auro jugatis.*] Non igitur sejuges isti boves in pompa traducti, sed jugati. juga autem & jugalia lora auro fuerunt obducta, & cum his cornua quibus erant alligata. mos deaurandi cornua boum mactandorum ex poëtis & historicis notus. Sed eam sententiam quam diximus, nunquam ex his verbis elicias. videtur ergo scribendum, *albi boves cornibus aureis jugati*, sive *juncti*. vel ita potius, *cornibus auro virgatis*. Virgilius *auro velare* dixit,

Victori velatum auro vittisque juvencum.

Quod tamen non ad cornuum solùm deaurationem refertur, sed etiam ad dorsualia & alia ornamenta. *Casaubonus.*

6. *Cornibus auro jugatis.*] De cornibus victimarum auratis pleni sunt & poëtarum & historicorum libri. idque solum velle indicare hoc loco Trebellium, sum certus. *cornua auro jugata* hic *simpliciter* dicuntur *aurata*. & similis plane locutio est, quam supra in Alagabali vita observavimus, *Palladium auro vinctum*, quod est *auratum*. sic *pocula auro vincta* Pomponio Melæ pro deauratis. Græci unica voce, χρυσοδέτους appellant. *Salmas.*

parte c c. præcesserunt, & x. elephanti, qui tunc erant Romæ, mille c c. [1]gladiatores [2]pompaliter ornati, cum auratis vestibus matronarum, mansuetæ feræ diversi generis, c c. ornatu quammaximo affectæ. Carpenta cum mimis & omni genere histrionum: [3]pugiles [4]sacculis, non veritate pugilantes. [5]Cyclopea etiam luserunt omnes apenarii. Scribe, Cyclopes, sic Græci dicunt Κύκλωπας ὀρχήσεως. & Latini quoque saltare Cyclopem quod pantomimorum est. apinarii, vel apemarii, præferunt membranæ. scribo, apinari. de hoc genere hominum plura Scaliger ad Manilium. Casaub.

1. *Gladiatores pompaliter ornati.*] Vetus liber: *pompabiliter ornati. pompare* dicebant, unde & *pompabilis*, & *pompabiliter*. Idem.

2. *Pompaliter ornati.*] Pal. *pompabiliter*, & placet. *Grut.*

3. *Pugiles sacculis non veritate pugnantes.*] Veri pugiles cestibus pugnabant, & quidem non sine sanguine ut plurimum: quare non facile ex eo certamine nisi auribus contusis redibant: quod sciunt qui non ignorant quid sit apud scriptores Græcorum ἀποκόπτειν, & qui dicantur ἀποκεκόφθαι. sed qui incruento pugilatu volebant dimicare, saccis non cestibus manus muniebant. erant autem hi sacculi vel tomento farcti, vel alia re pleni quæ gravem ictum non redderet: puta, farina aut furfuribus: interdum & harena saccolos implebant. *Casaub.*

Pugiles sacculis non veritate pugnantes.] Meliores libri *flaccullis. flaccullis* heic legi non potest. iis enim exercebantur athletæ, quos Græci κωρύκους, Latini folles & sacculos appellant. eos enim arena refertos ad hunc usum habebant. Pollux, lib. III. cap ultimo. at heic sermo non est de pugilibus exercentibus, sed pugillantibus, qui tamen non veris armis hoc est cestibus, pugnabant, quod nunquam ἀναμέσους fiebat, sed aliis quibusdam mollioribus, & innoxios ictus inferentibus. ἐπισφαίρους usos eos esse ad hanc rem reperio, quibus cestuum vice manus sibi innectebant. ἐπίσφαιρος igitur sive pugilli cestibus opponuntur. cestus enim ex crudo corio erant, plumboque, & ferro insuto rigebant. at pugilli, ut videtur, sine plumbo, & ferro, ex molli corio facti & in modum pilæ circa manus & pugnos alligati. sed multum distabant, ab illis sacculis arena plenis, aut follibus quibus item exercebantur. quid igitur illis *flaccullis* faciemus, qui tam pertinaciter inhæserunt omnibus libris. *flaccum*, & *flaccidum* veteres Latini vocarunt quidquid ita molle esset, laxum solutumque ut facile rei cuilibet insistenti, incidentique cederet. hinc & verbum *flaccere*, & *aures flaccæ* prægrandes sunt & dependulæ. hinc etiam, nisi fallor, pilas istas, vel pugillos qui in morem pilæ laxæ & flaccidæ circumponebantur bracchiis pugillantium, ut mollem & innoxiam plagam infligerent. *Salmas.*

4. *Sacculis non veritate pugillantes.*] Pal. *flaccullis*, uti etiam erat in libris quos excussit Puteanus. *Grut.*

5. *Cyclopea etiam luserunt omnes apenarii.*] Scribe, *Cyclopes*, sic Græci dicunt Κύκλωπας ὀρχήσεως. & Latini quoque *saltare Cyclopem* quod pantomimorum est. *apinarii*, vel *apemarii*, præferunt membranæ. scribo, *apinari*. de hoc genere hominum plura Scaliger ad Manilium. *Casaub.*

Cyclopea etiam luserunt omnes apenarii.] *Cyclopea ludere* est τὰ περὶ Κύκλωπας παίζειν. varia enim & multiplex, & πολυχαθὴς Cyclopis historia in fabularum & saltationum argumentis. ut Ἥρως Γαλατείας, Κύκλωψ & μέθη, & cetera. sic circa Latonam, Δήλια πλάνη, Λητὼς, ὠδῖνες, Πύθωνος ἀναίρεσις, Τιτυὸς ἐπιβουλὴ, & similia, de quibus vide elegantissimum auctorem περὶ ὀρχήσεως. ut autem Cyclopea heic ludere dixit Trebellius, sic Arrianus τὰ περὶ Ἀγαμέμνονα παίζειν.

apenarii, ita ut miranda quædam [1] & ſtupenda monſtrarent. Omnes viæ ludis ſtrepituque & plauſibus perſonabant, ipſe medius cum picta toga & tunica palmata inter patres (ut diximus) omnibus ſacerdotibus prætextatis Capitolium petiit. Haſtæ auratæ altrinſecus quingenæ, [2] vexilla centena, [3] & præter ea quæ collegiorum erant, [4] dracones, & ſigna templorum omniumque legionum ibant. Ibant præterea gentes ſimulatæ, ut Gotthi, Sarmatæ, Franci, Perſæ: [5] ita ut non minùs quàm ducenti ſingulis globis ducerentur. Hac pompa homo ineptus 9 eludere ſe credidit populum Romanum: ſed, ut ſunt Romano-

ζειν. quod ad verbum eſt *Agamemnonia ludere*. lib. 1. cap. xxv. *Salmaſ.*

Cyclopea luſerunt omnes apenarii.] *Apenarii* pro *apinarii*. ſic *apenas* pro apinis ſcribebant. ut *paternas* pro patinis. apinarii autem ſunt ſcurræ, vel ludii qui moribus & geſtibus fabulas & hiſtorias deſaltabant in ſcena, & varia miraque in illo genere oſtendebant, ut hi apinarii qui Cyclopea luſerunt, & totam illam Cyclopis fabulam expreſſerunt. ab apinis dicti. apinas optimæ Gloſſæ interpretantur ἀμαλοχιας, *apinæ*, ἀμαλοχιαι, argutiæ, ineptiæ & garrulitates, & id genus alia facetiæ leporeſque. unde & ἀμαλογος garrulus, qui omnia ſimul effundit & effutit, nec finem facit garriendi blatterandique, ut ſcurræ ſolent & vernaculi. ab ἀμα & λεγειν, quod ἀθρόως verba effutiant, & confertim ſermones cædant. *apinas* eædem Gloſſæ σαννας etiam exponunt. inde ſanniones & ſanni, qui ridiculis motibus quidvis imitantur & oſtendunt. ſanniones igitur & ſanni & apinarii idem erant, qui ridiculis qua dictis qua geſtibus in ſcena riſum movebant fabulones etiam vocabant iſtiuſmodi ridicularios homines. Vel *apinæ*, ἀφάναι, vel ἀφάνται. & fortaſſe ita melius legatur quam σαννας. ut ſupra voluimus. atque inde *apinarii* vel *apenarii*, ſunt μωρολογοι, & qui ridicularia quacumque occaſione funditant, quique non ſolum dictis & ſalibus, ſed etiam motibus corporis, & geſtibus ſunt ridiculi. unde miranda quædam & ſtupenda eos monſtraviſſe in illo Cyclopeorum luſu dicit Trebellius. Sannam etiam pro irriſione & ſubſannatione Latini uſurparunt. Gloſſæ: *ſanna*, μῶκος. & Græci μωκῶνται proprie dicunt de his qui ore, vultuque diſtorto, & valgis labiis aliquem deridet. à Græco μῶκος, *mocoſum* Latini deduxerunt, de hoc genere ridiculi quod fit non ſalibus & dicacitate, ſed vultu & geſticulationibus. Cicero ea voce uſus eſt lib. 1. epiſt. ad Atticum. *Idem.*

1. *Et ſtupenda monſtrarent.*] Palatinus hæc accommodat non apenariis, ſed ipſi Gallieno, dum exhibet, *monſtraret*. Grut.

2. *Vexilla centena, & præter ea quæ collegiorum erant.*] Vetus editio, legit: *Vexilla centena, præter ea quæ collegiorum erant.* Patet ex hoc loco ſingulis collegiis ſua vexilla fuiſſe, & ſigna. *Salmaſ.*

3. *Et præter ea quæ collegiorum erant Dracones.*] Abeſt Palatino illud &, non malè. *Grut.*

4. *Dracones.*] Nam & dracones inter Romanæ militiæ ſigna. Ammianus libro xvi. ubi ſimillimè ut hic dracones ad pompam præferuntur. *Caſaub.*

5. *Ita ut non minus quam ducenti ſingulis globis.*] *Ita ut non minus quam ducenti.* Salmaſ.

manorum facetiæ, alius Posthumio favebat, alius Regilliano, alius Aureolo, alius Æmiliano, alius Saturnino. nam & ipse jam imperare dicebatur. Inter hæc ingens querela de patre: [1] quem inultum filius relinqueret, & quem externi utcunque vindicaverant. Nec tamen Gallienus ad talia movebatur, obstupefacto voluptatibus corde: sed ab iis qui circum eum erant requirebat; *Et quid habemus in prandio? &* [2] *quæ voluptates paratæ sunt? &* [3] *qualis cras erit scena? quales circenses?* Sic [4] confecto itinere, celebratisque hecatombis, ad domum regiam rediit: conviviisque & epulis depulsis, alios dies voluptatibus publicis deputabat. Prætereundum non est haud ignobile facetiarum genus. [5] Nam quum rex Persarum, quasi captivorum, per pompam (rem ridiculam) duceretur, [6] quidam scurræ miscuerunt se Persis, diligentissimè scrutantes omnia, atque [7] uniuscujusque vultum mira inhiatione mirantes. A quibus quum quæreretur [8] quidnam agerent illa solertia, illi responderunt, *Patrem principis quærimus.* Quod quum ad Gallienum perveniisset, non pudore, non mœrore, non pietate commotus est, scurrasque jussit vivos exuri. Quod populus [9] factum tristius quàm quisquam existi-

1. *Quem inultum filius relinqueret.*] *Quem inultum filius liqueret.* Ita Palatinus, & sic legendum arbitror. *Idem.*

2. *Quæ voluptates paratæ sunt?*] Quod spectaculi genus? *voluptates* sæpe dicuntur αἰσθῆσις ludi. *Casaub.*

3. *Qualis cras erit cœna, quales circenses?*] Scribendum: *Et quæ voluptates paratæ sunt? & qualis cras erit scena? quales circenses?* Salmas.

4. *Confecto itinere, celebratisque hecatombis.*] Palatinus: *hecatombiis.* esset ἑκατόμβοιον, pro ἑκατόμβην. *Idem.*

5. *Nam cùm rex Persarum quasi captivorum, per, &c.*] Omnino scribendum *grex Pers.* neque enim ita vafanus fuit Gallienus ut fingeret Persarum regem captivum. *gregem Persarum* appellat, quem paullò antè, *globum.* Casaub.

Nam cùm Rex Persarum.] Nihil certius conjectura Casauboni, *grex Persarum.* Grut.

6. *Quidam scurræ miscuerunt se Persis.*] Ita fuit moris in omni pompa, sive triumphorum, sive funerum. *Casaubonus.*

7. *Uniuscujusque vultum mira inhiatione mirantes.*] *Mirari* vel *mirare* hoc loco sumitur pro considerare & attente contemplari specularique. qua notione etiam hodie Galli usurpamus. inde *miratorium* pro speculo vocamus. *Salmas.*

8. *Quidnam agerent illa solertia, &c.*] Pal. *ageret*; quod alium induxerit sensum, sed minus nervosum. *Grut.*

9. *Factum tristius, quam quisquam existimaret, tulit.*] Pal. *quam quisquam æstimat tulit.* Salmas.

1. *Gal-*

existimaret, tulit: milites verò ita doluerunt ut non multò post vicem redderent. [1] Gallieno & Saturnino coss. 10
Odenatus rex Palmyrenorum obtinuit totius Orientis imperium, idcirco præcipuè quòd se fortibus factis dignum tantæ majestatis insulis declaravit: Gallieno aut nullas, aut luxuriosas, aut ineptas & ridiculas res agente. [2] Denique Odenatus statim bellum Persis in vindictam Valeriani, quam ejus filius negligebat, indixit. [3] Nisibin & Carras statim occupat, tradentibus sese Nisibenis atque Carrenis, & increpantibus Gallienum. Nec defuit tamen reverentia Odenati circa Gallienum. Nam captos satrapas insultandi propè gratia & ostentandi sui ad eum misit. Qui quum Romam deducti essent, vincente Odenato triumphavit Gallienus, nulla mentione patris facta: [4] quem nec inter deos quidem nisi coactus retulit, quum mortuum audisset, sed adhuc viventem: nam de illius morte falso compererat. Odenatus autem ad Ctesiphontem Parthorum multitudinem obsedit: vastatisque circùm omnibus locis, innumeros homines interemit. Sed quum satrapæ omnes ex omnibus regionibus illuc defensionis communis gratia convolassent, [5] fuerunt longa & varia prælia, longior tamen Romana victoria. Et quum nihil aliud ageret nisi ut Valerianum Odenatus liberaret, instabat quotidie, [6] ac locorum difficultatibus in alieno solo imperator optimus laborabat. Dum hæc apud Persas 11
geruntur, *Scythæ* in Cappadociam pervaserunt: [7] illic captis

1. *Gallieno & Saturnino Coss.*] Hic fertus est Gallieni consulatus in Fastis. *Casaub.*

2. *Denique statim bellum.*] Vulgati, *Denique Odenatus statim, &c.* sed nomen illud non erat in Pal. neque requirebat, cùm proximè præcessisset. *Grut.*

3. *Nisibin & Carras statim occupat.*] *Nitibin* scribit Palatinus, & *Nitibenis* paulo post. *Salmas.*

4. *Quem ne inter deos quidem, nisi coactus retulit.*] Consecratum fuisse Vopiscus ostendit, qui in Aureliano divum appellat. *Casaub.*

5. *Fuerunt longa & varia prælia, longior tamen Romana victoria.*] Sic lege: *Fuerunt longa & varia prælia: longior, tamen Romana, victoria. longa* & *varia*, hoc est variæ fortunæ prælia fuerunt, longiorque fuit & tardior victoria, tamen tandem Romanorum fuit. *Salmas.*

6. *Ac locorum difficultatibus, &c.*] Melius, *at loc.* Casaub.

7. *Illic captis civitatibus bella omnia*

ptis civitatibus,[1] bello etiam vario diu acies ad Bithyniam contulerunt. Quare milites iterum de novo imperatore faciendo cogitaverunt: quos omnes Gallienus more suo,[2] quum placare atque in gratiam suam reducere non posset, occidit. Quum tamen sibi milites dignum principem quærerent, Gallienus apud Athenas ἄρχων erat, id est summus magistratus, vanitate illa qua & civis adscribi desiderabat,[3] & sacris omnibus interesse:[4] quod neque Adrianus in summa felicitate, neque Antoninus in adulta fecerat pace,[5] quum tanto studio Græcarum docti fuerint literarum, ut rarò aliquibus doctissimis magnorum arbitrio cesserint virorum. Areopagitarum præterea cupiebat ingeri numero,[6] contempta propè Republ.[7] Fuit enim Gallienus

vario diu acies ad Bithyniam contulerunt.] Palat. ita legit: *Illic captis civitatibus, bello etiam vario diu actos ad Bithyniam contulerunt.* Bella sed facilis emendatio: *bello etiam vario diu acto, se ad Bithyniam contulerunt.* Salmas.

Illic civitatibus captis.] Zosimus negat eos urbes cepisse, cum aliquam multas obsedissent, ut Gassandriam & Thessalonicam, sed re infecta semper discessisse. *Idem.*

1. *Bello etiam vario diu acies ad Bithyniam contul.*] Pal. *vario diu actos, &c.* Grut.

2. *Quum placare atque in gratiam suam reducere non posset.*] *Atque ad gratiam suam reducere non posset.* ita Pal. cum veteri editione. *Salmas.*

3. *Et sacris omnibus interesse.*] Μυεῖσθαι τὰ Ἐλευσίνια. de quo ad Hadrianum. *Casaub.*

4. *Quod neque Hadrianus in summa felicitate neque Antoninus in adulta fecerat pace.*] Sic puto scribendum: *Vanitate illa qua & civis adscribi desiderabat, & omnibus sacris interesse. quod neque Hadrianus nisi in summâ felicitate, neque Antoninus nisi in adulta fecerat pace, quum tanto studio Græcarum docti fuerint litterarum, ut rarò aliquibus doctissimis magnorum arbitrio cesserint virorum.* Arguit Gallienum quod illas vanitates persequutus sit eo tempore quo totus orbis Romanus undique bellis quatiebatur, & præter bellicas clades terræ motibus gravissimis, & pestilentia etiam laborabat; neque defendi posse exemplo Hadriani & Antonini imperatorum, quorum ille nonnisi in summa felicitate nugas illas affectarit, hic vero nonnisi adulta pace. *Salmas.*

5. *Cùm tanto studio Græcarum docti fuerint litterarum.*] Pal. *sint litterarum*; ut suspicer, illud *fuerint* & *cùm* adscititium. certè si adjiciantur rotundior exierit sententia. *Grut.*

6. *Contempta propè Republ.*] An? *propria Rep.* sed abest *propè* à regio. *Casaub.*

Contempta propè rep.] Inepta lectio. scribe, *contempta R. Repub.* hoc est, *Romana Rep.* vel *pop. Rom. Republica.* id est populi Romana Republica. maximum enim contemptum præ se ferebat Gallienus qui civis Athenis adscribi affectabat, & in Areopagitarum numero conscribi, quasi hæc essent pluris facienda, quam Romanorum esse imperatorem. *Salmas.*

7. *Fuit enim Gallienus, &c.*] Melius, *Fuit tamen Gall.* Casaub.

Fuit enim Gallienus.] *Fuit etiam Gallienus.* Salmas.

1. *Hujus*

nus (quod negari non potest) oratione, poëmate, atque omnibus artibus clarus. [1] Hujus est illud epithalamium quod inter centum poëtas præcipuum fuit. [2] Nam quum [3] fratrum suorum filios conjugaret, & omnes poëtæ Græci Latinique epithalamia dixissent, idque per dies plurimos, [4] quum ille manus sponsorum teneret, ut quidam dicunt, [5] sæpiùs ita dixisse fertur:

[6] *Ite, ait, ô pueri, pariter sudate medullis*
Omnibus inter vos; [7] *non murmura vestra columbæ,*
Brachia non hederæ, [8] *non vincant oscula conchæ.*

[1] Lon-

1. *Hujus est illud Epithalamium.*] Scribendum, *hujus est illud Epithalamion.* Idem.

2. *Nam quum fratrum suorum filios conjugaret.*] Vet. ed. *jungeret.* Idem.

3. *Fratrum suorum filios conjugaret.*] Palatin *filios jungeret.* æquè bene. *Grut.*

4. *Quum ille manus sponsorum teneret, ut quidam dicunt, sæpius dixisse fertur.*] *Sceptus* scriptum in optimo Palat. pro *exceptus.* Erit igitur hoc loco sic distinguendum: *Nam quum fratrum suorum filios conjugaret, & omnes poëtæ Græci Latinique Epithalamia dixissent, idque per dies plurimos, quum ille manus sponsorum teneret, ut quidam dicunt exceptus, ita dixisse fertur. exceptus* autem, est convivio nuptiali exceptus. ingenium enim Gallieni ex eo vult ostendi Trebellius, quod cum per plurimos dies Græci Latinique poëtæ certatim magno labore magnoque conatu epithalamia componerent, ipse Gallienus sponsorum manus tenens, vel ut alii dicunt, convivio exceptus, vel quum exciperetur, ita ex tempore dixisse fertur. quod ejus Epithalamium non plus tribus versibus textum, & ex tempore pronuntiatum inter centum alia Epithalamia operose laborioseque composita præcipuum fuit, & palmam obtinuit. ut *sceptus* autem pro *exceptus*, sic *sceptoria* pro *exceptoria.* sic *spansum velum* pro *expansum.* Salmasius.

5. *Sæpius ita dixisse fertur.*] Est à mss. aliorum, quibus accedit etiam Palatinus: nam ibi visitur, *sceptus.* vulgati *septus.* Grut.

6. *Ite, ait, ô pueri pariter sudate medullis Omnibus inter vos.*] Arctam conjunctionem atque adeò ipsum συνωσασμὸν voce *sudate* significat. *Casaub.*

Ite ait o pueri.] Allocutiones sponsales dicebantur hujusmodi epithalamia quibus sponsos ipsos alloquebatur auctor. tale est hoc loco istud Gallieni, & quod in vetustissimo codice epigrammatum nondum editorum, nuper reperi, Abiti cujusdam sub titulo sponsalis adloquutionis, ad hunc modum:

ABITI ALLOCVTIO SPONSALIS.

Linea constricto de pectore vincula solve,
Et domino te crede tuo: nec candida laedas
In quibus ora vide, vel ne contacta repugnes.
Est in nocte timor, non est in nocte periculum.
Nec volo contendas: vinces cum vicerit ille.

Sed sponsam tantum alloquitur hic Avitus, Gallienus sponsum & sponsam. *Salmas.*

7. *Non murmura vestra columbæ, Brachia non hederæ, non vincant oscula conchæ.*] B. Ambrosius Institutione virginis: *Non pineæ velamen ejus, non vincant cupressi: pudicitiam ejus non turtures, simplicitatem ejus non vincant columbæ.* Casaubonus.

8. *Non vincant oscula conchæ.*] Aristophanes Vespis, ἀσπερ λιπαρὸς ἐπεσκληκὼς τοῦ λίθου. lopades saxis adhærent: conchæ dithyri ipsæ sibi. unde proverbium, κόγχῳ διαλέγει. *Idem.*

[1] Longum est ejus versus orationesque connectere, quibus suo tempore tam inter poëtas quàm inter rhetores emicuit. Sed aliud in imperatore quæritur, aliud in oratore
12 vel poëta flagitatur. Laudatur sanè ejus optimum factum. [2] Nam consulto Valeriani fratris sui & Lucilli propinqui, ubi comperit ab Odenato Persas vastatos, redactam Nisibin & Carras in potestatem Rom. omnem Mesopotamiam nostram, denique Ctesiphontem esse perventum, fugisse regem, captos satrapas, plurimos Persarum occisos: Odenatum, participato imperio Augustum vocavit, ejusque monetam qua Persas captos traheret, cudi jussit: quod & senatus & urbs, & omnis ætas gratanter accepit. Fuit præterea idem ingeniosissimus, [3] cujus ostendentia acumen pauca libet ponere. Nam quum taurum ingentem in arenam misisset, [4] exissetque [5] ad eum feriendum venator, [6] neque perductum decies potuisset occidere, coronam venatori misit, mussantibusque cunctis quid rei esset quòd

1. *Longum est ejus versus orationesque connectere.*] *Connectere*, id est perscribere, referre. Vopiscus in Floriano: *Longum est omnes epistolas connectere, quas vidi, quas legi.* Salmas.

2. *Nam consulto Valeriani fratris, &c.*] Scrib. *consilio.* Casaub.

Nam consulto Valeriani fratris sui & Lucilli propinqui.] Optimus liber: *Consulta Valeriani fratris sui. consulta* pro *consultione.* ut *missa* pro *missione.* Salmasius.

Nam consulto Valeriani, &c.] Pal. *consulta.* Grut.

3. *Cujus ostendentia acumen pauca libet ponere.*] Forte scribendum, *cujus ostendentia acuminis, scilicet, pauca libet ponere. ostendentia acuminis*, ut *fugitani litium.* Sed magis etiam probem deleri illud, *scilicet: cujus ostendentia acuminis pauca libet ponere.* Salmas.

Cujus ostendentia acumen pauca libet ponere.] Pal. *cujus ostendentia cum in his scilicet pauca, &c.* Grut.

4. *Exissetque ad eum feriendum venator.*] Nisi malis *confector.* nam *confectores* & *confector* propria in hac re sunt vocabula. *Casaub.*

Exissetque ad eum feriendum venator.] Scripti libri *vector*, quod hoc loco idem significare debet, quod *venator.* & res ita se habet. *vectari* est bene valere & valentem esse. hinc *vector* homo valens, & robustus: & *vectio* pro robore & vigore. & hujus locutionis hæc ratio est, quod qui sese vehere pedibus suis & ferre potest, is intelligitur bene valere: ut contra mala esse valetudine qui sese ferre non potest. Ovidius:

—— *me mihi ferre grave est.*

Cum de se, ut ægroto & male sano loqueretur. igitur Latini *vectorem* videntur appellasse proprie venatorem, quod opus sit viribus maximis ad hoc opus. *vectorem* quoque de venatore dixit elegans poëta Manilius lib. IV.

Et pacare metu sylvas, & vivere vector.

Salmas.

5. *Ad eum feriendum venator.*] Palat. *vector.* Grut.

6. *Neque perductum decies.*] Melius, *productum.* Casaub.

1. *Tan-*

quòd homo ineptissimus coronaretur, ille per curionem dici jussit, [1] *Taurum toties non ferire difficile est.* Idem [2] quum quidam [3] gemmas vitreas pro veris vendidisset ejus uxori, atque illa, re prodita, vindicari vellet, [4] surripi quasi ad leonem venditorem jussit. [5] Deinde è cavea caponem emittit, mirantibusque cunctis rem tam ridiculam, per curionem dici jussit, *Impostura fecit, & passus est.* deinde negotiatorem dimisit. Occupato tamen Odenato bello Persico, & Gallieno [6] rebus ineptissimis, ut solebat, incumbente, Scythæ navibus factis Heracleam pervenerunt, atque inde cum præda in solum proprium reverterunt, [7] quanvis [*] multi naufragio perierunt, navali bello superati.

1. *Taurum toties non ferire difficile est.*] Allusum videtur ad proverbium cujus meminit Aristoteles in libello de divinatione per insomnium:

Ἂν πολλὰ βάλῃς, ἄλλοτ' ἄλλοῖον
(vel ἄλλοι ἂν) βάλῃς.

Idem.

Taurum toties non ferire difficile est.] Jaculis igitur vel sagittis feriendum habebat illum taurum venator iste. at alio modo olim taurorum venatio in circo peragebatur: nam equites Thessali juxta tauros per spatia circi adequitabant, usque eo donec defatigassent, atque ita eos conficiebant cornibus ad terram detractos. Vel tauris adequitantes, injecto in cornua vinculo, eos cernuare; & humi procumbere magna vi cogerent. *Salmas.*

2. *Quum quidam gemmas vitreas pro veris vendidisset.*] Vitreæ gemmæ heic opponuntur veris. vitrea gemma, & vitreum idem. quidquid autem ex vitro erat, vitreum vocabant, & gemmam vitream. *Idem.*

3. *Gemmas vitreas pro veris vendidisset.*] Vetus fraus gemmas imitari, mendacio vitri, ut in XXXVII. loquitur Plinius. *Casaub.*

Gemmas vitreas pro veris vendidisset.] Veræ gemmæ sunt, ut veræ smaragdi, veri adamantes, veræ jaspides. quæ omnia solent à peritis ex vitro simulari, & sic vitreæ gemmæ pro veris obtrudi. *Salmas.*

4. *Surripi quasi ad leonem jussit.*] Scribo, *furripi.* nam ad stipitem deligabantur bestiarii cùm leonibus & aliis feris objiciebantur. Latinis dicitur hoc *furrigere.* Casaub.

Surripi quasi ad leonem venditorem.] Sic Pal. illud *surripi* ferri heic potest, si admittamus subitò deprehensum & productum, tamquam cui pugnandum cum leone. interim nihil ingeniosius illo *furrigi*, amicissimi nostri Casauboni. *Grut.*

5. *Deinde è cavea caponem emittit.*] Lego ac distinguo: *Surripi quasi ad leonem venditorem jussit, deinde è cavea caponem emitti, mirantibusque cunctis, &c.* Salmas.

6. *Rebus ineptissimis, ut solebat, incumbente.*] *Incubante.* Idem.

Rebus ineptissimis, ut solebat, incumbente.] Melius fortè Pal. *incubante.* Grut.

7. *Quamvis multi naufragio perierunt, navali bello superati.*] Lege: *Quamvis multi naufragio perierunt, bello navali alii superati sunt.* Palat. *Quamvis multi naufragio perierint, bello navali superati sint,* quod *ἀσυνδέτως* dictum potest videri: aut repeti debet vox *multi.* utut sit, naufragium heic omnino à navali bello separandum est. nam utroque modo ex-

13 rati. Per idem tempus Odenatus [1] insidiis consobrini sui interemptus est cum filio Herode, quem & ipsum imperatorem appellaverat. Tum Zenobia uxor ejus, quòd parvuli essent filii ejus qui supererant, [2] Herennius & Timolaus, ipsa suscepit imperium, diuque rexit non muliebriter, neque more fœmineo: [3] sed non solùm Gallieno virago meliùs imperare potuisset, verumetiam multis imperatoribus fortiùs atque solertiùs. Gallieno sanè ubi nuntiatum Odenatum interemptum, bellum Persis ad seram nimis vindictam patris paravit, collectisque per Heraclianum ducem militibus solertis principis rem gerebat. Qui tamen Heraclianus quum contra Persas professus esset, à Palmyrenis victus omnes quos paraverat milites perdidit, Zenobia Palmyrenis & orientalibus pleriſque viriliter imperante. Inter hæc Scythæ per Euxinum navigantes, Istrum ingressi, multa gravia in solo Rom. fecerunt. Quibus compertis, Gallienus Cleodamum [4] & Athenæum Byzantios instaurandis urbibus muniendisque præfecit. [5] Pugnatum est circa Pontum, & à Byzantiis ducibus victi sunt barbari. Veneriano item duce, [6] navali bello Got-

tincta est pars magna Scytharum. naufragio certe eos maximam cladem accepisse testis Zosimus. *Salmas.*

* *Multi naufragio perierunt, &c.*] Naufragium appellat demersas naves hostili manu. quia addit, *navali bello superati.* Casaub.

1. *Insidiis consobrini sui.*] Maronii, ut dicitur sequente libro. *Idem.*

2. *Herennius & Timolaus.*] Scribe: *Herennianus & Timolaus.* ita Pal. *Salm.*

Herennius & Timolaus.] Pal. *Therennianus, &c.* Grut.

3. *Sed non solum Gallieno virago melius imperare potuisset, &c.*] Deest *ut* vocula. nam postulat scribi sententia: *sed ut non, &c.* jam verò, *imperare potuisset.* non aliud quàm imperaret. *Casaub.*

Sed non solum Gallieno virago melius imperare potuisset.] Forte: *Sed non solum Gallieno hæc virago melius imperare potuisset, verumetiam multis imperatoribus fortibus atque sollertibus.* Et nisi fallor, sola vera est hæc lectio. Zenobiam ea virtute præditam prædicat fuisse, ut non solum Gallieno molli & inerte & ignavo principe melius imperare potuerit, sed etiam multis fortibus & solertibus principibus. *Salmas.*

Sed non solum Gallieno virago melius.] Pal. *Gallieno quoque virgo.* Grut.

4. *Et Athenæum.*] Videtur ille ipse esse, cujus hodieque in multis bibliothecis, libellus extat De machinis bellicis. *Casaub.*

5. *Pugnatumque est circa Pont.*] Enclitica *que* adsita est volente Pal. *Grut.*

6. *Navali bello Gothi superati sunt, tum ipse Venerianus.*] Scribendum: *Veneriano item duce, navali bello Gothi superati sunt, cum ipse Venerianus militari periit morte.* Salmas.

1. *Unde*

lo Gothi superati sunt, tum ipse Venerianus militari periit morte. Atque inde Cyzicum & Asiam, deinceps Achaiam omnem vastaverunt, & ab Athenien sibus duce Dexippo, scriptore horum temporum, victi sunt. [1] Unde pulsi [2] per Epirum, Acarnaniam, [3] Boëtiam, pervagati sunt. Gallienus interea vix excitatus publicis malis, [4] Gothis vagantibus per Illyricum occurrit, & fortuitò plurimos interemit. Quo comperto, [5] Scythæ facta carragine per montem Gessacem fugere sunt conati. [6] Omnes inde Scythas Martianus varia bellorum fortuna agitavit: quæ omnes

1. *Unde pulsi per Epirum, Acarnaniam, Bœotiam pervagati sunt.*] Pal. *Achenoniam.* sed nihil certius quàm rescribendum *Athamaniam, Bœotiam.* Grut.

Unde pulsi per Epirum, Acarnaniam, Boëtiam pervagati sunt.] Ego emendandum puto: *Unde pulsi per Epirum, Macedoniam, Bœotiam. Macedonia* pro *Macedonia.* Macedoniam autem Scythas esse pervagatos testatur Zosimus. *Salmas.*

2. *Per Epirum, Acarnaniam, Boëtiam pervagati sunt.*] *Boëtia* quidem nihil, sed *Bœotia* regio notissima. *Casaub.*

3. *Boëtiam.*] Ita libri veteres fere semper scriptum exhibent, & *Boëtiam* vocant, quæ est *Bœotia.* Salmas.

4. *Gothis vagantibus per Illyricum.*] Apud Mœsos pugnatum fuisse cum Scythis narrat infra Trebellius in Clodio: Zosimus apud Naissum urbem. *Idem*

5. *Scythæ facta carragine per montem Gessacem fugere sunt conati.*] Quid sit *carrago* & κάραγγος apud Tacticorum scriptores Græcos viri docti exposuerunt. Procopius *facere carraginem* libro quarto dixit, τοῖς ἀμαξῶν μετωπηδὸν στάσιν frontes carrorum hosti objicere: & qua fine carrago fieret, his verbis explicat: Ὡς πως τὰ κάτω τοῦ ἁρματος ἐς τὸ ἀσφαλὲς ἐχόντως ξυμπήγνυσι μηχάνας. quod planè convenit isti loco. Nam Scythæ fugam meditantes carraginem prius faciunt, ut Romani persequi fugientes non queant. *Casaub.*

6. *Omnes inde Scythas Martianus varia bellorum fortuna agitavit.*] Scripti, *Macrianus.* alius profectò Macrianus, alius Martianus: quos qui confundunt, in magno errore versantur. Macrianus cum Valeriano bella in Oriente gerens, eo capto rem gessit feliciter cum Persis: eoque successu inflatus, purpuram induit: ac mox Italiam infesto petens exercitu, victus ab Aureolo, in medio conatu extinctus est. Martianus Gallieni auspiciis cum Barbaris pugnat diu: ac tandem cùm Gallieno militaret, de occidendo imperatore suo cum Heracliano altero duce consilium init; initum exequitur. Quare *Martianus* hic scribendum, & item aliis aliquot locis. *Idem.*

Omnes inde Scythas Martianus varia bellorum fortuna agitavit, &c.] Palat. *Omnes inde Scythas Marcianus varia bellorum fortuna, quæ omnes Scythas ad bellum excitarunt.* Patet igitur illud *agitavit*, ab iis infertum esse, qui sententiam explere tentabant: ex Clodii vita facile colligi potest quis fuerit hujus loci sensus. nam ibi scribit Trebellius Gothos à Marciano variis prælis contusos, & multis in partibus fugatos, cum fugere vellent, & in patriam redire, à Claudio non esse emissos. atque eosdem postea omnes Scythatum gentes ad bellum Romanis inferendum excitasse. Atque etiam id satis probat, quod sequitur, *Et hæc quidem Heraclianis ducis*

14 omnes Scythas ad rebellionem excitarunt. Et hæc quidem Heracliani ducis erga Rempublicam devotio fuit. Verùm quum Gallieni tantam improbitatem ferre non possent, consilium inierunt Martianus & Heraclianus, [1] ut alter eorum imperium caperet: & Claudius quidem (ut suo dicemus loco) vir omnium optimus, electus est, qui consilio non adfuerat, [2] effetque apud cunctos in reverentia, [3] ut dignus videretur imperio, quemadmodum postea comprobatum est. Is enim est CLAUDIUS à quo [4] Constantinus vigilantissimus Cæsar originem ducit. [5] Fuit ejusdem socius in appetendo imperio [6] quidam Ceronius sive Cecropius, dux Dalmatarum, qui eos & [7] urbanissimè & prudentissimè adjuvit. Sed quum imperium capere vivo

erga remp. devotio fuit. quæ verba quo referri possint, non habes. multa igitur hoc loco deperiisse constat. *Salmas.*

Omnes inde Scythas Martianus vasiâ, &c.] Sic & Pal. nisi quod is semper littera molliore. *Marcianus*, quomodo & Græci. *Grut.*

1. *Ut alter eorum imperium caperet.*] Post ista deest aliquid: & non dubitamus ejus historiam imperfectam & corruptam ad nos perveniſſe. *Casaub.*

2. *Effetque apud cunctos in reverentia.*] Periodum hanc totam sic debes scribere: *Et Claudius quidem, ut suo dicemus loco, vir omnium optimus, electus est qui consilio non adfuerat, eaque apud cunctos reverentia, ut dignus videretur imperio.* Salmas.

3. *Ut dignus videretur imperio.*] Addunt vocem Pal. & vet. ed. *ut justè dignus videretur imperio.* Idem.

4. *Constantinus vigilantissimus Cæsar.*] Jam diximus esse legendum, *Constantius.* Casaub.

Constantinus vigilantissimus Cæsar.] Pal. *vigilissimus*, quæ forma forsan non dedeceat illud ævum. ceterùm *Constantius* legendum videri, liquet ex loco superius posito. *Grut.*

5. *Fuit ejusdem socius in appetendo imperio.*] Legendum: *Fuit iisdem socius in appetendo imperio quidam Ceronius sive Cecropius. iisdem*, hoc est, Marciano, & Heracliano & Clodio. nam Marcianus & Heraclianus consilio inter se inito, Claudium qui non aderat, elegerunt imperatorem, quibus se socium dedit hic Cecropius qui & Gallienum interemit. sequitur enim, *qui eos urbanissime & prudentissime adjuvit*, id est, *Marcianum, Heraclianum & Clodium.* & sane vetus editio quoque, *iisdem* agnoscit. *Salmas.*

Fuit ejusdem socius, &c.] Cùm sequatur statim, *qui eos & urbanissimè, &c.* videtur legendum: *Fuit iisdem socius*, ut referatur magis ad Marcianum & Heraclianum. & verò exstat in Pal. *isdem*, quod est idem cum *iisdem.* Grut.

6. *Quidam Ceronius, sive Cecropius, dux Dalmatarum.*] Scripti quidam, *Ceronius.* apud Zosimum Cecrops Maurus nominatur inter illos qui Gallieno imperante res novas sunt moliti: at dux iste Dalmatarum is est, de quo in eadem cum hac narratione scribit Zosimus, Heraclianum ei mandasse patrandam Gallieni cædem. *Casaub.*

7. *Urbanissime & prudentissime adjuvit.*] *Urbane adjuvare* hoc dicitur pro comiter & benigne. quod nos idiomate nostro diceremus, *courtoisement.* Salm.

1. *Ad-*

vivo Gallieno non possent, hujusmodi eum insidiis appetendum esse duxerunt, ut labem improbissimam, malis fessa Republica, à gubernaculis humani generis dimoverent, ne diutiùs theatro & circo, [1] addicta Republica per voluptatum deperiret illecebras. Insidiarum genus fuit tale. Gallienus ab Aureolo qui principatum invaserat, diffidebat, sperans quotidie gravem & intolerabilem tumultuarii imperatoris adventum. [2] Hoc scientes Martianus & Cecropius, subitò Gallieno jusserant nuntiari Aureolum jam venire. [3] Ille igitur [4] militibus congregatis, quasi certum processit ad prælium, atque ita missis percussoribus interemptus est. Et quidem Cecropii Dalmatarum ducis gladio Gallienus dicitur esse percussus, ut quidam ferunt, [5] circa Mediolanum: ubi continuò & frater ejus VALERIANUS est interemptus, quem multi Augustum, multi Cæsarem, multi neutrum fuisse dicunt: quod verisimile non est. Siquidem capto jam Valeriano, scriptum invenimus in fastis, VALERIANO IMPERATORE COS. [6] Quis igitur alius potuit esse Valerianus nisi Gallieni frater? [7] Constat de genere, * non satis tamen

1. *Addicta Rep. per voluptatum, &c.*] Scrib. *Respubl.* Casaub.

Addicta Republica.] Sic & Pal. sed requirit sententia, *Respublica.* Grut.

2. *Hoc scientes Martianus & Cecropius.*] *Martianus* Palat. Zosimo Μαρτιανὸς dicitur. *Salmas.*

3. *Ille igitur militibus congregatis.*] Opt. Pal. *cogitatis. cogitatis* autem est coactis. *Idem.*

4. *Militibus congregatis.*] Pal. *cogitatis.* an fuit? *coactis*, aut *coadunatis.* Grut.

5. *Circa Mediolanum.*] *Mediolanium,* MSS. *Salmas.*

6. *Quis igitur alius potuit esse Valerianus, nisi Gallieni frater,*] Falleris: nam præter Valerianum fratrem Gallieni, fuit & alter ejusdem Gallieni filius, P. LICINIUS SALONINUS VALERIANUS: quod ex lapidibus & nummis probarunt viri docti. Sed respondeat fortasse Pollio, consulatus hujus anno juniorem fuisse Gallieni filium, quàm ut de eo possint hæc accipi. *Casaub.*

7. *Constat de genere, non satis tamen constat de dignitate, vel, ut ceperunt alii loqui, de majestate.*] Est verò MAIESTAS, unum ex iis vocabulis Latinis, quibus nullum est in tota lingua Græca par, & ex æquo respondens. Auctor Glossarum vertit μεγαλειότης. ea verò *magnificentia* vel *magnitudo* est, non *majestas.* majestas itaque si verbi proprietatem spectamus, numinis est solius: quod omnibus iis quæ magna dici possunt, est majus. Pridem Latinus sermo à diis ad homines hoc nomen transtulerat. Duplici verò ex caussa hominibus tributa majestas à veteribus Latinis: singulis, propter virtutis cujusdam rarè opinionem; corpori Reip. propter imperium. De majestate singulorum,

men constat de dignitate, vel, ut cœperunt alii loqui, de majestate. Occiso igitur Gallieno seditio ingens militum fuit, quum spe prædæ ac publicæ vastationis imperatorem sibi utilem, necessarium, fortem, efficacem, ad invidiam faciendam, dicerent raptum. Quare consilium principum fuit [a] ut milites, ejus, quo solent placari genere, sedarentur. Promissis itaque per Martianum aureis vicenis, & acceptis, (nam præstò erat thesaurorum copia) Gallienum tyrannum militari judicio in fastos publicos retulerunt. Sic militibus sedatis, Claudius, vir sanctus ac jure venerandus, &c.

lorum, habes caput apud Val. Max. libro secundo, decimum. ita ille appellat, & cum eo M. Tullius, atque alii Latini scriptores, honorem eximium cum veneratione junctum, qui ex admiratione virtutis, aut propter gloriam rerum gestarum, alicui defertur. neque malè Polybius, qui in formula fœderis MAIESTATEM POP. ROM. Græcè dixit, ΤΗΝ ΑΡΧΗΝ ΚΑΙ ΤΗΝ ΔΥΝΑΣΤΕΙΑΝ ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ ΤΩΝ ΡΩΜΑΙΩΝ nihil enim aliud majestas fuit populi Romani, quàm id quod expressit Polybius. atque hæc etsi imperii semper est comes, tempore tamen augescit, & fit subinde major. Hæc ita olim: temporibus verò Trebellii cepit hominum adulatio omnem dignitatem appellare majestatem hunc igitur abusum vocis obiter perstringit hic Pollio. *Idem.*

* *Non satis tamen constat de dignitate, vel ut alii loqui cœperunt de majestate.*] Quærendum quid sibi velit Trebellius, scribens, sua ætate quosdam cepisse majestatem vocare pro dignitate. hoc ille, ut puto, voluit: anterioribus quidem temporibus, *majestas augusti*, & *majestas divinæ domus* semper usurpata est, sed eo sensu, ut pondus & gravitas, & magnitudo quædam coli venerarique digna in principe, illa voce designaretur, & honos quidam eximius, cum veneratione junctus, qui jure meritoque illi testati deberetur, quæ supra potestates omnes esset. nam ut *majestas populi* olim dicebatur, propter imperii magnitudinem ac dignitatem, quo tempore populus scilicet imperii summam obtinebat: sic postquam imperium à populo ad unum translatum est, majestas quoque quæ tanto imperio debebatur, simul ad unum illum translata, atque hinc *majestas Augusti* dicta, quæ olim populi Romani majestas fuit. ætate vero Trebellii Pollionis majestas proprie vocari cœpta est ipsa imperii dignitas, vel imperium ipsum, hoc est βασιλεία, quam qui habet is imperator & Augustus dicitur, ut dignitas consularis consulem facit; sic majestas, hoc est imperii dignitas, imperatorem, & Augustum. nam dignitas de aliis magistratibus, & honoribus, majestas de solo imperio dicebatur. sed duæ tunc erant majestates; Cæsarea & Augusta. ideo Trebellius hoc loco, cum diceret dubitatum esse à multis de Valeriano juniore utrum Augustus an Cæsar tantum fuerit, non satis de majestate ejus inter omnes constitisse scribit, quod alii eum Augustum, hoc est Augusti majestate præditum fuisse, alii Cæsarianam tantum, quidam neutra affirmarent. quo sensu majestas Augusti, & majestas Cæsaris, pro dignitate Augusta, & Cæsarea sumitur. *Salmas.*

1. *Ut milites ejus quo solent placari genere sedarentur.*] Malim, *eo quo s.* neque enim Gallieni jam milites erant, morte extincti. Largitio autem, unica erat militis certissima ratio. *Casaub.*

1. *Dies*

venerabilis, & bonis omnibus charus, amicus patriæ, amicus legibus, acceptus senatui, populo bene cognitus, accepit imperium. Hæc vita Gallieni fuit breviter à me litteris intimata, qui natus abdomini & voluptatibus, [1] dies ac noctes [2] vino & stupris perdidit orbem terrarum. [3] Triginta propè tyrannos passus est, Romanum dehonestantes imperium, ita ut etiam mulieres eo meliùs imperarent. Ac ne ejus prætereatur miseranda solertia, veris tempore cubicula de rosis fecit. De pomis castella composuit. Uvas triennio servavit. [4] Hyeme summa melones exhibuit. Mustum quemadmodum toto anno haberetur docuit. Ficos virides, & poma ex arboribus recentia semper alienis mensibus præbuit. [5] Mantilibus aureis semper

1. *Dies ac noctes vino & stupris perdidit, &c.*] Scribendum: *dies ac noctes vino & stupris impendens, perd. o. t.* hæc nostra est conjectura. membranæ tamen longè aliter: in quibus locus ita conceptus. *d. ac n. v. & st. perdidit. Orbem terrarum* xxx. *propè tyrannis vastari fecit: ita ut & mulieres eo meliùs imperarent.* Idem.

Dies ac noctes vino & stupris perdidit.] Id est, *consumpsit, contrivit.* Salmasius.

2. *Vino & stupris perdidit; orbem terrarum triginta propè tyrannis, &c.*] Sic per omnia Pal. nisi quod habeat initio, *viginti propè tyrannis vasti fecit.* quod *vasti fecit* unica dictione sæculo illi forte non insolens. *Grut.*

3. *Triginta prope Tyrannos passus est.*] Palat. *viginti prope Tyrannos.* qui numerus an possit consistere, nescio. liquet vero non posse, nisi ex Tyrannis, qui infra volumine uno inclusi sunt à Trebellio, pater cum filio pro uno semper numeretur. tunc viginti tantum Tyrannos inveniemus uno minus. dixit hoc loco, prope triginta Tyrannos, quod numerus integer & rotundus non fuit: in illo enim numero non est Valens superior qui superiorum Gallieno principum imperium sumpsit. *Salmas.*

Triginta prope Tyrannos passus est, Romanum dehonestantes imperium.] Lege hoc modo: *Hæc vita Gallieni fuit breviter à me litteris intimata, qui natus abdomini ac voluptatibus, dies ac noctes vino & stupris perdidit, orbem terrarum per triginta prope Tyrannos vastari fecit, Romanum dehonestantes imperium.* Idem.

4. *Hieme summa melones exhibuit.*] Nam quod rerum natura negabat, industria hominum pervicit, ut media hieme fructus æstivi haberentur recentes. Lege Athenæum libro nono. *Casaubonus.*

5. *Mantilibus aureis semper stravit.*] *Mantelibus aureis.* ita veteres, atque ita scribendum. Isidorus: *Mantelia nunc pro operiendis mensis sunt, quæ olim, ut nomen indicat, tergendis manibus fuere.* Verum ille dicit. nam mantelia olim apud veteres tergendis manibus habita, mappæ tegendis mensis. apud istos auctores contra mantelibus mensa semper sternitur, mappæ tergendis manibus dantur. nam *mantela* est *manualis tela*, qua manus tergentur: ut *manclava*, manualis clava quæ manu gestatur. veteres Glossæ: χειρόμακτρα, *mantela.* at pro *mantela*, etiam *hoc mantelum*, & *hoc mantele*, *mantelis* protulerunt. *Salmasius.*

1. *Gem-*

per stravit. [1] Gemmata vasa fecit, eademque aurea. Crinibus suis auri scobem asperſit, [2] radiatus sæpe processit. cum chlamyde purpurea gemmatisque fibulis & aureis Romæ visus est, ubi semper togati principes videbantur: purpuream tunicam [3] aureatamque virilem eandemque manicatam habuit. Gemmato baltheo usus est, [4] caligas gemmatas annexuit, [5] quum campagos reticulos appellaret.

1. *Gemmata vasa fecit.*] Id est faciendа curavit. *Idem.*

2. *Radiatus sæpe processit.*] Cum corona radiata, quæ numinum propria. *Casaub.*

3. *Aureatamque virilem.*] Erant tunicæ muliebres, erant & viriles. muliebres tunicæ, quæ & cyclades dicebantur, paragaudas aureas hoc est χρυσᾶς παραυγούδας habebant, quibus viriles tunicas ornari minime moris fuit. at Gallienus etiam tunica virili aurata usus est. auratæ autem tunicæ ab illis paragaudis vel loris auro intextis quibus in circuitu ad extremam oram adsutis ornabantur, dictæ sunt. hujusmodi viriles paragaudias quæ heic in Gallieno reprehenduntur, posteriores principes, eos dico qui post Diocletianum vixere, passim usurpaverunt, earum usu privatis interdicto. *Salmas.*

4. *Caligas gemmatas annexuit.*] Στρατηγικὴν ὑποδήματος λιθοκόλλητον ὑποδήματον, sive ὑποδίδυτον. de caligis satis ad Suetonium. sed novum genus caligarum istud fuit: nam olim caligæ militum infimi gradus erant: istæ inter insignia imperatoria habita. *Casaub.*

Caligas gemmatas annexuit.] Palatinus: *gemmeas caligias annexuit. caliga, caligea* vel *caligia*: ut *blatta, blattea: pala, palea*, ἡ δὲ καλιγία σφαγίς. caligas heic à campagis separat. & sane caliga proprie, militis calceamentum: campagus, calceus patricius, quo & imperatores utebantur. nam solo colore distabant, imperatoris & senatorum calcei. κάλιξ ex Latino *caliga* fecerunt Græci, postea Latini ex illo Græco κάλιξ vel κάλιξ, καλίγων, *caligem* etiam dixerunt pro caliga. *caligam* recentiores non de calceamento tantum militari dixerunt, sed de omni calceorum genere hanc vocem usurparunt. *Salmas.*

Caligas gemmatas annexuit.] *Gemmeas* malo legere cum Palatino, quæ ita contextæ contectæque gemmis essent, ut totæ gemmeæ viderentur. *Idem.*

Caligas gemmatas annexuit.] Pal. *caligias gemmeas adnexuit.* Grut.

5. *Cum campagos reticulos appellaret.*] Obtinuerat jam tum, ut campagis, quod genus est calceamenti barbarici, uterentur imperatores, ut suprà dictum in Maximinis. at Gallienus spretis campagis, caligas, id est militares calceos annexuit, sed gemmatos. *Reticulos* autem campagos appellavit Gallienus, quia intercisi erant, ut æstivi calcei hodieque sunt multifores: sic nobiliorum apud Græcos calcei erant πολυχαδεῖς: ex eaque re dicebantur χαῖναι & λεπτοχαδεῖς. nihil autem reticulato operi similius calceis istis intercisis. *Casaub.*

Cum campagos reticulos diceret.] De campagis vel campacis, ut potius sunt dicendi, quædam carptim supra attigimus. sic igitur appellatos esse repetio recentiorum scriptorum ævo calceos patriciorum & senatorum, quibus etiam imperatores utebantur, solo colore diferetis à senatoriis. nam imperatorii campagi rubri erant vel phœnicei, senatorum vero nigri vel etiam candidi. Tum Lunulæ figuram Romani senatores calcei adsutam gerebant. sena-

ret. Convivatus in publico est: congiariis populum mollivit: senatui sportulam sedens erogavit. [1] Matronas ad consilium suum rogavit, iisdemque manum sibi osculantibus, quaternos aureos sui nominis dedit. Ubi de Valeriano patre comperit quòd captus esset, [2] id quod philosophorum optimus de filio amisso dixisse fertur, [3] *Sciebam me genuisse mortalem*, dixit ille, *Sciebam patrem meum esse mortalem.* Nec defuit Annius Cornicula qui eum quasi con- 17

senatoriæ dignitatis insignia hæc erant, toga & calceus, sive ut posteriores appellarunt, *campagus*. moris igitur fuit, ut senatores omnesque magistratus non nisi cum dignitatis suæ insignibus imperatori se ostenderent, & ejus conspectui se offerrent. quos autem campagos posterior ætas vocavit, calceos simpliciter vocabant vetustiores Latini. nam etsi calceus generale nomen, de quolibet calciamento; sic proprie tamen dictum est calceamenti genus quo senatores & equester ordo, & reliqui paulo honestiores in urbe utebantur. patricii lunatos eos gestabant, quod erat insigne nobilitatis. qui magistratum curulem cepissent, calceis mullei coloris utebantur. qui triumphabant, puniceos sumebant. hos postea soli imperatores usurparunt, ut & reliqua triumphalia ornamenta. hinc Consules sub imperatoribus, mulleis, aut rubris & puniceis calceis quibus stante republica utebantur, abstinuerunt, quod illi imperatoribus quasi proprii dicati essent: sed pro purpureis aut puniceis, auratos habuerunt. calceus igitur proprius Romanorum fuit, in urbe & in publico usurpari solitus. nam domi depositis calceis, soleas sumebant. extra urbem quoque calceos abdicabant. campagos reticulos appellabat Gallienus. verius igitur campagis reticulis ideo similes visos Gallieno propter lororum & corrigiarum quibus circa crura alligabantur, variam & multiplicem decussatimque volutam implicationem, quæ reticulatum plane opus referret. atque inde etiam nomen reperisse, non verisimile tantum, sed omnino verum est. nam ἀπὸ τῆς καμπῆς, hoc est à flexuris illis & decussationibus corrigiarum, ὁ καμπαξ καμπακος, ἡ τὸ καμπικιον genus illud calceamenti Græcis est appellatum: Latini *campacum* vel *campagum* dixere. *Salmas.*

1. *Matronas ad consilium suum rogavit.*] Vetus editio cum Palat. leg. *Matronas ad consulatum suum rogavit, iisque manum suam osculantibus quaternos aureos nominis sui dedit.* Notum est aureorum argenteorumque nummorum sparsiones olim fieri solitas ab his qui consulatum inibant. hinc ὑπατεῖαι recentioribus Græcis quævis sparsio. Gallienus igitur ad consulatum suum etiam matronas invitavit, nec eas expertes munificentiæ suæ esse voluit, & singulis manum suam osculantibus τὰ ὑπατεῖα nomine quaternos aureos Gallienos dedit. *Idem.*

Matronas ad Consulatum suum rogavit.] Nolui fraudare lectores scriptura Palatina, quæ verissima. *Gruterus.*

2. *Id quod philosophorum optimus d.*] Xenophon. *Casaub.*

3. *Sciebam me genuisse mortalem.*] Sic totum locum legendum puto: *Id quod philosophorum optimus de filio amisso dixisse fertur, Sciebam me genuisse mortalem, de patre ille dixit, Sciebam patrem meum esse mortalem. Nec defuit Annius Cornicula.* Salmas.

constantem principem [1] falso sua voce laudaret. pejor tamen ille qui credidit. Sæpe ad tibicinem processit, ad organum se recepit, quum processui & recessui cani juberet. [2] Lavit ad diem septimò æstate vel sextò; hyeme secundò vel tertiò. Bibit in aureis semper poculis, [3] aspernatus vitrum, dicens nil esse eo communius. Semper vina variavit: neque unquam in uno convivio ex uno vino duo pocula bibit. Concubinæ in ejus tricliniis sæpe accubuerunt. Mensam secundam scurrarum & mimorum semper propè habuit. Quum iret ad hortos nominis sui, omnia palatina officia sequebantur. Ibant & præfecti, [4] & magistri officiorum omnium: [5] adhibebantur [6] & conviviis & cœnationibus. lavabant etiam simul cum principe. [7] Admitteban-

1. *Falsò sua voce laudaret, pejor tamen ille qui credidit.*] Omnia hæc absunt à regio: ubi locus ita conceptus: *qui eum quasi constantem principem diceret.* Casaub.

2. *Lavit ad diem septimò.*] *Ad* pro *per.* Idem.

3. *Aspernatus vitrum, dicens nihil esse eo communius.*] Forte: *Aspernatus vitrum, cum diceret nihil eo esse communius.* Salm.

4. *Et magistri officiorum omnium.*] De magistris officiorum supra diximus. singula officia Palatina habuerunt magistros suos, qui & principes dicebantur. hinc sæpius apud hos auctores videmus magistros & principes simul eos appellari. nec tanquam diversos poni. aliter tamen atque aliter in diversis officiis nominabantur isti principes & magistri. in officio præfecturæ prætorii qui primus erat & princeps illius officii, *primiscrinius* vocabatur. in officio sacrarum largitionum & privatarum, & aliis plerisque, *primicerius*. in scriniis epistolarum, libellorum & memoriæ, *proximus*. in dispositionum scrinio, *comes dispositionum*. nam in tribus illis scriniis epist. libell. & mem. qui primi erant & primum locum inter homines ordinis sui obtinebant, *proximi* dicebantur. eodem plane modo Palatina omnia officia, præter illos singulorum officiorum magistros, unum quemdam generalem magistrum agnoscebant, qui *officiorum magister*, & *princeps officii Palatini*, & sine ulla additione *magister* simpliciter vocabatur. ejus dignitas *magisteria*. per magistros vero officiorum hic intellige singulorum officiorum Palatinorum principes, qui omnes suberant illi quem dixi magistro. *Idem.*

5. *Adhibebantur & conviviis & cœnationibus.*] Legendum: *Adhibebantur & conviviis, & nationibus. lavabant etiam cum principe. nationes* vocat, natationes. natationibus autem utebantur veteres æstate, ut balneis hyeme. *Idem.*

Adhibebantur & conviviis & natationibus lavabant.] Est à libris calamo pictis, quibus adludit quoque Pal. in quo, *& nationibus.* Grut.

6. *Et conviviis & cœnationibus.*] Bis idem dicit sed aliter regius, & aliter Puteani: *& natationibus lavabant simul cum principe.* Casaub.

7. *Admittebantur sæpe etiam mulieres, cum ipso pulchræ & puellæ.*] Legi debet: *Admittebantur sæpe etiam mulieres cum ipso, pulcræ puellæ, & cum illis anus deformes.* Mulieres sæpe etiam cum ipso admissas scribit, hoc est puellas pulcras & anus deformes, jocandi scilicet & ludendi gratia. *Salmas.*

1. *Cum*

tebantur sæpe etiam mulieres, [1] cum ipso pulchræ & puellæ, & cum illis anus deformes, & jocari se dicebat quum orbem terrarum undique perdidisset. Fuit tamen nimiæ 18
crudelitatis in milites: [2] nam & terna millia, & quaterna militum singulis diebus occidit. Statuam sibi majorem colosso fieri præcepit Solis habitu, sed ea imperfecta periit. Tam magna denique cœperat fieri, ut duplex ad colossum videretur. Poni autem illam voluerat in summo Æsquiliarum monte, [3] ita ut hastam teneret, [4] per cujus caput infans ad summum posset ascendere. Sed Claudio & Aureliano deinceps stulta res visa est, siquidem etiam equos & currum fieri jusserat pro qualitate statuæ, [5] atque in acutissima base poni. Porticum Flaminiam [6] usque [7] ad pontem Milvium & ipse paraverat ducere, ita [8] ut tetrastiche fieret, ut autem alii dicunt, pentastiche: ita ut primus ordo pilas haberet, & ante se columnas cum statuis, secundus & tertius, & deinceps ἀνὰ πεντάφυρον columnas. Longum est ejus cuncta in literas mittere. [9] quæ qui volet scire,

1. *Cum ipso pulcræ puellæ; cum illis anus, &c.*] Sic Pal. excluso copula &, quæ in vulgatis. *Grut.*

2. *Nam & terna millia & quaterna militum singulis diebus occidit.*] Id est uno die. non enim quotidie id factum: sed aliquando tamen accidit, ut plura millia militum die uno trucidaret. Exemplum superius in clade Byzantina. *Casaub.*

3. *Ita ut hastam teneret, per cujus caput infans ad summum posset ascendere.*] Caput intellige statuæ, non hastæ. hoc dicit, si rectè capio, vægrandem hanc statuam non solidam, sed cavam ab interiore parte fuisse: ita ut pateret puero via sursum tendenti ad summum usque caput: unde per os emissus, hastam quæ tenebatur erecta, conscendebat quàm longa illa erat. rem ridiculam sanè & nugatoriam. Sed Josephus Scaliger monuit me legendum esse, *per cujus scapum inf.* quæ verissima lectio est. quid sit columnæ scapus, sciunt qui legerunt Vitruvium. *Idem.*

4. *Per cujus caput infans.*] Nihil verius emendatione Scaligerana, *per cujus scapum.* Grut.

5. *Atque in acutissima base poni.*] Pallat. *actissima.* nos legimus, *auctissima. auctissimam basim* dixit, amplissimam. sic, *auctiores opes* Florus, ampliores & majores. *Salmas.*

6. *Usque ad pontem Milvium.*] In libris, *Mulvius.* Idem.

7. *Ad pontem Milvium.*] Pal. *Molvium.* scilicet scribendum *Mulvium.* Grut.

8. *Ut tetrastiche fieret.*] Scribendum *ut tetrastichæ fierent, & pentastichæ. fierent* autem, non *fieret. tetrastichæ* sunt τετράστιχοι, quattuor scilicet ordines columnarum, vel columniæ quaternis ordinibus positæ. sic & πεντάστιχοι, quini ordines columnarum. στίχον & στοῖχον Græci dicunt, pro eodem. *ante se*, pro ante: ut *contrasti*, pro contra. *Salmas.*

9. *Quæ qui volet scire legat Palfurium Suram.*]

re, legat Palfurium Suram, qui Ephemeridas ejus vitæ composuit. Nos ad Saloninum revertamur.

DE SALONINO GALLIENO.

1 SALONINUS hic Gallieni filius fuit, nepos Valeriani, [2] de quo [3] nihil est quod dignum in literas mittatur, nisi quòd nobiliter natus, educatus regiè, occisus deinde non sua sed patris causa. De hujus nomine magna est ambiguitas. Nam multi eum GALLIENUM, [4] multi SALONINUM in historiis prodiderunt. [5] Et qui Saloninum, idcirco quòd apud Salonas natus esset, cognominatum ferunt: qui autem Gallienum, patris nomine cognominatum, & avi Gallieni summi quondam in Repub. viri. Fuit denique hactenus statua in pede montis Romulei, hoc est ante Sacram viam, intra templum Faustinæ advecta ad arcum Fabianum, [6] quæ haberet inscriptum, [7] GALLIENO minori, Salonino additum: ex quo

Suram.] *Calpiurinum* habet princeps editio. ex qua scriptura posset fieri: *Calfurnium* vel *Calpurnium*. Idem.

1. DE SALONINO GALLIENO.] Delendus hic titulus & reponendum ejus loco: SALONINVS GALLIENVS. *Hic Gallieni filius fuit, nepos Valeriani.* Idem.

2. *De quo nihil est quod dignum in litteras mittatur.*] Scribe: *Nihil est dignum quod in litteras mittatur.* Idem.

De quo nihil est quod dignum in litteras, &c.] Pal. *de quo quippe nihil est dignum.* tamquam si quid periisset ante illud *quippe*. Grut.

3. *Nihil est quod dignum in literas mittatur.*] Melius *Nihil dignum quod in literas mittatur.* Casaub.

4. *Multi Saloninum in historiis prodiderunt.*] Melius membranæ Palatinæ: *multi Saloninum historiæ prodiderunt.* atque ita etiam editio vetus. *Salmas.*

5. *Et qui Saloninum idcirco quòd apud Salonas natus esset cognominatum ferunt.*] Paullò pòst aliam causam allaturus est, de matris nomine, quæ dicta est Cornelia Salonina Pipara, sive Pipa. quod magis probo. nam Gallienus hanc sive conjugem sive pellicem suam insano amore deperiit: ut scribunt ambo Victores. *Casaub.*

6. *Quæ haberet inscriptum,* GALLIENO *minori Salonino additum.*] Scripti omnes, IVNIORI non *minori*. ante *Salonino*, deesse copula videtur. pro *additum* membranæ, *addit.* scribo, SALONINO *addito*. Idem.

Quæ haberet inscriptum Gallieno minori, Salonino additum.] Lege & distingue: *Quæ haberet inscriptam*, GALLIENO IVNIORI, SALONINO *additam. inscripta* pro *inscriptio*. ut supra *consulta* pro *consultio*. hoc est, quæ illam inscriptionem GALLIENO IVNIORI, haberet additam nomini SALONINO. hoc modo: SALONINO GALLIENO IVNIORI. *Salmas.*

7. *Gallieno juniori, &c.*] Sic cum aliis mss. Palat. editi enim *minori*. Grut.

1. *Quia*

quo ejus nomen intelligi poterit. Transisse decennium imperium Gallieni satis clarum est: quod idcirco addidi [1] quia multi eum imperii sui primo anno periisse dixerunt. [2] fuisse autem & alias rebelliones sub eodem [3] de quibus proprio dicemus loco. [4] Siquidem placuit triginta tyrannos uno volumine includere, idcirco quòd nec multa de his dici possunt & in Gallieni vita pleraque jam dicta sunt. Et hæc quidem de Gallieno hoc interim libro dixisse sufficiat. Nam [5] & multa jam in Valeriani vita: [6] in libro qui *De triginta tyrannis* inscribendus est, jam loquemur quæ iterari ac sæpiùs dici minùs utile videbatur. Huc accedit quòd quædam etiam studiosè prætermisi, ne ejus posteri multis rebus editis læderentur. [7] Scis enim ipse quales homines cum iis qui aliqua de majoribus eorum scripserint, quantum gerant bellum: [8] nec ignota esse arbitror quæ dixit M. Tullius in Hortensio quem ad exemplum Protreptici scripsit. Unum ponam tamen quod jucunditatem quandam, sed vulgarem habuit, morem tamen novum fecit. Nam quum cingula sua plerique militantium qui 2

1. *Quia multi eum imperii sui primo anno periisse dixerunt.*] Scribendum ex historiæ fide: *Quod idcirco addidi quia multi eum imperii sui anno nono periisse dixerunt.* de qua lectione non potest dubitari. Aurelius Victor Scotthi: *Huic novem annorum potentia fuit.* Quem sequitur Eutropius: *Gallienus interea fraude Aureoli ducis sui cum fratre Valeriano occisus est imperii anno nono.* Salmas.

2. *Fuisse autem & alias rebelliones.*] Vetus: *& alios rebelliones.* quod verum est. *rebelliones* pro *rebellibus.* Glossæ: *rebellio, ἀπόστασις, ἀπόστασις. Idem.*

3. *De quibus proprio dicemus loco.*] Dele illa *de quibus*, postulante sententia, jubentibus manu exaratis. *Casaub.*

4. *Siquidem placuit triginta Tyrannos uno volumine includere.*] Pal. *viginti tyrannos.* ut supra. vide quæ ibi notavimus: nam si patrem & filium imperatores unius imperatoris vice accipimus, viginti tantum Tyrannos habebimus. *triginta* tamen retinemus, his de causis quæ in aperto sunt. *Salmas.*

5. *Et multa jam in Valeriani vita, &c.*] Cum sequatur statim iterum vocula *jam*, vel ibi tollenda venit, vel sanè hèic. *Grut.*

6. *In libro qui D.*] Scrib. *Et in libro qui.* Casaub.

7. *Scis enim ipse quales homines, &c.*] Non *quales*, sed *tales* exigit sententia. *Idem.*

Scis enim quales homines, &c.] Præstiterat scripsisse; *Scis enim quale quantumque homines cum his, &c.* nisi forte fuit, *tales homines*, ut placebat Casaubono nostro. *Grut.*

8. *Nec ignota esse arbitror quæ dixit M. Tullius in Hortensio, &c.*] Huc refero verba ista ex libro quæ descripsit Nonius: *Qui cùm publicas injurias lentè tulisset, suam non tulit.* Casaub.

qui ad convivium venerant, ponerent hora convivii, Saloninus puer, sive Gallienus, [1] his auratos constellatosque balteos rapuisse perhibetur: & quum esset difficile in aula palatina requirere quod periisset, [2] ac taciti militares viri detrimenti pertulissent, postea rogati ad convivium cincti accubuerunt. [3] Quumque ab his quæreretur cur non solverent cingulum, [4] respondisse dicuntur, Salonino deferimus. Atque hinc tractum morem ut deinceps cum imperatore cincti discumberent. [5] Negare non possum, aliunde plerisque videri hujus rei ortum esse morem. [6] Dicunt enim

1. *His auratos constellatosque balteos rapuisse perhibetur.*] *Stellatos* malim quam *constellatos*. stellatum auro, argento, gemmis, Latini vocant quidquid illis rebus decoratum distinctumque est & cælatum. Virgilius:

——*stellatus jaspide fulva*
Ensis erat.

Palat. *costilatos*, quod forte scriptum pro *postilatos* vel *postulatos*, hoc est *pustulis* vel bullis argenteis distinctos. pustula de argento optimo dicebatur. unde & pustulatum argentum. *pustulas* etiam pro bullis Latini dicunt, & *pustulatum* pro bullatum. vel lege *costulatos*, id est, regulis quibusdam & virgis argenteis in modum costarum positis & ordinatis distinctos. *Salmas.*

2. *Ac taciti militares viri detrimenta pertulissent.*] Prima editio: *Ac taciti ex militibus viri detrimenta pertulissent. ex militibus viri*, sunt militares viri. ut *ex consulibus viri*, sunt viri consulares. *Idem.*

3. *Cumque ab his quæreretur cur non solverent cingulum, &c.*] Respiciunt isti hac responsione sua ad morem veterem: ut omnes magistratus & quicunque jus gestandi gladii haberent, nonnisi accincti & cum omnibus suæ dignitatis aut loci insignibus, in conspectum principis venirent *Casaub.*

4. *Respondisse dicuntur, Salonino deferimus.*] Ambiguum hoc militarium virorum responsum. duplicem enim sensum potest habere: aut Salonini honori se hoc tribuere, aut ejus causa hoc facere, ut baltheos non deponerent, ne iterum ab ipso rapetentur, hoc responso voluerunt intelligi milites isti. sed magis verum est, illos sic intellexisse, ne iterum perderent baltheos suos, quos prius rapuerat Saloninus, Salonini causa se facere, ne eos dimitterent. *Salmas.*

5. *Negare non possum aliunde plerisque videri hujus rei ortum esse morem.*] Sciendum ita cinctos cum imperatore cenasse milites, ut reliquos omnes qui milites non erant, togatos cænare oportebat. privatis enim conviviis & suis nunquam togati accumbebant Romani, sed in domesticis vestibus & cænatoriis cænabant. togam enim domi non gestabant. ad imperatoriam vero cænam cum rogati veniebant, togati, ut diximus, discumbebant. sed & ad ipsum salutandum togati mane veniebant. nec aliter licitum erat. par igitur atque eadem est ratio, qua milites cincti cum imperatore cænabant, & qua togatam militiam sequuti, cum toga. *Idem.*

6. *Dicunt enim militare prandium, quod dictum est prandium ab eo quod milites ad bellum parent.*] Lege, *Quod dictum est quasi parandium ab eo quod milites ad bellum paret. prandium* igitur quasi *parandium*, quod paret milites ad pugnam. nam ante pugnam sumebatur. *Idem.*

1. Mili-

enim [1] militare prandium ([2] quod dictum est prandium ab eo quòd ad bellum milites paret) à cinctis initum: [3] cui rei argumentum est quòd à discinctis etiam cum imperatore cœnatur. Quæ idcirco posui, quia digna & memoratu videbantur & cognitu. Nunc transeamus ad triginta 3 tyrannos, qui Gallieni temporibus contemptu mali principis extiterunt. De quibus breviter & pauca dicenda sunt. Neque enim digni sunt eorum plerique ut volumen talium hominum saltem nominibus occuparetur: quamvis eorum aliqui non parum in se virtutis habuisse videantur, multum etiam reipublicæ profuisse. Tam variæ item opiniones sunt de Salonini nomine, [4] ut, qui se verius putant dicere, [5] à matre sua Salonina appellatum esse dicant, [6] quam

1. *Militare prandium.*] Imperatores soliti suos duces frugaliore mensa excipere, quæ *militare prandium* dicebatur, vel *mensa militaris*. Casaub.

2. (*Quod dictum est prandium ab eo quòd ad bellum milites paret.*)] Fere Romani quoties aliquem invitarent, ad cœnam non ad prandium vocabant, ut ex antiquorum lectione notissimum est. at imperator non ad cœnam, sed ad prandium solitus duces suos invitare: idque appellatum est *militare prandium*. ad eas epulas conveniebant militares viri accincti gladiis, & ita discumbebant: nimirum servato in aula disciplinæ militaris more, cujus in castris præcipuus usus. Quærit hic Trebellius unde mos sit ortus discumbendi eò loci cum gladiis. & non solum notationem vocis *prandium* indicat, à verbo paro; unde & Isidorus ducit, sed aliter: verùm etiam causam docet cur istæ dapes sint appellatæ *militare prandium*. Idem.

Quod dictum est prandium.] Palatinus *parandium*. Grut.

3. *Cui rei argumentum est, quòd à discinctis etiam cum imperatore cœnatur.*] Si verum esset cepisse duces cum gladiis discumbere in convivio principali, occasione Salonini, aut reverentiæ in principem gratiâ; semper id servaretur, quoties aliquis vir militaris imperatoriis epulis interesset. atqui, ait Trebellius, non ita fit: nam ad cœnam vocatos, etiam discinctos accumbere, nulla est invidia. cur aliter fit in militari prandio? hæc ratio firmissima est. *Casaub.*

Cui rei argumentum est quòd à discinctis cum imperatore cœnatur.] Legendum: *Cui rei argumentum est quod ab iis cinctis etiam cum imperatore cœnatur. ab his cinctis*, id est, à militibus cinctis. tractat de origine ejus moris, quo cincti milites cum imperatore discumbebant. nam etsi ad imperatoriam cœnam rogati, non militariter cœdent, nec militare prandium capiant, ut à prandio pugnam incant, tamen ad illum morem respicientes, quo cincti solent prandium militare ittire, etiam tum cum in imperatoris convivio cœnant, cincti discumbunt. *Salmas.*

4. *Ut qui se verius putant dicere.*] *Ut qui se verius putet dicere, à matre sua Salonina appellatum esse dicat.* Pal. *Idem.*

Ut qui se verius putant dicere.] Pal. *putet.* qui tamen deinde non agnoscit vocem *dicant*. Grut.

5. *A matre sua Salonina.*] Cornelia Salonina, ut in nummis Græcis Latinisque. *Casaub.*

6. *Quam*

[1] quam is perditè dilexerit, [2] Piparam nomine, Barbaram regis filiam. [3] Gallienus cum suis semper flavum crinem condidit. De annis autem Gallieni & Valeriani ad imperium pertinentibus adeò incerta traduntur, [4] ut [5] quum xv. annos eosdem imperasse constet, id est Gallienum usque ad quintumdecimum pervenisse, Valerianus verò sexto sit captus, alii IX. annis, alii decem etiam Gallienum imperasse in literas mittant: quum constet & decennalia Romæ ab eodem celebrata, & post decennalia Gothos ab eo victos, cum Odenato pacem factam, cum Aureolo initam esse concordiam: pugnatum contra Posthumium,

1. *Quàm is perditè dilexerit.*] *Is*, hoc est, Gallienus, Salonini pater. *Idem.*

Quam is perdite dilexerit.] Pal. *quam is perdite dilegit. dilegit* pro *dilexit:* ut *neglegit* pro *neglexit.* Salmas.

Quam is perditè dilexit.] Cùm supra exsulet, ut indicavi, vox *dicant*, & habeat heic Palatinus, *perdite dilexit*; illudque *is* commodè referri possit ad Gallienum patrem Salonini, cujus proximâ periodo nulla mentio; ferè suspicor aliquot excidisse verba, locumque mancum. *Grut.*

2. *Piparam nomine Barbaram, regis filiam.*] *Pipam* Victor uterque nominat, filiam Attali Germanorum regis, Aurelius Victor Schotti: alter Marcomannorum. *Casaub.*

Piparam nomine barbaram regis filiam.] Omnino scribendum: *Piparam nomine barbarorum regis filiam:* vel *barbari regis filiam.* Salmas.

3. *Gallienus cum suis semper flavum crinem condidit.*] Id vult quod suprà jam dixit: *crinibus suis auri scobem asperfit.* lectio veterum, *Gallienus cum cujus flavo crine condit.* Casaub.

Gallienus cum suis semper flavum crinem condidit.] Paulo ante aliis verbis sic expressit: *Crinibus suis auri scobem asperfit.* Legendum igitur hoc loco: *Gallienus cum suis semper flavo crinem condiit. condit* in membranis scriptum erat *condiit.* ut *perit* pro *periit*, *flavum* autem eleganter aurum appellat. *flavo* igitur *crinem condire*, est auro aspergere, & aureis ramentis illinere. *Salmas.*

Gallienus cum suis semper flavum crinem condidit.] Forsan etiam ante isthæc quædam desiderantur. nam Pal. sic ea concepit: *Gallienus cum suis semper flavo crine condit.* Grut.

4. *Ut quum xv. annos eosdem imperasse constet, id est Gallienum usque ad quintum decimum pervenisse.*] Forte scribendum: *Id est Gallienus usque ad quintumdecimum annum pervenerit, Valerianus vero sexto sit captus.* Sequitur, *Alii novem annis, decem alii etiam Gallienum imperasse in literas mittant.* Hoc unum pertendit Trebellius hoc loco, quod & ante tetigit, Gallieni imperium decennium transisse, adversus eorum sententiam, qui novem annis, aut decem etiam eum tantum imperasse asseverabant. constat, inquit, inter omnes, Valerianum & Gallienum quindecim annos regnasse. hoc si verum est, necesse est ad quintumdecimum annum pervenisse Gallienum. pater autem Valerianus sexto anno imperii captus est. sic Gallienus sex annos cum patre imperarit, novem annos solus, post patris captivitatem. toti igitur quindecim anni ejus imperii fuere. *Salmas.*

5. *Cùm xv. annos eosdem imperasse constet.*] Verè constat, & certò quidem, vel ex lib. Porphyrii de Plotini vita. *Cas.*

1. Nam

mium, contra Lollianum, multa etiam ab eo gesta quæ ad virtutem, plura tamen quæ ad dedecus pertinebant.[1] Nam & semper noctibus popinas dicitur frequentasse, & cum lenonibus, ac etiam mimis scurrisque vixisse.

1. *Nam & semper noctibus popinas dicitur.*] Ammianus libro XIV. Similia his narrantur de Caligula, Nerone, &c. *Idem.*

TREBELLII POLLIONIS TRIGINTA TYRANNI.

SCriptis jam pluribus libris,[4] non historico nec 1
disserto, sed pedestri eloquio,[4] ad eam temporum

1. TREBELLII POLLIONIS XXX. TYRANNI.] Et hunc librum quædam exemplaria Julio Capitolino tribuunt. cuicunque istum adscripseris, eidem necessario & superiorem oportet adscribas; & sequentem quoque de Claudio: nam illarum vitarum auctor librum sibi de XXX. tyrannis vindicat. Titulus hic non est communis omnibus historicis qui eadem ista tempora descripserunt, sed proprius Trebellii Pollionis: qui vel ἀπεριλλήπτως & rotundandi numeri studio, vel quòd respiceret ad triginta Athenienſium tyrannos, huic suo libro quem de tyrannis scribebat, quos Valeriano & Gallieno imperantibus passa est Respubl. eum titulum præfixit. Atqui Pollione ipso teste, qui per duorum illorum principum tempora rebellarunt, non XXX. verùm XXVII. solùm fuerunt. sed adjecit istis auctor duas feminas, quæ Gallieno principe celsum imperium tenuerunt, Zenobiam ac Victoriam. & ne quid omnino deesset ei numero quem titulus promittebat, planè, quod Aristoteles & Strabo dicere solent, δηλόσιν τῇ ὑστερήσει, unum alieni temporis tyrannum adjicere est coactus: is est Valens superior, ut ipse appellat, qui sub Deciis rebellavit. *Casaub.*

TREBELLII POLLIONIS.] Non dubitaremus hunc triginta Tyrannorum libellum Capitolino ascribere, nisi testimonio Vopisci sciremus, hujus germanum esse authorem Trebellium Pollionem. *Salmas.*

2. TRIGINTA TYRANNOS.] In Gallieni vita, non *triginta Tyrannos*, sed *triginta prope Tyrannos* posuit *Tyrannos* autem vocarunt rebelles duces, qui sola eorum quibus præerant auctoritate & consensu imperium sumebant, quos posterior ætas, *intartas* vocavit. inde verbum, *intartizare*. ne quis vero putet barbaram esse vocem, pura pura Græca est. nam *intarta* est ἀνάρτησις. & *intartizare*, ἀναρτίζειν. *Intarta* igitur pro *intarta* ἀνάρτητον autem Græci dixerunt rebellionem & tyrannum, vel apostatam, καὶ ἀνάρτητος, quod est contra surgere. cui contrarium est συναίρετος. Glossæ: ἀνταίρης, *rebellis, perduellis.* ἀνάρσεια, *rebellatio.* hinc ἀνάρμος, bellum ab intarta excitatum. *Idem.*

3. *Scripsit jam pluribus libris, &c.*] Orsus historiam erat à Philippo, ut antè diximus; quare non potuit multos admodum libros scripsisse ad hæc usque tempora. sed videtur alia opera scripsisse. *Casaub.*

4. *Non historico nec disserto, sed pedestri eloquio.*] Negat Pollio historiam se scribere, sed sermones pedestres. Sic &

rum veniemus seriem in qua per annos quibus Gallienus & Valerianus Rempubl. tenuerunt, triginta tyranni occupato Valeriano magnis belli Persici necessitatibus, extiterunt, quum Gallienum non solùm viri, sed etiam mulieres contemptui haberent, ut suis locis probabitur. Sed quoniam tanta obscuritas eorum hominum fuit qui ex diversis orbis partibus ad imperium convolabant, ut non multa de his vel dici possint à doctioribus, vel requiri: deinde ab omnibus historicis qui Græcè ac Latinè scripserunt, [1] ita nonnulli prætereantur, ut eorum nec nomina frequententur: postremò quum tam variè à plerisque super his nonnulla sint prodita: in unum eos libellum contuli, & quidem brevem, [2] maximè quum vel in Valeriani, vel in Gallieni vita pleraque de his dicta, [3] nec repetenda tamen satis constet.

[1] DE

Flavius Vopiscus; cujus sunt verba in Probo: *Longiùs amore imperatoris optimi progredior, quàm pedestris sermo desiderat.* Ergò pedestris sermo sive in versu, sive in prosa oratione, sublimi opponitur, ut apud Horatium non semel. *Idem.*

Non historico nec diserto sed pedestri eloquio.] *Alloquio* retinent meliores libri. & sane *adloquium pedestre*, sermonem vocat pedestrem, humilem & vulgarem, cui opponitur ἡ λοιπὴ λέξις καὶ κατηγλισμένη. at *eloquium* aliud est. nonnenim simpliciter sermonem significat, sed τὸ καλὸν λόγον. opponitur heic historicus & disertus sermo, pedestri & humili, quem Græci χαμαιπετῆ vocant, & χυδαῖον. *Salmas.*

* *Ad eam temporum veniemus seriem.*] Scribe: *in eam temporum venimus seriem.* Idem.

1. *Ita nonnulli prætereantur, ut eorum nec nomina frequententur.*] Scrib. *ita nonnulli prætereantur, ut nec eorum nomina frequententur.* vel: *ut eorum nomina nec frequententur.* vel, *minus frequententur.* Idem.

2. *Maximè quum vel in Valeriani vel in Gallieni vita pleraque de his dicta.*] Non sane in ea quæ ad nos pervenit. cum enim sex annos imperarit Valerianus, & sexto imperii anno captus sit: quomodo ad imperium venerit, quid ante, quid post gesserit, totis illis sex annis ante captivitatem, ex illa ejus vita non docemur. inde apparet ejus libelli finem nos tantum habere. *Idem.*

3. *Nec repetenda tamen satis constet.*] Dele *tamen*: nisi velis superfluè additum ut sæpe. *Casaub.*

1. DE

DE CYRIADE, I.

[1]Hic patrem Cyriadem fugiens, dives & nobilis, [2]quum luxuria sua & moribus perditis sanctum senem gravaret, direpta magna parte auri, argenti etiam infinito pondere, Persas petiit: atque inde Sapori regi conjunctus atque sociatus, quum hortator belli Romanis inferendi fuisset, [3]Odenatum primùm, deinde Saporem ad Romanum solum traxit: [4]Antiochia etiam capta & Cæsarea, Cæsarianum nomen accepit. Atque inde vocatus Augustus, [5]quum omnem Orientem vel virium vel audaciæ terrore quateret, patrem verò interemisset (quod alii historici negant factum) ipse per insidias suorum, quum Vale-

1. DE CYRIADE, *&c.*] Nusquam invenio vel nomen istius. quidam codices Chiriadem vocant: ut Robertus de Porta. emersit circa annum U. C. CIↃXI. Coss. Fusco & Basso. quod ex eo colligitur, quia ait Pollio occisum, quo tempore ad bellum Persicum Valerianus veniret. *Idem.*

DE CYRIADE.] Mutandi sunt toto hoc libello tituli. cum enim unus sit libellus, non plures, quo triginta Tyrannos est complexus. Pollio, nuda tyrannorum nomina debent adponi hoc modo: CYRIADES. *hic patrem fugiens.* POSTVMVS. *hic vir in bello fortissimus.* LOLLIANVS. *hujus rebellione in Gallia Postumus.* & ita deinceps. non enim tituli vice hæc nomina adponuntur, sed continuandi gratia, ut nomine posito, uno eodemque tenore, vitam ejus cujus nomen esset præfixum, connecterent. *Salmas.*

2. *Hic patrem Cyriadem fugiens.*] Ita etiam nomen istud perscribitur in membranis Pal. *Grut.*

3. *Odenatum primum, deinde Saporem ad Romanum solum traxit.*] Palat. *Odomastem* legit. verisimile est; Odomastem fuisse ducem aliquem aut satrapem Saporis regis, qui in solum Romanum incursionem, & impetum fecerit, hortatu hujus Cyriadis. quod omnino verum esse puto. *Salmas.*

Odenatum primùm.] Pal. *Odomastem.* Grut.

4. *Antiochia etiam capta & Cæsarea, Cæsarianum nomen accepit.*] Fuit quum legerem: *Antiochia etiam capta, & Carris Cæsareanum nomen accepit.* Cujus emendationis me nondum pœnitet. Carræ tunc erant Romanorum; ut & Antiochia. Supra in vita Alexandri: *Antiochiam recepit, & Carras & Nisibim, quæ omnia sub Persarum imperio erant.* Antiochiam igitur, & Carras hic Cyriades Sapori conjunctus & sociatus cum cepisset, Cæsarianum nomen accepit, hoc est, Cæsar dictus est. Antiochia urbs Mesopotamiæ, ut & Carræ. eas urbes postea recepit Odenatus. aut delendum illud *Cæsarea*, aut mutandum in *Carris*. magis censeo ut deleatur. *Salmas.*

5. *Quum omnem Orientem vel virium audacia vel terrore quateret.*] Inepta lectio omnino scribendum: *quum omnem Orientem vel virium, vel audaciæ terrore quateret.* id est, quum Orientem viribus, & audacia perterrefaceret. *vel virium, vel audaciæ terrore*, pro, & virium & audaciæ terrore. *Idem.*

1. *Quod*

Valerianus jam ad bellum Persicum veniret, occisus est. Neque plus de hoc historiæ quicquam mandatum est [1]quod dignum memoria esse videatur. [2]quem clarum, perfugium & parricidium, [3]& aspera tyrannis & summa luxuries literis dederunt.

[4]DE [5]POSTHUMIO, II.

[3]Hic vir in bello fortissimus, in pace constantissimus, in omni vita gravis, usque adeò ut Saloninum filium suum eidem Gallienus[6] in Gallia positum crederet, quasi custodi vitæ, & morum & actuum imperialium institutori. Sed, quantum plerique asserunt, ([7]quod ejus non convenit moribus) postea fidem fregit, & occiso Salonino sumpsit imperium. Ut autem verius plerique tradiderunt, quum Galli vehementissimè Gallienum odissent, puerum autem apud se imperare ferre non possent, eum qui commissum regebat imperium, imperatorem appellarunt, missisque militibus adolescentem interfecerunt. Quo interfecto ab omni exercitu & ab omnibus Gallis, Posthumius gratanter acceptus talem se præbuit [8]per annos

1. *Quod dignum memoria esse videatur.*] *Quod dignum, memoratu esse videatur.* Idem.

2. *Quem clarum perfugium, &c.*] Dum patris censuram fugit, ad Saporem Persam transfugerat, ut initiò dictum. *Casaub.*

3. *Et aspera tyrannis & summa luxuries literis dederunt.*] Legendum ex Pal. *ex summa luxuria.* nam summa hujus luxuria fecit, ut patrem fugeret, cui perditi filii mores displicebant; vel ut quidam volunt, etiam occideret: ut ad Saporem confugeret: ut imperium ragium iret denique. *Salmas.*

4. DE POSTHUMIO II. *&c.*] Non servat ordinem temporum: nam Cyriadi subjungi debuerat Ingenuus, qui octavus recensetur: & item alii post istum. Atque hoc semel dictum esto. *Casaub.*

DE POSTUMIO.] Sic fere semper suprà scripsit Pal. hoc verò perpetuò exaravit *Postumum*, non *Postumium*. Grut.

5. POSTHUMUS. *Hic vir in bello fortissimus.*] Ita omnes libri. *Salmas.*

6. *In Gallia positum crederet, quasi custodi vitæ.*] Zosimus creditum ait non hunc, sed Silvano. Sed de Postumio & ei commisso principe, habes certum testimonium in ipsius Valeriani patris epistola ad Antoninum Gallum consulem. vide infrà in Aureliano. *Casaub.*

7. *Quod ejus non convenit moribus.*] Non magnum argumentum innocentiæ: nam multos moribus alioquin bonis ad scelera compulit dira ambitio. *Idem.*

8. *Per annos septem.*] Idem numerus libro superiore. Eutropius tamen ait decem. *Idem.*

1. Ut

nos septem, [1] ut Gallias instauraverit, quum Gallienus luxuriæ & popinis vacaret, & amore Barbaræ mulieris conseneſceret. [2] Gestum est tamen à Gallieno contra hunc bellum tunc quum sagitta Gallienus est vulneratus. Siquidem nimius amor erga Posthumium omnium erat [3] in Gallica gente populorum, quòd submotis omnibus Germanicis gentibus, Romanum in pristinam securitatem revocasset imperium. Sed quum se gravissimè regeret, more illo quo Galli novarum rerum semper sunt cupidi, Lolliano agente, interemptus est. Siquis sanè Posthumii meritum requirit, judicium de eo Valeriani ex hac epistola quam ille ad Gallos misit, intelliget; [4] *Transrhenani limitis ducem, & Galliæ præsidem Posthumium fecimus, virum dignissimum severitate Gallorum. præsente quo non miles in castris, non jura in foro, non in tribunalibus lites, non in Curia dignitas pereat: qui unicuique proprium & suum servet. Virum quem ego præ cæteris stupeo,* [5] *& qui locum principis mereatur jure: de quo spero quòd mihi gratias agetis. Quòd si me fefellerit opinio quam de illo habeo, sciatis nusquam gentium reperiri qui possit penitus approbari. Hujus filio Posthumio nomine, tribunatum Vocontiorum dedi, adolescenti, qui se dignum patris moribus reddet.*

DE POSTHUMIO JUNIORE, III.

DE hoc propè nihil est quod dicatur, nisi quòd à patre appellatus est Cæsar, ac deinceps in ejus honore Augustus 4.

1. *Ut Gallias instauraverit.*] Hinc in ejus nummo, quem descripserunt eruditi viri, RESTITVTORI GALLIAE. *Salmas.*

2. *Gestum est tamen, &c.*] Scribe *autem*, ut in antiquis. *Casaub.*

Gestum est autem, &c.] Sequutus sum exemplaria aliorum. nam noster adhæresit vulgatis, in quibus, *Gestum est tamen.* Grut.

3. *In Gallica gente populorum.*] Totum locum sic scripserim: *Siquidem nimius amor erga Posthumum, omnium erat in Gallicanorum mente populorum.* cui *gente* placebit retinere, id illi per me facere liceto. *Salmas.*

4. *Transrhenani limitis ducem.*] Pal. *militis.* perperam. meminit etiam infra *limitis transrhenani*, in Taciti vita Vopiscus. *Idem.*

5. *Et qui locum principis, &c.*] Forte: *locum principem.* ita enim apud Tacitum & alios frequentius ponitur. vel *locus principis*, pro dignitate principis. *Idem.*

gustus cum patre dicitur interemptus, quum Lollianus in locum Posthumii subrogatus, delatum sibi à Gallis sumpsisset imperium. Fuit autem (quod solum memoratu dignum est) ita in declamationibus disertus, ut ejus controversiæ Quintiliano dicantur insertæ, quem declamatorem Romani generis acutissimum, vel unius capitis lectio prima statim fronte demonstrat.

DE LOLLIANO, IIII.

5 HUjus rebellione in Gallia Posthumius, vir omnium fortissimus, interemptus est, [1] quum jam nutante Gallieni luxuria in veterem statum [2] Romanum reformasset imperium. [3] Fuit quidem etiam fortissimus, sed rebellionis intuitu minorem apud Gallos autoritatem [4] de suis viribus tenuit. Interemptus autem est [5] à Victorino [6] Victorinæ vel Victoriæ filio, quæ postea MATER CASTRORUM appellata est, & Augustæ nomine affecta, quum ipsa per se fugiens tanti ponderis molem, primùm in Marium, deinde in Tetricum atque ejus filium contulisset imperia. Et Lollianus quidem nonnihilum Reipub. profuit. Nam plerasque Galliæ civitates, [7] nonnulla etiam castra

1. *Cùm jam nutante Gallieni luxuria, &c.*] Legendum, *cùm jam nutans Gallieni luxuriâ, in v. st. R. reformasset imperium.* Casaub.

Quum jam nutante Gallieni luxuria in veterem statum, &c.] Nemo non videt esse legendum: *Quum jam nutans è Gallieni luxuria in veterem statum Romanum reformasset imperium.* sic initio vitæ Gallieni, *nutantem remp.* dixit. *Salmas.*

Cùm jam nutante Gallieni luxuria.] Sic quoque Pal. sed proculdubio reponendum, *nutans.* Grut.

2. *Romanum reformasset imperium.*] Pal. *formasset.* fortè *firmasset*; quod magis convenit illi *nutanti.* Idem.

3. *Fuit quidem etiam fortasse.*] Melius scripti, *F. q. & iste fortiss.* Casaub.

Fuit quidem etiam iste fortissimus.] Vox *iste* est à Palat. & aliis mss. *Gruterus.*

4. *De suis viribus.*] Scripti, *de ejus viribus.* mira locutio. *Casaub.*

5. *A Victorino Victorinæ vel Victoriæ filio.*] *Victruviæ vel Victorinæ.* Palatinus, & ita ubique. *Salmas.*

6. *Victorinæ vel Victoriæ filio.*] Pal. *Victruviæ filio, vel Victoriæ.* Grut.

7. *Nonnulla etiam castra quæ Postumus.*] Ita lege: *Nam plerasque Galliæ civitates, nonnulla etiam castra, quæ Postumus per septem annos in solo barbarico ædificaverat, & Postumo interfecto subitâ irruptione Germanorum direpta fuerant, & incensa, statum in veterem reformavit.* Salmas.

1. In

castra quæ Posthumius per septem annos in solo Barbarico ædificaverat, quæque interfecto Posthumio subita irruptione Germanorum & direpta fuerant & incensa in statum veterem reformavit: deinde à suis militibus, quòd in labore nimius esset, occisus est. [1] Ita Gallieno perdente Rempubl. in Gallia primùm Posthumius, deinde Lollianus, [2] Victorinus deinceps, postremò Tetricus (nam de Mario nihil dicimus) [3] assertores Romani nominis extiterunt: quos omnes datos divinitus credo, [4] ne quum illa pestis inaudita luxuria [5] impediretur, in aliis possidendi Romanum solum Germanis daretur facultas: [6] qui si eo genere tunc evasissent quo Gotthi & Persæ, consentientibus in Romano solo gentibus, venerabile hoc Romani nominis finitum esset imperium. [7] Lolliani autem vita in multis obscura est, ut ipsius Posthumii, [8] sed pri-

1. *In Gallieno prod.*] *Ita Gall.* Casaubonus.

2. *Victorianus.*] Scrib. *Victorinus.* omittit Ælianum, de quo ex Victore Onuphrius. Sed Ælianus Victori eo loco est qui Pollioni & aliis *Lollianus.* Idem.

Victorinus deinceps.] Ita etiam Pal. non *Victorianus.* Grut.

3. *Affectatores Romani nominis.*] Optime legunt membranæ: *Ita Gallieno perdente remp. in Gallia primum Postumus, deinde Lollianus, Victorinus deinceps, postremo Tetricus assertores Romani nominis extiterunt.* idque satis præmissa confirmant. sed etiam magis quæ subdita sunt: *Quos omnes datos divinitus credo, &c.* Salmas.

4. *Ne quum illa pestis inaudita luxuria impediretur, &c.*] Sic emendabis: *ne quum illa pestis inauditæ luxuriæ impediretur malis, possidendi Romanum solum Germanis daretur facultas. luxuriæ mala,* ut *constantiæ bona* in Gordianis. *Idem.*

5. *Impediretur in aliis, &c.*] *Ludibriis & bellationi vacabat,* inquit libro superiore. *Casaub.*

6. *Qui si eo genere tunc evasissent quo Gotthi, &c.*] Si similiter è finibus suis erupissent, & Romanum imperium invasissent, ut factum fuit à Gotthis & Persis. *Idem.*

Qui si eo genere tunc evasissent.] Pal. *tunc evadissent.* sic *dilegit* pro *dilexit,* supra dixit. *Salmas.*

7. *Lolliani autem vita in multis obscura est, &c.*] Videtur non de universa horum vita loqui, sed de ea quam in imperio egerunt. nam hac parte solum obscuri sunt, qui erant privata virtute clari, ut subjicit. *Casaub.*

8. *Sed privata virtute clari, non nobilitatis pondere.*] Palat. *sed privata virtute enim clari.* Egregia conjectura inde facio: *Lolliani autem vita in multis obscura est, ut ipsius Postumi, sed privata: virtute enim clari non nobilitatis pondere vixerunt.* De privata igitur vita Postumi Lollianique heic loquitur Trebellius, quam ideo obscuram esse dicit, quod virtute clari, non nobilitatis luce splendidi vixerint. hinc de illorum privata vita nihil prorsus dicit, imperatoriam paucis tantum verbis perstringit; nec enim diu in imperio fuerunt. *Salmasius.*

1. *Vir-*

privata [1] virtute clari [2] non nobilitatis pondere vixerunt.

DE VICTORINO, V.

6 POsthumius senior quum videret multis se Gallieni viribus peti, atque auxilium non solùm militum, verum etiam alterius principis necessarium, Victorinum militaris industriæ virum in participatum vocavit imperii, & cum eodem contra Gallienum conflixit. Quumque adhibitis ingentibus Germanorum auxiliis, diu bella traxissent, victi sunt. Tunc interfecto etiam Lolliano, solus Victorinus in imperio remansit: qui & ipse, [3] quòd [4] matrimoniis militum & militarium corrumpendis operam daret, [5] à quodam actuario, cujus uxorem stupraverat, compositâ factione Agrippinæ percussus, Victorino filio Cæsare [6] à matre Victorina, sive Victoria, quæ *mater castrorum* dicta

1. *Virtute clari, non nobilitatis pondere.*] Servant hanc metaphoram omnes libri. non displicet: *nobilitatis splendore.* Casaub.

Virtute clari, non nobilitatis pondere vixerunt.] *Nobilitatis pondus* vocat, τὸ ἀξίωμα ὄγκον, τὸ βάρος, τὴν φόρτον. pondus Latinis etiam pro gravitate. ut *pondus mentis.* Silius libro VIII.

Lata viro gravitas, & mentis amabile pondus,
Et sine tristitia virtus.

Salmas.

2. *Non nobilitatis pondere.*] Sic & Palat. rectè, sive sumatur de nobilitate imperatoriâ, sive de aliâ quacumque. *pondus* enim est omnis *nobilitas.* Curt. lib VII. cap. 22. Plin. lib. III. Epist. 3. lib. VIII. Epist. ultimâ. *Grut.*

3. *Quod matrimoniis militum, & militarium corrumpendis operam daret.*] *Militaris* est, qui miles fuit: ut *consularis*, qui non amplius est consul, sed fuit. ut autem *ex consulibus* dicebantur viri consulares, & qui consules fuerant: sic *ex militibus viros* supra dixit qui jam militia exiverant, hoc est *militares.* Isidorus in Glossis *militarem* vere & eleganter, veterem militem exponit: *vetus miles* dicitur qui ex milite est. ut *vetus procurator* in antiquis inscriptionibus, qui procurator fuit. sic *missicios* eos milites vocabant Latini qui à militia missi essent, nec amplius militarent. *Salmas.*

4. *Matrimoniis militum & militarium.*] Potest abesse alterutrum. & notamus alibi, *militares* dici ipsos milites. sed videtur hic additum, quia is de quo loquitur actuarius fuit: hoc est, qui cum militibus vitam degeret, magis quàm esset verus miles. *Casaub.*

5. *A quodam actuario.*] Attiliano, de quo legendus Aurelius Victor. *Idem.*

6. *A matre Victorina sive Victoria.*] *A matre Bitruvia sive Victoria.* Pal. *Salmasius.*

A matre Victorinâ sive Victoriâ.] Palat. *à matre Bitrubia sive Victoria:* ut sine dubio illud *Vitruvia* reponendum hoc veniat, quemadmodum & capite præcedenti. *Grut.*

1. Sed

dicta est, appellato: qui & ipse puerulus statim est interemptus, quum apud Agrippinam pater ejus esset occisus. De hoc quòd fortissimus fuerit, & præter libidinem optimus imperator, à multis multa sunt dicta. [1] Sed satis credimus Julii Ateriani partem libri cujusdam ponere, in quo de [2] Victorino sic loquitur: *Victorino, qui Gallias post Junium Posthumium rexit, neminem existimo præferendum. Non in virtute Trajanum, non Antoninum in clementia, non in gravitate Nervam, non in gubernando ærario Vespasianum, non in censura totius vitæ ac severitate militari Pertinacem vel Severum. Sed omnia hæc, libido & cupiditas mulierariæ voluptatis sic perdidit, ut nemo audeat virtutes ejus in literas mittere, quem constat omnium judicio meruisse puniri.* Ergo quum id judicii de Victorino scriptores habuerint, satis mihi videor de ejus dixisse moribus.

DE VICTORINO JUNIORE, VI.

DE hoc nihil amplius in literas est relatum, quàm 7
quòd nepos Victoriæ, Victorini filius fuit, [3] & à patre & ab avia sub eadem hora qua Victorinus interemptus, Cæsar nuncupatus est, [4] ac statim à militibus ita occisus. Extant denique [5] sepulcra circa Agrippinam brevi marmore impressa humilia, [6] in quibus unus est inscriptus,

HÎC DUO VICTORINI TYRANNI SITI SUNT.

DE

1. *Sed satis credimus, &c.*] Malim, *satius*. Casaub.

Sed satis credimus Julii Ateriani.] *Julii Atheriani*. Pal. *Salmas.*

2. *Victorino qui Gallias post Junium Postumum.*] *Post Julium Postumum* habent membranæ, & editio prima non tamen *Julius*, nec *Junius*, sed *C. M. Postumus* in nummis appellatur. *Idem.*

3. *Et à patre & ab avia.*] Scripti, *vel ab avia*. Casaub.

4. *Ac statim à militibus ita occisus.*] Scrib. *ac statim à militibus iratis occisus.* Salmas.

Ac statim à militibus ira occisus.] Sic rectè Palatinus. *Grut.*

5. *Sepulcra circa Agrippinam brevi marmore impressa humilia.*] Ejusmodi sepulcra exstrui tyrannis solita. *Casaub.*

Sepulcra circa Agrippinam brevi marmore impressa.] Pal. *brevi marmore implessa humilia*, & supra correctum *impluissa*. quid sit, nescio. *Salmas.*

6. *In quibus unus est inscriptus.*] Scrib. *titulus est insc.* vel sic: *in q. unus versus est insc.* nam id videtur esse quod notat: duobus sepulcris unum eundemque fuisse inscriptum epigr. *Casaub.*

DE MARIO, VII.

8 VIctorino, Lolliano, & Posthumio interemptis, Marius ex fabro, ut dicitur, ferrario triduo tantùm imperavit. De hoc quid amplius requiratur ignoro, nisi quòd eum insigniorem brevissimum fecit imperium. [1] Nam ut consul ille [2] qui [3] sex pomeridianis horis consulatum suffectus tenuit, à M. Tullio tali aspersus est joco: *Consulem habuimus tam severum tamque censorium ut in ejus magistratu nemo prandierit, nemo cœnaverit, nemo dormierit*: de hoc etiam dici posse videtur, qui una die factus est imperator, alia die visus est imperare, tertia interemptus est. Et vir quidem strenuus, ac militaribus usque ad imperium gradibus evectus est: quem plerique *Mamurium*, nonnulli *Vecturium*, opificem utpote ferrarium, nuncuparunt. Sed de hoc nimis multa: de quo illud addidisse satis est, nullius manus vel ad feriendum, vel ad impellendum fortiores fuisse, quum in digitis nervos videretur habuisse, non venas. Nam & carra venientia [4] digito salutari repulisse dicitur, [5] & fortissimos quosque uno digito sic afflixisse ut quasi ligni vel ferri [6] obtusioris ictu percussi dolerent. Multa duorum digitorum allisione contrivit. Occisus est à quodam milite, [7] qui quum ejus quondam operarius in fabrili officina fuisset, [8] contemptus est ab eodem, [1] vel

1. *Nam ut consul ille.*] C. Caninius Rebilus. Dio hist. Rom. l. XLIII. *Idem.*

2. *Qui sex pomeridianis horis consulatum suffectus tenuit.*] Pal. & vet. ed. *consulatum suffectum tenuit.* recte. nam & consul suffectus, & consulatus dicebatur. *Salmas.*

3. *Sex meridianis horis Consulatum suffectus tenuit.*] Palat. *suffectum*, quod nescio an non præferendum sit alteri. *Grut.*

4. *Digito salutari, &c.*] Indice, λιχανῷ. *Casaub.*

5. *Et fortissimos quosque uno digito sic afflixisse, &c.*] Idem in Claudio: *digitis usque adeò fortibus, ut sæpe equis & multis ictu pugni dentes excusserit.* Idem.

6. *Obtusioris ictu.*] Palatin. *obtunsioris.* Grut.

7. *Qui quum ejus quondam operarius in officina fabrili fuisset.*] Deest vox *operarius* in membranis. *Salmas.*

Qui cùm ejus quondam operarius in fabrili officina fuisset.] Palatinus non agnoscit illud *operarius*, & potest profectò abesse. *Grut.*

8. *Contemptus est ab eodem.*] Fuit enim Marius homo arrogantissimus. *Casaub.*

1. *Vel*

[1] vel quum duxisset, vel quum imperium cepisset. [2] addidisse hæc verba dicitur interemptor, *Hic est gladius quem ipse feci*sti. Hujus concio prima talis fuisse dicitur: *Scio commilitones posse mihi objici artem pristinam, cujus mihi omnes testes estis. Sed dicat quisque quod vult, utinam semper ferrum exercream. non vino, non floribus, non mulierculis, non popinis, ut facit Gallienus, indignus patre suo & sui generis nobilitate, deperream. Ars mihi objiciatur ferraria, [3] dum me & exteræ gentes [4] ferrum attrectasse [5] suis cladibus recognoscant in Italia. Denique ut omnis Alemannia omnisque Germania cum cæteris quæ adjacent gentibus, Romanum populum ferratam putent gentem, ut specialiter in nobis ferrum timeant. Vos tamen cogitetis velim, fecisse vos principem qui nunquam quicquam scierit tractare, nisi ferrum. Quod idcirco dico, quia scio mihi à luxuriosissima illa peste nihil opponi posse nisi hoc quòd gladiorum armorumque artifex fuerim.*

DE INGENUO, VIII.

[6] FUsco & Basso coss. quum Gallienus vino & popinis 9
vacaret, quumque se lenonibus, mimis, & meretricibus dederet, ac bona naturæ luxuriæ continuatione deperderet; [7] Ingenuus, qui Pannonias tunc regebat, à Mœsiacis

1. *Vel cùm duxisset.*] Legendum, *Vel cùm dux esset.* ut de provinciæ ducatu accipiatur. *Idem.*

Vel quum duxisset, vel quum imperium cepisset.] Omnino scribendum: *vel quum dux esset, vel cum imperium cepisset.* Salmas.

2. *Addidisse hæc verba dicitur interemptor.*] Emenda: *addidisse vero dicitur interemptor, Hic est gladius quem ipse fecisti.* Idem.

3. *Dum me & exteræ gentes ferrum attrectasse.*] *Ferrum tractasse*, melius ex Pal. *Idem.*

4. *Ferrum attrectasse.*] Pal. *tractasse.* Grut.

5. *Suis cladibus recognoscant in Italia.*] Malim ita scribi: *Suis cladibus recognoscant. Effician denique, ut omnis Al.*, Casaubonus.

6. *Fusco & Basso Coss.*] Rebellavit ergo iste contra Valerianum, non contra Gallienum: nisi quatenus imperii fuerat particeps factus à patre. nam iis Coss. vivebat Valerianus, & bellum Persicum parabat. Pro Fusco libri veteres hic *Tusco.* Idem.

Fusco & Basso Coss.] Lege: *Tusco & Basso.* Fasti Siculi: Τύσκου & Βάσσου. sub his Coss. passus est Cyprianus, ut in actis ejus passionis scriptum est. *Salmas.*

7. *Ingenuus, qui Pannonias tunc regebat.*] In nummis, INGENVS. Aurelius Victor: *Gallienus in Illyrico Ingebum, quem curantem Pannonias, comperta*

siacis legionibus imperator est dictus, cæteris Pannoniarum volentibus: neque in quoquam meliùs consultum Reip. à militibus videbatur, quàm quòd instantibus Sarmatis creatus est imperator, qui fessis rebus mederi sua virtute potuisset. Causa autem ipsi arripiendi tunc imperii fuit, ne suspectus esset imperatoribus quòd erat fortissimus ac Reip. necessarius, & militibus (quod imperantes vehementer movet) acceptissimus. Sed Gallienus, ut erat nequam & perditus, ita etiam, ubi necessitas coëgisset, [1] velox, furibundus, ferus, vehemens, crudelis: denique Ingenuum conflictu habito vicit, eoque occiso, in omnes Mœsiacos tam milites quàm cives asperrimè sæviit: nec quenquam suæ crudelitatis exortem reliquit: usque adeò asper & truculentus ut plerasque civitates vacuas à virili sexu relinqueret. [2] Fertur sanè idem Ingenuus [3] civitate capta intrasse domum, in qua se pugione transfodit: atque ita vitam finisse, ne in tyranni crudelis potestatem veniret. Extat sanè epistola Gallieni, quam ad Celerem Verianum scripsit, qua ejus nimietas crudelitatis ostenditur: quam ego idcirco interposui, ut omnes intelligerent, hominem luxuriosum crudelissimum esse, si necessitas postulet. *Gallienus Veriano. Non mihi satisfacies, si tantùm armatos occideris,* [4] *quos & fors belli interimere potuisset.* [5] *Perimendus est omnis sexus virilis, si & senes atque impuberes sine reprehensione nostra occidi possent. Occidendus est quicunque malè voluit.*

Valeriani clade, imperandi cupido incesserat, Mursiæ devicit. Casaub.

1. *Velox, furibundus, ferus, vehemens, crudelis.*] *Velox, fortis, vehemens, crudelis.* ita Pal. *Salmas.*

Velox, furibundus, ferus, vehemens, crudelis.] Palat. *velox, fortis, vehemens, crudelis,* ceteris neglectis. *Grut.*

2. *Fertur sane Ingenuus civitate capta intrasse domum, in qua se pugione transfodit.*] Optimus liber: *Fertur sanè idem Ingenuus civitate capta in qua se, atque ita vitam finisse.* Salmas.

3. *Civitate capta intrasse domum, in qua se pugione transfodit, atque ita.*] Palatinus tantum habet; *civitate capta in qua se atque ita.* an fuit? *civitate capta inaquasse se.* sed insolens id verbi valde. pro *semet submergere.* Grut.

4. *Quos & fors belli interimere potuisset.*] Libri omnes: *quos & fors in bellis interimere potuisset. bella* hoc sunt, *prælia.* Salmas.

Quos & fors belli.] Palat. *in bellis.* Grut.

5. *Perimendus est omnis sexus virilis.*] Melius *esset*: ob sequentia verba. *Casaubonus.*

1. *Ani-*

voluit. occidendus est quicunque malè dixit contra me, contra Valeriani filium, contra tot principum patrem & fratrem. Ingenuus factus est imperator. Lacera, occide, concide: [1] *animum meum intelligere potes, mea mente irascere qui hac manu mea scripsi.*

DE [2] REGILLIANO, IX.

FAti publici fuit ut Gallieni tempore quicunque potuit, ad imperium prosiliret. Regillianus denique in Illyrico ducatum gerens, imperator est factus, [3] autoribus imperii Mœsiis, qui cum Ingenuo fuerant antè superati. [4] in quorum parentes graviter Gallienus sævierat. Hic tamen multa fortiter contra Sarmatas gessit, sed autoribus Roxolanis consentientibusque militibus, & timore provincialium, ne iterum Gallienus graviora faceret, interemptus est. Mirabile fortasse videatur, si quæ origo imperii ejus fuerit, declaretur. [5] Militari enim joco regna promeruit. Nam quum milites quidam cum eo cœnarent, [6] astitit Valerianus tribunus qui diceret, *Regilliani nomen unde credimus dictum?* Alius continuò, *Credimus quòd à regno.* Tum is qui

1. *Animum meum intelligere potes.*] Scribend. *animum meum intellige mea, mente irascere, qui hac manu scripsi.* Salmasius.

Animum meum intelligere potes, mea mente irascere.] Pal. non habet dictionem *potes.* Grut.

2. REGILLIANVS.] Vetus liber, *Regilianus.* nam *Regilius* cum *l* simplici scribitur ubique in taxis, & ita scribi debet. inde *Regilianus.* sed Regalianus hic dicitur apud Aurelium Victorem. & ita etiam infra scriptum habetur hoc nomen in antiquo libro & prima editione. nam Regalis, Regalius & Regalianus. *Salmas.*

3. *Auctoribus imperii Mœsiis.*] Scribe, *Mœsis.* ut Mœsiacas legiones intelligit. *Casaub.*

Auctoribus imperii Mœsiis.] Lego: *auctoribus imperii Mœsis.* Salmas.

4. *In quorum parentes.*] Cognatos, & sanguine junctos. *Casaub.*

5. *Militari enim joco regna promeruit.*] Sic non multò post Proculus ludo & joco factus imperator, ut narrat Flavius Vopiscus. *Idem.*

Militari enim joco regna promeruit.] Membranæ legunt: *capitali enim joco regna promeruit. capitalem* veteres sollertem & ingeniosum dixerunt. an *capitalis jocus* hoc erit argutus, & acutus, & ingeniose fictus? *Salmasius.*

Militari enim joco regna promeruit.] Pal. *Capitali enim loco.* Grut.

6. *Astitit Valerianus Tribunus qui diceret.*] Lege: *Extitit vicarius tribuni qui diceret: Regilliani nomen unde putamus dictum?* de vicariis tribunorum alibi dicemus. *Salmas.*

Adstitit Valerianus tribunus.] Præstulerim quod est in Palatino, *exstitit vicarius tribuni.* Grut.

is qui aderat scholasticus, [1] cœpit quasi grammaticaliter declinare, & dicere, *Rex, regis, regi, Regillianus.* Milites, ut est hominum genus pronum ad ea quæ cogitant, dixerunt, *Ergo potest rex esse?* item alius, *Ergo potest nos regere?* item alius, [2] *Deus tibi regis nomen imposuit.* Quid multa? His dictis quum alia die manè processisset, [3] à principiis imperator est salutatus. Ita quod aliis vel audacia vel judicium detulit, [4] huic jocularis astutia. Fuit, quod negari non potest, vir in militari re semper probatus, & Gallieno jam antè suspectus quòd dignus videretur imperio: [5] gentis Daciæ, Decibali ipsius, ut fertur, affinis. Extat epistola divi Claudii adhuc privati, qua Regilliano Illyrici duci gratias agit ob redditum Illyricum, quum omnia Gallieni segnitia deperirent: [6] quam ego [7] repertam in archivis, inseren-

1. *Cœpit quasi grammaticaliter declinare, & dicere, Rex, regis, regi, Regillianus.*] Malus grammaticus fuit iste. nam à rege fit regulus, inde regillus, & ex eo Regillianus. *Casaub.*

Cœpit quasi grammaticaliter declinare & dicere, Rex, regis, regi, Regillianus.] Diximus paulo ante *Regalianum* hunc dictum esse non *Regillianum*. Palat. & editio princeps: *Regalianus*. Et Palat. eam declinationem ita scriptam præfert: *Rex, regis, regio, Regalianus.* scribendum puto: *Rex, regis, rego, Regalianus.* militum dicta quæ sequuntur ad singulas illius declinationis voces respondentia, satis ostendunt ita legendum esse, ut posuimus. *Salmas.*

2. *Deus tibi regis nomen imposuit.*] *Deus tibi nomen posuit.* vetus editio. *Idem.*

3. *A principibus.*] Militibus qui principes locos militiæ obtinebant. *Casaub.*

A principibus imperator est salutatus.] *A principiis est salutatus.* optime ita legit Palatinus noster. *principia* enim sunt principales milites. passim apud Ammianum id nomen in hac significatione occurrit. *Salmas.*

4. *Huic jocularis astutia.*] *Capitalem jocum* supra vocavit: hoc est astutum, & ingeniose confictum jocum. distingue: *detulit huic jocularis astutia.* Idem.

5. *Gentis Daciæ, Decibali ipsius, ut fertur, affinis.*] Reges Dacorum plures Decebali nuncupati sunt: Gallieni temporibus nullum eo nomine Dacorum regem invenio. *Casaub.*

6. *Quam ego repertam in archivis.*] Princeps editio cum Pal. legit: *quam ego repertam in Athenicis.* Nullum mihi dubium est quin *Athenica* vocet bibliothecas, quasi loca Athenæ, hoc est Minervæ dicata. in bibliothecis autem reponi ac custodiri moris erat ejusmodi omnia litteraria monumenta, ut epistolas & orationes ducum imperatorumque, & quotidiana vel ephemerides principum, & senatusconsulta de principibus facta & alia ad eandem rem pertinentia, quæ & publice ibidem patebant omnibus legenda. ideo Trebellius hoc loco epistolam illam Claudii sibi in Athenicis repertam, publicam fuisse dicit: *Quam ego repertam in Athenicis inferendam putavi, fuit enim publica.* Salmas.

7. *Repertam in archivis.*] Pal. *in athenicis.* an fuit? in *authenticis.* Grut.

1. *Qua*

ſerendam putavi; fuit enim publica. *Claudius Regilliano multam ſalutem. Felicem Remp.* [1] *quæ te talem virum habere rei caſtrenſis bellis his meruit.* [2] *felicem Gallienum, etiamſi ei vera nemo nec de bonis, nec de malis nuntiat. Pertulerunt ad me Bonitus & Celſius ſtipatores principis noſtri,* [3] *qualis apud Scupos in pugnando fueris, quot uno die prælia & qua celeritate confeceris. Dignus eras triumpho, ſi antiqua tempora extarent. Sed quid multa?* [4] *Memor cujuſdam ominis cautius velim vincas. Arcus Sarmaticos & duo ſaga ad me velim mittas,* [5] *ſed fibulatoria,* [6] *quum ipſe miſerim de noſtris.* Hac epiſtola oſtenditur, quid de Regilliano ſenſerit Claudius, cujus graviſſimum judicium ſuis temporibus fuiſſe non dubium eſt. Nec à Gallieno quidem vir iſte promotus eſt, ſed à patre ejus Valeriano, [7] & ut Claudius & Macrianus & Ingenuus & Poſtumius & Aureolus, qui omnes in imperio intereimpti ſunt, quum mererentur imperium. Mirabile autem hoc fuit in Valeriano principe, quòd omnes quoſcunque duces fecit, poſtea militum teſtimonio ad imperium pervenerunt: ut appareat ſenem imperatorem in deligendis Reip. ducibus talem

1. *Quæ te talem virum habere rei caſtrenſis, &c.*] Scrib *habere in caſtris.* niſi putamus dixiſſe Trebell. *talem virum rei caſtrenſis.* quomodo dicitur, *vir vitiorum omnium*, & ſimilia. *Caſaubonus.*

2. *Felicem Remp. quæ te talem virum habere rei caſtrenſis bellis his meruit.*] Nihil impuratius, quam hic eſt locus. ſcribamus: *quæ te talem virum habere in caſtris belli uſu meruit:* id eſt, talem virum uſu belli: ſic rei bellicæ peritum, & experientem. *Salmaſ.*

3. *Qualis apud Scupos in pugnando fueris.*] In ſuperiore Mœſia Scupi nomen urbis Ptolemæo. *Caſaub.*

4. *Memor cujuſdam ominis cautius velim vincas.*] Corrige: *memor cujuſdam hominis cautius velim vincas.* Oblique & figurate monet Claudius Regilianum, ut à Gallieno ſibi caveat; nec ita crebris victoriis indulgeat; ne invidiam inde ſibi & periculum crearet. per quemdam igitur hominem, non dubito quin obſcure Gallienum intellexerit. *Salmaſ.*

5. *Sed fibulatoria cum ipſe miſerim de noſtris.*] Pal. *ſed fiblatoria. fibla* pro *fibula.* ſic *fiblatorium.* Græci quoque φιβολατώριον. ſic *circlos* pro *circulos* apud Virgil. ſaga autem fiblatoria hæc ſunt, quæ fibula ſtringebantur. ſic & *pallia fiblatoria.* ſed & *fiblatoria* ſimpliciter dicebantur. ſed omnia ſaga fibulata non erant; ideo Claudius cum à Regiliano duo ſaga ſibi mitti peteret, *fibulatoria* ſe velle addidit. *Idem.*

6. *Cum ipſe miſerim de noſtris.*] Pal. *cum ipſe miſi de noſtris.* Idem.

7. *Et ut Claudius & Macrianus & Ingenuus.*] Lege: *Nec à Gallieno quidem vir iſte promotus eſt, ſed à patre ejus Valeriano, ut & Claudianus, & Macrianus.* Idem.

talem fuisse qualem Romana felicitas, si continuari fataliter potuisset, sub bono principe requirebat. Et utinam vel illi qui arripuerant imperia, regnare potuissent, [1] vel ejus filius Gallienus in imperio diutiùs non fuisset, [2] ut liberè se in suo statu Resp. nostra tenuisset. [3] Sed nimis sibi Fortuna indulgendum putavit, quæ cum Valeriano & bonos principes tulit, & Gallienum diutiùs quàm oportebat, Reip. reservavit.

DE AUREOLO, X.

11 HIc quoque Illyricianos exercitus regens in contemptum Gallieni, ut omnes eo tempore, coactus à militibus, sumpsit imperium. Et quum Macrianus cum filio suo Macriano [4] contra Gallienum veniret, [5] cum plurimis exercitus ejus cepit: aliquos corruptos fidei suæ addixit. [6] & quum factus esset invalidus imperator, quumque Gallienus expugnare virum fortem frustra tentasset, pacem cum eo contra Posthumium pugnaturus fecit, [7] quo-

1. *Vel ejus filius in imperio.*] Editiones aliæ, *filius Gallienus in imperio.* sed non ea vox in Pal. neque requiritur. *Grut.*

2. *Ut libere se in suo statu resp. nostra tenuisset.*] Hunc locum sic lege: *Et utinam vel illi qui arripuerant imperia, regnare potuissent, vel ejus filius Gallienus in imperio diutius non fuisset, ut libet se in suo statu resp. nostra tenuisset.* quod elegantissime dictum est. *ut libet se tenuisset:* id est, quantumlibet, quantum voluisset, arbitratu suo. *Salmas.*

3. *Sed nimis sibi Fortuna indulgendum putavit, &c.*] Similis Marcellini cum Fortuna expostulatio super amisso Juliano & creato Joviano, libro XXV. at melius Pollio cùm infra in Odenato sic ait: *Iratum fuisse Reip. Deum credo, qui interfecto Valeriano voluit Odenatum reservare.* sed habent ibi veteres, *iratos f. deos.* Casaub.

4. *Contra Gallienum veniret cum plurimis, &c.*] Trahebat secum Macrianus XLV. hominum millia, ut paullò post dicetur. Sed legi malim, *contra Gallienum veniret, quàm plurimos ex exercitu ejus cepit aliq.* Idem.

5. *Cum plurimis exercitus ejus cepit.*] Hæc non intelligo. distingui placet: *Et quum Macrianus cum filio suo Macriano, contra Gallienum veniret cum plurimis, exercitus ejus cepit: aliquos corruptos fidei suæ addixit.* Salmas.

6. *Et quum factus esset invalidus imperator.*] Et hæc captum meum superant, nisi sic emendentur: *Et quum factus esset hinc validus imperator.* Id est, quum Aureolus ex Macriani occisione, & ejus exercitus in suam potestatem redactione factus esset validus imperator. triginta enim millia hominum ex Macriani exercitu dicuntur in potestatem ejus concessisse. quod cum valde validum fecit. *Idem.*

1. Quo-

[1] quorum pleraque & dicta sunt & dicenda. Hunc eundem Aureolum Claudius interfecto jam Gallieno conflictu habito, [2] apud eum pontem interemit, qui nunc pons Aureoli nuncupatur, atque illic, ut tyrannum, sepulcro humiliore donavit. [3] Extat etiam epigramma Græcum in hanc formam.

[4] *Donat sepulcro victor post multa tyranni*

Præ-

1. *Quorum pleraque & dicta sunt & dicenda.*] Non solum isto libro, sed etiam in vita Claudii, ubi multa *Casaub.*

2. *Apud eum pontem interemit, qui nunc pons Aureoli nuncupatur.*] Aurelius Victor victum, non occisum eo loci, neque à Claudio, sed à Gallieno. *Idem.*

3. *Extat etiam epigramma Græcum in hanc formam.*] *In hanc formam* dixit pro in hanc sententiam. Invenimus hoc ipsum epigramma in veterum inscriptionum volumine: quod ut descriptum est à viris doctissimis è lapide qui est in agro Mediolanensi ita recitabimus.

ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΑΥΡΕΟΛΩ ΜΕΤΑ
ΔΗΙΟΝ ΑΡΕΑ ΚΑΙΣΑΡ
ΤΑ ΚΤΕΡΕΑ, ΘΝΗΤΩΝ ΩΣ
ΘΕΜΙΣ ΕΝΑΙΔΟΣΙ
ΤΩ ΓΑΡ ΚΑΙ ΖΩΗΝ. ΑΛΛ' ΟΥΚ
ΕΘΕΛΗΣΕ ΦΡΟΝΗΜΑ
ΠΑΣΙΝ ΕΠΙΡΗΤΟΙΣ ΤΟΥ ΣΤΡΑ
ΤΟΥ ΑΝΤΙΒΙΟΝ
ΚΕΙΝΟΣ ΔΕ ΟΙΚΤΙΡΜΩΝ ΚΑΙ
ΣΩΜΑΤΟΣ ΕΣΚΑΤ ΟΠΙΖΩΝ
ΑΥΡΕΟΛΟΥ ΓΕΦΥΡΑΝ
ΣΤΗΣΑΤΟ ΤΗΝΤΕ ΤΑΦΗΝ.
Idem.

Extat etiam epigramma Græcum.] Pal. *extitit etiam epigramma Græcum.* at vetus editio: *extat etiam hunc epigramma.* Salmas.

Exstat etiam epigramma.] Pal. *Exstitit etiam Epigramma.* & verò id epigramma Græcum, omnibus numeris adhuc servatur in Inscriptionibus nostris antiquis, pagina CCIII. 2. *Grut.*

4. *Donat sepulcro victor, &c.*] Primam vocis *sepulcro* producit ab isto literatore magis mirari non debes, quàm cùm apud Prudentium legis *spiritus* prima correpta, vel *sacrificium* secunda longa, & id genus multa contra veterum observationem. *Casaub.*

Donat sepulcro victor.] Lege ac distingue:

Dono sepulcrorum, victor post multa tyranni
Prælia, jam felix Claudius, Aureolum
Munere, prosequitur, mortali, & jure superstes.

Cujus hic ordo est & sententia: *Claudius victor post multa tyranni prælia jam felix, & jure superstes dono sepulcrorum prosequitur Aureolum, munere mortali.* Optime nos restituisse, fidem facient Græca si cum his Latinis comparentur. *Claudius Aureolum dono sepulcrorum prosequitur*, Græca illa ita exprimunt: Κλαυδιος δε Αυρεολω τα ταφρα ευδιδουν, τα ταφρα ευδιδουσι, *dono sepulcrorum prosequi*, ad verbum reddidit hic Grammaticus. at *munere mortali* dixit pro eo quod in Græco est, θνητῶ εἰς ζῆσις. ut munus est mortalium, ut loquitur, ut mos est. fortasse etiam scripserat hic Grammaticus:

More prosequitur mortali ——

More mortali, θνητῶ εἰς ζῆσις. ultima enim syllaba in *more*, producitur propter duarum consonantium concursum initio sequentis vocabuli. quod apud Prudentium, & illius ævi poëtas adeo frequens est, ut nihil frequentius occurrat. *Salmas.*

Donat sepulcro victor.] Pal. stabilit lectionem olim receptam, *Dono sepulcrorum victor.* Grut.

Prælia, jam felix Claudius Aureolum:
[1] Munere prosequitur mortali, [2] & [3] jure superstes
Vivere quem vellet, [4] si pateretur amor:
Militis egregii [5] vitam qui jure negavit

Omni-

1. *Munere prosequitur mortali & jure superstes Vivere quem vellet.*] Etiamne grammaticus solœcissat? nam *superstitem* flagitabat omnino ἡ τοῦ λόγου ἀρμονία: *quem vellet vivere superstitem.* sed puto scribendum esse *superstem:* quod licenter usurpavit iste pro superstitem. *Casaub.*

2. *Et jure: superstes Vivere quem vellet.*] Nullus hoc solœcismus. *superstes* enim hoc non de Aureolo, quem superstitem voluerit esse Claudius, sed de ipso Claudio capiendum, qui superstes Aureolo fuit. quem Claudium ait victorem post multa prælia, & jam felicem, & jure superstitem Aureolo victo interfectoque honorem sepulturæ impertiisse. sic igitur erat interpungendum:

Munere, prosequitur, mortali, & jure superstes:
Vivere quem vellet, si pateretur amor
Militis egregii.

Vivere quidem voluit Aureolum Claudius, & interfectum à militibus doluit, sed superstitem eum sibi esse nunquam voluit, nusquam optavit. *Salmas.*

3. *Jure superstes.*] Et, *victor:* &, *jam felix: & jure superstes*, insertæ sunt Latini interpretis, quas non habet Græcum epigramma. *Idem.*

4. *Si pateretur amor Militis egregii.*] Hæc in Græco epigrammate non invenies. *Casaub.*

Si pateretur amor Militis egregii.] Trebellius heic narrat conflictu habito Aureolum à Claudio victum & à militibus interfectum, cum ei parcere & vitam largiri vellet Claudius. narrationem Trebellii veriorem esse & magis ex historiæ fide ostendit hoc Græcum epitaphium Aureoli tumulo inscriptum, ex quo plane licet colligere prælio cum Claudio commisso victum eum fuisse, & à militibus occisum. quid enim aliud hæc verba testantur aut clamant?

Κλαυδίῳ Αὐρέολον μοῦνον θέσαν ἄρτι Καῖσαρ
Τὰ πίρτα, θνητῶν ὡς θέμις, ἐνδίδοσ.

Salmas.

5. *Vitam qui jure negavit Omnibus indignis.*] Aliter hæc ab interprete expressa, quam quomodo in Græcis concipiuntur. eandem tamen sententiam efficiunt. *Vitam indignis negare*, subaudiendum *vita: indignis vita* scilicet. magis tamen censeam *indignis* absolute καὶ οὐδενὸς appellasse, nullius dignationis homines, nullius pretii ac meriti, sed viles & probrosos & contemptibiles. qua in significatione ἀνάξιος Græcis de quibus nihil boni dici potest, sed in quos omnia maledicta probraque dici conveniat. præter Tyrannidis & imperii usurpati crimen, moribus etiam ac vita turpem καὶ ἀνάξιον Aureolum fuisse indicat Trebellius in Claudio his verbis: *Denique judicio militum apud Mediolanum Aureolus dignum exitum vitæ ac moribus suis habuit.* Idem.

Vitam qui jure negavit Omnibus indignis, & magis Aureolo.] In Græco epigrammate verba quibus hoc dicitur, corrupta leviter esse videbantur. totum epigramma placet adponere, ut quomodo legendum distinguendumque sit, melius possit constare.

Κλαυδίῳ Αὐρέολον μοῦνον θέσαν ἄρτι, Καῖσαρ
Τὰ πίρτα, θνητῶν ὡς θέμις, ἐνδίδοσ:
Τῷ γὰρ καὶ ζωλὼ· ἀλλ' οὐκ ἐθέλησε φορῆναι
Πᾶσιν ἀνάξιος ἔμπρακτος ἀνὴρ βίου.

Κεῖν-

[1] *Omnibus indignis, & magis Aureolo.*
Ille tamen clemens, [2] *qui corporis ultima servans,*
[2] *Et pontem Aureoli dedicat & tumulum.*

Hos ego versus à quodam grammatico translatos ita posui ut fidem servarem: [3] non quo melius non potuerint transferri, sed ut fidelitas historica servaretur, quam ego præ cæteris custodiendam putavi, qui id quod ad eloquentiam pertinet, nihil curo. Rem enim vobis proposui deferre, non verba: [4] maximè tanta rerum copia, [5] ut triginta tyrannorum simul vitas scribendas accesserim.

[1] DE

Καὶ ὃ εἰκτέρμων τῷ σώματι ἴσχατ' ὀπίζων
Αὐρεόλε γαφύρων ἔσατο τλὼ τε τεφλώ.

Sensus est: *Claudius Imperator Aureolo victo occisoque justa exequiarum fecit, & sepulturam dedit: huic enim & vitam dedisset, sed milites noluerunt, qui omnibus probrosis & infamibus tyrannis semper infesti infensique, Aureolum injussu Claudii interfecerunt.* ἐκτέρμων probrosum, inhonestum & vituperio dignum significat. *Idem.*

1. *Qui corporis ultima servans.*] Ammianus Marcellinus non dissimiliter supremitatis honorem vocavit, libro XXXI. *Casaub.*

Qui corporis ultima servans.] Ad verbum voluit exprimere illud Græci poëtæ:

Καὶ σώματι ἴσχατ' ὀπίζων.

Voluit sed non præstitit. nam *servans* hoc loco non idem est quod ὀπίζων. Nam ὀπίζειν significat *curam gerere, respectum habere, revereri.* τὰ ἴσχατα Græci de morte dicunt.

Mors ultima linea rerum.

Unde οἱ περὶ τοῖς ἐσχάτοις εἶναι qui in eo sunt ut extremam illam lineam tangant: fortasse etiam ita vocet sepulturam & inhumationem corporis, & extrema exequiarum officia quæ mortuis exhibentur. *Salmas.*

2. *Et pontem Aureoli dedicat, &c.*] Liber Puteani *Aureolo.* sed & Græcus poëta dixit ΑΥΡΕΟΛΟΥ. *Casaubonus.*

3. *Non quo melius non potuerint transferri.*] *Non quo melius potuerint transferri.* Pal. & vet. ed. *Salmas.*

4. *Maxime tanta rerum copia, ut triginta tyrannorum simul vitas scribendas accesserim.*] Hæc postrema verba, in libris omnibus, nulla comparent. sanandus hic locus ad hunc modum: *Rem enim vobis proposui deferre, non verba, maxime tanta rerum copia, ut in triginta tyrannorum simul vitas.* Ita ne una quidem littera minus antiqui scripti editique. mens Trebellii hæc est; non eloquentiæ studuisse in hac historia scribenda, sed fidelitati tantum, & id proposuisse habuisse, ut res ipsas nudas potius, quam verba exquisite adfectata ponerent. maxime, quum rerum, quas adgressus est tractare, copia ea sit, ut verbis eam augere velle & amplificare non sit necesse: triginta enim tyrannorum vitæ simul conscriptæ, satis magnam rerum copiam subministrant, ut propterea verbis multis supersedere sit satius, & res solas simpliciter referre, quam diserte omnia & ornate litteris mandare. *Idem.*

5. *Ut triginta tyrannorum vitas simul scribendas accesserim.*] *Susceperim* postulat sententia. *Casaub.*

Ut triginta tyrannorum simul vitas scribendas accesserim.] Pal. *ut in triginta tyrannos, simul vitas*, suppressis duabus vocibus sequentibus. *Gron.*

[1]DE MACRIANO, XI.

12 CApto Valeriano, diu clarissimo principe civitatis, fortissimo deinde imperatore, ad postremum omnium infelicissimo, vel quòd senex apud Persas consenuit, vel quòd indignos se posteros dereliquit, [2] quum Gallienum contemnendum Balista præfectus Valeriani [3] & Macrianus primus intelligerent, quærentibus etiam militibus principem, unum in locum concesserunt, quærentes quid faciendum esset. Tuncque constitit, Gallieno longè posito, Aureolo usurpante imperium, debere aliquem principem fieri, & quidem optimum, ne quispiam tyrannus existeret. [4] Verba igitur Balistæ (quantum Mæonius Astyanax, qui consilio interfuit, asserit) hæc fuerunt. *Mea ætas & professio & voluntas longè ab imperio absunt, & ego, quod negare non possum, bonum principem quæro. Sed quis tandem est, qui Valeriani locum possit implere? nisi talis, [5] qualis tu es ô Macriane, fortis, constans, integer, probatus in Rep. &, quod maximè ad imperium pertinet, dives. Arripe igitur locum meritis tuis debitum: [6] me profectò quamdiu voles, utêris tu cum Rep. Tantùm bene agas, ut te Romanus orbis factum principem gaudeat.* Ad hæc Macrianus: *Fateor, Balista, imperium prudenti non frustra*

1. DE MACRIANO.] Fusè omnia de isto auctor libro superiore. Zonaras semper Macrinum appellat patrem, filium Macrianum. *Casaub.*

2. *Quum Gallienum contemnendum Balista præfectus Valeriani, &c.*] Palat. *Primus dum.* corrige: *& Macrianus primus dicum.* quare *primus ducum* sit dictus, potest ex iis quæ de eo tota hac vita narrantur, cognosci. *Salmas.*

3. *Et Macrianus primus intelligerent.*] Pal. *primus dum intelligerent.* Grut.

4. *Verba igitur Balistæ, quantum Mæonius Astyanax qui consilio interfuit, &c.*] Lege: *Verba igitur Balistæ, quantum Mæonius Astyanax, qui consilio interfuit, asserit: Hæc mea ætas & professio, & voluntas longe ab imperio absunt.* Salmas.

5. *Qualis tu es, ô Macriane.*] Illa, *ô Macriane*, non visuntur in Pal. & sunt, puto, à librariis. *Grut.*

6. *Me profectò quamdiu voles, utêris tu cum Rep.*] Regius, *Me profecto quamdiu volueris utêris. Tu modò cum Rep. bene agas.* Casaub.

Me profecto quamdiu voles utêris tu cum rep. tantum.] Scribe cum Palatino: *Me præfecto quamdiu voles, utêris. tu cum rep. tantum bene agas, ut te Romanus orbis factum principem gaudeat.* præfectus hic fuerat Valeriani, præfectum etiam sese offert Macriano imperium sumpturo, quem & ille simul præfectum cum imperio accepit. *Salmas.*

1. *Sed*

frustra est. Volo enim Reip. subvenire, atque illam pestem à legum gubernaculis dimovere: [1] *sed non hoc in me ætatis est. Senex sum, ad exemplum equitare non possum. Lavandum est mihi frequentius, edendum delicatius,* [2] *divitiæ me jamdudum ab usu militiæ retraxerunt. Juvenes aliqui sunt quærendi, nec unus, sed duo vel tres fortissimi,* [3] *qui ex diversis partibus orbis Rom. rempublicam restituant, quam Valerianus fato, Gallienus vitæ suæ genere perdiderunt.* Post hæc intellexit eum Balista sic agere ut de filiis suis videretur cogitare, atque adeò sic aggressus est. *Prudentiæ tuæ Rempublicam tradimus. Da igitur liberos tuos Macrianum & Quietum fortissimos juvenes, olim tribunos à Valeriano factos: qui Gallieno imperante, quòd boni sunt, salvi esse non possunt.* Tuncille ubi intellectum se esse comperit, *Do*, inquit, *manus, de meo stipendium militi duplex daturus: tu tantùm præfecti mihi studium, & annonam in necessariis locis præbe.* [4] *Jam ego faxim ut Gallienus sordidissimus fœminarum omnium duces sui parentis intelligat.* Factus est igitur cum Macriano & Quieto duobus filiis, cunctis militibus volentibus, imperator. Ac statim contra Gallienum venire cœpit, utcunque rebus in Oriente derelictis. Sed quum XLV. millia militum secum duceret, in Illyrico vel [5] in Thra-

1. *Sed non hoc in me ætatis est.*] Scripti, *At non hoc mea ætatis est.* & *submovere* iidem; non *dimovere.* Casaub.

Sed non hoc in me ætatis est.] Qui purius loquuti sunt, dixissent, *Sed non hoc sum ætatis.* Salmas.

2. *Divitiæ me jamdudum ab usu, &c.*] Non malè alii libri, *delitiæ.* Casaub.

3. *Qui ex diversis partibus orbis Romani.*] *Humanum orbem* pro Romano, scriptum in optimis membranis. *Humanus orbis* igitur hoc loco est ὁ οἰκουμένη. nam humanus orbis appellatur quidquid terrarum ab hominibus incolitur. Græci οἰκουμένην vocant. *Romanus orbis* quidquid pareret Romanis. frequenter tamen auctores & humanum orbem pro Romano, & Romanum pro universo orbe dicunt, quasi nihil esset in orbe toto quin pareret Romanis aut parere deberet. hinc omnium gentium victorem pop. Rom. vocabant. *Salmas.*

Qui ex diversis partibus orbis Romani rempublicam.] Pal. *humani*; quod & suum sensum habet. *Grut.*

4. *Jam ego faxim, ut Gallienus sordidissimus fœminarum, &c.*] Cur dicat *duces sui parentis*, ex iis potest intelligi quæ superiùs in Regilliano dixit de singulari prudentia Valeriani in eligendis ducibus. *sordidissimus fœminarum*, ita accipiendum, qui est sordidior omnibus fœminis, & omni scorto turpior. & potest scribi, *sordidissimum, fœminarum omnium virum.* Casaub.

5. *In Thraciarum extremis.*] *In Thraciarum extimis.* Salmas.

In Thraciarum extremis.] Pal. *extimis.* Grut.

1. *Qui*

Thraciarum extremis congressus cum Aureolo, victus & cum filio interemptus est. Triginta denique millia militum in Aureoli potestatem concessere. Domitianus autem eundem vicit, dux Aureoli fortissimus & vehementissimus, [1] qui se originem diceret à Domitiano imperatore trahere [2] atque à Domicilla. [3] De Macriano autem nefas mihi videtur judicium Valeriani præterire, quod ille in oratione sua quam ad senatum è Persidis finibus miserat, [4] posuit inter cætera. Ex oratione divi Valeriani: *Ego P.C. bellum Persicum gerens,* [5] *Macriano totam Remp. credidi,* [6] *quòd à parte militari ille vobis fidelis, ille mihi devotus, illum & amat & timet miles.* [7] *Utcunque res exegerit, cum exercitibus agit;* [8] *nec P. C. nova vel inopinata nobis sunt, pueri ejus virtus in Italia,*

1. *Qui se originem diceret à Domitiano Imp. trahere atque à Domitillâ.*] Sic & Pal. nisi quod omiserit *Imp.* quod & omitti potest. vulgg. *Domicilla.* Idem.

2. *Atque à Domicilla.*] Scripti melius *Domitilla.* Casaub.

3. *De Macriano autem.*] Pal. *de Macrino autem.* Zonaras etiam *Macrinum* patrem vocat, *Macrianum* filium. *Idem.*

4. *Posuit inter cætera.*] Malè hæc distincta. Scrib. *Posuit. Inter cætera, exorat.* Idem.

5. *Macriano totam remp. credidi, quod à parte militari.*] Emendo: *Macriano totam remp. credidi quidem, sed à parte militari.* factum suum senatui probare cupit Valerianus, quod uni totam remp. crediderit: nam ab ea tantum parte credidisse se dicit, quæ rem militarem spectabat. nec hoc illis mirum aut novum videri debere ait, in tanta virtute prudentiaque Macriani, tot rebus & præliis, jam inde ab ultima pæne pueritia comprobata. *Salmas.*

Macriano totam rempubl. credidi quidem, à parte militari. Ille vobis, &c.] Repræsentavi bonâ fide quod erat in Pal. neque abibant aliorum mss. nisi quod ii, *credidi quod à parte.* minus concinne. *Grut.*

6. *Quòd à parte militari ille vobis fidelis, &c.*] Scribe ex libris: *Ego P. C. b. P. gerens, M. totam Remp. tradidi, quod à parte militari. Ille vobis fidelis, ille mihi devotus: illum & amat & timet miles. Ille utcunque.* illud, *quod à parte.* valet, quod attinet ad rem militarem, & curam de rebus bellicis. *Casaub.*

7. *Utcunque res exegerit.*] Scribe cum Pal. *Illum & amat, & timet miles: ille utcunque res exegerit, cum exercitibus aget.* Salmas.

8. *Nec P.C. nova vel inopinata nobis sunt.*] Scrib. *Nec hæc P.C.* pro *inopinata.* Casaub.

Nec P. C. nova vel inopinata nobis sunt.] Legendum: *Nec P. C. nova vel inopinata vobis sint pueri ejus virtus in Italia.* non vult senatui mirum videri, quod totam rempublicam uni commiserit, cum virtus Macriani cognita & probata facti sui rationem satis ostendat. non inepte etiam possumus legere: *Hæc P. C. nova vel inopinata non sunt.* quæ lectio non est deterior illa priore: immo etiam, si quid judico, melior. *Salmas.*

Nec P. C. nova vel inopina nobis sunt.] Sic & Pal. nam edd. *inopinata,* quod idem quidem cum altero; sed exprimenda indoles mss. *Grut.*

1. *Hunc*

lia, adolescentis in Gallia, juvenis in Thracia, in Africa jam provecti, senescentis denique in Illyrico & Dalmatia comprobata est, quum in diversis prælüs ad exemplum fortiter faceret. [1] *Huc accedit quòd habet juvenes filios,* [2] *Romano dignos collegio, nostra dignos amicitia.* & reliqua.

DE MACRIANO JUNIORE, XII.

MUlta de hoc in patris imperio prælibata sunt, qui nunquam imperator factus esset nisi prudentiæ patris ejus creditum videretur. De hoc planè multa miranda dicuntur [3] quæ [4] ad fortitudinem pertineant juvenilis ætatis. 13

1. *Huc accedit quod habet juvenes filios, Romano dignos collegio, nostra dignos amicitia.*] Corrige: *Huc accedit quod habet juvenes filios, Romano dignus collegio, nostra dignus amicitia.* de Macriano enim, non de ejus filiis dixit, quod esset Romano collegio dignus. multa autem hac epistola congerit Valerianus, quibus senatui probet, magna ratione inductum se fecisse, ut totam remp Macriano committeret. huc accedere, quod haberet juvenes filios, & fortes, quibus juvari posset, in hac sibi commissa reip. militari parte. Romano igitur eum dignum esse collegio & amicitia principis. collegium quasi quoddam erat & corpus summorum virorum quos princeps ipse assumebat & deligebat, ut sibi à consiliis essent, & cum quibus agenda consultaret, deque maximis quibusque rebus tractaret. hi contubernales principis, hi familiares, hi collegæ, hi comites & amici dicebantur principem quocunque iret sequebantur. inde comites ejus dicti. consiliis principis intererant & judicanti adsidebant. ex consularibus viris, & prætoriis, & senatoribus, interdum etiam ex equitibus sumebantur ad summam res hæc erat meri ejus plenique arbitrii, ut quos vellet in amicorum comitumve habere numero, ipse deligeret. hi omnes, non eodem numero & dignitatis gradu apud imperatorem habiti. quidam erant primi ordinis: nonnullos secundus locus honestabat: alii in tertio ordine subsistebant, quibuscum princeps maxima quæque & seria communicaret, hi digniores, & primi ordinis comites, & habebantur & dicebantur. reliqui pro sua quisque dignitate aut merito, secundi aut tertii ordinis comitibus adnumerabantur. reliqui magistratus qui Augustum non comitabantur, aut qui ab ipso non ordinabantur, amicorum quidem nomine ab Augusto honorabantur, sed non comitum. nam solit illi *comites & amici* qui in comitatu principis erant, ceteri *amici* tantum: vel etiam, *parentes & amici:* vel, *parentes carissimi.* ita consules & præfecti urbis & proconsules, & provinciarum rectores, & honoris gratia ab imperatore compellabantur. *Salmas.*

2. *Romano dignos collegio.*] Romanum collegium quid hic appelletur nescio: tamen ita veteres. *Casaub.*

3. *Quæ ad fortitudinem pertineat juvenilis ætatis.*] Liber Palat. *juvenalis ætatis.* Ovidius qui in membranis est, nunquam aliter scriptum exhibet: *juvenalibus artubus lacertis. juvenale femur.* Salmasius.

4. *Ad fortitudinem pertineant juvenalis ætatis.*] Vulgg. *juvenilis*, quod eodem redit. sed cedere debebat Palatinæ scripturæ, vel antiquitatis caussa. *Grut.*

1. *Sed*

tis. [1] Sed ad facta aut quantum in bellis minùs valet fortitudo. Hic enim vehemens cum pudentissimo patre, cujus merito imperare cœperat, à Domitiano victus, triginta (ut superiùs dixi) millibus militum spoliatus est: [2] matre nobili, patre tantùm forti & ad bellum parato, atque ab ultima militia [3] in summum perveniente ducatum, & splendore sublimi.

[4] DE QUIETO, XIII.

14 Hic, ut diximus, Macriani filius fuit; cum patre & fratre, Balistæ judicio, imperator est factus. Sed ubi comperit Odenatus, qui olim jam Orientem tenebat, [5] ab Aureolo Macrianum patrem, Quietum & ejus fratrem Macrianum victos, milites in ejus potestatem concessisse, [6] quasi Gallieni partes vindicaret, [7] adolescentem [1] cum

1. *Sed ad facta aut quantum in bellis minus valet fortitudo.*] Scribe meo periculo: *Sed ad facta, aut in bellis, quantum unius valet fortitudo?* fortissimum fuisse juvenem Macrianum, & de ejus fortitudine multa miranda esse dicta, haud minus tamen victum fuisse. non enim multum posse aut valere unius viri fortis virtutem in bello, nec tanti esse momenti, ut in eo solo victoriæ spes tota sit sita. *Salmas.*

2. *Matre nobili.*] *Matre nobilis.* Ita Pal. *Idem.*

3. *In summum perveniente ducatum, & splendore sublimi.*] Scribendum: *Patre tantum forti, & ad bellum parato, atque ab ultima militia in summum perveniente ducatum splendore sublimi.* Idem.

4. DE QUIETO.] Zonaras Quintum nominat. Κοΐντον. in nummis QUIETUS. *Casaub.*

5. *Ab Aureolo Macrianum patrem, Quietum & ejus fratrem Macrianum victos.*] Sequenti versu scribit auctor hunc Quietum ab Odenato occisum cum præfecto Ballista, & certum est ex multis locis hujus historiæ Macrianum tantum patrem & alterum ex ejus filiis Macrianum item appellatum ab Aureolo per Domitianum ejus ducem victos esse & occisos in Illyrico, cum Quietum in Oriente reliquissent, ubi postea ab Odenato interfectus est. Scribendum igitur: *Sed ubi comperit Odenatus, qui olim jam Orientem tenebat, ab Aureolo Macrianum patrem Quieti, & ejus fratrem Macrianum victos, milites in ejus potestatem concessisse, quasi Gallieni partes vindicaret, adolescentem cum Ballista præfecto interemit.* Salmas.

6. *Quasi Gallieni partes vindicaret.*] Hac simulatione vafre usum Odenatum non semel ante dictum. *Casaub.*

7. *Adolescentem cum Ballista præfecto dudum interemit.*] Illud *dudum* non ad meum gustum est, nonnihil autem secum ipse pugnat Trebellius. hoc enim narrat Ballistam cum Quieto Macriani filio, ab Odenato occisum. in Gallieno vero scribit, auctore præfecto Macriani Ballista juvenem occisum, ab iis qui erant cum ipso. in Ballista etiam scriptum reliquit, occiso jam Quieto Ballistam imperasse, & postea cum

[1] cum Baliſta præfecto dudum interemit. Idem quoque adoleſcens digniſſimus Rom. imperio fuit, [2] ut verè Macriani filius, & Macrianus etiam frater: qui duo afflictis rebus potuerunt remp. gerere. [3] Videtur mihi non prætermittendum de Macrianorum familia, quæ hodieque floret, id dicere quod ſpeciale ſemper habuerunt. [4] Alexandrum Magnum Macedonem viri in annulis argento, mulieres [5] in reticulis & dextrocheriis, & in annulis, & in omni ornamentorum genere, exculptum ſemper habuerunt: eo uſque ut tunicæ & limbi & penulæ matronales in familia ejus hodieque ſint quæ [6] Alexandri effigiem deliciis variantibus, monſtrent. Vidimus proximè [7] Cornelium Macrum [8] in eadem familia virum, quum cœnam in templo

eum interemptum à gregario milite in gratiam Odenati. ſed brevitate loquendi hoc facile excuſari poteſt. etſi enim aliquo tempore poſt Quietum interemptus ſit, utrumque tamen conſtat, ab Odenato, vel in ejus gratiam fuiſſe interemptum. lubenter heic legerem: *Cum Baliſta præfecto, vel imp.* hoc eſt, *præfecto vel imperatore.* Salmaſ.

1. *Cum Baliſta præfecto dudum, &c.*] Eos hic ſequitur qui negabant purpuram à Baliſta ſumtam: qua de re inferius. *Caſaub.*

2. *Ut vere Macriani filius, & Macrianus etiam frater.*] Non dubito legi debere: *Ut vere Macriani filius, Macrianus etiam frater.* Quietum hunc Macriani filium ſic commendat, ut vere Macriani filium, & Macriani fratrem, de cujus Macriani fatris fortitudine paulo ante dixit. *Salmaſ.*

3. *Videtur mihi non prætermittendum.*] Scribe, *Videtur non mihi prætermittendum.* Idem.

4. *Alexandrum magnum viri in auro & argento.*] Melius Pal. *Viri in annulis & argento.* nam virorum etiam annuli fuere. argentum autem intelligit menſale. *Idem.*

5. *In reticulis & dextrocheriis.*] Reticulis innectebantur gemmæ: de dextrocheriis ſupra dictum duobus in locis. dextrocheria, *dextralia* etiam Latinis vocata notavimus in ſuperioribus. *Salmaſ.*

6. *Alexandri effigiem de liciis variantibus monſtrent.*] Hæc *variantia licia τὰ πολύμιτα* Græcorum exprimunt. *multis liciis contexere quæ polymita appellant, Alexandria inſtituit*, inquit Plinius. non minus tamen & quæ acu picta erant, & variata plumariorum arte, polymita dixere. nec minus multis liciis opus eſt in acupictili, quam in polymito. acu igitur expreſſas Alexandri effigies in illis veſtibus cenſeo, non minori tamen varietate nec paucioribus aut minus expreſſis, minuſque mirandis figurarum imitationibus in veſtibus contexendis luſerunt antiqui artifices ſola texturæ ratione, & connexione ſtaminis ad ſubtemen, quam qui acu pingerent. hinc alicubi dixit Martialis Semiamiram acum victam eſſe Babylonis pectine. *Idem.*

7. *Cornelium Macrum in eadem familia virum.*] Melius etiam P. *Cornelium Macrum ex eadem familia virum.* Idem.

8. *In eadem familia virum.*] Exemplar Palatinum, *ex eadem familia.* Grut.

templo Herculis daret, pateram electrinam, quæ in medio vultum Alexandri haberet, & in circuitu omnem historiam contineret signis brevibus & minutulis, pontifici propinare: quam quidem circumferri ad omnes tanti illius viri cupidissimos jussit. Quod idcirco posui, quia [1] dicuntur juvari in omni actu suo, qui Alexandrum expressum vel auro gestitant vel argento.

[2]DE ODENATO, XIIII.

15 [3]Nisi Odenatus princeps Palmyrenorum, capto Valeriano, fessis Rom. Reip. viribus sumpsisset imperium, in Oriente res perditæ essent. Quare assumpto nomine primùm regali cum uxore Zenobia & filio majore cui erat nomen [4]Herodes; minoribus Herenniano & Timolao, collecto exercitu contra Persas profectus est. Nisibin primùm & Orientis pleraque cum omni Mesopotamia in potestatem recepit: deinde ipsum regem victum fugere coëgit: postremò Ctesiphonta usque, Saporem & ejus liberos persequutus, captis concubinis, capta etiam magna præda ad Orientem vertit, sperans quòd Macrianum, qui imperare contra Gallienum cœperat, posset opprimere: sed illo jam profecto contra Aureolum & contra Gallienum, eo interempto, filium Quietum interfecit, Balista (ut plerique asserunt) regnum usurpante, ne & ipse posset occidi. Composito igitur magna ex parte Orientis statu,

1. *Dicuntur juvari in omni actu suo, qui Alexandrum, &c.*] Alexandrum multi Græcorum non secus ac deum sunt venerati. Erat autem moris simulacrum alicujus numinis, à quo juvari se putarent, circumferre. Vide & Ammianum libro XXII. *Casaub.*

2. DE ODENATO.] Nolim imponat tironibus varia apud Græcos præsertim, hujus nominis scriptio. Ὀδαινάθ῾, Ὀδεναθος, Ὀδεναθ῾, aliis Ὀδαιναθ῾ nuncupatur. *Idem.*

3. *Nisi Odenatus princeps Palmyrenorum, &c.*] Non solùm princeps, sed & civis Palmyræ fuit, majoribus ortus qui ab imperatoribus diversis honorum generibus fuerant affecti. *Idem.*

4. *Herodes, &c.*] Tres Odenati filios hîc habes, & sæpiùs in hoc auctore: Herodem, maximum natu, qui cum patre imperavit: & duos à moriente patre parvulos relictos, Herennianum & Timolaum. Vopiscus in Aureliano quartum adjicit Balbatum. *Idem.*

1. Su-

ſtatu, à conſobrino ſuo Mæonio, qui & ipſe imperium ſumpſerat, interemptus eſt cum filio ſuo Herode, qui & ipſe poſt reditum de Perſide cum patre imperator eſt appellatus. Iratum fuiſſe Reip. Deum credo, qui interfecto Valeriano noluit Odenatum reſervare. Ille planè cum uxore Zenobia non ſolùm Orientem, quem jam in priſtinum reformaverat ſtatum, ſed omnes omnino totius orbis partes reformaſſet, vir acer in bellis, &, quantum plerique ſcriptores loquuntur, venatu memorabili ſemper inclytus, qui à prima ætate capiendis leonibus & pardis, urſis, cæteriſque ſylveſtribus animalibus, [1] ſudorem officii virilis impendit, quique ſemper in ſylvis ac montibus vixit, perferens calorem, pluvias, & omnia mala quæ in ſe continent venatoriæ voluptates: quibus duratus, ſolem ac pulverem in bellis Perſicis tulit. Non aliter etiam conjuge aſſueta, quæ multorum ſententia fortior marito fuiſſe perhibetur: [2] mulierum omnium nobiliſſima Orientalium fœminarum, [3] & (ut Cornelius Capitolinus aſſerit) ſpecioſiſſima.

[4]DE HERODE, XV.

HErodes non Zenobia matre, ſed priore uxore genitus, cum patre accepit imperium, homo omnium delicatiſſimus, & prorſus Orientalis [5] & Græcæ luxuriæ, [6] cui 16

1. *Sudorem officii virilis impendit.*] Scrib. *Sudorem officiis virilibus impendit.* Idem.

Sudorem officii virilis impendit.] Senſus eſt, Odenatum ſudorem officii virilis impendiſſe capiendis leonibus, & pardis & urſis. *Salmaſ.*

2. *Mulierum omnium nobiliſſima, &c.*] Scribend. *mulier omnium nobiliſſima orientalium fœminarum.* Pro *ſpecioſiſſima* veteres habent, *expeditiſſima.* Caſaubonus.

Mulierum omnium nobiliſſima Orientalium feminarum.] Diſtingue: *Mulierum omnium nobiliſſima, Orientalium feminarum, ut & Cornelius Capitolinus aſſerit, ſpecioſiſſima.* Salmaſ.

3. *Et, ut Cornelius Capitolinus aſſerit, ſpecioſiſſima.*] Pal. *ſæpediſſima*, emendatumque, *ſexpediſſima.* quo quid velit, non exputo. *Grut.*

4. DE HERODE. HERODES] Delendus titulus, de HERODE. & legendum: HERODES. *Non Zenobia matre, ſed priore uxore genitus.* rationem ante diximus. *Salmaſ.*

5. *Et Græcæ luxuriæ.*] *Et Græciæ luxuriæ.* ſic *Græciæ terra* Agellio. *Idem.*

[1] cui erant [2] sigillata tentoria, & aurati papiliones, & omnia Persica. [3] Denique ingenio ejus usus Odenatus quicquid concubinarum regalium, quicquid divitiarum gemmarumque cepit, eidem tradidit, paternæ indulgentiæ affectione permotus. [4] Et erat circa illum Zenobia novercali animo: [5] qua re commendabiliorem patri eum fecerat: neque plura sunt quæ de Herode dicantur.

DE MÆONIO, XVI.

17 Hic consobrinus Odenati fuit: [6] nec ulla re alia ductus nisi damnabili invidia, imperatorem optimum interemit, [7] quum ei nihil aliud objiceretur præter filii Herodis delicias. [8] Dicitur autem primùm cum Zenobia consensisse, quæ ferre non poterat ut privignus ejus Herodes priore

1. *Cui erant sigillata tentoria & aurati papiliones.*] *Sigillata tentoria* ζωδιωτὰς interpretor. aliud ζωδιωτὸν, aliud σημειωτὸν. clavum auri aut purpuræ qui vesti adsui solet Græci σῆκος & σημεῖον appellant. nam clavus nihil aliud erat quam πορφύρας σύμφασμα. *clavi* ergo nomine illa omnia Latini comprehendebant, ut Græci σημεῖον dicebant purpuram intextam vesti, adtextamque omnem, qualis qualis figuræ esset. σημεῖα igitur sunt *clavi*. *sigilla* vero sunt ζώδια, hoc est figuræ vel hominum vel bestiarum auro vel purpura expressæ. hinc ζωδιωτὰ sigillata. *Idem.*

2. *Sigillata tentoria & aurati papiliones.*] Quæ de luxu Persarum regum, in ornatu papilionum, & reliqua vita, narrant & Athenæus & alii. *Casaub.*

3. *Denique ingenio ejus usus.*] *Ingenio alicujus uti*, pro ingenio obsequi, & morem gerere. sic *uti foro* dicitur, qui sese fori cursu, ut loquimur, accommodat, & secundum annonam fori, pro ut vilis aut cara est, aut merces suas proponit, aut retrahit. sic *uti regibus* dixit Horatius pro regibus obsequi, & eorum voluntati secundas agere. sic apud Comicum, *uti sese* aliquis dicitur, qui genio suo indulget, animoque obsequitur. ita elegantet hoc loco Trebellius scribit, Odenatum patrem filii delicati ingenio usum, omnia quæ facerent ad ejus delicias adjuvandas, sedulo conquisiviſſe. *Salmas.*

4. *Et erat circa illum Zenobia novercali animo.*] *Sed erat circa illum Zenobia novercali animo.* Idem.

5. *Qua re commendab.*] Vel sic scribendum, vel *quæ res*. Casaub.

6. *Nec ullare alia ductus nisi damnabili invidia, imperatorem optimum interemit.*] E Zonara disces occisum Odenatum non à consobrino, sed à fratris filio, causſàm etiam illatæ necis inde cognosces. *Idem.*

7. *Quum ei nihil aliud objiceretur præter filii Herodis delicias.*] Forte: *nec ulla re alia ductus, nisi damnabili invidia, imperatorem optimum interemit, quum ei nihil aliud objiceret, præter filium Herodem.* Salmas.

8. *Dicitur autem primum cum Zenobia consensisse.*] Melius: *Dicitur autem primum cum eo Zenobia consensisse.* vel: *primum ei Zenobia consensisse.* Idem.

priore loco quàm filii ejus Herennianus & Timolaus, principes dicerentur. Sed hic quoque spurcissimus fuit. quare imperator appellatus per errorem, brevi à militibus pro suæ luxuriæ meritis interemptus est.

[1]DE [2]BALISTA, XVII.

[3]DE hoc utrum imperaverit, scriptores inter se ambigunt. Multi enim dicunt, Quieto per Odenatum occiso, Balistæ veniam datam: [4]tamen eum imperasse, quòd nec Gallieno, nec Aureolo, nec Odenato se crederet. Alii asserunt, privatum eum [5]in agro suo quem [6]apud Daphnem sibi comparaverat, interemptum. [7]Multi & sumpsisse illum purpuram, & more Romano imperasse, exercitum duxisse, & de se plura promisisse dixerunt: occisum autem per hos quos Aureolus miserat [8]ad comprehen- 18

1. DE BALISTA.] Græci ferè Βαλίσταν vocant. *Casaub.*

2. *Balista.*] Pal. *Vallista*: infra tamen semper *Ballista*, per duplex *ll. Grut.*

3. *De hoc utrum imperavit.*] *De hoc utrum imperaverit.* Pal. & ed. *Salmas.*

4. *Tamen eum imperasse.*] *Et tamen eum imperasse, quod nec Gallieno nec Aureolo, nec Odenato se crederet.* Idem.

5. *In agro suo quem apud Daphnen comparaverat, interemptum.*] *Daphnidem* non *Daphnen* constanti lectione retinent libri. Amarunt hunc typum in plerisque urbium & nominibus provinciarum. nam *Atthidem* pro Attica dixere: *Persidem*: *Arcadem* pro Arcadia: *Permessidem* Martialis pro *Permesso*. Nobilissimam autem illam & decantatissimam olim luxuriæ deliciarumque fama Daphnen hodie NERO appellant, propter aquarum, quibus scatet, abundantiam. νᾶμα enim Græcis est aqua: νᾶφος autem pro νᾶμα, ut ξῆφος pro ξηρόν, & alia ejusmodi infinita. ὄνι δ' ὑφῶ vero quod est humidum & aquaticum, Νηφὸς aquarum Deus indigetatus est priscis Græcis, & Νηφίδες nymphæ in aquis degentes. *Idem.*

6. *Apud Daphnen, &c.*] Scripti, & editi multi, *apud Daphnidem.* Casaub.

Apud Daphnem.] Palat. *Dasvidem.* Grut.

7. *Multi & sumpsisse illum purpuram & Romano more imperasse, exercitum duxisse.*] Legendum: *Multi & sumpsisse illum purpuram ut Romano more imperaret, & exercitum duxisse, & de se plura promisisse dixerunt.* purpuram insigne fuisse Romanorum imperatorum à nemine ignoratur, & qui imperium sumerent, purpuram quoque sumere solitos. sed & *purpuram sumere* idem erat quod imperium sumere. purpura igitur indutum esse, galeatum ad conciones militares procedere, exercitum ducere, de more sunt imperandi Romano. infra de Zenobia: *vixit regali pompa. more magis Persico adoratus est: more regum Persarum convivata est. more Romano ad conciones galeata processit cum limbo purpureo.* Salmasius.

8. *Ad comprehendendum Quietum Macriani filium.*] Palatinus *Macrini* hoc exhibet. ante notavimus Zonaram, *Macrianum* filium, patrem *Macrinum* vocare. *Idem.*

hendendum Quietum Macriani filium, [1] quem prædam suam esse dicebat. Fuit vir insignis, eruditus ad gerendam Rempubl. in consiliis vehemens, in expeditionibus clarus, in provisione annonaria singularis. Valeriano sic acceptus ut eum quibusdam literis hoc testimonio prosequutus sit: *Valerianus Ragonio Claro præfecto Illyrici & Galliarum. Si quid in te bonæ frugis est, quam esse scio, parens Clare,* [2] *dispositionem Balistæ prosequere.* [3] *Hac in forma Remp. vides, ut nec ille provinciales gravet,* [4] *ut illic equos contineat ubi sunt pabula, illic annonas militum mandet ubi sunt frumenta: non provincialem, non possessorem cogat illic frumenta ubi non habet, dare, illic equum ubi non potest, pascere: nec est ulla alia provisio melior quàm ut in locis suis erogentur quæ nascuntur, ne aut vehiculis aut sumptibus Rempublicam gravent. Galatia frumentis abun-*

1. *Quem prædam suam esse dicebat.*] Palat. *Quem perdam suum esse dicebat. perda* à perdo, qui perdit vel perditor. ut *scriba* à scribo, qui scribit, ὁ γραμματεύς. sic *perda*, ὁ φθορεύς. sic ab advenio *advena*: à transfugio *hic transfuga*: à *perda* compositum *efficiperda* in Catonis distichis. Isidorus in Glossis *efficiperdam*] qui laboris sui remunerationem non habet. ad verbum est *perda officii*, qui officium nempe suum perdit. *heredipeta* est peta vel peritor hereditatis. sic *homicida*, *parricida*, ab eodem. jam nemo igitur potest dubitare quin *perda* rectum sit pro perditore. dicit enim heic Trebellius ab Aureolo missos homines esse ad comprehendendum Quietum Macriani filium, quem *perdam suum* esse dicebat. *perdam suum*, hoc est perditorem suum, τὸν ταχὺν φθορέα, ideo vocabat hunc Quietum Macriani filium Aureolus, quod Macrianus pater, & Macrianus item frater ad perdendum se cum magno exercitu venissent. quos tamen conflictu habito vicit per Domitianum ducem quemdam suum. Hinc *perdam suum* Quietum esse dicebat Aureolus, quod per eum patremque ejus & fratrem non steterit quo minus perderetur: perda igitur ὁ φθορεύς, ὁ λυμεών. *Idem.*

2. *Dispositionem Balistæ prosequere.*] Hoc est, provisionem annonariam, ut modò dixit. *Casaub.*

3. *Dispositionem Balistæ prosequere. Hac in forma remp. vides, ut nec ille.*] Nihil heic sani. Lege hoc modo: *Si quid in te bonæ frugis est, quam esse scio, parens Clare, dispositione Balistæ persequeris rempublicam informare. videsne ut ille provinciales non gravet? ut illic equos contineat ubi sunt pabula?* neminem ita æcum esse arbitror, ὃς τὸ νοεῖν, τὸ τ' ὀρθῶς, qui veram hanc esse lectionem non agnoscat. *Salmas.*

Dispositionem Balistæ prosequere.] Palat. *dispositionem Balistæ persequere.* Grut.

3. *Hac in formâ remp. vides, ut nec ille provinciales gravet.*] Palat. *hic remp. in formâ vides, nec utile provinciales non gravet.* fortè aliquid occultatur ulceris gravioris. *Idem.*

4. *Ut illic equos contineat, ubi sunt pabula, &c.*] In utroque Codice multa in hanc rem sanciuntur: duces & tribuni ex incommodis provincialium commoda sua captabant. *Casaub.*

1. *Jam*

abundat, referta est Thracia, plenum est Illyricum: illic pedites collocentur. quamquam in Thracia etiam equites sine noxa provincialium hyemare possint. Multum enim ex campis fœni colligitur. [1] *Jam ubi laridum, jam cæteræ species in his dandæ sunt locis in quibus affatim redundant. Quæ omnia sunt Balistæ consilia, qui ex quaque provincia unam tantùm speciem præberi jussit,* [2] *quòd ea redundaret, atque ab ea milites submoveri: id quod publicitus est decretum.* Est & alia ejus epistola qua gratias Balistæ agit: in qua docet sibi præcepta gubernandæ Reip. ab eodem data: gaudens quòd ejus consilio [3] nullum adscriptitium, id est vacantem, haberet, [4] & tribunum [5] nullum stipatorem, qui non verè pugnaret. Hic igitur vir in tentorio suo cubans, [6] à quodam gregario milite Odenati in Gallieni gratiam dicitur interemptus. De quo ipse vera non satis comperi, idcirco quòd scriptores temporum de hujus præfectura multa, de imperio pauca dixerunt.

[7] DE VALENTE, XVIII.

Hic vir militaris, simul etiam civilium virtutum gloria pollens, proconsulatum Achaiæ [8] dato à Gallieno tunc 19

1. *Jam ubi laridum, jam cæteræ species.*] Scribendum, *jam laridum, jam cæteræ species in his dandæ sunt locis, in quibus affatim redundant.* Salmas.

Jam ubi laridum.] Pal. *jam in laridum.* media vox fortasse utrobiq; vacat. *Grut.*

2. *Quod ea redundaret.*] Sic & Pal. sed melius fuerit, *quâ redundaret.* Idem.

3. *Nullum adscriptitium, id est vacantem.*] Exposuimus ad Alexandrum Severum. *Casaub.*

Nullum adscriptitium id est vacantem haberet.] Vetus editio: *nullum adscriptum.* vocat autem Trebellius *vacantem*, quem Spartianus *vacantivum*: istos vacantes vel vacantivos vel adscriptos, Græci παλατινοὺς appellant, quod supernumerarii essent, nec munere aut actu fungerentur. *Salmas.*

4. *Et tribunum nullum stipatorem qui non vere pugnaret.*] Palatinus habet amplius: *Et tribunum nullum stipatorem qui non vere aliquid ageret, nullum militem qui non vere pugnaret. Tribunus vacans* qui non vere aliquid ageret, sed principi stipatoris obsequium præberet. *miles vacans* qui non vere militaret, sed ad obsequium deputaretur legatorum, ducum vel tribunorum. *Idem.*

5. *Nullum stipatorem qui non verè pugnaret.*] Adhæserim potius Palat. in quo amplius, *nullum stipatorem qui non verè aliquid ageret; nullum militem qui non verè pugnaret.* Grut.

6. *A quodam gregario milite Odenati in Gallieni gratiam dicitur interemptus.*] Vetus editio legit, *A quodam gregario milite, in Odenati & Gallieni gratiam dicitur interemptus.* Quod propemodum verum esse arbitror. *Salmas.*

7. DE VALENTE.] Huic cognomen erat Thessalonico, auctore Marcellino libro XXI. *Casaub.*

8. *Dato à Gallieno tunc honore gubernabat.*]

no tunc honore gubernabat: [1] quem Martianus vehementer reformidans, simul quòd in omni genere vitæ satis clarum norat, simul quòd inimicum sibi esse invidia virtutum sciebat, misso Pisone nobilissimæ tunc & consularis familiæ viro, interfici præcepit. Valens diligentissimè cavens & providens, neque aliter sibi posse subveniri existimans, sumpsit imperium, [2] & brevi à militibus interemptus est.

[3] DE VALENTE. SUPERIORE, XIX.

20 [4] FUit & Valens superior, & bene venit in mentem ut quum de hoc Valente loquimur, etiam de illo Valente qui superiorum principum temporibus interemptus est, aliquid dicamus. Nam hujus Valentis qui sub Gallieno imperavit, avunculus magnus fuisse perhibetur. Alii tantùm avunculum dicunt. [5] sed par in ambobus fuit fortuna. Nam & ille quum paucis diebus Illyrico imperasset, occisus est.

DE PISONE, XX.

21 [6] HIc à Macriano ad interficiendum Valentem missus, ubi eum providum futurorum imperare cognovit, Thes-

bat.] Vetustæ membranæ: *Dato à Gallieno tunc honore. honore* pro *honore.* Salmasius.

1. *Quem Martianus vehementer reformidans.*] Libro superiore de Martiano quodam egimus: sed non hic de illo agitur: apparet enim ex ejusdem libri principio scribendum esse *Macrianus.* Casaub.

Quem Martianus vehementer reformidans.] Legendum: *Quem Macrianus reformidans.* atque ita Palatinus. *Salmasius.*

2. *Et brevi à militibus interemptus est.*] Forte: *A militibus fuit interemptus est.* Idem.

3. DE VALENTE SUPERIORE. *Fuit & Valens superior.*] Delendus hoc etiam loco titulus, & una serie continuandum: VALENS SUPERIOR. *Et bene venit in mentem, ut quum de hoc Valente loquimur, etiam de illo Valente qui superiorum principum temporibus interemptus est, aliquid dicamus.* Idem.

4. *Fuit & Valens superior.*] De hoc suprà egimus inter principes post Gordianum III. *Casaub.*

5. *Sed par in ambobus fuit fortuna.*] Lege: *Sed par ambobus fuit fortuna* Salmasius.

6. *Hic à Macriano.*] *A Macrino.* vet. ed. *Idem.*

1. *Cui*

Theſſaliam conceſſit, atque illic paucis ſibi conſentientibus ſumpſit imperium, *Theſſalicuſque* appellatus, interemptus eſt: vir ſummæ ſanctitatis, & temporibus ſuis *Frugi* dictus, & qui ex illa Piſonum familia ducere originem diceretur, [1] cui ſe nobilitandi cauſa Cicero ſociaverat. Hic omnibus principibus acceptiſſimus fuit. Ipſe denique Valens qui ad eum percuſſores miſiſſe perhibetur, dixiſſe dicitur, non ſibi apud deos inferos conſtare rationem, quòd quamvis hoſtem ſuum, Piſonem tamen juſſiſſet occidi, [2] virum cui ſimilem Romana reſpublica tunc non haberet. Senatuſconſultum de Piſone factum ad noſcendam ejus majeſtatem libenter inſerui: Die ſeptimo [3] Cal. Julias, quum eſſet nuntiatum Piſonem à Valente interemptum, ipſum Valentem à ſuis occiſum, [4] Aurelius Fuſcus conſularis primæ ſententiæ, [5] qui in locum Valeriani ſucceſſerat, ait, *Conſul conſule.* Quumque conſultus eſſet, *Divinos* (inquit) *honores Piſoni decerno* P. C. [6] *Gallienum, & Valerianum, & Saloninum imperatores noſtros eſſe confido. Neque enim melior vir quiſquam fuit, neque conſtantior.* [7] Poſt quem cæteri conſulti ſtatuam inter triumphales, & currus

1. *Cui ſe nobilitandi cauſſa Cicero ſociaverat.*] Cùm Tullian filiam deſpondit C. Piſoni L. F. Frugi. *Caſaub.*

2. *Virum cui ſimilem.*] Palat. *cujus.* Grut.

3. *Calendas Julias.*] Palatin. *Kal. Juliarum.* Idem.

4. *Aurelius Fuſcus conſularis.*] Lege: *Arellius Fuſcus.* Salmaſ.

Arellius Fuſcus Conſularis.] Revocavi hunc hominem ex Orci cancris, adjutante Palatino. *Arellii Fuſci* nomen notiſſimum Senecæ ævo inter Declamatores; unde iſte proculdubio oriundus. *Grut.*

5. *Qui in locum Valeriani ſucceſſerat.*] Nam Valerianus cùm adhuc reliquis ſenatoribus accenſeretur, primæ ſententiæ & ſenatus princeps erat. eo ad altiora tranſgreſſo, ejus locum Aurelius Fuſcus occupavit. *Caſaub.*

6. *Gallienum & Valerianum & Saloninum imperatores noſtros eſſe confido.*] Gallienus & Valerianus fratres tunc imperatores, & Saloninus Gallieni filius. Palatinus addit vocem, *imperatores noſtros imperaturos eſſe confido.* quæ niſi addatur, non ſatis conſtabit hujus loci ſententia. conſultus hic primæ ſententiæ conſularis, decernit divinos honores Piſoni, & confidere ſe dicit id quoque, imperaturos eſſe imperatores Gallienum, & Valerianum & Saloninum. neque enim virum quemquam Piſone meliorem aut conſtantiorem fuiſſe. poteſt tamen etiam & certe debet legi; *imperatores noſtros id probaturos eſſe confido.* nihil verius. *Salmaſius.*

7. *Poſt quem cæteri conſulti ſtatuam inter triumphales.*] Scripti libri: *Poſt quem citer conſultum ſtatuam inter triumphales*

currus quadrijugos Pisoni decreverunt. Sed statua ejus videtur : [1] quadrigæ autem quæ decretæ fuerant [2] quasi transferendæ ad alium positæ sunt, nec adhuc redditæ. Nam in his locis fuerunt positæ in quibus thermæ Diocletianæ sunt exædificatæ, tam æterni nominis quàm sacrati.

DE ÆMILIANO, XXI.

22 [3] ET hoc familiare est populo Ægyptiorum, ut vel furiosi ac dementes [4] de levibus quibusque ad summæ Reipub. pericula perducantur. Sæpe illi ob neglectas salutationes, locum in balneis non concessum, carmen & olera sequestrata, calceamenta servilia, & cætera talia, [5] usque ad summum Reip. periculum seditionis, ita ut armarentur contra eos exercitus, pervenerunt. Familiari ergo sibi furore [6] quum quodam die cujusdam servus curatoris qui Alexandriam tunc regebat, [7] militariè ob hoc cæsus

& quadrijugos currus Pisoni decreverunt. quam quidem lectionem sic interpretabimur. Arellius Fuscus, cum primus sententiam dixisset, qua decernebat Pisoni divinos honores, omnes citra consultum, quadrijugos currus & statuam inter triumphales decreverunt. *citer* autem hoc positum pro *citra.* ut *inter, intra : super, supra :* sic *citer, citra.* non expectato igitur, ut consulerentur, reliqui omnes ex sententia Arellii Fusci, Pisoni decreverunt divinos honores, hoc est statuam inter triumphales & quadrijugos currus. Sæpe enim sola acclamatione conficiebantur senatusconsulta. cum ejus sententia, ab omnibus adprobaretur, adclamabatur, *Omnes, Omnes.* atque ita non consultis ceteris, hoc est citra consultum, fiebat senatus consultum. *Idem.*

1. *Quadrigæ autem quæ decretæ fuerant quasi transferendæ.*] Vetus editio habet : *Quadrigæ autem decretæ, quasi transferendæ ad alium sunt positæ.* Idem.

2. *Quasi transferendæ ad alium positæ.*] Sic Pal. fortè, *quasi transferendæ ad balneum.* Grut.

3. *Et hoc familiare est populo Ægyptiorum.*] *Et hoc familiare populi Ægyptiorum.* Salmas.

4. *De levibus quibusque ad summæ reip. pericula perducuntur.*] Palat. *Deleviuus quibus usque.* forte : *De levissimis rebus usque ad summæ reip. pericula perducantur.* Idem.

5. *Usque ad summum reip. periculum seditionis.*] Scribe : *Usque ad summæ reip. periculum seditionibus, itaut armarentur contra eos exercitus, pervenerunt.* Idem.

6. *Quum quodam die.*] *Quum quadam die.* Idem.

7. *Militariè ob hoc cæsus esset.*] Palat. *Militare.* unius elementi mutatione emendo, *militari ob hoc cæsus esset.* sensus est, servum curatoris Alexandriæ die quodam à militari, hoc est milite cæsum ob hoc fuisse, quod diceret crepidas suas esse meliores, quam militis. militarem autem hoc dixit Trebellius, pro milite. *Idem.*

1. *Ad*

cæsus esset quòd crepidas suas meliores esse quàm militis diceret, collecta multitudo [1] ad domum Æmiliani ducis anceps venit, atque eum omni seditionum instrumento & furore persequuta est. ictus est lapidibus, petitus est ferro: [2] nec desiit ullum seditionis telum. Qua re coactus Æmilianus sumpsit imperium, quum sciret sibi undecunque pereundum. Consenserunt ei Ægyptiacus exercitus, maximè in Gallieni odium: nec ejus ad regendam rempublicam vigor defuit. Nam Thebaidem totamque Ægyptum peragravit, & quatenus potuit barbarorum gentes forti autoritate submovit. Denique ALEXANDER vel ALEXANDRINUS (nam incertum id quoque habetur) virtutum merito vocatus est. Et quum contra Indos pararet expeditionem, misso Theodoto duce, Gallieno jubente dedit pœnas: [3] siquidem strangulatus in carcere captivorum veterum more perhibetur. Tacendum esse non credo, quòd quum de Ægypto loquor, vetus suggesserit historia, simul etiam Gallieni factum: qui quum Theodoto vellet imperium proconsulare decernere, à sacerdotibus est prohibitus, [4] qui dixerunt fasces consulares ingredi Alexandriam non licere. Cujus rei etiam Ciceronem, quum contra Gabinium loquitur, meminisse satis novimus. denique non extat memoria rei frequentatæ. Quare scire oportet, [5] Herennium Celsum vestrum parentem

1. *Ad domum Æmiliani anceps venit.*] Pal. *aucis venit.* Grut.

2. *Nec desiit ullum seditionis telum.*] Pal. *nec de ullum seditionis telum.* Idem.

3. *Siquidem strangulatus in carcere captivorum veterum more perhibetur.*] Mos notus, ut postquam triumphator in Capitolium cepisset flectere, captivi duces in carcerem deducerentur, & ibi laqueo strangularentur. Æmilianum autem à Theodoto qui illum vicerat Romam ad Gallienum missum fuisse, priore libro dictum est. *Casaub.*

4. *Qui dixerunt fasces consulares ingredi Alexandriam non licere.*] Ob similem, vel hanc ipsam caussam olim de reducendo Ptolemæo tamdiu & tam acriter in senatu disceptatum est: cùm dicerotur sorte Sibyllina prædictum, magno Reip. malo cessurum, si cum imperio Romani Ægyptum adirent: qua de re Dio. *Idem.*

5. *Herennium Celsum, vestrum parentem, dum consulatum cupit, hoc quod desiderat non licere.*] Est hypallage: nam rectum erat, *hoc quod non licet desiderare.* Cùm ait, *vestrum parentem*, compellat amicum illum suum cui hoc opus nuncuparat. Porrò hic Herennius Celsus quo tempore hæc scribebantur, Augustalis erat

rentem dum consulatum cupit, hoc quod desiderat, *non* licere. Fertur enim apud Memphim in aurea columna Ægyptiis literis scriptum, tunc demum Ægyptum liberam fore quum in eam veniſſent Romani fasces, & prætexta Romanorum: quod apud Proculum grammaticum doctiſſimum sui temporis virum, [1] quum de peregrinis regionibus loquitur, invenitur.

[2] DE SATURNINO, XXII.

23 SATURNINUS optimus ducum Gallieni temporibus, sed à Valeriano dilectus fuit. Hic quoque quum diſſolutionem Gallieni pernoctantis in publico ferre non poſſet, & milites non exemplo imperatoris sui, sed suo regeret, ab exercitibus sumpsit imperium, vir prudentiæ singularis, gravitatis insignis, vitæ amabilis, [3] victoriarum barbararum etiam ubique notarum. Hic ea die qua est amictus à militibus peplo imperatorio, concione habita dixisse fertur, *Commilitones, bonum ducem perdidistis, & malum principem feciſtis.* Denique quum multa strenuè in imperio feciſſet, quòd esset severior & gravior militibus, ab iisdem ipsis à quibus factus fuerat, interemptus est. Hujus insigne est quòd convivio discumbere milites, [4] ne inferiora denudarentur, cum sagis jussit, hyeme gravibus, æstate perlucidis.

DE

erat Ægypti præfectus: sed eo honore non contentus, a Diocletiano impetrare conatus est, ut sibi absenti consulatus deferretur. quam postulationem iniquam esse, & contra observationem priorum temporum, obiter demonstrat hic Trebellius. *Idem.*

1. *Cùm de peregrinis regionibus loquitur.*] Arbitror legendum, *religionibus.* Idem.

2. DE SATVRNINO.] *Saturninus optimus ducum.* Scribe: SATVRNINVS. *Optimus ducum Gallieni temporibus.* Salmaſ.

3. *Victoriarum Barbararum, &c.*] Nam *Victorias Barbaras* appellat, partas de Barbaris: quas opponit civilibus. *Caſaubonus.*

Victoriarum barbararum etiam ubique notarum.] Scripti omnes, *victoriarum barbaris etiam ubique notarum.* Diſtinguendum: *Victoriarum barbaris etiam ubique notarum.* hoc est, victoriarum ubique notarum, etiam barbaris. an legendum est, *Victoriarum de barbaris, etiam ubique notarum?* Salmaſ.

4. *Ne inferiora denudarentur, &c.*] Apparet poni solitas braccas cùm discumberent: adhuc enim ea ætate braccarum infrequentior usus: neque inter domesticas ea vestis fuit; sed inter militares potiùs & viatorias. *Caſaub.*

1. *Matter*

DE TETRICO SENIORE, XXIII.

INterfecto Victorino & ejus filio, [1] mater ejus Victoria 24
sive Victorina, Tetricum senatorem pop. Rom. [2] præsidatum in Gallia regentem, ad imperium hortata, quòd ejus erat, ut plerique loquuntur, affinis, Augustum appellari fecit, filiumque ejus Cæsarem nuncupavit. Et quum multa Tetricus feliciter egisset, diuque imperasset, [3] ab Aureliano principe victus, [4] quum militum suorum impudentiam & procacitatem ferre non posset, volens se gravissimo principi & severissimo dedit. Versus denique illius fertur, [5] quem statim ad Aurelianum scripserat,

Eripe me his invicte malis.

Quare quum Aurelianus nihil simplex neque mite aut tranquillum facilè cogitaret, senatorem pop. Rom. eundemque consularem, [6] qui jure præsidiali omnes Gallias rexerat, per triumphum duxit eodem tempore quo & Zenobiam Odenati uxorem cum filiis minoribus Odenati Herenniano & Timolao: pudore tamen victus vir nimiùm severus, eum quem triumphaverat, [7] correctorem totius Italiæ fecit, id est Campaniæ, Samnii, Lucaniæ, Brutiorum, Apuliæ, Calabriæ, Hetruriæ, atque Umbriæ, Piceni, & Flaminiæ, [8] omnisque annonariæ regionis:

1. *Mater ejus Victoria sive Victorina.*] *Victoria sive Vitruvia.* Salmas.

Mater ejus Victoria sive Victorina.] Pal. tertiò habet; *sive Vitruvia*; ut nullum relinquatur dubium, id vocis admittendum in contextum. *Gron.*

2. *Præsidatum in Gallia regentem.*] Tuebatur præsidatu Aquitanos, ait Aurelius Victor. *Casaub.*

3. *Ab Aureliano victus.*] Palat. abest illud *Principe*, quia repetetur statim post. *Gron.*

4. *Cùm militum suorum impudentiam & procacitatem ferre non posset.*] Aurelius Victor in Aureliano planiùs rem aperit. *Casaub.*

5. *Quem statim ad Aurelianum scripserat.*] Forte: *Quum ita scripsisset, &c.* Idem.

6. *Qui jure præsidiali.*] Pal. *præsidali.* Grut.

7. *Correctorem totius Italiæ fecit.*] Vopiscus longè aliter in Aureliano: *Tetricum triumphatum correctorem Lucaniæ fecit.* Vopisco uterque Victor consentit, & cum his Eutropius. Errat igitur Pollio. *Casaub.*

8. *Omnisque annonariæ regionis.*] Et in Urbe & in variis Italiæ locis annona populo dividebatur: eaque cura certis hominibus mandari solita. præfectorum annonæ urbicæ passim fit mentio: Et Italiæ regiones quædam erant, quas vocabant annonarias, ut Thuscia. Ammianus libro XVIII. *Idem.*

Omnisque annonariæ regionis.] Dicit Tetricum correctorem totius Italiæ esse

nis: ac Tetricum non solùm vivere, sed etiam in summa dignitate manere passus est, quum illum sæpe collegam, non-

esse ab Aureliano factum, *id est*, inquit, *Campaniæ, Samnii, Lucaniæ, Bruttiorum, Apuliæ, Calabriæ, Etruriæ atque Umbriæ, Piceni & Flaminiæ, omnisque annonariæ regionis.* cum totam Italiam dixisset, nec tamen omnes Italiæ provincias enumerasset, addidit: *Omnisque annonariæ regionis.* quibus verbis etiam complexus est ceteras Italiæ provincias, quas non nominavit, ut Histriam, Venetias, Liguriam. dictæ autem omnes Italiæ regiones annonariæ, & tota Italia annonaria regio, ab annonaria functione quam ad exercitum comitatumque imperatoris alendum, qui semper, aut maxima parte aderat, conferre consueverat. hoc igitur differebant annonariæ & urbicariæ regiones, quod urbicariæ utique & annonariæ fuerint, id est annonariam functionem præstiterint: at non omnes annonariæ, urbicariæ etiam appellatæ. nam Italiæ omnes regiones sic dicebantur proprie, vel quod olim solæ hujusmodi functioni essent obnoxiæ exemptis urbicariis: vel ut ab urbicariis distinguerentur hoc appellationis discerniculo, cum utræque tamen idem præstationis onus munusque subirent. sciendum, urbicariarum non aliunde peti posse aut debere rationem nominis quam ab urbe: deinde secundum hanc appellationis suæ causam non alias fingi cogitarive posse quam quæ urbi ita proximæ essent, ut nullis quasi proximioribus potuerit istud nomen aptari. ab urbe, *urbicus, urbicarius* & *urbanus:* inde urbica & urbicari & urbana præfectura dicebatur. urbici & urbani & urbicarii de scurris & mimis. Plautus: *Urbani homines quos scurras vocant.* urbicariæ regiones eædem erant cum suburbicariis. atque ita dictæ erant regiones quæ urbi circumjacebant: nunc superest dicendum quos usque ad fines procurrerint istæ urbicariæ. regiones igitur omnes extra urbem intra centesimum illum lapidem, quousque urbica jurisdictio ingrediebatur, urbicariæ dictæ & suburbicariæ. *universa Romana regio*, & *universa urbicaria regio* idem est. quo nomine ἡ πᾶσα ἐπαρχεία τῆς πόλεως ἢ τῆς Ῥώμης intelligitur. sic *omnem annonariam regionem* heic dixit Trebellius de tota Italia quæ annonaria erat. urbi autem adeo connexæ istæ provinciæ urbicariæ, ut nunquam ab urbe disjungerentur: & hanc rationem putamus esse, quare nullæ aliæ ex Italiæ provinciis præter has duas, Picenum inquam, & Tusciam, apud auctores nominatim dictæ inveniantur *annonariæ*, aut *suburbicariæ*. nam ex duabus Tusciæ partibus, pars illa quæ propter vicinitatem urbis jurisdictioni urbicariæ adscripta erat, *urbicaria* dicebatur ad distinctionem alterius, quæ quod longius esset posita quàm ut terminis urbanæ præfecturæ cognitionem coërcentibus comprehendi quiret, Italiæ accensebatur, & recensebatur inter regiones annonarias. nec secus de Piceno. hinc *Picenum annonarium*, & *urbicarium* legimus: *Tusciam annonariam*, & *urbicariam*. Campaniam annonariam non legimus, ideo quod nulla erat Campania urbicaria. illud vero animadversione dignum, ita semper distinctas & disjunctas fuisse provincias urbicarias vel suburbicarias, ab annonariis, ut satis constet duas Tuscias, urbicariam & annonariam, quamvis adeo vicinas, ut una magis quam duæ provinciæ censeri possent, nunquam ab uno eodemque judice administratas esse, cum tamen Tuscia annonaria non sola per se administraretur, sed cum Umbria juncta unum rectorem acciperet. sic Picenum quoque annonarium ita semper ab urbicario Piceno divisum separatumque est, ut nunquam eumdem consularem habuerit, sed potius cum Flaminia jungeretur, & ab uno eodemque præside regeretur. hinc illud est quod Trebellius

nonnunquam commilitonem, aliquando etiam imperatorem appellaret.

DE TETRICO JUNIORE, XXIIII.

Hic puerulus à Victoria Cæsar est appellatus, quum illa MATER CASTRORUM ab exercitu nuncupata esset. qui & ipse cum patre per triumphum ductus, postea omnibus senatoriis honoribus functus est, illibato patrimonio, quod quidem ad suos posteros misit, [1] ut Gellius Fuscus dicit, semper insignis. Narrabat avus meus, hunc sibi familiarem fuisse, neque quemquam illi ab Aureliano, aut postea ab aliis principibus, esse prælatum. Tetricorum domus hodieque extat [2] in monte Cælio inter duos lucos contra Isium Metellinum, pulcherrima, in qua Aurelianus pictus est, [3] utrique prætextam tribuens senatoriam dignitatem, [4] accipiens ab his * sceptrum, coronam

lium hoc loco in enumeratione provinciarum Italiæ non Tusciam aut Picenum seperatim nominet, ut Calabriam, Apuliam, Lucaniam & reliquas, sed Tusciam cum Umbria junctim proferat, & Picenum cum Flaminia. sic enim loquitur: *Totius Italiæ, id est, Campaniæ, Samnii, Lucaniæ, Bruttiorum, Apuliæ, Calabriæ, Etruriæ atque Umbriæ, Piceni & Flaminiæ, omnisque annonariæ regionis.* ita distinguendum est in verbis Trebellii. *Salmas.*

1. *Ut Gellius Fuscus dicit, semper insignis.*] Palatinus: *Agellius* habet. an *Arellius Fuscus?* Idem.

Ut Gellius Fuscus.] Pal. *ut Dagellius Fuscus.* fortè, *ut Agellius Fuscus.* Grut.

2. *In monte Cælio inter duos lucos contra Isium Metellinum.*] Sic alius Romæ locus dictus, *inter duos lucos.* Ἱερὸν Latinis, *Isium* & *Iseum.* erant plura jam Romæ templa Isidis, distincta cognominibus. *Casaub.*

In monte Cælio inter duos lucos.] M. Manlii domum, ejus qui regnum affectavit, duobus lucis convestitam fuisse tradit Cicero pro domo sua. *Salmasius.*

3. *Utrique prætextam tribuens senatoriam dignitatem.*] Scrib. ex libris, *& senat. dig.* pictus erat Aurelianus dans utrique Tetrico prætextam; & simul senatoriam dignitatem, cujus insigne tum fuit prætexta. *Casaub.*

4. *Accipiens ab his sceptrum, coronam civicam, &c.*] Quare *sceptrum?* nam de corona civica manifesta ratio est. sequamur igitur regium codicem, qui vocem illam expungit. *Idem.*

Accipiens ab his sceptrum, coronam civicam picturatam de musco.] Sceptrum & coronam Aureliano dant isti Tetrici, quæ triumphantis erant insignia. sceptrum enim & coronam, & palmatam habebant triumphantes. non igitur tollenda vox, *sceptrum*, quæ heic omnino necessaria est. sceptrum etiam consules gerebant. duces etiam olim cum sceptris curiam ingrediebantur. ex *corona civica* quæ heic habetur, *coronam* tantum retinemus, *civicam* hinc facessere jubemus. coronam igitur & sceptrum

ronam civicam [1] picturatam de museo. [2] Quam quum dedicasset, Aurelianum ipsum dicuntur duo Tetrici adhibuisse convivio.

DE TREBELLIANO, XXV.

26 [1] PUdet jam persequi quanti sub Gallieno fuerunt tyranni, vitio pestis illius: siquidem erat in eo ea luxuria, ut rebelles plurimos mereretur; & ea crudelitas ut jure timeretur. [4] Quare & in Trebellianum factum in Isauria principem, ipsis Isauris sibi ducem quærentibus, quem quum alii archipiratam vocassent, ipse se imperatorem appellavit. Monetam etiam cudi jussit, Palatium in arce Isauriæ constituit: qui quidem quum se in intima Isaurorum loca munitus difficultatibus locorum & montibus contulisset, aliquamdiu apud Cilicas imperavit. [1] Sed

ptrum accipiens à Tetricis pictus erat Aurelianus in illa Tetricorum domo, quæ triumphantium erant insignia, & vicissim ipse illis tribuens prætextam & senatoriam dignitatem, *civicam* addiderunt correctores ex depravatis antiquæ scripturæ vestigiis, quæ sic habuit: *accipiens ab his sceptrum, coronam cycli.* Quæ corrigi posse videntur hoc modo: *accipiens ab his sceptrum, coronam, cyclum, picta omnia de musio.* cyclus autem hoc est κύκλος, & patinam Græcis vel discum, & clypeum significat. *cyclum* igitur, id est discum, Græca voce heic dixit Trebellius, & clypeatam imaginem intellexit. nam propter & clypeorum & discorum similitudinem, quem Latini clypeum, id est clypeatam imaginem vocant, Græci κύκλον & δίσκον appellant. *Salmas.*

[2] *Sceptrum, coronam civicam picturatam de musio.*] Pal. *sceptrum coronam cycli picturæ demusio.* Grut.

1. *Picta omnia de musio.*] Ita vetus liber. museum & musium, nam utroque modo dicebatur, est quod alii *musivum* appellant. à *musio* vero opus *musiacum.* quod vulgo unius litteræ trajectione, *mosaicum* appellamus. *Salmas.*

2. *Quam cùm dedicasset, &c.*] *Dedicasset* pro dedicaret; non enim post dedicationem, sed in ipsa ejus domus dedicatione habitum id convivium. *Casaub.*

3. *Pudet jam persequi.*] *Pudentia est persequi.* ita legit Palatinus, non prorsus male. *pudentiam* enim pro *pudore* posuit. *Salmas.*

Pudet jam persequi.] Amplectar quæ est in Pal. à manu secunda: *Pudentia est persequi.* Grut.

4. *Quare & in Trebellianum factum in Isauria principem.*] Aut desunt aliquot verba, aut scribendum, *Quare & Trebellianus factus in Isauria princeps, &c.* Casaub.

Quare & in Trebellianum factum in Isauriâ principem.] Hæc quoque est scriptura codicis Palatini, defectuosa nihilominus, nisi forte *fautum* legendum, Latineque dicitur *favere in aliquem.* Grut.

1. *Sed*

[1]Sed per Gallieni ducem Cauſiſoleum natione Ægyptium, fratrem Theodoti, qui Æmilianum ceperat, [2]ad campum deductus, eſt victus & occiſus. Neque tamen poſtea Iſauri timore, ne in eos Gallienus ſæviret, ad æqualitatem perduci quavis principum humanitate potuerunt. [3]Denique poſt Trebellianum pro Barbaris habentur, & quum in medio Rom. nominis ſolo regio eorum ſit, novo genere cuſtodiarum quaſi limes includitur, locis defenſa non hominibus. [4]Nam non ſunt ſtatura decori, non virtute graves, non inſtructi armis, non conſiliis prudentes, ſed hoc ſolo ſecuri, quòd in editis poſiti adiri nequeunt: [5]quos quidem divus Claudius penè ad hoc perduxerat, ut à ſuis ſemotos locis in Cilicia collocaret, daturus uni ex amiciſſimis omnem Iſaurorum poſſeſſionem, nequid ex ea poſtea rebellionis oriretur.

DE HERENNIANO, XXVI.

ODenatus moriens duos parvulos reliquit, Herennia- 27
num & fratrem ejus Timolaum: quorum nomine Zenobia uſurpato ſibi imperio diutiùs quàm fœminam decuit, Remp. obtinuit, [6]parvulos Rom. [7]imperatoris [8]habitu proferens purpuratos, eoſdemque adhibens concioni-

1. *Sed per Gallieni ducem Cauſiſoleum.*] *Cauſiſoleum.* Salmaſ.

Sed per Gallieni ducem Cauſiſoleum.] Pal. *Cauſiſoleum novo genere cuſtodiarum.* Non aliter quoque Pal. malebat tamen Petrus Pithœus, *cluſarum*, qui videatur libro 1. Adverſ. capite 14. *Gruterus.*

2. *Ad campum deductus, eſt victus, & occiſus.*] *Ad campum deductus, victus eſt & occiſus.* Salmaſ.

3. *Denique poſt Trebellianum pro barbaris habentur, &c.*] Scribebat iſta Diocletiano imperante: ſed ex Ammiano Marcellino diſcimus, ne multò pòſt quidem, Romano imperio jugum Iſauros ſubmiſiſſe: & alio loco ſcribit idem, Iſauriam antea inœnium potentem, olim fuiſſe ſubverſam, ut rebellatricem internecivam. *Caſaub.*

4. *Nam non ſunt ſtatura decori.*] *Staturæ decori.* idem liber. *Salmaſ.*

5. *Quos quidem divus Claudius, &c.*] In Claudii quæ ſequitur vita, nihil de Iſauria Trebellius. & fortaſſe Claudium hic nominat loco Probi. *Caſaub.*

6. *Parvulos Romani imperatoris habitu proferens purpuratos.*] *Præferens purpuratos.* Palat. Romani autem imperatores ſoli purpurati, eorumque proprium geſtamen purpura. *Idem.*

7. *Imperatoris habitu proferens purpuratos.*] Habet etiam Pal. *præferens*, quod & alii in ſuis invenerunt. *Grut.*

8. *Habitu proferens purpuratos.*] Scripti, *præferens.* Caſaub.

cionibus, quas illa viriliter frequentavit: Didonem & Semiramidem, & Cleopatram sui generis principem inter cætera prædicans. Sed de eorum exitu incertum est. Multi enim dicunt eos ab Aureliano interemptos, multi morte sua esse consumptos: siquidem Zenobiæ posteri etiam nunc Romæ [1] inter nobiles manent.

DE TIMOLAO, XXVII.

28 DE hoc ea putamus digna memoria quæ de fratre sunt dicta. Unum tamen est quod eum à fratre separat, quòd tanti fuit ardoris ad studia Romana, ut brevi consequutus quæ insinuaverat grammaticus, esse dicatur: [2] potuisse quinetiam summum Latinorum rhetorem facere.

DE CELSO, XXVIII.

29 OCcupatis partibus Gallicanis, Orientalibus, quinetiam Ponti, Thraciarum, & Illyrici, dum Gallienus popinatur & balneis ac lenonibus deputat vitam, Afri quoque autore Vibio Passieno, proconsule Africæ, & Fabio Pomponiano duce limitis Libyci, Celsum imperatorem appellaverunt, [3] peplo deæ Cælestis ornatum. [4] Hic privatus ex tribunis in Africa positus, in agris suis vivebat: sed ea justitia, & corporis magnitudine, ut dignus videretur imperio. Quare creatus per quandam mulierem, Gallienam nomine, consobrinam Gallieni, septimo

1. *Inter nobiles manent.*] Pal. *maneat.* forte *manent.* Grut.

2. *Potuisse quinetiam summum Latinorum rhetorem facere.*] *Facere* pro evadere vel fieri insolens loquendi modus. *Casaub.*

Potuisse quinetiam summum Latinorum rhetorem facere.] Eleganti locutionis genere, *rhetorem facere* heic dicitur, qui fit rhetor, vel rhetor evadit. Sic Spartianus dixit, *hastam duas partes facere*, quæ per medium in duas partes scinditur, ita ut ex una duæ quasi fiant hastæ. *Salmas.*

3. *Peplo deæ Cælestis ornatum.*] Quia aliunde purpura non suppetebat ad amiciendum novum Augustum necessaria, detraxerunt hujus deæ simulacro. *Casaubonus.*

4. *Hic privatus ex tribunis in Africa positus, in agris suis vivebat.*] *Privatus ex tribunis*, id est, jam privatus, qui fuerat antè tribunus. *Idem.*

mo imperii die interemptus est, atque adeò etiam inter obscuros principes vix relatus est. Corpus ejus à canibus consumptum est, Siccensibus qui Gallieno fidem servaverant perurgentibus: [1] & [2] novo injuriæ genere imago in crucem sublata persultante vulgo, quasi patibulo ipse Celsus videretur affixus.

DE ZENOBIA, XXIX.

[3] OMnis consumptus est pudor: siquidem fatigata Re- 30
pub. eo usque perventum est, ut Gallieno nequissimè agente, optimè etiam mulieres imperarent. [4] Et quidem peregrina, nomine Zenobia, de qua jam multa dicta sunt, [5] quæ se de Cleopatrarum Ptolemæorumque gente jactaret, post Odenatum maritum [6] imperiali sagulo perfuso per humeros habitu, donis ornata, diademate etiam

1. *Et novo injuriæ genere imago in crucem sublata.*] Id vero non novum, ut concepta contra aliquem ira à populo effundatur in ejus imagines. Solitos autem Græcos Latinosque damnatorum imagines dejicere, lutare, frangere, omni denique contumeliæ genere afficere, notissimum. *Idem.*

Et novo injuriæ genere imago in crucem sublata persultante vulgo.] Novo plane more, & injuriæ genere imaginem Celsi ad vivum expressam, & de industria sic effictam, in crucem sublatam intelligit, insultante vulgo, quasi ipse Celsus in cruce illa penderet. qui mos etiam hodie plane servatur in reis absentibus judicatis & capitis damnatis. *Salmas.*

2. *Novo injuriæ genere imago in crucem sublata.*] Vocat novum genus injuriæ, nullo existante exemplo, ubi tale quid accidit Imperatori. immò ne facile quidem occurrit exemplum ejus, cujus imago cruci affixa, tamquam in ea puniretur ipsemet reus. *Grut.*

3. *Omnis consumptus est pudor.*] *Omnis jam consumptus est pudor.* ita reponendum. *Salmas.*

4. *Et quidem peregrina, nomine Zenobia.*] Palat. *Et quidem peregrina enim nomine Zenobia:* ut forsan illa *Et quidem*, sint à malâ manu, scriptumque solummodò fuerit: *Peregrina enim, nomine Zenobia.* Grut.

5. *Quæ se de Cleopatrarum, &c.*] *Cleopatras* autem dicit, quia in prosapia Ptolemæorum plures fuerunt Cleopatræ. *Casaub.*

6. *Imperiali sagulo per humeros habitu.*] Scribo: *Imperialis saguli perfuso per humeros habitu.* Idem.

Imperiali sagulo perfuso per humeros habitu donis ornata.] Conjicio legendum: *Imperiali sagulo perfuso per humeros, habitu Didonis ornata.* sagulo ornata fuisse heic dicitur Zenobia, Didonis habitu, à qua se originem ducere memorabat. Didonem autem sic ornatam inducit poëta lib. IV. *(limbo. Sidoniam picto chlamydem circumdata* Sagulum imperiale Zenobiæ tribuit Trebellius, at Virgilius purpuream chlamydem Didoni. sagulum & chlamys idem. *imperiale* igitur *sagulum perfusum*, est purpurea chlamys picto limbo variata. *Salmas.*

etiam accepto, [1] nomine filiorum Herenniani & Timolai diutiùs quàm fœmineus sexus patiebatur, imperavit. Siquidem Gallieno adhuc regente Remp. regale mulier superba munus obtinuit: & Claudio bellis Gotthicis occupato, vix denique ab Aureliano victa & triumphata, concessit in jura Rom. Extat epistola Aureliani, quæ captivæ mulieri testimonium fert. Nam quum à quibusdam reprehenderetur quòd mulierem veluti ducem aliquem vir fortissimus triumphasset, missis ad senatum populumque Rom. literis, hac se attestatione defendit. *Audio P. C. mihi objici quòd non virile munus impleverim, Zenobiam triumphando. Nè illi qui me reprehendunt satis laudarent, [2] si scirent qualis illa est mulier, quàm prudens in consiliis, quàm constans in dispositionibus, quàm erga milites gravis, quàm larga quum necessitas postulet, [3] quàm tristis quum severitas poscat. Possum dicere illius esse quòd Odenatus Persas vicit, ac fugato Sapore Ctesiphontem usque pervenit. Possum asserere, tanto apud Orientalis & Ægyptiorum populos timori mulierem fuisse, ut se non Arabes, non Sarraceni, non Armeni commoverent. Nec ego illi vitam conservassem nisi eam sciissem multum Rom. reip. profuisse, quum sibi vel liberis suis Orientis servaret imperium. Sibi ergo habeant propriarum venena linguarum hi quibus nihil placet. Nam si vicisse ac triumphasse fœminam non est decorum, [4] quid de Gallieno loquuntur, in cujus contemptum hæc bene rexit imperium? Quid de divo Claudio, sancto ac venerabili duce, qui eam, quòd ipse Gotthicis esset expeditionibus occupatus, passus esse dicitur imperare, idque occultè ac prudenter, ut illa servante Orientalis fines imperii, [5] ipse securiùs quæ instituerat perpetraret?* Hæc oratio indicat quid

1. *Nomine filiorum Herenniani & Timolai.*] Vel, ut alii scripserunt, Balati. *Casaub.*

2. *Si scirent qualis illa est mulier.*] Palatin. *quæ illa mulier.* Grut.

3. *Quam tristis quum severitas postulet.*] *Tristis* enim, etiam severum significat. *Salmas.*

4. *Quid de Gallieno loquuntur, in cujus contemptum hæc bene rexit imperium.*] Importuna est & ridicula hæc Gallieni mentio. Palatini auctoritate hunc locum sic legimus: *Nam si vicisse, ac triumphasse fœminam non est decorum, quid de Divo Claudio, sancto ac venerabili duce, qui eam quod ipse Gotthicis esset expeditionibus occupatus, passus esse dicitur imperare, &c. Idem.*

5. *Ipse securius, quæ instituerat, perpetraret.*] *Ipse securus, quæ instituerat,* ita Pal. *Idem.*

quid judicii Aurelianus habuerit de Zenobia: cujus ea castitas fuisse dicitur, [1] ut ne virum suum quidem sciret, nisi tentatis conceptionibus. Nam quum semel concubuisset, expectatis menstruis continebat se, si prægnans esset; sin minùs, iterum potestatem quærendis liberis dabat. [2] Vixit regali pompa, more magis Persico. Adorata est more regum Persarum. Convivata est imperatorum more Rom. Ad conciones galeata processit [3] cum limbo purpureo, [4] gemmis dependentibus per ultimam fimbriam, media etiam

1. *Ut ne virum quidem suum sciret, nisi tentatis conceptionibus.*] Simile Pescennii encomium apud Spartianum: *rei Venereæ*, inquit, *nisi ad procreandos liberos prorsus ignarus.* Casaub.

Ut ne virum quidem suum sciret, nisi tentatis conceptionibus.] Idem: *ut ne virum quidem suum scierit.* Salmas.

Ut ne virum quidem sciret.] Nihilo pejus Palat. *scierit.* Grut.

2. *Vixit regali pompa, more magis Persico.*] Sic distingue: *Vixit regali pompa: more magis Persico adorata est: more regum Persarum continuata est: imperatorum more Romanorum ad conciones galeata processit, cum limbo purpureo.* etsi adorabantur etiam Romani imperatores, non eodem tamen modo, quo Persæ. ideo dixit, more magis Persico adoratam fuisse. nam certo certius adoratos fuisse imperatores Romanos. *Salmas.*

3. *Cum limbo purpureo.*] Non potest heic *limbus* in vulgata significatione sumi pro fascia qua extremitates vestium ambiuntur, & ornantur. pro veste igitur posuit quæ limbum habet, & nisi fallor cycladem intellexit. nam & cyclas, limbus est, & vestis limbo ornata per extremam oram. sed non mihi fit verisimile, ut Zenobia limbo vel cyclade muliebri tum induta fuerit, cum ad militares conciones galeata procedebat, quæ alias semper sagulo imperiali more Didonis ornata incederet. profecto tum maxime decuit eam in isthoc habitu videri, cum militares conciones frequentabat, & se militibus ostendebat; præsertim cum & galeata ad illos procederet. certum tum statuimus, *limbum purpureum* hoc loco vocari quod *sagulum* imperiale suprà dixit. Et limbum purpureum Trebellium heic appellare, pallium purpureum quod Zenobia fibula adstrictum gerebat, imperatricis vel reginæ more. *sagulum imperiale* paulo ante vocavit, quod Zenobia usurpaverat post mortem mariti Odenati. *Idem.*

4. *Gemmis dependentibus, &c. Etiam cyclade, &c.*] Pro *coclide* quod in omnibus libris constanter habetur, *cyclade* reposuerunt. at nos cum libris *coclide* retinemus, & sic distinguimus: *Processit cum limbo purpureo, gemmis dependentibus per ultimam fimbriam, media etiam, coclide, veluti fibula muliebri adstricta.* quorum verborum hic est sensus. illius limbi purpurei per ultimam fimbriam dependebant gemmæ, media verò scilicet fimbria, coclide ceu fibula muliebri, astringebatur. *cochlis* est, conca unionis quæ pro fibula muliberi erat illi Zenobiæ. fibulæ autem muliebres, ut plurimum ex gemma erant. Claudianus:

—— *& fulva nodatur jaspide pectus.*

Mediam autem fimbriam dixit Trebellius, quod non solum extrema vestium ora apud veteres fimbriata erat, sed etiam media, ex utraque scilicet parte ubi vestis ante pectus aperitur & fibula stringitur. *Idem.*

etiam [1] cyclade veluti fibula muliebri astricta, brachio sæpe nudo. [2] Fuit vultu subaquilo, fusci coloris, [3] oculis supra modum vigentibus, nigris, spiritus divini, venustatis incredibilis: tantus candor in dentibus, [4] ut margaritas eam plerique putarent habere, non dentes. Vox clara & virilis: severitas, ubi necessitas postulabat, tyrannorum; bonorum principum clementia, ubi pietas requirebat. Larga prudenter, conservatrix thesaurorum ultra fœmineum modum. Usa vehiculo carpentario, rarò pilento, equo sæpiùs. Fertur autem vel tria vel quatuor milliaria frequenter cum peditibus ambulasse. [5] Nata est Hispanorum cupiditate: bibit sæpe cum ducibus, quum esset aliàs sobria: [6] bibit etiam cum Persis atque Armeniis, ut eos vinceret. [7] Usa est vasis aureis gemmatis ad convivia,

1. *Cyclade veluti fibula muliebri astricta.*] Cogitandum de hoc loco amplius: nam neque de vera lectione, neque de sententia adhuc mihi liquet. *Casaub.*

Cyclade veluti fibulâ adstricta.] Agnoscit quidem Pall. illa *muliebri adstricta*, sed idem servat *cyclyde*. Grut.

2. *Fuit vultu subaquilo, fusci coloris.*] Subaquilus color, & fuscus idem. *Salmasius.*

3. *Oculis supra modum vigentibus.*] *Vigentes oculos*, *flagrantes* accipio, & quasi fulminantes. Palatinus tamen, *ingentibus* legit. & sane magnitudo oculorum, pulcritudinis non postrema pars: sic in Maximino *magnitudinem oculorum* commendat Capitolinus. *Idem.*

Oculis supra modum vigentibus.] Palat. *ingentibus*. Grut.

4. *Ut margaritas eam plerique putarent habere, non dentes.*] Brevius membrana: *Ut margaritas eos plerique putarent.* Casaubonus.

5. *Nata est Hispanorum cupiditate.*] Ne dubita scripsisse Pollionem, *Cœnata est H. e.* hoc igitur ait: Cleopatram cibo usam liberaliùs, more Hispanorum: qui etsi domi frugalissimi, apud hospites tamen & multi & lauti cibi sunt convivæ. Conjungi autem hæc debent cum istis quæ paullò antè dicebat auctor: *Adorata est more regum Persarum: Convivata est imperatorum Rom.* Idem.

Nata est Hispanorum cupiditate.] Nihil hoc loco mutandum censeo. Latine autem dici puto, *Natum esse tali ingenio*: aut, *esse ingenio tali*. Trebellius dicit Zenobiam, *Hispanorum cupiditate fuisse natam*. hoc est, sic cupidam, & avaram fuisse, ut Hispani solent, quorum ἀκριβείαν & tenacitatem nemo fere ignorat. eo spectat, quod ante dixit, *Eam thesaurorum conservatricem fuisse ultra fœmineum modum. cupidus*, Latinis fere est, avarus, & sordide parcus. Et *cupiditas*, absolute φιλαργυρίαν significat auctorum usurpatione. *Salmas.*

Nata Hispanorum cupiditate.] Placet valdè Casauboni *Cœnata est Hispanorum cupid.* nihil tamen abit à vulgato latinus. *Grut.*

6. *Bibit etiam cum Persis & Armeniis.*] *Bibit & cum Persis & Armeniis.* P. *Salmas.*

7. *Usa est vasis & gemmatis ad convivia quibus & Cleopatra usa est.*] Optimus codex, *Usa est & vasis gemmatis ad convivicimusa Cleopatra nisi in ministerio Eunuchos habuit.* Non erraret fortasse, qui scri-

via,[1] quibus & Cleopatra usa est. In ministerio eunuchos gravioris ætatis habuit, puellas nimis raras. Filios Latinè loqui jusserat, adeò ut Græcè vel difficilè vel rarò loquerentur. Ipsa Latini sermonis[2] non usquequaque ignara, sed ut loqueretur pudore cohibita: loquebatur & Ægyptiacè ad perfectum modum. Historiæ Alexandrinæ atque Orientalis ita perita ut eam epitomasse dicatur: Latinam autem Græcè legerat. Quum illam Aurelianus cepisset, atque in conspectum suum ductam sic appellasset, *Quid ô Zenobia ausa es insultare Romanis imperatoribus?* Illa dixisse fertur, *Imperatorem te esse cognosco qui vincis, Gallienum & Aureolum, & cæteros principes non putavi. Victoriam mei similem credens, in consortium regni venire, si facultas locorum pateretur, optavi.* Ducta est igitur per triumphum ea specie ut nihil pompabilius populo Rom. videretur. jam primùm ornata gemmis ingentibus, ita ut ornamentorum onere laboraret. Fertur enim mulier fortissima sæpissimè restitisse, quum diceret se gemmarum onera ferre non posse. Vincti erant præterea pedes auro, manus etiam catenis aureis:[3] nec collo aureum vinculum deerat, quod scurra Persicus præferebat.[4] Huic ab Aureliano vivere concessum est. Ferturque vixisse cum liberis, matronæ jam more Romanæ, data sibi possessione in Tiburti, quæ hodie-

scriberet, *Usa est & vasis gemmatis ad convivia, usa & Cleopatranis. Cleopatrana vasa*: sic *Cleopatrani uniones* infra: *hæc uniones Cleopatranos habuisse perhibetur.* Idem.

1. *Quibus & Cleopatra usa est.*] Nam Cleopatræ vasa triclinaria πάντα χρύσεα καὶ λιθοκόλλητα ἐξαίρετα ταῖς τέχναις veteres commemorant, ut Athenæus libro quarto. huc refer uniones Clopatranas, infrà in Tito. *Casaub.*

2. *Non usque quaque ignara.*] Contrarium omninò Palat. *gnara*. hæreas utrum putes potius. *Grut.*

3. *Nec collo vinculum aureum deerat, quod scurra Persicus præferebat.*] *Scurra Persicus* heic est, domesticus Zenobiæ. hoc est stipator vel protector. nam & scurras dictos esse, & buccellarios ostendimus supra, qui & domestici dicebantur. at buccellarii, & scurræ idem nempe adseculæ & stipatores & corporis custodes domesticique. quæ omnia σωμάτια sunt, ut docuimus ad Alexandrum Severum. *Salmas.*

4. *Huic ab Aureliano vivere concessum est.*] Longè aliud præfert Pal. nempe: *Huic ab Aureliano concessa est*; sine illo *vivere*. quod esset, dono datam scurræ. sed id vix admiserint sequentia. *Grut.*

hodieque Zenobia dicitur, non longè ab Adriani palatio, [1] atque ab eo loco cui nomen est Conche.

VICTORIA, XXX.

31 NOn tam digna res erat [2] ut etiam [3] Victorina sive Victoria, in literas mitteretur, nisi Gallieni mores hoc facerent ut memoria dignæ etiam mulieres censerentur. Victoria enim [4] ubi filium ac nepotem à militibus vidit occisos; [5] Posthumium, deinde Lollianum, Marium etiam, quem principem milites nuncuparunt, interemptos, Tetricum (de quo superiùs dictum est) ad imperium hortata est, ut virile semper facinus auderet: insignita est præterea hoc titulo, [6] ut CASTRORUM se diceret MATREM. Cusi sunt ejus nummi ærei, aurei, & argentei, [7] quorum hodieque forma extat apud Treviros. quæ quidem non diutiùs vixit. Nam Tetrico imperante, ut plerique loquuntur, occisa; ut alii asserunt, fatali necessitate consumpta.

1. *Atque ab eo loco cui nomen est Conche.*] *Cui nomen est Concæ.* Salmas.

2. *Ut etiam Victorina sive Victoria.*] Non magnum sane discrimen inter Victoriæ Victorinæque nomen. sed Palat. scriptum habet, *Vitruvia sive Victoria:* & hanc solam esse veram diversitatem, pro comperto habemus. *Idem.*

Ut etiam Victorina sive Victoria.] Rursus Palat. *ut etiam Vitruvia, sive Victoria*, quod & quartò redonandum auctori. *Grut.*

3. *Victorina sive Victoria.*] Ita sæpissimè Pollio fœminæ hujus nomen bifariam scribit. at in veteribus fere *Victruvia.* in nummis, VICTORIA. *Casaubonus.*

4. *Ubi filium ac nepotem.*] Victorinos duos, de quibus antè est dictum. *Idem.*

5. *Posthumium, deinde Lollianum.*] *Posthumum deinde Lollianum.* Salmas.

6. *Ut* CASTRORUM *se diceret* MATREM.] Veteres nummi: VICTORIA. MATER. CASTRORUM. F. M. P. A. *Casaub.*

7. *Quorum hodieque forma extat.*] Vel potiùs *formæ extant.* Idem.

Quorum hodieque forma extat apud Treviros.] Formam hoc accipiebam, quem Græci τύπον vocant, hoc est signaculum archetypum, quo nummi formantur. Glossæ: τύπος, τὸ χαρακτῆριον, *moneta.* diceret igitur Trebellius suo tempore adhuc extitisse apud Treviros, hoc est in moneta Trevirica, formam, id est χάραγμα σφραγιστικὸν aureorum & argenteorum nummorum, quos ibidem cudi jusserat Vitruvia: si quis *formam* hoc malit accipere de ipsis nummis, non repugnabo. distinguebam etiam aliquando: *cusi sunt ejus ærei argentei, aurei nummi, quorum hodieque forma extat, apud Treviros.* id est, cusi sunt ejus nummi apud Treviros, quorum hodieque forma extat. monetæ porro Triviricæ mentio est in Veteri saxo. *Salmas.*

1. *Hæc*

sumpta. [1] Hæc sunt quæ de triginta tyrannis dicenda videbantur: quos ego in unum volumen idcirco contuli, ne si de singulis singula quæque narrarem, [2] nascerentur indigna fastidia, & ea quæ ferre lector non posset. [3] Studiose in medio fœminas posui ad ludibrium Gallieni, quo nihil prodigiosius passa est respub. Rom. Duos etiam nunc tyrannos, quasi extra numerum (quòd alieni essent temporis) additurus: unum qui fuit Maximini temporibus, alterum qui Claudii: ut tyrannorum triginta viri hoc volumine tenerentur. Quæso qui expletum jam librum acceperas, boni consulas, atque hos volumini tuo volens addas: quos ego quemadmodum Valentem superiorem huic volumini, sic post Claudium & Aurelianum [4] his qui inter Tacitum & Diocletianum fuerunt, addere destinaveram. [5] Sed erro-

1. *Hæc sunt quæ de triginta tyrannis dicenda videbantur.*] Quæ deinceps ad libri finem usque habentur, adjecta sunt ab auctore post editionem primam. *Casaub.*

2. *Nascerentur indigna fastidia, & ea quæ lector ferre non posset. Nunc ad Claudium principem redeo.*] Hæc retinenda sunt illa verba, quæ in finem libri rejicienda judicavit summus vir Casaubonus, nec erat causæ, cur in finem libri transferrentur. his enim verbis, ut videtur, concluserat auctor volumen triginta tyrannorum, & finem fecerat, transiturus ad Claudium principem. postea vero jam perfecto expletoque libello, auctarii vicem, addidit duorum tyrannorum vitas, & in his quæ sequuntur facti sui rationem reddit, & propositum quare mutaverit, exponit: cum prius destinasset, post Claudium & Aurelianum, duo tyrannos qui subditi sunt, addere: hanc igitur periodum in suam sedem reponimus, quam motam fuisse non recte, satis declarant hæc verba: *Quæso qui expletum jam librum acceperas, boni consulas, atque hos volumini tuo libens addas.* nam si volumen jam expleverat, manifesto verba illa finem libri faciebant, & cum claudebant. quæ postea vero addidit, ea finito libro & jam perfecto sunt addita. *Salmas.*

3. *Studiosè in medio fœminas posui ad ludibrium Gallieni.*] Videntur in prima editione alio loco recensitæ ab auctore fuisse Zenobia & Victoria, quæ hodie in omnibus libris agmen XXX. tyrannorum claudunt. *Casaub.*

4. *His qui inter Tacitum & Diocletianum fuerunt addere destinaveram.*] Apparet ex istis, habuisse in animo Trebellium Pollionem alium librum de tyrannis edere: quem tamen non fuisse ab eo editum Vopiscus ostendit, qui hujus historiam ultra Quintillum Claudii fratrem non producit. Inter Tacitum autem & Diocletianum fuerunt non tyranni tantùm, sed etiam imperatores quatuor, Probus & Carus, cum filiis Numeriano ac Carino. *Idem.*

5. *Sed errorem meum major historiæ diligentia tuæ eruditionis avertit.*] An *advertit?* aut erit positum *avertit*, pro correxit, emendavit. locutio digna quæ lectoris animum advertat: *major historiæ diligentia tuæ eruditionis*, id est, major in cognoscenda historia diligentia tua qui es vir eruditissimus. *Idem.*

Sed errorem meum major historiæ di-

errorem meum [1] major historiæ diligentia tuæ eruditionis avertit. [2] Habeo igitur gratiam quòd [3] titulum meum prudentiæ tuæ benignitas implevit. [4] Nemo in templo Pacis dicturus est [5] me fœminas inter tyrannos, cum risu & joco [6] tyrannas videlicet & tyrannides, ut ipsi de me solent jactare, posuisse. Habent integrum numerum ex arcanis historiæ in meas literas datum. Titus enim & Censorinus, quorum unus, ut dixi, sub Maximino, alter sub Claudio fuit, ambo ab iisdem militibus, à quibus purpura velati fuerant, interempti sunt.

DE

ligentia tuæ eruditionis avertit.] Nolim præstare fincerum hunc locum, nec certe possim. *Sed errorem meum meror historiæ diligentia tuæ eruditionis avertit.* ita Palatinus. *Salmas.*

1. *Major historiæ diligentia tuæ eruditionis avertit.* Palat. *Meroe historiæ diligentiæ tuæ eruditionis avertit.* Grut.

2. *Habeo igitur gratiam, quòd titulum meum prudentiæ tuæ benignitas implevit.*] Atqui erat propositum de iis agere qui principibus Valeriano & Gallieno tyrannidem occuparunt, quare isti duo nihil ad propositum. *Casaub.*

Habeo igitur gratiam quod titulum meum prudentiæ tuæ benignitas implevit] Prudentiam heic pro doctrina & scientia posuit. sic apud Servium *prudentes* pro doctis, & *prudentiores* pro doctioribus. *Salmas.*

3. *Titulum meum implevit.*] Igitur post auctarium duorum tyrannorum, quorum vitas illius amici suasu, huic volumini triginta tyrannorum addidit, Zenobia & Victoria numerum non faciunt. namillis demptis, triginta in hoc volumine habentur Tyranni. Titus enim & Censorinus de novo additi integrum numerum efficiunt. delenda ergo numeri nota superscripta Zenobiæ Victoriæque vitis, & Titi Censorinique superponenda. *Idem.*

4. *Nemo in templo Pacis, &c.*] Erat in templo Pacis bibliotheca, cujus meminit A. Gellius: apparetque etiam ex Galeno ventitasse illuc viros doctos, ut fabulas literatas haberent. *Casaub.*

5. *Me fœminas inter tyrannos cum risu & joco tyr.*] Trajectio hic commissa ab ipso ut videtur auctore. nam erat sic dicendum. *Nemo in t. P. dicturus est cum joco, me fœminas inter tyrannos, tyrannas videlicet, & tyrannides, ut ipsi de me solent jactare, posuisse.* Sine caussa verò ulla isti Trebellium reprehenderunt, riseruntque, quòd tyrannos pollicitus, fœminas recensuisset, quæ tyrannidis erant potitæ. Sed & fugit eos ratio cùm postularunt ut Zenobia & Victoria non tyranni dicerentur, verùm tyrannæ aut tyrannides. melius Ovidii antiquus interpres in Ibin: *Tyrannus*, ait, *est communis generis: nam Theodosii grammatici est regula, quòd nomina professionem aut dignitatem significantia sunt communis generis: ut hic & hæc dux: hic & hæc philosophus.* & Servius libro septimo de voce *tyrannus* nominatim. idem alibi docet voces *auctor*, *senator*, *balneator*, *fullo*, & similes, generis utriusque esse. *Idem.*

6. *Tyrannas videlicet & tyrannides.*] Nota tibi, *tyrannides*, pro tyrannis fœminis. cum enim τυραννὶς, dominationem ipsam significet & imperium, heic, pro fœmina imperante vel dominante ponitur. *Salmas.*

Tyrannas videlicet & tyrannides.] Pal. *Vel tyrannides*, quod malim. *Gruterus.*

1. *Titus.*

DE [1]TITO.

[2] DOcet Dexippus, nec Herodianus tacet, omnesque 32
qui talia legenda posteris tradiderunt, Titum tribunum Maurorum, qui à Maximino inter privatos relictus fuerat, timore violentæ mortis, ut alii dicunt; invitum verò, & à militibus coactum, ut plerique asserunt, imperasse. Atque hunc intra paucos dies post vindicatam defectionem quam consularis vir Magnus Maximino paraverat, à suis militibus interemptum. Imperasse autem mensibus sex. [3] Fuit hic vir de primis erga Rempub. domi forisque laudabilis, [4] sed imperio parum felix. Alii dicunt, ab Armeniis sagittariis, quos Maximinus ut Alexandrinos & oderat & offenderat, principem factum. Nec mireris tantam esse varietatem de homine cujus vix nomen agnoscitur. Hujus uxor Calphurnia, fuit sancta & venerabilis fœmina, [5] de genere Censorinorum, id est Pisonum, quam majores nostri [6] univiriam sacerdotem inter sacratissimas fœminas adorarunt: [7] cujus [*] statuam in templo

1. *Titus. Docet Dexippus nec Herodianus tacet.*] Mirum est Herodianum heic à Pollione vocari in Tito, qui Titum tamen nusquam nominat, sed Quartinum. Capitolinus in Maximinis *Titum* appellat. putamus igitur hunc tyrannum. Titum Quartinum fuisse appellatum, quem Latini historici de prænomine vocarunt, Græci vero Quartinum de cognomine. nec novum est, ut Græci Latinique scriptores aliter eumdem hominem nominent, cui plura sint nomina. sic Pupienus historicis Latinis, qui Græcis Maximus. *Salmasius.*

2. *Docet Dexippus, nec Herodianus tacet, &c.*] Jam diximus ad Capitolini Maximinos. *Casaub.*

3. *Fuit hic vir de primis erga remp.*] *De primis*, pro *inter primos.* Salmas.

4. *Sed imperio parum felix.*] *Sed in imperio parum felix.* ita Palatinus. *Idem.*

5. *De genere Censorinorum, hoc est Pisonum.*] Pisones qui de Calpurnia gente erant, non Censorini apud antiquos scriptores, quod sciam, sed Cœsoniani nominantur. *Casaub.*

De genere Censorinorum, id est Pisonum.] Lege ex optimo Palatino, *de genere Cesoninorum.* Cesonini enim vel Cesoniani Pisones dicti, non Censorini. *Salmas.*

6. *Univiriam sacerdotem.*] Tertull. *Monogamia apud ethnicos in summo honore est, &c.* Vetus lapis, VNIVIRIA. Dicuntur & unicubæ. *Casaub.*

7. *Cujus statuam in templo Veneris adhuc videmus Argolicam sed auratam.*] Scripti omnes, *acrolicam statuam* heic præferunt. unam literam mutes licet, & veram habebis lectionem, quæ est, *acrolitam statuam*, vel *acrolitham.* hoc est ἀκρόλιθον ἀνδριάντα. acrolitha autem statua est lapidea. dicit igitur lapideam illam

plo Veneris adhuc videmus [1] Argolicam, sed auratam. [2] Hæc [3] uniones Cleopatranas habuisse perhibetur: hæc lancem centum librarum argenti, cujus plerique poëtæ meminerunt, [4] in qua majorum ejus expressa ostenditur historia. Longiùs mihi videor processisse quàm res postulabat: sed quid faciam? [5] omnis scientia naturæ facilitate verbosa est. Quare ad Censorinum revertar, hominem nobilem: sed qui non tam bono quàm malo Reip. septem diebus dicitur imperasse.

DE CENSORINO.

33 CENSORINUS, vir planè militaris & antiquæ in curia dignitatis, [6] bis consul, bis præfectus prætorii, ter præfectus urbis, [7] quartò proconsul, [8] tertiò consularis,

illam fuisse statuam, sed auratam. *Salmasius.*

[1] *Statuam Argolicam, sed auratam.*] Argivarum matronarum sive heroinarum habitu: vel figura statuariis Argivis frequentata. hoc solùm interfuit, quòd hæc aurata erat. *Casaub.*

Statuam Argolicam.] Pal. *Acrolicam.* Grut.

1. *Acrolitham sed auratam.*] Auratarum statuarum multa apud veteres mentio & in antiquis inscriptionibus. *auro illustrio* pro aurata dicitur in veteri saxo. *auro superfusa* est aurata. statuas etiam sub auro decerni, & constitui dicebant, quæ auratæ decernerentur. Sic *statuas in auro*, & *statuas sub auro* dicebant pro auratis. sic *pocula in gemmis*, & *sub gemmis*, sunt gemmata apud Anastasium Bibliothecarium. *Salmas.*

2. *Hæc uniones Cleopatranas.*] Scribe: *uniones Cleopatranos.* nam *hic unio.* Græci μαργαρίτας uniones vocant, hoc est unica grana. margarita unibacca dixit eleganter Publius. *Idem.*

3. *Uniones Cleopatranas.*] Pal. *Cleopatranos.* Grut.

4. *In qua majorum ejus expressa ostenditur historia.*] *Expressa ostenderetur historia.* Pal. & edit. vet. *Salmas.*

5. *Omnis scientia naturæ facil.*] Palatino abest vocula *omnis*, & forte adscita est à librariis. *Grut.*

6. *Bis consul, bis præfectus prætorii, ter præfectus urbi.*] Enumerat ordine gradus omnes dignitatum quos percucurrit hic Censorinus, & à summo incipiens qui est consulatus, desinit in legationes extra ordinem. proximam consulatui facit præfecturam prætorii, deinde præfecturam urbis, post quam nominat proconsulatum, deinde consularitatem, mox præturam, ædilitatem & quæsturam. ascendentium igitur ad consulatum hi gradus erant: *Quæstor, Ædilis, prætor, consularis, proconsul, præfectus urbi, præfectus prætorio, consul.* hic apicem omnium dignitatum & culmen obtinebat. *Salmas.*

7. *Quartò proconsul, tertio consularis, &c.*] Præcessit *bis consul.* In antiquis populi Rom. historiis simile nihil leges: ut bis consul tertiò fuisse consularis dicatur. sed ut qui proconsulares provincias administrabant, dicebantur proconsules; sic erant aliæ provinciæ, quas qui regebant, consulares audiebant. Sic Italiam quatuor consularibus commissam narrat Spartianus. sed præstat distinctionem sequi: quam ex suis libris

ris, legatus prætorius secundò, ædilitius quartò, quæstorius tertiò, extra ordinem quoque legatione Persica functus, etiam Sarmatica. Post omnes tamen honores quum in agro suo degeret senex, atque uno pede claudicans vulnere quod bello Persico Valeriani temporibus acceperat, [1] factus est imperator, & scurrarum joco Claudius appellatus est. Quumque se gravissimè gereret, neque à militibus ob disciplinam censoriam ferri posset, ab his ipsis à quibus factus fuerat, interemptus est. [2] Extat ejus sepulcrum, in quo grandibus literis circa Bononiam incisi sunt omnes ejus honores, ultimo tamen versu adscripto,

[3] FELIX AD OMNIA, INFELICISSIMUS IMPERATOR.

Extat ejus familia, Censorinorum nomine frequentata: cujus pars Thracias odio rerum Romanarum, pars Bithyniam petiit. Extat etiam domus pulcherrima adjuncta gentibus Flaviis, quæ quondam Titi principis fuisse perhibetur. Habes integrum numerum triginta tyrannorum, [4] qui cum malevolis quidem, sed bono animo causabaris.

libris Puteanus adnotaverat: *tertiò consularis legatus, prætorius secundò, ædilitius quartò, quæstorius tertiò.* Casaub.

* *Tertio consularis, legatus prætorius secundo.*] *Legati prætorii*, & *Legati Augusti propratore* semper dicti sunt qui provincias prætorias nomine Cæsaris administrabant. qui vero consulares provincias ejusdem Cæsaris missu regebant, etsi hi quoque legati essent Augusti & legati consulares dicerentur, consulares tamen simpliciter illius provinciæ cui prærant, vocabantur. hinc fit, ut nunquam legas prætorium alicujus provinciæ, sed semper legatum prætorium, aut legatum proprætore, aut etiam proprætorem. at consulares provinciarum sæpissime occurrunt in veterum libris & antiquis saxorum monumentis. multa multis locis horum commentariorum diximus ad hujus loci illustrationem pertinentia. *Salmas.*

1. *Factus est Imperator, & scurrarum, &c.*] Pal. non agnoscit illud *Imperator &*. Grut.

2. *Extat etiam domus pulcherrima adjuncta gentibus Flaviis.*] Lego: *Adjuncta ædibus Flaviis.* Casaub.

3. *Felix ad omnia, infelicissimus imperator.*] Elegantius Palatinus: *Felix omnia, infelicissimus imperator.* quæ Græca locutio est, τὰ πάντα εὐδαίμονα τὰ πάντα ἄθλια. Poëta: *cætera Graius.* Salmas.

4. *Qui cum malevolis quidem, sed bono animo causabaris.*] Cæteri, inquit, malo animo & obtrectandi studio me reprehendebant, ob promissum in libri titulo majorem tyrannorum numerum, quàm potuissem invenire. tu reprehendisti quidem, sed animo non malo: quin imò juvisti etiam, & unde supplerem quod deerat suggessisti. *Causari* est αἰτιᾶσθαι & cum aliquo expostulare. hinc nostrum *gausser*. Casaub.

Qui cum malevolis quidem, sed bono

animo

baris. Da nunc cuivis libellum, non tam disertè quàm fideliter scriptum. Neque ego eloquentiam videor pollicitus esse, sed rem: qui hos libellos quos de vita principum edidi, non scribo, sed dicto: & dicto cum ea festinatione, quam, siquid vel ipse promisero vel tu petieris, sic perurges ut respirandi non habeam facultatem. Nunc ad Claudium principem redeo: de quo speciale mihi volumen, quanvis breve meritò vitæ illius videtur edendum: addito fratre singulari viro, ita ut de familia tam sancta & tam nobili saltem pauca referantur.

animo confabaris.] Ita restituit hunc locum Casaubonus. *Salmas.*

Qui cum malevolis quidem, &c.] Lectioni codicis Regii propius accedit Palatinus quàm vulgati. hi enim præferunt *male nobis:* ille *male vobis*. Grut.

TREBELLII POLLIONIS
DIVUS CLAUDIUS,
AD
CONSTANTINUM AUG.

1 [2] VENTUM est ad principem Claudium, [3] qui nobis intuitu Constantii Cæsaris cum cura [4] in literis digerendus est. De quo ego idcirco recusare non

1. TREBELLII POLLIONIS.] Hunc verum auctorem esse, initiò libri præcedentis probavimus. *Casaubonus.*

2. *Ventum est ad principem Claudium, &c.*] Ita scripti. Erat editum, *Feliciter ventum est ad pr. Cl.* qui ridiculus error ab antiquorum consuetudine profectus est, qui completo libro vocem FELICITER subjicere soliti, ac statim scriptionem continuare. *Idem.*

Ventum est ad principem Claudium.] Omnes editiones antiquæ, hoc retinent: *Feliciter ventum est ad principem Claudium, qui nobis cum cura in literis digerendus est.* decursis superiorum principum vitis, ut feliciter se venisse ad Claudium principem dicit, quem & sibi majore cura scribendum ait, contemplatione Constantii Cæsaris, in cujus gratiam quod is à Claudio imperatore originem duceret, ita tibias heic inflat Trebellius in laudando celebrandoque, & omnibus modis extollendo Claudio. Græci dicerent: ἀγαθῇ τύχῃ ἤλθομεν ἐπὶ τὸν Κλαύδιον. *Salmas.*

3. *Qui nobis intuitu Constantii, &c.*] Jam antè monuimus perperam ista & similibus aliquot locis librorum superiorum, scribi in nonnullis libris, *Constantini.* Casaub.

4. *In literis digerendus est.*] Pal. *in literas*, quod non spreverim. *Gruterus.*

1. *Qui*

non potui, quòd alios, tumultuarios videlicet imperatores ac regulos, scripseram eo libro quem *De triginta tyrannis* edidi, [1] qui [2] Cleopatranam etiam stirpem, & Victorianam, & quæ nunc est, detinet. Siquidem eò res processit ut mulierum etiam vitas scribi Gallieni comparatio effecerit. Neque enim fas erat eum tacere principem [3] qui [4] tantam generis sui prolem, qui bellum Gotthicum sua virtute confecit, qui manum publicis cladibus victor imposuit, qui Gallienum prodigiosum imperatorem, etiamsi non autor consilii fuit, tamen ipse imperaturus bono generis humani à gubernaculis publicis depulit: qui si diutiùs in hac esset commoratus Rep. [5] Scipiones nobis & Camillos,

1. *Qui Cleopatranam etiam stirpem, & Victorianam, & quæ nunc est detinet.*] Sana non est lectio, Palatinus habet: *qui Cleopatranam etiam stirpem Victorianam quæ nunc detinet.* totum hunc locum ita leges: *De quo idcirco recusare non potui, quod alios tumultuarios videlicet imperatores ac regulos, scripseram eo libro, quem de triginta tyrannis edidi, qui Cleopatranam etiam stirpem, Victorianamque nunc detinet.* Cleopatrana stirps est, Zenobia. dicit Trebellius non potuisse recusare quin Claudii vitam scriberet. quum enim hoc dederit minutis principibus & regulis, quos uno volumine est complexus; nec illis tantum, sed etiam duabus feminis Zenobiæ & Victorinæ, quæ etiam nunc illo triginta tyrannorum libro continentur, non potuisse aut debuisse id negare tali tantoque principi qualis Claudius fuit. *Salmas.*

Qui Cleopatranam etiam stirpem & Victorianam, & quæ nunc est, detinet.] Pal. *Qui Cleopatranam etiam stirpem Victorianam quæ nunc detinet.* quæ lectio si retineatur, rescribaturque, *Victorianamque nunc detinet.* nihil erit ejus difficultatis, qualis erat in scripturâ priore. *Gruter.*

2. *Cleopatranam etiam stirpem & Victorianam & quæ nunc est.*] Zenobia Cleopatrana stirps fuit, ut antè dictum. *& stirpi quæ nunc est*, interpretor de sobole Censorini: quam Pollionis ætate adhuc extitisse ex priore libro didicimus. *Casaub.*

3. *Qui tantam generis prolem, &c.*] Deest *edidit.* vel scribendum, *cui tantæ generis proles.* Idem.

Qui tantam genevit prolem, qui bellum Gotthicum sua virtute confecit.] Manifesto, deest verbum. Palatinus addit: *Qui tantam generis sui prolem.* sed deest adhuc, *habet.* nempe Constantium Cæsarem. *edidit* vero, aut simile verbum, non est aptum satis huic loco. quomodo enim dici potest edidisse Constantium Claudius, qui nihil liberorum reliquit? certum est siquidem Constantium ex Crispi filia, qui frater Claudii fuit, natum esse. non igitur potuit edere Constantium Claudius. *Salm.*

4. *Tantam generis sui prolem.*] Sic Palat. nam *sui* prius exsulabat vulgatis. interim adhuc aliquid deest loco, nisi repetere velimus *confecit.* Grut.

5. *Scipiones bonos & Camillos, omnesque illos veteres.*] Emenda: *Scipiones nobis & Camillos, omnesque illos veteres suis virtutibus, suis consiliis, sua providentia, reddidisset.* Salmas.

Scipiones bonos.] Pal. *Scipionis bonis.* Grut.

1. *Ut*

millos, omnesque illos veteres suis virtutibus, suis consi-
2 liis, sua providentia reddidisset. Breve illius imperio fuit tempus: sed breve fuisset etiamsi quantum hominum vita suppetit, tantum vir talis imperare potuisset. Quid enim in illo non mirabile? quid non conspicuum? quid non triumphalibus vetustissimis præferendum? In quo Trajani virtus, Antonini pietas, Augusti moderatio, & magnorum principum bona sic fuerunt [1] ut non ab aliis exemplum capere, sed etiam si illi non fuissent, hic ceteris reliquisset exemplum. Doctissimi mathematicorum centum & viginti annos homini ad vivendum datos judicant, [2] neque amplius cuiquam jactitant esse concessum: etiam illud addentes, [3] Mosem solum, Dei (ut Judæorum libri loquuntur) familiarem, CXXV. annos vixisse: [4] qui quum quereretur quòd juvenis interiret, [5] responsum ei ab incerto ferunt numine, neminem plus esse victurum. [6] Quare etiam si C. & XXV. annos Claudius vixisset, [7] necessariam quidem mortem ejus expectandam fuisse, ut Tul-

1. *Ut non ab aliis exemplum caperet.*] Lege: *Ut non ille ab aliis exemplum caperet.* Salmas.

2. *Neque amplius cuiquam jactitant esse concessum.*] Ex Plinii libro septimo, & Phlegonte Tralliano, constat hoc esse falsissimum. *Casaub.*

3. *Mosem solum Dei, ut Judæorum libri loquuntur, familiarem, CXXV. annos vixisse.*] Ex libris sacris scimus esse falsissimum. *Idem.*

4. *Qui cùm quereretur quòd juvenis interiret.*] *Juvenis*, hoc est integris & vegetis omnibus sensibus. *Idem.*

5. *Responsum ei ab incerto ferunt numine neminem plus esse victurum.*] Fabula est: cui originem præbuerunt malè intellecta ista verba ex capite sexto Geneseos: Ἔσονται αἱ ἡμέραι αὐτῶν ἑκατὸν εἴκοσιν ἔτη. *Idem.*

6. *Quare etiam si C. & XX. annos Claudius vixisset, necessariam quidem hujus mortem expectandam fuisse.*] Nulla fere mutatione sic lego: *Quare etiam si centum & viginti annos vixisset, ne necessariam quidem mortem ejus expectandam fuisse, ut de Scipione loquitur Cicero, stupenda & mirabilis docet vita.* quæ verba hoc volunt: Querebatur Cicero, de Scipione loquens, non ejus saltem necessariam mortem fuisse expectatam, cui omnes immortalitatem, si fieri posset, optarent. Trebellius vero, ne necessariam quidem Claudii mortem expectandam fuisse, etiam si longissimum vitæ tempus foret consequutus, nam omnium judicio breve tempus ejus fuisset, etiamsi quantum hominum vita suppetit, tantum vir talis ac tantus vivere potuisset. quæ autem expectamus, ea evenire optamus, & magno cum desiderio speramus. *Salmas.*

7. *Necessariam quidem mortem ejus expectandam fuisse, ut Tullius de Scipione loquitur pro Milone, &c.*] Puto illa delenda, *pro Milone.* Fuit integri loci sententia sine dubio hujusmodi, etsi verba fortasse non penitus ista. *Quare etiam si &c.*

Tullius de Scipione loquitur pro Milone, ſtupenda & mirabilis docet vita. Quid enim magnum vir ille domi foriſque non habuit? Amavit parentes. Quid mirum? Amavit & fratres. Jam poteſt dignum eſſe miraculo. Amavit propinquos: res noſtris temporibus comparanda miraculo. Invidit nulli, malos perſequutus eſt. Fures judices palàm aperteque damnavit. [1] Stultis, quaſi negligeret, indulſit. Leges optimas dedit. Talis in Rep. fuit, ut ejus ſtirpem ad imperium ſummi principes eligerent, emendatior ſenatus optaret. [2] In gratiam me quiſpiam putet 3
Conſtantii Cæſaris loqui: ſed teſtis eſt & tua conſcientia & vita mea, me nihil unquam cogitaſſe, dixiſſe, feciſſe gratioſum. Claudium principem loquor, cujus vita, probitas, & omnia quæ in Republica geſſit, tantam poſteris famam dedere, ut ſenatus populuſque Rom. novis eum honoribus poſt mortem affecerit. [3] Illi clypeus aureus, vel, ut grammatici loquuntur, clypeum aureum ſenatus totius judicio in Romana Curia collocatum eſt, [4] ut etiam nunc

ſic. & XXV. *annos Claudius vixiſſet, neceſſariam quidem ejus mortem expectandum fuiſſe, ſed immortalitatem tamen ei optandam fuiſſe, (ut Tullius de Scipione loquitur) ſtupenda & mirabilis docet vita.* Caſaub.

1. *Stultis quaſi negligeret indulſit.*] Pal. quoque *negligenter.* Grut.

2. *In gratiam me quiſquam putet Conſtantii Cæſaris loqui.*] Ex variis locis hujus libri apparet, habuiſſe Pollionem inimicos, qui ejus ſcripta tanquam adulationis plena vituperarent. Ac videtur aliter habuiſſe vita hæc cùm primum eſt edita: nam hæc, quam nunc legimus, niſi fallor, altera editio eſt: cùm auctor ut malevolis obtrectatoribus reſponderet, totum librum retexuit. *Caſaubonus.*

3. *Illi clypeus aureus, vel, ut grammatici loquuntur, clypeum aureum, &c.*] Duo ſignificat vox *clypeus*, ſcutum, ſive ἀσπὶς, & imaginem. prima inventio fuit ad neceſſitatem, ut corpus defenderet: deinde acceſſit decoris & elegantiæ ſtudium, ceperuntque pingi ſcuta. inde nominis hujus diverſa notio, ut rectè cenſet Plinius lib. XXXV. c. III. Lege Nonium & Soſipatrum. *Idem.*

Illi clypeus, vel, ut Grammatici loquuntur, clypeum aureum.] Hujuſmodi imaginum clypeos, ὄπλα etiam Græcis antiquiſſimis dicta. ὅπλον autem eſt clypeus. Et Latini vocarunt clypeos, imagines, thorace tenus depictas. idem erat Lacedæmoniis ζωγράφος, quod Thebanis ὁπλοποιὸς. & ſane *thoracem*, & *clypeum* Latini pro eadem re uſurpant. clypeos autem iſtos, ut ita dicam, imaginatos, Græci εἰκονικὰς etiam vocant. igitur, & *diſci* & *clypei*, pro eodem ſumuntur, qui imagines ſcilicet, & vultus pictos præferebant. *Salmaſ.*

4. *Ut etiam nunc videtur.*] Fortaſſe mutata diſtinctione ſic melius: *Ubi etiam nunc vid. expreſſa thorace vultus ejus imago.* Caſaub.

Ut etiam nunc videtur expreſſa thorace ejus vultus imago.] Sic totum locum

nunc videtur. Expressa thorace vultus ejus imago. Illi, (quod nulli antea) populus Rom. sumptu suo [1] in Capitolio ante Jovis Optimi Maximi templum, [2] statuam auream decem pedum collocavit. Illi totius orbis judicio in Rostris [3] posita est [4] columna, cum palmata statua superfixa, [5] librarum argenti mille quingentarum. [6] Ille velut futurorum memor, [7] gentes Flavias, quæ Vespasiani & Titi, nolo

lego: *Illi clypeus aureus, vel ut Grammatici loquuntur, clypeum aureum, senatus totius judicio in Romana curia collocatum est, ut etiam nunc videtur, expressa thorace vultus ejus. ut etiam nunc videtur*, id est, *quemadmodum etiam nunc videtur*. expressam autem thoracem vultus Claudii in illo clypeo fuisse scribit Trebellius. ubi notandum est, thoracem genere fœminino extulisse: *imago* autem ab illis fuit addita, qui ignorabant *thoracem*, imaginem significare. *thorax* igitur *vultus* hoc loco, est imago vultus. nam thoraces vel thoracides ejusmodi imagines dicebantur thorace tenus expressæ, quas Græci ἐπωμίδας appellant. in illo igitur clypeo aureo, qui Claudio positus est, ipsius imago expressa erat. eos clypeos aut parietibus adfigebant, aut columnis adpendebant, ideoque & συλοπινάκια dicebantur. *Salmas.*

Ut etiam nunc videtur expressa thorace vultus ejus imago.] Ita distinxi volente Palatino: qui tamen non habet illud *imago*, quod forte etiam abesse poterat. *Grut.*

1. *In Capitolio ante Jovis* OPT. MAX. *templum.*] Suetonius in Domitiano cap. XIII. *Statuas sibi in Capitolio nonnisi aureas & argenteas poni permisit ac ponderis certi.* præcedentia igitur verba Pollionis, *quod nulli antea*, non sunt referenda ad locum ubi posita hæc Claudii statua. *Casaub.*

2. *Statuam auream decem pedum collocavit.*] Satis compertum ex Plinii libro XXXIV. quo plurium essent pedum statuæ, eo fuisse magis honorificas, omnium honoratissimas, colossees: quæ quidem in usu fuerunt rarissimæ. nam deorum statuæ legitimam staturam hominis ter ferè continebant: heroum bis. regum & imperatorum istis erant breviores. *Idem.*

3. *Posita est columna cum palmata statua superfixa.*] *Posita est columna, statua palmata superfixa.* ita Pal. & vet. edit. *Salmas.*

4. *Columna, cum palmata statua superfixa.*] Præpositio *cum* abest Palatino, fortassis non malè. *Grut.*

5. *Librarum argenti mille quingentarum*]*Librarum argenteorum.* idem. *Salm.*

Librarum argenti mille.] Pal. *Argenteorum.* Grut.

6. *Ille velut futurorum memor.*] Mirè hac voce abusus, *memor* dixit, cùm debuisset *providus*. & hic autem blanditur Constantio, ut statim aperiemus. *Casaub.*

7. *Gentes Flavias quæ Vespasiani & Titi, nolo autem dicere Domitiani fuerant, propagavit.*] Vespasianum & Titum cùm censores essent, patriciarum gentium numerum auxisse scribunt veteres. videntur autem qui in patricios tum adsciti fuêre, communi Flaviarum gentium nomine appellati. nam interpretari aliter hunc locum non possumus. has igitur gentes Flavias propagavit Claudius, inque earum numerum novos patricios adscivit: quasi jam tum, ait Pollio, velut è specula prævidisset deferendum imperium uni ex illis gentibus orto: Constantio nempe Cæsari cujus laudi favet ubique Trebell. Et Constantium autem & omnem ejus stirpem Flaviorum nomen gestasse notum est omnibus. *Idem.*

Gentes Flavias quæ Vespasiani & Titi, nolo

nolo autem dicere Domitiani, fuerant, propagavit. Ille bellum Gotthicum brevi tempore implevit. Adulator igitur senatus, adulator populus Rom. adulatrices exteræ gentes, adulatrices provinciæ: siquidem omnes ordines, omnis ætas, omnis civitas, statuis, vexillis, coronis, fanis, arcubus bonum principem, aris ac templis honoraverunt. [1] Interest eorum qui bonos imitantur principes, & [4] totius orbis humani interest, cognoscere quæ de illo viro senatusconsulto sint condita, ut omnes judicium publicæ mentis agnoscant. Nam quum esset nuntiatum [2] nono Calend. Aprilis ipso in sacrario Matris sanguinis die Claudium imperatorem factum, neque cogi senatus sacrorum celebrandorum causa posset, sumptis togis itum est ad Apollonis templum, ac lectis literis Claudii principis, hæc in Claudium dicta sunt: *Auguste Claudi, dii te nobis præstent:* (dictum sexagies) *Claudi Auguste, principem te, aut qualis tu es, semper optavimus:* (dictum quadragies) *Claudi Auguste, te Resp. requirebat:* (dictum quadragies) *Claudi Auguste,*

ti, nolo autem dicere Domitiani, fuerant.] Mirati satis non possum, qui factum sit, vt in libris omnibus nomen Vespasiani non legatur. putatim legendum: *Gentes Flavias Vesp. & Titi, nolo autem dicere Domitiani, propagavit.* Palatinus habet: *Flaviasque.* Domitianum autem nolle se ait, quod is gentem Flaviam vitiis suis maculasset. quid igitur voluit Trebellius per propagationem istam Flaviarum gentium, quam Claudio assignat? nimirum reperit pæne totidem verbis hoc loco, quod supra in ipso fere libri initio dixit ubi hæc verba habuimus: *Neque enim fas erat eum tacere principem, qui tantam generis prolem, qui bellum Gotthicum sua virtute confecit.* ubi deesse verbum aliquod dicemus & forasse, *reliquit. qui tantam generis sui prolem reliquit.* heic vero eandem plane sententiam, paulo aliis verbis iteravit: *Ille velut futurorum memor, gentes Flavias Vespasiani & Titi propagavit, ille bellum Gotthicum brevi tempore implevit.* quomodo gentes Flavias propagavit? nimirum relinquendo ex suo genere prolem, cui delatum est imperium ab summis principibus intuitu ipsius Claudii, *qui talis in rep. fuit,* hæc verba sunt Trebellii, *ut ejus stirpem ad imperium summi principes eligerent.* uni enim Claudio imputat, quod ejus nepos regnaverit, & sic Flaviarum gentium propagationem eidem adtribuit: ex qua gente deinceps multi imperatores longa successione imperarunt. *Salm.*

Gentes Flavias, quæ Vespasiani & Titi, nolo, &c.] Pal. non habet *Vespasiam.* Grut.

1. *Interest eorum qui bonos principes imitantur.*] Scribe ex fide Palatini codicis: *Interest & eorum qui bonos principes imitantur, & totius orbis humani, cognoscere quæ de illo viro senatusconsulta sint condita.* Salmas.

2. *Nono Cal. Aprilis ipso in sacrario Matris sanguinis die Cl.*] De hoc supra ad Lampridii Commodum. *Casaub.*

guste, tu frater, tu pater, tu amicus, tu bonus senator, tu vere princeps: ([1] dictum octuagies) *Claudi Auguste,* [2] *tu nos ab Aureolo vindica:* (dictum quinquies) *Claudi Auguste, tu nos à Palmyrenis vindica:* (dictum quinquies) *Claudi Auguste. tu nos* [3] *à Zenobia & à Victoria libera:* (dictum septies) [4] *Claudi Auguste,* [5] *Tetricus nihil fuit:* (dictum septies.) Qui primùm ut factus est imperator Aureolum qui gravior Reip. fuerat, quod multum Gallieno placebat, conflictu habito à Reipub. gubernaculis depulit, tyrannumque missis ad populum edictis, datis etiam ad senatum orationibus judicavit. [6] His accedit, quòd rogantem Aureolum, & fœdus petentem, [7] imperator gravis & severus non audivit, responso tali repudiatum, *Hæc à Gallieno petenda fuerant,* [8] *qui consentire moribus poterat & timere.* Denique judicio militum apud Mediolanum Aureolus dignum exitum vitæ ac moribus suis habuit: & hunc tamen quidam historici laudare conati sunt, & ridiculè quidem. [9] Nam Gallus Anti-

1. *Dictum octogies.*] Lege: *octogies.* sic *octoginta.* Salmas.

2. *Tu nos à Zenobia & à Victoria libera.*] Pal. *& à Vitruvia.* voluit scriptum, *Vitruvia*, quod revocandum. *Grut.*

3. *A Zenobia, & à Victoria libera.*] *Et à Vitruvia.* Quod non tamen ille præstitit; nam Gotthico bello occupatus, Zenobiam patienter tulit regnare. *Salmas.*

4. *Claudi Auguste, Tetricus nihil fuit.*] Scripta lectio, *fecit.* locus est subobscurus, ut alia in his adclamationibus non raro. *Casaub.*

Claudi Auguste Tetricus nihil fuit.] Opt. Palat. *Tetricus nihil fecit.* senatores, quorum istæ sunt acclamationes, videntur æquiores fuisse Tetrico, qui & ex ipsorum erat corpore, & vir consularis, quique multa feliciter egerat, & diu imperarat ideoque cum acclamationibus suis postulent, ab Aureolo vindicari, & à Palmyrenis, à Zenobia & Vitruvia liberari: contra Tetricum nihil tale postulant. sed illum nihil fecisse acclamant; hoc est nihil commisisse quare ab eo liberari vindicarique merito desiderate possint. *Salmas.*

5. *Tetricus nihil fecit.*] Hæc est scriptio librorum omnium calamo exaratorum, ideoque in dignitatem revocanda pristinam. *Grut.*

6. *His accedit quod arrogantem Aureolum, & fœdus petentem*] Lege: *His accedit, quod rogantem Aureolum, & fœdus petentem, imperator gravis & severus non audivit.* quæ sine dubio vera est lectio. *Salmas.*

7. *Imperator gravis & severus.*] Legendum puto, *Imperator gravis & ferius.* sic infra, *gravem & ferinum*, cum vocat. *Idem.*

8. *Qui consentire moribus poterat & timere.*] Pal. *Consentiret; poterat & timere*, cui lectioni & suus quoque sensus. *Gruter.*

9. *Nam Gallus Antipater ancillariorum & historicorum deblaterantium, &c.*] Scripti, *Ancilla honorum, & hist.* Ac potest exponi *ancilla honorum*, is qui ancillari

Antipater, [1] ancillariorum & historicorum dehonestamentum, principium de Aureolo sic habuit, [2] *Venimus ad imperatorem nominis sui.* [3] Magna ejus videlicet virtus, ab auro nomen accipere. At ego scio, [4] sæpiùs inter gladiatores [5] bonis pugnatoribus hoc nomen appositum. [6] Habuit proximè tuus libellus munerarius hoc nomen [7] in indice ludorum. Sed redeamus ad Claudium. [8] Nam ut su- 6

perius

cillari adulatione honore præditos prosequitur. Glossæ: *ancillor*, ὑπλαττόμαι. Elegantissima est viri docti conjectura qui emendat, *Gallus Amnius pater ancillariorum.* sed quæ recedit longiùs à vestigiis & editæ & scriptæ lectionis. *Casaubonus.*

Nam Gallus Antipater ancillariorum, & historicorum dehonestamentum.] Nostri libri, *Gallus Antipater ancilla honorum & historicorum dehonestamentum. ancillam* igitur *honorum* vocat Trebellius Antipatrum, adulatorem, & assentatorem summarum potestatum, vel ambitiosum. *ancillam* enim vocabant Latini qui sordide adularetur & ambiret vel honores vel honoratos. Glossæ *ancillula*, ἰσχάδιον, παιδίσκη. nam ἰσχάδιον Græci vocant hominem adulandi adsentandique artificem. *Salmas.*

1. *Ancillariorum & historicorum.*] Palatinus accedit antiquis, in quibus *Ancilla honorum & hist.* Grut.

2. *Venimus ad imperatorem nominis sui.*] Aureum & præstantem. *Casaubonus.*

Venimus ad imperatorem nominis sui.] Hoc est, *Aureolum.* aurei enim & aureoli homines pro præstantibus, & auro contra æstimandis. hinc bonis propugnatoribus hoc sæpius nomen adpositum tradit Trebellius in ludo gladiatorio. sic Græcis χρυσοῖ ἄνδρες. *Salmas.*

3. *Magna ejus videlicet virtus, ab auro nomen accipere.*] Cavillatur Pollio: neque enim ea mens fuit Antipatri. *Casaubonus.*

4. *Sæpius inter gladiatores bonis pugnatoribus hoc nomen adpositum.*] Palat. *Bonis propugnatoribus.* notandum est bonis pugnatoribus vel propugnatoribus in ludo gladiatorio hoc appositum cognomen virtutis gratia, ut *aureoli* dicerentur. *Salmas.*

5. *Bonis pugnatoribus.*] Pal. *Propugnatoribus.* Grut.

6. *Habuit proximè tuus libellus munerarius hoc nomen in indice ludorum.*] Verum est, quod esse verum semper sum opinatus, aut ludos heic accipi debere pro gladiatoribus, aut legendum ex Pal. *in indice ludiorum.* & hinc scimus libellum munerarium habuisse nomina omnium ludiorum hoc est gladiatorum, quos vel consul vel prætor suo munere esset exhibiturus. *ludii* autem sunt gladiatores; apud veteres ludii non alii dicebantur quam saltatores & histriones. at sequentibus temporibus, ludii proprie dicti sunt gladiatores, à ludo gladiatorio. nec *ludii* tantum, sed & *ludi* sunt appellati. Juvenalis:

Nupta senatori comitata est Hippia ludum
Ad Pharon & Nilum. ——

Hinc *ludiam* vocat eamdem Hippiam, quasi *ludi* vel *ludii* uxorem, apud eumdem Juvenalem:

—— *veniunt ad miscellanea ludi.*

Ludi sunt gladiatores. *Salmas.*

7. *In indice ludorum.*] Non malè quoque Pal. *In indice ludiorum*, nisi fuit potius *Ludionum.* Grut.

8. *Nam ut superiùs diximus, illi Gothi, &c.*] Conferendus hic locus est cum illo in libro de Gallieno. *Casaubonus.*

periùs diximus, [1] illi Gotthi [2] qui evaserant [3] eo tempore quo illos Macrianus est persequutus, quosque Claudius emitti non siverat, nequid fieret quod effectum est, omnes gentes suorum ad Romanas incitaverunt prædas. [4] Denique Scytharum diversi populi, [5] Peucini, [6] Trutungi, [7] Austrogotthi [8] Virtingui, [9] Sigipedes, [10] Celtæ etiam [1] & He-

1. *Illi Gothi qui evaserant.*] Auctior voce Palatinus, *triginta illi Gothi.* sed putarim à glossâ, ut nimirum id annotarit ad vocem *superius*, dictum videlicet id esse in XXX. tyrannis. *Gruterus.*

2. *Qui evaserant eo tempore quo illos Macrianus.*] Scribendum, *Marcianus*, Zosimo, Μαρκιανὸς, cui bellum adversus Scythas gerendum commisit Gallienus. *Salmas.*

3. *Illo tempore quo eos Macrianus.*] Legendum: *Martianus.* Calaub.

4. *Denique Scytharum diversi populi, Peucini.*] Scribendum esset, *Peucemi.* Palat. tamen heic habet, *Peuci.* Zosimo, Πεῦκοι dicuntur. nec dubium est quin *Peuci*, & *Peucæ*, etiam dicti sunt populi incolentes insulam Peucen. sic *Rheni* populi qui Rhenum accolunt, pro Rhenanis. *Salmas.*

5. *Peucini.*] Incolæ sunt Peucæ insulæ, quam Danubii ostia efficiunt. *Casaubonus.*

Peucini, Trutungi, Austrogothi.] Palat. *Peuci, Trutungi, Austrorgoti.* Gruterus.

6. *Trutungi.*] *Tutungri* dicuntur in veteri chorographia nescio an hi sint, quos *Thuringos* vocat Aethici Cosmographia: *Gothos*, *Thuringos*, *Herulos*, *Sarmatas* Pruthingos appellat Zosimus. atque hi sunt absque dubio qui Ammiano Marcellino lib. XXVII. *Gruthungi* dicuntur. sic *Trutungi*, *Pruthungi*, & *Gruthungi*, idem erit populus. scimus enim, quam sæpe invicem mutentur *T*, & *P*: & *T*, & *C*, & *G*. errant, qui *Gothunnos* eosdem cum his *Grutungis* faciunt. *Gautunorum* etiam infra meminit Vopiscus. *Salmas.*

7. *Austrogothi.*] Qui aliis *Ostrogothi* an & *o* passim confunduntur. *Casaubonus.*

8. *Virtingui.*] Aliis, *Vitingui.* nescio an sint Juthungi. *Idem.*

Virtingui.] Qui *Vithungi* Sidonio Apollinari, & *Juthungi* Ammiano Marcellino lib. XVII. perperam cum *Trutungis*, de quibus egimus superiori annotatione, eos confundunt docti. diversi enim sunt, ut ex hoc loco constat. *Salmas.*

Virtingui, Sigipedes.] Sic Pal. nisi quod pro secunda voce habeat *Sigypedes.* Grut.

9. *Sigipedes.*] Lego, *Gipedes.* Gepidæ Jornandi & aliis. *Casaub.*

Sigipedes.] *Gipedes* legendum, hoc est γηπαίδες, ut Græcis nominantur. Latini secundum Græcos, *Gepædes* debuerant dicere. sed *æ*, Græcorum per *i* enuntiabant. & diphthongos parum curabant, quas fere nonnisi per *e* simplex scribebant. sic *Gipides*, sunt Γήπαιδες. *Salmas.*

10. *Celtæ etiam & Heruli.*] Celtæ sunt mihi incogniti. nam Celtoscytharum appellatio apud antiquos geographos aliam rationem habet. Heruli, Jornandi & aliis Eruli dicuntur. *Casaubonus.*

Celtæ etiam & Heruli.] Celtas istos nemini puto esse cognitos. *Celtæ* populi Thraciæ non ignobiles, divisi in majores & minores, quorum hi sub Rhodope, illi sub Æmo habitant. putavi aliquando *Celtas* istos esse Trebellii. atque inde etiam Celticæ equæ fama nobiles. nam & equos Thracisscos celebrarunt antiqui. *ἰππάρια* tamen. *Salmas.*

[1] & Heruli prædæ cupiditate [2] in Romanum solum & Rempub. venerunt, atque illic pleraque vastarunt, dum aliis occupatus est Claudius, dumque se ad id bellum quod confecit, imperatoriè instruit; ut videantur fata Romana boni principis occupatione lentata. sed credo, ut Claudii gloria accresceret, ejusque fieret glorioſior toto penitus orbe victoria. [3] Armatarum denique gentium trecenta viginti millia tunc fuere. Dicat nunc qui nos adulationis accusat, Claudium minùs esse amabilem. Armatorum trecenta viginti millia. [4] Quis tandem Xerxes hoc habuit? [5] quæ fabella istum numerum affinxit? Quis poëta composuit? Trecenta viginti millia armatorum fuerunt. Adde servos, adde familias, adde carraginem [6] & epota flumina consumptasque sylvas. [7] Laborasse denique terram [8] ipsam, quæ tantum Barbarici timoris accepit; terram puto. Extat ipsius epistola missa ad senatum legenda ad 7 popu-

1. *Et Heruli.*] Scribendum sine aspiratione, *Eruli*. ita enim scribit Palatinus, cum Græcis, quibus Ἔρουλοι scribuntur. *Idem.*

2. *In Romanum solum, & remp venerunt.*] Nonne satis erat dixisse, *In Romanum solum venerunt.* Idem.

In Romanum solum & Remp.] Palat. *solum in Remp.* Grut.

3. *Armatarum denique gentium trecenta viginti millia fuere.*] Mox addit habuisse duo millia navium. de numero armatorum planè consentit Zosimus: de navibus longè excedit. *Casaubonus.*

4. *Quis tandem Xerxes hoc habuit?*] Oratoriè dictum: nam exercitus Xerxis non duplo, sed fortasse etiam triplo major. *Idem.*

Quis tandem Xerxes hoc habuit? quis poëta composuit?] Immo vero tu ipse Trebelli plane poëtice hunc barbarici exercitus numerum exauges, & omnia in majus extollis. *Salmas.*

5. *Quæ fabella istum numerum affinxit.*] Melius Palat. *Quæ fabella istum numerum adfinxit.* Idem.

6. *Et epota flumina.*] *Epotata*, idem. *Idem.*

Et epota flumina.] Pal. *Expotata.* Grut.

7. *Laborasse denique terram ipsam.*] Dele vocem *terram*. sequitur enim commodiore loco. *Casaub.*

Laborasse denique terram ipsam quæ tantum barbarici timoris accepit, terram puto.] Legendum: *Trecenta viginti millia armatorum fuerunt. Adde servos, adde familias, adde carraginem, & epota flumina, consumptasque sylvas, laborasse denique terram ipsam, quæ tantum barbarici timoris excepit. Barbaricum tumorem* eleganter vocat, tumentem illam, tumultuque magno venientem barbarorum multitudinem. recte etiam secundum nostram emendationem laborasse terra dicitur, quæ tantam sedibus suis excitam barbarorum, & exuberantem in solum Romanum, magnoque tumultu, & tumore irruentem multitudinem, passa est. *Salmas.*

8. *Ipsam quæ tantum barbarici tumoris accepit, terram puto.*] Hæc est lectio Pal. nisi quod ponat vocem *terram*, loco principe. *Grut.*

populum, qua indicat de numero barbarorum, quæ talis est: *Senatui P. Q. Rom. Claudius princeps* (hanc autem ipse dictasse perhibetur, [1] ego verba magistri memoriæ non requiro) [2] *P. C. militantes audite quod verum est:* CCCXX. *millia barbarorum in Romanum solum armati venerunt: hæc si vicero, vos vicem reddite meritu: si non vicero, scitote me post Gallienum velle pugnare. Fatigata est tota Resp. Pugnabimus post Valerianum, post Ingenuum, post Regillianum, post Lollianum, post Postumium, post Celsum, post mille alios qui contemptu Gallieni principis à Rep. defecerunt. Non scuta, non spathæ, non pila jam supersunt. Gallias & Hispanias, vires Reip. Tetricus tenet, & omnes sagittarios (quod pudet dicere) Zenobia possidet. Quidquid fecerimus satis grande est.* Hos igitur Claudius ingenita illa virtute superavit: hos brevi tempore attrivit. De his vix aliquos ad patrium solum redire permisit. Rogo quantum pretium est clypeus in Curia tantæ victoriæ, quantum una aurea statua? [3] Dicit Ennius de Scipione, *Quantam statuam faciet populus Romanus, quantam columnam, quæ res tuas gestas loquatur?* [4] Possumus dicere, *Flavium Claudium,

1. *Ego verba magistri memoriæ non requiro.*] Scribe, *Ego verba sint ipsius an magistri memoriæ non requiro.* Cùm epistolas & orationes suas ad senatum imperatores per se non formabant, ingenio utebantur magistri memoriæ vel scriniorum. *Casaub.*

Ego magistri memoriæ verba non requiro.] Nihil mutandum dicit Trebellius, illam epistolam dictasse Claudium, & ipsius principis hæc esse verba. non igitur se desiderare verba magistri memoriæ, cum oratio ipsius principis ingenio formata plus ponderis & momenti habere debeat, quam quæ dictata sit à memoriæ magistro. *Salmas.*

2. *P. C. militantes audite quod verum est.*] Legendum, *lætantes.* Casaub.

P. C. militantes audite quod verum est.] *Casaub. Lætantes* reponit: non placet. Nam quomodo postularet Claudius, ut lætantes audirent, in quo nulla lætitiæ causa esset, aut ratio lætandi? non enim victoriam nunciabant illæ litteræ, sed timorem potius. cum incertum adhuc esset, quo caderet pugnæ eventus, adversus tantam multitudinem. *Salmas.*

Patres conscripti militantes audite.] Adsentior conjecturæ Casauboni, *lætantes*; neque enim vero simile est usurpasse veterem vocem *vitulantes*, Etli litteris accedit magis ad *militantes*. Gruterus.

3. *Dicit Ennius de Scipione, quantam statuam faciet populus Romanus.*] *Nam quantam statuam faciet populus Romanus.*

Videtur heic Trebellius non ipsissima opici poëtæ verba posuisse, sed sententiam. *Salmas.*

4. *Possumus dicere Flavium Claudium unicum in terris principem.*] Nomen Flavii, quod Constantius & Constantinus, & alii post Constantinum usurparunt, à Claudio quem generis sui auctorem

videri

dium, unicum in terris principem, non columnis, non ſtatuis, ſed famæ viribus adjuvari. Habuerunt præterea 8
duo millia navium, [1] duplicem ſcilicet numerum quàm illum [2] quo tota pariter Græcia omniſque Theſſalia, urbes etiam Aſiæ quondam expugnare conata eſt. Sed illud poëticus ſtilus fingit, hoc vera continet hiſtoria. Claudio igitur ſcriptores adulamur, qui duo millia navium Barbararum, & trecenta viginti millia armatorum delevit, oppreſſit, attrivit: qui carraginem tantam quantam numerus hic armatorum ſibimet aptare potuit & parare, [3] nunc incendi fecit, nunc cum omnibus familiis Romano ſervitio deputavit, [4] ut docet ejuſdem epiſtola quam [5] ad Junium Brocchum ſcripſit Illyricum tuentem. *Claudius Broccho: Delevimus* CCCXX. *millia Gotthorum*, 11. *millia navium merſimus.*

videri volebant, in illos derivatum eſſe, conſtat. cui quidem Claudio imperatori, *Flavium* nomen fuiſſe certa fides eſt. ſed & *Valerium* dictum eſſe, liquido poteſt conſtare ex fine hujus libri. atque hinc *Flavius Valerius Conſtantius*, & *Fl. Valerius Conſtantinus* dicti. Criſpi quoque in illa familia, à Criſpo fratre Claudii, qui verus fuit illius familiæ auctor. nam is avus Conſtantii Cæſaris, per filiam fuit. ſed apparet eos proniores fuiſſe in ejus nomim aſſumenda, qui & imperaverat, & longe celeberrimum nomen ſuum apud poſteros claris factis & inſignibus victoriis reddiderat. hinc etiam *Flavius Claudius Julianus*, eſt appellatus, à Flavio Claudio hoc noſtro, ut apparet. *Idem.*

[4] *Flavium Claudium, &c.*] Claudium verò in nullo vetuſtatis monumento Fabium invenimus appellatum. *Caſaub.*

1. *Duplicem ſcilicet numerum, quàm illum quo tota pariter Græcia, omniſque Theſſ.*] Latinis *mille naves* dicuntur fuiſſe in exercitu quo obſeſſa eſt Troja. ſed fuiſſe multo plures, & Varro auctor eſt & Græci docent. *Idem.*

2. *Quo tota pariter Græcia, omniſque Theſſalia, urbes Aſiæ quondam expugnare conata eſt.*] Per urbes Aſiæ intelligit non ſolum Ilium, ſed reliquas Aſiæ urbes, quas expugnavit Achilles, & ceteri Græci, toto illo decennalis expeditionis tempore, inter quas, *Lyrneſſus*, *Thebæ*, cum reliquis memorantur. *Salmaſ.*

3. *Nunc incendia fecit.*] Malim, *Nunc incendio affecit*, Caſaub.

Nunc incendia fecit, nunc cum omnibus familiis Romano ſervitio deputavit.] Scribendum: *Qui carraginem tantam, quantam numerus hic armatorum ſibimet aptare potuit, & parare, nunc incendefecit, nunc cum omnibus familiis, Romano ſervitio deputavit. incendefacere* pro *incendere*. ſic *mittefacere* apud Nonium pro *miſſum facere*. Salmaſ.

Nunc incendia fecit.] An fuit? *incendefecit*. ſed melius Caſaubonus, *Nunc incendio affecit*. Grut.

4. *Ut docet ejuſdem epiſtola.*] Pal. *docetur*. Idem.

5. *Ad Junium Brocchum.*] Brocchos, vel broccos Latini vocant quibus ſuperius labrum tumet. Plin. libro. XI. cap. XXXVII. *Caſaub.*

simus. Tecta sunt flumina scutis: spathis & lanceolis omnia litora operiuntur. Campi ossibus latent tecti, nullum iter purum est, ingens carrago deserta est. Tantum mulierum cepimus ut
9 *binas & ternas mulieres victor sibi miles possit adjungere.* Et utinam Gallienum non esset passa Respub. utinam sexcentos tyrannos non pertulisset. Salvis militibus quos varia prælia sustulerunt, salvis legionibus quas Gallienus malè victor occidit, quantum esset additum Reipublicæ? [1] Siquidem [2] nunc verba naufragii publici colligit nostra diligentia [3] ad Rom. Reip. decus. [4] Pugnatum est enim [5] apud Mœsios, [6] & multa prælia fuerunt [7] apud Martianopolin, multi naufragio perierunt, plerique capti reges, captæ diversarum gentium nobiles fœminæ: impletæ barbaris servis, senibusque cultoribus Romanæ provinciæ. [8] Factus miles barbarus & colonus ex Gottho. [9] Nec ulla fuit regio

1. *Siquidem nunc verba publici naufragii colligit nostra diligentia ad Rom. reip. decus.*] Regius & Puteani *colligat* exhibent, non *colligit*. Lege periculo ἐμφατικῶς κεφαλαίως: *Siquidem nunc reliqua* (vel *tabulas*, aut tale quid) *Naufragii colligit vestra diligentia: ad R. r. d.* plana & certa sententia in gratiam principis cui hanc vitam misit adjecit ista Pollio. *Idem.*

Siquidem nunc verba naufragii publici colligit nostra diligentia ad Romanæ reip. decus.] Scribendum puto: *Siquidem nunc verba naufragii publici colligit nostra diligentia, ac Romanæ reip.* hoc est, *Publici, ac Romanæ reip. naufragii.* Salmas.

2. *Nunc verba naufragii publici colligit nostra diligentia.*] Sic & Palatinus, quo videretur velle, ita naufragio interisse Rempublicam, ut nihil de ea reliquum sit quo colligatur, nisi verba, nisi fabulæ, & rei ipsius narratio. quod durissimè dicatur, imò invidiosè. quapropter accesserim emendationi Casaubonianæ. *Grutr.*

3. *Ad Romanæ reipublicæ decus.*] Pal. non habet illud *decus*, sed videtur requiri, nisi fortè mutandum in *dedecus*. Idem.

4. *Pugnatum est enim apud Mœsios.*] Scribe, *apud Mœsos*. *Mœsi* enim populi dicti: *Mœsia* provincia. *Salmas.*

5. *Apud Mœsios.*] Sic Pal. non *Mœsios*. idem etiam statim habet, *Marcianopolim*, non *Martianopolim*. Grut.

6. *Et multa prælia fuerunt apud Martianopolim.*] Ita semper corrupte legitur apud Ammianum: cum hoc & ibi sic scribendum, *Marcianopolis*. Salmas.

7. *Apud Martianopolin.*] Melius perc. *Marcianopolin*. Zosimus, quem hic lege, semper Μαρκιανοῦ πόλιν. *Mœsii* pro Mœsi suprà. *Casaub.*

8. *Factus miles barbarus & colonus ex Gottho.*] Horum verborum mentem non percipio. Pal. *Factus miles barbari colonus, & miles à Gottho.* Quæ & intellectum meum fugiunt. vult quidem dicere, militem barbarum, & militem Gothum factum esse colonum: quæ sententia facile adstrui potest, ex iis quæ præcesserunt: sed hæc locutio, qua id voluit exprimere, aut corrupta est, aut novo quodam genere loquendi formata. *Salm.*

Factus miles barbarus & colonus ex Gottho.]

regio quæ Gotthum servum triumphali quodam servitio non haberet. Quid boum barbarorum nostri videre majores? quid ovium? [1] quid equarum quas fama nobilitat Celticarum? Hoc totum ad Claudii gloriam pertinet. Claudius & securitate Remp. & opulentiæ nimietate donavit. Pugnatum præterea est apud Byzantios, [2] ipsis qui superfuerant Byzantiis fortiter facientibus. Pugnatum apud Thessalonicenses, quos Claudio absente obsederant barbari. Pugnatum in diversis regionibus, & ubique auspiciis Claudianis victi sunt Gotthi, prorsus ut jam tunc Constantio Cæsari nepoti futuro videretur Claudius securam parare Rempub. Et bene venit in mentem, [3] exprimenda est sors quæ Claudio [4] data esse perhibetur: eo magis, ut intelligant omnes genus Claudii ad felicitatem reip. divinitus constitutum. Nam quum consuleret factus imperator, quamdiu imperaturus esset, sors talis emersit:

[5] *Tu qui nunc patrias gubernas oras,*
Et mundum regis, arbiter deorum
[6] *In veteres tuis novellis.*

Regna-

Gotho.] Palat. *Barbaricolonus ex Gotho.* Gruter.

1. *Quid equarum quas fama nobilitat Celticarum.*] Neque *Celtas*, neque *Celticas equas* novimus. *Celetas* & *Celeticas equas* supra volebamus, à *Celetis* Thraciæ populis non ignobilibus. *Salmas.*

2. *Ipsis qui superfuerant Byzantiis fortiter facientibus.*] Vide librum de Gallienis. *Casaub.*

Ipsis qui superfuerant Byzantiis.] Pal. *Ipsis qui superius fuerant Byzantiis.* Grut.

3. *Exprimenda est sors quæ Claudio data esse perhibetur, eo magis.*] Non exprimit ubi sors illa Claudio data sit. in Palatino ita legitur, *Exprimenda est sors, quæ Claudio data esse perhibetur commagnis, ut intelligant omnes genus Claudii ad felicitatem reip. divinitus esse constitutum.* legebam aliquando *Comana. Comana* urbs nobilissima Cappadociæ, in qua Bellonæ vetustissimum templum. sed nunc legimus, *Commagenis.* Com-

magena, vel *Commagena*, urbs in Pannonia superiore, quam Vindobona XXIV. millibus P. distantem facit vetus itineratium, & *Commagenis* nominat. *Salmas.*

4. *Data esse perhibetur: eo magis ut intelligant.*] Pal. *Perhibetur commagnis ut intellig.* ex quo nullo negotio fiat, *Perhibetur Commagenis, ut intelligat.* & ita restituendum videtur. *Grut.*

5. *Tu qui nunc patrias gubernas oras.*] De licentia quæ usurpatur hic in ultima vocis *gubernas*, antè monuimus. *Casaub.*

6. *In veteres tuis novellis.*] Scribendum: *Inveteres tuis novellis.* sed fortasse fecerat auctor:

O longèm inveteres tuis novellis. Idem.

In veteres tuis novellis.] Forte suppliendum:

Tu vinces veteres tuis novellis.

Hoc dicit; Claudium veteres omnes

Impe-

simus. Tecta sunt flumina scutis: spathis & lanceolis omnia littora operiuntur. Campi ossibus latent tecti, nullum iter purum est, ingens carrago deserta est. Tantum mulierum cepimus ut
9 *binas & ternas mulieres victor sibi miles possit adjungere.* Et utinam Gallienum non esset passa Respub. utinam sexcentos tyrannos non pertulisset. Salvis militibus quos varia prælia sustulerunt, salvis legionibus quas Gallienus malè victor occidit, quantum esset additum Reipublicæ? [1] Siquidem [2] nunc verba naufragii publici colligit nostra diligentia [3] ad Rom. Reip. decus. [4] Pugnatum est enim [5] apud Mœsios, [6] & multa prælia fuerunt [7] apud Martianopolin, multi naufragio perierunt, plerique capti reges, captæ diversarum gentium nobiles fœminæ: impletæ barbaris servis, senibusque cultoribus Romanæ provinciæ. [8] Factus miles barbarus & colonus ex Gottho. Nec ulla fuit regio

1. *Siquidem nunc verba publici naufragii colligit nostra diligentia ad Rom. reip. decus.*] Regius & Puteani *colligat* exhibent, non *colligit*. Lege periculo ἐν ἰμπαθείᾳ κρίσεως: *Siquidem nunc reliqua* (vel *tabulas*, aut tale quid) *Naufragii colligit vestra deligentia: ad R. r. d.* plana & certa sententia in gratiam principis cui hanc vitam misit adjecit ista Pollio. *Idem.*

Siquidem nunc verba naufragii publici colligit nostra diligentia ad Romanæ reip. decus.] Scribendum puto: *Siquidem nunc verba naufragii publici colligit nostra diligentia, ac Romanæ reip. hoc est, Publici, ea Romanæ reip. naufragii.* Salmas.

2. *Nunc verba naufragii publici colligit nostra diligentia*] Sic & Palatinus, quo videretur velle, ita naufragio interiisse Rempublicam, ut nihil de ea reliquum sit quo colligatur, nisi verba, nisi fabulæ, & rei ipsius narratio. quod durissimè dicatur, imò invidiosè. quapropter accesserim emendationi Casaubonianæ. *Gruter.*

3. *Ad Romanæ reipublicæ decus.*] Pal. non habet illud *decus*. sed videtur requiri, nisi fortè mutandum in *dedecus*. Idem.

4. *Pugnatum est enim apud Mœsios.*] Scribe, *apud Mœsos*. *Mœsi* enim populi dicti: *Mœsia* provincia. *Salmas.*

5. *Apud Mœsios.*] Sic Pal. non *Mœsios*. idem etiam statim habet, *Marcianopolim*, non *Martianopolim*. Grut.

6. *Et multa prælia fuerunt apud Martianopolim.*] Ita semper corrupte legitur apud Ammianum: cum hoc & ibi sit scribendum, *Martianopolis*. Salmas.

7. *Apud Martianopolin.*] Melius per c. *Marcianopolin*. Zosimus, quem hic lege, semper Μαρκιανὴ πόλιν. *Mœsii* pro Mœsi suprà. *Casaub.*

8. *Factus miles barbarus & colonus ex Gottho.*] Horum verborum mentem non percipio. Pal. *Factus miles barbari colonus, & miles à Gottho.* Quæ & intellectum meum fugiunt. vult quidem dicere, militem barbarum, & militem Gotthum factum esse colonum: quæ sententia facile adstrui potest, ex iis quæ præcesserunt: sed hæc locutio, qua id voluit exprimere, aut corrupta est, aut novo quodam genere loquendi formata. *Salm.*

Factus miles barbarus & colonus ex Gottho.]

regio quæ Gotthum servum triumphali quodam servitio non haberet. Quid boum barbarorum nostri videre majores? quid ovium? [1] quid equarum quas fama nobilitat Celticarum? Hoc totum ad Claudii gloriam pertinet. Claudius & securitate Remp. & opulentiæ nimietate donavit. Pugnatum præterea est apud Byzantios, [2] ipsis qui superfuerant Byzantiis fortiter facientibus. Pugnatum apud Thessalonicenses, quos Claudio absente obsederant barbari. Pugnatum in diversis regionibus, & ubique auspiciis Claudianis victi sunt Gotthi, prorsus ut jam tunc Constantio Cæsari nepoti futuro videretur Claudius securam parare Rempub. Et bene venit in mentem, [3] exprimenda est sors quæ Claudio [4] data esse perhibetur: eo magis, ut intelligant omnes genus Claudii ad felicitatem reip. divinitus constitutum. Nam quum consuleret factus imperator, quamdiu imperaturus esset, sors talis emersit:

[5] *Tu qui nunc patrias gubernas oras,*
Et mundum regis, arbiter deorum
[6] *In veteres tuis novellis.*

Gotho.] Palat. *Barbaricolonus ex Gotho.* Gruter.

1. *Quid equarum quas fama nobilitat Celticarum.*] Neque *Celtas*, neque *Celticas equas* novimus. *Celetas* & *Celeticas equas* supra volebamus, à *Celetis* Thraciæ populis non ignobilibus. *Salmas.*

2. *Ipsis qui superfuerant Byzantiis fortiter facientibus.*] Vide librum de Gallienis. *Casaub.*

Ipsis qui superfuerant Byzantiis.] Pal. *Ipsis qui superius fuerant Byzantiis.* Grut.

3. *Exprimenda est sors quæ Claudio data esse perhibetur, eo magis.*] Non exprimit ubi sors illa Claudio data sit. in Palatino ita legitur, *Exprimenda est sors, quæ Claudio data esse perhibetur commagnis, ut intelligant omnes genus Claudii ad felicitatem reip. divinitus esse constitutum.* legebam aliquando *Comanis. Comana* urbs nobilissima Cappadociæ, in qua Bellonæ vetustissimum templum. sed nunc legimus, *Commagenis. Commagena*, vel *Commagena*, urbs in Pannonia superiore, quam Vindobona XXIV. millibus P. distantem facit vetus itinerarium, & *Commagenis* nominat. *Salmas.*

4. *Data esse perhibetur: eo magis ut intelligant.*] Pal. *Perhibetur commagnis ut intellig.* ex quo nullo negotio fiat, *Perhibetur Commagenis, ut intelligat.* & ita restituendum videtur. *Grut.*

5. *Tu qui nunc patrias gubernas oras.*] De licentia quæ usurpatur hic in ultima vocis *gubernas*, antè monuimus. *Casaub.*

6. *In veteres tuis novellis.*] Scribendum: *Invveteres tuis novellis.* sed fortasse fecerat auctor:

O longèm invveteres tuis novellis.

Idem.

In veteres tuis novellis.] Forte supplendum:

Tu vinces veteres tuis novellis.

Hoc dicit; Claudium veteres omnes impe-

Regnabunt etenim tui minores,
[1] *Et reges facient suos minores.*

[2] Item quum [3] in Apennino de se consuleret, responsum hujusmodi accepit,

Tertia dum Latio regnantem viderit aestas.

Item quum de posteris suis,

His ego nec metas rerum nec tempora pono.

Item quum [4] de fatre Quintillo, quem consortem habere volebat imperii, responsum est,

Ostendent terris hunc tantùm fata.

Quæ idcirco posui, ut sit omnibus clarum, Constantium divini generis virum, sanctissimum Cæsarem, & Augustæ ipsum familiæ esse, & Augustos multos de se daturum, salvis Diocletiano & Maximiano Augustis, & ejus fratre
11 Galerio. Sed dum hæc à divo Claudio aguntur, [5] Palmyreni ducibus Saba & Timogene contra Ægyptios bellum sumunt, atque ab his Ægyptia pervicacia & indefessa pugnandi continuatione vincuntur. [6] Dux tamen Ægyptiorum [7] Probatus [8] Timogenis insidiis interemptus est. Ægyptii vero omnes se Rom. imperatori dediderunt, in absen-

imperatores, non vitæ & imperii longitudine superaturum, sed *novellis suis*, hoc est neporum successione. *novellos* heic pro nepotibus posuit vel minoribus. sic Græci νεωτέρους vocant. *Salmas.*

In veteres tuis novellis.] Nihil adjuvat Pal. qui initio tamen habuit, *Inveteristius novellis.* Grut.

1. *Et reges facient suos minores.*] Τοὺς νεωτέρους. *Salmas.*

2. *Idem cùm in Apennino de se consuleret.*] Lego, *Apenino.* vel, *in Aponi fonte.* vide Sueton. in Tiberio, capite XIV. *Casaub.*

Item quum in Apenino.] Lege, *Idem cum in Aponino.* & paulo post, *Idem quum de posteris suis.* Salmas.

3. *In Apennino.*] Ita & Pal. nisi quod is *Appennino.* Grut.

4. *De Fratre Quintillo.*] Palat. *Quintilio.* sed infra expressit *Quintillium*, adhucque inferius *Quintillum.* Idem.

5. *Palmyreni ducibus Saba & Timogene.*] Sabas est quem Zosimus Zabdam nominat. Vopiscus *Zobam*, in Aureliano. *Casaub.*

Palmyreni ducibus Saba, & Timogene.] Forte: *Sabda.* nam Ζάβδας Zosimo dicitur. *Salmas.*

6. *Dux tamen Ægyptiorum Probatus.*] Zosimus & Zonaras Probus nominant. *Casaub.*

7. *Probatus Timogenis insidiis interemptus est.*] Pal. *Imaginis.* ut forsan & heic & superius rescribi possit *Timagenes*, uti vocatur Græcis. *Grut.*

8. *Timogenis insidiis interemptus est.*] Lege, *Timogenis insidiis.* Τιμογένους dicitur Zosimo. & supra scribendum quoque *Timogenes.* Salmas.

1. Nam

absentis Claudii verba jurantes. Atticiano & Orphito coss. auspicia Claudiana favor divinus adjuvit. [1] Nam [2] quum se in Hæmimontum multitudo Barbararum gentium quæ superfuerant, contulisset, [3] illic [4] ita fame ac pestilentia laborarunt, ut jam Claudius dedignaretur & vincere. Denique finitum est asperrimum bellum, terroresque Romani nominis sunt depulsi. Vera dici fides cogit, simul ut sciant hi qui adulatores nos existimari cupiunt, [5] id quod historia dici postulat, non tacere. Eo tempore quo parta est plena victoria, plerique milites Claudii [6] secundis rebus elati, quæ sapientium quoque animos fatigant, ita in prædam versi sunt, ut non cogitarent à paucissimis se posse fatigari dum occupati animo atque corporibus [7] avertendis prædis inserviunt. Denique in ipsa victoria propè duo millia militum à paucis Barbaris, & iis qui fugerant, interempti sunt. Sed ubi hoc comperit Claudius, omnes qui rebelles animos extulerant, conducto exercitu rapit, atque in vincula Romam etiam mittit [8] ludo publico deputandos. [9] ita id quod vel Fortuna vel

1. *Nam cùm se in Hæmimontum multitudo Barbararum gentium quæ superfuerant, contulisset.*] Provinciam Thraciæ, in qua Hæmus mons, Hæmimontum nominarunt, ut auctor est Ammianus in descriptione Thraciarum lib. XXVII. *Casaub.*

2. *Cùm se in Hæmimontum.*] Pal. non habet dictiunculam *in*. & abesse potest. *Gruter.*

3. *Illic ita fame, & pestilentia laborarunt.*] Pal. & ed. vet. *laboravit*. quod refertur ad *multitudinem*. nam & *contulisset* dixit. *Salmas.*

4. *Ita fame & pestilentia laborarunt.*] Non fame sed pestilentia tantùm absumptos scribit Zosimus. *Casaub.*

Id quod dici historia postulat, non tacere.] Melius, *nos non tacere*. Hujus cladis à Claudii exercitu acceptæ, meminit & Zosimus, quem lege. *Idem.*

5. *Id quod historia postulat, non tacere.*] *Non tacere*, est scribere, vel dicere. sic *non jubere*, pro vetare. *Salmasius.*

6. *Secundis rebus elati, sapientum quoque animos fatigant.*] Ad verbum ex Sallustio. *Casaub.*

7. *Avertendis prædis inservient.*] Jos. Scaliger. *Avert. præsidiis parum inservient*. sed non dubito melius scribi, *prædis*, quod libri Puteani servant. *avertere prædam*, familiaris historicis dictio. *Idem.*

Avertendis prædis.] Pal. eos scriptos juvat qui præferunt *præsidiis*. Gruterus.

8. *Ludo publico deputandos.*] Vet ed. *deputatos*. Salmas.

9. *Ita id quod vel fortuna vel miles egerat, virtute boni principis æquatum est.*] Palat. scribendum, *antiquatum est*. nec aliter vetus editio. *antiquare*, ut omnes sciunt, est delere vel abolere. significat igitur virtute Claudii abolitum dedecus, & detrimentum resarcitum, quod

na vel miles egerat, virtute boni principis antiquatum est. Nec sola de hoste victoria, sed etiam vindicta præsumpta est. In quo bello quod gestum est, equitum Dalmatarum ingens extitit virtus, [1] quòd originem ex ea provincia Claudius videbatur ostendere, [2] quamvis alii Dardanum, & ab Ilio Trojanorum atque ipso Dardano sanguinem dicerent trahere. [3] Fuerunt per ea tempora & apud Cretam Scythæ, & Cyprum vastare tentarunt: [4] sed ubique morbo exercitu laborante, superati sunt. Finito sanè bello Gothico, [5] gravissimus morbus increbuit, [6] tunc quum etiam Claudius affectus morbo mortales reliquit, & familiare virtutibus suis petiit cælum. Quo ad deos atque ad sidera demigrante, [7] QUINTILLUS frater ejus-

quod acceperant Romani incautius se gerentes. *Idem.*

1. *Quòd originem ex ea provincia Claudius videbatur ostendere.*] Tanti principis origo, ut aliorum summorum virorum, in obscuro latet. *Casaub.*

Quod originem ex ea provincia Claudius videbatur ostendere.] Suavis est & lepida historia quam refert Victor de origine Claudii: *Claudium plerique putant*, inquit, *Gordiano fatum, dum adolescens à muliere matura instituretur ad uxorem.* eum locum eo libentius atti li, ut vitio vacare probarem, &c. morem antiquum instituendi nobiles adolescentes ad uxorem & rem uxoriam, docerem. hoc voluit igitur Victor; Gordianum adolescentulum, quum ductus esset uxorem, à muliere matura & artifice illius palæstræ institutum esse ad hunc ludum, ne novitius adolescens, & in hoc ludo minime doctus, ut nondum ἀφροδίτης μυκήθρῳ, parum se virum probaret novæ nuptæ. Martialis:

Ergo suburanæ tironem trade magistræ
Illa virum facit. nam bene virgo docet.

Salmas.

2. *Quamvis alii Dardanum, & ab Ilio Trojanorum atque ipso Dardano sanguinem dicam trahere.*] Ne dubita scribere: *& ab Ilo Trojanorum rege, atque ipso Dardano sanguinem trahere:* vel, *ab Ilo Trojano.* Dardanum gente fuisse Claudium constans videtur opinio fuisse. unde & quidam à Dardano, atque ab Ilo Trojanorum antiquissimis regibus eum sanguinem trahere dixerunt. Virgilius:

Iliusque Assaracusque & Trojæ Dardanus auctor.

Quidam eum ex Dalmatia, alii ex Dardania fuisse dixerunt: adeo incerta de hujus optimi principis origine jactabantur. *Idem.*

3. *Fuerunt per ea tempora & apud Cretam Scythæ, & Cyprum.*] Zosimus, qui eosdem auctores sequitur, Cretæ non Cyprum, sed Rhodum adjicit. *Casaub.*

4. *Sed ubique morbo exercitu laborante.*] Palatinus: *Sed ubique morbo atque exercitu laborante.* deest *fame: morbo atque fame exercitu laborante.* sic enim supra, utroque laborasse dixit: nam per *morbum* heic, pestilentiam intelligit. *Salmas.*

5. *Gravissimus moribus increbuit.*] Pal. *increbuit.* Grut.

6. *Tunc cùm etiam Claudius affectus morbo mortales reliquit.*] Pestilentia igitur extinctus Claudius. *Casaub.*

7. QUINTILLUS *frater ejusdem.*] De hoc

ejusdem, vir sanctus, & sui fratris (ut verè dixerim) frater, delatum sibi omnium judicio suscepit imperium, [1] non hereditarium, sed merito virtutum: qui factus esset imperator etiamsi frater Claudii principis non fuisset. Sub hoc Barbari qui superfuerant, [2] Anchialo vastata, conati sunt Nicopolin etiam obtinere. Sed illi provincialium virtute obtriti sunt. Quintillus autem ob brevitatem temporis nihil dignum imperio gerere potuit. [3] Nam septimadecima die, quòd se gravem & serium contra milites ostenderat ac verum principem pollicebatur, [4] eo genere quo Galba, quo Pertinax, interemptus est. [5] Et Dexippus quidem Claudium non dicit occisum, sed tantùm mortuum. Nec tamen addidit morbo, ut dubium sentire videa-

hoc varia est historia. vide Vopiscum in Aureliano, & Zonaram. *Idem.*

Quintillus frater.] Vet. ed. *Quintilius.* Salmas.

1. *Non hereditarium, sed merito virtutum.*] Purgat Quintillum ab objecto illi crimine: quod sic imperio fratri voluisset succedere quasi hereditatem cerneret. *Casaub.*

2. *Anchialo vastata conati sunt Nicopolim etiam obtinere.*] Vide Ammian. libro XXXI. Zosimus Valeriano principe vastatam scribit Anchialum *Idem.*

Anchialo vastata, conati sunt Nicopolim etiam obtinere.] Ergo Anchialum tantum vastarunt, Nicopolim non item: Palat. vero liber utramque negat captam, etsi utramque tentatam: sic enim scribit; *Sub hoc barbari qui superfuerant; Anchialo vastare conati sunt, Nicopolim etiam obtinere. sed illi provincialium virtute obtriti sunt.* Ita autem disertim scriptum extat, in illo optimo libro, *Anchialo vastare*, pro *Anchialum:* quod ne quis mendum esse suspicetur, sciendum est illo tempore sic loqui solitos, ut nomina urbium plerumque hoc casu enuntiarent: aliquando etiam per quartum. hoc barbarum, inquies. sit plane barbarum, dum constet etiam veteres ita usurpasse. *Salmas.*

3. *Nam septima decima die.*] Sic & Zonaras. *Casaub.*

Nam septima decima die.] Vopiscus in Aureliani vita, *vicesimo die.* Salmas.

4. *Eo genere quo Galba & Pertinax.*] Et hoc in Constantii gratiam. *Casaub.*

5. *Et Dexippus quidem Claudium non dicit occisum, sed tantum mortuum.*] Suspicor id quod res est, non de Claudio, sed de Quintillo hæc esse accipienda, & temere pro Quintilli, Claudii nomen inrepsisse: & sane ita est. dicit Trebellius Quintillum septima decima die imperii occisum: Dexippum autem non dicere occisum, sed mortuum tantum: sed cum non addiderit morbo, ambigi posse quomodo senserit. de morte enim Quintilli variæ opiniones fuere, ut ex Zosimo discimus. quidam eum interfectum à militibus prodiderunt, ut Trebellius. alii sponte sua Aureliano cessisse quasi potiori, & sibi venas incidisse, ut scriptum reliquit Zosimus Dexippus vero mortuum tantum scribit, ut dubium sentire videatur, inquit Trebellius. scribendum igitur hoc loco: *& Dexippus quidem Quintillum non dicit occisum sed mortuum.* pro Quintillo, hodie perperam Claudius legitur. *Salmas.*

1. *Nupta*

13 videatur. Quoniam res bellicas diximus, de Claudii genere & familia saltem pauca dicenda sunt, ne ea quæ scienda sunt, præteriisse videamur. Claudius, Quintillus, & Crispus, fratres fuerunt. Crispi filia, Claudia: ex ea & Eutropio nobilissimo gentis Dardanæ viro Constantius Cæsar est genitus. Fuerunt etiam sorores, quarum una Constantina nomine, [1] nupta tribuno Assyriorum, in primis annis defecit. [2] De avis nobis parum cognitum. Varia enim plerique prodiderunt. Ipse Claudius insignis morum gravitate, insignis vita singulari & unica castimonia, vini parcus, ad cibum promptus, statura procerus, [3] oculis ardentibus, lato & pleno vultu, digitis usqueadeo fortibus ut sæpe equis & mulis ictu pugni dentes excusserit. Fecerat hoc etiam adolescens in militia, quum ludicro Martiali in campo luctamen inter fortissimos quosque monstraret. [4] Nam iratus ei qui non balteum [5] sed genitalia sibi contorserat, omnes dentes uno pugno excussit. Quæ res indulgentiam meruit pudore vindictæ: siquidem tunc Decius imperator, quo præsente fuerat perpetratum,

1. *Nupta tribuno Assyriorum.*] Cur nomen ejus tribuni non adscripsit? Assyrii autem in militia Romana fuere, ut & Mauri, & Palmyreni, & Osroëni. *Idem.*

2. *De avis parum cognitum.*] Ita loquitur quasi patrem Claudii nobis indicasset: de quo ne γεὺ quidem, in iis saltem quæ hodie extant Trebellii. *Casaub.*

De avis nobis parum cognitum.] Mira brevitate avorum nomine patrem etiam comprehendit Trebellius. nam *patrem*, *avum*, *proavum*, avos vocat. de patre enim nec dixit, nec potuit quid certi dicere. patet enim Claudii etiam ignorabatur. *Salmas.*

3. *Oculis ardentibus.*] *Vigentes oculos in Zenobia* dixit, quos heic *ardentes* vocat. *Idem.*

4. *Nam iratus ei qui sibi non balteum sed genitalia contorsisset.*] Palatinus vitalia præfert, quod valde probo. non enim usque ad genitalia perveniebat baltheus, sed medium hominem cingebat. Claudius vero vitalia sibi ab adversario inter luctandum pro baltheo contorta indignabatur. non igitur severa & exacta lege luctabantur. nam in vera lucta vitalia contorquere & ilia firmo nexu implicare permissum. Græci τὰ μόνα λαμβάνειν dicunt. at militaris ista luctandi ratio, quæ iudicri tantum & exercitationis gratia erat instituta, pro vitalibus baltheum sibi invicem contorquere soliti erant. & merito Claudius iratus illi militi fuit qui legem iudicri certaminis excesserat, & pro baltheo vitalia sibi contorserat. Baltheus autem, ut notum est, medium hominem cingebat. *Idem.*

5. *Sed genitalia sibi contorsisset.*] Palatinus à prima manu *vitalia*. Gruterus.

1. *Quan-*

tratum, & virtutem & verecundiam Claudii publicè prædicavit: donatumque armillis & torquibus, à militum congressu facessere præcepit, nequid atrocius quàm luctamen exigit faceret. Ipsi Claudio liberi nulli fuerunt: Quintillus duos reliquit: Crispus, (ut diximus) filiam. Nunc ad judicia principum veniamus, quæ de illo à di- 14
versis edita sunt: & eatenus quidem ut appareret [1] quandoque Claudium imperatorem futurum. Epistola Valeriani ad Zosimionem procuratorem Syriæ. *Claudium Illyricianæ gentis virum,* [2] *tribunum Martiæ quintæ legioni fortissimæ dedimus, virum devotissimis quibusque ac fortissimis veterum præferendum. Huic salarium de nostro privato ærario dabis annuos frumenti modios tria millia, hordei sex millia,* [3] *laridi libras duo millia,* [4] *vini veteris sextarios tria millia quingentos, olei boni sextarios centum quinquaginta, olei secundi sextarios sexcentos, salis modios viginti, ceræ pondo centum quinquaginta, fœni, paleæ, aceti, oleris, herbarum, quantum satis est,* [5] *pellium tentoriarum decurias triginta, mulos annuos sex,* [6] *equos annuos tres,* [7] *camelos annuas decem, mulas annuas novem:* [8] *argenti in opere annua pondo quin-*

1. *Quandoque.*] Pal. *Quandocunque.* Idem.

2. *Tribunum Martiæ quintæ legioni.*] Hæc legio ut & sexta Gallicana atque aliæ quarum in sequentibus libris mentio, post tempora Dionis fuerunt conscriptæ: nam earum nomen inter antiquas non recensentur, quas ipse descripsit. *Casaub.*

3. *Vini veteris sextarios tria millia quingentos.*] Quòd per sextarios potiùs quàm per congios aut culeos numerus hic indicatur, ea fortasse causa est: quòd dietim vinum exhiberetur, non una largitione plures congii simul: sic enim plerunque solitæ distribui annonæ. in Aureliano vocatur hoc *vinum mensale.* Idem.

4. *Pellium tentoriarum decurias triginta.*] Solent non singulæ pelles vendi, sed plures simul in unum fascem colligatæ, puta denæ aut duodenæ simul. Videtur autem decuria una ad tentorium unum sufficisse: ideoque per decurias fuisse emi vendique solitas. *Idem.*

Pellium tentoriarum decurias triginta.] Sic res aliæ multæ per decurias venundari solitæ. sic decades chartarum apud Anastasium de vitis Pontificum in Sylvestro. *Salmas.*

5. *Equos annuos tres, camelos annuas decem.*] Equi annui tres tribuno legionis dantur. *Idem.*

6. *Camelos annuas decem.*] Palatinus, *Camelas annuas decem.* camelorum autem in castris Romanorum, jam inde à vetustis temporibus multus usus fuit, ad prædam portandam, quibus cum epibatis suis quinque pedes assignat. *Idem.*

Camelos annuas decem.] Pal. *Camelas annuas.* Grut.

7. *Argenti in opere annua pondo quinquaginta.*] *Argentum in opere* vocat, *argentum operatum,* quod vetustiores *factum* appellabant. sic *calices in gemmis,*

quinquaginta, [1] *philippeos noſtri vultus annuos centum quinquaginta, & in ſtrenis quadraginta ſeptem & trientes centum ſexaginta.* [2] *Item in caveos & ſcyphos pondo undecim.* [3] *item in caveos & ſcyphos* [4] *& ζυma pondo undecim.* [5] *Tunicas ruſſas militares annuas,* [6] *ſagochlamydes annuas duas, fibulas argenteas inauratas duas,* [7] *fibulam auream cum acu Cyprea unam. Balteum argenteum*

gemmatos calices appellat idem Anaſtaſius. *Salmaſ.*

1. *Philippeos noſtri vultus.*] Philippei nummi Philippi primùm juſſu formati fuerant: ſed cùm illa forma recepta ſemel placuiſſet, ea retenta eſt ſimul cum appellatione: hoc ſolùm immutato, ut vultum & nomen nummus referret non Philippi, ſed ejus principis qui cudi juſſiſſet. *Caſaub.*

2. *Item in caveos & ſcyphos pondo undecim.*] Hæc ſunt inducenda. ſequuntur enim eadem verba. *Idem.*

Item in caveos & ſcyphos.] Palatinus: *In cancos & ſcyphos.* nec dubium quin illa ſit vera lectio. caucum enim vocarunt recentiores, qui vetuſtioribus erat cyathus. Iſidorus *cyathum* ſua ætate *caucatum* fuiſſe dictum ſcribit: *caucus* autem & *cancatus* idem. *cancum, baucum* etiam vocabant. & *caucam, baucam. cauta* in Gloſſis exponitur patera. & βαυκάλιον & καυκάλιον. ſic & in aliis multis vocibus harum duarum invicem litterarum permutationem animadverti. *Salmaſ.*

3. *Item in caveos & ſcyphos & ζυma pondo undecim.*] Caveum poculi genus eſſe patet ex Peſcennii vita. Pro ζυma lego ζεμα. caccabos ita vocarunt vulgo, ὀλλὰ τὸ ζεμα. *Caſaub.*

4. *Et ζυma pondo undecim.*] Ita libri noſtri conſtanter. Zumum enim vel Zemum, & Zema Zemæ idem eſt. ac ſic olla dicta eſt ἀπὸ τῦ ζεῖν. *Zemam* vocat Iſidorus quod eſt Græcis ζέμα. inde olla etiam in qua decoquitur aliquid, *zema* vocatur, vel ζυμμα aut ζεμμα ut diximus. *Salmaſ.*

5. *Tunicas ruſſas militares annuas.*] Numerus deeſt. Scribo, *annuas duas.* ut in ſequentibus. ruſſas tunicas appellat quas Græci φοινικίδας. *Caſaub.*

Tunicas ruſſas militares.] Deeſt numerus, ut jam animadverſum viris doctis. legendum igitur; *Tunicas ruſſas militares duas, ſagochlamydes annuas duas* jungit *tunicas militares*, & *ſagochlamydes.* tunica enim militaris interior veſtis ſupra quam accipiebatur ſagochlamys. *tunica ruſſa* hoc loco ſunt φοινικοῦ χιτῶνες. *Salmaſ.*

6. *Sagochlamydes annuas duas.*] Interdum ex duplici genere veſtium unum conficiebant, quod utriuſque figuram participaret. ſic *chlamydem manu nexam* mox nominat auctor: ita ergo ſagochlamys, veſtis novum genus fuit compoſitum ex ſago Romano, ſive Gallico & chlamyde Græcanica. utrumque indumentum fuit militare. *Caſaub.*

Sagochlamydes annuas duas.] Inter ſagum & chlamydem hanc puto differentiam fuiſſe, quod ad formam attinet, quam doctiſſimi quique Græcorum inter χλαῖναν & χλαμύδα conſtituunt. ſagochlamys igitur ex utroque compoſitum, ſago & chlamyde, vel ad utriuſque formam factum, & aliquid habens ex utroque veſtimentum. non diverſum fuiſſe videtur genus illud veſtis quod σαγομάσιον Græci recentiores vocarunt. nam μαντίον pro chlamyde dixerunt. *Salmaſ.*

7. *Fibulam auream cumacum Cypream unam.*] Scribe: *Cum acu Cypria, unam. Acus cypria*, ſitne ab ære Cyprio ita dicta, an ab artificio peculiari artificum Cypriorum, neſcio. *Caſaub.*

Fibulam auream cum acum cypream unam.] Scribe: *Fibulam auream, cum acu cyprea unam.* acus cyprea non ab ullo

reum inauratum unum, [1] *annulum bigemmem uncialem,* [2] *brachialem unum unciarum septem. Torquem libralem unum, caßidem inauratam unam.* [3] *Scuta chrysographata duo, loricam unam, quam refundat.* [4] *Lanceas Herculeanas duas,* [5] *aclydes duas, falces duas, falces fœnarias quatuor. Cocum quem refundat, unum: mulionem, quem refundat, unum. Mulieres speciosas ex captivis duas.* [6] *Albam subsericam unam* [7] *cum* * *purpura Girbitana:*

[1] *sub-*

ullo Cypriorum artificio dicta est, sed ab *cypro*, hoc est ære cyprio, quod nunc *cuprum* vocamus. *Salmas.*

Fibulam auream cum acu Cyprea unam.] Repræsentavi lectionem codicis Pal. sed manus secundæ: tantò quidem proclivius quod in eam descenderat ingenii conjectura Casaubonus noster. *Gruter.*

1. *Annulum bigemmem.*] Ex Palat. scribendum: *Annulum bigemmeum unum.* non enim *Annulus bigemmeus* qui duas gemmas habeat, rectè dicatur, sed *bigemmis*, ut nec *fluvium bicornem* dixeris, qui duo habeat cornua, sed *bicornem.* Salmas.

2. *Brachialem unum unciarum septem.*] Scribe, *Brachiale.* & dextrocherium intellige, de quo satis ad Maximinos. *Casaub.*

Brachialem unum.] Pal. *unam.* quod si retinemus, aliquid subaudiendum substantivi. *Grut.*

3. *Scuta chrysographata duo.*] Et picta, sive cælata, & inaurata, vel aureis literis inscripta. Sueton. Octav. capite VII. *Casaub.*

Scuta chrysographata.] Χρυσογράφου Græci vocant quod est auro pictum: inde verbum χρυσογραφεῖν, auro pingere, quod hèic est chrysographare: & *chrysographata scuta*, χρυσογράφους. potuisset simpliciter dicere *chrysographa scuta*: sed sic *chrysographata* dixit, ut *anaglyphata pocula* dixere pro *anaglyphis.* Salmas.

4. *Lanceas Herculeanas duas.*] Melius, *Herculaneas*; sic in Pertinace, *Machera Herculaneæ.* tamen & alibi legas Herculeanus. *Casaub.*

5. *Aclides duas.*] Aclides sunt plumbatæ funiculo ex baculo aptæ. Lege Servium ibi:

—— *teretes sunt aclides illis*
Tela: sed hæc lento mos est aptare flagello.

Idem.

Aclydes duas.] Constat *aclydes* clavæ genus esse, quod loro vel amento in hostes jaciebatur. quarum in bello tantum usus, quæ loro religatæ magna vi jaciebantur, & redibant ad eum qui jecerat, clavisque ferreis, aut acuminibus erant munitæ, ut sine pernicie non rediret, quemcumque tetigissent. ideoque rectè jacula brevia interpretatur Nonius. *Salmas.*

6. *Albam subsericam, cum purpura Succubitana.*] De alba subserica inferiùs sub libri hujus finem. *Succubitana purpura*, à Succubone Bastetaniæ oppido nomen habet: solet enim à loco ubi tingebatur denominari purpura, ut Tyria. Succubitani municipii mentio facta superiùs initiò vitæ Marci Antonini. suspicabar scribendum *Succubaritana*: ut eadem sit cum illa quæ statim Maura nominatur. nam Succubar sive Succabar oppidum Mauritaniæ Cæsariensis ex Plinio aliisque notum est. At regius *Grabitana.* Puteanus *Girbitana*, de quibus lectionibus cogitent eruditi. *Casaub.*

Albam subsericam unam.] *Alba* hèic absolute *vestis alba*: unde *albati* qui *albas* gestabant. *Salmas.*

7. *Cum purpura succubitana.*] Vetus editio habet *Succubitana*, pro *girbitana*, quæ est scriptorum omnium lectio. *Girbitana* purpura à *Girba* insula, quæ *Meninx* veteribus dicta fuit. in ea nobilissimum

quinquaginta, [1] *philippeos noſtri vultus annuos centum quinquaginta, & in ſtrenis quadraginta ſeptem & trientes centum ſexaginta.* [2] *Item in caveos & ſcyphos pondo undecim.* [3] *item in caveos & ſcyphos* [4] *& ζuma pondo undecim.* [5] *Tunicas ruſſas militares annuas,* [6] *ſagochlamydes annuas duas, fibulas argenteas inauratas duas,* [7] *fibulam auream cum acu Cyprea unam. Balteum argenteum*

gemmatos calices appellat idem Anaſtaſius. *Salmaſ.*

1. *Philippeos noſtri vultus.*] Philippei nummi Philippi primùm juſſu formati fuerant: ſed cùm illa forma recepta ſemel placuiſſet, ea retenta eſt ſimul cum appellatione: hoc ſolùm immutato, ut vultum & nomen nummus referret non Philippi, ſed ejus principis qui cudi juſſiſſet. *Caſaub.*

2. *Item in caveos & ſcyphos pondo undecim.*] Hæc ſunt inducenda. ſequuntur enim eadem verba. *Idem.*

Item in caveos & ſcyphos.] Palatinus: *In caucos & ſcyphos.* nec dubium quin illa ſit vera lectio. caucum enim vocarunt recentiores, qui veteſtioribus erat cyathus. Iſidorus *cyathum* ſua ætate *cancatum* fuiſſe dictum ſcribit: *caucus* autem & *cancatus* idem. *caucum, baucum* etiam vocabant. & *caucam, baucam. cauta* in Gloſſis exponitur patera. & βαυκάλιον & καυκάλιον. ſic & in aliis multis vocibus harum duarum invicem litterarum permutationem animadverti. *Salmaſ.*

3. *Item in caveos & ſcyphos & ζuma pondo undecim.*] Caveum poculi genus eſſe patet ex Peſcennii vita. Pro *ζuma* lego *ζemas.* caccabos ita vocarunt vulgò, ὡ ἀπὸ τῦ ζεῖν. *Caſaub.*

4. *Et ζuma pondo undecim.*] Ita libri noſtri conſtanter. *Zumum* enim vel *Zemum*, & *Zema Zema* idem eſt. ac ſic olla dicta eſt ἀπὸ τῦ ζεῖν. *Zemam* vocat Iſidorus quod eſt Græcis ζέμια. inde olla etiam in qua decoquitur aliquid, *zema* vocatur, vel *zumum* aut *zemum* ut diximus. *Salmaſ.*

5. *Tunicas ruſſas militares annuas.*] Numerus deeſt. Scribo, *annuas duas.* ut in ſequentibus. ruſſas tunicas appellat quas Græci φοινικίδας. *Caſaub.*

Tunicas ruſſas militares.] Deeſt numerus, ut jam animadverſum viris doctis. legendum igitur; *Tunicas ruſſas militares duas, ſagochlamydes annuas duas* jungit *tunicas militares*, & *ſagochlamydes.* tunica enim militaris interior veſtis ſupra quam accipiebatur ſagochlamys. *tunica ruſſa* hoc loco ſunt φοινικοῦ χιτῶνες. *Salmaſ.*

6. *Sagochlamydes annuas duas.*] Interdum ex duplici genere veſtium unum conficiebant, quod utriuſque figuram participaret. ſic *chlamydem manuletem* mox nominat auctor: ita ergo ſagochlamys, veſtis novum genus fuit compoſitum ex ſago Romano, ſive Gallico & chlamyde Græcanica. utrumque indumentum fuit militare. *Caſaub.*

Sagochlamydes annuas duas.] Inter ſagum & chlamydem hanc puto differentiam fuiſſe, quod ad formam attinet, quam doctiſſimi quique Græcorum inter χλαῖναν & χλαμύδα conſtituunt. ſagochlamys igitur ex utroque compoſitum, ſago & chlamyde, vel ad utriuſque formam factum, & aliquid habens ex utroque veſtimentum. non diverſum fuiſſe videtur genus illud veſtis quod σαγομάσιον Græci recentiores vocarunt. nam ρασσίον pro chlamyde dixerunt. *Salmaſ.*

7. *Fibulam auream cum acu Cyprea unam.*] Scribe: *Cum acu Cypria, unam. Acus cypria*, ſitne ab ære Cyprio ita dicta, an ab artificio peculiari artificum Cypriorum, neſcio. *Caſaub.*

Fibulam auream cum acum cyprea unam.] Scribe: *Fibulam auream, cum acu cyprea unam.* acus cyprea non ab

ullo

tem inauratum unum, [1] *annulum bigemmem uncialem,* [2] *brachialem unum unciarum septem. Torquem libralem unum, cassidem inauratam unam.* [3] *Scuta chrysographata duo, loricam unam, quam refundat.* [4] *Lanceas Herculeanas duas,* [5] *aclydes duas, falces duas, falces fœnarias quatuor. Cocum quem refundat, unum: mulionem, quem refundat, unum. Mulieres speciosas ex captivis duas.* [6] *Albam subsericam unam* [7] *cum* * *purpura Girbitana;* [1] *sub-*

ullo Cypriorum artificio dicta est, sed ab *cypro*, hoc est ære cyprio, quod nunc *cuprum* vocamus. *Salmas.*

Fibulam auream cum acu Cyprea unam.] Repræsentavi lectionem codicis Pal. sed manus secundæ: tantò quidem proclivius quod in eam desenderat ingenii conjectura Casaubonus noster. *Gruter.*

1. *Annulum bigemmeum.*] Ex Palat. scribendum: *Annulum bigemmem unum.* non enim *Annulus bigemmeus* qui duas gemmas habeat, rectè dicatur, sed *bigemmis*, ut nec *fluvium bicorneum* dixeris, qui duo habeat cornua, sed *bicornem*. Salmas.

2. *Brachialem unum unciarum septem.*] Scribe, *Brachiale.* & dextrocherium intellige, de quo satis ad Maximinos. *Casaub.*

Brachialem unum.] Pal. *unam.* quod si retinemus, aliquid subaudiendum substantivi. *Grut.*

3. *Scuta chrysographata duo.*] Et picta, sive cælata, & inaurata, vel aureis literis inscripta. Sueton. Octav. capite VII. *Casaub.*

Scuta chrysographata.] Χρυσογράφον Græci vocant quod est auro pictum: inde verbum χρυσογραφῆσαι, auro pingere, quod hèic est chrysographare: & *chrysographata scuta*, χρυσογράφους. potuisset simpliciter dicere *chrysographa scuta*: sed sic *chrysographata* dixit, ut *anaglyphata pocula* dixere pro *anaglyphis*. Salmas.

4. *Lanceas Herculeanas duas.*] Meliùs, *Herculaneas*; sic in Pertinace, *Machera Herculanea*. tamen & alibi legas Herculeanus. *Casaub.*

5. *Aclides duas.*] Aclides sunt plumbatæ funiculo ex baculo aptæ. Lege Servium ibi:

—— *teretes sunt aclides illis*
Tela: sed hæc lento missa est aptata flagello.

Idem.

Aclydes duas.] Constat *aclydes* clavæ genus esse, quod loro vel amento in hostes jaciebatur. quarum in bello tantum usus, quæ loro religatæ magna vi jaciebantur, & redibant ad eum qui jecerat, clavisque ferreis, aut acuminibus erant munitæ, ut sine pernicie non redirent, quemcumque tetigissent. ideoque rectè jacula brevia interpretatur Nonius. *Salmas.*

6. *Albam subsericam, cum purpura Succubitana.*] De alba subserica inferiùs sub libri hujus finem. *Succubitana purpura*, à Succubone Bastetaniæ oppido nomen habet: solet enim à loco ubi tingebatur denominari purpura, ut Tyria. Succubitani municipii mentio facta superiùs initiò vitæ Marci Antonini. suspicabar scribendum *Succubaritana*: ut eadem sit cum illa quæ statim Maura nominatur. nam Succubar sive Succabar oppidum Mauritaniæ Cæsariensis ex Plinio aliisque notum est. At regius *Grabitana*. Puteanus *Girbitana*, de quibus lectionibus cogitent eruditi. *Casaub.*

Albam subsericam unam.] *Alba* hèic absolute *vestis alba*: unde *albati* qui *albas* gestabant. *Salmas.*

7. *Cum purpura Succubitana.*] Vetus editio habet *Gubitana*, pro *Girbitana*, quæ est scriptorum omnium lectio. *Girbitana* purpura à *Girba* insula, quæ *Meninx* veteribus dicta fuit. in ea nobilissimum

[1] *subarmale unum cum purpura Maura.* [2] *Notarium, quem refundat, unum:* [3] *structorem quem refundat, unum.* [4] *Accubitalium Cypriorum paria duo.* [5] *Interulas, puras duas:* [6] *fascias viriles duas: togam quam refundat, unam.* [7] *Latum clavum, quem refundat, unum.* [8] *Venatores qui obsequantur, duos: carpentarium unum.*

[1] *Curam*

mum baphium, cujus mentio in notitia imperii, ubi *Girbitanum baphium* non semel memoratur. inde *Girbitana purpura.* Idem.

* *Purpura Succubitana.*] Pal. noster refert illud aliorum *Sirbitana.* Grut.

1. *Subarmale unum cum purpura Maura.*] Jam expositum ad Ælii Spartiani Severum. *Casaub.*

Subarmale unum purpura cum Maura.] *Subarmalem unum*, scribit heic Palat. erit igitur, hic *subarmalis*, ut hic *colobus*, hic *byrrus*: quæ sunt adjectiva vestium, pro vestibus ipsis usurpata, & genere masculino enuntiata. dictus *subarmalis* quod subarmum rejiceretur. sic *armilausa* genus aliud vestis ab *armis* dictum, hoc est scapulis: quo monachi olim utebantur, quam Græci ἐπωμίδα vocant, quod scapulas contegeret, non ut *subarmalis* sub armum rejiceretur. postquam enumeravit Valerianus vestes ad quotidianum usum, ut sunt tunicæ russæ, sagochlamydes; separatim heic ponit quæ ad pompam tantum sunt, ut *albam subsericam cum purpura Girbitana, subarmalem cum purpura Maura.* nam & albatos supra milites fuisse vidimus in die pompæ & triumphi. præterea ex istis vestibus pompicis unam tantum, ut subarmalem unum, & albam unam, neque eas annuas, dari jubet princeps. quod & raro sumantur ejusmodi vestes, & frequenti usu non deterantur, ita ut una sufficere possit longo tempori. ut ergo in usu quotidiano sagochlamydes supra *tunicas russas* accipiebant, sic diebus festis & sollennibus subarmales supra albas subsericas sumere consueverant. *alba* igitur *subserica* publica erat, quod & ipsum nomen ejus satis arguit: *alba* enim ἀδιαφθόρως dicitur, & intelligitur tunica. *subarmalis* autem chlamys vel byrrus qui fibula in humero connectebatur, bracchioque dextro excluso sub armum descendebat. hinc subarmalis dictus, cum subaudiatur byrrus vel peplus. *Salmas.*

Subarmale unum.] Palat. *Subarmalem*, ut aliquid rursus subintelligatur substantivi. *Grut.*

2. *Notarium quem refundat unum.*] Unum è scribis, aut servis publicis, qui magistratibus apparebant & scribendo merebant, quæ illi dictarent notis excipientes. *Casaub.*

3. *Structorem quem refundat unum.*] διάκτορον, & πραιποζωνιὸν, ut interpretatur Athenæus libro quarto. *Idem.*

4. *Accubitalium Cypriorum paria duo.*] Expositum ad Lampridii Heliogabalum. apparet fuisse illa ætate insignes in insula Cypro peristromatum, tapetum, aliarumque rerum artifices. *Idem.*

Accubitalium Cypriorum.] *Accubitalia* sunt toralia. cave putes eum doctissimo viro etiam mantelia eo nomine venire. *mantelibus* enim mensæ sternebantur, accubitalibus accubita, hoc est tori in quibus ad mensam veteres accumbebant. non solum mantelium mapparumque, & accubitalium, sed etiam peristromatum, velorumque varii generis & aulæorum artificio Cyprus olim insula nobilitata est. *Salmasius.*

5. *Interulas puras duas.*] Puræ opponuntur prætextis purpura. *Casaub.*

6. *Fascias viriles duas.*] Nihil horum visitur in Pal. *Grut.*

7. *Latum clavum, &c.*] Tunicam cum lato clavo, sive laticlaviam. *Casaubonus.*

8. *Venatores qui obsequantur duos.*] Qui assidue eum comitentur. obsequium est comitatus principis aut alicujus

[1] *Curam prætorii unum. Aquarium unum. Piscatorem unum. Dulciarium unum.* [2] *Ligni quotidiani pondo mille, si est copia: sin minùs, quantum fuerit, & ubi fuerit:* [3] *coctilium quotidiana batilla quatuor. Balneatorem unum, & ad balneas ligna: sin minùs, lavetur in publico. Jam cætera quæ propter minutias suas scribi*

cujus magistanis, ut antè docuimus ad Pertinacis vitam. *Idem.*

Venatores qui obsequantur diu.] Id est qui obsequium præstent, qui comitentur. & servi autem & amici ad obsequia. sed amici anteibant, servi sequebantur. hinc *anteambulones*, & *antepedes* amici obsequium facientes, dicebantur. servi autem *pedisequi*, *à pedibus*, *ad pedes*. Salmas.

1. *Curam prætorii unum.*] Quemadmodum in aulis imperatorum & militia Palatina fuit, qui è re dicebatur Cura palatii, quòd omnium fabricarum principis curam gereret, sic in majorum magistratuum comitatu fuit, qui dicebatur Cura prætorii, quòd illa omnia curaret quæ ad prætorium ejus magistratus cui fuerat attributus pertinerent. ut operas pro operariis, sic curam dixerunt pro eo qui curam sustinet. Ovidius:

Tertius immundæ cura fidelis aræ.

Casaub.

Curam prætorii unum.] *Cura* pro *curatore*. sic supra *ludos* pro ludiis dictos observavimus, & *præturam* pro prætore. sic *matrimonia* & *conjugia* pro conjugibus: *servitia* pro servis: ita *cura palatii* & *cura prætorii*, pro eo qui prætorium, & palatium curat. sic tamen etiam fieri poterit *hic cura* pro curator à verbo curo: ut *hic perdo*, à verbo perdo pro perditor: *scriba* à scribo, qui scribit. *Salmas.*

2. *Ligni quotidiani pondo mille.*] Etiam hodie in quibus locis lignum appenditur. *Casaub.*

3. *Coctilium quotidiana batilla quatuor.*] De coctilibus ad Pertinacem dictum. Ulpianus lege CCXVII. De verborum significatione, appellat *ligna cocta ne fumum faciant*: vulgò vocabant *acapna*. Differunt coctilia à titionibus, & item à carbonibus, ut etiam Ulpianus docet ea lege. hic tamen pro carbonibus videtur accipi ea vox: aut non multum acapna differebant à carbonibus. nam brevia admodum fuisse, nec manu ut ligna, sed batillis tractari solita, ut carbones, hic locus declarat. *batillis* sive *batillum* est hama quæ igni admovetur. vulgò dicimus *une pale à feu*. Græci πυρείμας appellarunt. *Idem.*

Coctilium batilla quatuor.] Scribendum: *batilla quatuor. hoc batillum* igitur scribendum, Græcis est ἄμη. & sciri oportet ἄμιλλα res duas significare apud Græcos, & instrumentum fossorium, cui simile est & illud quod ad ignem paratum est, & vas tenendæ aquæ aptum. sicut plane & σκάφη & σκαφεῖον. nam σκάφη & ἄμη idem est. σκάφη autem & instrumentum, quo foditur designat, & vas aquarium, ut alveum, aut aliud quid. Græci postea ut distingueret ἄμιλλα quæ ad ignem ministrat, ab illa ἄμη, quæ fodiendi est instrumentum: illam πυρείμιλλα vocaverunt, hoc est ἄμιλλα πυρὸς vel πῦρ· hanc vero fiverunt nomen habere quod prius. πυρείμη igitur duo Græcis significat, farculum aut ligonem. vulgo dicimus, *une pale de fer, ou un lochet*. ὄρυγα appellant Græci: Latini etiam *upupam* appellarunt: illæ autem *hamæ* quarum in restinguendis incendiis usus, sunt vasa ampla, ad continendam aquam, quæ siphonibus inde hauriebatur & exprimebatur ad restinguendum ignem. ideo *fipones* & *hamas* junxerit posuit Plinius. *Salmasius.*

scribi nequeunt, pro moderatione præstabis, [1] *sed ita* [2] *ut nihil adæretur. Et si alicubi aliquid defuerit,* [3] *non præstetur,* [4] *nec in nummo exigatur. Hæc autem omnia idcirco* [5] *specialiter non quasi tribuno, sed quasi duci detuli, quia vir talis est ut ei plura etiam deferenda sint.* Item ex epistola ejusdem alia inter cætera ad Ablavium Murænam præfectum prætorii. *Desine autem conqueri quòd adhuc Claudius est tribunus,* [6] *nec exercitus ducem loco accipit:* [7] *unde etiam senatum & populum conqueri jactabas. dux factus est, & dux totius Illyrici.* [8] *habet in potestatem*

1. *Sed ita ut nihil adderetur.*] Lego, *Ita ut nihil adæretur.* præcipit imperator dari superiores species ipsas, non earum pretium in ære: quod illa ætas vocavit *adærare.* Græci jurisconsulti vertunt ἀπαργυρίζειν. *Casaub.*

Sed ita ut nihil adderetur.] Pal. *sed ita ut nihil aderet.* quod verum est. ita enim scribebant: *es, adero, eratus, era.* Glossæ: *adærat,* ἐξαργυρίζει). item in aliis Glossis: ἐξαργυρίζω, *adero.* ἐξαργυρισμός, *aderatio.* quod Græci ἀπαργυρίζειν, nos vulgo *argentare* dicimus, id Latinis est, *adærare.* Græci quoque ἀνταλλάξειν illis enim χαλκὸς etiam pro argento sumitur. unde ὀχαλκοι, pauperes & male nummati, & ἀχαλκεῖν, nummorum penuria laborare. ὄχαλκος bene nummatus. nam is ὀχαλκος dicitur, qui magnam vim habeat pecuniæ numeratæ, qui & *præsens* Latinis perquam eleganter appellatur. ita enim Græci παρουσίαν vocant substantiam. ut χαλκὸς igitur pro argento, sic ἀνταλλάξειν, ἀντὶ ἀπαργυρίζειν. ad verbum *adærare* Latinis. *aderatio* est taxatio vel æstimatio rei. *Salmas.*

2. *Ut nihil adderetur.*] Palat. *aderet.* forsan. *adæret.* Grut.

3. *Non præstetur, nec in minimo exigatur.*] Scribendum, *non præstetur, nec in nummo exigatur. præstetur* scripsimus ex libris, non *pretium.* Casaub.

4. *Nec in minimo exigatur.*] *Nec in nummo exigatur.* ita Pal. *Salmas.*

5. *Specialiter non quasi tribuno, sed quasi duci.*] Id est ultra ordinis sui gradum. quem honorem habitum virtuti ab imperatoribus Rom. plures horum scriptorum loci testantur. *Casaub.*

6. *Nec exercitus ducem loco accipit.*] Scribe: *Nec exercitus ducendos accipit.* Idem.

Nec exercitus ducem loco accipit.] Scrib. *Desine autem conqueri quod adhuc Claudius est Tribunus, nec exercitus ducem è loco accipit. è loco,* id est statim & illico. querebantur quod nimis diu maneret Tribunus, nec illi repræsentaretur ducatus. mihi tamen nunc magis placet nihil mutari: potest enim videri dixisse *ducem loco,* pro *dignitate ducem,* qui *ducis locum* haberet. ut *ducem loco* dixit heic Trebellius qui ducis dignitatem & locum teneret: sic privatum loci Tertullianus de Octavio Cæsare adhuc privato, & nondum principem locum obtinente. *Salmas.*

Nec exercitus ducem loco accipit.] Fortassis, *Nec exercitus ducendi locum accipit.* Grut.

7. *Unde etiam senatum & populum conqueri jactabas.*] Observabis hoc loco, *unde* pro *de quo.* Jordanes de rebus Geticis: *In Scanzia vero insula, unde nobis sermo est.* pro, *in insula de qua loquimur.* Salmas.

8. *Habet in potestatem Thraciæ, Mœsiæ, Dalmatiæ, Pannoniæ, Dacos exercitus.*] Scribendum, *Habet in potestatem Thracas, Mœsos, Dalmatas, Pannonios, Dacos exercitus.* Idem.

1. *Mœsias,*

statem Thracias, [1] *Mœsias, Dalmatas, Pannonias, Dacos exercitus: vir ille summus nostro quoque judicio* [2] *speret consulatum, si ejus animo accommodum est, quando voluerit, accipiat prætorianam, accipiat præfecturam. Sanè scias tantum ei à nobis decretum salarii* [3] *quantum habet Ægypti præfectura: tantum vestium quantum proconsulatui Africano detulimus: tantum argenti quantum accipit* [4] *curator Illyrici Metatius: tantum ministeriorum quantum nos ipsi nobis per singulas quasque decernimus civitates: ut intelligant omnes quæ sit nostra de viro tali sententia.* Item epistola 16
Decii de eodem Claudio, *Decius Messalæ præsidi Achaiæ salutem.* inter cætera, *Tribunum verò Claudium, optimum juvenem, fortissimum militem, constantissimum civem, castris, senatui & Reip. necessarium, in Thermopylas ire præcepimus: mandata eidem cura Peloponnensium, scientes neminem melius omnia quæ injungimus, esse curaturum.* [5] *Huic* [6] *ex regione Dardania dabis milites ducentos,* [7] *ex cataphractariis centum,* [8] *ex equitibus* c. *& sexaginta, ex sagittariis Creticis sexaginta, ex tyronibus bene armatos mille. Nam bene illi novi creduntur exercitus. Neque enim illo quisquam devotior, fortior, gravior invenitur.* Item 17
epistola Gallieni, quum nuntiatum esset per frumentarios Claudium irasci quòd ille molliùs viveret: [9] *Nihil me gravius*

1. *Mœsias, Dalmatas.*] Pal. *Mysos.* Grut.

2. *Speret consulatum, si ejus animo accommodum est, &c.*] Legas: *Vir ille summus, nostro quoque judicio speret consulatum: & si ejus animo commodum est, quando voluerit, prætorianam accipiat præfecturam.* Sic partim libris adjuti, partim vero conjectura ducti emendavimus. *Salmas.*

3. *Quantum habet Ægypti præfectura.*] Hoc est *præfectus Ægypti.* & sequitur: *Proconsulatui Africano.* id est, Proconsuli Africano. *Idem.*

4. *Curator Illyrici Metatius.*] Forte legend. ex Pal. *Metianus.* Idem.

Curator Illyrici Metatius.] Palat. *Mettavius.* fortè *Metianus.* Grut.

5. *Huic ex regione Dardania, &c.*] *Ex regione Dardanica,* Pal. *Salmas.*

6. *Ex regione Dardania.*] Pal. *Dardanica.* Grut.

7. *Ex cataphractariis centum: ex equitibus* c. *& sexaginta.*] Separat cataphractarios ab equitibus in vita Alexandri, equites separatim memorantur à cataphractariis: ubi Alexander refert, se bello Persico, *Centum & viginti millia equitum fudisse, & cataphractarios decem millia interemisse.* erant equites, non cataphractarii. cataphractarii verò alii nulli nisi equites. etsi non sim nescius *cataphractos pedites* Livio memorari. sed de ætate Claudii loquimur. *Salmas.*

8. *Ex equitibus centum & sexaginta.*] Pal. non agnoscit illud *centum & .* Grut.

9. *Nihil me gravius accepit.*] Nova locutio, pro affecit. nam dicimus: *Cicero hoc graviter accepit.* Casaub.

Nihil me gravius accepit.] Novum

vius accepit [1] *quàm* [2] *quòd* [3] *notoria tua intimasti, Claudium parentem amicumque nostrum insinuatis sibi falsis plerisque graviter irasci. Quæso igitur, mi Venuste, si mihi fidem exhibes, ut eum facias à Grato & Herenniano placari,* [4] *nescientibus hoc* [5] *militibus* [6] *Dacisianis, qui jam sæviunt,* [7] *ne graviter ferant. Ipse ad eum dona misi:* [8] *quæ ut libenter accipiat tu facias. Curandum præterea est* [9] *ne me hoc scire intelligat, ac sibi succensere judicet, & pro necessitate ultimum consilium capiat. Misi autem ad eum pateras gemmatas trilibres duas. Scyphos aureos, gemmatos trilibres duos:* [10] *discum corymbiatum argenteum librarum viginti. Lancem argenteam*

quidem locutionis genus, nam debuit dicere, *nihil gravius accep.* dicitur Latine, *bene aut male* quis *accipi*, & *accipi convivio*. sic Gallienus hoc loco dicit, graviter se acceptum illo nuntio, quo cognovit sibi irasci Claudium. *Salmas.*

1. *Quam quod notoria tua intimasti.*] Palatinus, *notaria.* ita sane scribebant multi: *notariam* pro *notoria.* nec enim *notoria* à notis, hoc est compendiis illis litterarum, à quibus *notarii* dicti: sed est, quo refertur aliquid ad principem, & ejus notitiæ suggeritur. Græci αὐτοφωρίαν dicunt. *Idem.*

2. *Quòd notoria tua intimasti.*] Epistola qua aliquid principi aut magistratui notum fit, notoria dicitur in Digestis & codice, ac scriptoribus mediæ Latinitatis. *Cafaub.*

3. *Notoria tua.*] Pal. *notaria.* Grut.

4. *Nescientibus hoc militibus Dacisianis, &c.*] Emendo: *ne graviter res erumpat.* aut etiam, quod melius censeo: *nescientibus hoc militibus Dacistravis, qui jam sæviunt, ne graviores erumpant.* Et recte timebat Gallienus, ne si hoc resciscerent milites, qui jam sæviebant, graviores erumperent, hoc est magis sævirent, & minas suas ad effectum perducerent. *Salmas.*

5. *Militibus Dacisianis.*] Legebam: *Daciscianis. Dacus, Dacicus, Dacicianus:* ut *Germanus, Germanicus, Germanicianus* Palat. habet: *Dacisianis.* quæ scriptura etiam recta est. *Daci, Dacisci, Dacisciani.* Idem.

6. *Dacisianis.*] Pal. *Dacistranis.* Grut.

7. *Ne graviter ferant.*] Pal. *ne graviter referum.* Idem.

8. *Quæ ut libenter accipiat, tu facias.*] *Tu facies.* idem Pal. *Salmas.*

Quæ ut libenter accipiat, tu facies.] Vulgati *facias.* sed venustius longè, *tu facies*, quod est à Palatino. *Grut.*

9. *Ne me hoc scire intelligat, ac sibi succensere judicet.*] Idem cum editione prima: *ac visus censere judicet.* pro, *ac sibi suscensere judicet. suscensere* scribebant pro *succensere.* & cur non ita nunc scribimus? qui minus enim quam *suscipere, suscitare,* & similia? *Salmas.*

10. *Discum corymbiatum argenteum, &c.*] Ab argumento quod artifex cælatura expresserat cognomen accipiunt, & discus hic corymbiatus, & patina hederata: corymbiata opera hederarum racemos, qui corymbi vocantur, exprimebant. *Cafaub.*

Discum corymbiatum.] Si à *corymbo*, cur non *corymbatus* potius hic discus, ut *pampinata lanx* à pampino, ut *hederata patina* ab hedera? deinde quis non credat hederatam patinam, hederæ quoque corymbos & racemos habuisse? corymbiatus igitur discus non à *corymbo*, sed à *corymbio* dictus. *corymbium* est suggestus crinium muliebrium in speciem corymbi vel racemi contextus. à corymbio, *corymbiatus discus* fortasse an appellatus, in quo corymbia illa mulierum, & crinium structuræ, cælatura erant expressæ. nolim tamen illis adver-

genteam pampinatam librarum triginta. [1] *Patinam argenteam* [2] *hederatam librarum* XX. *&* III. [3] *Boletar halieuticum argenteum librarum* XX. [4] *Urceos duos auro incluſos, argenteos librarum ſex, & in vaſis minoribus argenti libras* XXV. [5] *Calices Ægyptios, operiſque diverſi, decem.* [6] *Chlamydes veri luminis limba-*

adverſari qui ab hederæ corymbis corymbiatum diſcum, cognominatum volunt, præſertim cum ſequatur *pampinata lanx*, & *hederata patina*. ſed hederata patina videtur habuiſſe tantum folia hederæ cælo expreſſa; corymbiatus autem diſcus, corymbos id eſt uvas hederæ. *Salmaſ.*

1. *Patinam argenteam hederatam.*] Pal. & vetus editio, *patenam*. raro aliter ſcriptum reperias in libris vetuſtis. *Idem.*

Patinam argenteam hederatam.] Pal. *Patenam arg. hederaciam.* Grut.

2. *Hederatam.*] Palat. *hederaciam*, ſed *hederatam* retinemus. *Salmaſ.*

3. *Voleta halieuticum, &c.*] Ex veteribus editionibus ſcribo cum Scaligero, *boletera halieuticum*. & inſtrumentum aliquod piſcationi aptum intelligo. *boleter*, Βολητὴς *Caſaub.*

Voleta halieuticum argenteum librarum XX.] Veteres edit. *voletar* præferunt. legendum *boletar*. quod eſt genus vaſis ex Martiale notum. boletar igitur genus lancis aut diſci. nunc reſtat quærendum, quare *halieuticum* appelletur? opinor *halieuticum boletar* appellari, quod haberet piſcatorem cælatura expreſſum. *hederaciam patinam* vocavit, nam ita veteres, in qua hedera cælata oſtendebatur. ita hoc *halieuticon boletar*, in quo cælo factus erat ἁλιεὺς id eſt piſcator. ſic plane apud Theocritum in poculo piſcator expreſſus habetur, & cælo effigiatus. *Salmaſ.*

Boleta halieuticum argenteum, &c.] Pal. *Voletarali euticum argenteum.* ut nihil ſit vero ſimilius conjectura Scaligeri, *boletera halieuticum*. Grut.

4. *Urceos duos auro incluſos.*] *Urceolos duos auro incluſos.* ita Palat. pocula hoc genere deaurata, χρυσοκλεῖστα Græci vocant. *auro cludere*, & *auro includere* genus eſt deaurandi, cum aurum ſolidum in argentum deprimitur, & quaſi inligatur. teſſellæ enim aureæ alte in argentum impreſſæ includebantur. quod & *auro vincire*, & *auro ligare* Latini dicunt, ut oſtendimus ſupra. *pocula auro vincta* ſunt, quæ Græci χρυσηλάτους & χρυσοδέτους appellant. *auro ferruminata* diceret Petronius. *Salmaſ.*

5. *Calyces Ægyptios, operiſque diverſi decem.*] Calyces Ægyptii erant vitrei, ſed ſingularis & ſtupendi artificii. Vide Saturninum Vopiſci. *Caſaub.*

6. *Chlamydes veri luminis limbatas duas.*] Lumen non eſt coloris nomen, ſed affectus qui ſequitur colores intenſiores & καθαρεύς. purpuram veri luminis appellat claram Lampridius in Diadumeno, in Alexandro Severo clariſſimam: Vopiſcus in Carino lumen purpuræ verbo eleganti expreſſit, cùm *lineas micantes purpura*, dixit. Græci qui puriùs locuti ſunt, veri luminis colores dicunt ὀξεῖς: poſterior ætas ἁλιθινὰς. unde obtinuit, ut ἁλιθινὰ appellarentur omnia purpurea: propter præſtantiam ſacri muricis, ut loquuntur imperatores. *Idem.*

Chlamydes veri luminis, &c.] Nullus dubito quin lumen heic ſit pro colore, & in purpura ſane color ipſe lumen appellatur. Tertullianus de Pallio, *concilium luminis* appellat, quod alio loco, conciliamentum colorum dixit. chlamydes igitur veri luminis, ſunt purpureæ, hoc eſt veri coloris. *verus color* eſt purpureus, & ita κατ' ἐξοχὴν Latini purpureum colorem nominarunt. Græci quoque ἁλιθινὸν χρῶμα dixere pro purpureo, vel coccineo. atque inde etiam, *holoveræ* veſtes dictæ, quæ totæ ex illo vero colore eſſent, hoc eſt totæ ex purpura. *Salmaſ.*

limbatas duas. Vestes diversas XVI. [1] *Albam subsericam paragaudem triuncem unam.* [2] *Zanchas de nostris Parthicas paria tria.* [3] *Singiliones Dalmatenses* X. [4] *Chlamydem Dardanicam mantuelem*

1. *Albam subsericam, paragaudem, triuncem unam.*] Familiare est in re vestium, ut solis adjectivis sine substantivis nominentur: sic dicimus περφυρᾶν, ὑάκινθον, μαλακήν, & similia apud Latinos. ita *album* hic Gallienus & paullò antè Valerianus, *Album subsericam unam, cum purpura Succubitana.* intelligendum autem non togam, ut cùm prætexta dicitur, sed tunicam. *Subserica* fuit hæc tunica, id est cujus stamen solum esset sericum. nam holosericæ vestes in privatorum usu non erant. Erat autem moris ornare istas tunicas albas subsericas, vel purpura, ut illa fuit cujus facta mentio à Valeriano; vel paragaude, ut hoc loco. Inter ea quæ vestibus accedunt ornatus solùm caussa, ut clavus, limbus, instita, segmenta, paragium, & alia hoc genus, censeri & paragauda debet: sicut manifestò arguunt verba legis secundæ God. De vestibus holoveris. *Nemo vir, ait, auratas habeat aut in tunicis aut in limeis paragaudas.* videre separari paragaudas à vestibus quibus adsuebantur: vestes autem hac accessione nobilitatæ non paragaudæ, sed paragaudiæ dicebantur vel paragaudes. Etiam paragaudæ illæ de quibus in Græcis Latinisque literis agitur, ex auro & setico intextæ & materiæ & artis varietate pollebant. Assuebantur autem vestibus modò singulæ paragaudæ, modò binæ, modò ternæ, vel quaternæ, atque interdum etiam quinæ. Quibus simplex paragauda adnexa, monolores nuncupatæ sunt: & ita cæteræ pro diversò numero diversum nomen acceperunt. *Casaubonus.*

Albam subsericam, paragaudem triuncem unam.] Solent hæc ἀστωδύτους proferre. malim legere hoc loco: *subsericam paragaudeam, triuncem unam.* sane aut paragaudæ, aut paragaudeæ, vel paragaudiæ dicebantur hæ vestes, non paragaudes. Parthi etiam & vestem & nomen vestis Romanis tradiderunt, atque aliis etiam nationibus, quæ nomen illud retinuerunt. παραγαύδας igitur est vestis Parthica. Hesychius: παραγαύδας, χιτὼν παρὰ Πάρθοις. *Salmas.*

2. *Zanchas de nostris Parthicis, paria tria.*] Barbarici calceamenti genus tzangas vocarunt. sed variè scribitur hoc verbum. Græcis τζάγγας aut τζαγγία. Persarum vel Parthorum fuisse gestamen magni pretii ex hoc loco & similibus apparet. *Casaub.*

Zanchas de nostris Parthicis paria duo.] Scribendum: *zanchas de nostris, Parthicas. zanchæ Parthicæ*, sunt calcei ex pelle Parthica. quod ad vocem *zanchæ* attinet, Græcum est non barbaricum vocabulum, ζάγγα. Latine rectè scribitur *zancha*, vel *zanga*. nam χ Græcorum in g mutant. ut χαλβάνη, *galbanum*. Græcis recentioribus ζάγγας, vel τζάγγας & τζαγγία ἀπὸ τοῦ ἄγχω igitur quod est constringo, ἄγχη constrictio. Hinc compositum ἀσάγχη, ζάγχη· ἀσάγχη. ζάγχη· ζάγχη igitur pro ἀσάγχη constrictio: atque inde ζάγχη calceamentum à constringendo pede. Latinis *zancha*, vel *zanga*. Salmas.

Zanchas de nostris Parthicis paria tria.] Palat. *zancas de nostris Parthicis paria tria.* Grut.

3. *Singiliones Dalmatenses* X.] Lego *Cingiliones*, & cingula parva interpretor, quibus uterentur equites Dalmatæ. *Casaub.*

Singiliones Dalmatenses.] In testamento Gregorii Nazianzeni σιγιλλίων legitur de quodam genere vestis, & puto *sigillionem* ibidem esse qui heic *singilio*. sed testor σιγιλλίωνα planis & probis litteris extare scriptum in antiquissimo codice Bibliothecæ Palatinæ, & certus sum pro veste debere accipi, cum inter vestes recenseatur. pro *singiliones* autem puta-

lem unam. Penulam Illyricianam unam. Bardocucullum unum. [1] *Cucutia villosa duo.* [2] *Oraria Saraptena quatuor.* [3] *Aureos Valerianos* CL.

putarim heic potius scribendum esse *fingillones. fingillo, fingillonis*, ὁ ἀσπλοὶς. vel ἀσπλιγὶς, vel ἀσπλῖπις. Hesychius: Ἀσπλοὶς χλαῖνα, ἡ μὴ δυναμένη διασπᾶσθαι. Non defuit tamen ut putarem aliquando *figillones* heic vel *figilliones* esse legendum, & de vestibus Dalmatarum figillatis, vel clavatis intelligendum: nam vestium clavos Graeci σφηκίδας etiam vocant, hoc est *figilla*. hinc *figilliones Dalmatenses*, Dalmaticæ figillatæ. *Salmas.*

* *Chlamydem Dardanicam mantuelem unam*] Dardani Dalmatis vicini. chlamys mantuelis, composita vestis ex chlamyde & mandya. μανδύλιον illa ætas vocabat Græce pœnulas. de his superiùs. *Casaub.*

Chlamydem Dardanicam mantuelem unam.] *Chlamys mantuelis* est χλαμὺς μανδυοειδὴς, chlamys scilicet in modum manti facta, vel ad formam manti accedens. diversum enim χλαμὺς fuit τῆ μανδύης καὶ τῆ χλαμυδίῳ, ut alibi dicam pluribus. μανδύλιον tamen & χλαμύδια plerumque confundunt auctores. Glossæ: *Paludamentum*, χλαμὺς, μανδύλιον. *mantuelis* autem à *mantua*. ὁ μανδύης, vel ἡ μανδύη, *hæc mantua: mantum* tamen & *mandum* etiam dixerunt Latini, & videtur Græce non tantum μανδύης & μανδύη, genus hoc vestimenti dictum esse, sed etiam μάνδυς, μάνδυον. hinc Latine *mantus*, & *mantum*. Isidorus: *Mantum Hispani vocant quod manus tegat tantum: est enim breve amictum.* à voce Latina *mantum* Græci recentiores fecerunt μανδύλιον. ut *fibla*, φιβλίον: *sigillum*, σιγιλλίον. *Salmasius.*

1. *Cucutia villosa duo.*] Cucullorum species videtur. *Casaub.*

Cucutia villosa duo.] *Cucutia*, vel *cocutia* scriptum esse puto pro *concutia*. sic *cusere* dicebant vulgo, pro *consuere*. Glossæ: *cusio*, ῥάπτω. sic *faba fresa* pro *fresa. tusas* pro *tonsas. concutium* autem à concutio. ut *confugium* à confugio: *perfugium* à perfugio. concutia & concutes vestes sunt quas Graeci κρυπτὰς καὶ σκεπαστὰς vocant, & πυκνοσήμους, pavidenses scilicet, & bene condensatas. nam concutere est κρύειν, vel σκεπάζειν, unde *concus concutis* radius erat, vel pecten, quo vestes percutiebantur. Glossæ: *concus*, κερκὶς ἐφ. radius textorius. *concutere*, κερκίζειν. Juvenal.

Et bene percussas textoris pectine Galli.

Bene percussæ vestes, *concutes* & *concutia* dicebantur, & *cucutia*. concutere & percutere & decutere Latinis in textura vestium idem quod Græcis κρύειν καὶ κατακρύειν. hinc concutia, vel cucutia, sunt πολύκροτα καὶ πολυσκέπαστα ἱμάτια, τὰ πυκνόσημα, quæ opponuntur τοῖς ἀραιοσήμοις. sic pavidenses Latinis quæ malidensibus & levidensibus opponuntur. *Salmas.*

Cucutia villosa.] Non abit à litteris Meursius noster, cui placet *cuculia*. cujus videantur Glossaria. *Grut.*

2. *Oraria Sarabadena quatuor.*] De orariis ad sequentem vitam. Sarabadena unde potuerint nomen invenire nescio: & verius fit fortasse *Sarabrena*. ut Hispanienses fuisse intelligamus, ex ea urbe Tarraconensis provinciæ, quæ Sarabris dicitur Ptolemæo. *Casaub.*

Oraria Sarabadena.] Palat. legit, *Sarabdena*. non dubito, quin *Sarabdena*, sint *Saraptena*, à Saraptis urbe Phœnices, cujus ἐθνικὸν Σαρεπτηνὸς, & Σαρεπτίωνες. *Salmas.*

Oraria Sarabadena.] Pal. *Sarabdena*. Grut.

3. *Aureos Valerianos* CL.] A Valeriano imperatore nuncupatos nemo dubitat. quare scribendum, *Valerianos*, aut *Valerianinos*. Casaub.

Aureos Valerianos.] Aurei Valeriani à Valeriano Imperatore. *Salmasius.*

1. *Cum*

18 *rianos* CL. *Trientes Saloninianos* CCC. Habuit & senatus judicia, priusquam ad imperium perveniret, ingentia. Nam quum esset nuntiatum illum [1] cum Macriano fortiter contra gentes in Illyrico dimicasse, acclamavit senatus, [2] *Claudi dux fortissime habeas* [3] *virtutibus tuis, devotioni tuæ. Claudio statuam omnes dicamus. Claudium consulem omnes cupimus.* [4] *Qui amat rempublicam, sic agit: qui amat principes, sic agit. Antiqui milites sic egerunt. Felicem te Claudi judicio principum,* [5] *felicem te virtutibus tuis, consulem te, te præfectum.* [6] *Vivas Valerie, ameris à principe.* Longum est tam multa quàm meruit vir ille perscribere: unum tamen tacere non debeo, quòd illum & senatus & populus, ante imperium & in imperio & post imperium sic dilexit, ut satis constet, neque Trajanum, neque Antoninos, neque quemquam alium principem sic amatum.

[1] FLA-

1. *Cum Macriano, &c.*] Legendum, *Martiano.* Casaub.

2. *Claudi dux fortissime habeas.*] Χαίρεις ἀὺ, id est, *gaude. habe* pro ave scribebant, ut docuit pridem Cujacius. *Idem.*

3. *Virtutibus tuis, devotioni tuæ.*] Supple, bene sit. *devotio* est εὐδοκιμεῖν erga remp. & devotus multis locis horum librorum, pro eo quod apud Dionem atque Herodianum, εὐδοκιμοῦντα φιλοῦντα. *Idem.*

4. *Qui amat Remp. sic agit.*] In Maximo & Balbino: *Sapienter electi principes sic agunt.* Idem.

5. *Felicem te virtutibus tuis, consulem te, te præfectum.*] Distingue: *Felicem te Claudi, judicio principum. felicem te virtutibus tuis, consulem te, te præfectum.* subaudi *optamus*, vel *cupimus.* Salmas.

6. *Vivas Valerie, ameris à principe.*] Latinitas postulat, *Valeri, & am. Valerius.* scribo, *Vivas, valeas, & ameris à pr.* vel *Aureli* pro *Valeri.* nam Claudio nomen fuit Aurelio non Valerio. *Cas.*

Vivas Valerie, ameris à principe.] Palatinus, *vicias.* forte, *vincas.* sed *vivas* non mutamus: utrumque enim acclamari solitum principibus. *Salmas.*

Vivas Valerie, ameris à Principe.] *Valerie* pro *Valeri.* Valerius autem heic unum est ex nominibus Claudii, quem Flavium Valerium Claudium fuisse appellatum docuimus ante. omnes igitur illi principes qui obscuro genere nati, ad imperii usque fastigium conscenderunt, nihil prius potiusque videntur habuisse, quam ut sumerent prænomina, cognominaque Romana: qua ratione plerumque in familias antiquas & nobiles sese infulciebant, & originem patritiam ementiebantur. *Idem.*

Vivas, Valerie, ameris à Principe.] Pal. *Vicias Valeria ameris.* Grut.

[1]FLAVII VOPISCI SYRACUSII DIVUS AURELIANUS.

[2]Hilaribus, quibus [3]omnia festa & fieri debere scimus & dici, impletis solennibus, [4]vehiculo suo me & judiciali carpento præfectus urbis 1

1. Flavii Vopisci.] Tandem è salebrosis & præruptis locis emersimus: sic jure appellaverim plerosque præcedentium auctorum libros, si cum sequentibus Vopisci comparentur. in illorum plerisque omnia perturbata, indigesta, confusa, mera denique mapalia: hic temporum rerumque series diligentiùs & constantiùs servata. nihil admodum alieno loco positum, omnia ferè ὀρθολόγα, καὶ διοικημένα; sive ea fuit auctoris major diligentia, sive scriptorum ejus felicitas; quæ correctorum manus minùs iniquas sint experti. nam alienâ culpâ, non auctorum, multa in superioribus legi hodie perperam digesta satis antè probavimus. Porro Vopiscvs olim prænomen erat, quo usi multi in Julia præsertim gente: hic est cognomen: patriam Vopisci vox adjecta indicat, *Syracusius*. Vixit imperantibus Diocletiano & Maximiano. Cepit hanc historiam scribere post annum imperii illorum Augustorum octavum, qui habuit Coss. Tiberianum II. & Dionem Cassium. Sed non statim operi se accinxit: nam cùm hanc vitam scribebat, jam factus erat Cæsar Constantius, quem Vopiscus etiam imperatorem appellat. *Casaub.*

2. *Hilaribus.*] Matris deûm. plura de his ad Lampridii Alexandrum Severum. *Idem.*

Hilaribus quibus omnia festa, &c.] *Hilaria* diem eum peculiari appellatione sic nominarunt, qui matri Deum & Attini sacer erat, quo finita catabasi & simulatione luctus peracta πρὸς ἀναβασιν & lætitiæ exordium celebrabant. hinc illum diem *Hilaria* vocaverunt. multa enim per illam solemnitatem jocosa fiebant ac dicebantur. hoc est quod heic ait Vopiscus, *Hilaribus quibus omnia festa & fieri debere scimus & dici.* Nam passim omnibus, quomodocunque vellent, ludendi jocandique licentia permissa, quas cuique libitum erat personas induebant, atque ita per urbem incedebant. Herodian. lib. I. *Salmas.*

3. *Omnia festa & fieri, &c.*] *Festa verba* sunt quæ diem festum decent, bona scilicet verba, & fausta, & boni ominis. sic hoc loco festa dicere & facere, ubi festa dicta factave sunt jocosa & festiva, & qualia festo hilarique die dici fierique conveniat. sic *festos homines* jocosos & hilares dicebant. quos Græci ἑορταμίους, Latini *festos*, & *festi dies homines* appellabant. nunquam etiam Saturnalia, Liberalia, Hilaria, & ejusmodi alios dies festos nominabant veteres, quin adderent, bonum diem. ut, *Saturnalibus bono die: Hilaribus bono die.* Hinc ἑορταμίους & Græcis homo festus, & festi diei, qui libenter genio indulget, & sibi ἁμιξίβιον morem gerit, festivus & hilaris. contra μισοεορταμίους dicebantur homines odiosi morosique, qui nec sibi nec aliis bene facerent, tristes & severi, geniique sui defraudatores. *Idem.*

4. *Vehiculo suo me & judiciali carpento, &c.*] Ἐν ἁρμαμάξῃ δικαίᾳ. nam carpentum non aliud est quàm vehiculum. judices, id est magistratus honoratioribus vehiculis usos ex his scriptoribus, aliisque, & maximè ex libris juris notum est. *Casaub.*

Vehiculo suo me, & judiciali carpento.]

bis vir illustris ac præfata reverentia nominandus, Junius Tiberianus accepit. Ibi quum animus à causis atque à negotiis publicis solutus ac liber vacaret, sermonem multum[1] à Palatio usque ad hortos Valerianos instituit:[2] & in ipso præcipuè de vita principum. Quumque ad templum Solis veniissemus, ab Aureliano principe consecratum, quòd ipse nonnihilum ex ejus origine sanguinem duceret, quæsivit à me quis vitam ejus in literas retulisset. Cui ego quum respondissem, neminem à me Latinorum, Græcorum aliquos lectitatos, dolorem gemitus sui vir sanctus per hæc verba profudit: *Ergo Therſitem, Sinonem, cæteraque illa prodigia vetustatis, & nos bene scimus, & posteri frequentabunt: divum Aurelianum, clarissimum principem, severissimum imperatorem, per quem totus Romano nomini orbis est restitutus, posteri nescient? Deus avertat hanc amentiam. Et tamen, si bene novi,* [3] *ephemeridas illius viri scriptas habemus, etiam bella charactere historico digesta, quæ velim accipias, & per ordinem scribas, additis quæ ad vitam pertinent. Quæ omnia ex libris linteis, in quibus ipse quotidiana sua scribi præceperat, pro tua sedulitate condisces.* [4] *Curabo autem ut tibi ex Ulpia bibliotheca & libri lintei proferantur. Tu velim Aurelianum ita ut est, quatenus potes, in literas mittas.* [5] Parui ipse quidem præceptis: accepi

pento.] *Vehiculum* nomen est generale, *carpentum* species vehiculi. vehiculum igitur carpentarium, & vehiculum thedarium pro carpento & rheda. *Salmas.*

1. *A Palatio usque ad hortos Valerianos.*] Varianos hortos pro Valerianis heic agnoscit Palatinus: qui etsi non mihi sint cogniti, veriorem tamen eam scripturam existimo, ut Variani horti nomen acceperint à Vario Heliogabalo. de quibus tamen nihil legi. sic *Thermæ Varianæ* in veteri inscriptione, ab illo Vario. *Idem.*

A Palatio usque ad hortos Valerianos instituit.] Pal. *Varianos.* Grut.

2. *Et in ipso præcipue de vita Principum.*] Quid *in ipso*? an sermone? ita est. legendum igitur: *Et in eo præcipue de vita Principum.* Sic vet. ed & Palat. melius tamen sic diceret: *Multum sermonem à Palatio usque ad hortos Varianos instituit, & eum præcipue de vita Principum.* Salm.

3. *Ephemeridas illius viri scriptas habemus.*] Variorum principum ephemerides laudantur antiquis scriptoribus, ut ad librum secundum Suetonii alias notavimus. *Casaub.*

4. *Curabo autem ut tibi ex Ulpia bibliotheca & libri lintei proferantur.*] Vide initiò Probi, ubi libros recenset Vopiscus quibus in scribendis hisce vitis fuit adjutus. De libris linteis habes multa apud Livium: sed lege inprimis epistolam XXXIV. libri quarti epistolarum Symmachi. *Idem*

5. *Parui ipse quidem præceptis.*] Forte scri-

cepi libros Græcos, & omnia mihi necessaria in manum sumpsi: ex quibus & quæ digna erant memoratu, in unum libellum contuli. Tu velim [1] meum munus boni consulas. Et si hoc contentus non fueris, lectites Græcos, linteos etiam libros requiras, quos Ulpia tibi bibliotheca, quum volueris, ministrabit. [2] Et quoniam sermo nobis de Trebellio Pollione, qui à duobus Philippis usque ad divum Claudium, & ejus fratrem Quintillum, imperatores tam claros quàm obscuros memoriæ prodidit, in eodem vehiculo fuit, asserente Tiberiano quòd Pollio multa incuriose, multa breviter prodidisset: me contrà dicente, neminem scriptorum, quantum ad historiam pertinet, non aliquid esse mentitum: prodente quinetiam in quo Livius, in quo Salustius, in quo Cornelius Tacitus, in quo denique Trogus manifestis testibus convincerentur: pedibus in sententiam transitum faciens, [3] ac manum porrigens jucundam præterea, [4] *Scribe* (inquit) *ut libet: securus, quod velis dicas, habiturus mendaciorum comites, quos historicæ elo-*

quen-

scribendum: *parui Valeriani præceptis. accepi libros Græcos, &c.* Sed propius esset ad scripturam veterem, si legeretur: *parui, mi Piane, præceptis.* Pianus & Piarius nomina Romana, à Pius deducta. Pianus igitur amici nomen cui hunc librum dedicavit Vopiscus. *Salmasius.*

Parvi ipse quidem præceptis.] Pro istis monstra verborum in Pal. nempe: *Parum ipiane præceptis.* Grut.

1. *Meum munus boni consulas.*] Pal. *meo munere.* Idem.

2. *Et quoniam sermo nobis de Trebellio Pollione.*] *Trebium Pollionem* nominant nostræ membranæ. *Salmas.*

3. *Ac manum porrigens jucundam præterea.*] Adeò mihi assensus est, ut non solùm pedibus in meam sententiam iret; sed etiam manus porrigeret cum hilatiore & renidente vultu. translatum è curia; ubi variis modis assensus præbebatur. *Casaub.*

Ac manum porrigens jucundam præterea.] Ex conjectura mea lege: *Pedibus in sententiam transitum faciens ac manum porrigens, jocando præterea: scribe, inquit, ut libet, securus quod velis dicas, habiturus mendaciorum comites, quos eloquentiæ miramur auctores.* Locum integrum attulimus, ut magis de sensu constaret. asserente Vopisco, neminem scriptorum, qui quidem historica scripserunt, non esse aliquid mentitum, in ejus sententiam Tiberianus descendit, & manum porrigit: Jocans præterea addit: scribe Vopisce ut libet: secure id potes facere, ut mendaciorum socios habiturus, qui magna eloquentiæ laude olim historias scripsere. veteres autem manum in assensu porrexisse notius est quam ut debeat pluribus indicari. *Salmasius.*

4. *Scribe, inquit, ut libet. securus, quod velis, dicas.*] Melior scripta lectio; *Scribe (inquis) ut libet. securus, quod velis, dices, habiturus mendaciorum comites, &c.* Idem.

3 *quentiæ miramur autores.* [1] Ac ne multa & [2] frivola prœmiis odiosis intexam, divus Aurelianus, ortus, ut plures loquuntur, Sirmii, familia obscuriore; ut nonnulli, Dacia Ripensi. Ego autem legisse me memini autorem qui eum Mœsia genitum prædicaret. Et evenit quidem ut de eorum virorum genitali solo nesciatur [3] qui humiliori loco nati [4] plerique solum genitale confingunt, ut dent posteritati de locorum splendore fulgorem. [5] Nec tamen magnorum principum virtutibus summa sciendi est, ubi quisque sit genitus, sed qualis in repub. fuerit. An Platonem magis commendat quòd Athenienſis fuerit, quàm quòd unicum sapientiæ munus illuxerit? An eo minores inveniuntur [6] Aristoteles Stagirita, Eleatesque Zenon, aut Anacharsis Scytha, quòd in minimis nati sunt viculis, quum illos ad cœlum omnis philosophiæ virtus extulerit?

4 Atque ut ad ordinem redeam: Aurelianus modicis ortus parentibus, à prima ætate ingenio vivacissimus, viribus clarus, nullum unquam diem prætermisit, quanvis festum, quanvis vacantem, quo non se pilo & sagittis cæterisque

1. *Ac ne multa & frivola prœmiis odiosis intexam.*] Vetus liber: *prœmiis odiosus intexam.* non malè. *Idem.*

2. *Frivola prœmiis odiosis.*] Pal. *idiosus.* Grut.

3. *Qui humiliori loco nati plerique solum genitale confingunt.*] Palat. *Et evenit quidem ut de eorum virorum genitali solo nesciatur, qui humiliori loco, & ipsi plerumque solum genitale confingunt, ut dent posteritati de locorum splendore fulgorem.* Salmas.

Qui humiliori loco nati, plerumque solum.] Palat. *qui hum. loco & ipsi plerumque solum.* Grut.

4. *Plerique solum genitale confingunt.*] Scribe, *plerumque*, ut in veteribus. *Casaubonus.*

5. *Nec tamen magnorum virorum virtutibus, &c.*] Scribendum, *de magnorum virorum virtutibus.* elegans locutio, *summa sciendi de virtutibus magnorum virorum.* id est, τὸ κεφάλαιον τῆς ἱστορίας ἐστὶ τῆς ἀνδρῶν ἀρετῆς. *Idem.*

Nec tamen magnorum Principum virtutibus summa sciendi est.] Vetus editio cum Palatino scribunt: *virilus.* scribe: *virtus. nec tamen magnorum principum virtus summa, sciendi est, ubi quisque sit genitus.* Voluit dicere heic Vopiscus: natalium splendore non debere æstimari summam principis virtutem, sed eorum in remp. animum, rerumque gestarum gloriam, virtutemque solam. quam sententiam mire expressit. *Salmasius.*

Nec tamen magnorum Principum virtutibus, &c.] Sic & Palat. nisi quod is à principio habuerit, *ne*, item præferat *viribus.* Grut.

6. *Aristoteles Stagirita, Eleatesque Zenon.*] Lege: *Aristoteles Stagirites, Eleatesque Zenon.* Salmas.

1. Tem-

risque armorum exerceret officiis. Matrem quidem ejus Callicrates Tyrius, Græcorum longè doctissimus scriptor, sacerdotem [1] templi Solis, in eo vico in quo habitabant parentes, fuisse dicit. Habuisse quinetiam nonnihilum divinationis, adeò ut aliquando marito suo jurgans ingesserit, quum ejus & stultitiam increparet & vilitatem, *En imperatoris patrem.* [2] Ex quo constat illam mulierem sciisse fatalia. Idem dicit, auspicia imperii Aureliano hæc fuisse: Primum, [3] pueri ejus pelvem serpentem plerunque cinxisse, neque unquam occidi potuisse. Postremò ipsam matrem quæ hoc viderat, serpentem quasi familiarem occidere noluisse. His accedit quòd ex palliolo purpureo [4] quod Soli sui temporis imperator tulerat, [5] sacerdos mulier crepundia filio feciisse perhibetur. Addit etiam illud, [6] quòd * vinctum fasciolæ † Aurelianum aquila innoxiè de cunis

1. *Templi Solis in vico.*] Palat. *templi Solis qui in vico.* Grut.

2. *Ex quo constat illam mulierem sciisse fatalia.*] *Scire fatalia*, & *dicere fatalia*, eorum est qui rerum futurarum habent scientiam, easque prædicunt. *fata dicere*, pro eodem dicebant veteres. unde *fatidici*, quos vulgo *bonæ fortunæ loquutores* nuncupamus. *Salmas.*

3. *Pueri ejus pelvem serpentem plerunque cinxisse.*] Simile omen imperii initiò vitæ Severi. pelvis est πύελος sive alveus in quo recens natus infans lavabatur. *Casaub.*

4. *Quod Soli sui temporis tulerat, &c.*] Si *ferre* pro auferre. erit sensus: imperatorem illorum temporum ademisse simulacro Solis palliolum illud purpureum, quod postea casu aliquo in potestatem matris Aureliani venerit. sed potest etiam accipi *tulerat* pro obtulerat. *sui temporis*, est ὁ καθ' ἡμᾶς. *Idem.*

Quod soli sui temporis imperator tulerat.] Scribe: *obtulerat.* Salmas.

5. *Sacerdos mulier crepundia filio feciisse perhibetur.*] *Crepundia* notum quid sint, & quid vocentur apud Latinos: monumenta scilicet quæ cum pueris expositis adponebantur, ut ex iis aliquando possent agnosci. Græci vocant γνωρίσματα. ea erant monilia, torques, annuli, crepitacilla, & sed quod non minus ex fasciis ipsis quibus involuti erant cum exponerentur, plerumque agnoscebantur, quam ex illis monumentis & crepundiis. hinc factum ut fasciæ illæ ipsæ crepundia etiam dicerentur abusive. ut heic de palliolo purpureo crepundia filio Aureliano feciisse mater perhibetur, sic Albinus purpurea matris illigatus est fascia. *Idem.*

6. *Quod vinctum fasciola Aurelianum aquila de cunis levaverit.*] Fortean fuerit: *quod vinctum fasciolis Aurelianum.* Fasciolæ sunt quibus infantes involvuntur, quæ Græce σπάργανα, Latine cunabula & incunabula. Glossæ: σπάργανα, *cunabula.* Hesychius: σπάργανα, δεσμοὶ, ῥάκη. cunabula igitur & incunabula à cunis distingui debent. *cunæ* lectuli sunt illi mobiles in quibus pueri cubant: *cunabula*, vel *incunabula* vincula sunt, vel fasciæ quibus colligantur infantes in cunis positi. redeamus ad locum Vopisci: *Vinctum fasciola Aurelianum aquila de cunis levaverit.* Et ac-

cunis levaverit, & in aram posuerit, quæ juxta sacellum fortè sine ignibus erat. Idem autor est, vitulum matri ejus natum miræ magnitudinis, candidum, sed purpurantibus maculis, [1] ita ut haberet in latere uno ave, in alio coronam. Multa superflua in eodem legisse memini: quippe qui asseverat etiam [2] rosas in ejusdem mulieris chorte, nato Aureliano, exisse purpureas, odoris rosei, floris aurei. Fuerunt & postea multa omina jam militanti futuri, ut res monstravit, imperii. Nam ingrediente eo Antiochiam in vehiculo, quòd præ vulnere tunc equo sedere non posset, ita pallium purpureum, [3] quod in honorem ejus expansum fuerat, decidit ut humeros ejus tegeret. Et quum in equum transire vellet, [4] quia invidiosum tunc erat vehiculis

cipiendum de ea fasciola qua vinctus in cunis erat, & ad cunas ipsas. dupliciter enim vinciebantur pueri. primum illis vinculis & fasciis, quibus involvebantur, & quæ ipsis erant pro veste. deinde etiam fasciola aliqua in cunis ipsis collocati, ligabantur, ne cunis decidere possent aut elabi. quod hodieque fit. de qua fasciola locus hic fortasse capiendus. idque etiam augendo miraculo est, aquilam potuisse puerum de cunis levare fasciola vinctum: nam id fieri qui potuit nisi rupta aut soluta fasciola? *Idem.*

* *Vinctum fasciola Aurelianum.*] Pal. *fasceolum.* & à calamo recenti, *fasceolo.* Grut.

† *Aurelianum aquila innoxiè de cunis levaverit.*] Magnum onus pro corpore aquilæ. vide Ælianum hist. animal. libro XII. cap. XXI. *Casaub.*

1. *Ita ut haberet in latere uno avem, in alio coronam.*] Video quidem coronam, quid faciat ad omen futuri imperii, sed quid avis facit? optime Palat. *ita ut haberet in uno latere, ave, in alio coronam.* Quibus verisimile non poterat fieri vitulum, in latere scriptum *ave* de ventre matris attulisse, nobis *avem* pro *ave* substituerunt. quasi minus sit mirum *avem* ibidem pictam habuisse. quare ab illo *ave* sit omen factum imperii nascenti Aureliano, satis intelligent illi quibus nos ista scribimus. *Salmas.*

2. *Rosas exisse purpureas, odoris rosei, floris aurei.*] Quomodo purpureæ rosæ florem habent aureum? an non rosa ipsa flos est? Sed minime dubium est quin illud croceum, quod in medio rosæ est, florem appellet. quod igitur in eo miraculum est, si rosæ purpureæ, flore aureo, & odore roseo prodierunt, nascente Aureliano, cum aliter exire non soleant, nec alio odore aut colore? sed videtur Vopiscus miraculum non in colore aut odore rosarum ponere, sed in tempore. alieno enim tempore nec eo quo rosæ nascuntur sunt enatæ, & hoc vice miraculi fuit, quod nato Aureliano, prodierunt rosæ eodem plane colore & odore, quo suis temporibus cum prodeunt, esse consueverunt. an potius de loco miraculum interpretabimur, quod in corte, id est in area domus sponte sint enatæ rosæ? *Idem.*

3. *Quod in honorem ejus expansum fuerat.*] In optimo lib. *spansum* legitur. sic *sceptum* pro *exceptum* apud Trebell. *spectare* pro *expectare* alicubi positum legi. *Idem.*

4. *Quia invidiosum tunc erat vehiculis in civitate uti.*] Vide ad Spartiani Hadria-

culis in civitate uti, equus est ei imperatoris applicitus, cui per festinationem insedit. Sed ubi comperit, semet ad suum transtulit. Data est ei præterea, quum legatus ad Persas isset, patera qualis solet imperatoribus dari à rege Persarum, in qua insculptus erat [1] Sol eo habitu [2] quo colebatur in eo templo in quo mater ejus fuerat sacerdos. Donatus eidem etiam elephantus præcipuus, quem ille imperatori obtulit: solusque omnium privatus Aurelianus elephanti dominus fuit. Sed ut hæc & talia omittamus, 6 fuit decorus, & gratia viriliter speciosus: statura procerior, nervis validissimis, vini & cibi paulò cupidior, libidinis raræ, severitatis immensæ, disciplinæ singularis, gladii exerendi cupidus. Nam quum essent in exercitu duo Aureliani tribuni, hic, & alius qui cum Valeriano captus est, [3] huic signum exercitus apposuerat *manus ad ferrum*, ut si fortè quæreretur quis Aurelianus aliquid vel feciſſet vel gessisset, suggereretur, *Aurelianus manu ad ferrum*, [4] atque cognosceretur. Privati hujus multa extant egregia facinora. Nam erumpentes Sarmatas in Illyrico cum trecentis præsidiariis solus attrivit. [5] Refert Theoclius Cæsarianorum temporum scriptor, Aurelianum manu sua

Hadrianum. Ibidem etiam diximus nefas fuisse privato sedere in regia sella, aut regis equum insidere. *Casaubonus.*

1. *Sol eo habitu quo colebatur in eo templo in quo mater ejus fuerat sacerdos.*] Palat. *Sol eo habitu quo colebatur ab eo templo in quo mater ejus fuerat sacerdos.* Id est eo habitu quo colebatur ab Aureliano, templo in quo ejus mater sacerdos fuerat. cultum autem fuisse solem ab Aureliano, multa testantur, & maximè templum ab eo soli conditum consecratumque. non dicit quo habitu sol fuerit sculptus in illa patera quæ data est Aureliano. sed credibile est, non alio habitu sculptum solem in ea fuisse quam quo à Persis colitur. cujus simulacrum facie leonina effingebant cum tiara. *Salmas.*

2. *Quo colebatur in eo templo.*] Palat. non habet, *in eo templo.* Grut.

3. *Huic signum exercitus apposuerat, Manu ad ferrum.*] *Signum*, id est cognomen. ita soliti milites per lasciviam cognomenta imponere: ut illi centurioni, cui ut scribit Tacitus, militaribus facetiis vocabulum CEDO ALTERAM indiderant. *Casaub.*

4. *Atque cognosceretur. privati hujus multa extant.*] Posset tamen legi: *privatim hujus multa extant egregia facinora.* nihil vero mutamus. *Salmas.*

5. *Refert Theoclius Cæsarianorum temporum scriptor.*] Melius *Theoctes*, ut Diocles, sed fortasse scripserat, *Theoclytus*, vel *Theo Chius.* Casaub.

Refert Theoclius Cæsarianorum, &c.] Forte, *Theo Chius.* vel *Theoclio*, hoc est, Θεοκλῆς. *Salmas.*

nu ſua bello Sarmatico uno die quadraginta & octo interfeciſſe. plurimis autem & diverſis diebus ultra nongentos quinquaginta: [1]adeò ut etiam baliſtea pueri & ſaltatiunculas in Aurelianum tales componerent, quibus diebus feſtis militariter ſaltitarent: [2] *Mille, mille, mille, mille, mille, mille decollavimus. Unus homo mille, mille, mille, mille, decollavimus. Mille, mille,* [3] *mille, vivat, qui mille, mille occidit.* [4] *Tantum vini habet nemo, quantum fudit ſanguinis.* Hæc video eſſe perfrivola: ſed quia ſuprà ſcriptus autor ita eadem ut ſunt Latinè, ſuis ſcriptis inſeruit, tacenda eſſe non credidi.

7 [5] Idem apud Maguntiacum tribunus legionis ſextæ Gallicanæ, Francos irruentes, quum vagarentur per totam Gal-

1. *Adeò ut etiam baliſtea pueri & ſaltatiunculas, &c.*] Scribendum *balliſtea*. βαλλίζειν in octavo Athenæi uſurpatur ceu vox Romæ uſitata pro ſaltare, & tripudiare. βαλλισμὸς ſaltationis genus: & βαλλίστια, vel βαλλίστρα carmina ludicra inter balliſſandum ſaltari ſolita. *Caſaub.*

Adeo ut etiam baliſtea pueri & ſaltatiunculas.] *Balliſtia* Palatinus. atque ita legendum. legebam tamen aliquando, *balliſtias*. Καὶ βαλλίζω, βαλλιστὴς, ſaltator, & βαλλίστια, ſaltatio. balliſtium igitur eſt quod vulgo vocamus *ballet*. nam inde deducta vox iſta noſtra βαλλίζειν Græcis ſaltare eſt. hinc βαλλίζειν χεῖρας, & βαλλεῖν χεῖρας, *manus jactare*, quod ſaltantes faciunt ſcilicet. manus enim jactare, ſaltare eſt. Propertius:

Nanus & ipſe ſuos breviter contractus in artus,
Jactabat truncas ad cava buxa manus.

Id eſt ſaltabat ad tibiæ cantum. nam βαλλεῖν idem quod βαλλίζειν, & ab illo βαλλῶ Latinum *ballo* quod eſt ſalto, & *ballationes*, ſaltationes. ut & *ballematia*. Salmaſ.

2. *Mille, mille, mille.*] Eam ſaltatiunculam, ita ut eſt in membranis expreſſa, heic apponam ſic igitur ſe habet:

Mille, mille, mille decollavimus,
Unus homo mille decollavimus,
Mille vivat, qui mille occidit.
Tantum vini habet nemo
Quantum fudit ſanguinis.

Sequentem etiam cantilenam ita conceptam in membranis videre eſt:

Mille Sarmatas, mille Francos
Semel & ſemel occidimus.
Mille Perſas quærimus.

Sciendum autem eſt vulgares illos ac de trivio poëtas, ſi poëtæ vocandi ſunt, in componendis hujuſcemodi canticis & ſaltatiunculis, & hymnis legis metricæ nullum penitus habuiſſe reſpectum, ſed ſolius modulationis, & numeroſæ compoſitionis verborum, quæ ita ad aures accidit, ut formam videatur habere veri legitimique metri. Metrum & rhythmus ut differant, docte in notis illis plenioribus exponit Salmaſius. *Idem.*

3. *Mille vivat, qui mille mille occidit.*] Sunt verſus trochaici; qualis & iſte fuerit, ſi legatur voce tranſpoſitâ, *mille mille qui occidit*. ubi nihilominus adhuc corripitur in *occidit* media, pro licentia illius ævi. *Grut.*

4. *Tantum vini habet nemo.*] Verſus ſuis conſtiterit pedibus, ſi legerimus *habebit*. Idem.

5. *Idem apud Moguntiacum.*] Palat. *Montiacum*. vetus editio: *Mouciacum*. *Montiacum* pro *Moguntiacum* dicebant, & ſcribebant. *Salmaſ.*

1. *Unde*

Galliam, sic adflixit, ut trecentos ex his captos, septingentis interemptis, sub corona vendiderit. [1] Unde iterum de eo facta est cantilena: [2] *Mille Francos, mille Sarmatas semel occidimus:* [3] *Mille, mille, mille, mille, mille Persas quærimus.* Hic autem, ut suprà diximus, militibus ita timori fuit, ut sub eo posteaquam semel cum ingenti severitate castrensia peccata correxit, nemo peccaverit. Solus denique omnium militem qui adulterium cum hospitis uxore commiserat, ita punivit, [4] ut duarum arborum capita inflecteret, & ad pedes militis deligaret, eademque subitò dimitteret, ut scissus ille utrinque penderet. Quæ res in entem timorem omnibus fecit. Hujus epistola militaris est ad vicarium suum data hujusmodi: *Si vis tribunus esse, imò si vis vivere, manus militum contine. Nemo pullum alienum rapiat, ovem nemo contingat. Uvam nullus auferat, segetem nemo deterat:* [5] *oleum, sal, lignum, nemo exigat: annona sua contentus sit. De præda hostis, non de lacrymis provincialium, habeat:* [6] *arma terſa*

1. *Unde iterum de eo facta cantilena.*] Cantilenam heic vocat, quam supra saltatiunculam & ballisteum. nam *saltatiuncula* est cantilena ad quam saltatur. mimi olim & canebant simul & saltabant. *Saltare canticum*, aut *cantilenam* dicitur qui & cantat & saltat simul, aut alio canente saltat. hinc *saltatiuncula*, & *cantilena* pro eodem. *cantare* tamen & *saltare* in scena, diversarum artium & artificum erant. *cantare* proprium tragœdorum, ut *saltare* histrionum. cantare fabulam dicebatur tragœdus: eamdem saltare histrio. *Idem.*

2. *Mille Francos, mille Sarmatas semel & semel occidimus.*] Illud *& semel* manat à Palatino, & requirebatur ad versum. idem præterea collocabat: *Mille Sarmatas, mille Francos.* Grut.

3. *Mille, mille, mille.*] In superiori animadversione probavi, non esse valde exigendam in istis saltatiunculis & ballistiis pedariam legem. cum enim ad saltandum cantandumque fuerint compositæ, non certis legibus aut mensionibus coërceri postulant: sed per solos rhythmos quibus fere totæ subsistunt, exigi volunt. nam rhythmicæ sunt, non metricæ. *Salmas.*

4. *Ut duarum arborum capita inflecteret, quas ad pedes militis deligaret, &c.*] *Quas*, id est, quæ arborum capita. Persicæ crudelitatis supplicium: Græci vocant Διπροφενδόνησιν. *Casaub.*

Ut duarum arborum capita inflecteret, quas ad pedes militis deligaret.] Scribe: *Ut duarum arborum capita inflecteret, & ad pedes militis deligaret.* nempe, arborum capita. *Salmas.*

5. *Oleum, sal, lignum, nemo exigat.*] Extat lex Constantini & Constantii A. A. vide in Pescennio Nigro. *Casaub.*

Oleum, sal, lignum nemo exigat.] *Olenum, salem, lignum:* ita veteres. *Salm.*

6. *Arma terſa sint, ferramenta famiſa.*] Manifesto distinguit heic ab armis ferramenta. sed nonne arma quoque ex ferro? ferramenta vocat omnia quæ aciem, aut acumen habent, ut lanceas, jacula, gladios, & id genus: eaque sola

tersa sint : [1] *ferramenta samiata, calceamenta fortia.* [2] *Vestis nova vestem veterem excludat.* [3] *Stipendium in balteo, non in popina habeat.* [4] *Torquem brachialem & annulum apponat* : [5] *equum sagmarium suum defricet,* [6] *capitum animalis non vendat,* [7] *mulum centu-*

samiari dicuntur. armorum autem nomine intelligit clypeos, loricas, cataphractas, cassides & hujus generis cætera, quæ proprie tergeri dicuntur ut splendeant, non autem cotis indigent ut acuantur & samientur. *arma* igitur hoc loco sunt τὰ ἀμυντήρια quæ vulgo *arma defensiva* dicimus: ferramenta vero quæ vocamus *offensiva*. Idem.

1. *Ferramenta samiata.*] Nonius Marcellus: *Samium est acutum: unde samiare est acuere.* Casaub.

Ferramenta samiata.] Sciendum est *samiare* esse dictum à Samia cote. non rarum est enim aut novum, ut adjectiva rerum pro ipsis substantivis usurpentur. ut *Samia* absolute pro cote Samia. à qua *samiare, acuere.* Salmas.

2. *Vestis nova vestem veterem excludat.*] Præceptum est ὑπὲρ οἰκονομικῆς: non expectandum matrifamilias ut de veste nova suis prospiciat cùm priorem usu triverint: sed dum adhuc cistæ plenæ, maturè providendum. *Casaub.*

Vestis nova veterem vestem excludat.] Semper vestes novæ veteres excludunt. nihil aliud igitur hoc loco voluit Aurelianus quam ut milites bene vestiti essent, & bene calceati, & bene armati. ideo optimi quique duces semper & arma & vestes militum prospexerunt, ut si novis opus esset, acciperent. *Salmas.*

3. *Stipendium in balteo, non in popina habeat.*] Legebam, *stipendium in baltheum, non in popinam abeat.* Nam eleganter dicitur stipendium in baltheum abire militi, non in popinam, quod in baltheo servat, non autem in popinam defert. si quis putabit ex vulgata lectione eumdem sensum effici posse, eam per me retineat licet. *Idem.*

4. *Torquem brachialem & annulum apponat.*] Legendum: *torquem, brachialem, annulum apponat.* Quibus verbis vult Aurelianus, ut miles torquem, & brachialem & anulum habeat & gerat. nam apponere anulum aut torquem est induere. sic *ponere vestem* pro induere dixit Tertullianus de Pallio. *Idem.*

Torquem brachialem & annulum apponat.] Abest Palatino copula &. forsan non malè, ut tria notet, torquem, brachiale & anulum. si sic, auferenda littera à voce *brachialem*, ut *brachiale* sit dextrocherium. sed enim cùm & supra visatur *brachialem*, posset & heic obtinere locum. *Grut.*

5. *Equum sagmarium suum defricet.*] Palat. *equum & sagmarium suum defricet.* sagmarium ab equo distinguit. equus igitur erit qui dominum vehit; sagmarius qui sarcinas. at *sagma* in sagmario proprie est onus. vulgo *cargam* appellamus. inde *sagmare asinum*, vel *equum*, est onerare. & *equus sagmatus*, onustus. *Salmas.*

Equum sagmarium suum defricet, capitum animal non vendat.] Palat. *equum & sagmarium suum defricet, capitum animalis non vendat.* Grut.

6. *Capitum animal non vendat.*] Optimus liber, habuit, *capitum animalia non vendat.* unde vox illa, Græcane an Latina? est pure Græca, quam Latini usu, fecerunt suam. *capitum* est pro *capetum.* nam Græcum est, κρατῆρ. κρατῆσαι, edere & vorare significat. unde & κρατὴρ *præsepe*, λάπὸ τοῦ κρατῆσαι ἀπ' αὐτῆς. *Salmas.*

7. *Mulum centuriatum comiter curet.*] Soluta veteris militiæ disciplina, ceperant singulis centuriis muli deputari ad sarcinas vehendas. is est mulus centuriatus. *Casaub.*

Mulum centuriatum comiter curet.] Scribendum: *mulum centuriatum communiter curent.* Mulus centuriatus erat com-

centuriatum communiter curet. [1] *Alter alteri quasi servus obsequatur: à medicis gratis curentur,* [2] *aruspicibus nihil dent: in hospitiis caste se agant. qui litem fecerit, vapulet.* Inveni nuper in Ul- 8
pia bibliotheca [3] inter linteos libros epistolam divi Valeriani de Aureliano principe scriptam: quam ad verbum, ut decebat, inserui. *Valerianus Augustus Antonino Gallo consuli. Culpas me familiaribus literis* [4] *quod Posthumio filium meum Gallienum magis quàm Aureliano commiserim; quum utique & severiori & puer credendus fuerit & exercitus: nec tu id diutius judicabis, si bene scieris quantæ sit Aurelianus severitatis. Nimius est, multus est, gravis est,* [5] *& ad nostra jam non facit tempora.* [6] *Testor autem omnes deos, me etiam timuisse* [7] *nequid etiam erga filium meum severius,* [8] *siquid ille fecisset, ut est natura pronus ad ludicra, saviùs cogitaret.* Hæc epistola indicat quantæ fuerit severitatis, ut illum Valerianus etiam timuisse se dicat. Ejusdem Valeriani alia est epistola quæ laudes illius con- 9
tinet: quam ego ex scriniis præfecturæ urbanæ protuli. Nam illi Romam venienti salaria sui ordinis sunt decreta.

Exem-

communis toti centuriæ. recte igitur πᾶσι κοινὸν λέγει, multum communem communiter vult curari. *Salmas.*

1. *Alter alteri quasi servus obsequatur.*] Palatinus addit, *Alter alteri quasi in nemo, quasi servus obsequatur.* Grut.

2. *Aruspicibus nihil dent.*] Columella libro primo capite VIII. *Aruspices sagasque, quæ utraque genera vana superstitione rudes animos ad imprensas, ac deinceps ad flagitia compellunt, ne admiseris.* quod & repetit libro XI. capite primo. lege Tacitum Annal. XI. *Casaub.*

3. *Inter linteos libros.*] De linteis libris omnia jam vulgata. linteos autem istos libros *mappas* vocabant. *Salmas.*

4. *Quod Postumio filium meum.*] Lege, *Postumo*, ex libris. *Idem.*

5. *Et ad nostra jam non facit tempora.*] Id est, seculo major est. *Casaub.*

6. *Testor autem omnes Deos.*] Vox *Deos* desideratur in vetere Palatino. *Salmas.*

7. *Ne quid etiam erga filium meum severius si quid ille fecisset.*] Hæc mire perturbata sunt, sic totus locus est concipiendus: *Testor autem omnes Deos me etiam timuisse, ne quid etiam erga filium meum severius ille fecisset, cum, ut est pronus ad ludicra, levius cogitaret.* Hanc affert rationem facti sui Valerianus, quod filium Postumo potius quam Aureliano crediderit. tantæ enim esse severitatis Aurelianum, ut timuerit ne quid erga filium severius faceret, cum, ut erat pronus ad ludicra, levius cogitaret. pueri autem & ludicra amantis proprium est, leviter cogitare. quæ quidem leves & pueriles cogitationes & ludicræ, non impunitæ exissent apud Aurelianum. ea erat ejus severitas, atque id timuit pater Valerianus, puerumque alteri minus severo commisit. *Idem.*

8. *Si quid ille fecisset (ut est naturâ pronus ad ludicra) levius, cogitaret.*] Duarum mutatione litterarum restitui hunc locum, antea nemini non lectum nec intellectum. edebatur enim, *ad ludicra saevius cogitaret.* Grut.

Exemplum epistolæ: *Valerianus Augustus Ceionio Albino præfecto urbi. Vellemus quidem singulis quibusque devotissimis Reipub. viris* [1] *multo majora deferre compendia quàm eorum dignitas postulat, maximè ubi honorem vita commendat. Debet enim quid præter dignitatem pretium esse meritorum. Sed facit rigor publicus, ut* [2] *accipere* [3] *de provinciarum oblationibus ultra ordinis sui gradum nemo plus possit. Aurelianum fortissimum virum ad inspicienda & ordinanda castra omnia destinavimus: cui tantum à nobis atque ab omni Republica, communi totius exercitus confessione, debetur, ut digna illo vix aliqua vel nimis magna sint munera. Quid enim in illo non clarum? quid non Corvinis & Scipionibus conferendum? Ille liberator Illyrici, ille Galliarum restitutor,* [4] *ille dux magni totius exempli. Et tamen nihil præterea possum addere tanto viro* [5] *ad muneris gratiam quam patitur sobria &* [6] *bene gerenda Respub.* [7] *Quare sinceritas tua, mi parens charissime,* [8] *supradicto viro efficiet, quandiu Romæ fuerit, panes militares*

1. *Multo majora deferre salaria quàm eorum dignitas postulat.*] Ut cùm exempli gratia tribuno salaria ducis deferuntur, ut in vita Claudii. *Casaub.*

2. *Accipere de provinciarum oblationibus.*] Vetus editio: *illationibus.* Salmas.

3. *De provinciarum oblationibus.*] Verius videtur, quod est in Pal. *inlationibus.* Grut.

4. *Ille dux magni totius exempli.*] Latina locutio est, *vir exempli*, vel, *vir magni exempli.* Minùs Latina locutio est, *vir magni totius exempli.* & fortasse abest melius vox *magni.* Casaub.

Ille dux magni totius exempli.] Vir magni exempli & vir totius magni exempli, quare dici non possit, non video. sic enim loquebantur illa ætate. sed & vir aut femina *exemplum* dicebatur, & *vir exempli*, & *vir ad exemplum.* & ad exemplum quid fieri, quod perfecte fit, & omnibus numeris. *Salmas.*

5. *Ad muneris gratiam quam patitur.*] Legend. *Et tamen nihil præter ea possum addere tanto viro ad muneris gratiam, quæ patitur sobria & bene gerenda respublica.* Quod lucidius esset, si hoc ordine collocaret: *Et tamen nihil possum addere tanto viro ad muneris gratiam, præter ea quæ patitur sobria & bene gerenda resp.* Potest tamen fieri ut *præterea*, sit hoc loco positum, pro *amplius. præterea quam patitur resp.* hoc est, *amplius quam patitur.* & sic esset nihil movendum. *Idem.*

6. *Bene gerenda resp.*] Η' καλῶς διοικουμένη πολιτεία. non autem διοικουμένη. id est, ratio sobriè & bene administrandæ reip. *Casaub.*

7. *Quare sinceritas tua mi parens carissime.*] Melius esset, & magis ex formula: *quare sinceritas tua Ceioni parens carissime.* Nam ad Ceionium hæc scripta est epistola. *Salmas.*

8. *Supradicto viro efficiet quandiu fuerit Romæ, &c.*] Efficere panes, & vinum, & cetera, pro *decernere.* aut certe præbere & dare, ut alibi sæpe. In Palat. scriptum: *afficiet.* afficere rem alicui est quasi decernere, & propriam dicare ejusque eam facere; quod vulgo *affectare* dicimus. sic *affectus esse alicui* dicitur in veteri inscriptione, pro addictus & deditus alicui esse. afficere panes & vinum pro attribuere, assignare, & præbere,

tares mundos sedecim, panes militares, castrenses quadraginta, vini mensalis sextarios quadraginta, porcellum dimidium, gallinaceos duos, porcinæ pondo triginta, bubulæ pondo quadraginta, olei sextarium unum, [1] *& item olei secundi sextarium unum, liquaminis sextarium unum,* [2] *herbarum, olerum quantum satis est. Sanè quoniam ei aliquid præcipuè decernendum est, quandiu Romæ fuerit,* [3] *pabula extra ordinem decernes. Ipsi autem ad sumptus,* [4] *aureos Antoninianos diurnos binos,* [5] *argenteos Philippeos minutulos, quinquagenos, æris denarios centum: reliqua per præfectos ærarii præbebuntur.* Frivola hæc fortassis cuipiam & nimis levia esse videantur, sed curiositas nihil recusat. Habuit ergo multos ducatus, plurimos tribunatus, [6] vicarias ducum & tribunorum diversis temporibus propè quadraginta, usque adeò ut etiam Ulpii Criniti, [7] qui se de Trajani genere referebat, & fortissimi re vera viri & Trajani simillimi, qui pictus est cum eodem Aureliano in templo Solis, quem Valerianus Cæsaris loco habere instituerat,

[1] vicem

bere, & ejus propria facere, cui afficiuntur. *Idem.*

Supra dicto viro efficiet, quamdiu Romæ fuerit, panes, &c.] Palat. *adficiet*, ut fortè fuerit, *adjiciet*. Grut.

1. *Et item olei secundi.*] Vox *secundi* abest Palatino. *Salmas.*

2. *Herbarum, olerum, quantum satis est.*] Pal. *herbas holerum quantum sat est.* Grut.

3. *Pabula extra ordinem decernes.*] Ad jumenta. *Casaub.*

4. *Aureos diurnos binos, Philippeos argenteos minutulos quinquagenos.*] Non plus in argento est, quam in auro. nam secundum ea quæ adnotabimus in sequenti animadversione, quinquageni minuti argentei, binos aureos reddunt. alterum tantum in ære accepit. denarii enim centum æris, quattuor aureos efficiunt. *Salmas.*

5. *Argenteos Philippeos minutulos quinquagenos.*] Sciendum Latinis minutos esse, quæ Græci λεπτὰ dicunt. sed nec hoc satis. argenteum nummum fuisse, probandum est. minuti igitur vel minutuli dicuntur apud hos auctores, quos denarios dicebant veteres. qui denarii, drachmæ fere pondus, & æstimationem habebant. atque ut Latinis minuti argentei pro denariis: sic Græcis τὰ λεπτὰ ἀργύρια ἀντὶ τῶν δραχμῶν. sed & absolute minutos appellarunt Latini, cum subintelligerent, argenteos: ut Græci λεπτὰ, subintelligentes ἀργύρια. λεπτὰ igitur sunt drachmæ. Hesychius dicit λεπτὸν esse ἑξακισχιλιοστὸν τάλαντον. quis nescit autem talentum sex millibus denarium vel drachmarum valuisse? manifesto ergo ille λεπτὸν, ἀντὶ δραχμῆς posuit. minuti igitur vel minutuli omnibus locis hujus historiæ, sunt quos denarios vetustiores vocant auctores, quorum viginti quinque aureum unum efficiebant. *Idem.*

6. *Vicarias ducum.*] Palatinus *vacarios ducum.* Grut.

7. *Qui se de Trajani genere referebat.*] Melius, *ferebat.* Casaub.

[1] vicem sumeret, exercitum duceret, [2] limitem restitueret, prædam militibus daret: Thracias bobus, equis, mancipiis, captivis locupletaret: manubias in Palatio collocaret: quingentos servos, duo millia vaccarum, equas mille, ovium decem millia, caprarum quindecim millia, in privatam villam Valeriani congereret. [3] Tunc enim Ulpius Crinitus publicè apud Byzantium sedenti Valeriano in thermis egit gratias, dicens, magnum de se judicium habitum [4] quòd eidem vicarium Aurelianum dedisset: quare
11 eum statuit arrogare. Interest epistolas nosse Aureliano scriptas, & ipsam arrogationem. Epistola Valeriani ad Aurelianum: *Si esset alius, Aureliane jucundissime, qui Ulpii Criniti vicem posset implere, tecum de ejus virtute ac sedulitate conferrem.* [5] *nunc tecum requirere potuissem. Suscipe bellum* [6] *à parte Nicopolis, ne nobis ægritudo Criniti obsit.* [7] *Fac quicquid potes. Multa non dico, in tua erit potestate militiæ magisterium.* [8] *Habes sagittarios Ityreos trecentos, Armenios sexcentos, Arabas centum quinquaginta, Saracenos ducentos,* [9] *Mesopotamios auxiliares quadringentos: habes legionem tertiam Felicem, & equites cataphractarios octingentos.* [10] *Tecum erit Hartomundus, Haldegastes,*

1. *Vicem sumeret.*] Vicarius illius esset. *Idem.*

2. *Limitem restitueret.*] Pal. *limite restitueret.* an *limites*? Salmas.

3. *Tunc enim Ulpius Crinitus publice.*] *Tunc cum Ulpius Crinitus.* Palat. *Idem.*

Tunc enim Ulpius Crinitus.] Pal. *tunc tùm Ulpius.* Grut.

4. *Quòd eidem vicarium.*] *Eidem*, pro sibi. *Casaub.*

5. *Nunc tecum requirere potuissem.*] Locus est mutilus. *Idem.*

Nunc tecum requirere potuissem.] Scribe: *Si esset alius, Aureliane jucundissime, qui Ulpii Criniti vicem posset implere, tecum de ejus virtute ac sedulitate conferrem: hunc tecum requirere potuissem.* Et hic sensus est: si esset alius, qui Criniti vicarius posset esse, tecum de ejus virtute conferrem: eum tecum requirerem, ut vicem Criniti vellet implere. non est autem alius, qui possit: hunc igitur ipse suscipe. *Salmas.*

Nunc tecum requirere potuissem, &c.] Locus minimè defectuosus. dicit enim, quamvis licuisset conferre cum Aureliano de successore digno virtutibus Criniti, nullum tamen inveniundum qui ei præferretur. *Grut.*

6. *A parte Nicop.*] *Parte.* Casaub.

7. *Fac quidquid potes. Multa non dico, in tua erit potestate.*] Sic corrige: *Fac quidquid potes, multa non dico. In tuaerit potestate militiæ magisterium.* Non dico, ut multa facias, sed quidquid poteris. *Salmas.*

8. *Habes sagittarios Ityreos.*] *Ityræos.* Ἰτυραίους. nota vulgò gens Syriæ ex Geographis. *Casaub.*

9. *Mesopotamios auxiliares.*] Palatinus: *Mesopotamenos.* Salmas.

10. *Tecum erit Hartomundus, Haldegastes.*]

gaſtes, Hildemundus, Cariovisci. Commeatus à præfectis neceſſarius in omnibus caſtris eſt conſtitutus. Tuum eſt pro virtutibus tuis atque ſolertia illic hyemalia & æſtiva diſponere, ubi tibi nihil deerit: quærere præterea [1] *ubi carrago ſit hoſtium, & verè ſcire quanti qualeſque ſint,* [2] *ut non vinum aut annona conſumatur, aut tela jaciantur in quibus res bellica conſtituta eſt. Ego de te tantum, Deo favente, ſpero quantum de Trajano, ſi viveret, poſſet ſperare Reſpub.* [3] *Neque enim minor eſt, in cujus locum ſidemque te legi. Conſulatum cum eodem Ulpio Crinito in annum ſequentem à die undecimo Calend. Juniarum, in locum Gallieni & Valeriani, ſperare te convenit ſumptu publico. Levanda eſt enim paupertas eorum hominum* [4] *qui diu reipublicæ viventes, pauperes ſunt,* [5] *& nullorum magis.* His quoque literis indicatur [6] quantus fuerit Aurelianus, [7] & re vera. neque enim quiſquam aliquando ad ſummam rerum pervenit, qui non à prima ætate gradibus virtutis aſcenderit. Literæ de conſulatu. 12
Valeriani Auguſtus Ælio Xifidio præfecto ærarii. Aureliano, cui [8] *conſulatum detulimus ob paupertatem, qua ille magnus eſt, cæteris*

gaſtes.] *Harimundus, Haldagates, Hildomundus.* ita in Palat. Harimundum autem eſſe puto idem nomen cum Farimundo vel Faramundo. *Idem.*

Tecum erit Harimundus, Haldegaſtes, Hildemundus.] Pal. *Harimundus, Haldagates, Hildomundus.* Grut.

1. *Ubi carrago ſit hoſtium.*] Hic pro caſtris accipit. nam carri in orbem diſpoſiti barbarorum fuere caſtra, ſicut antea diximus. *Caſaub.*

2. *Ut non vinum aut annona conſumatur, aut tela jaciantur, in quibus res bellica conſtituta eſt.*] *Tela jaciatur* in veteri libro eſt. For te legendum: *Ut non vinum aut annona conſumatur, aut alia jaciantur, in quibus res bellica conſtituta eſt.* Mandat Aureliano Valerianus, ut ad verum ſciat, quales quantique hoſtes numero ſint, ut non vinum aut annona fruſtra conſumeretur, aut alia prodigerentur, in quibus res bellica conſtituta eſt. *jacere* enim hoc eſt prodigere. ſic Græcis *βάλλειν* de ea re quæ temere prodigitur. *Salmaſ.*

3. *Neque enim minor eſt, in cujus locum ſidemque te legi.*] Malim, *minor es eo*, nam hoc vult: non eſſe Aurelianum Ulpio Crinito minorem, cui deſtinabatur vicarius Aurelianus. pro *ſidemque*, ſcribo, *vicemque*. Caſaub.

4. *Qui diu reip. viventes pauperes ſunt.*] *Qui diu in rep. viventes, pauperes ſunt.* ita reponendum ex Palatino. *Salmaſius.*

5. *Et nullorum magis.*] Scribe, *ut nullorum magis.* Caſaub.

6. *Quantus fuerit Aurelianus, & re vera.*] Pone *τελείαν σιγμὴν* poſt *Aurelianus.* deinde erit ſententia planior, ſi ſcribas, *& erat re vera.* Idem.

7. *Et revera neque quiſquam aliquando.*] *Neque enim quiſquam aliquando.* Salmaſ.

8. *Conſulatum detulimus ob paupertatem, &c.*] Neſcio ſanè an ob paupertatem

ris major, dabis ad editionem Circensium aureos Antoninianos trecentos, [1] *argenteos Philippeos minutulos tria millia, in ære* H-S. *quinquagies,* [2] *tunicas multicias viriles decem, lineas Ægyptias viginti,* [3] *mantelia Cypria paria duo, tapetia Afra decem,* [4] *stragula Maura decem, porcos centum, oves centum: convivium autem publicum edi jubebis senatoribus, equitibus Romanis: bestias majores duas, minores quatuor.* Et quoniam etiam de arrogatione aliqua me dixeram positurum quæ ad tantum principem pertinerent, quæso [5] *ne odiosior verbosiorve ea re videar:*

tem Consulem fecerit. fecit potius ob alia merita in Rempubl. quare præstiterit interpungere: *cui Consulatum detulimus, ob paupertatem quâ ille magnus est, ceteris major, &c.* Ut scilicet caussam ponat, cur ei sufficere debeat sequentia omnia præfectus ærarii. *Grut.*

1. *Argenteos Philippeos minutulos tria millia.*] Non dubito quin ad missilia Consulum hæc summa pertineat. Solebant enim Consules pecuniam in populum spargere; aureum quidem imperatores, argenteam verò privati. propterea tot isti dantur Aureliano minuti Philippei argentei. *Casaub.*

2. *Tunicas multicias viriles decem, lineas Ægyptias viginti.*] Erant illa ætate in frequenti usu tunicæ quædam multiciæ sive πολύμιτοι, & subsericæ, cum lineis permagni item pretii. quare hæc duo genera vestium jungi solent. lineas autem vestes Ægypto peti solitas sæpe diximus. *Idem.*

Tunicas multicias viriles decem.] Addit *viriles*, quia multiciæ etiam muliebres. Juven.

Humida suspectis referens multicia rugis.

Multicias tunicas heic appellari censeo, quas alibi *tunicas subsericas* vocat, & semper jungit cum lineis. *multicium* enim adjectivum, quod in substantivum transiit. nam & multicia vestis, & vestimentum multicium, & simpliciter multicium. unde *multicia* Juvenali tenues & pellucidæ vestes, ut sunt sericæ. *Salmas.*

3. *Mantelia Cypria paria duo.*] Quæ alii mantilia. pertinent hæc ad mensalem supellectilem. *Casaub.*

Mantelia Cypria.] Sciendum est ex veriloqua nominis notatione *mantelam* esse telam vel linteum quo manus extergentur. postea & *mantelum* dictum est, & *mantele*. Græci χειρόμακτρον interpretantur. Philargyrus interpretatur *mappas*. nam mappæ tergendis manibus habebantur. verum ætate jam Plinii mantelia non amplius in usu erant ἀντὶ χειρομακτρίων. sed integendis mensis serviebant. Atque hoc tunc temporis discrimen statuebatur inter mappas & mantelia: ut mantelia mensis operiendis, mappæ manibus tergendis usum præberent. nam mappæ erant brevia lintea, quas quisque secum ad convivium ferebat. nec enim dominus eas subministrabat. inveniebant quidem apud dominum convivii mensam manteli instratam, sed suam unusquisque secum convivarum mappam afferebat. Martial.

Attulerat mappam mento, dum furta timentur,
Mantele è mensa surpuit Hermogenes.

Salmas.

4. *Stragula Maura decem.*] Vetus liber: *tragula Maura.* tragula jaculi genus est: & Maura jacula sunt nota. nihilominus *stragula* heic retinenda. vetus sane scribendi vitium, *tragula* pro *stragula*. Idem.

5. *Ne odiosior verbosiorve ea re videar.*] *Ne odiosior verbosiorque in ea re videar.* ita potius scribendum, astipulantibus membranis. *Idem.*

1. Ex

videar: quam fidei causa inferendam credidi [1] ex libris Acholii, qui magister admissionum Valeriani principis fuit, libro Actorum ejus nono. Quum consedisset Valerianus Augustus in thermis apud Byzantium præsente exercitu, præsente etiam officio palatino, assidentibus Memmio Fusco consule ordinario, Bebio Macro præfecto prætorii, Quinto Ancario præside Orientis: assidentibus etiam à parte læva [2] Avulvio Saturnino Scythici limitis duce, [3] Murentio ad Ægyptum destinato, Julio Tryphone Orientalis limitis duce, [4] & Meceo Brundusino præfecto annonæ Orientis, [5] & Ulpio Crinito duce Illyriciani limitis & Thracii, & Fulvio Boio duce Rhetici limitis: Valerianus Augustus dixit, *Gratias tibi agit Aureliane Resp. quòd eam Gothorum potestate liberasti. Abundamus per te præda, abundamus gloria, & his omnibus quibus Romana felicitas crescit. Cape igitur tibi pro rebus gestis tuis coronas murales quatuor, coronas vallares quinque, coronas navales duas, coronas civicas duas, hastas puras decem, [6] vexilla bicolora quatuor, tunicas ducales russas quatuor, pallia proconsularia duo, togam prætextam, tunicam palmatam, togam pictam, [7] subarmalem profundum, sellam eboratam. Nam te consulem hodie designo, [8] scripturus ad senatum* 13

[1] us

1. *Ex libris Acolii.*] Palat. *ex libris Acoli.* Idem.

2. *Avulnio Saturnino.*] Melius *Amulio.* vulgata lectio vestigia servat, vocis *Amulino.* Casaub.

Avulvio Saturnino.] Sic etiam Pal. melius tamen *Amulio.* Grut.

3. *Murentio ad Ægyptum destinato.*] Pal. *& Murrentio Mauricio ad Æg. &c* Verùm cùm ceteris duo nomina dederit, non erit causa cur isti unum poneret. *Idem.*

4. *Et Meceo Brundusino.*] *Et Mæceo.* Pal. forte *Mæcio.* Salmas.

5. *Et Ulpio Crinito.*] Pal. *Ulpicio.* Grut.

6. *Vexilla bicolora.*] Διχρωμους. *bicolorum* pro *bicolore.* sic *decolorum.* sic *indecores* & *indecori.* Salmas.

7. *Subarmalem profundum.*] Jam ad Severum diximus. *Casaub.*

Subarmalem profundum.] Sic quoque Palat. ut aliquid veniat subintelligendum substantivi. *Grut.*

8. *Scripturus ad senatum ut tibi deputet scipionem.*] De Consulum scipione, non est res ignota. sed aliter fuisse apud veteres, aliter sub mediis imperatoribus observo. veteres enim consules scipionem tantum gestabant triumphi die, aut aliis festis diebus; at recentiores isti consules quotidie gestabant, & cum scipione curiam ingrediebantur, præterea nec consules tantum, sed consulares etiam scipionem gestabant. quod erat insigne eos fuisse consules, & esse consulares. eburnea autem fuisse illa sceptra consulum, vel scipiones, notissimum est. *Salmas.*

1. Ut

[1] *ut tibi deputet Scipionem, deputet etiam fasces.* [2] *Hæc enim imperator non solet dare, sed à senatu, quando fit consul, accipere.*

14 Post hæc Valeriani dicta Aurelianus surrexit, atque ad manus accessit, agens gratias militaribus verbis, quæ propria & ipsa apponenda decrevi. Aurelianus dixit, *Et ego domine Valeriane imperator Auguste, ideo cuncta feci, ideo vulnera patienter excepi, ideo & equos* [3] *& cantherios meos lassavi, ut mihi gratias ageret Respubl. & conscientia mea. At tu plus fecisti: ago ergo gratias bonitati tuæ, & accipio consulatum quem das.* [4] *Dii faciant & deus certus Sol, ut & senatus de me sic judicet.* Agentibus igitur gratias omnibus circunstantibus, Ulpius Crinitus surrexit, atque hac oratione usus est: *Apud majores nostros, Valeriane Auguste, quod & familiæ meæ amicum ac proprium fuit, ab optimis quibusque in filiorum locum fortissimi viri semper electi sunt, ut vel senescentes familias, vel fœtus matrimoniis jam caducos substituta fœcunditas prolis ornaret. Hoc igitur quod Cocceius Nerva in Trajano adoptando, quod Ulpius Trajanus in Adriano, quod Adrianus in Antonino, & cæteri deinceps proposita suggestione fecerunt,* [5] *jam in arrogando Aureliano, quem mihi vicarium judicii tui autoritate fecisti, censui esse referendum.* [6] *Jube igitur ut lege agatur, sitque Aurelianus heres sacrorum, nominis & bonorum, totiusque juris, Ulpio Crinito*

15 *jam consulari* [7] *viro, actutum te judice consularis.* Longum est cuncta

1. *Ut tibi deputet Scipionem.*] Consulum enim ab ipsa institutione prima gestamen fuit scipio eburneus. *Casaubonus.*

2. *Hæc enim imperator non solet dare, sed à senatu, quando fit consul, accipere.*] Possunt hæc verba auctoris Vopisci esse, non Valeriani. quod nos probamus magis. *Idem.*

3. *Et cantherios meos lassavi.*] Pal. *& conjuratos meos lassavi.* Grut.

4. *Dii faciant & Deus certus sol.*] *Dii faciant & Deus certus, ut & senatus.* ita libri qui vocem *sol* non agnoscunt. per Deum certum, *solem* intelligit Aurelianus, quem præcipue colebat. *Salmas.*

5. *Jam in arrogando Aureliano.*] *Interrogando Aureliano*, vet. editio. lege: *in arrogando Aureliano.* Idem.

6. *Jube igitur ut lege agatur, &c.*] Exemplum est hic ejus adoptionis, quæ fiebat apud principem, & postea magistratui intimabatur, ut docet lex secunda Cod. De adopt. hæc adoptio in illius locum successit, quæ apud populum olim lege curiata fiebat. *Casaub.*

7. *Ipse ac tu Crinite judex consularis.*] Codex Puteani: *ipse actutum te judice consularis.* Orat Crinitus Valerianum, ut Aurelianus in domum viri consularis, id est, suam transiens, fiat ipse quoque consularis. *Idem.*

Ipse ac tu Crinite judex consularis.] Vetus editio: *ipse actutum te judice consularis.*

cuncta pertexere. Nam & actæ sunt Crinito à Valeriano gratiæ; & adoptio, ut solebat, impleta. Memini me in quodam libro Græco legisse (quod tacendum esse non credidi) mandatum esse Crinito à Valeriano ut Aurelianus adoptaretur, idcirco præcipuè quòd pauper esset: sed hoc in medio relinquendum puto. & quoniam superiùs epistolam posui qua sumptus Aureliano ad consulatum delatus est, quare posuerim, [1] rem quasi frivolam, eloquendum putavi. [2] Vidimus proximè consulatum Furii Placidi tanto ambitu in Circo editum, ut non præmia dari aurigis, sed patrimonia viderentur, [3] quum darentur tunicæ subsericæ, [4] lineæ paragaudæ, darentur etiam equi, ingemiscentibus frugi hominibus. Factum est enim ut jam divitiarum sit non hominum consulatus: quia utique si virtutibus defertur, editorem spoliare non debent. Perierunt casta illa tempora, & magis ambitione populari peritura sunt. Sed nos (ut solemus) hanc quoque rem in medio relinquimus. His igitur tot ac talibus præjudiciis 16
muneribusque fultus, Claudianis temporibus tantus enituit, ut post eum Quintillo quoque fratre ejus interempto, solus teneret imperium, Aureolo interfecto, cum quo Gallienus fecerat pacem. Hoc loco tanta est diversitas historicorum, & quidem Græcorum, ut alii dicant, invito Claudio ab Aureliano Aureolum interfectum, alii mandante ac volente, alii ab imperatore jam Aureliano eundem occisum, alii verò adhuc privato. Sed hæc quoque media

fulavit. ita edi voluimus, sed operæ omiserunt *ipsi.* Salmas.

Ipso actutum, te judice, Consulavit, &c.] Palatinus noster accedit per omnia Puteaniano codici. *Grut.*

1. *Rem quasi frivolam eloquendum putavi.*] *Eloquendam putavi.* vet. editio. *Salmas.*

2. *Vidimus proximè consulatum Furii Placidi, &c.*] Confer cum simili querimonia inferiùs in Carino. quid sit *consulatum edere*, & Ἀναλίσκειν δήμους, expositum ad Alagabalum. *Casaub.*

3. *Quum darentur tunicæ subsericæ: lineæ paragaudæ.*] Palatinus: *paragaude.* forte, *paragaudeæ.* ut in vita Claudii, *subsericam paragaudeam triuncem*, dixit Pollio. notandum autem *linearum paragaudearum*, heic tantum facere mentionem Vopiscum, non etiam tunicarum, quod ejus ætate lineæ paragaudiæ solæ in usu essent. *Salmas.*

4. *Lineæ paragaudæ.*] Melius scribas *paragandiæ.* Casaub.

1. *Omne*

media relinquemus, ab ipsis petenda per quos in literas missa sunt. Illud tamen constat, [1] omne contra Mœotidas bellum divum Claudium nulli magis quàm Aureliano
17 credidisse. Extat epistola, quam ego (ut soleo) fidei causa, imò ut alios annalium scriptores feciſſe video, inserendam putavi. *Flavius Claudius Valerio Aureliano suo salutem. Expetit à te munus solitum nostra Respub. Aggredere: quid moraris?* [2] *Tuo magisterio milites uti volo, tuo ductu tribunos. Gotthi oppugnandi sunt: Gotthi à Thraciis amovendi.* [3] *Eorum enim plerique* [4] *Hæmimontum Europamque vexant, qui te pugnante fugerunt. Omnes exercitus Thracicos, omnes Illyricianos totumque limitem in tua potestate constituo,* [5] *solitam en nobis ede virtutem. Tecum erit etiam frater Quintillus quum occurrerit. Ego aliis rebus occupatus, summam belli illius virtutibus tuis credo. Misi sanè equos decem, loricas duas, & cætera, quibus munire ad bellum euntem necessitas cogit.* [6] Secundus igitur præliis usus auspi-

1. *Omne contra Mœotidas bellum.*] Mœotidas appellat quos Zosimus libro secundo Σαυρομάτας τῇ Μαιώτιδι ἐφεστιδίους λίμνῃ. *Idem.*

Omne contra Mœotidas bellum.] *Mœotidas.* sic enim scribebant. & *Mœotim* pro *Mœotim.* unde prima ejus corripitur apud illius temporis poëtas. *Salm.*

2. *Tuo magisterio milites uti volo, tuo ductu tribunos.*] Magistrum militum plane agnoscimus Aurelianum his verbis à Claudio designari. sed fere magistri militum vocabantur, aut quibus bellum aliquod extra ordinem gerendum mandabatur, ut heic Claudius Aureliano bellum adversus Gothos gerendum committit, ejusque in potestatem tradit, exercitus Thracicos & Illyricianos, & limitem & summam totius belli, & sic Aurelianus magister militum dicitur. aut ducum vicarii, quique legatorum vicem implebant, qui exercitum ducebant, quibus limes restituendus dabatur, hi omnes magistri militum dicebantur. omnes enim hoc nomine appellati quibus milites regendos, aut bellum aliquod gerendum committebat princeps. sive hi tantum tribuni essent, sive vicarii ducum. sed & ipsi duces vere magistri militum erant, & dicebantur illo tempore, legatique omnes imperatoris. *Idem.*

3. *Eorum enim plerique Hæmi montem, Europamque vexant.*] Palat. *Hæmimontum.* rectè, cave tamen putes Europæ nomen heic accipiendum de tertia orbis parte. Europa hoc loco Thraciæ provincia, ut & Hæmimontus. *Idem.*

4. *Hæmi montem Europamque vexant.*] Scripti etiam hic, *Hæmimontum*, ut in Claudio. *Casaub.*

5. *Solitam en nobis ede virtutem.*] Eleganter in veteribus, *Solitam en nobis ede virtutem.* Idem.

Solitam en nobis ede virtutem.] Ita cum aliis mss. Palatinus, inserto illo *en.* Grut.

6. *Secundus igitur præliis, usus auspiciis Claudianis.*] Scribit Zosimus partim bello, partim morbo reliquos omnes barbaros qui Thraciam vastabant, extinctos esse. nec tamen ibi Aureliani meminit, quem illud bellum confeciſſe vult Vopiscus. *Salmas.*

1. *Nam*

auſpiciis Claudianis, Rempublicam in integrum reddidit: atque ipſe ſtatim (ut ſuprà diximus) conſenſu omnium legionum factus eſt imperator. Equites ſanè omnes ante 18
imperium ſub Claudio Aurelianus gubernavit, quum offenſam magiſtri eorum incurriſſent quòd temere Claudio non jubente pugnaſſent. Item Aurelianus contra Suevos & Sarmatas iiſdem temporibus vehementiſſimè dimicavit, ac florentiſſimam victoriam retulit: accepta eſt ſanè clades ſub Aureliano à Marcomannis per errorem. [1] Nam dum is à fronte non curat occurrere ſubitò erumpentibus, dumque illos à dorſo perſequi parat, omnia circa Mediolanum graviter evaſtata ſunt. Poſtea tamen ipſi quoque Marcomanni ſuperati ſunt. In illo autem timore, quo Marcomanni cuncta vaſtabant, ingentes Romæ ſeditiones motæ ſunt, paventibus cunctis [2] ne eadem quæ ſub Gallieno fuerant, provenirent. quare etiam [3] libri Sibyllini noti beneficiis publicis inſpecti ſunt, [4] inventumque [5] ut in certis locis ſacrificia fierent quæ Barbari tranſire non

1. *Nam dum is à fronte non curat occurrere, ſubitò hoſtes erumpere.*] Palat. *Nam dum is à fronte non curat occurrere ſubito erumpentibus, dumque illos à dorſo perſequi parat, omnia circa Mediolanum graviter vaſtata ſunt.* Idem.

Nam dum is à fronte non curat occurrere, ſubitò hoſtes erupere: dumque illos, &c.] Pal. *non cura occurre ſubito irrumpentibus, dumque illos, &c.* Grut.

2. *Ne eadem quæ ſub Gallieno fuerant provenirent.*] Scribebam, *porrò venirent.* ſed retinet idem verbum infrà. *Caſaub.*

Ne eadem quæ ſub Gallieno acciderant, provenirent.] *Provenirent*, pro acciderent vel evenirent. unde & eum *bene provenire* dicit Plautus, cui quid boni provenit. *Salmaſ.*

3. *Libri Sibyllini noti beneficiis publicis.*] In neceſſariis Reip. temporibus, ad libros Sibyllinos adibatur, & placandi numinis ratio inde poſcebatur. *Caſaub.*

4. *Inventumq́, ut certis locis ſacrificia fierent, quæ Barbari tranſire non poſſent.*] Mos fuit ſub imperatoribus Romanis, ut ſacrificiis certis locis factis, aut carminibus dictis, vel ſtatuis poſitis, Barbarorum in ſolum Romanum ingreſſum & tranſitum arceri putarent poſſe. quo remedio ſæpius ſunt uſi adverſus barbarorum ſuperventum. idque conſecrationem vocabant, qua conſecratione uſus eſt olim Marcus, adverſus Marcomannorum τῆφοδον. vide Spartianum in Heliogabalo. Græci πλιστὼ vocarunt ejuſmodi conſecrationem, & ſimulacra ſic conſecrata, πλιστερώμα. Sic Palladium ſtatuam fuiſſe conſecratam ſcribunt veteres Grammatici ad cuſtodiam urbis Troiæ. Παλλάδιον τῦτο ἰδ ζώδιον μικρὸν ξύλινον, ὃ ἔλεγον εἶναι πλιστερώμον, φυλάττον τὴν βασιλείαν ἐν Τροίᾳ. *Salmaſ.*

5. *Ut in certis locis ſacrificia fierent, quæ Barbari tranſire non poſſent.*] Simile exemplum ſuprà in Spartiani Juliano. *Caſaub.*

non possent. Facta denique sunt ea quæ præcepta fuerant in diverso ceremoniarum genere: [1] atque ita Barbari restiterunt, quos omnes Aurelianus carptim vagantes occidit. Libet ipsius senatusconsulti formam exponere, [2] quo libros inspici [3] clarissimi ordinis jussit autoritas. [4] Die tertio Idus Jan. Fulvius Sabinus prætor urbanus dixit: *Referimus ad vos P. C. Pontificum suggestionem, & Aureliani principis literas, quibus jubetur ut inspiciantur fatales libri quibus spes belli terminandi sacrato deorum imperio continetur. Scitis enim ipsi quotiescunque gravior aliquis extitit motus, eos semper inspectos: neque priùs mala publica esse finita, quàm ex iis sacrificiorum processit autoritas.* Tunc surrexit primæ sententiæ [5] Ulpius Syllanus, atque ita loquutus est: *Serò nimis P. C. de Reip. salute consulimus, serò ad fatalia jussa respicimus, more languentium qui ad summos medicos nisi in summa desperatione non mittunt: proinde quasi peritioribus viris major facienda sit cura, quum omnibus morbis occurri sit melius. Meministis enim P. C. me in hoc ordine sæpe dixisse jam tum quum primùm nuntiatum est Marcomannos erupisse, consulenda Sibyllæ decreta, utendum Apollinis beneficiis, inserviendum deorum immortalium præceptis: recusasse verò quosdam, & cum ingenti calumnia recusasse, quum adulando dicerent tantam principis esse virtutem ut opus non sit deos consuli, proinde quasi & ipse vir magnus non deos colat, non de*

19

1. *Atque ita barbari restiterunt.*] Mira vis illius consecrationis, quæ locum in quo facta est, transire barbaros prohibuit. non solum autem ad hominum impetum coërcendum & reprimendum, sed etiam adversus bestiarum, & morborum ingruentium incursum ejus generis consecrationes adhibebant. Ea enim conditione πανὸς καὶ πλήθους ῥώμα erant, ut tamdiu res, quarum rerum gratia fuerant facta, intactas conservarent, quamdiu ipsa integra & illibata manerent. *Salmas.*

2. *Quod libros inspici clarissimorum jussit auctoritas.*] Palat. *ejus libros inspici clarissimior jussit auctoritas.* hoc est *clarissimi ordinis.* Per clarissimum ordinem, & amplissimum ordinem, intelligi senatum, atque ita frequenter loqui auctores, nemo fere ignorat. sic autem per compendium scribebant: *clariff. or.* hoc est, *clarissimi ordinis.* Idem.

3. *Clarissimorum jussit auctoritas.*] Id est, facto super ea re S. C. libri Sibyllini sunt inspecti. *clarissimi* sunt senatores, ut in Alagabali vita *clarissimæ* uxores senatorum. *Casaub.*

4. *Die tertio Idus Januarias.*] Palat. *Iduum Januariarum.* Grut.

5. *Ulpius Syllanus.*] Vetus editio: *Sillanus.* lege, *Silanus.* atque ita Palatinus liber. *Salmas.*

1. *Quid*

de diis immortalibus speret. [1] *Quid plura? audivimus literas* [2] *quibus rogavit opem deorum, quæ nunquam cuiquam turpis est ut vir fortissimus adjuvetur.* [3] *Agite igitur, pontifices, quâ puri, quâ mundi, quâ sancti, quâ vestitu animisque sacris commodi, templum ascendite,* [4] *subsellia laureata constituite,* [5] *veteranis manibus libros evolvite,* [6] *fata Reip. quæ sunt æterna perquirite:* [7] *patrimis*

1. *Quid plura? audivimus litteras quibus rogavit opem Deorum, quæ nunquam cuiquam turpis est.*] Hæc verba, *quæ nunquam cuiquam turpis est*, ex additamento sunt alicujus scioli. Palat. *Audivimus litteras quibus rogavit opem Dei, ut vir fortissimus adjuvetur.* Quæ vera est lectio. cujus hic sensus, ut ipse, qui vir fortissimus est, adjuvetur vos fortissimos, qualis est Aurelianus, non opus habere dicitis consultis libris Sibyllinis. at audivimus literas, quibus ille vir fortissimus opem Dei rogat, ut adjuvetur. *opem Dei* hoc est Apollinis. reliqua autem verba quæ sequuntur: *inserviendum Deorum immortalium præceptis.* Quæ verba qui attentius considerabit, non dubitabit pronuntiare spuria & subditiva esse. *Idem.*

2. *Quibus rogavit opem Deorum, quæ nunquam cuiquam turpis est, ut vir fortissimus adjuvetur.*] Habet solummodo Palat. *quibus rogavit opem Dei, ut vir fortissimus adjubetur.* Grut.

3. *Agite igitur Pontifices.*] Multa diversa reperio, & in hac librorum Sibyllæ inspectione, ab ea consuetudine quam adeundis & inspiciendis iisdem libris veteres observarunt. primum non Pontifices, ut heic, sed Decemviri ex senatus decreto libros Sibyllinos adibant, & illis inspectis renuntiabant quid facto esset opus. idque fieri jubebat senatus, ex sententia aliquando Pontificum, si quid incideret. quod eorum sententiam requirebat. præterea nunquam consulebantur libri nisi prodigiis nunciatis, ad quæ procuranda jubebat senatus libros inspici. Nusquam igitur factum est, ut erumpentibus barbaris, aut Romanum solum vastantibus libros Sibyllinos adire juberet Senatus. quod heic factitatum esse videmus ad Marcomannorum eruptionem, & clade accepta apud Placentiam. *Salmasius.*

4. *Subsellia laureata constituite.*] Scripti, *constituite.* Casaub.

Subsellia laureata constituite.] Ita nostri libri, non *constituite.* Salmas.

Subsellia laureata constituite.] Aliorum *constituite*, natum est ex libro autographo, in quo erat *constituite*; quomodo & noster Pal. *Grut.*

5. *Veteranis manibus libros evolvite.*] Per hoc significat non omnes quindecim pontifices, (tot numero fuere in eorum collegio,) manibus sujs Sibyllinos libros contrectasse: verum eos solùm qui ætate & meritis cæteris præstarent: atque ut arbitror, ex ordine majorum potiùs quàm minorum pontificum. *veteranæ manus* eorum dicuntur, qui in sacerdotio pontificali consenuerunt. *Casaub.*

Veteranis manibus libros evolvite.] Vetus liber habet: *vetanis manibus.* quod transpositum est pro *venatis.* atque id pro *velatis.* sic *prænum* pro *prælum* in veteribus Glossis. veteres in supplicationibus velatas manus habebant. Nam aditio ista & inspectio librorum Sibyllæ non fuit citra supplicationem. nam per eam inspectionem, deorum opem rogabant, & piacula petebant, quibus irati dii possent placari. ideirco Pontifices velatis manibus templum ascenderunt, & libros evolverunt. *Salmasius.*

6. *Fata Reip. quæ sunt æterna perquirite.*] *Rata.* Pal. & vet. ed. sed verum est *fata.* Idem.

7. *Patrimis matrimisque pueris carmen indicite.*] Hæc impudentissime ineptis-

mis matrimisque pueris carmen indicite : nos sumptum sacris, nos
20 *apparatum sacrificiis,* [1] *nos agris ambarvalia indicemus.* Post hæc interrogati plerique senatores sententias dixerunt, quas longum est innectere. Deinde aliis manus porrigentibus, aliis pedibus in sententias euntibus, plerisque verbo consentientibus, conditum est senatusconsultum. Itum est deinde ad templum, inspecti libri, prodíti versus, lustrata urbs, cantata carmina, [2] amburbium celebratum, [3] ambarvalia promissa : atque ita solennitas quæ jubebatur, expleta est. [4] Est epistola Aureliani de libris Sibyllinis : nam ipsam quoque indidi ad fidem rerum. *Miror vos, patres sancti, tamdiu de aperiendis Sibyllinis dubitasse libris,* [5] *perinde quasi in Christianorum ecclesia, non in templo deorum omnium, tractaretis.* [6] *Agite igitur, & castimonia pontificum, ceremoniisque*

simèque conficta. expungenda & ejicienda, quæ temere huc fuere inculcata. quod judicio tantum nostro freti non facimus, sed auctoritate Palatini libri, & veteris editionis, in quibus nullum horum verborum apparet vestigium. *Idem.*

1. *Nos aris ambarvalia indicemus.*] Scribendum *agris.* nam *aris* aut *arvis* meræ nugæ. *Casaub.*

2. *Amburbium promissum, ambarvalia promissa.*] Ergo amburbium, & ambarvalia differunt. ab amburbio, amburbiales hostiæ quæ circum terminos urbis Romæ ducebantur, ut ait Festus. sed aperte distinguit Servius amburbale ab ambarvali. ut ad Eclogam III. de ambarvalibus capiendus est Tibullus lib. II. eleg. I.

Quisquis adest, faveat : fruges lustramus & agros,
Ritus ut à prisco traditus extat avo.

Ambarvale sacrificium intelligit, quo fruges & arva lustrabantur. urbs ergò amburbio vel amburbiali sacrificio lustrabatur : ut arva & agri, ambarvali. *Salmas.*

3. *Ambarvalia promissa.*] Palat. *ambarvaria. ambarvare* pro *ambarvale.* Idem.

4. *Est epistola Aureliani de libris Sibyllinis.*] Scribe: *Epistola Aureliani de libris Sibyllinis : nam ipsam quoque indidi ad fidem rerum.* atque ita Palat. *Idem.*

5. *Perinde quasi in Christianorum Ecclesia, non in templo Deorum omnium tractaretis.*] Miratur Aurelianus tamdiu dubitasse patres conscriptos de aperiendis libris Sibyllinis, perinde quasi in Christianorum Ecclesia sententias dicerent, non in Deorum omnium templo tot religionibus sacrato. Christianos enim impiorum & *atheos* numero habebant, qui male de religionibus sentirent, & nullos Deos colerent, nulla templa in honorem divorum exstructa haberent. incusat igitur senatores Aurelianus eo nomine, quod tamdiu sententiis suis distulerint rem piam, & ad religionem pertinentem, & Deorum honorem cultumque spectantem. librorum nempe Sibyllinorum inspectionem. *Idem.*

6. *Agite igitur & castimonia pontificum.*] Pontificibus munus assignat inspiciendorum Sibyllæ librorum, ut & Ulpius Silanus supra. non Pontificum tamen, sed decemvirorum primum, mox ampliato numero, quindecimvirum fuit. & Constantini magni temporibus, id etiam tum muneris habebant quin-

que solennibus juvate principem necessitate publica laborantem. Inspiciantur libri: quæ facienda fuerint celebrentur: quemlibet sumptum, [1] *cujuslibet gentis captivos,* [2] *quælibet animalia regia non abnuo, sed libens offero: neque enim indecorum est diis juvantibus vincere:* [3] *sic apud majores nostros multa finita sunt bella, sic cœpta.* [4] *Siquid est sumptuum, datis ad præfectum ærarii literis decerni jussi.* [5] *est præterea vestræ autoritatis arca publica,* [6] *quam magis refertam esse reperio quàm cupio.* Quum autem Aurelianus 21

quindecimviri. quid igitur statuemus? illud verisimilius, Pontifices hoc appellari Quindecimviros, quod multi ex Quindecim viris iidem & Pontifices erant. Cum igitur Quindecimvirorum multi, Pontifices quoque essent, nobiliori nomine Pontifices eos vocavit, qui tamen non eo quod essent Pontifices, curam servandorum & inspiciendorum librorum Sibyllæ habebant; sed quod Quindecim viri. *Idem.*

1. *Cujuslibet gentis captivos.*] Palat. *captos.* Grut.

2. *Quælibet animalia regia non abnuo.*] Regia animalia exaudio, quæ Sibyllini libri monuerint necessaria esse ad sacrificium pro regis salute faciendum, aut Reip. *Casaub.*

Quælibet animalia regia non abnuo.] Regia animalia vocat, aut de regibus victis capta, aut animalia ipsius imperatoris Aureliani. Potuit animalia quæ Regis Persarum essent, ex præda habere, quæ regia vocat, eaque offert, ut & reliquos sumptus sacrificiis necessarios. possimus tamen interpretari regia animalia, ipsius Aureliani propria. nam etsi nomen Regis imperatores Romani vitarunt, tamen quæ ad imperatorem pertinerent, & imperatoris erant, regia vocaverunt. *Salmas.*

3. *Sic apud majores nostros multa finita sunt bella.*] Nunquam illi Sibyllæ libri ad bella suscipienda, conficiendaque sunt inspecti. extra morem igitur veterum, & consuetudinem sub Aureliano adiri libros Sibyllinos decrevit senatus, ad belli Marcomannici quo premebatur imperator, felicem eventum à Diis obtinendum. sed & sacrificia illa ipsa, post inspectionem librorum, non ex more Romano fuisse facta videntur, quæ certis locis, quos Barbari transire non possent, facta sunt. & hæc fuisse videtur causa, quare tamdiu distulerit senatus decernere, ut libri Sibyllini consulerentur, quod ejus rei exemplum non videbat neque apud majores stante adhuc rep. neque sub aliis principibus, qui ante Aurelianum fuere. *Idem.*

4. *Si quid est sumtuum, &c.*] Placet Scaligeri emendatio, *si quid deest, sumtum, datis a. p. a. l. decerni jussi.* Sumtum pro pecunia dicebant, ut ad Hadrianum monebamus. *Casaub.*

Si quid est sumptuum.] Hoc est, si qui sumptus erunt necessarii. *Salmas.*

5. *Est præterea vestræ autoritatis arca publica.*] Ærarium Reip. vocat arcam publicam. sed non erat tum temporis in potestate senatus ærarium illud vetus: cujus etiam post eversam Remp. umbram saltem diu servarunt. Omne θησαύρισμα arca dicitur. *Casaub.*

6. *Quam magis refertam esse reperio quàm cupio.*] Hæc oratio est hominis de senatu male judicantis. Suspicor igitur mendam hic latere: & velim cogitent acuti critici de his verbis. *Idem.*

Quam magis refertam esse reperio, quam cupio.] Distinctione sanandus hic locus: *Est præterea autoritatis vestræ arca publica, quam magis refertam esse reperio, quam cupio.* id est, *Quam valde refertam esse reperio, & quam refertam esse cupio.* vox *magis* positivi tantum significatio-

lianus vellet omnibus simul facta exercitus sui constipatione concurrere, tanta apud Placentiam clades accepta est ut Romanum penè solveretur imperium. Et causa quidem hujus periculi perfidia & calliditas Barbarici fuit motus. Nam quum congredi aperto Marte non possent, in sylvas se densissimas contulerunt, atque ita nostros vespera incumbente turbarunt. Denique nisi divina ope post inspectionem librorum sacrificiorumque curas, monstris quibusdam speciebusque divinis impliciti essent barbari, Romana victoria non fuisset. Finito prælio Marcomannico, Aurelianus, ut erat natura ferocior, plenus irarum Romam petit, vindictæ cupidus, quam seditionum asperitas suggerebat: inciviliùs denique usus imperio, vir alias optimus, seditionum autoribus interemptis, cruentiùs ea quæ molliùs fuerant curanda, compescuit. Interfecti sunt enim nonnulli etiam nobiles senatores, quum his leve quiddam & quod contemni à mitiore principe potuisset, vel unus, vel levis, vel vilis testis objiceret. Quid multa? Magnum illud, & quod jam fuerat, & quod non frustra speratum est, [1] infamiæ tristioris ictu contaminavit imperium. timeri cœpit princeps optimus, non amari, [2] quum alii dicerent, perfodiendum talem principem, non optan-

nem obtinet. nam *magis* heic positum pro valde. nec *ἀντὶ τοῦ μᾶλλον*, sed *ἀντὶ τοῦ μᾶλιστα* posita est. *Salmas.*

Quam magis refertam esse reperio quàm cupio.] Sic & Palat. nisi quod is verbo transposito, *reperio esse*: estque oratio liberi oris, qua Imperator tacitè submonet Senatum ne nimium intendat reditus ærarii, utpote cujus causa numquam bona est sub Principibus bonis. ideoque non tam heic videtur curam agere Senatus, quàm sui ipsius: dum nimirum famæ suæ consulit. interim notum est Senatum se accommodare moribus Principum. sic & infra c. 30. f. iterum Senatum carpit, satis profectò acriter. *Grut.*

1. *Infamiæ tristioris ictu contaminavit imperium.*] Duriusculè est locutus. & verius est locum egere emendationis. *Casaub.*

Infamiæ tristioris ictu contaminavit imperium.] *Infamiæ ictum* dixit, ut *famæ vulnera* dixit poëta quis. sic famam vulnerari alicujus dicimus, quæ laborat turpis facinoris infamia, aut, ut noster loquitur, infamiæ alicujus ictum accipit. ita Aurelianum dicit Vopiscus imperii sui famam, quæ magna fuerat, vulnerasse nimiæ crudelitatis & severitatis nota. quæ locutio non inelegans est. *Salmas.*

2. *Quum alii dicerent perfodiendum talem principem, &c.*] Perfodi parietes rectum esse didici, at non principes. Suspicor igitur scripsisse Vopiscum: Quum

optandum: alii bonum quidem medicum, sed mala ratione curantem. His actis, [1] quum videret posse fieri ut aliquid tale iterum quale sub Gallieno evenerat proveniret, adhibito consilio senatus, muros urbis Romæ dilatavit. [2] Nec tamen pomœrio addidit eo tempore, sed postea. [3] Pomœrio autem nemini principum licet addere nisi ei qui agri Barbarici aliqua parte Romanam Remp. locupletaverit. Addidit autem Augustus, addidit Trajanus, addidit Nero, sub quo Pontus Polemoniacus [4] & Alpes Cottiæ

Quum alii dicerent perodiendum talem principem, non optandum. id verbi, facile fuit ut mutaretur in *perfodiendum. odire* & *perodire*, pro odio habere vel odisse. *odivi* dicere solebat M. Antonius pro odio habui. inde *perodio* est in magno odio habeo. *perosum* enim dicebant veteres, & *perodiosum*, pro valde odioso. dicebant igitur isti Aurelianum pro sua severitate vel crudelitate odio magis, quam amore dignum videri. *Idem.*

1. *Cùm videret posse fieri ut aliquid tale iterum quale sub Gallieno, &c.*] Quid illud quod sub Gallieno evenit, cui τὸ φυλακὸν afferat, murorum Urbis dilatatio? referendum ad Barbarorum in Italiam irruptionem: vel ad tyrannos quos tum passa est Resp. quàm plurimos, adversus quos tamen nullum in Romanis muris fuisse Gallieno præsidium video. *Casaub.*

2. *Nec tamen pomœrio addidit eo tempore, sed postea.*] Insignis hic locus, sed non ea cura qua debuit, animadversus. Totum igitur hunc Vopisci locum sic constituimus, resectis & amputatis verbis quibus sciolus aliquis sententiam hujus loci temere ampliaverat: *His actis cum videret posse fieri, ut aliquid tale iterum, quale sub Gallieno evenerat, proveniret, adhibito consilio senatus, muros urbis Romæ dilatavit: nec tamen pomœrio addidit. Pomœrio autem nemini principum licet addere nisi ei qui agri Barbarici aliqua parte Romanam remp. locupletaverit.* Omnia nunc recte atque ordine procedunt. Aurelianus muros urbis Romæ dilatavit, & validiores munitioresque reddidit, non tamen, inquit Vopiscus, pomœrio addidit. nam nemini pomœrio licet addere, nisi qui locupletaverit Romanam remp. aliqua parte soli barbarici, quod non fecit Aurelianus. deinde ponit ordine nomina principum, qui aliquando pomœrio addiderunt. atqui vel ex his Vopisci verbis, ut nunc leguntur, constat Aurelianum, non eo tempore quo muros dilatavit, pomœrio addidisse, sed postea. quod si verum est potuit utique Aurelianus ex sententia Vopisci, muros dilatando pomœrii terminos suo tamen loco relinquere. Pomœrium sciunt omnes ex ea definitione quæ apud Gellium refertur, *Locum esse intra agrum effatum per totius urbis circuitum pone muros regionibus certis determinatum qui finem faciebat urbani auspicii.* Intra quos igitur fines in urbe auguria captabantur & agebantur, eos ab auguribus effari determinarique moris erat, nec nisi de eorum consilio eos poni mutarique licebat. id omne spatium quod ab auguribus per circuitum urbis designatum erat ad urbana auspicia captanda, pomœrium dicebatur. *Salmas.*

3. *Pomœrio autem nemini principum licet addere, &c.*] Tacitus Annali XII. Aurelius Victor Schotti, de Caracallo: *auctis Urbis magno accessu usa Nova.* Casaub.

4. *Et Alpes Cottiæ Romano nomini tributæ.*] Scribe: *Romano nomini sunt tributæ.* Salmas.

lianus vellet omnibus simul facta exercitus sui constipatione concurrere, tanta apud Placentiam clades accepta est ut Romanum penè solveretur imperium. Et causa quidem hujus periculi perfidia & calliditas Barbarici fuit motus. Nam quum congredi aperto Marte non possent, in sylvas se densissimas contulerunt, atque ita nostros vespera incumbente turbarunt. Denique nisi divina ope post inspectionem librorum sacrificiorumque curas, monstris quibusdam speciebusque divinis impliciti essent barbari, Romana victoria non fuisset. Finito prælio Marcomannico, Aurelianus, ut erat natura ferocior, plenus irarum Romam petit, vindictæ cupidus, quam seditionum asperitas suggerebat: inciviliùs denique usus imperio, vir alias optimus, seditionum autoribus interemptis, cruentiùs ea quæ molliùs fuerant curanda, compescuit. Interfecti sunt enim nonnulli etiam nobiles senatores, quum his leve quiddam & quod contemni à mitiore principe potuisset, vel unus, vel levis, vel vilis testis objiceret. Quid multa? Magnum illud, & quod jam fuerat, & quod non frustra speratum est, [1] infamiæ tristioris ictu contaminavit imperium. timeri cœpit princeps optimus, non amari, [2] quum alii dicerent, perfodiendum talem principem, non optan-

nem obtinet. nam *magis* heic positum pro valde. nec *ἀντὶ τοῦ μᾶλλον*, sed *ἀντὶ τοῦ μᾶλιστα* posita est. *Salmas.*

Quam magis refertam esse reperio quàm cupio] Sic & Palat. nisi quod is verbo transposito, *reperio esse*: estque oratio liberi oris, qua Imperator tacitè submonet Senatum ne nimium intendat reditus ærarii, utpote cujus causa numquam bona est sub Principibus bonis. ideoque non tam heic videtur curam agere Senatus, quàm sui ipsius: dum nimirum famæ suæ consulit. interim notum est Senatum se accommodare moribus Principum. sic & infra c. 30. f. iterum Senatum carpit, satis profectò acriter. *Grut.*

1. *Infamiæ tristioris ictu contaminavit imperium.*] Duriusculè est locutus. & verius est locum egere emendationis. *Casaub.*

Infamiæ tristioris ictu contaminavit imperium.] *Infamiæ ictum* dixit, ut *famæ vulnera* dixit poëta quis. sic famam vulnerari alicujus dicimus, quæ laborat turpis facinoris infamia, aut, ut noster loquitur, infamiæ alicujus ictum accipit. ita Aurelianum dicit Vopiscus imperii sui famam, quæ magna fuerat, vulnerasse nimiæ crudelitatis & severitatis nota. quæ locutio non inelegans est. *Salmas.*

2. *Quum alii dicerent perfodiendum talem principem, &c.*] Perfodi parietes rectum esse didici, at non principes. Suspicor igitur scripsisse Vopiscum:

Quum

optandum: alii bonum quidem medicum, sed mala ratione curantem. His actis, [1] quum videret posse fieri ut aliquid tale iterum quale sub Gallieno evenerat proveniret, adhibito consilio senatus, muros urbis Romæ dilatavit. [2] Nec tamen pomœrio addidit eo tempore, sed postea. [3] Pomœrio autem nemini principum licet addere nisi ei qui agri Barbarici aliqua parte Romanam Remp. locupletaverit. Addidit autem Augustus, addidit Trajanus, addidit Nero, sub quo Pontus Polemoniacus [4] & Alpes Cottiæ

Quum alii dicerent perodiendum talem principem, non optandum. id verbi, facile fuit ut mutaretur in *perfodiendum. odire & perodire*, pro odio habere vel odisse. *odivi* dicere solebat M. Antonius pro odio habui. inde *perodio* est in magno odio habeo. *perosum* enim dicebant veteres, & *perodiosum*, pro valde odioso. dicebant igitur isti: Aurelianum pro sua severitate vel crudelitate odio magis, quam amore dignum videri. *Idem.*

1. *Cùm videret posse fieri ut aliquid tale iterum quale sub Gallieno, &c.*] Quid illud quod sub Gallieno evenit, cui συμφυλαττω afferat, murorum Urbis dilatatio? referendum ad Barbarorum in Italiam irruptionem: vel ad tyrannos quos tum passa est Resp. quàm plurimos, adversus quos tamen nullum in Romanis muris fuisse Gallieno præsidium video. *Casaub.*

2. *Nec tamen pomœrio addidit eo tempore, sed postea.*] Insignis hic locus, sed non ea cura qua debuit, animadversus. Totum igitur hunc Vopisci locum sic constituimus, resectis & amputatis verbis quibus sciolus aliquis sententiam hujus loci temere ampliaverat: *His actis cum videret posse fieri, ut aliquid tale iterum, quale sub Gallieno evenerat, proveniret, adhibito consilio senatus, muros urbis Romæ dilatavit: nec tamen pomœrio addidit. Pomœrio autem nemini principum licet addere nisi ei qui agri Barbarici aliqua parte Romanam remp. locupletaverit.* omnia nunc recte atque ordine procedunt. Aurelianus muros urbis Romæ dilatavit, & validiores munitioresque reddidit, non tamen, inquit Vopiscus, pomœrio addidit. nam nemini pomœrio licet addere, nisi qui locupletaverit Romanam remp. aliqua parte soli barbarici, quod non fecit Aurelianus. deinde ponit ordine nomina principum, qui aliquando pomœrio addiderunt. atqui vel ex his Vopisci verbis, ut nunc leguntur, constat Aurelianum, non eo tempore quo muros dilatavit, pomœrio addidisse, sed postea. quod si verum est potuit utique Aurelianus ex sententia Vopisci, muros dilatando pomœrii terminos suo tamen loco relinquere. Pomœrium sciunt omnes ex ea definitione quæ apud Gellium refertur, *Locum esse intra agrum effatum per totum urbis circuitum pone muros regionibus certis determinatum qui finem faciebat urbani auspicii.* Intra quos igitur fines in urbe auguria captabantur & agebantur, eos ab auguribus effari determinarique moris erat, nec nisi de eorum consilio eos poni mutarique licebat. id omne spatium quod ab auguribus per circuitum urbis designatum erat ad urbana auspicia captanda, pomœrium dicebatur. *Salmas.*

3. *Pomœrio autem nemini principum licet addere, &c.*] Tacitus Annali XII. Aurelius Victor Schotti, de Caracallo: *auctæ Urbis magno accessu via Nova.* Casaub.

4. *Et Alpes Cottiæ Romano nomini tributæ.*] Scribe: *Romano nomini sunt tributæ.* Salmas.

22 tiæ Romano nomini tributæ. [1] Transactis igitur [2] quæ ad septiones, atque urbis statum & civilia pertinebant, contra Palmyrenos, id est contra Zenobiam, quæ filiorum nomine Orientale tenebat imperium, iter flexit. Multa in itinere ac magna bellorum genera confecit. [3] Nam in Thraciis [4] & in Illyrico occurrens Barbaros vicit: Gothorum quinetiam ducem Cannabam, sive Cannabaudem, cum quinque millibus hominum trans Danubium interemit. [5] Atque inde per Byzantium in Bithyniam transitum fecit, eamque nullo certamine obtinuit. Multa ejus magna & præclara tam facta quàm dicta sunt: sed omnia libro innectere [6] nec possumus fastidii evitatione, nec volumus: sed ad intelligendos mores atque virtutem pauca libanda sunt. [7] Nam [8] quum Thyanam venisset, eamque occlusam reperisset, iratus dixisse fertur, [9] *Canem in hoc oppido non relinquam.* Tunc & militibus acriùs incumbentibus spe prædæ, & Heraclammone quodam, timore

1. *Transactis igitur quæ ad fictiones atque urbis statum.*] Non dubitem reponere: *transactis quæ ad septiones.* qua lectione nihil verius. intelligit enim dilatationem urbis murorum ab Aureliano institutam. septiones vocat, ut Eutropius cum eamdem rem narraret, sepire urbem dixit pro muris ambire. *Hic muris*, inquit, *validioribus, & laxioribus urbem sepsit.* Idem.

2. *Quæ ad fictiones.*] Non postposuerim Pal. scripturam, *septiones.* Grut.

3. *Nam in Thraciis & in Illyrico occurrens Barbaros vicit.*] Malim, *occurrentes*, & ita membranæ. *Casaub.*

4. *Et in Illyrico occurrens barbaros vicit.*] Vetus editio: *occurrentes barbaros vicit.* Salmas.

5. *Atque inde per Byzantium in Bithyniam transitum fecit.*] Bithynia tunc erat Romanorum? quid igitur opus certamine ad eam obtinendam? an quia barbari illam occupaverant, & recuperavit Aurelianus? videntur illa tempestate Bithyni Palmyrenorum, & Zenobiæ partibus faviſſe. Bithyniam igitur nullo certamine obtinuit Aurelianus, quæ sua sponte Palmyrenorum jugum excussit, & Aureliano sese dedidit. *Idem.*

6. *Nec possumus fastidii evitatione, nec volumus.*] Videbatur contrario potiùs ordine oratio esse concipienda: *nec volumus fastidii evitatione, nec possumus.* Casaub.

7. *Nam cùm Thyanam venisset.*] *Tyana* scribendum, aut certè *Tyanam.* nam in locorum nominibus & genus & numerum pro libidine mutant auctores sæpe. Tyana autem vi aut proditione cepisse Aurelianum negat Zosimus, sed deditione. *Idem.*

8. *Quum Thyanam venisset.*] *Thyanam* pro *Thyanis.* ut *Megaram* pro *Megaris* dixere. *Salmas.*

9. *Canem in hoc oppido non relinquam.*] Vetustissimum genus loquendi usurpat Aurelianus: & fortasse non malè hunc colligas historiam sacram illi fuisse aliquando lectitatam. *Casaub.*

1. Quæ

more ne inter cæteros occideretur, patriam suam prodente, civitas capta est. Sed Aurelianus duo statim præcipua, quòd unum severitatem ostenderet, alterum lenitatem, ex imperatoria mente monstravit. Nam & Heraclammonem proditorem patriæ suæ sapiens victor occidit: & quum milites juxta illud dictum [1] quo canem se relicturum apud Thyanæos negarat, eversionem urbis exposcerent, respondit iis: *Canem*, inquit, *negavi in hac urbe me relicturum, canes omnes occidite.* [2] Grande principis dictum, [3] grandius militum votum: [4] nam dictum principis quo præda negabatur, civitas servabatur, totus exercitus ita quasi ditaretur, accepit. Epistola de Heraclammone. *Aurelianus Augustus Mallio Chiloni. Occidi passus sum cujus quasi beneficio Thyanam recepi. Ego verò proditorem amare non potui: & libenter tuli quòd eum milites occiderunt: neque enim mihi fidem servare potuisset qui patriæ non pepercit.* [5] *Solum denique ex omnibus qui oppugnabantur, campus accepit. Divitem homi-* 23

1. *Quo canem se relicturum apud Thyanæos negaret.*] *Apud Thyanos.* ita Palatinus & editio vetus. Θύανοι ἀντὶ τῆ Θυανιτῶν. sic *Peucos* pro Peucinis supra dixit. *Salmas.*

2. *Grande principis dictum, grandius militum votum.*] Haud scio quam bene huic conveniat votum militibus. Palat. legit: *grandius militum vocatum.* An faciendum est: *grandius militum factum? Grande principis dictum, grandius militum factum: nam dictum principis quo præda negabatur, civitas servabatur, totus exercitus, ita quasi ditaretur accepit.* Idque propemodum asseverare ausim esse verum. *Idem.*

3. *Grandius militum votum. nam dictum Principis.*] Palat. *grandius militum vocatum. nam vocatum Principis.* neutrum placet. venit aliquando in mentem, *grandius militum factum.* sed aliud quid latet. certè votum huic minime convenit. *Grut.*

4. *Nam dictum principis quo præda negabatur.*] Palat. *nam vocatum principis,* putem legi posse: *nam jocatum principis.* jocatum dictum quo princeps jocatus est, dicendo ut omnes canes occiderent, quandoquidem negaverat se canem in oppido illo relicturum. idque videntur milites fecisse, & canes omnes occidisse. *jocare aliquem* dicebant pro illudere alicui, aut ludos facere aliquem. inde *jocatum* pro dicto falso & scurrili huic usurpavit Vopiscus. *vocatum* tamen retineo. nam *vocari* supra, & *appellari* pro derideri apud hos auctores positum notabamus. tunc *vocatum* pro joco vel derisione, est vocabulum illius ætatis. *Salmas.*

5. *Solum denique ex omnibus qui oppugnabantur campus accepit.*] Mira locutio: *solum campus accepit.* id est, solus interiit, solus in orcum descendit. Corruptus, ut puto, locus. *Casaub.*

Solum denique ex omnibus qui oppugnabantur campus accepit.] Campus eos accipere dicebatur qui in prælio & in acie ipsa mortem oppetebant. *campus* non solum locus exercitationis & me-

hominem negare non possum, sed cujus bona ejus liberis reddidi: nequis me causa pecuniæ locupletem hominem occidi passum esse
24 *criminaretur.* Capta autem civitas est miro modo. Nam quum Heraclammon [1] locum ostendisset aggeris naturali specie tumentem, [2] quà posset Aurelianus occultus ascendere, ille conscendit, atque elata purpurea chlamyde, intus civibus, foris militibus se ostendit, & ita civitas capta est, quasi totus in muris Aureliani fuisset exercitus. Taceri non debet res quæ ad famam venerabilis viri pertinet. Fertur enim Aurelianum [3] de Thyanæ civitatis eversione [4] vera dixisse, vera cogitasse: [5] verùm Apollonium Thyanæum celeberrimæ famæ autoritatisque sapientem, veterem philosophum, amicum verum deorum, [6] ipsum etiam pro numine frequentandum, recipienti se in tentorium ea forma qua videtur, subitò astitisse, atque hæc Latinè, ut homo Pannonius intelligeret, verba dixisse: *Aureliane, si vis vincere, nihil est quod de civium meorum nece cogites. Aureliane, si vis imperare, à cruore innocentium abstine. Aureliane,*

ditationis armorum quæ inde campestris dicebatur, sed etiam certaminis & pugnæ. unde *exercitum ad campum producere* apud Cyprianum. inde & *campiones* pro pugnatoribus. sed & locum castrorum *campum* vocamus, & *campare* castra metari. hinc *campidoctores*, qui & armidoctores veteribus, quod ea docerent milites quæ campo & bellis erant necessaria. *Salmas.*

1. *Locum ostendisset aggeris naturali specie tumentem.*] potest etiam scribi *tumentis.* Casaub.

2. *Quia posset Aurelianus occultus ascendere.*] Optime vetus editio: *qua posset Aurelianus cultus ascendere.* sic & Palat. sensus est hujus loci, Heraclammonem ostendisse Aureliano locum qua in murum posset cultus ascendere, id est cum ornamentis imperialibus. ratio facti subsequitur, quod imperatorem in muris stare cum viderent oppidani, credidérunt totum Aureliani exercitum in muris esse. *Salmas.*

3. *De Tyanæ civitatis eversione vera dixisse, vera cogitasse.*] Lege ex eadem editione: *vere dixisse, vere cogitasse. vere*, hoc est, serio. *Idem.*

De Thyanæ civ. everf. verè dixisse, verè cogitasse.] Melius istud quàm vulgatum, *vera dixisse, vera cogitasse.* & alterum quidem exstabat in Palat. *Grut.*

4. *Vera dixisse, vera cogitasse.*] Seriò locutum esse, cùm dixit, se canem in oppido Tyanorum non relicturum. *Casaub.*

5. *Verum Apollonium Tyanæum.*] Philostratus lib. 1. Dicit, generis originem Apollonium referre ad ipsos Tyanæ urbis conditores. cujus generis nobilitate nulla potest fingi antiquior. *Salm.*

6. *Ipsum etiam pro numine frequentandum.*] Constat ex patrum scriptis & antiquis historicis insignem istum planum divinis honoribus vulgò passim affectum: cùm haberet hunc unum stupor gentium, cujus magicas impostoras veris veri Dei JESV CHRISTI miraculis opponeret. *Casaub.*

1. *Cle-*

ne, [1] *clementer te age, si vis vincere.* Norat vultum philosophi venerabilis Aurelianus, atque in multis ejus imaginem viderat templis. Denique statim attonitus, & imaginem & statuas & templum eidem promisit, atque in meliorem rediit mentem. [2] Hæc ego à gravibus viris comperi, & in Ulpiæ bibliothecæ libris relegi, & pro majestate Apollonii magis credidi. Quid enim illo viro sanctius, venerabilius, antiquius, diviniusque inter homines fuit? [3] Ille mortuis reddidit vitam. Ille multa ultra homines & fecit & dixit: quæ qui velit nosse, Græcos legat libros qui de ejus vita conscripti sunt. Ipse autem, si vita suppetat, [4] atque ipsius viri favori usquequaque placuerit, breviter saltem tanti viri facta in literas mittam: non quò illius viri gesta munere mei sermonis indigeant, sed ut ea quæ miranda sunt, omnium voce prædicentur. [5] Recepta 25
Thyana Antiochiam proposita omnibus impunitate, brevi apud Daphnen certamine obtinuit: atque inde præceptis quantum probatur venerabilis viri Apollonii parens, humanior atque clementior fuit. Pugnatum est post hæc de summa rerum [6] contra Zenobiam [*] & Zabam ejus socium

1. *Clementer te age, si vis vincere.*] Bene Palat. & editio vetus legunt: *si vis vivere.* hoc enim ordine progressus est: *si vis vincere. si vis imperare. si vis vivere.* Salmas.

2. *Hæc ego & à gravibus.*] Sic Palat. addito *&*. Grut.

3. *Ille mortuis reddidit vitam.*] Historiam respicit Philostrato narratam extremo libro quarto. sed non audet Philostratus affirmare puellam quæ pro mortua efferebatur, vere mortuam fuisse. vide Plin. *Casaub.*

4. *Atque ipsius viri favori usquequaque placuerit.*] Scribe: *Ipse autem si vita suppetat, atque ipsius viri favor juverit, breviter saltem tanti viri facta in litteras mittam.* Salmas.

Atque ipsius viri favor usquequaque placuerit.] Pal. à manu prima tantum habuit, *atque ipsius viri favor jusserit.* fortè, *atque ipsius favor jusserit.* Gruterus.

5. *Recepta Thyana.*] Græci Τύανα scribunt. *Salmas.*

6. *Contra Zenobiam & Zabam ejus socium.*] Hic est quem in Claudio Sabam vocabat Pollio. Insigniter verò errat Vopiscus qui socium Zenobiæ Zabam nominat. non enim mulier fuit sed vir: neque socius Zenobiæ, sed dux illius, ut auctores sunt Pollio & Zosimus. *Casaub.*

Contra Zenobiam & Zabam ejus socium.] Scribendum: *contra Zenobiam, & Zabam ejus socium socium* etiam habetur in Palat. Zabas autem hic dux fuit Zenobiæ, & socius etiam quodammodo. unde cum Aurelianus ad Zenobiam scriberet, quo ad deditionem illam hortabatur, sic litteras direxit: *Zenobiæ, cæterisque quos societas tuæ bellicæ.*

Inter

cium [1] apud Emessam magno certamine. Quumque Aureliani equites fatigati jam penè discederent, ac terga darent, subitò vi numinis, quod postea proditum, hortante quadam divina forma, per pedites etiam equites restituti sunt. Fugata est Zenobia cum Zaba, & plenissimè parta victoria. Recepto igitur Orientis statu, Emessam victor Aurelianus ingressus est, [2] ac statim ad templum Heliogabali tetendit, quasi communi officio vota soluturus. Verùm illic eam formam numinis reperit quam in bello sibi faventem vidit. Quare & illic templa fundavit, donariis ingentibus positis: & Romæ Soli templum posuit majore
26 honorificentia consecratum, ut suo dicemus loco. Post hæc Palmyram iter flexit, ut ea oppugnata, laborum terminus fieret. Sed in itinere à latronibus Syris malè accepto frequenter exercitu, multa perpessus est, & in obsidione usque ad ictum sagittæ periclitatus est. Epistola ipsius extat ad Mucaporem missa, in qua de ejus belli difficultate ultra pudorem imperialem fatetur. *Romani me modò dicunt bellum contra fœminam gerere,* [3] *quasi sola mecum Zeno-*

Inter eos qui tenebantur illa societate bellica fuit hic Zabas. *Salmas.*

* *Et Zabam ejus socium, &c.*] Sic & Pal. qui tamen habet *& uxorem.* Grut.

1. *Apud Emessam magno certamine.*] Latini *Emessam* & *Emissam* scribunt hujus urbis nomen. Græci Ἔμεσσα vel Ἔμισσα. apud eos tamen Ἔμισσαν etiam scribi debere testatur Stephanus. *Emissam* vocat Ammianus Marcellinus. lib. XXII. *Emissa, & Damascus.* Salmasius.

2. *Ac statim ad templum Heliogabali processit.*] Templum Heliogabali quod erat in urbe Emissa. certissimum igitur est, vel ex hoc loco, Heliogobali templum Emissæ fuisse, & Heliogabalum, vel Elagabalum Deum, ab Emissenis eximie cultum. Avieni verba de Emissa, id evidentissime declarant, & magnificentiam ejus templi prædicant.

Denique flammiferos devoti pectora Soli
Vitam agitant. Libanus frondosa cacumina turget,
Et tamen his certant celsi fastigia templi.

Antoninus Heliogabalus Emissenus fuit, & Emisseni templi, quod Soli, vel Heliogabalo sacratum erat, sacerdos. locus illius templi in media urbe Emissena fuit: ut Avienus ostendit, & hic Vopisci locus. sane sciendum omnium fere orientalium gentium commune numen fuisse Solem, quem Hel aut Bel, vel Belum dixere. in unaquaque autem urbe peculiare cognomen habebat. ut Emissenorum *Elagabalus:* Palmyrenorum *Malachbelus* & *Agliboles.* Persarum *Mithres.* Babyloniorum *Belus.* peculiare igitur ac tutelare numen Emissenorum Alagabalus, vel Elagabalus. & ita dictus est quasi *Deus montis,* vel *Deus mons,* quod sub montis effigie coleretur. *Idem.*

3. *Quasi sola mecum Zenobia, & suis viribus*

Zenobia & suis viribus pugnet, [1] *ac non hostium, quantum si vir à me oppugnandus esset*, [2] *in conscientia & timore longè deteriore. Dici non potest quantum hic sagittarum, qui belli apparatus, quantum telorum, quantum lapidum: nulla pars muri est quæ non binis & ternis balistis occupata sit: ignes etiam tormentis jaciuntur.* [3] *Quid plura?* [4] *timet quasi fœmina, pugnat quasi pœnam timens: sed credo adjuturos Rom. Remp. deos, qui nunquam nostris conatibus defuerunt.* Denique fatigatus [5] ac pro malis fessus, literas

viribus pugnet, ac non hostium.] Desperarunt de hoc loco restituendo summi viri. Palat. pro *ac non hostium* legit, *atque hostium.* Scribendum: *Quasi sola mecum Zenobia, & suis viribus pugnet. atqui hostium, quantum si vir à me oppugnandus esset, in conscientia & timore longe deteriore.* vel si quis malit, *at conscientia & timore longe deteriore.* pro *atque, atqui* fecimus. de sensu jam res clara est. Romani parvi pendebant, & irrisui habebant Aureliani expeditionem adversus Zenobiam. hoc enim esse, bellum cum fœmina gerere: quod minime gloriosum esset futurum tanto duci, quantus videri volebat. respondet Aurelianus, non cum sola Zenobia rem sibi esse; nec eam suis tantum viribus pugnare: sed tantum esse hostium, quantum si cum viro bellum esset gerendum: magnum enim numerum, magnasque copias habebat circa se Zenobia, nec minores quam vir & dux aliquis magnus habere posset. non igitur sola Zenobia. accedebat ad difficultatem, timor ejus & conscientia, ut fœminæ longe deterior, quam si vir esset. timidæ enim magis fœminæ quam viri. conscientia præterea ejus quæ pœnam se meruisse sciret, nihilque sibi gratiæ relictum apud victoris animum speraret, nec ullum misericordiæ locum videret, si victa esset. hæc omnia faciebant, ut illo animo pugnaret Zenobia, quo desperati solent, & sic victoriam de se difficiliorem Aureliano præberet. *Idem.*

1. *Atque non hostium, quantum si vir, &c.*] Palat. *atque hostium quantum, &c.* Grut.

2. *In conscientia, &c.*] Est locus mutilus. *Casaub.*

3. *Quid plura? non quasi fœmina pugnat, quasi pœnam timens.*] Pro desperato relictus & hic locus ope veteris codicis. lege: *quid plura? timet quasi fœmina, pugnat quasi pœnam timens.* Sensum superiori animadversione exposuimus. eleganter igitur Zenobiam timere ut fœminam scribit, pugnare vero non jam ut fœminam, sed ut pœnam timentem: quod malæ conscientiæ proprium est & ejus qui intelligat, se ad pœnam potius deposci, quam æquo jure, & ut hostis solet cum hoste, secum bellum geri. non mirum, si acriter & magno animo pugnent, quorum res eo loco sitæ sunt, & pellem suam, ut vulgo dicimus, magno vendere studeant. *Salmas.*

Quid plura? non quasi fœmina pugnat, quasi pœnam timens.] Pal. *quid pluratim quasi fœmina p. q. p. timentes.* idem codex statim postea habet, *Romanam rempublicam vir deos qui numquam, &c.* ut appareat locum luxatum, scribendumque, *sed quasi vir pœnam timens. Credo adjuturos Rom. Remp. Deos.* quod & Casaub bono nostro in mentem venit. *Grut.*

4. *Non quasi fœmina pugnat, quasi pœnam timens.*] Neque horum verborum ullus est sensus. Sententia erit optima, si scribas, *sed quasi vir pœnam timens.* vel, *viri pœnam timentes.* Non solùm fœminam viro comparat, aut viris; sed viris quos desperatio reddat αὐτοὺς αὐτῶν κρείττους. *Casaub.*

5. *Ac pro malis fessus.*] Scribe, *pro malis fessis.* Idem.

1. *Equos,*

teras ad Zenobiam misit, deditionem illius petens, vitam promittens, quarum exemplum indidi. *Aurelianus imperator Rom. orbis, & receptor Orientis, Zenobiæ cæterisque quos societas tenet bellica. Sponte facere debuistis id quod meis literis nunc jubetur: deditionem præcipio impunitate vitæ propositâ, ita ut illic, Zenobia, cum tuis agas vitam ubi te ex senatus amplissimi sententia collocavero. Gemmas, argentum, aurum, sericum,* [1] *equos, camelos in ærarium Rom. conferatis. Palmyrenis jus suum*
27 *servabitur.* Hac epistola accepta, Zenobia superbiùs insolentiusque rescripsit quàm ejus fortuna poscebat. credo ad terrorem: nam ejus quoque epistolæ exemplum indidi. *Zenobia regina Orientis Aureliano Augusto. Nemo adhuc præter te quod poscis, literis petiit. Virtute faciendum est quicquid in rebus bellicis est gerendum. Deditionem meam petis, quasi nescias Cleopatram reginam perire maluisse quàm in qualibet vivere dignitate. Nobis Persarum auxilia non desunt, quæ jam speramus: pro nobis sunt Saraceni, pro nobis Armenii. Latrones Syri exercitum tuum Aureliane vicerunt: quid igitur si illa venerit manus quæ undique speratur? pones profectò supercilium, quo nunc mihi deditionem, quasi omnifariam victor, imperas.* Hanc epistolam Nicomachus se transtulisse in Græcum ex lingua Syrorum dicit ab ipsa Zenobia dictatam. nam illa superior Au-
28 reliani, Græca missa est. His acceptis literis, Aurelianus non erubuit, sed iratus est: statimque collecto exercitu ac ducibus suis, undique Palmyram obsedit: neque quicquam vir fortis reliquit quod aut imperfectum videretur aut incuratum. Nam & auxilia quæ à Persis missa fuerant, intercepit: & alas Saracenas Armeniasque corrupit, atque ad se modò ferociter, modò subtiliter transtulit; [2] denique post multa mulierem potentissimam vicit.

[1] Victa

1. *Equos, camelos in ærarium conferas.*] *Conferatis*, libri veteres. melius non enim ad solam Zenobiam missa est hæc epistola, sed ad reliquos belli socios. *Salmas.*

2. *Denique post multa mulierem potentissimam vicit.*] Melior Palat. scriptura: *denique multa vi mulierem potentissimam vicit.* Ostendit quantæ difficultatis & moliminis res fuerit Zenobiam, etsi fœminam, vincere. *Idem.*

1. *Victa*

[1] Victa igitur Zenobia [2] quum fugeret camelis quos dromadas vocitant, [3] atque ad Persas iter tenderet, equitibus missis est capta, atque in Aureliani potestatem deducta. Victor itaque Aurelianus, totiusque jam Orientis possessor, quum in vinculis Zenobiam teneret cum Persis, Armeniis, [4] Saracenis, superbior atque insolentior egit ea quæ ratio temporis postulabat. [5] Tunc illæ vestes quas in templo Solis videmus, consertæ gemmis, [6] tum Persici dracones, & tiaræ, tum genus purpuræ quod postea nec ulla gens detulit, nec Romanus orbis vidit: de qua pauca saltem libet dicere. Meministis enim fuisse in templo 29
Jovis Optimi Maximi Capitolini [7] pallium breve purpureum lanestre, ad quod quum matronæ atque ipse Aurelianus jungerent purpuras suas, cineris specie decolorari videbantur cæteræ divini comparatione fulgoris. Hoc munus

1. *Victa igitur Zenobia, &c.*] Zosimus pæne ad verbum ista. *Casaub.*

Victa igitur Zenobia cum fugeret camelis.] Victam Zenobiam eo tempore accipit, quo intra Palmyram conclusa, cum obsessam urbem diutius defendi non posse videret, clam elapsa, & camelis dromadibus imposita fugam ad Persas parabat. ita Zosimus: ita hoc loco Vopiscus. non tamen eo prælio capta est Zenobia ut velle videtur Sextus Rufus. *Salmas.*

2. *Quum fugeret camelis quos dromadas vocitant.*] Libri veteres, *quos dromedas vocitant.* Dromedæ quoque dicuntur Isidoro. *Idem.*

3. *Atque ad Persas iter tenderet, equitibus missis est capta.*] Capta est cùm Euphratem navigio transiret, cùm jam videretur periculo exempta. *Casaub.*

4. *Saracenis superbior atque insolentior.*] Leviter distinguendum ad majorem lucem: *Victor itaque Aurelianus, totiusque jam Orientis possessor, quum in vinculis Zenobiam teneret, cum Persis, Armeniis, Saracenis, superbior atque insolentior egit ea quæ ratio temporis postulabat.* Id est cum Zenobiam in vinculis teneret, & Persas, & Armenios & Saracenos. intelligit Persas illos quos ad auxilium venientes intercepit Aurelianus, ut & Saracenorum alas & Armeniorum, quos in vinculis tenebat, ut eos in triumphum duceret, qui & ducti sunt, ut infra videmus. *Salmas.*

5. *Tunc illæ vestes quas in templo Solis videmus, consertæ gemmis.*] Alibi apud hos auctores mentio est vestium margaritis consertarum. Græcis μαργαρίνδης dicuntur. *Idem.*

6. *Tunc Persici dracones.*] Deest verbum cui tota periodus innitatur: nempe, capti sunt ab Aureliano. *Dracones,* inter signa fuerunt, ea quidem ætate, Persarum. Et apud Parthos cohortes millenariæ fuerunt, & cuique cohorti suus draco attributus. Et erant hi dracones simulacra verorum draconum, ea arte expressa ad terrorem hostibus inferendum. A Parthis acceperunt signum hoc Romanæ cohortes: de quarum draconibus & de draconariis passim Ammianus Marcellinus & ejus ætatis scriptores. *Casaub.*

7. *Pallium breve purpureum lanestre.*] *Lanestris* vox ejus sæculi: ut *pallestris.* Idem

1. *Dili-*

munus rex Persarum ab Indis interioribus sumptum, Aureliano dedisse perhibetur, scribens, *Sume purpuram qualis apud nos est.* sed hoc falsum fuit. Nam postea [1] diligentissimè & Aurelianus & Probus & proximè Diocletianus [2] missis diligentissimis confectoribus, requisiverunt tale genus purpuræ, nec tamen invenire potuerunt. [3] Dicitur enim sandix Indica talem purpuram facere, si curetur. Sed ad incepta redeamus. [4] Ingens tamen strepitus militum fuit omnium, Zenobiam ad pœnam poscentium. Sed Aurelianus indignum existimans mulierem interimi, [5] occisis plerisque quibus autoribus illa bellum moverat, paraverat, gesserat, triumpho mulierem reservavit, ut populi Romani oculis esset ostentui. [6] Grave inter eos qui cæsi sunt, de Longino philosopho fuisse perhibetur, quo illa magistro usa esse ad Græcas literas dicitur. Quem quidem Aurelianus idcirco dicitur occidisse quòd superbior

1. *Diligentissimis confectoribus.*] Hoc est, infectoribus. nam *confector* propriè arenæ verbum est. *Idem.*

2. *Missis diligentissimis confectoribus.*] *Confectores*, heic sunt infectores. sic vetus interpres Juvenalis *lanam confectam*, pro infecta posuit, ad illum versum:

In tunica Jovis & picta Sarrana ferentem.

Et sane *inficere* quod tingere significat, idem omnino est quod facere, vel conficere. nam *infectum* non solum, quod non factum est, sed & quod factum est, significat. sic *indictum*, & pro non dicto, & pro denunciato accipitur. *inficere* igitur idem quod facere, & conficere; quo verbo Latini & pro tingere usi sunt, exemplo & imitatione Græcorum qui verbum ποιέειν quod illis facere est, & pro tingere usurparunt. *Salmas.*

3. *Dicitur enim sandix Indica talem purpuram facere si curetur.*] Sandicinus color similis coccineo, Plin lib. xxxv. cap. vi. Indicæ verò hujus sandicis alibi factam mentionem non invenies. variè scripta legitur, *sandix*, & *sandyx*. Prop.

Illaque plebeio vel sit sandicis amictu.

Corripitur aliis. Gratius de venatione,

Interdum Libyco fucantur sandice pinnæ.

Casaub.

Dicitur enim sandix Indica talem purpuram facere si curetur.] Bene judicavit Turnebus de herba aut frutice heic sandicem accipiendam, non de pigmento. *Salmas.*

4. *Ingens tamen strepitus militum fuit omnium, &c.*] *Tamen* huic scriptori non rarò pro *autem* usurpatur. *Casaub.*

Ingens tamen militum.] *Tamen* pro *autem.* Salmas.

5. *Occisis plerisque quibus auctoribus illa bellum moverat, &c.*] Judicium Emisæ habitum de Zenobia & consiliariis ejus ac belli sociis. vide Zosimum. *Casaub.*

6. *Grave inter eos qui cæsi sunt de Longino philosopho fuisse perhibetur, &c.*] Hic est Cassius Longinus, quem Porphyrius in libro de vita Plotini tantopere laudat. Ejus eruditionem, scripta & constantiam in subeundo supplicio laudat hoc loco Zosimus. *Idem.*

1. *Atque*

bior illa epistola ipsius diceretur dictata consilio, quamvis Syro esset sermone contexta. Pacato igitur Oriente, in Europam Aurelianus rediit victor,[1] atque illic Carporum copias afflixit: & quum illum *Carpicum* senatus absentem vocasset,[2] mandasse illico fertur, *Supereſt P. C. ut me etiam Carpiſculum vocetis.*[3] *Carpiſculum* enim genus calciamenti esse satis notum est, quod cognomen deforme videbatur: quum & *Gothicus* & *Sarmaticus*, & *Armeniacus*, & *Parthicus*,[4] & *Adiabenicus* diceretur. Rarum est ut Syri fidem servent, 31
imò difficile.[5] Nam Palmyreni, qui jam victi atque contusi fuerant, Aureliano rebus Europensibus occupato, non mediocriter rebellarunt. Sandarionem enim, quem in præsidio illic Aurelianus posuerat, cum sexcentis sagittariis occiderunt,[6] Achilleo cuidam parenti Zenobiæ parantes imperium.[7] Verùm adeò Aurelianus, ut erat paratus

1. *Atque illic Carporum copias afflixit.*] Carpos vicit, & ex parte in Romanum solum transtulit. *Idem.*

2. *Mandasse illico fertur.*] Leg. *Mandasse è loco fertur. è loco*, id est ὡρμᾶσθαι. *Salm.*

3. *Carpiſculum enim genus calceamenti esse satis notum est.*] Scribendum: *Supereſt P. C. ut me etiam* CARPISCVLVM *vocetis? quod cognomen deforme videbatur: carpiſculum enim genus calceamenti esse, satis notum est.* Erat autem carpisculus barbarici calcei genus, à Græco καρπὸς sic dicti: vel ex eo potiùs, quòd cum carpisculis sive carpusculis architectorum similitudinem aliquam haberent. *Casaub.*

Carpiſculum enim genus calciamenti.] Palatinus: *carpiſculum.* Carpisculus formæ diminutivæ est, cujus principalis est *carpiſcus.* quod tamen & ipsum ὑποθετικὸν est. sic enim *carpiſcus* à carpo, ut *ſcutriſca* à scutra. *Carpus* igitur & *carpiſcus* & *carpiſculus* calceoli species, & pura puta vox Latina est. sic appellatur calceus multifariam scissus & cæsus. quem Græci πολυχαδῆ vocant & λεπτοχαδῆ. *carpere* id Latinis significat. *carpus* à verbo carpo, ut *dividus* à divido, qui divisus est. sic *carpus*, πολυχαδής. unde & *carpia*, quem Græci μύτον appellant. *Salmaſ.*

4. *Et Adiabenicus diceretur.*] Scrib. *Cum & Gothicus & Sarmaticus, & Armeniacus, & Parthicus, & Adiabenicus jam ille diceretur.* Idem.

Et Adiabenicus diceretur.] Palat. *& Adiabeneficia mille diceretur.* ut videatur fuisse primitus, *& Adiabenicus jam ille diceretur.* Grut.

5. *Nam Palmyreni qui jam, &c.*] Narrat Zosimus, tendenti in Europam Aureliano allatum esse nuntium de Palmyrenorum defectione: quem lege. *Casaub.*

6. *Achilleo cuidam parenti Zenobiæ parantes imperium.*] Antiochum non Achilleum vocat Zosimus. & mox iterum, ubi de ejus utilitate: cùm tamen hîc dicatur parens id est cognatus Zenobiæ fuisse, cujus origo Cleopatrana antè est exposita. *Idem.*

7. *Verùm adeò Aurelianus, &c.*] Scribendum: *Verùm ad eos Aur.* Idem.

Verum Aurelianus ut erat paratus ex Europa revertit.] Optimus Palatinus: *e Rhodopa revertit.* Zosimus: Ἐγχειρῶν δὲ

munus rex Persarum ab Indis interioribus sumptum, Aureliano dedisse perhibetur, scribens, *Sume purpuram qualis apud nos est.* sed hoc falsum fuit. Nam postea [1] diligentissimè & Aurelianus & Probus & proximè Diocletianus [2] missis diligentissimis confectoribus, requisiverunt tale genus purpuræ, nec tamen invenire potuerunt. [3] Dicitur enim sandix Indica talem purpuram facere, si curetur. Sed ad incepta redeamus. [4] Ingens tamen strepitus militum fuit omnium, Zenobiam ad pœnam poscentium. Sed Aurelianus indignum existimans mulierem interimi, [5] occisis plerisque quibus autoribus illa bellum moverat, paraverat, gesserat, triumpho mulierem reservavit, ut populi Romani oculis esset ostentui. [6] Grave inter eos qui cæsi sunt, de Longino philosopho fuisse perhibetur, quo illa magistro usa esse ad Græcas literas dicitur. Quem quidem Aurelianus idcirco dicitur occidisse quòd superbior

1. *Diligentißimis confectoribus.*] Hoc est, infectoribus. nam *confector* propriè arenæ verbum est. *Idem.*

2. *Mißis diligentißimis confectoribus.*] *Confectores*, heic sunt infectores sic vetus interpres Juvenalis *lanam confectam*, pro infecta posuit, ad illum versum:

In tunica Jovis & picta Sarrana ferentem.

Et sane *inficere* quod tingere significat, idem omnino est quod facere, vel conficere. nam *infectum* non solum, quod non factum est, sed & quod factum est, significat. sic *indictum*, & pro non dicto, & pro denunciato accipitur. *inficere* igitur idem quod facere, & conficere; quo verbo Latini & pro tingere usi sunt, exemplo & imitatione Græcorum qui verbum βάπτειν quod illis facere est, & pro tingere usurparunt. *Salmas.*

3. *Dicitur enim sandix Indica talem purpuram facere si curetur.*] Sandicinus color similis coccineo, Plin lib. xxxv. cap. vi. Indicæ verò hujus sandicis alibi factam mentionem non invenies. variè scripta legitur, *sandix*, & *sandyx*. Prop.

Illaque plebeio vel sit sandicis amictu.

Corripitur aliis. Gratius de venatione,

Interdum Libyco fucantur sandice pinnæ.

Casaub.

Dicitur enim sandix Indica talem purpuram facere si curetur.] Bene judicavit Turnebus de herba aut frutice heic sandicem accipiendam, non de pigmento. *Salmas.*

4. *Ingens tamen strepitus militum fuit omnium, &c.*] *Tamen* huic scriptori non rarò pro *autem* usurpatur. *Casaub.*

Ingens tamen militum.] *Tamen* pro *autem.* Salmas.

5. *Occisis plerisque quibus auctoribus illa bellum moverat, &c.*] Judicium Emisæ habitum de Zenobia & consiliariis ejus ac belli sociis. vide Zosimum. *Casaub.*

6. *Grave inter eos qui cæsi sunt de Longino philosopho fuisse perhibetur, &c.*] Hic est Cassius Longinus, quem Porphyrius in libro de vita Plotini tantopere laudat. Ejus eruditionem, scripta & constantiam in subeundo supplicio laudat hoc loco Zosimus. *Idem.*

1. *Atque*

bior illa epistola ipsius diceretur dictata consilio, quamvis Syro esset sermone contexta. Pacato igitur Oriente, in Europam Aurelianus rediit victor, [1] atque illic Carporum copias afflixit: & quum illum *Carpicum* senatus absentem vocasset, [2] mandasse illico fertur, *Superest P. C. ut me etiam Carpisculum vocetis.* [3] *Carpisculum* enim genus calciamenti esse satis notum est, quod cognomen deforme videbatur: quum & *Gothicus* & *Sarmaticus*, & *Armeniacus*, & *Parthicus*, [4] & *Adiabenicus* diceretur. Rarum est ut Syri fidem servent, 31
imò difficile. [5] Nam Palmyreni, qui jam victi atque contusi fuerant, Aureliano rebus Europensibus occupato, non mediocriter rebellarunt. Sandarionem enim, quem in præsidio illic Aurelianus posuerat, cum sexcentis sagittariis occiderunt, [6] Achilleo cuidam parenti Zenobiæ parantes imperium. [7] Verùm adeò Aurelianus, ut erat paratus

1. *Atque illic Carporum copias afflixit.*] Carpos vicit, & ex parte in Romanum solum transtulit. *Idem.*

2. *Mandasse illico fertur.*] Leg. *Mandasse è loco fertur. è loco*, id est αὐτόθεν. *Salm.*

3. *Carpisculum enim genus calceamenti esse satis notum est.*] Scribendum: *Superest P. C. ut me etiam* CARPISCVLVM *vocetis? quod cognomen deforme videbatur: carpisculum enim genus calceamenti esse, satis notum est.* Erat autem carpisculus barbarici calcei genus, à Græco καρπὸς sic dicti: vel ex eo potiùs, quòd cum carpisculis sive carpusculis architectorum similitudinem aliquam haberent. *Casaub.*

Carpisculum enim genus calciamenti.] Palatinus: *carpiculum.* Carpisculus formæ diminutivæ est, cujus principalis est *carpiscus.* quod tamen & ipsum ἀπαντοδαπὸν est. sic enim *carpiscus* à carpo, ut *scutriscus* à scutra. *Carpus* igitur & *carpiscus* & *carpisculus* calceoli species, & pura puta vox Latina est. sic appellatur calceus multifariam scissus & cæsus. quem Græci πολυμίτην vocant & λεπτόμιτον. *carpere* id Latinis significat. *carpus* à verbo carpo, ut *dividus* à divido, qui divisus est. sic *carpus*, πολυμίτης. unde & *carpia*, quem Græci μίτον appellant. *Salmas.*

4. *Et Adiabenicus diceretur.*] Scrib. *Cum & Gothicus & Sarmaticus, & Armeniacus, & Parthicus, & Adiabenicus jam ille diceretur.* Idem.

Et Adiabenicus diceretur.] Palat. *& Adiabeneficia mille disceretur.* ut videatur fuisse primitus, *& Adiabenicus jam ille diceretur.* Grut.

5. *Nam Palmyreni qui jam, &c.*] Narrat Zosimus, tendenti in Europam Aureliano allatum esse nuntium de Palmyrenorum defectione: quem lege. *Casaub.*

6. *Achilleo cuidam parenti Zenobiæ parantes imperium.*] Antiochum non Achilleum vocat Zosimus. & mox iterum, ubi de ejus utilitate: cùm tamen hìc dicatur parens id est cognatus Zenobiæ fuisse, cujus origo Cleopatrana antè est expositа. *Idem.*

7. *Verùm adeò Aurelianus, &c.*] Scribendum: *Verùm ad eos Aur.* Idem.

Verum Aurelianus ut erat paratus ex Europa revertit.] Optimus Palatinus: *e Rhodopa revertit.* Zosimus: Ἐπεμένων δὲ

tus ex Europa revertit: atque urbem, quia ita merebatur, evertit. Crudelitas denique Aureliani, vel (ut quidam dicunt) severitas, eatenus extitit, ut epistola ejus feratur, confessionem immanissimi furoris ostentans, cujus hoc exemplum est. *Aurelianus Augustus* [1] *Ceionio Basso. Non oportet ulterius progredi militum gladios.* [2] *jam satis Palmyrenorum casum atque concisum est. Mulieribus non pepercimus, infantes occidimus, senes jugulavimus, rusticos interemimus: cui terras, cui urbem deinceps relinquemus? Parcendum est iis qui remanserunt. Credimus enim tam paucos tam multorum suppliciis esse correctos.* [3] *Templum sanè Solis, quod apud Palmyram* [4] *aquilifer legionis tertiæ cum vexilliferis* [5] *& draconario & cornicinibus atque liticinibus diripuerunt, ad eam formam volo quæ fuit, reddi.* [6] *Habes trecentas auri libras è Zenobiæ capsulis: habes argenti mille*

Αὐρηλιανῷ τ' ἐπὶ τῇ Εὐρώπῃ ὁδῷ. Nondum Europam tetigisse vult Aurelianum Zosimus, cum nuncium accepit defectionis Palmyrenorum. at Vopiscus jam eum in Rhodopa fuisse, quæ est Thraciæ provincia. *Salmas.*

Verùm adeo Aurelianus, ut erat, &c.] Sic quidem ms. quoque Pal. sed nihil verius quàm legendum, *verùm ad Eos Aurelianus.* Grut.

1. *Ceionio Basso.*] *Cerronio Basso*, Palat. cum veteri editione. *Salmas.*

2. *Jam satis Palmyrenorum casum atque occisum est.*] Recte Palatinus: *jam satis Palmyrenorum cæsum atque concisum est.* Duobus illis verbis magnam carnificinam lanienamque factam Palmyrenorum ostendit. nam concidere proprium lanionum est. *Idem.*

3. *Templum sane Solis quod apud Palmyram est.*] Templum Solis apud Palmyram fuisse, vel hic locus indicium facit. nulla ferme pars orientis in qua Sol non coleretur. sed pro urbium ac locorum diversitate in quibus colebatur, diversis etiam appellationibus censebatur. Emisseni Alagabalum cum vocabant, apud quos in effigie montis adorabatur. atque inde nominis ratio, ut supra docuimus. Palmyreni *Malachbelum* solem appellabant, quasi dicas *Regem Belum.* nam Belum Syri & Phœnices & multi alii Eoi populi præcipuo cultu dignabantur, quem Saturnum & Solem esse volebant. *Idem.*

4. *Aquilifer legionis tertiæ.*] Scribe, *aquiliferi.* Casaub.

Aquilifer legionis tertiæ cum vexilliferis.] Non fero emendantem doctissimum virum: *Aquiliferi tertiæ legionis.* Quid enim? an plures aquilæ in una legione? immo una tantum, quam & cohors prima habebat. signa vero alia plura: nam singulæ cohortes suum draconem habebant. Putavit vir eruditissimus vulgatam lectionem σολοικίζειν, quod ita concepta sit: *aquilifer cum vexilliferis diripuerunt.* sed ita moris habent optimi quique auctores loqui. sic enim accipi debet, quasi esset scriptum: *aquilifer & vexilliferi diripuerunt.* Salm.

5. *Et draconario, & cornicinibus.*] *Et cornicibus*, ita Palatinus, & editio vetus. *Idem.*

6. *Habes trecentas auri libras Zenobiæ capsulis.*] Distingue sic: *Habes trecentas auri libras in Zenobiæ capsulis: habes argenti mille octingenta pondo de Palmyrenorum bonis: habes gemmas regias.* Casaub.

Habes trecentas auri libras Zenobiæ capsu-

mille octingenta pondo. De Palmyrenorum bonis habes gemmas regias. Ex his omnibus fac cohonestari templum: mihi & diis immortalibus gratissimum feceris. Ego ad senatum scribam, petens ut mittat pontificem qui dedicet templum. Hæ literæ, ut videmus, indicant satiatam esse immanitatem principis duri. Securior denique iterum in Europam rediit: atque 32
illic omnes qui vagabantur, hostes nota illa sua virtute contudit. Interim res per Thracias Europamque omnem Aureliano ingentes agente, Firmus quidam extitit, qui sibi Ægyptum [1] sine insignibus imperii, quasi ut esset civitas libera, vindicavit. [2] Ad quem continuò Aurelianus revertit: nec illi defuit felicitas solita. Nam Ægyptum statim recepit: atque, [3] ut erat ferox animi, cogitatione multus, vehementer irascens quòd adhuc TETRICUS Gallias obtineret, Occidentem petiit: atque [4] ipso Tetrico exercitum suum prodente, quòd ejus scelera ferre non posset, deditas sibi legiones obtinuit. Princeps igitur totius orbis Aurelianus [5] pacatis per Occidentem Gallis, atque undique terris, Romam iter flexit, ut de Zenobia & Tetrico, hoc est de Oriente & Occidente, triumphum Romanis oculis exhiberet. Non ab re est cognoscere, 33
qui fuerit Aureliani triumphus. Fuit enim speciosissimus.

Cur-

capsulis.] Malim: *Habes trecentas auri libras de Zenobiæ capsulis.* Sequitur similiter ex distinctione summi viri Casauboni: *Habes argenti mille octingenta pondo de Palmyrenorum bonis.* Salmas.

1. *Sine insignibus imperii, &c.*] Falsus est Vopiscus, ut fatetur ipse in sequente libro. vide locum. *Casaubonus.*

2. *Ad quem continuò Aurelianus revertit*] Non ex Europa quidem eò revertit, ut possit aliquis ex superioribus colligere: sed cùm Europam peteret deleta Palmyra & Carras jam pervenisset, iter in Ægyptum flexit. *Idem.*

3. *Ut erat ferox animi, cogitatione multus.*] *Cogitatione multus* hoc loco non est, quod vir doctissimus censebat, ὁ βαθυνους & vir multarum ac variarum cogitationum; sed asper & tetricus, & ob nimiam severitatem suam importunus & odiosus. quod vitium in Aureliano omnes historici notarunt. *Salmas.*

4. *Ipso Tetrico exercitum suum prodente.*] Vide Pollionem in XXX. tyrannis. *Casaub.*

5. *Pacatis per Occidentem Gallis atque undique terris.*] Scripta lectio, *pacatis Oriente, Gallis atque undique terris.* rectè. *Idem.*

Pacatis per Occidentem Gallis atque undique terris.] Scribe ex vestigiis Palatinæ lectionis: *pacatis Oriente Gallis, atque ubique terrore injecto, Romam iter flexit.* Salmas.

Currus regii tres fuerunt. In his unus Odenati, argento, auro, & gemmis operosus atque distinctus: alter, quem rex Persarum Aureliano dono dedit, ipse quoque pari opere fabricatus: tertius, quem sibi Zenobia composuerat, sperans se urbem Romanam cum eo visuram: quod illam non fefellit. nam cum eo urbem ingressa est victa & triumphata. Fuit alius currus quatuor cervis junctus, qui fuisse dicitur Regis Gotthorum: quo, ut multi memoriæ tradiderunt, Capitolium Aurelianus invectus est, ut illic cæderet cervos quos cum eodem curru captos vovisse Jovi Optimo Maximo ferebatur. Præcesserunt elephanti viginti, [1] feræ mansuetæ Libycæ, Palestinæ diversæ ducentæ: quas statim Aurelianus privatis donavit, ne fiscum annonis gravaret. tigrides quatuor: [2] camelopardali, alces, cætera talia per ordinem ducta: gladiatorum paria octingenta: præter captivos gentium Barbararum, [3] Blemyes, [4] Axomitæ, Arabes, Eudæmones, Indi, Bactriani, Hiberi, Saraceni, Persæ, cum suis quique muneribus: Gotthi, Alani, Roxolani, Sarmatæ, Franci, Suevi, Vandali, Germani, [5] religatis manibus captivi præcesserunt. [1] Inter

1. *Feræ Libycæ mansuetæ, Palæstinæ ducentæ.*] Ferarum Libycarum numerum non adponit. an tam Libycæ quam Palæstinæ erant ducentæ? per Libycas autem feras mansuetas, leones mansuetos, & leopardos mansuetos intelligit. nam leones & leopardi, Libycarum ferarum nomine fere apud veteres censebantur. immo soli leopardi interdum illo nomine veniebant. inde Libycæ pelles pretiosæ; pantherarum nempe aut pardorum: quas sola macularum varietas commendabat. Africanæ igitur & Libycæ feræ sunt pantheræ, vel pardi. *Idem.*

2. *Camelopardali, alces.*] Scribo, *camelopardalis, alces.* nullus appositus numerus, quia hæc animalia singula sunt ducta. *Casaub.*

3. *Blemyes, Axomitæ, Arabes Eudæmones.*] Hæc nomina in antiquis exemplaribus perperam sunt exarata, quæ ita rectè in vulgatis: nisi quòd Eudæmones malè separantur ab Arabibus. Felicis Arabiæ quæ *Εὐδαίμων Ἀραβία* Græcis, populum ita nominat. de Blemyis lege Probi vitam: ex geographis nota hæc gens. *Idem.*

4. *Axomitæ.*] *Axumitas* vocat Stephanus, & urbem illorum *Ἄξωμίτλων. Ἀξωμίτης δρυμικὸς μεγάπολις Αἰθιοπων. ὁ πολίτης Ἀξωμίτης.* Sed mendum esse puto apud Stephanum, & *Ἄξωμις* legendum. *Salmas.*

5. *Religatis manibus captivi præcesserunt.*] Palatinus, *præcesserunt.* forte: *præcesserunt.* quod hoc probem magis quam *præcesserunt.* Idem.

Religatis manibus captivi præcesserunt.] Pal. *religati manibus captivi præcesserunt.* Grut.

1. *Inter*

[1]Inter hos etiam Palmyreni, qui ſuperfuerant principes civitatis, & Ægyptii ob rebellionem. Ductæ ſunt & decem mulieres, quas virili habitu pugnantes inter Gothos ceperat: quum multæ eſſent interemptæ, quas de Amazonum genere titulus indicabat. [2]Prælati ſunt tituli gentium nomina continentes. [3]Inter hæc fuit Tetricus chlamyde coccinea, [4]tunica galbina, braccis Gallicis ornatus, adjuncto ſibi filio quem imperatorem in Gallia nuncupaverat. Incedebat etiam Zenobia, ornata gemmis, catenis aureis, quas alii ſuſtentabant. præferebantur coronæ omnium civitatum aureæ titulis eminentibus proditæ. Jam populus ipſe Rom. [5]jam vexilla collegiorum atque caſtrorum, [6]& cataphractarii milites, [7]& opes regiæ, & 34 omnis

1. *Inter hos etiam Palmyreni, qui ſuperfuerant principes civitatis.*] Principes civitatis heic ſunt ἀρχηγοπολίται. unus horum principum civitatis Palmyrenorum erat Odenatus priuſquam imperium arriperet. quem principem Palmyrenorum vocat Trebellius: Sextus autem Rufus, *decurionem Palmyrenum.* Decuriones autem, vel Curiales in unaquaque urbe erant civitatis principes, & quaſi Senatores. *Salmaſ.*

2. *Prælati ſunt tituli gentium nomina continentes.*] Melius, *prælati enim ſunt tituli.* adduntur enim hæc, ut præcedentium verborum interpretamentum: *quas de Amazonum genere titulus indicabat.* Satis conſtat & res & perſonas quæ in triumphi pompa tranſveherentur, titulis eminentibus fuiſſe proditas. *Caſaub.*

3. *Inter hæc fuit Tetricus chlamyde coccinea.*] In Palatino, *chlamyde coccea.* & ita vet. ed. *Salmaſ.*

4. *Tunica galbina.*] An ut ignaviæ ſymbolum præ ſe ferret, juſſus eſt Tetricus galbinam tunicam dum triumpharetur geſtare? Notum eſt qui dicantur *galbini mores* apud Martial. *Caſaub.*

Tunica Galbina.] Dicit eo cultu habituque fuiſſe Tetricum, cum in triumphum duceretur, quo ſolebat eſſe tum cum maxime imperatorem ageret. ſcimus enim & reges & imperatores, ornamentis & regiis & imperialibus ornatos fuiſſe cum triumphabantur, ut ſic magis eſſent oſtenſui, & triumphi pompam efficerent, ut ita dicam, pompabiliorem. nec ſoli triumphantes, ſed etiam triumphati in claris & pretioſis veſtibus. hinc Tetrico coccina chlamys, & tunica galbina. hinc Zenobia gemmis ornata, vel onerata potius. nam vix eas poterat præ copia ferre. *Salmaſ.*

Tunica galbina.] De galbino aut galbano colore jam dicere occupavit doctiſſimus Turnebus. addo colorem galbineum, aureum fuiſſe, vel ad auri colorem proxime acceſſiſſe. Græcis χλωρός. *Idem.*

5. *Jam vexilla collegiorum.*] Eadem in Gallieno habet Trebellius. vide quæ ibi notamus. *Idem.*

6. *Et cataphractarii milites.*] Id nomen hæſit cuidam equitum generi qui toti cataphractis erant contecti. nuſquam vero legere eſt cataphractarios pedites. *Idem.*

7. *Et opes regiæ.*] Non heic interpretabimur regias opes, de regibus captas. ſed imperatorias & Romani principis opes. *Idem.*

omnis exercitus, [1] & senatus, etsi aliquanto tristior quòd senatores triumphari videbat, multum pompæ addiderunt. Denique vix nona hora in Capitolium pervenit, serò autem ad Palatium. Sequentibus diebus datæ sunt populo voluptates ludorum scenicorum, ludorum circen-
35 sium, venationum, gladiatorum, naumachiæ. Non prætermittendum videtur, [2] quod & memoria tenet publica & fides historica frequentavit: Aurelianum eo tempore quo proficiscebatur ad bellum Orientale, bilibres coronas populo promisisse si victor rediret: & quum aureas populus speraret, neque Aurelianus aut posset aut vellet, [3] coronas

1. *Et Senatus etsi aliquanto tristior.*] Ægrè ferebat Senatus triumphari Tetricum, qui Senator erat. hinc illæ pro Tetrico deprecationes ad Claudium, cum Senatus acclamaret, *Tetricum nihil fecisse.* Idem.

2. *Quod & memoria tenet publica, & fides historica frequentavit.*] *Frequentare* etiam pro narrare posuerunt. *Casaub.*

Quod & memoria tenet publica, & fides historica frequentavit.] Cur displicuit, quod erat in prima editione? *quod & populus memoria tenet, & fides historica frequentavit.* Nam sic etiam habet Palatinus liber. *Salmas.*

3. *Coronas eum fecisse de panibus, &c.*] Panes varia figura fingebantur: isti coronæ speciem referebant. similes panes jam olim in quibusdam Romanis sacris Lactantius libro primo, cap. XXI. *Casaub.*

Coronas eum fecisse de panibus, qui nunc siliginei vocantur, &c.] Quando primum cœperit distribui populo Romano panis, loco frumenti, video dubitare doctissimos viros, quin immo errare, dum ejus moris originem repetunt à Trajano. Nos ejus rei auctorem fuisse primum Aurelianum docemus ex hoc loco. Quæ enim alia mens horum verborum? *Coronas eum fecisse de panibus qui nunc siliginei dicuntur, & singulis quibusque donasse.* Et sequitur apud Vopiscum: *Nam idem Aurelianus & porcinam carnem pop. Romano distribuit, quæ hodieque dividitur.* Primus igitur Aurelianus, ut porcinam, sic panem quoque populo distribuit. & confirmat Zosimus his verbis: Ἐπὶ τούτοις καὶ ἄρτων δόσεις τῷ Ῥωμαίων ἐπήγαγε δήμῳ. Bilibres primum fuisse factos panes, qui populo distribuebantur, ex hoc loco discimus. sic viginti quattuor uncias panis quotidie accipiebant singuli populares. addidit postea unciam idem Aurelianus. addidere vero etiam sequentes principes, & usque ad triginta sex uncias panium pondus processit. & plures panes minores dari cœperunt. ita ut sex panes quotidie darentur singulis popularibus, quorum quisque sex uncias pendebat. ad formam panis quod attinet, sub Aureliano, qui primus auctor præbendorum panium fuit, in modum coronæ fuisse docemur hoc Vopisci loco. buccellas vocarunt illos civiles panes. Græci recentiores ψωμία appellarunt. Præterea sciendum est panem qui illo tempore coquebatur, fere intra sex uncias stetisse. panis militaris, hoc est buccellatum ejusdem ponderis erat. paramares quoque panes habebant idem pondus. sic *paxamas*, & *buccella* idem erat: restat ut dicamus de nomine, quare *gradiles* vocarentur. quod de gradibus & in gradibus distribuerentur, sic vocatos esse audias vulgo jactari. sed ubi gradus illi? in iisdem

plane

nas cum feciſſe de panibus [1] qui nunc ſiliginei vocantur, & ſingulis quibuſque donaſſe : [2] ita ut ſiligineum ſuum [1] quo-

plane gradibus, quibus olim congiaria populo dabantur, & miſſilia omne genus ſpargebantur, in iis ipſis gradibus, panes etiam erogabantur. hæc autem fieri moris erat in amphitheatri gradibus, ut omnes ſciunt. hinc illæ locutiones, *de gradibus*, *in gradibus*, & *gradibus* panem diſtribuere, pro hominibus qui ſunt in gradibus. & diſtincti erant *gradus* popularium, & militarium, equeſtrium & ſenatorum. non diſſimulandum, cum ex Conſtantini inſtituto, annonæ civicæ populo in urbe Conſtantinopolitana itidem, ut Romæ erogarentur, erogationem eam non in circo aut amphitheatri gradibus, ſed in foro fieri ſolitam. ibi enim populus per gradus diſtinctus, & per turmas diviſus, cum in ſuo quiſque loco & gradu adſtaret, panes illos civiles, qui de publico dabantur, accipiebat. haud ſecus atque in amphitheatro unuſquiſque popularium in ſuo gradu ac loco ſtabat, ne quid confuſionis eſſet. ſic etiam interpretor verſum Prudentii de his panibus gradilibus :

Quæ regio gradibus vacuis jejunia dira
Suſtinet, aut quæ Janiculo mola mota
quieſcit.

Singularum enim urbis regionum populares ſua loca ibi adſignata habebant & gradus ſuos diſtinctos. & hoc eſt quod ait, nullius regionis gradus in foro vacuos fuiſſe, ſed omnes ſcilicet repletos. quo ſignificat omnibus panes erogatos eſſe. *Salmaſ.*

1. *Qui nunc ſiliginei vocantur.*] Inter panes Romæ laudatos ſiligineus fuit. Fuit Romæ piſtorum corpus in hoc pane conficiendo occupatorum, qui ſiliginarii dicebantur. *Caſaub.*

Qui nunc ſiliginei vocantur.] *Mundas buccellas* vocat lex IIII. Cod. Theod. de annonis civicis & pan. grad. hoc eſt ſiligineas. nam mundus panis eſt ſiligineus. cui opponitur ſordidus & ſecundarius. *Salmaſ.*

2. *Ita ut ſiligineum ſuum quotidie toto ævo ſuo unuſquiſque reciperet.*] Διασωιζομένους ἄρτους ejuſmodi vocabant, quos unuſquiſque toto ævo ſuo percipiebat, & poſteris ſuis tranſmittebat. nec aliter panis ille gradilis & civicus diſtribuebatur, quam per teſſeras. acceptis teſſeris ad forum ibant populares, & ibi iiſdem oſtenſis, panem quiſque ſuum accipiebant. hinc κηλαμηφορεῖν apud Themiſtium de his qui teſſeras ſuas & κηλάμους ad forum portabant ut panes acciperent ibidem de gradibus erogandos. locus eſt apud eum in oratione IV. Δαπανῶ μὲ γὰρ πυρὸς βασιλικὸς οὐκ ἐν σιθφυλακίῳ ἐν δημοσίῳ, &c. καὶ πόσους ὅσοι κηλαμηφορεῖν ὄρθριοι ἐπὶ τὰς ἀρχάς. Loquitur de omnibus qui annonas civicas percipiebant, & mane ad ἀρχὰς veniebant, & teſſeras ſuas afferebant panem accepturi. Nunc videamus quænam illæ ſint ἀρχαὶ apud Themiſtium, & ubi fuerint. ἀρχὴ, vel ὁρμὴ eſt ſeptum, vel tabulatum. Et ſciendum in medio Conſtantinopolitano foro quod γυψεῖον, vel Αὐγυσταῖον vocabant, ſepta de lignis fuiſſe conſtructa, & in his gradus diſpoſitos, haud ſecus atque in theatro & amphitheatro, in quibus populus per ordines diviſus ſtabat ut exciperet miſſilia quæ à principibus & conſulibus ſpargebantur : nummos ſcilicet, & teſſeras quoque panarias. nam & teſſeras quoque jaciebant. in illis ſeptis & ἀρχαῖς locum quiſque ſuum obtinebat à præfecto urbis ſibi adſignatum. ab illis igitur ipſis gradibus, populo in iiſdem ſeptis ſtanti dividebantur quotidie in urbe Conſtantinopolitana annonæ civicæ. & illa ipſa ſunt ſepta, quæ ἀρχαῖαι Themiſtio vocantur, ad quas quotidie mane ventitabat plebs κηλαμηφορεῖα, hoc eſt calamos, vel teſſeras ferens, ut panes acciperet. hos panes Græci παλαιὸν ἄρτον & πε-

[1] quotidie toto ævo suo, & unusquisque reciperet, & posteris suis dimitteret. [2] Nam idem Aurelianus & porcinam carnem populo Rom. distribuit, quæ hodieque dividitur: leges plurimas sanxit, & quidem salutares: sacerdotia composuit, [3] templum Solis fundavit, [4] & pontifices roboravit. [5] Decrevit etiam emolumenta fartis tectis [1] & mi-

λιτικὰς vocant: Latini *annonas civicas*. *Idem.*

1. *Quotidie toto ævo suo.*] *Suo* dixit pro illius, nempe Aureliani. *Casaub.*

2. *Nam idem Aurelianus & porcinam carnem pop. Rom. distribuit.*] Τὸ *nam* locum nullum habet. scrib. *Jam idem* A. aut superioribus connectendum aliqua alia mutatione. Porcipam autem populo gratis fuisse distributam ab Aureliano, significant & Victores ambo, sed obscurè. *Idem.*

3. *Templum Solis fundavit.*] Aurelianus Emissæ cum esset, eam formam numinis illic reperit, quam sibi faventem in prælliis viderat. itaque templa ibi posuit, & Romæ postea templum magnificentissimum Soli ædificavit. qua forma solem coluerint Emisseni, supra nobis dictum. sub ingentis enim saxi effigie cum colebant, atque inde Elagabalus dicebatur, hoc est *Deus mons*, vel *Deus montis*. Salmas.

Templum solis fundavit, & pontifices roboravit.] Bene Scaliger noster, *& porticibus roboravit.* addatur c. 48. *Grut.*

4. *Et Pontifices roboravit.*] Quænam ista roboratio Pontificum? roborata tamen hæc lectio, & firmata veterum omnium librorum auctoritate & consensu. nec dubium est quin de Pontificibus Solis loquatur. sed quo sensu roboraverit illos Aurelianus quæramus. puto salariis, privilegiis, & reditibus opimis annuis eos ditasse & muniviſſe. atque id indubitate verum est. Sequitur enim: *Decrevit etiam emolumenta architectis & ministris.* Quæ verba indicant quo sensu roboratos ab Aureliano Pontifices dixerit. in eadem plane significatione, verbum *solidare* posuit Cassiodorus, qua Vopiscus *roborare*. atque inde *solidare* pro mercede conducere, & *solidum* pro mercede apud recentiores. & *solidati*, milites mercenarii. sic eodem plane sensu *fulcire* scriptum legitur in Cod. Theod. sic enim *stipendiis fulciri* dicitur, ut roborari & solidari. roborare Pontifices igitur hoc loco nihil aliud est, quam stipendiis & emolumentis & amplis reditibus fulcire. *Salm.*

5. *Decrevit etiam emolumenta architectis & ministris.*] Architectis emolumenta auxit decreto suo, non primus instituit Aurelianus. semper enim inter artifices quibus aliquam vacationem munerum graviorum conditio tribuit, habiti sunt architecti, ut constat vel ex lege VI. Dig. De jure immunitatis. *ministros* hic accipio, eos qui in disciplinatum se tradiderunt architectis: nam istis decreta invenio quædam emolumenta, non quibuslibet eorum ministris. *Casaub.*

Decrevit etiam emolumenta architectis, & ministris.] Auxisse volunt non instituisse salaria architectis Aurelianum. hic locus sic conceptus est, ut fit necesse eum accipere, non de architectis in universum, sed de solis templi Solis architectis. & recte Palatinus liber, *fartis tectis* scriptum exhibet, pro *architectis*. quam lectionem veram esse non dubito. fartis tectis igitur templi Solis emolumenta constituit Aurelianus. addit Vopiscus, *& ministris*. ubi ministros possumus interpretari, qui fartorum tectorum procurationem haberent. *fartitectores* pro iis qui farta tecta curabant, posuit Isidorus in Glossis. *Sartitector, qui tecta resarcit.* Salmas.

Decrevit etiam emolumenta architectis & ministris.] Palat. *fartis tectis.* Grut.

[1] & ministris. His gestis, ad Gallias profectus, Vindelicos obsidione Barbarica liberavit: deinde ad Illyricum rediit, [2] paratoque magno potiùs quàm ingenti exercitu, Persis, quos eo quoque tempore quo Zenobiam superavit, gloriosissimè jam vicerat, bellum indixit. Sed quum iter faceret, [3] apud Cænophrurium, mansionem quæ est inter Heracliam & Byzantium, [4] malitia notarii sui, & manu Mucaporis interemptus est. Et causa occidendi ejus quæ 36
fuerit, & quemadmodum sit occisus, ne res tanta lateat, brevi edisseram. Aurelianus, quod negari non potest, severus, truculentus, sanguinarius fuit princeps. Hic quum usque eò severitatem tetendisset, [5] ut & filiam sororis occideret, [6] non in magna neque satis idonea causa, jam primùm

1. *Et ministris.*] Pontificibus & ministris templi Solis emolumenta decrevit Aurelianus. in ordine autem sacrorum, ut supremi Pontifices, sic infimi ministri. unde auctoratos eos in tertia jura esse dixit eleganter Manilius lib. v.

Quos potius finget ortus quam templa colentes,
Atque auctoratos in tertia jura ministros.

Nam primi Pontifices, secundi Sacerdotes, tertio in ordine ministri, hoc est τεταγμένοι. aliquando tamen *Pontifices* & *Sacerdotes* confunduntur. ut hoc loco Pontificum & ministrorum tantum meminit. sic igitur erant ordines in templis apud veteres, deorum ministerio deputati, Pontifices & ministri. utrumque genus privilegiis munivisse & salariis emolumentisque cohonestasse dicitur: hoc loco Aurelianus; si quidem de Pontificibus in universum, & ministris omnium deorum accipiamus. sed de Solis Pontificibus & ministris intelligi tantum præstat. *Salmas.*

2. *Paratoque magno potiùs quàm ingenti exercitu.*] *Magno* refer ad robur animi & fortitudinem, *ingenti* ad numerum militum. *Casaub.*

Paratoque magno potius, quam ingenti exercitu.] *Ingentem exercitum* hoc vocat Vopiscus, quem Vegetius grandem. lib. III. cap. I. Grammatici, *grande* & *magnum* ita distinguunt, ut grande sit incremento, magnum amplitudine. sic *ingens*, hoc loco est, incremento. *Salmas.*

3. *Apud Cænophrurium, &c.*] Vulgò locum illum vocabant, non Cœnophrurium, sed Cœnophlorium. *Casaub.*

Apud Cænophrurium mansionem.] Καινὸν Φρούριον, si bene memini, vocat Plutarchus in Lucullo. Itinctarium Antonini: *Cenophrurio.* κενὸν χωρίον perperam pro καινὸν Φρούριον apud Polybium editum est: qui munitissimum hoc fuisse castellum scribit, & in eo gazam suam Mithridatem habuisse. *Salm.*

4. *Malitia notarii sui.*] Aurelius Victor: *Ministri fidelere cui secretorum officium crediderat.* Ut & Vopiscus mox, *Mnesitheum quendam, quem pro notario secretorum habuerat.* Græci non Mnesitheum hunc nominant, sed Erotem Zosimus. *Casaub.*

5. *Ut & filium sororis occideret.*] Victor alter, sive vulgaris: *Fuit savus & sanguinarius, & trux omni tempore: etiam filii sororis interfector.* Sed vide quæ supra hoc scribit mox Vopiscus. *Idem.*

6. *Non in magna, neque satis idonea causa.*] *Non in magna, neque in satis idonea causa.* Salmas. Antiqui

mùm in odium ſuorum venit. Incidit autem, ut ſe res fataliter agunt, ut [1] Mneſtheum quendam quem pro notario ſecretorum habuerat, libertum, ut quidam dicunt, ſuum, infenſiorem ſibi minando redderet, quòd neſcio quid de quodam ſuſpicatus eſſet. Mneſtheus, qui ſciret Aurelianum neque fruſtra minari ſolere, neque ſi minaretur, ignoſcere, [2] breve nominum conſcripſit, mixtis iis quibus Aurelianus verè iraſcebatur, cum iis de quibus nihil aſperum cogitabat, addito etiam ſuo nomine, quo magis fidem faceret ingeſtæ ſolicitudinis: ac breve legit ſingulis quorum nomina continebat: addens, diſpoſuiſſe Aurelianum eos omnes occidere; illos verò debere ſuæ vitæ, ſi viri ſunt, ſubvenire. [3] Hi quum exarſiſſent timore qui merebantur offenſam, dolorem miſcentes beneficiis atque officiis quibus Aurelianus videbatur ingratus, in ſupradicto loco iter facientem principem ſubitò adorti, inter-

1. *Mneſtheum quemdam quem pro ſecretorum notario habuerat.*] Notarium ſecretorum appellat, quem *à ſecretis* vulgo vocabant. quam vocem Græci quoque barbari uſurparunt, ἀσηκρήτης dicentes. ſed & nomen declinabile finxerunt, ὁ ἀσηκρήτης, τοῦ ἀσηκρήτου. *Idem.*

2. *Breve nominum conſcripſit.*] Scripti *brevem.* utrumque dicitur *brevis* & *breve.* Caſaub.

Breve nominum conſcripſit.] *Brevem nominum.* ita Palat. atque ita ſemper in manu exaratis libris, *brevis* potius quam *breve.* integrum eſt, *brevis libellus.* hinc adject. ſolum pro ſubſtantivo uſurpatum, & *brevis* dictus eſt parvus libellus. *Salmaſ.*

Brevem nominum conſcripſit.] Reduxi & heic, & mox infra lectionem omnem mſſ. *Grut.*

3. *Hi cùm exarſiſſent timore qui merebantur offenſam, &c.*] Lego, *Hi cùm ira exarſiſſent, timore qui merebantur offenſam, &c.* Duo hominum genera in Aurelianum conſpirarunt; boni per errorem, qui nihil in eum peccaverant; mali qui peccaverant & pœnam metuebant. *Caſaub.*

Hi quum exarſiſſent timore, qui merebantur offenſam.] Quid eſt quod ſequitur, *dolorem miſcentes beneficiis & officiis?* Palat. pro *miſcentes*, habet, *innocentes.* ſic igitur legito: *hi cum exarſiſſent timore qui merebantur offenſam, dolore innocentes, quorum beneficiis atque officiis Aurelianus videbatur ingratus.* vel: *quod beneficiis atque officiis Aurelianus videbatur ingratus.* Salmaſ.

Hi cum exarſiſſent timore qui merebantur offenſam, &c.] Lectio prava, detegitque Pal. in quo: *Hi càm exarſiſſent timore qui mereb. off. dolorem innocentes beneficiis atque officiis Aurelianus, &c.* Senſus in promptu eſt: correptos timore noxios, dolore innoxios. itaque videtur reſcribendum: *Hi càm exarſiſſent timore, qui merebantur offenſam, dolerent innocentes beneficiis atque officiis, quibus, &c.* Sed ne ſic quidem bene ſe verba habent, timor enim frigus excitat non calorem. *Grut.*

1. *Hic*

teremerunt. [1] Hic finis Aureliano fuit principi necessario magis quàm bono. Quo interfecto quum esset res prodita, & sepulcrum ingens, & templum illi detulerunt ii à quibus interemptus est. Sanè Mnestheus postea [2] surrectus ad stipitem bestiis objectus est, [3] quod statuæ marmoreæ positæ in eodem loco utrinque significant, [4] ubi & in columnis divo Aureliano statuæ constitutæ sunt. Senatus mortem ejus graviter tulit, graviùs tamen pop. Rom. qui vulgò dicebat, *Aurelianum pædagogum esse senatorum.* [5] Imperavit annis sex, minùs paucis diebus: ac rebus magnis gestis inter divos relatus est. Quia pertinet ad Aurelianum id quod in historia relatum est, tacere non debui. Nam multi ferunt Quintillum fratrem Claudii, quum in præsidio Italico esset, audita morte Claudii sumpsisse imperium. [6] Verùm postea ubi Aurelianum comperit imperare, 37

1. *Hic finis Aureliano fuit principi necessario magis quàm bono.*] Vopiscus infrà scribit: *Diocletianum frequenter dixisse, cùm Maximiani asperitatem reprehenderet, Aurelianum magis ducem esse debuisse, quàm principem.* Casaub.

2. *Surrectus ad stipitem.*] Optimè: nec audiendi scripti qui præferunt *surreptus ad pœnam.* Idem.

Surrectus ad stipitem.] Palatin. *surreptus.* ita etiam in veteri Martyrologio, *ad bestias surripi.* accedo tamen sententiæ doctissimorum virorum, qui *surrectus* præferunt. *Salmas.*

Surrectus ad stipitem.] Sic proximè etiam Pal. nempè *subreptus ad stipitem.* Grut.

3. *Quod statuæ marmoreæ positæ in eodem loco utrimque significant, &c.*] Quid illæ marmoreæ statuæ significabant, utrimque in sepulcro Aureliani positæ? Puto statuas hoc pro cippis vel columnis sive stelis sepulcralibus poni, in quibus incidebatur titulus sepulcri, & quæ mortis causa fuisset illi, qui jaceret, ut in vetustarum memoriarum inscriptionibus videmus. statuas autem Latini non semper ἀνδριάντας appellant, sed etiam columnas & cippos, & quas Græci vocant στήλας. Glossæ: *statua*, ἀνδριὰς, στήλη. titulum & cippum etiam vocaverunt. στήλη, *titulus, cippus.* Et fortasse in illis ipsis statuis, hoc est columnis statuæ Aureliano, hoc est ἀνδριάντες constitutæ sunt. nam semper in columnis statuæ ponebantur, ad sepulcra veterum. unde & columnam pro statua plerumque, ut contra pro columna statuam legimus; columnæ quippe in sepulcris raro sine statuis. sed & alias columnæ cum statuis. *Salmas.*

4. *Ubi & in columnis divo Aureliano statuæ constitutæ sunt.*] Suspecta nobis illa, *& in columnis.* Casaub.

5. *Imperavit annis sex, minùs paucis diebus.*] Vel ut alii, paucis mensibus. *Idem.*

6. *Verum postea ubi Aurelianum comperit imperare, &c.*] Ex Palat. lege: *Verum ubi postea Aurelianum comperit imperare, à toto exercitu delectum, quumque contra eum concionaretur, nec à militibus audiretur, incisis sibimet venis, &c.* Quintillus comperto Aurelianum totius exercitus consensu delectum imperatorem regnare, adversus eum apud milites

rare, à toto exercitu derelictum, quumque contra eum concionaretur, nec à militibus audiretur, incisis sibimet venis die vigesimo imperii sui periisse. Quicquid sanè scelerum fuit, quicquid malæ conscientiæ, vel artium funestarum, quicquid denique factionum, Aurelianus toto pe-
38 nitus orbe purgavit. Hoc quoque ad rem pertinere arbitror, [1] Balbati filii nomine Zenobiam, non Timolai & Herenniani, imperium tenuisse quod tenuit. Fuit sub Aureliano etiam monetariorum bellum, [2] Felicissimo rationali autore: quod acerrimè severissimeque compescuit, [3] septem tamen millibus suorum militum interemptis: ut epistola docet missa ad Ulpium Crinitum ter consulem, qui eum antè adoptaverat. *Aurelianus Augustus Ulpio patri.* [4] *Quasi fatale quiddam incessit*, [*] *ut omnia quæcunque gessero,*

omnes

milites concionabatur: sed quum nihil proficeret, nec à militibus audiretur, ipsemet sibi venas incidit. *Salmas.*

1. *Balbati filii nomine Zenobiam non Timolai & Herenniani imperium tenuisse.*] Hoc addit Vopiscus; quia sciebat Trebellium Pollionem qui historiam XXX. tyrannorum non multò antè ediderat, nihil de hoc Balato dixisse. Ubi autem istum invenerit, & ex quo auctore indictum aliis omnibus Zenobiæ filium Vopiscus eruerit, ipse viderit. equidem cum Trebellio sentio: qui sciam Græcos ac Latinos ferè omnes non aliter olim prodidisse. *Casaub.*

Balbati filii nomine Zenobiam non Timolai.] Non *Balati* vel *Balbati* heic legendum, sed *Babalati*, ut præfert Palatinus: aut *Vabalati*, quod idem est. non esse commentitium hoc nomen possumus esse certi ex nummis Aureliani in quibus Οὐαβάλαθος cusum est. hoc est *Vaballathus*. ego arbitror illum Vabalathum cujus in nummis Aureliani mentio, hunc esse Vopisci Vabalathum Zenobiæ filium. quem enim alium Vabalathum devicit Aurelianus? & nec tandum est sentire Vopiscum non duos filios Zenobiæ, sed unicum Vabalathum extitisse. filium autem Babalathum potius quam Zenobiam ipsam in nummis ideo effigiari voluit Aurelianus, quod fœminæ mentionem minus sibi gloriosam putaret. *Salmas.*

Balbati filii nomine.] Pal. *Babalati*, ut sine dubio rescribi debeat *Babalati*; de quo nomine argutè Casaubonus noster. *Grut.*

2. *Felicissimo rationali auctore.*] Magna hallucinatio magni Jurisconsulti, qui non inspecto hoc Vopisci loco scripsit Victorem, Vopiscum, Eutropium & Suidam scribere monetarios Felicissimo interfecto adversus Aurelianum bellum intestinum movisse. nam Aurelius Victor & hic Vopiscus contra scribunt, auctore Felicissimo seditionem illam motam. quod & epistola Aureliani à Vopisco inserta, verum esse vincit. *Salmas.*

Felicissimo rationali auctore.] Auctor Græcus apud Suidam qui Eutropii historiam in Græcum transtulit, rationalem, τὸν ἀρχοντα μονητηρίων vertit. *Idem.*

3. *Septem tamen millibus suorum militum interemptis.*] Vide Aurelium Victor. & Eutropium. *Casaub.*

4. *Quasi fatale quiddam incessit.*] Sic corrige: *Quasi fatale quodammodo mihi*

fit,

omnes motus ingraveſcant. Ita enim ſeditio intra murana bellum mihi graviſſimum peperit: monetarii autore Feliciſſimo ultimo ſervorum, cui procurationem fiſci mandaveram, rebelles ſpiritus extulerunt. [1] *Hi compreſſi ſunt,* [2] *ſeptem millibus* [3] *Hiberorum* [4] *Riparienſium & Caſtrianorum &* [5] *Daciſcorum interemptis. Unde apparet nullam mihi à diis immortalibus datam ſine difficultate victoriam.* [6] Tetricum triumphatum correctorem Lucaniæ 39

ſit, ut omnia quæcunque geſſero, omnes motus ingraveſcant, ita ſeditio intramurana bellum mihi graviſſimum peperit. monetarii auctore Feliciſſimo, ultimo ſervorum, &c. Salmaſ.

Quaſi fatale quiddam ineſſet, &c.] Pal. *quiddam miniſſi*, ut pareat locum non ſatis integrum. *Grut.*

* *Ut omnia quæcunque geſſero omnes motus ingraveſcant.*] *Ingraveſcere* heic notabis agendi notione poſitum, pro *ingravare*. ſic *graveſco* pro *gravo*. ſic apud recentiores, *innoteſco* eſt notum facio. ſic *inſueſco* pro inſuefacio apud Horatium. & *conſueſcit*, pro conſuefacit, Prudentio. *Salmaſ.*

1. *Hi compreſſi ſunt ſeptem millibus Hiberorum, Riparienſium, & Caſtrianorum.*] Vetus liber habuit, *Jembariorum*. ego ex *Jembariorum*, minima mutatione *Lembariorum* facio, & Lembarios accipio Claſſicos milites. claſſium enim duo erant genera, unum maris, alterum fluminum. in mari liburnis, in fluminibus lembis vel luſoriis utebantur. nam in fluminibus limitaneis habebant Romani luſorias vel lembos, & in his milites claſſicos, ad tuendum limitem, quos nunc *Lembarios* vocat Aurelianus. de luſoriis Danubianis mentio apud Vegetium lib. & cap. ultimis. *Idem.*

2. *Septem millibus Hiberorum & Riparienſium.*] Immiſimus copulam volente Palatino. interim tamen illud *Hiberorum* falſum eſt: ejuſque loco habet idem liber: *Iembariorum*. Grut.

3. *Hiberorum, Riparienſium, & Caſtrinorum & Daciſcorum.*] Malè hunc locum accipiunt eruditi viri, qui putant hæc nomina eſſe populorum quos Aurelianus bello monetariorum attriverit. falluntur: nam contrà, hi ſunt qui in Urbe pro imperatore ſuo pugnantes, à rebellibus monetariis ſunt interemti. Hiberos igitur intellige, qui in prætorianis legionibus, vel aliis, aut inter auxiliares merebant: ſic & cætera nomina accipe. Legionum Riparienſium ampla mentio eſt in Notitia imperii. unde eorum claret error, qui ſine diſtinctione legunt hoc loco, *Hiberorum Riparienſium*. qui ripam inhabitant, riparii dicuntur: & legiones quæ prætendebant apud riparios dictæ riparienſes. *Caſaub.*

4. *Riparienſium, & Caſtrianorum.*] Riparienſium, & Caſtrianorum meminit codex Theodoſianus leg. ult. *de re militari.* ſed Caſtriciani ibi nominantur. *Salmaſ.*

5. *Daciſcorum.*] Daciſcos heic vocat, qui Daci Hygino dicuntur, & inter auxiliares ab eodem referuntur. equites autem fuiſſe iſtos Daciſcos alibi oſtendemus. *Idem.*

6. *Tetricum triumphatum correctorem Lucaniæ fecit.*] Zoſimus: Τέτριον ὕστερον διωκημένον, Τίτελλον δὲ ἄλλως ὑπατεύσαντος ὃ σὺν πάσῃ ῥᾳθυμίᾳ, κ' τῷ ἀξίωμα μετῆλθεν. Nihil aliud illa verba ſignificant, quam nullo negotio victum Tetricum, utpote qui ſe ipſe dediderit, & cum eo pro dignitatis ſuæ merito egiſſe Aurelianum. & μετῆλθεν eſt verbum τῆ μέτου, quod in bonam malamque partem poteſt accipi. κ' τῷ ἀξίωμα igitur μετῆλθε Tetricum Aurelianus, qui eum victum triumphatumque correctorem Lucaniæ fecit, filio ejus in ſenatu manente. *Idem.*

1. *Teu-*

caniæ fecit, filio ejus in senatu manente. [1] Templum Solis magnificentissimum constituit: muros urbis Romæ sic ampliavit ut quinquaginta propè millia murorum ejus ambitus teneant. [2] Item quadruplatores ac delatores ingenti severitate persequutus est: tabulas publicas ad privatorum securitatem exuri in foro Trajani semel jussit. [3] Amnestia etiam sub eo delictorum publicorum decreta est de exemplo Athenienſium: cujus rei etiam Tullius in Philippicis meminit. Fures provinciales repetundarum ac peculatus reos ultra militarem modum est persequutus, ut eos ingentibus suppliciis cruciatibusque puniret. In templo Solis multum auri gemmarumque constituit. Quum vastatum Illyricum ac Mœsiam deperditam videret, [4] provinciam trans Danubium Daciam à Trajano constitutam sublato exercitu & provincialibus reliquit, desperans eam posse retineri: abductosque ex ea populos,

[1] in

1. *Templum Solis magnificentissimum posuit.*] De hujus templi donariis mox Vopiscus aliquid, & plura alii scriptores. *Casaub.*

Templum Solis magnificentissimum constituit.] Dixit ante Vopiscus matrem Aureliani sacerdotem fuisse in templo Solis. si nomen illius urbis teneremus, absque dubio sciremus patriam Aureliani. sed cum eum Pannonium fuisse scribat Vopiscus, urbs aliqua Pannoniæ quærenda est, in qua templum Solis esset positum, & ejus Dei cultus frequentatus. Syrmii quidam eum ortum esse dixerunt. si verum est, non dubito quin Syrmii fuerit templum Solis & in eo templo sacerdos mater Aureliani. in omni autem Illyrico frequens fuit cultus Solis vel Apollinis quem Belenum vocabant. hinc verisimili conjectura colligo matrem Aureliani Beleni sacerdotem fuisse, nec enim alium Deum Pannonii venerabantur, & omnes Illyrici, quam Belenum, qui & Sol & Apollo. Belenus igitur Illyricorum Deus, & Mithra Persarum, ejusdem formæ & habitus fuerint oportet. sciendum tamen est Persicum illum Mithram Aureliani ætate & longe ante Aurelianum, haud minus in Occidente quam Oriente fuisse cultum, & templa vulgo habuisse, & sacra ejus passim ab omnibus accepta & frequentata, quæ Mithriaca dicebantur. quare verisimile est in aliquo templo Solis Mithræ sacerdotem fuisse Aureliani matrem. & à Persis sacra Mithriaca & omnem illius Dei cultum acceperunt Romani Græcique. atque hoc fortasse verius quam de Beleno. *Salmas.*

2. *Item quadruplatores ac delatores ingenti, &c.*] Vide Aurelium Victorem. *Casaub.*

3. *Amnestia etiam sub eo, &c.*] Addit Victor: *Atque ad Græciæ morem decreta abolitione.* Idem.

4. *Provinciam trans Danubium Daciam à Trajano, &c.*] Vide Sextum Rufum. *Idem.*

Provinciam trans Danubium.] Palatinus *transdanuvinam*, rectè. *Grutenus.*

1. *In*

[1] in Mœsiam collocavit, [2] appellavitque suam Daciam, quæ nunc duas Mœsias dividit. Dicitur præterea hujus fuisse crudelitatis ut plerisque senatoribus simulatam ingereret factionem conjurationis ac tyrannidis, quò facilius eos posset occidere. Addunt nonnulli, filium sororis, non filiam, ab eodem interfectum: [3] plerique autem etiam filiam sororis. Quàm difficile sit imperatorem in locum boni principis legere, & senatus sanctioris gravitas probat, & exercitus prudentis autoritas. Occiso namque severissimo principe, [4] de imperatore deligendo exercitus retulit ad senatum, idcirco quòd nullum de his faciendum putabat qui tam bonum principem occiderant. Verùm senatus hanc eandem delectionem in exercitum refudit, sciens, non libenter jam milites accipere imperatores eos quos senatus elegerit. Denique id tertiò factum est, ita ut per sex menses imperatorem Romanus orbis non habuerit, omnesque judices ii permanerent quos aut senatus aut Aurelianus elegerat, [5] nisi quòd [*] proconsulem Asiæ Falconium

1. *In Mœsiam collocavit, appellavitque suam Daciam, quæ nunc duas Mœsias dividit.*] Atqui Daciam Aureliani nusquam invenimus nominatam: cùm tamen aliter hunc locum interpretari non possimus. *Casaub.*

2. *Appellavitque suam Daciam quæ nunc duas Mœsias dividit.*] Eutropius hunc locum describens, sic eum retulit: *appellavitque eam Daciam, quæ nunc duas Mœsias dividit.* Aurelianus eam Mœsiam vel eam partem Mœsiæ, in quam transtulit Daciæ provinciales, Daciam nominavit. libenter autem legerim: *appellavitque eam Daciam*, pro *suam*. Nisi dicamus Aurelianum suam vel Aureliani Daciam appellavisse, quod ipso vivo tantum obtinuit. vel cum de ea loqueretur, suam Daciam appellare consuevisse. eam vero Aureliani Daciam, quæ inter duas Mœsias, recentiores in duas provincias diviserunt: feceruntque *Daciam mediterraneam*, quæ interior esset, & longius à ripa Danubii remota, & *Daciam Ripensem*, quæ ad ripam Danubii attingeret. *Salmas.*

3. *Plerique autem filiam sororis.*] Melius libri veteres: *plerique autem filium etiam sororis.* Rettulit supra Vopiscus levi de causa Aurelianum filiam sororis occidisse, ex plurium auctorum scilicet sententia. heic vero refert ex quorumdam filium sororis eum occidisse non filiam. addit autem, & auctores esse, qui scribant etiam filium occidisse, & eam plerorumque esse sententiam, & filiam sororis, & filium interfectos ab Aureliano. *Idem.*

4. *De imperatore deligendo, &c.*] Vide Aurelium Victorem. *Casaub.*

5. *Nisi quod proconsulem Asiæ Falconium in locum Aurelii Fusci delegit.*] Palatinus, *nisi quod proconsule Asiæ Falconius Probus, in locum Avellii Fusci.* subaudiendum, *delectus est*, vel *factus est*, aut *creatus*. Recte autem Falconium Probum eædem membranæ exhibent, ut & Atellium Fuscum. *proconsule*, pro

pro-

41 conium [1] in locum Aurelii Fusci delegit. Non injucundum est ipsas inserere literas quas ad senatum exercitus misit. *Felices ac fortes exercitus senatui populoque Romano. Aurelianus imperator noster per fraudem unius hominis,* [2] *&* [3] *per errorem bonorum ac malorum, interemptus est. Hunc inter deos referte, sancti & domini* P. C. *& de vobis aliquem, sed dignum vestro judicio, principem mittite. Nos enim de iis qui vel erraverunt vel malè fecerunt, imperare nobis neminem patimur.* [4] Rescriptum est senatusconsulto, [5] Quum die tertio nonas Febr. senatus amplissimus in curiam Pompilianam convenisset, Aurelius Gordianus consul dixit: *Referimus ad vos* P. C. *literas exercitus felicissimi.* Quibus recitatis [6] Aurelianus Tacitus primæ sententiæ senator ita loquutus est, (hic autem est qui post Aurelianum sententia omnium imperator est appellatus) [7] *Rectè atque ordine consuluissent dii immortales* P. C. *si boni principes ferro inviolabiles extitissent, ut lon-*

procensul, ut alibi passim apud auctores. *Salmas.*

* *Procensulem Asiæ Falconium Probum in locum, &c.*] Illud *Probum* est à Palatino, qui tamen habebat alio casu, *procensule Asiæ Falconius Probus in locum.* Gruterus.

1. *In locum Aurelii Fusci delegit.*] Nempe senatus. pro *Aurelii*, alii libri *Arellii*. scripta lectio, *Asilli*. Casaub.

In locum Arellii Fusci.] Sic iterum Palatinus noster, & adstipulantur aliorum mss. quare abjeci rursus vulgatum *Aurelii*. Grut.

2. *Et per errorem bonorum & malorum.*] Excidit omnino necessaria vox: *per errorem bonorum & malorum facinus*, vel *factum*. Sequitur enim post paulo: *Nos enim de iis, qui vel erraverunt, vel male fecerunt, imperare nobis neminem patimur.* erraverunt boni, malefecerunt mali. hoc est igitur quod heic vocat, errorem bonorum, & malorum facinus. *Salmas.*

3. *Per errorem bonorum ac malorum.*] Videtur posse ferri, quia præcedit, *fraude unius hominis*. Casaub.

4. *Rescriptum est senatusconsulto.*] *Rescriptum ex senatusconsulto.* nam ex sententia Aurelii Taciti factum senatusconsultum, qui censuit rescribendum exercitui, & ad eum referendum de imperatore deligendo. *Salmas.*

5. *Cùm die tertio nonas Febr.*] Palat. *cùm die tertia nonarum Februarium.* Gruterus.

6. *Aurelianus Tacitus.*] Membranæ *Aurelius Tacitus.* sed neque Aurelianus, neque Aurelius dictus est Tacitus, verum Claudius. *Casaub.*

Aurelianus Tacitus.] Palat. *Aurelius*: sed nec sic loco sua sit medicina. *Grut.*

7. *Recto ordine consuluissent dii, &c.*] Scribe, *Rectè atque ordine, &c.* sic in Probo. *Casaub.*

Recto ordine consuluissent Dii.] Casaubon. *recte atque ordine.* sic Græci, ὀρθῶς τε καὶ κατὰ λόγον. hoc est, *recte atque ordine.* Salmas.

Recta atque ordine.] Hæc est lectio omnium scriptorum; quæ nullo negotio mutabitur in formulam communem: *Recte atque ordine.* Grut.

1. *Vive-*

longiorem ducerent vitam: neque contra eos aliqua esset potestas iis qui neces infandas tristissima mente concipiunt. [1] *Viveret enim princeps noster Aurelianus,* [2] *quo neque utilior fuit quisquam. Respirare certè post infelicitatem Valeriani, post Gallieni mala, imperante Claudio cœperat nostra Respublica:* [3] *at eadem reddita fuerat Aureliano toto penitus orbe vincente. Ille nobis Gallias dedit: ille Italiam liberavit:* [4] *ille Vindelicis jugum Barbaricæ servitutis amovit.* [5] *Illo vivente Illyricum restitutum est, redditæ Romanis legibus Thraciæ. Ille (proh pudor) Orientem fœmineo pressum jugo in nostra jura restituit: ille Persas insultantes adhuc Valeriani nece, fudit, fugavit, oppressit. Illum Saraceni, Blemyes,* [6] *Axomitæ, Bactriani, Seres, Hiberi, Albani, Armenii, populi etiam Indorum, veluti præsentem penè venerati sunt deum. Illius donis quæ à Barbaris gentibus meruit, refertum est Capitolium: quindecim millia librarum auri ex ejus liberalitate unum tenet templum, omnia in urbe fana ejus micant donis. Quare P.C. vel deos ipsos jure convenio, qui talem principem interire passi sunt, nisi forte secum eum esse maluerunt. Decerno igitur divinos honores:* [7] *id quod vos omnes existimo esse facturos. Nam de imperatore deligendo ad eundem exercitum censeo esse referendum. Etenim in tali genere sententiæ, nisi fiat quod dicitur, & electi periculum erit, & eligentis invidia.* Probata est sententia Taciti: attamen [8] quum iterum atque iterum mitterent, ex s.c. quod in Taciti vita dicemus, Tacitus factus est imperator. Aurelianus filiam solam reliquit, cujus posteri 42 etiam

1. *Viveret enim princeps noster Aurelianus.*] *Viveret enim princeps Aurelianus.* ita Palatinus. *Salmas.*

2. *Quo neque utilior quisquam.*] Deest aliquid, cùm hoc similive modo scripsisset auctor: *neque fortior, neque utilior quisquam.* Casaub.

3. *At eadem reddita fuerat Aureliano toto penitus orbe vincente.*] Non male idem Palatinus: *ad eadem reddita fuerat.* Ait rempublicam ad eadem redditam fuisse victoriis Aureliani, hoc est in eumdem statum restitutam, quo prius fuerat ante infelicitatem Valeriani, & Gallieni luxuriam. *Salmas.*

4. *Ille Vindelicis jugum barbaricæ, &c.*] Pal. *inde Vindelicis.* Grut.

5. *Illo vivente Illyricum restitutum est.*] Lege, *illo vincente.* Salmas.

6. *Axomitæ.*] *Exomitæ,* Pal. *Idem.*

7. *Id quod vos existimo esse facturos.*] *Idque vos existimo esse facturos.* Idem.

8. *Cùm iterum atque iterum mitterent.*] Pro *misissent.* nam tempora licenter confundebant. sic paullò post *pervenire,* pro perventuros esse. *Casaub.*

etiam nunc Romæ sunt. [1] Aurelianus namque proconsul Ciliciæ, senator optimus, sui verè juris vitæque venerabilis qui nunc in Sicilia vitam agit, ejus est nepos. [2] Quid hoc esse dicam, tam paucos bonos extitisse principes, quum jam tot Cæsares fuerint? Nam ab Augusto in Diocletianum Maximianumque principes, quæ series purpuratorum sit, [3] index publicus tenet. Sed in his optimi, ipse Augustus, [4] Flavius Vespasianus, Titus Cocceius Nerva, divus Trajanus, divus Adrianus, Pius & Marcus Antonini, Severus Afer, Alexander Mammææ, divus Claudius & divus Aurelianus. [5] Valerianus enim quum optimus fuerit, [6] ab omnibus infelix apparuit. [7] Vides quæso quàm pauci sint principes boni, ut bene dictum sit [8] à quodam mimi-

1. *Aurelianus namque proconsul Ciliciæ.*] Id est, qui aliquando fuit proconsul Ciliciæ. *Idem.*

Aurelianus namque proconsul Ciliciæ.] *Proconsulem* dixit, qui erat *Proconsularis*. nam proconsulares, qui proconsulatum gesserant ita dicebantur, ut consulares, qui consulatum. vide Ammianum lib. XXVIII. Græci, ἀπὸ ἀνθυπάτων vocant. ut consulares, ἀπὸ ὑπάτων forte scribendum hoc loco, *exproconsul Ciliciæ*. Salmas.

2. *Quid hoc esse dicam, &c.*] Confer digressionem hanc cum alia similis argumenti apud Ælium Lampridium in Alexandro Severo. *Casaub.*

3. *Index publicus tenet.*] Fasti, qui publicis Actis continebantur. *Idem.*

4. *Flavius Titus.*] Prior vox addita favente Palatino. malè antea deerat publicatis. nam de industriâ duobus nominibus unumquemque Imperatorem insigniit auctor. *Grut.*

5. *Valerianus enim quum optimus fuerit, ab omnibus infelix apparuit.*] Arguit lectionem, ceu minus sanam Pal. in quo: *Valerianum enim cum optimus fuerit, ab omnibus infelicitas paruit.* forte *separavit*; ut *ab omnibus*, referatur ad *bonis Imperatoribus*. nisi potius fuit; *ab optimis*. Idem.

6. *Ab omnibus infelix apparuit.*] *Ab omnibus*, pro ab omni parte. *Casaub.*

Ab omnibus infelix apparuit.] *Ab omnibus infelicem* dixit, quem alius *omnia infelicem* dixisset. sic in titulo sepulcri Censorini apud Trebellium, FELIX, OMNIA. INFELICISSIMVS. IMPERATOR. *Salmas.*

7. *Vides quæso, &c.*] Scribe, *Vide quæso*, vel *Viden', &c.* Casaub.

Vides quæso.] Maluerim, *Videsis quæso*. Grut.

8. *A quodam mimico scurra.*] *Mimicus scurra* Vopisco, qui *scurra mimarius* Spartiano. *mimicus* etiam scurra dicitur Capitolino. Græcis μιμολόγος. Latini urbicos & urbicarios etiam appellant, & exodiarios & Atellanos. etsi enim non ignorem quid distent Atellanæ & mimi, recentiores tamen confudisse videntur. unde *exodiarius* pro mimo vel mimico scurra apud Ammianum, lib. XXVIII. Juven.

Urbicus exodio risum movet Atellana.

Exodium enim exitum significat. unde *ad exodium vitam perducere*. exodiarii olim proprie Atellani. postea vero, ut dixi pro mimis vel mimicis scurris. *Salmas.*

A quodam mimico scurra Claudii, hujus temporibus.] Vitiosa manifeste distinctio,

mimico scurra Claudii, hujus temporibus, *In uno anulo bonos principes posse perscribi atque depingi.* At contrà, quæ series malorum? ut enim omittamus Vitellios, Caligulas & Nerones, quis ferat Maximinos & Philippos, atque illam inconditæ multitudinis fæcem? Tametsi Decios excerpere debeam, quorum & vita & mors veteribus comparanda est. Et quæritur quidem *quæ res malos principes faciat:* 43
[1]Jam primùm, mi amice, licentia, deinde rerum copia, amici præterea improbi, satellites detestandi, eunuchi avarissimi, aulici vel stulti vel detestabiles, & (quod negari non potest) rerum publicarum ignorantia. Sed ego à patre meo audivi, [2] Diocletianum principem, jam privatum, dixisse *nihil esse difficilius quàm bene imperare.* Colligunt se quatuor vel quinque, [3]atque unum consilium ad decipiendum imperatorem capiunt: dicunt quid probandum sit. Imperator, qui domi clausus est, vera non novit: cogitur hoc tantùm scire quod illi loquuntur: facit judices quos fieri non oportet, amovet à Republica quos debebat obtinere. Quid multa? ut Diocletianus ipse dicebat, *Bonus, cautus, optimus venditur imperator.* Hæc Diocletiani verba sunt, quæ idcirco inserui, ut prudentia tua sciret nihil esse difficilius bono principe. Et Aurelianum 44
quidem multi neque inter bonos, neque inter malos principes

Gio. neque enim magis mimicus scurra Claudii, quam pantomimus, quam auriga, & similes, qui populo voluptates præbebant. distinguendum: *Ut bene dictum sit à quodam mimico scurra, Claudii hujus temporibus.* Ut mimicus scurra sententiam illam dixerit, Claudii temporibus; bonos nempe omnes principes in uno annulo posse describi. quæ sententia versu videtur esse expressa à mimologo:

In anulo uno principes possunt boni
Scribi atque pingi.

Idem.

1. *Jam primum nimia licentia.*] Diximus superius veteres libros hcic habere: *Jam primum mi amice licentia.* quod manifesto arguunt verba, quæ sequuntur paulo post: *Hæc Diocletiani verba sunt, quæ idcirco inserui, ut prudentia tua sciret nihil esse difficilius bono principe.* nam ad amicum hæc loquitur. *Idem.*

Jam primum, nimia licentia.] Palat. *jam primum, mi amice, licentia.* non male. prætulerim tamen alterum. *Grut.*

2. *Diocletianum principem jam privatum.*] Post depositam purpuram, cùm Salonis viveret. Tum enim rogatus ab Herculio atque Galerio, ut imperium reciperet, tanquam pestem detestatus est, inquit Victor. *Casaub.*

3. *Atque unum consilium, &c.*] Malim, *nnd.* Idem.

cipes ponunt, [1] idcirco [2] quòd ei clementia, imperatorum dos prima, defuerit. Verconius Herennianus præfectus prætorio Diocletiani, teste Asclepiodoto, sæpe dicebat, Diocletianum frequenter dixisse, [3] quum Maximiani asperitatem reprehenderet, Aurelianum magis ducem esse debuisse quàm principem. Nam ejus nimia ferocitas eidem displicebat. Mirabile fortasse videtur, quod compertum Diocletiano Asclepiodotus Celsino consiliario suo dixisse perhibet. sed de hoc posteri judicabunt. Dicebat enim, quodam tempore Aurelianum [4] Gallicanas consuluisse [5] Druidas, scisitantem utrum apud ejus posteros imperium permaneret: [6] tum illas respondisse dixit, Nullius clarius in Republica nomen quàm Claudii posterorum futurum. Et est quidem jam Constantius imperator ejusdem vir sanguinis, cujus puto posteros ad eam gloriam quæ à Druidibus prænuntiata sit, pervenire. Quod idcirco ego [7] in Aureliani vita constitui, quia hæc ipsi Aureliano consulenti responsa sunt. [8] Vectigal ex Ægypto urbi Romæ Aure-

1. *Idcirco quod ei clementia imperatorum dos prima, defuerit.*] Carent voce *dos* libri scripti. clementiam vocat imperatorum primam, quæ virtus est omnium virtutum prima & præcipua in principe. deest fortasse nomen *virtus*. potest tamen & subaudiri. *Salmasius.*

2. *Quod ei clementia, Imperatorum dos prima, defuerit.*] Vocula *dos*, non est in Palat. quæ si non etiam est auctoris, tunc subintelligitur, *virtus*, aut aliquid simile. *Grut.*

3. *Cùm Maximiani asperitatem reprehenderet.*] Hic est Maximianus Herculius, de cujus sævitia in Actis sanctorum martyrum leguntur multa. vide & Eutropium. *Casaub.*

4. *Gallicanas consuluisse Druidas, &c.*] Erant in Gallia fatidicæ quædam mulieres, quarum non rarò in his scriptoribus mentio: has vocabant Druidas, communi cum viris illis nomine, de quibus tam multa veteres. *Idem.*

Gallicanas consuluisse Druidas.] Dryadas Gallicanas libri veteres nobis semper exhibent. Δρυιδης Græcum de viro: fœmininum vero non aliud queat esse quam δρυις aut δρυας. atque inde nostræ Dryades, cognomines nymphis lucorum. sive mulieres quasdam fatidicas sic appellatas fuisse credamus à lucis & sylvis in quibus plurimum versabantur. *Salmas.*

5. *Druydas.*] Pal. *Dryadas.* Grut.

6. *Tum illas respondisse dixit.*] Pal. *cùm. Idem.*

7. *In Aureliani vita constitui.*] Id est, posui, scripsi. sic Græce κατατιθεσθαι & καταπιτθεσθαι usurpant, ut nos alibi observamus. *Salmas.*

8. *Vectigal ex Ægypto urbi Romæ, &c.*] Solebant imperatores civitatibus vectigalia deputare ad proprias fabricas aut alios usus: ut de Alexandro Severo narrat Lampridius. Roma autem tempestate illa, postquam principes, non ut Augustus partem provinciarum, sed omnes

Aurelianus vitri, chartæ, lini, stupæ, [1]atque anabolicas species æternas constituit. Thermas in Transtiberina regione Aurelianus facere paravit hyemales, [2]quòd aquæ frigidioris copia illic deesset. Forum nominis sui in Hostiensi

omnes sibi vindicarunt, & simul ærarium populo ademerunt, non multo meliore loco erat quàm reliquæ civitates. Tunc illi à principibus vectigal assignatum, & illa arca publica instituta, quam suprà dicebamus in ærarii locum successisse. porrò inter Alexandrinas merces solita deferri quæ hic nominantur vitrum, chartas, linum, stupas. sic Græci vocant minutas merces, & ut ipsi dicunt, τ λεπτὸν φόρτον. Scribendum autem, cum Turnebo, *embolicas species*, non *anabolicas*. Embolam autem sacram appellarunt certum frumenti modum, quem necessariò Romæ subministrabat Ægyptus. non hoc primus instituit Aurelianus, sed ipse, ut videtur, Augustus. ab ejus enim temporibus frequens apud veteres scriptores Alexandrinæ classis mentio. *Casaub.*

Vectigal ex Ægypto urbi Romæ, vitri, chartæ, lini, stupæ.] Palatinus, *vitrei.* pro *vitri.* chartam, linum, stupam, vitrum; & alia ejusmodi ῥωπικὰ, Αἰγυπτίων ἐμπολὴν vocabant veteres. ῥῶπα & ῥωπικὰ, Græcis dicuntur ejusmodi minutæ variæque merces, quales ex Ægypto advehebantur, ut ungenta, colores, vitrea, & similia Latini seplasiarios dixerunt. vetus Glossarium: *seplasiarius* παντοπώλης. nec enim seplasiarii sunt, qui ungenta tantum vendunt, sed qui mercium omne genus minutarum, ut chartam, linum, stupam, candelas, unguenta, colores, & alia id genus sexcenta, quæ ῥῶπα & ῥωπικὰ Græci appellant, & λεπτά. *Salmas.*

1. *Atque anabolicas species æternas constituit.*] Ἀναβολὴ & ἐμβολὴ ejusdem sunt significationis nomina utroque enim significatur, onus navis. ἐμβάλλειν est imponere in navem. idem & ἀναβάλλειν. unde & ἀναβάλλειν, in equum imponere. quod munus qui exhibent, ἀναβολεῖς dicti. Latini *stratores* eos vocant ἀναβάλλειν, *sternere.* & ἀναβολικὴ, *stratura. sternere* etiam pro onerare positum legitur. ut sternere mulum aut asinum est quod Græcis ἐπισάττειν vel ῥωπαττίζειν. Latini etiam *fagmare* dixerunt: & *fagma* pro sarcina jumenti, ut & *stratum.* Hesychius: ῥωπαττίζειν, τὸ ἐπισάττειν ὄνον. adeo verum est ἀναβάλλειν esse onus imponere vel onerare, ut etiam eleganti tralatione de bibulis dicatur, qui celocem onerant, & vino se implent. Glossæ: *bibula*, ποτὶς ἢ ἀναβάλλισα. inde celocem onerare, pro inebriare sese, apud Comicum. hinc ἀναβάλλισα mulier, quæ celocem libenter suburrat, bibula nempe & multibiba. *anabolicæ* igitur, & *embolicæ species*, eædem sunt. ἐμβολὴ, proprie dicitur quidquid εἰς ναῦν ἐμβάλλεται, onus navis, & sarcina vel merx. nam ἐμβάλλεσθαι, est navem onerare, vel, ut veteres loquebantur, in navem merces onerare. sic Virgilius *vina onerare* dixit, pro in navem imponere, illo versu:

Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes.

Idem.

Atque anabolicas species æt. const.] Haud aliter Palatinus noster. sed fortè pedibus eundum in Turnebi sententiam, reponentis *embolicas species.* ejusque opinionem egregiè firmat illud Plinii lib. VII. cap. 48 Nat. Hist. Jac Nicol. Loënsis lib. IV. Epiphillidum c. 27. *Grut.*

2. *Quòd aquæ frigidioris copia illic deesset.*] Non *frigidioris*, sed *frigidi aëris* scriptum in omnibus libris. Jos Scaliger

stiensi ad mare fundare cœpit. In quo postea prætorium publicum constitutum est. Amicos suos honestè ditavit & modicè, ut miserias paupertatis effugerent, & divitiarum invidiam patrimonii moderatione vitarent. [1] Vestem holosericam neque ipse in vestiario suo habuit, neque alteri utendam dedit. [2] Et quum ab eo uxor sua peteret, [3] ut unico pal-

get ex eo emendat, *quòd aquæ frigidariis copia illic esset.* Frigidiarium, inquit, ut tepidiarium. *Casaub.*

Quod aquæ frigidioris copia illic deesset.] Libri omnes habent: *Quod aquæ frigidi aëris copia illic deesset.* aquam frigidi aëris appellat, aquam frigidam. nam aqua frigida aërem ex se frigidum remittit, ut calida calidum. hinc aërem balneorum Græci vocant, qui ex aqua remittitur, prout est temperata, modò tepidum, modò calidum. & ad illum aërem balneorum calfaciebant se, quibus domi foci parandi non erat copia. ideo autem Aurelianus thermas hyemales in Transtiberina regione faciendas curavit, quod illic aquæ frigidæ copia non esset. *Salmas.*

Quòd aquæ frigidioris copia.] Palat. quoque, *quod aqua frigidi aëris.* ut nihil sit certius emendatione Scaligerana, *quod aquæ frigidariis copia illic esset.* Grut.

1. *Vestem holosericam, neque ipse in vestiario habuit.*] Notum est ex Spartiano Heliogabalum primum holosericam vestem usum esse, cum antea subsericæ tantum in usu essent. itaque quoties apud auctores ante Heliogabali tempora, habetur mentio sericarum vestium, semper de subsericis intelligendum est. post Heliogabalum vero passim serica pro holosericis dicuntur. subsericarum autem aliæ erant trama serica, stamine lineo, quæ *tramoserica* dicebantur: aliæ vero, quarum stamen sericum, trama de lino erat. & hæ sunt quæ proprie *subsericæ* dici debent, quæ subtextum haberent sericum: sericum, & bombycinum, nulla alia re distant, quam gentis ratione. præstantissimum enim apud Seres provenit, & netur bombycinum, quod inde Sericum appellatum est, παρ' ἐξοχὴν. scio quidem veteres auctores lanuginem sylvarum appellasse sericum: sed sciant tirones lanuginem illam, vermium quos Græci bombyces vocant, fuisse opus. inde est quod apud recentiores paulo, vel medii ævi scriptores, nusquam aut raro mentionem bombycini vel bombycinarum vestium reperis, sed sericarum tantum: quippe qui sericum & bombycinum non distinguerent. immo vero bombycina & serica vestis eadem. quod alibi probamus pluribus. *Salmas.*

2. *Et cùm ab eo uxor sua peteret, ut unico pallio blatteo serico uteretur.*] Alexandri Severi dictum commemorat Lampridius: matronas regias contentas esse debere unico pallio auro sparso, & cyclade quæ sex unciis auri plus non haberet. Videtur Aurelianus ad hanc normam exegisse Severinæ uxoris suæ cultum, cùm ei non permittit, ut vel unicum habeat pallium holosericum, & blattea purpura infectum pallium. *Casaub.*

Et quum ab eo uxor sua peteret, ut unico pallio blatteo serico uteretur.] Vetus & prima editio unica voce legit: *pallio blatteserico.* quod fortasse verum est. nam *sericoblatta*, unica voce legitur in Codice: sed & *blattosirica*, pro eodem in Cod. Theod. *de murileg.* &c. hinc blattosericum pallium, ex blattoserica contextum. *blattoserica* autem vel *sericoblatta*, est sericum nema, purpura vel blatta tinctum: quod & *sericum* absolute dicebatur. *Salmas.*

3. *Ut unico pallio blattoserico uteretur.*] Cur

co pallio blatteo serico uteretur, ille respondit, [1] *Absit ut auro fila pensentur:* [2] libra enim auri tunc libra serici fuit. [1] Habuit

Cur *unico*? an ut de multis palliis quæ mulieres gestarent, unicum saltem blattosericum haberet? an ut unicum quod illis erat pallium, purpureum & sericeum habere liceret? illud malo. sic in Alexandro Spartianus: *Matronas autem regias contentas esse debere uno reticulo atque, &c. Unico pallio auro sparso, & cyclade, &c.* pallium & cyclas, habitus matronarum Romæ. quod pallium ricinium etiam dicebatur. ricinum igitur erat pro toga vel pallio mulieribus: sub quo tunicam vel cycladem gestabant. & pallium quidem dicebatur, quod esset quadratum. nam pallia erant quadrata vel quadrangula, togæ autem rotundæ. togam vero etiam appellabant ricinium, quod in modum togæ à dextro latere in lævum humerum ponebatur. & ricinium dictum vult Varro quod ejus dimidia pars retro rejiceretur. nam à *rica ricinus*, & ricinium. rica autem & ricinium prope res eadem. *ricinium* omne vestimentum quadratum. utrumque enim & ricinium, & rica, pallium erat quo mulieres caput operiebant. *rica* proprium gestamen Flaminicæ: quod & purpureum erat, & nisi fallor flammeum etiam vocabatur. *rica* igitur & *flammeum* idem. adjective autem dicebatur flameum à colore flammeo. integrum enim est, flameum pallium, vel ricinium. idem & venenatum appellabant. *venenatum* est purpura infectum. idem enim color flammeus, & purpureus. rica enim purpureum vestimentum quo caput operiebat Flaminica: ricas non tantum Flaminicis, sed etiam aliis mulieribus attribuit Varro, qua sacrificium cum facerent capita velabant. & *pallium* quidem & *palliolum*, operimentum capitis esse muliebre, plus quam notum est. viris quoque pallium tegendo capiti fuisse, multis auctorum locis potest probari. *Idem.*

1. *Absit ut auro fila pensentur.*] Quæ hæc *fila*, post *sericum* vocat: *libra enim auri tunc libra serici fuit*: non igitur sericum, rude & αὐτοφυὲς ἔριον significat, sed sericum nemba: sciendum est enim ex filis, & staminibus sericis tinctis, pannos sericeos contexi fuisse solitos non autem ipsi panni jam contexti tingebantur. non igitur simplex sericum. & nondum eruditum, auro contra earum erat, sed jam in fila deductum, & infectum. sericoblattam, vel blattosericam id appellabant. fila igitur serici, quæ auro erant ἐσθῆτα, purpura, vel blatta tincta fuerunt. idem & sericum: idem & metaxa. nam metaxa est filum. Græci νῆμα σηρικὸν quod tinctum etiam advehebatur à Seribus usque. *Idem.*

Absit, ut auro fila pensentur.] Id est, ut auro rependantur contra aurum emantur. explicat hanc locutionem quod sequitur: *Libra enim auri tunc libra serici fuit.* sic ἰσοστάσιον νῆμα σηρικὸν πρὸς χρυσόν. sic ἰσοστάσιον absolute dicebant, quidquid auro rependeretur. ἰσόχρυσον etiam, & ἀντίχρυσον dicebatur, quod auro contra earum erat. de re etiam valde cara dicere solebant, eam esse ἰσόχρυσον καὶ ἰσάργυρον. *Idem.*

2. *Libra enim auri libra serici fuit.*] Ut est in lege Rhodia, ὁλοσηρικὰ ὅμοια πρὸς χρυσίον. *Casaub.*

Libra enim auri, tunc libra serici fuit.] *Tunc*, id est tempore Aureliani. non ita caro venisse videtur sericum temporibus illis, quibus hæc scribebat Vopiscus, ut potest ex his verbis colligi. adhuc tamen ætate Vopisci metaxa qua utebantur Romani ex Serum emporiis veniebat. sub Justiniani demum imperio Persa quidem vermes à Seribus allatos in Græciam intulit, eorum φύσιν & ἐργασίαν Romanos docuit. Vide Photium. *Salmasius.*

46 [1] Habuit in animo [2] ut aurum neque in cameras, neque in tunicas, neque in pelles, neque in argentum mitteretur, dicens plus auri esse in rerum natura quàm argenti: [3] sed aurum [4] per varios bractearum, [5] filorum & liquationum usus

1. *Habuit in animo ut aurum, &c.*] Suasor legis Tacitus: de quo in vita Vopiscus. Per cameras intelligo privatarum ædium ac balnearum laquearia & parietes, qui jam ætate Plinii tanquam vasa inaurabantur. *Casaub.*

2. *Ut aurum neque in cameras, neque in pelles.*] Longe aliud laquear, aliud camera. laquearia differunt à cameris, & formâ & materia. cameræ, curva tecta sunt, de quarum dispositionibus videndus Vitruvius lib. VII. cap. III. nam & trulissabantur, & inducebantur tectorio. laquearia autem, vel laqueata tecta erant, quæ nunc *lambrissata* vocamus. ex tabulis enim ligneis fiebant, in varias figuras, & mæandros sectis, & cælatis. quæ tabulæ plerumque etiam versatiles erant, ita ut & flores & unguenta desuper spargerentur. id vero in camera qui fieri potuisset? eaque ratione vela subtendebant laquearibus ad excipiendum pulverem, qui per rimas tabularum multus consueverat manare. quibus non opus erat in cameris: nam tectorio opere inductæ, rimis non dehiscunt. quod necessario evenit in laqueatis tectis, quibus tabula tabulæ jungitur, & sic inter se laqueatur, ut tamen per commissuras facile viam inveniat pulvis. non ignoro tamen quævis tecta, cameras recentioribus dici, atque inde etiam cameras cænationes ipsas appellatas, sive laqueatæ essent, sive cameratæ. tectorio igitur opere inducebantur cameræ, & picturis tectorio superinductis decorabantur, non secus atque parietes. tectorium cameratum ὑποχάρτωσιν appellabant. optimæ Glossæ: ὑποχάρτωσις, *tectorium*. in epistolis Pontificum, cameratum ὑποχάστωσις dicitur. Epistola LXI. hinc hypochartosis pro camerato. imbracteabantur quoque cameræ, ut ex hoc Vopisci loco patet. cum enim scribat in animo habuisse Aurelianum, ut aurum in cameras non mitteretur, per bracteas id fiebat, ut ostendemus paulo post. musivo etiam opere decorabantur cameræ. de quo nobis abunde dictum est apud Spartianum. multis igitur modis ornabantur cameræ, coronario opere, musivario, cerographia, vel encaustice, & imbracteatione. quem postremum ornandi modum prohibere in animo habuisse Aurelianum scribit hoc loco Vopiscus. *Salmasius.*

3. *Sed aurum per varios bractearum, filorum, & liquationum usus perire.*] Singula singulis ordine suo reddit: bracteas cameris, fila vestibus, liquationes pellibus & argento. cameræ igitur inaurabantur per bracteas. vestes auro intexebantur per fila pelles & argentea vasa deaurabantur per liquationes. sic bracteationibus, filationibus, & liquationibus aurum peribat: liquatione autem, vel auro liquato deaurabantur pelles, sicut & vasa. nam ita etiam in membranas aurum mittebatur, quum scilicet litteris aureis perscribebantur. aurum ergo perire intellexit, quod in suam naturam non potest redire, aut etiam si possit, tamen deteritur usu, nec in aliam rem postea converti potest, aut in massam reverti. *Idem.*

4. *Per varios bractearum.*] V. C. Pal. *brattearum.* sed non dubito veriorem esse scripturam, *bractea*, ἀπὸ τοῦ βράχω. βράχω est lino, vel illino. βραχτὴς qui linit. βραχτίον Latini *bracteam* dixerunt, tenue auri folium quo linuntur pedes lectorum, cameræ, & alia. *Idem.*

5. *Filorum.*] Filis aureis, & subtemine

usus perire, argentum autem in suo usu manere. [2] Idem dederat facultatem ut aureis qui vellent & vasis uterentur & poculis. [2] Dedit præterea potestatem [3] ut argentatas privati carrucas haberent, quum antea ærata & eborata vehicula fuissent. [4] Idem concessit ut blatteas matronæ tuni-

mine serico vestes texebantur claræ & pretiosæ. Virgilius:

Et picturatas auri subtemine vestes.

Ubi subtemen poëta posuit pro trama, vel filis. non enim stamen ex auro potest esse. nondum igitur ætate Aureliani inventum erat argentum in fila deducere, & filis argenteis vestimenta contexere. quod sub ultimis imperatoribus apud Græcos multum in usu fuit. quæ syrmatina dicebantur à syrmate, hoc est filo argenteo; sic enim vocabant. itaque quoties legis apud Codinum συρμαΐκεῖον, argenteis textum filis, & argentatum accipe. *Idem.*

1. *Idem dederat facultatem, ut aureis qui vellent & vasis uterentur & poculis.*] Ratio legis manifesta: ut tanto facilius obtineret, ne divites & opum suarum ostentatores, inaurationibus & liquationibus variis aurum perderent. *Casaubonus.*

2. *Dedit præterea potestatem ut argentatas privati carrucas haberent, &c.*] Spartianus in Alexandro: *Carrucas Romæ, & vedas senatoribus omnibus, ut argentatas haberent permisit.* Privatorum vocabulo Vopiscus tam senatores, quam magistratus comprehendit, hoc est omnes honoratos. argentata enim senatorum vehicula non minus, quam magistratuum. *Salmas.*

3. *Ut argentatas privati carrucas haberent.*] Respectu principis omnes sunt privati, etiam summis magistratibus præditi: respectu eorum qui omni dignitate carent, magistratus non sunt privati. *Casaub.*

4. *Idem concessit ut blatteas matronæ tunicas haberent, & cæteras vestes.*] Quàm varii colores in matronarum vestibus essent Romæ usitati, dici potest ex Ovidii tertio De arte. multos enim eo loco recensct. Et videntur multò antè purpureas vestes gestasse matronæ Romanæ. Sed docemus alibi jam inde à Julio Cæsare & Augusto usum ejus coloris ademisse privatis imperatores. Non igitur integras è purpura vestes conficere fas fuit, sed segmenta, aut clavos purpureos, vel id genus alia, ad ornatum vestimentis adiuere. Adde quòd blatta exquisitissimæ purpuræ genus fuit: quo minùs mirum, jus matronis fuisse, ut blatteas sive tunicas sive cæteras vestes induerent: quas Aurelianus, ne uxori quidem concesserit. *Idem.*

Idem concessit ut blatteas matronæ tunicas haberent.] Ad Ovidium nos delegant eruditissimi viri, ut ex ejus de Arte amandi libris discamus, quam varii colores in matronarum vestibus usitati fuerint. sed Ovidius in illo de arte tertio, de matronarum vestibus non loquitur, nec de matronis, sed de libertinarum, & earum mulierum, in quibus non impermissa Veneris furta. at matronæ purpureas vestes cum multo auro, gerebant vulgo. quem pretiosum amictum, ab illis secundi ordinis mulieribus abdicat poëta illo loci. matronarum igitur habitus ante imperium Cæsarum purpureus & auratus. hinc apud Vopiscum in hac eadem vita supra legimus, vestes matronarum purpureas fuisse, Aureliani concessu. & notandum purpureas ibi vestes, vel purpuras Vopiscum dixisse, quas hoc loco blatteas vocavit. nam blattam, ut notum est, recentiores dixere, quam vetustiores purpuram. falsum item quod ad hunc locum observat ὁ πάνυ Casaubonus, vetitum prius colorem matronis, permisisse Aurelianum in vestibus tantum è lana. argumento uti-

tunicas haberent, & cæteras vestes, [1] quum antea coloreas habuissent, [2] & ut multùm oxypæderotinas. * Et ut fibulas aureas

tur, quod Aurelianus concedere noluerit uxori, ut unico pallio blatteo serico uteretur. qui igitur aliis matronis concessisset, quod uxori negabat? sciendum est locum illum de holoserica veste accipiendum, quam nemini utendam dedisse, neque in vestiario suo habuisse Aurelianum scribit Vopiscus supra. subserica vero passim in usu pallia & tunicæ muliebres, quas ut blatteas, vel purpureas haberent, matronis concessit Aurelianus. *Salmas.*

1. *Cùm antea coloreas habuissent, & ut multùm oxypæderotinas.*] *Coloreas*, id est vario colore tinctas, modò hoc, modò illo. colorea vestis Latinè, quæ in idiomate nostro, *de couleur*: sed nos coloream opponimus nigræ: hic verò opponitur blatteæ sive purpureæ. ita loquuti sunt Romani. Cave pro eodem accipias coloreum vestimentum & versicolor: quod Græcis est ποικιλόχρωμα talia vestimenta lege veteri Romanis matronis interdicta. Livius initiò libri XXXIV. *Oxypæderotinas* interpretamur coloris pæderotini, sed saturi & non diluti. Sive autem ab acanthi foliis nomen invenerit hic color, sive ab opalio gemma, amœnissimus profectò est, atque aspectu gratissimus. *Casaub.*

Cum antea coloreas habuissent.] Varii coloris vestem vocamus, quæ variorum est colorum, & plures intextos habet colores; Græci ποικίλα ἱμάτια vocant, & ποικιλόχρωμα. sic Latinis varia vestis, varii coloris vestis. hujusmodi igitur varii coloris vestes sunt quas heic coloreas appellat Vopiscus: quod multorum ac variorum essent colorum. hinc coloratos lenones vocat Tertullianus, coloreis palliis indutos, hoc est palliis varii coloris. coloreis igitur vestibus usæ matronæ Romanæ, cum purpurearum usus eis interdictus. nam post purpureas in pretio fuere coloreæ, quæ, vel acu, vel pectine pluribus intextæ essent coloribus. *colorium* veteres in eo significatu usurpasse, nullum dubium est. Hieronymus modo polymitam, modo variam appellat illam Josephi tunicam: in paraphrasi Jonathanis nominatur *paragoda*. *paragoda* vestis dicebatur pannis & institis versicoloribus prætexta. sic *varia* vestis, & *polymita* & *paragoda*, & *coloria* eadem: eaque est, quam Græci ποικίλλω vocant. sic πέζοφόρος χιτὼν Græcis tunica est, quæ πέζας, hoc est pannos, & institas per extremam oram subsutas habet, & quæ ad talos usque demissa est. tales erant Romanarum matronarum tunicæ, talares scilicet, & institis ornatæ. Horat.

Quarum subsuta talos instita veste.

At libertinarum vestes, & earum quæ corpore quæstum faciebant, nec institas habebant per circuitum extimum, nec talares erant. sic apud Græcos ποδήρεις στολαί, talares vestes limbis ferme & institis ad imum erant ornatæ. inter *colorium* porro, & *versicolorium*, hoc puto discrimen, proprie loquendo, statui posse; versicolor proprie dicitur, quod colorem subinde mutat, & alio modo refulget cum aspicitur, alio cum suspicitur, atque etiam alio cum despicitur, & colores alternat. talia sunt colla columbarum. at *coloria* simpliciter dicuntur, quæ variis coloribus pictæ sunt, aut de variantibus liciis in figuras animalium effigiatæ, aut diversis clavis intextæ, aut limbis picturatis prætextæ. *Salmas.*

2. *Et ut multùm oxypæderotinas.*] Noli heic accipere, *ut multum*, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. quasi frequentius matronæ, & vulgarius oxypæderotinas gestarent, quam coloreas. contra enim est, quibus plurimum permissum fuerit, facultatem eis oxypæderotinas habendi datam vult. hoc enim designat, *ut multum*, id est ad summum. sic, *ut minimum*, pro ad minimum Martiali:

Ut minimum, libras debes habere duas.

Habuisse

aureas gregarii milites haberent, idem primus concessit; quum antea argenteas habuissent. [1]Paragaudas vestes ipse primus militibus dedit: [2]quum antè nonnisi [1]rectas

Habuisse igitur, ut multum, pæderotinas vestes matronas Romanas, dicit Vopiscus, quasi multum fuerit, pæderotinas eis fuisse concessas. pæderotinus autem in vestibus color, non à pæderote herba, sive cærefolio, sive acantho, sed à pæderote gemma. quam alio nomine opallium dixere. quemadmodum autem in purpura varii sunt colorum gradus, & luminis, ut verius dicam, differentiæ, quæ prout pressior saturiorque est, vel dilutior, ita nomina invenit; unde blatta & oxyblatta. sic in pæderote gemma varii elucent colores. alii enim fuscioris coloris sunt, alii dilutioris: meliorem illum esse colorem constat, cujus color vini colore fuscatur, quam qui diluitur aqua. atque hic erat, ad quem tingentium officinæ dirigebant vota, cui & oxypæderotinum videntur nomen feciſe. non magnum sane discrimen apparet fuisse inter amethystinum, & oxypæderotinum. quare non mirum est cum colorem, ut pretiosiorem, & purpuræ propiorem rarius fuisse matronis usurpatum. videntur ergo matronæ in solatium ademptæ purpuræ vel conchyliatæ vestis, aut ut tum loquebantur blatteæ, quæ erat magni pretii, amethystinas & oxypæderotinas, quæ proxime ad purpureas accederent, in usu habuisse. *Idem.*

* *Et ut fibulas aureas gregarii milites haberent, idem primus concessit.*] Apud veteres fibulæ aureæ inter præmia militaria donari solitæ, & simul jus iis utendi. *Casaub.*

1. *Paragaudas vestes ipse primus militibus dedit.*] Malim, *paragaudias*. Idem.

Paragaudas vestes ipse primus militibus dedit.] Græci Παραγαυδιὰν tunicam ipsam appellant, vel potius Parthi, à quibus nomen ad Romanos manavit. paragaudiæ autem tunicæ præter paragaudas, hoc est lora in circuitum prætexta, vel intexta, clavia etiam aureis erant distinctæ. non omnes tamen paragaudæ erant auro clavatæ. *Salmas.*

2. *Cùm antè nonnisi rectas purpureas accepissent.*] Rectas purpureas dicit, quæ segmenta purpurea recta haberent. segmenta vestibus appingebant, alia recta, alia transversa, alia etiam aliter. tenuiorum vestimentis recta solùm inerant, & quidem singula. *Casaub.*

Quum antè nonnisi rectas purpureas accepissent.] Non putandum milites purpureas habuisse tunicas, quas soli gestabant imperatores. sed purpureum heic non blatteum aut sanguine purpuræ tinctum designat, sed simpliciter rubrum, aut russum. per *rectas* igitur *purpureas* intelligit Vopiscus *russas tunicas* militum, quæ & Φοινικίδες dicebantur. nam *recta* est tunica, ut paulo post dicemus. purpureæ rectæ sunt *tunicæ russæ militares*, quarum meminit Trebellius in Divo Claudio: Martialis *de Cannensis rubis*:

Roma magis fuscis vestitur, Gallia rubris:
Et placet hic pueris militibusque color.

Græcis color hic πυῤῥὸς dicitur. Glossæ: πυῤῥὸς, *russeus*, *rubricus*, *rufus*. & sciendum est, ut Græci sub nomine πυῤῥοῦ plerumque etiam comprehendunt, & ξανθὸν, & Φοινικοῦν & μήλινον: sic Latinos rufum vel russum vocare id omne, quod vel rubrum est, vel flavum, vel croceum, aut luteum, coccineum & purpureum. sic purpureas tunicas, hoc est, russas & rutilas cum prius acciperent ab imperatore milites, Aurelianus primus eis donavit *paragaudias*, id est loris auratis vel sericis in circuitum ornatas. ita pretiosiores, quam antea solebant accipere, vestes acceperunt, & habuerunt. *Salmas.*

Cum ante nonnisi rectas purpureas acce-

[1] rectas purpureas accepissent: [2] & quidem aliis monolores, aliis

accepissent.] Scribe: *Cum antea nonnisi rectis purpureis accepti essent*, hoc est, *donati essent*. rectæ autem heic sunt tunicæ. *rectas* Festus esse dictas autumat, *quod in altitudinem, & à stantibus texantur*. vetus autem fuit texturæ ratio, qua stantes mulieres texebant. igitur *sursum versum texere*, vel in altitudinem texere, est quod Græci dicunt, ἄνω ὑφαίνειν. quem texendi modum omnibus gentibus fuisse usitatum, præterquam Ægyptiis, narrat Herodotus. Ægyptii qui ex diametro oppositam texturæ formam sequebantur, sedentes texebant, & ab illis institutum, ntà sedentibus tela texeretur. inter veterem igitur & novam texendæ telæ rationem hoc intererat, quod veteres stantes, & sursum subtremen impellentes, & spatha percutientes telam texerent: at apud recentiores à sedentibus tela texebatur & pectine feriebatur, ac subtemen deorsum trudebatur. quod inventum Ægyptiorum fuit, atque inde ad Græcos Romanosque manavit. utrumque genus eleganter descripsit & expressit Seneca epist. xc. tela ergo quæ jugo jungebatur, quam & jugalem vocat Cato, eam sedentes mulieres detexebant, & pectine feriebant: quæ vero suspensis ponderibus rectum stamen extendebat, & ipsa recta erat, & à mulieribus stantibus, & ambulantibus pertexi solebat. meminit utriusque, rectæ scilicet & jugalis, Artemidorus lib. III. cap. XXXVI. *Idem.*

1. *Rectas purpureas accepissent.*] *Recta tunica* Festo & Isidoro, *quam sursum versum stantesque texebant*. recta etiam tunica dici potest quam Græci ὀρθὸν ἢ ὀρθοστάδιον χιτῶνα vocant, quæ minime cingeretur. nam ζωσὺς illi χιτῶνας διὰ τὸ ὀρθοστάδιον distinguunt, *stadius* etiam appellabant. tales erant Pœnorum tunicæ. *Idem.*

2. *Et quidem aliis monolores, aliis dilores.*] A numero lororum dictæ, ut quæ unum lorum tantum adrextum haberet, *monoloris* diceretur; quæ duo lora, *diloris*, atque ita deinceps. Lora igitur in hoc genere tunicarum, sunt segmenta vestibus adrexi solita. segmenta dixi: nam Latini hac voce intelligunt lora aurata vel fascias auratas vestibus & præcipue muliebribus prætexi consuetas, & eas maxime quibus summa ora vestis prætexebatur. quod aperte docet Juvenalis lib. I. Sat. II. de veste Gracchi:

Segmenta, & longos habitus & flammea sumit.

Quibus de verbis muliebrem vestem designavit, quam Gracchus induerat, & quæ segmentis ad guttur ornata fuit, hoc est aureis fasciis. atque inde *segmentum* pro gutturis ornamento vel monili positum. hæc segmenta vel auratæ fasciæ, quæ prius tantum muliebribus tunicis adsuebantur, postea luxu crescente, virilibus quoque vestimentis adrexi cœpere. lora igitur illa vel paragaudæ sunt segmenta vel fasciæ, vel vittæ vestibus adsutæ. nam lorum pro fascia passim apud auctores. habemus autem heic trilores, tetralores, & pentelores tunicas, quæ tribus loris, vel zonis, & quaternis, & quinis etiam distinguebantur. atqui sciendum est monolores tantum veteribus fuisse notas, aut ad summum dilores, quæ duas zonas in circuitum haberent prætextas, vel adrextas. Horatius:

Purpureus late qui splendeat unus & alter
Adsuitur pannus.

Ubi pannus est fascia vel zona qua vestis ornatur. antepannos dictos Latine puto. Hesychius: Ἀντίπαννον, ἐπίδυτον, περιστόδιον. ubi ἐπίδυτον est paratura vel ornatura. sic enim vocabant in vestibus ultimam fimbriam. pannum autem pro fascia poni jam supra notavimus. à multitudine igitur pannorum, vel fasciarum, & lororum, vestes dilores, trilores, & pentelores

aliis dilores, trilores aliis, & usque ad pentelores, [1] quales hodie lineæ sunt. Panibus urbis Romæ unciam de Ægyptio vectigali auxit, ut quadam epistola data ad præfectum annonæ urbis etiam ipse gloriatur. *Aurelianus Augustus Flavio Arabiano præfecto annonæ. Inter cætera quibus diis faventibus Romanam Rempub. juvimus, nihil mihi est magnificentius quàm quòd additamento unciæ omne annonarum urbicarum genus juvi: quod ut esset perpetuum, [2] navicularios Niliacos apud Ægyptum novos, & Romæ amnicos posui. Tiberinas extruxi ripas: vadum alvei tumentis effodi, diis & perennitati vota constitui, almam Cererem consecravi. Nunc tuum est officium, Arabiane jucundissime, elaborare, ne meæ dispositiones in irritum veniant. Neque enim populo Rom. saturo quicquam potest esse lætius.* Statuerat & vinum gratuitum populo Rom. dare, ut quemadmodum oleum & panis & porcina gratuita præberentur, sic etiam vinum daretur, quod perpetuum hac dispositione conceperat. Hetruriæ per Aureliam usque ad Alpes maritimas ingentes agri sunt, iique fertiles ac sylvosi. Statuerat igitur dominis locorum incultorum, [3] qui tamen vellent pretia dare, atque illic familias captivas constituere, vitibus montes conserere, atque ex eo opere vinum dare, ut nihil redituum fiscus acciperet, sed totum populo Rom. concederet. [4] Facta erat ratio dogæ, cuparum, navium

47

48

telores dictæ. quæ lora nos vulgo *bandas* vocamus in vestibus mulierum, quas non pentelores tantum hodie gestant, sed usque ad cingulum loratas, & zonis sericis, hoc est paragaudis, distinctas. ita nulla re alia, quam luxu, veteres vicimus. *Idem.*

1. *Quales hodie lineæ sunt.*] Sub Gallieno & Aureliano nondum in usu fuisse lineæ loratæ videntur, sed tunicæ tantum. post eorum tempora lineas & interulas etiam loris multis variegarunt, & frequentius quidem quam tunicas, ita ut & quinquelores fierent. nam tales fuisse lineas suo tempore scribit heic Vopiscus. *Idem.*

2. *Navicularios Niliacos.*] Palat. *Niliæos.* Idem.

3. *Qui tamen vellent pretia dare.*] Forte: *Statuerat dominis locorum incultorum, qui tamen vellent gratia, pretia dare.* id est, illis tantum quorum bona gratia id facere posset, statuerat pretia dare: neminem enim invitum suis cedere, quamvis incultis volebat. ante certe nihil mutandum est in vulgata. *Idem.*

4. *Facta erat ratio dogæ, cuparum, navium, & operum.*] Volui editum *dogæ.* ea enim vera lectio. Glossæ, *Doga*, βύτινη. *Dogarius*, βυτιοποιός. quid esset βύτινη sive βύτις, exposuimus ad

navium & operum. sed multi dicunt, Aurelianum, ne id faceret, præventum, alii à præfecto prætorii sui prohibitum, qui dixisse fertur, *Si & vinum populo Rom. damus, superest ut & pullos & anseres demus.* Argumento est id verè Aurelianum cogitasse, imò etiam facere disposuisse, vel ex aliqua parte fecisse, [1] quòd in porticibus templi Solis fiscalia vina ponuntur, [3] non gratuita populo eroganda, sed pretio. Sciendum tamen, congiaria illum ter dedisse, donasse etiam pop. Rom. tunicas albas manicatas ex diversis provinciis, & lineas Afras atque Ægyptias puras: [2] ipsumque primùm donasse oraria pop. Rom. quibus uteretur

od Capitolinum in Maximinis. Glossarum auctor duo nomina ingentium vasorum buttis & cupa confundit. *Casaubonus.*

Facta erat ratio dochæ cuparum.] Recte doctissimi viri hoc *dogæ* reposuerunt, & quid esset *dogæ* nos docuerunt. Glossæ: *dogæ, βύτιες.* Gregorius Turonensis *dogas* vocat canales quibus aqua ducitur. nos hodieque *dogas* vocamus fontium conceptacula, vulgo *dozes.* Græci quoque δόζας dixerunt. cur enim non dixit auctor, *facta erat ratio dogarum, navium & cuparum?* ita sane loqui debuit. ac fortasse ita etiam legendum. *dogæ* cum libris retinemus. *rationem dogæ* intelligamus necesse est, tantam vini copiam & mensuram, quanta singulis annis erat reditura ex illo opere quod instituerat Aurelianus. *Salmas.*

Facta erat ratio dogæ.] Sic etiam Pal. non *dochæ*, ut editi. *Grut.*

1. *Quod in porticibus templi Solis.*] Templi ejus quod Soli & Belo posuerat Aurelianus. *Casaub.*

Quod in porticibus templi Solis fiscalia vina ponuntur.] *Fiscalia vina* vocat quæ fiscus dabat populo, non gratis, sed pretio. sic fiscalis panis qui populo dividebatur, gratis ille quidem non pretio, quem & civilem, & gradilem dictum supra notare memini. *Salmas.*

2. *Non gratuita populo eroganda, sed pretio.*] Videbatur sententia hujus loci, contrarium ejus quod his verbis dicitur, postulare. Sed in edita lectione consentiunt & membranæ. aliter igitur exponendum: ut intelligamus, Aurelianum dum ea parat quæ ad genus hoc largitionis erant necessaria, interiisse prius quàm nova liberalitate hac uti copisset. *Casaub.*

3. *Ipsumque primùm donasse oraria pop. Rom. quibus uteretur populus ad sudorem.*] Erant veteribus, ut hodieque nobis, linteamina quædam parva, ad munditiem corporis usus magni & multiplicis. Ejus generis sunt sudaria, semicinctia, oraria, & quorum unus meminit Arnobius *muccina:* nos *manuteria* vocamus in idiotismo Gallico. *Semicinctia,* ut nomen indicat, inventa sunt, ut iis se præcingerent vel cùm lavarent in balneis, aut gymnasiæ operam darent, vel cùm ministrarent: ministrabant enim præcincti, ut ex Suetonio atque aliis scimus. sed postea etiam ad alia semicinctiis usi sunt: quod constat ex sacra historia, ubi hæc vox Latina usurpatur Græco scriptori, ut & *sudarium*, altera Latinorum vox. sic enim vocarunt linteæ mappa quibus manantem capite sudorem tergebant. *Oraria* quid appellaverint, & ad quem usum vulgò haberentur, adeò parum vulgò notum est, ut videam viros doctissimos, in expositione hujus vocabuli graviter

retur populus ad favorem. Displicebat ei quum esset Romæ, habitare in Palatio, ac magis placebat in hortis Sallustii vel in Domitiæ vivere. [1] Miliarensem denique porticum 49

viter esse lapsos. est igitur propriè orarium linteum ori tergendo paratum ideo Prudentius *pignus oris* vocat. Rectè oraria & mitrea ceu voces ejusdem notionis aut non multùm diversæ usurpantur. Quod autem oraria ad modum fasciarum longiuscula fuerint, probamus Augustini testimonio De civitate Dei lib. XXII. cap. VIII. est & orarium simile quid πλαμμάτι: quam vocem Gr. interpretantur λῶρον ἢ φασκίαν. Tum erant oraria, non solùm longa, verùm etiam lata. Optimè verò quid sit orarium, declarant ecclesiastici scriptores, qui in habitu sacerdotali orarium appellarunt pannum oblongum, brachio sacerdotis solitum imponi. In Græcis liturgiis sæpe fit hujus mentio: & vocant Græci istam manualem laciniam, modò ὠμοφόριον, modò λῶρον. Orarium etiam appellaveris aptè sericeam institam, quam collo appendunt in Gallliis magistratus, & alii qui doctores fuerunt renunciati. Olim ad usum tantùm munditiei gestabatur: sed Aurelianus, ut docet hic Vopiscus, novum & prius incognitum orariorum usum instituit. dedit enim populo oraria, quibus ille uteretur ad favorem. Theatrorum ac Circi verba sunt *favere* & *favor*, quæ non significant tacitam benevolentiam, sed quæ voce gestuque exprimeretur. Enimverò favere orario, vel uti ad favorem orario, nihil aliud est nisi jactato orario dare signum favoris. ante Aurelianum toga hoc fiebat Ovidius libro tertio Amorum universum favendi morem pulchertimè expressit his versibus:

Maxima jam vacuo Prætor spectacula circo
Quadrijuges æquo carcere misit equos.
Cui faveas video: vincet cuicunque favebis: &c.
Favimus ignavo: sed eam revocate Quirites;
Et date jactatis undique signa togis. &c

Deinde ceperunt loco togæ oraria jactari. Inde qui favebant, *orariarii* dicti, & contracta voce euphoniæ gratia, atque *o* in *au* diphthongum mutato, *aurarii*. Quemadmodum autem isti in ludis favoris signum orariis dederunt: sic alios jactatione sudarii dare signum solitos observavimus. *Idem.*

Ipsumque primum donasse oraria pop. Rom. quibus uteretur ad favorem.] *Oraria* quid essent docuit nos ad hunc locum Casaubonus. ego unde dicta sint, dicam. *Orarium* est vel segmentum, vel lorum quod ad oram vestis adsuitur, atque inde orario nomen. *Oram* vestis Græci πῖζαν vocant. unde πιζοφόρους χιτῶνας Æschylo. fasciam autem vel zonam, quæ adponebatur, ornamenti gratia, ad illam extremam oram, πιζίδιον Græci nuncuparunt, quod ad verbum est *orarium*. ut autem orarium, pro quavis zona vel loro postea usurpatum est Latinis, sic Græcis quoque πιζίδιον pro qualibet fascia, positum est. cave putes *aurarios* fautores dictos ab istis orariis; aurarii enim ab *aura* dicti, quæ ventum faventem, & favorem significat. hinc *aura popularis*, apud Livium. si quis autem orarium, non ab ora vestis, sed ab ore potius dictum existimet, ut sit σφογγίον ἀπομαγδαλιόν, hoc est sudarium, quemadmodum interpretantur Græci, non repugnabo. *sudarium* autem & *orarium* fere idem, & ad eumdem usum: linteum scilicet ad oris sudorem detergendum. *Salmas.*

1. *Miliarensem denique porticum in hortis Sallustii ornavit.*] Miliarensem vocat, quam Suetonius Nerone cap. XXXI. millenariam. Aberant hi horti à Palatio longiusculè. *Casaub.*

Miliarensem denique porticum.] Miliarensis, est millenaria, à millenis scilicet

ticum in hortis Salluſtii ornavit, in qua quotidie & equos & ſe fatigabat, quamvis eſſet non bonæ valetudinis. Servos & miniſtros peccantes coram ſe cædi jubebat, ut plerique dicunt, [1] cauſa tenendæ ſeveritatis: ut alii, ſtudio crudelitatis. Ancillam ſuam quæ adulterium cum ſervo ſuo fecerat, capite punivit. Multos ſervos è familia propria qui peccaverant, legibus audiendos judiciis publicis dedit. [2] Senatum, ſive ſenaculum, matronis reddi voluerat: [3] ita ut primæ illic quæ ſacerdotia ſenatu autore meruiſſent. [4] Calceos mulleos, [5] & cereos, [6] & albos, [7] & hederacios [8] viris omnibus tulit, mulieribus reliquit. [9] Cur-

licet columnis: ut centenaria porticus, quam ἑκατόστυλον Græci. ſic *miliarenſe* genus nummi à millenario numero dictum, quod Græci μιλιάρησιον appellant. *Salmaſ.*

1. *Cauſa tenendæ ſeveritatis.*] Sic *tenere diſciplinam* Cypriano, *tenere* pro retinere poſitum, in hoc Vopiſci loco. *Idem.*

2. *Senatum ſive ſenatulum matronis reddi voluerat.*] Vide ad Lampridium in Heliogabalo. *Caſaub.*

Senatum ſive ſenatulum.] Lege ex vet. edit. & Palatino: *ſive ſenaculum.* & ſic ratio ſcribendum quoque poſtulat. ita enim à *ſenatu* diminutivum *ſenaculum*, ut à *potu*, *poculum*; & ſimilia. *Salmaſ.*

3. *Ita ut primæ illic quæ ſacerdotia ſenatu, &c.*] Scrib. *ita ut p. illic, quæ ſ. ſ. a. meruiſſent, eſſent. Calc.* Caſaub.

4. *Calceos mulleos, & cereos alb.*] Qui fuerint mullei calcei expoſitum eſt à Feſto. *Idem.*

Calceos mulleos.] Palatinus & editio: *Calcios mullos. mullos* pro *mulleos. Calcei* autem *mullei* à colore piſcis mulli appellati, non à mullando, ut aperte oſtendit nominis figura. *Salmaſ.*

5. *Et cereos.*] Cerei calcei dicti à colore cerino, qui non ſolum in veſtibus, ſed etiam in aliis rebus locum habuit. Ovidius:

Et ſua velleribus nomina cera dedit.

Hinc *cerinarii* vel *cerinarii* Plauto qui cerino inficiunt. *Idem.*

6. *Et albos.*] Albi calcei Romæ quoque uſitati, & viris & mulieribus, & elegantiorum tantum erant. Martialis:

Sordidior cano cum ſit toga, calceus autem
Candidior prima ſit tibi, Cinna, nive.

Nivei etiam calcei liſtrionum. Albos calceos, meretricum fuiſſe geſtamen ſcribit Pollux: λεύκιον ὑπόδημα, ἑταιρικὸν τοῦτο. *Idem.*

7. *Et hederacios.*] Hoc eſt hederacii coloris, praſinos ſcilicet, aut virides. *Idem.*

8. *Viris omnibus tulit, mulieribus reliquit.*] Ergo ante Aurelianum viris cum mulieribus erant communes calcei mullei, albi, & hederacii. & de mulleis quidem hinc licet colligere, non ante Aurelianum, proprios eos tantum fuiſſe imperatorum, qui ſoli calceos rubros, id eſt mulleos gerebant, nemine præter illos, colorem eum in calceis uſurpante. nullum igitur antea diſcrimen inter imperatorum calceos, & ſenatorum vel patriciorum, ſi quidem & eodem colore fuerunt, & forma. nigrum tamen colorem in calceis patriciorum frequentiorem fuiſſe video. Horatius:

——— *nigris medium impediit crus*
Pellibus. ———

Sed & olim patricios cum mulleis calceis fuiſſe, hoc eſt puniceis, notat Feſtus

[1] Cursores eo habitu quo ipse habebat, senatoribus concessit. [2] Concubinas ingenuas haberi vetuit. [3] Eunuchorum modum pro senatoriis professionibus statuit, idcirco quòd ad ingentia pretia perveniissent. Vas argenti ejus nunquam triginta libras transiit. [4] Convivium de assaturis maximè fuit. [5] Vino rufo maximè delectatus est. Medicum ad se quum ægrotaret, nunquam vocavit, sed ipse se inedia præcipuè curabat. [6] Uxori & filiæ anulum sigillaricium quasi privatus instituit. [7] Servis suis vestes easdem imperator quas & privatus dedit, præter duos senes, quibus quasi libertis plurimum detulit, Antistium & Gillonem, qui post eum ex senatus sententia manumissi sunt. [8] Erat quidem rarus in voluptatibus, sed miro modo mimis delectabatur: [9] vehementissimè autem delectatus est Phagone, qui

Festus ex Catone: *qui magistratum curulem cepissent, calceos mulleos, ali uncinatos, ceteri peronis.* sic igitur statuendum est. libera stante repub. Patricii, & senatores calceos nigros gestabant: ex patriciis autem, qui magistratum curulem cepissent, mulleos, hoc est rubros. ita igitur conciliandi sunt auctores, qui patriciorum nigros faciunt calceos, & qui mulleos. nam patriciorum eorum qui magistratum curulem cepissent, proprium gestamen erant mullei calcei; reliquorum qui nondum in sella curuli sedissent, vulgariter nigri. *Idem.*

1. *Cursores eo habitu, &c.*] De his aliquid ad Ælium Verum. etiam in horum amictu suorum morum dabatur specimen à principe. *Casaub.*

2. *Concubinas ingenuas haberi vetuit.*] At libertinas videlicet concessit. *Idem.*

3. *Eunuchorum modum pro senat.*] Vide Lampridium in Alexandro Severo. *Idem.*

4. *Convivium de assaturis maxime fuit.*] Apud veteres, ut plurimum, assa omnia in convivio, hoc est cœna adponebantur, ut etiam hodie apud nos moris est qui elixas carnes ad prandium frequentius exhibemus. *assaturæ* sunt ὀπτανδόσεις. *assator* in Glossis est ὀπτανδός, & ὀπτανδεύω. *Salmas.*

5. *Vino rufo maximè delectatus est.*] Pal. *Vino russo.* atque ita legendum. *Idem.*

Vino rufo.] Palatinus *russo.* Grut.

6. *Uxori & filiæ anulum sigillaricium quasi privatus instituit.*] Fero *privatus*: sed non penitus damno quod placuit aliquando, *quasi privatis.* De annulo sigillaricio omnia jam nota. ejus cura propriè ad matresfamilias pertinuit: quod igitur ait de filia, potest intelligi de grandiore natu & in matrimonio collocata. *Casaub.*

7. *Servis suis vestes easdem imperator quas & privatus dedit.*] Lampridius idem in Alexandro Severo. *Idem.*

8. *Erat quidem rarus in voluptatibus.*] Spectaculis ludorum rarò intererat. *Idem.*

9. *Vehementissime autem delectatus est Phagone.*] Scribendum: *Phagone. phago, phagonis*, est edax. Plauti fabula erat: *Phago.* Græci, φάγον dixere, Latini ex Græco *Phagonem.* φάγος autem Græcis & cibum & edonem significat. *Salmas.*

qui usque eo multum comedit ut uno die ante mensam ejus aprum integrum, centum panes, [1] vervecem & porcellum comederet: biberet autem infundibulo appositio plus orca. Habuit tempus, præter seditiones quasdam domesticas, fortunatissimum. Populus autem Romanus eum amavit: [2] senatus & timuit.

1. *Vervecem & porcellum.*] Optimus liber: *Berbicem & porcellum.* sic enim scribebant, *berbicem* pro *vervece*. Idem.

2. *Senatus timuit.*] Idem liber: *Senatus & timuit.* recte. Populus Romanus Aurelianum amavit. senatus etiam timuit. *Idem.*

FLAVII VOPISCI SYRACUSII

[1] TACITUS.

1 [2] QUOD post excessum Romuli novello adhuc Romanæ urbis imperio factum [3] pontifices, penes quos scribendæ historiæ potestas fuit, in literas retulerunt, ut interregnum, dum post bonum principem bonus alius quæritur, iniretur, hoc post Aurelianum, habito inter senatum exercitumque Romanum non invido, non tristi, sed grato religiosoque certamine [4] sex totis mensibus factum est. [5] Multis tamen modis hæc ab illo negotio causa separata est. Jam primùm enim quum interregnum initum est post Romulum, interreges tamen facti sunt. [6] Totusque ille annus per quinos & quaternos dies sive

1. TACITUS.] Melius hic liber inscribatur, Tacitus & Florianus. nam uno libro utrumque se complexum indicat. *Casaub.*

2. *Quod post excessum Romuli, &c.*] Vide Aurelium Victorem, &c. *Idem.*

3. *Pontifices penes quos scribendæ historiæ potestas fuit.*] Vide M. Tullium De oratore libro II. *Idem.*

4. *Sex totis mensibus factum est.*] Aurelius Victor, sex circiter menses ait: at alter Victor, septem. *Idem.*

5. *Multis tamen modis hæc ab illo negotio causa separata est.*] Hoc addit in honorem Aureliani: similimè Victor paullò antè, *longè verò gloriosior.* Idem.

6. *Totusque ille annus per quinos & quaternos dies sive ternos, centum senatoribus deputatus est.*] In hac de interregno post Romulum historia partim consentit Vopiscus iis auctoribus quos hodie habemus; partim alios sequitur, quorum hodie nihil superest. quod ait centum senatores fuisse, à Livio habet, qui cum numerum ponit. nam alii alium. de quinis diebus imperii interregum consentiunt Dionysius, T. Livius, &c. sed cùm addit, *& quaternos dies sive ternos*, discedit ab iisdem, nec quos sequarut scio. *Idem.*

1. *Ita*

sive ternos centum senatoribus deputatus est, [1] ita [2] ut qui valerent, interreges essent singuli dumtaxat. [3] Quare factum est ut & plures annos interregnum iniretur, ne aliquis sub æquali dignitate Romani expers remaneret imperii. Huc accedit quòd etiam sub consulibus tribunisque militaribus præditis imperio consulari, siquando interregnum initum est, interreges fuerunt. Nec unquam ita vacua fuit hoc nomine Romana Respub. [4] ut nullus interrex biduo saltem triduove crearetur. Video mihi posse objici, [5] curules magistratus apud majores nostros quadriennium in Rep. non fuisse: [6] sed erant tribuni plebis cum

1. *Ita ut qui valerent, interreges essent.*] Id est, qui possent, qui valetudine non impedirentur. *Salmas.*

2. *Ut qui valerent interreges essent, singuli dumtaxat.*] Videtur dicere, quosdam e patrum numero, quòd parum valerent, imperii participes non fuisse. de quo nihil veteres. *Casaub.*

3. *Quare factum est ut & plures annos interregnum iniretur.*] Hic verò prorsus contraria scribit Vopiscus Livianæ historiæ: nam ille annuum intervallum fuisse regni auctor est. idem & alii. Nullum hic mendum esse, neque aliter Vopiscum scripsisse, arguunt sequentia verba, *ne aliquis* (nempe centum illorum senatorum,) *sub æquali dignitate, Romani expers remaneret imperii.* Idem.

Quare factum est, ut & plures annos interregnum iniretur.] Palatinus habet: *Ut & plus annos interregnum iniretur.* Fortasse scripserat: *Quare factum est, ut & plus anno interregnum iniretur.* cui conjecturæ eximie favet Palat. & hanc lectionem veram esse arbitror. nam si per quinos aut quaternos dies singuli in potestate fuerunt, & volumus omnes senatores qui centum fuerunt, potestatem illam in ordine suo singulos degustavisse, necesse est interregnum duravisse annis quidem duobus minus, sed plus anno. quod subtilius rationem ducentibus manifestum erit. Sed longè aliter Livius, non enim singulorum senatorum imperium toto illo interregni tempore, quinque dierum spatio definit, sed singularum decuriarum. ita ut decem senatores, per quinos tantum dies in imperio fuerint, singulis creatis in singulas decurias, qui cum insignibus imperii essent, & lictores haberent, reliquis tamen ex eadem decuria senatoribus pariter imperantibus, & eandem potestatem obtinentibus. Vopiscus ergò diversorum auctorum diversas opiniones in unum componens & miscens, incertus ipse & ambigens, quibus magis standum esset, incertos etiam dubiosque lectores dimittit, & totam orationem suam mitis modis intricat, & involvit. *Salmas.*

4. *Ut nullus interrex biduo saltem triduove crearetur.*] Dixisset magis perspicuè: ut non aliquis interrex ad biduum saltem triduumve crearetur. *Casaub.*

5. *Curules magistratus apud majores nostros quadriennium in Rep. non fuisse.*] Imò per quinquennium διαστήματα fuit Romæ, ut notatum est in Annalibus: sed & alii multi quadriennium dicunt. *Idem.*

6. *Sed erant tribuni plebis cum tribunitia potestate, quæ pars maxima regalis imperii est.*] Verum erat Vopisci temporibus, & sub imperatoribus semper, tribunitiam potestatem partem maximam regalis imperii esse: ea enim fuit vis ejus

cum tribunitia potestate, quæ pars maxima regalis imperii est: [1] tamen non est proditum, interreges eo tempore non fuisse. [2] Quinetiam verioribus historicis referentibus declaratum est, consules ab interregibus priùs creatos, qui
2 haberent reliquorum comitia magistratuum. [3] Ergo, quod rarum & difficile fuit, S. P. Q. R. perpessus est ut imperatorem

potestatis, ut meritò inter præcipua censeri possit, quibus astruebatur principibus nova majestas illa imperatoria, ex multis antiquis dignitatibus collecta. in antiquis tribunis plebis, quorum omnis in intercedendo potestas, dignitas propè nulla, falsum est quod hic Vopiscus scribit. *Idem.*

Sed erant Tribuni plebis cum tribunitia potestate, quæ pars maxima regalis imperii est.] Hoc probare contendit Vopiscus, etiam sub consulibus, & tribunis militaribus consulari potestate præditis, si quando interregnum initum est, fuisse interreges; & nunquam sine interregibus fuisse rempublicam, vel ad aliquot saltem dies: quin & toto illo quadriennio, quo magistratibus caruit respublica, etsi alios magistratus non habuerit; Tribunos tamen habuisse plebis, non illos quidem magistratus populi, sed plebis tamen magistratus, & qui sacrosancti essent, & ea potestate præditi, quæ postea sub imperatoribus regalis potestatis facta est pars maxima. sub illis igitur Tribunis plebis etiam fuisse interreges. at Aureliano interfecto, sex totis mensibus, interregnum fuit, nec tamen fuere interreges. quod nunquam alias in rep. acciderat. *Salmas.*

1. *Tamen non est proditum, interreges eo tempore non fuisse.*] Atqui satis apertè nullos fuisse eo spatio interreges affirmant historici. *Casaub.*

Tamen non est proditum, interreges eo tempore non fuisse.] Male semper Vopiscus *interreges* pro *interrege* nominat. non enim comitia creandis magistratibus per *interreges* habebantur, sed per *interregem*. idem error infra: *consules ab interregibus creatos*. nam unus interrex comitia habebat, non plures. *Salmas.*

2. *Quinetiam verioribus historiis referentibus declaratum est, &c.*] Durante Rep. hoc sæpius accidisse ex historia T. Livii & omnibus aliis potest intelligi. sed erat hic sermo de illo quinquennio quo Resp. curulibus caruit magistratibus: quo quidem tempore consules ab interregibus fuisse creatos, qui haberent reliquorum comitia magistratuum, nemo sanus ausit dicere. Quid igitur sibi hoc loco velit Vopiscus, & quos appellet veriores historicos viderint alii. Ego non dubito, quin hic eum ratio fugerit. *Casaub.*

Quinetiam verioribus historiis referentibus declaratum est consules ab interregibus prius creatos.] Legendum ex vet. edit. & Palatino: *Consules ab interregibus post creatos. prius* in *post* mutatum, & culpa Vopiscum absolvit, & errore nos solvit; verissimum igitur est, quod hoc tradit Vopiscus post illud quadriennium, quo magistratibus caruit resp. consules tandem fuisse creatos ab interrege. idque scribit Livius: *remittentibus Tribunis plebis, comitia per interregem sunt habita.* nimirum hoc est, quod supra scribebat Vopiscus, *nunquam ita vacuam fuisse hoc interregnum nomine remp. ut non saltem aliquis interrex biduo triduove crearetur.* qui creabatur scilicet, ad habenda comitia reliquorum magistratuum. *ab interrege creatos consules*, dicere debuit Vopiscus, non *ab interregibus*. Salmas.

3. *Ergo quod rarum & difficile fuit.*] Et vulgò fieri posse jactabatur: itaque imperatores credi voluerunt. vide ad Spartiani Hadrianum. *Casaubonus.*

1. *Quod*

torem per sex menses, dum bonus quæritur, Respub. non haberet. Quæ illa concordia militum? quanta populo quies? quàm gravis senatus autoritas fuerit? Nullus usquam tyrannus emersit: sub judicio senatus & militum populique Romani totus orbis est temperatus: non illi principem quemquam, ut rectè facerent, non tribunitiam potestatem formidabant, sed ([1] quod est in vita optimum) se timebant. Dicenda est tamen causa tam felicium morarum, & speciatim monumentis publicis inserenda ea in posteros humani generis stupenda moderatio: [2] ut discant qui regna capiunt, non raptum ire imperia, sed mereri. Interfecto sanè fraude Aureliano, ut superiore libro scriptum est, [3] calliditate servi nequissimi, errore militarium, [4] ut apud quoslibet commenta plurimum valent, dummodo irati audiant, plerunque temulenti, certè consiliorum propè semper expertes, reversis ad bonam mentem omnibus, [5] eisdemque ab exercitu graviter confutatis: [6] cœptum est quæri, & quis fieri deberet ex omnibus princeps.

1. *Quod est in vita optimum.*] Terentius:

Id arbitror Adprime in vita esse utile.

Idem.

2. *Ut discant qui regna capiunt.*] Scribendum, *cupiunt*. Idem.

Ut discant qui regna cupiunt.] Sic membranæ Gallicanæ. at Pall. adhærent vulgatis in quibus, *capiunt*. an fuit? *captant*. Grut.

3. *Calliditate servi nequissimi, errore militarium.*] Hoc est militum tam bonorum, quam malorum. boni enim malique pariter erraverunt, unius hominis calliditate & fraude impulsi, qui bonos pariter malosque, hoc est tam eos qui merebantur offensam, quam qui innocentes erant, in libello quodam quasi omnes ab Aureliano occidendos descripsit. quo comperto, boni malique ne prævenirentur, prævenerunt, & sic Aurelianum occiderunt. *Militares* autem heic pro militibus. *Salmas.*

4. *Ut apud quoslibet commenta plurimùm valent.*] *Apud quoslibet*, inquit: nedum apud militares viros, quorum simplicitas faciliùs in errorem induci potest. non displiceat scribi, *ut apud quos quorumlibet commenta plurimum valent*. Casaub.

Ut apud quoslibet commenta plurimum valent.] Scribendum: *Errore militarium, ut apud quos quælibet commenta plurimum valent*. confirmant hanc correctionem sequentia de militibus, *qui irati audiunt, plerumque temulenti, consiliorum semper expertes*. apud hoc genus hominum non mirum est, quælibet commenta plurimum valere. *Salmas.*

5. *Eisdemque ab exercitu graviter confutatis.*] Id est, pœna affectis: nam Mnestheus doli machinator furrectus ad stipitem bestiis objectus fuerat. *Casaubonus.*

6. *Cœptum est quæri & quis fieri deberet ex omnibus princeps.*] Scribo: *Ecquis fieri deberet ex omnibus princeps*. Salmas.

ceps. Tunc odio præsentium, exercitus qui creare imperatorem raptim solebat, ad senatum literas misit, de quibus priore libro jam dictum est, petens ut ex ordine suo principem legerent. Verùm senatus sciens lectos à se principes militibus non placere, rem ad milites retulit. Dum-
3 que id sæpiùs fit, sextus peractus est mensis. Interest tamen ut sciatur quemadmodum Tacitus imperator sit creatus. Die septimo Cal. Octob. quum in Curiam Pompilianam ordo amplissimus consedisset, Velius Cornificius Gordianus cos. dixit, *Referimus ad vos P. C. quod sæpe retulimus. Imperator est deligendus: exercitus sine principe rectè diutiùs stare non potest, simul quia cogit necessitas.* [1] *Nam limitem trans Rhenum Germani rupisse dicuntur, occupasse urbes validas, nobiles, divites, & potentes. Jam si nihil de Persicis motibus nuntiatur, cogitate tam leves esse mentes Syrorum ut regnare vel fœminas cupiant potiùs quàm nostram perpeti sanctimoniam. Quid Africam? Quid Illyricum? Quid Ægyptum, earumque omnium partium exercitum, quousque sine principe credimus posse consistere? Quare agite P. C. & principem dicite: aut accipiet eum*
4 *exercitus quem elegeritis; aut si refutaverit, alterum faciet.* Post hæc quum Tacitus, qui erat primæ sententiæ consularis, [2] sententiam incertum quam vellet dicere, omnis senatus acclamavit, *Tacite Auguste, dii te servent. te deligimus, te principem facimus, tibi curam Reipub. orbisque mandamus. Suscipe imperium ex senatus autoritate: tui loci, tuæ vitæ, tuæ mentis est quod mereris. Princeps senatus rectè Augustus creatur, primæ sententiæ vir rectè imperator creatur. Et quis melius quàm gravis imperat? & quis melius quàm literatus imperat? Quod bonum, faustum, salutareque sit, diu privatus fuisti. Scis quemadmodum debeas imperare qui alios principes pertulisti. Scis quemadmodum debeas imperare, qui de aliis principibus judicasti.* At ille, [3] *Miror*

P. C.

1. *Nam limitem trans Rhenum Germani rupisse dicuntur.*] Melius, *Limitem transrhenanum.* Idem.

Nam limitem trans Rhenum.] Palat. *transrhenanum.* melius. *Grut.*

2. *Sententiam incertum quam vellet dicere.*] Distingue ad sententiæ lucem, *sententiam (incertum quam) vellet dicere.* Cas.

3. *Miror P. C. in locum Aureliani, &c.*] Scribe, *miror vos P. C. in l.* Idem.

1. Quæ

P. C. in locum Aureliani fortissimi imperatoris senem velle principem facere. En membra quæ jaculari valeant, quæ hastile torquere, [1] *quæ clypeis intonare,* [2] *quæ* [3] *ad exemplum docendi militis frequenter equitare. Vix munia senatus implemus,* [4] *vix sententias, ad quas nos locus arctat, edicimus. Videte diligentius* [5] *quam ætatem de cubiculo atque umbra in pruinas, æstusque mittatis.* [6] *An probaturos senem imperatorem milites creditis?* [7] *Videte ne & Reip. non eum quem velitis principem detis:* [8] *& mihi hoc solum obesse incipiat quòd me unanimiter delegistis.* Post hæc 5 acclamationes senatus hæ fuerunt. *Et* [9] *Trajanus ad imperium senex venit* (dixerunt decies.) [10] *Et Adrianus ad imperium senex venit* (dixerunt decies.) [11] *Et Antoninus ad imperium senex venit* (dixerunt decies) *Et tu legisti, incanaque menta Regis Romani* (dixerunt decies.) *Et quis melius quàm senex imperat?* (dixerunt decies) *Imperatorem te, non militem, facimus,* (dixerunt vicies) *Tu jube milites pugnent.* (dixerunt tricies) *Habes*

1. *Quæ Clypeis intonare.*] De genere exercitii intelligendum est, de quo Ammianus Marcellinus lib. XXI. *scutum jactare* idem est apud Spartianum in Cassio. *scutum rotare* aliis. *tractare scutum* Veget. *Salmas.*

2. *Quæ ad exemplum docendi milites.*] Melius: *Quæ ad exemplum docendi militis equitare.* Sic Macrianus cum eligeretur imperator, se ad exemplum equitare non posse dicebat apud Trebellium: *Senex sum. ad exemplum equitare non possum.* Idem.

3. *Ad exemplum docendi milites.*] Pal. *militis.* nihilo peius. *Grut.*

4. *Vix sententias, ad quas nos locus arctat, edicimus.*] Id est, satis plenè dicere, & perfectè valemus. *Casaubonus.*

Vix sententias ad quas nos locus artat, edicimus.] *Edicimus* pro *dicimus.* sic *diem edicere* pro dicere apud Tertullian. *Salmas.*

5. *Quam ætatem de cubiculo atque umbra.*] Pal. & editio: *Ne cubiculo atque umbra.* pro, *è cubiculo atque umbra.* Idem.

6. *An probaturos senem imperatorem.*] Idem libri: *Ac probaturos.* Idem.

7. *Videte ne reip. non eum quem velitis.*] *Videte ne & reip. non eum quem velitis principem detis, & mihi hoc solum obesse incipiat, quod me unanimiter delegistis.* Idem.

8. *Et mihi hoc solum obesse incipiat, quòd me unanimiter delegistis.*] An non *dilexistis?* nihil tamen muto, sine libris. *Casaub.*

9. *Trajanus ad imperium senex venit.*] Non senex, sed specie senili erat Trajanus, cùm factus est imperator. erat annorum quadraginta quatuor Dione auctore. *Idem.*

10. *Et Hadrianus ad imperium senex venit.*] Imò adhuc quàm Trajanus biennio circiter junior. *Idem.*

Et Adrianus ad imperium senex venit.] Videtur Hadrianus non secus ac Trajanus de illis fuisse quos πρεσβύτας Græci vocant, & ad imperium canos attulisse. *Salmas.*

11. *Et Antoninus ad imperium senex venit.*] Pius nempe; qui quinquagenario major ad imperium accessit. *Casaub.*

bes prudentiam & bonum fratrem. (dixerunt decies) *Severum dixit, Caput imperare non pedes.* (dixerunt tricies) *Animum tuum, non corpus eligimus.* (dixerunt vicies) *Tacite Auguste,* 6 *dii te servent.* [1] Deinde omnes interrogati: præterea qui post Tacitum sedebat senator consularis [2] Metius Falconius Nicomachus in hæc verba disseruit: *Semper quidem P. C. rectè atque prudenter Reip. magnificus hic ordo consuluit, neque à quoquam orbis terræ populo solidior unquam expectata sapientia est: attamen nulla unquam neque gravior, neque prudentior in hoc sacrario dicta sententia est. Seniorem principem fecimus, & virum qui omnibus quasi pater consulat.* [3] *Nihil ab hoc immaturum, nihil perperum, nihil asperum formidandum est. Omnia seria, cuncta gravia, & quasi ipsa Resp. jubeat, auguranda sunt. Scit enim qualem sibi principem semper optaverit: nec potest aliud nobis exhibere quàm quod ipse desideravit & voluit. Enimvero si recolere velitis vetusta illa prodigia, Nerones dico & Heliogabalos, & Commodos, seu potiùs semper Incommodos, certè non hominum magis vitia illa quàm ætatum fuerunt.* [4] *Dii avertant principes pueros, & patres patriæ dici impuberes: & quibus ad subscribendum* [5] *magistri literarii manus tencant:* [6] *quos ad consu-*

1. *Deinde omnes interrogati.*] Recta est Lipsii emendatio; qui pridem scribendum monuit: *deinde* OMNES. *interrogatus præterea qui post T. s.* vide ad Trebellii Pollionis Valerianos. *Idem.*

Deinde omnes interrogati.] Probet alius, non ego, Lipsii emendationem: *Deinde* OMNES. *interrogatus præterea qui post Tacitum sedebat senator.* Scio legitimam illam esse & solemnem adclamandi formulam in Senatu, *Omnes.* sed ea dicta, discedebant, nec sententiæ amplius rogabantur. At heic sequitur interrogatum fuisse senatorem qui post Tacitum sedebat, & sententiam dixisse. deinde acclamationes quæ præcessêrunt ab omnibus sunt factæ. quid igitur opus addere: *deinde* OMNES. *Salm.*

Deinde Omnes. *Interrogatus præterea qui.*] Ita etiam Pal. nisi quod is *interrogatis*. Grut.

2. *Metius Falconius.*] *Mæcius Falconius.* ita Palatinus. & melius. Salmas.

Metius Falconius Nicomachus.] Palat. *Mæcius Faltonius.* Grut.

3. *Nihil ab hoc immaturum, nihil perperum, &c.*] Palatinus habet, *præperum.* nullus dubito quin legi debeat, *perperum.* Glossarium vetus: *perperus,* πταισμός, σφαλτικός. *perperam ego,* ἁμαρτάνω, σφαλτικῶς. *Salm.*

4. *Dii avertant principes pueros.*] Sapientissimi Salomonis antiqua vox est: *Væ tibi ô terra, cujus rex puer est.* Casaub.

5. *Magistri literarii.*] *Litteratores* eos vocant. *Salmas.*

6. *Quos ad consulatus dandos dulcia & circuli.*] *Dulcia*, placentæ. cujus singulare *hoc dulcium.* hinc dulciarium opus, & *dulciarius*, quod Græci γλυκουντιακός. nam γλυκούντιος Græcis placentæ. *Idem.*

1. *Dul-*

consulatus dandos [1] *dulcia & circuli, & quæcunque voluptas puerilis invitet. Quæ, malùm, ratio est habere imperatorem qui famam curare non noverit: qui quid sit Resp. nesciat, nutritorem timeat, respiciat ad nutricem,* [2] *manuum magistralium ictibus terrorique subjaceat: faciat eos consules, duces, judices, quorum vitas, merita, ætates, familias, gesta non norit?* [3] *Sed quid diutiùs P. C. protrahor? magis gratulemur quòd habemus principem senem, quam illa iteremus quæ plusquam lacrymanda tolerantibus extiterunt. Gratias igitur diis immortalibus ago atque habeo, & quidem pro universa Rep. teque Tacite Auguste convenio, petens, obsecrans, liberè pro communis patriæ legibus deposcens, ne parvulos tuos,* [4] *si te citiùs fata prævenerint, facias Romani heredes imperii:* [5] *ne sic Remp. patresque conscriptos populumque Romanum, ut villulam tuam, ut colonos tuos, ut servos tuos relinquas. Quare circumspice, imitare Nervas, Trajanos, Adrianos. Ingens est gloria morientis principis Remp. magis amare quàm filios.* Hac ora- 7
tione & Tacitus ipse vehementer est motus, & totus senatorius ordo concussus: statimque acclamatum est, *Omnes, Omnes.* Inde itum ad campum Martium: ibi comitiale tribunal ascendit: ibi præfectus urbis Ælius Cesetianus sic loquutus est, *Vos sanctissimi milites, & sacratissimi vos Quirites, habetis principem quem de sententia omnium exercituum senatus elegit: Tacitum dico augustissimum virum, ut* [6] *qui hactenus sen-*

1. *Dulcia & circuli.*] Etiam apud Græcos inter dulciariorum opera κύκλοι. *Casaub.*

2. *Manuum magistralium, &c.*] Alia lectio: *magnorum magistr.* Ex quo emendabat Jos. Scaliger, *flagrorum mag.* Idem. *Manuum magistralium ictibus terrorique subjaceat.*] Lectio Palat. *magnarum.* scriptum esse pro *mannarum. mannæ* sunt fasces. hinc *mannæ magistrales*, virgarum fasces quas pædagogi & magistri litterarii pueris intentant. Gloss: δράγμα, *manipulus, manna, mannæ* igitur *magistrales*, sunt ferulæ. Mart. *Ferulæque tristes, sceptra pædagogorum.* Salmas.

Manuum magistralium ictibus.] Palat. *magnarum magistralium ictibus.* Grut.

3. *Sed quid diutius P. C. protrahor.*] Scr. *Sed quo diutius P. C. protrahor.* Salm.

4. *Si te citiùs fata prævenerint.*] Quod verbum eleganter hic positum pro φθάσειεν ἀρπάσασα, sive κομίσασα. *Morte prævenire*, pro mori translatitium est. *Casaub.*

Si te fata citius prævenerint.] Ita bene Pal. *Grut.*

5. *Ne sic Remp. P. Q. C. P. Q. R. ut villulam tuam, &c.*] Vide Plinium in Panegyrico. *Casaub.*

6. *Qui hactenus sententiis suis Reipublicam juvit, nunc juvet justit.*] Pal. non agnoscit illud *juvit*; & loco *juvet* habet, *dixit.* Grut.

sententiis suis Remp. juvit, nunc juvet jussis atque consultis. [2] Acclamatum est à populo, *Felicissime Tacite Auguste, dii te servent*, & reliqua quæ solent dici. Hoc loco tacendum non est plerosque in literas retulisse, [3] Tacitum absentem & in Campania positum, principem nuncupatum: quod verum est, nec dissimulare possum. Nam quum rumor emersisset illum imperatorem esse faciendum, discessit, atque in Bajano duobus mensibus fuit. Sed inde deductus huic senatusconsulto interfuit, quasi verè privatus, & qui
8 verè recusaret imperium. [3] Ac nequis me Græcorum alicui vel Latinorum existimet temere credidisse, habet bibliotheca Ulpia [4] in Armario sexto librum elephantinum, in quo hoc S. C. perscriptum est: cui Tacitus ipse manu sua subscripsit. [5] Nam diu hæc S. C. quæ ad principes pertinebant, in libris elephantinis scribebantur. Inde ad exercitus profectus: ibi quoque quum primùm tribunal ascendit, [6] Mesius Gallicanus præfectus prætorio in hæc verba disseruit: *Dedit, sanctissimi commilitones, senatus principem quem petiistis: paruit præceptis & voluntati castrensium ordo ille nobilissimus. Plura mihi apud vos præsente imperatore non*

1. *Acclamatum est à populo, &c.*] Distingue & lege: *Acclamatum est à populo, felicissime. Tacite Auguste dii te servent.* Salmas.

2. *Tacitum absentem & in Campania, &c.*] Vide Zonaram de electione Taciti. *Casaub.*

3. *Ac ne quis me Græcorum alicui vel Latinorum existimet credidisse.*] Emenda: *Ac ne quis me Græcorum alicui, Latinorumve æstimet credidisse.* Salmas.

4. *In armario sexto.*] Palatinus liber: *in sexto armerio. armerium* pro *armarium.* Idem.

5. *Nam diu hæc S. C. quæ ad principes pertinebant in libris elephantinis scribebantur.*] Desierat nempe vetus consuetudo, ut omnia S. C. in æs incisa referrentur in ærarium. Exarabant verò in tabulis eboreis, non autem ligneis honorificentiæ caussa. *Casaub.*

Nam diu hæc S. C. quæ ad principes pertinebant in libris elephantinis scribebantur. Ego *libros elephantinos* heic apud Vopiscum, eboreos accipi debere existimo. veteres calamos de harundine habuere, quos etiam aliter temperabant. atramentum quoque, quo utebantur, à nostro atramento diversum, ebori pingendo aptius quam quo hodie utimur. veteres in ebore scripsisse & eboreis tabulis, ut & in ligneis; quod qui negare paratus erit, eum frustra negare ostendam ex hoc Martialis disticho in apophoretis, cujus lemma: *Eborei pugillares:*

Languida ne tristes obscurent lumina cera,
Nigra tibi niveum littera pingat ebur.

Salmas.

6. *Mesius Gallicanus.*] Legendum, *Macrius Gallicanus.* Idem.

1. *Sed*

non licet loqui. Ipsum igitur qui tueri nos debet, loquentem dignanter audite. Post hoc Tacitus Augustus dixit, *Et Trajanus ad imperium senex venit,* [1] *sed ille ab uno deductus est: at me, sanctissimi commilitones, primùm vos qui scitis principes approbare, deinde amplissimus senatus dignum hoc nomine judicavit: curabo, enitar, efficiam ne vobis desint, si non fortia facta, at saltem vobis atque imperatore digna consilia.* Post hoc stipen- 9
dium & donativum ex more promisit, & primam orationem ad senatum talem dedit. *Ita mihi liceat P. C. sic imperium regere ut à vobis me constet electum, ut ego cuncta ex vestra facere sententia & potestate decrevi. Vestrum est igitur ea jubere atque sancire quæ digna vobis, digna modestо exercitu, digna populo Romano esse videantur.* In eadem oratione Aureliano statuam auream ponendam in Capitolio decrevit: item statuam argenteam in Curia, item in templo Solis, item in foro divi Trajani. Sed aurea non est posita: dedicatæ autem sunt solæ argenteæ. In eadem oratione cavit [2] ut si quis argento publicè privatimque æs miscuisset, si quis auro argentum, si quis æri plumbum, [3] capital esset cum bonorum proscriptione. In eadem oratione [4] cavit ut servi in dominorum capita non interrogarentur, ne in causa majestatis quidem. addidit, ut Aurelianum omnes pictum haberent. Divorum templum fieri jussit, in quo essent statuæ principum bonorum, ita ut iisdem natalibus suis, & pa-

1. *Sed ille ab uno deductus est.*] Non malè. sed nec malè Pal. *delectus est.* Grut.

2. *Ut si quis argento publice privatimque æs miscuisset, si quis auro argentum.*] Ergo aurum argento, argentum ære, æs plumbo adulterabatur. inde aurum ad obrusam exigebatur, in quo ignis excoxisset & purgasset, si quid erat sequioris metalli, hoc est argenti admixtum. has igitur metallorum mixturas publice privatimque prohibuit Tacitus, pœna capitis proposita, & bonorum proscriptione. Hinc cognoscimus stellionatus pœnam capitalem fuisse. nam huic proprie crimen stellionatus obtinet, in adulterandis scilicet metallis & miscendis. *Salmas.*

3. *Capitale esset.*] Rectè in Palatino, *capital esset.* sic *capital facere* apud Plautum & alios antiquos & bonos Latinitatis auctores. *Idem.*

4. *Cavit ut servi in dominorum capita non interrogarentur, ne in causa majestatis quidem.*] Regula juris est, servum in caput domini non posse interrogari. sed excepta sunt constitutione Severi aliquot crimina: adulterii, fraudati census, & majestatis. hanc igitur constitutionem antiquavit lege sua Tacitus. *Casaubonus.*

1. *Quod*

& parilibus, & Calend. Januariis & Votis, libamina ponerentur. In eadem oratione fratri suo Floriano consulatum petiit, & non impetravit, idcirco [1]quòd jam [2]senatus [3]omnia nundina suffectorum consulum clauserat. Dicitur autem multùm lætatus senatûs libertate, quòd ei negatus est consulatus quem fratri petierat. Fertur denique dixisse, *Scit senatus quem principem fecerit.* [4]Patrimonium suum publicavit [5]quod habuit in reditibus, H-S. bis millies octingenties. Pecuniam quam domi collegerat, in stipendium militum vertit. Togis & tunicis iisdem est usus quibus privatus. [6]Meritoria intra urbem stare vetuit:

1. *Quod jam senatus omnia nundina suffectorum consulum clauserat.*] In Palat. *nundinia.* & ita ubique scriptum notum est sub imperatoribus jam inde à Claudio bimestres consules fuisse, ita ut duodecim in annum ordinarentur. Etsi variatum aliquando pro libidine principum quorumdam, & plures ordinati, hunc tamen numerum, & ordinandi modum tenuerunt plures, & meliores imperatores. Sex igitur nundinia vel collegia consulum suffectorum erant. primum nundinium ordinariorum consulum à Kalendis Januariis usque ad Martias. secundum nundinium suffectorum à Kalendis Martiis ad Maias, &c. atque hæc sunt omnia suffectorum consulum nundinia, quæ sic vocat Vopiscus, quæ jam clauserat Senatus, hoc est omnes consules totius anni designarat & ordinaverat, cum consulatum fratri suo petiit Tacitus. ideoque non impetravit, quod minime vacuus locus esset relictus. hinc *nundinum* vel *nundinum* pro consulum ordinatione usurpatum est. *Salmas.*

2. *Senatus omnia nundina suffectorum consulum clauserat.*] Exposuimus ad Alexandrum Lampridii. *Casaub.*

3. *Omnia nundina suffectorum.*] Pal. *nundia.* Grut.

4. *Patrimonium suum publicavit, quod habuit in redditibus H. S. bis millies octingenties.*] Sic scripti libri. Itaque licet per illos credamus, quod haut scio an ipsi Pitho multis hodie sit persuasura, hominem privatum in imperio Romano tantum possedisse, ut haberet in reditibus aureorum nostratium octo circiter milliones. opes etiam regum nonnullis hodie invidendæ. *Casaub.*

5. *Quod habuit in reditibus H-S bis millies octingenties.*] Palat. *sistertium bis millies octingenties.* Hæc summa facit septem milliones aureorum nostrorum. Census Lentuli Auguris, Augusti temporibus quinque millionum fuit. quod ut minus miremur, faciliusque æstimare liceat magnitudinem divitiarum Romanarum, Olympiodorus apud Photium scribit, ætate sua, longe minus florentibus & minus opulentis temporibus, & labente jam rep. multas Romæ familias collegisse ex annuo reditu sexcenta quadraginta millia aureorum nostrorum, hoc est paulò minus duo milliones librarum. *Salmas.*

6. *Meritoria intra urbem stare vetuit: quod quidem diu tenere non potuit.*] Lupas quæ corpore quæstum faciunt *meritoria scorta* vocant Latini, ut in Claudio Suetonius: cap. XV. potest ita exponi vox ista. potest & de loco accipi, ac meretriciis cellis. *Casaub.*

Meritoria intra urbem stare vetuit.] Nunquam fere Latini *meritorium* absolute dicunt pro scorto, sed *meritorium scortum*, *meritorium pretium*. Rursus ut non

tuit: quod quidem diu tenere non potuit. [1] Thermas omnes ante lucernam claudi jussit, nequid per noctem seditionis oriretur. CORNELIUM TACITUM, scriptorem historiæ Augustæ, quòd parentem suum eundem diceret, in omnibus bibliothecis collocari jussit: & ne lectorum incuria deperiret, [2] librum per annos singulos [3] decies [4] scribi publicitus in * evicis archiis jussit, & in bibliothecis poni. Holosericam vestem viris omnibus interdixit. Domum suam destrui præcepit, atque in eo loco thermas publicas fieri privato sumptu jussit: columnas centum Numidicas pedum vicenûm ternûm Hostiensibus donavit. [5] De proprio possessiones quas in Mauritania habuit, [6] sartis tectis Capitolii deputavit. Argentum mensale quod privatus habuerat, ministeriis conviviorum, quæ in templis fierent, dedicavit. Servos urbanos omnes manumisit utriusque sexus, intra centum tamen, [7] ne Caniniam transire videretur. Ipse fuit vitæ parcissimæ, ita 11
ut sextarium vini tota die nunquam potaverit, sæpe intra heminam. Convivium verò unius gallinacei, ita ut sinciput adderet & ova. Præ omnibus oleribus affatim ministratis,

non de loco, sed de his qui in loco sunt, intelligam, facit verbum *stare*, quod hoc habetur. quod proprium est eorum earumve, qui se corporis sui merce tuentur. nam *stare* & *prostare* dicuntur. *sic meritoria* erunt pro meritoriis scortis, vel meritoriis pueris. *Salmas.*

1. *Thermas omnes ante lucernam claudi jussit.*] Vide Lampridium in Alexandro Severo. *Casaub.*

2. *Librum per annos singulos decies scribi publicitus in * evicis archiis jussit.*] Minima mutatione potest emendari hic locus, ut scribatur *in cunctis archiis*. habent omnes membranæ vel *in enconsarchis*, ut regiæ: vel ut Puteani, *emicosarchis*. Idem.

3. *Decies scribi publicitus in evicis archiis jussit.*] Nos hunc locum hominibus & ingenio & otio paratioribus ventilandum & excutiendum relinquimus. scriptura antiquitus excusorum est: *decies scribi publicitus in evicosarchia jussit.* Salmas.

4. *Scribi publice in * evicis archiis jussit.*] Adponam & scripturam Palatini: *in evicos archis.* videtur autem mihi in illo *eos* latere vox *Consulum*. Grut.

5. *De proprio possessiones, &c.*] Prima verba ad superiorem periodum pertinent. scribe igitur: *Columnas centum N. p. v. t. H. donavit de proprio. Possessiones, &c.* Casaub.

6. *Sartis tectis Capitolii deputavit.*] Tacitus possessiones quas in Mauritania habebat, dicitur sartis tectis Capitolii deputasse. *Salmas.*

7. *Ne Caniniam transire videretur.*] Legem Fusiam Caniniam, quæ ab Augusto ad Justinianum usque obtinuit. ille primus sustulit, ut libertates impedientem, & quodammodo invidam. *Casaub.*

1. *Summam*

stratis, lactucis impatienter indulsit: [1] somnum enim se mercari illa sumptus effusione dicebat. Amariores cibos appetivit. [2] Balneis rarò usus est, atque validior fuit in senectute. [3] Vitreorum diversitate atque operositate vehementer est delectatus. [4] Panem nisi siccum nunquam comedit,

1. *Somnum enim se mercari illa sumptus effusione dicebat.*] In membranis hæc mirè perturbata. Lactucam sativam frigidam esse atque ψυχρολακτὼ scribit Dioscorides. lactuca autem sylvestris, & somnum conciliat, & πεπεῖν ἐν σκότει τὸν μέθυσον, inquit idem. sed quæro, in lactucarum paratu quam appellet auctor sumptus effusionem. *Idem.*

Somnum enim se mercari illa sumptus effusione dicebat.] Tacitus alias parcus & sobrius, & qui convivia parco sumptu instituere amaret, oleribus tamen & lactucis largiter indulgebat, & liberali & laxa admodum ratione ea ministrari sibi volebat. quo genere edulium tantum, copiosum & sumptuosum ejus erat convivium. quam profusionem in hoc genere, ut excusaret, qui in aliis cibis adponendis largitatem & copiam aversabatur, somnum se mercari illo prolubio, & sumptus effusione dicebat. quod vero quærunt eruditi viri quam appellet Vopiscus in lactucarum & olerum apparatu sumptus effusionem, sciendum est, nihil aliud ea locutione intelligi, quam eorum copiam & abundantiam, quam nimis sumptuosam videri volebat parcus & aridus senex. *Salmas.*

2. *Balneis rarò usus est, atque validior fuit in senectute.*] Melius scripti, *atque idco validior fuit.* Casaub.

Balneis raro usus est, atque validior fuit in senectute.] Scribe: *eoque validior fuit in senectute.* Salmas.

3. *Vitreorum diversitate atque operositate vehementer est delectatus.*] In fingendis vitreis magna & arte & industria usi veteres, præsertim Ægyptii. *Casaub.*

4. *Panem nisi siccum nunquam comedit.*] Ita hunc locum interpretamur; Tacitum nunquam nisi panem solum in jentaculis, vel etiam prandiis comedisse. *panem comedere*, & *panem gustare*, hoc erat jentare veteribus. plerique autem non solum cum comedebant, sed palmulas, uvas passas, nucleos, mel Atticum crudum aut coctum, aut aliquid melliti, operisve dulciarii. salsi etiam aliquid aliquando cum pane sumebant. Alii panem solum comedebant, ut hoc Tacitus. sic de se Seneca scribit epist. LXXXIII. *Non multum mihi ad balneum superest. panis deinde siccus, & sine mensa prandium, post quod non sunt lavanda manus.* Hinc Gr. βυκκισμὸν appellarunt à Latina voce *bucca* vel *buccea*, quæ frustum panis vel panem significat. nam inde *buccella* & *buccellatum* panis sex unciarum. vetus Glossarium: *Ientat*, βυκκίζει *Gustare*, βυκκίσαι. hinc *buccæ* & *buccellarii*, qui aliena buccea hoc est quadra vivunt, parasiti scilicet, & adsectæ. Ergò panem comedere, gustare, & jentare, res eadem. Hora jentaculi tertia aut quarta. unde Martialis eum qui ad quintam venerat prandium, sero venire dixit, ut jentaret: nimis tempori, ut pranderet.

Mane veni potius. nam cur te quinta moretur?
Ut jentes, sero Cæciliane venis.

Tertia igitur hora ungebantur, & gustabant. *Gustum* igitur & *gustationem* pro jentaculo dicebant. *Gustarium* verò hodie dicimus antecœnam vel merendam, hoc est cibum illum quem sumimus inter cœnam & prandium. raro autem prandebant veteres, & jentaculum cum prandio multi confundebant. *prandium* sane meridianum cibum appellabant, quem leviter & dicis tantum gratia sumebant. hinc illud apud Senecam quod supra retulimus: *panis siccus, & prandium sine mensa.* Hinc recentiores

edit, eundemque sale atque aliis rebus conditum. Fabricarum peritissimus fuit, marmorum cupidus, nitoris senatorii, venationum studiosus. Mensam denique suam nunquam nisi agrestibus opimavit. [1] Fasianam avem, nisi suo & suorum natali [2] & diebus festissimis, non posuit. [3] Hostias suas semper domum revocavit, iisdemque suos vesci jussit. Uxorem gemmis uti non est passus. Auroclavatis vestibus idem interdixit. Nam & ipse autor Aureliano fuisse perhibetur ut aurum à vestibus & cameris & pellibus submoveret. Multa hujus feruntur, sed longum est ea in literas mittere. Quòd si quis omnia de hoc viro cupit scire, legat Suetonium Optatianum qui ejus vitam affatim scripsit. Legit sanè senex minutulas literas ad stuporem: nec unquam noctem intermisit [4] qua non aliquid vel scriberet vel legeret, [5] præter posterum calendarum diem. [6] Nec tacendum est, & frequenter intimandum, 12
tantam senatus lætitiam fuisse quòd eligendi principis cura ad ordinem amplissimum revertisset, ut & supplicationes

tiores Græci ἄριστον prandium appellarunt, cum veteres sic *jantaculum* vocarent. *jejunium solvere*, hoc est uno verbo, *dejejunare*. Salmas.

Panem nisi siccum nunquam comedit.] *Panem comedere* est jantare: quod in jantaculo panem fere siccum comedebant. *Idem.*

1. *Fasianam avem, nisi suo & suorum natali & diebus festissimis non posuit.*] Vide potiùs num scribendum *festivissimis*. de fasianæ avis raritate in conviviis veterum imperatorum, suprà ad Pertinacis vitam. *Casaub.*

2. *Et diebus festissimis.*] Non aliter auctores isti loqui consuerunt. *Salmasius.*

3. *Hostias suas semper domum revocavit.*] Non sine aliqua, ut videtur, ἀντιλοιδορίας aut sordium nota hæc dicuntur. nam moris erat ut post rem divinam factam, in templo cum sacerdotibus epularentur. sed qui ad rem erant attentiores, victimæ portiunculam aliquam sacerdotibus relinquebant, ac reliquas carnes domum revocabant, ut inter suos illis ibi vescerentur, vel etiam divenderent. inde illa εἰδωλόθυτα, quorum meminit Apostolus. *Casaub.*

4. *Qua non aliud vel scriberet, vel legeret.*] *Qua non aliquis vel scriberet ille vel legeret.* ita Palatinus. *Salmas.*

5. *Præter posterum Calendarum diem.*] De hac veterum religione notatum aliquid ad Suetonii librum secundum, cap. XCII. *Casaub.*

Præter posterum Kalendarum diem.] Posteri dies Kalendarum, Nonarum, Iduum, veteribus infausti atque atri habebantur. *Salmas.*

6. *Nec tacendum est, & frequenter intimandum.*] Omnino scribendum: *nec tacendum est, & frequenter intimandum.* non tacere autem istis auctoribus familiaris locutio, pro *dicere* vel loqui. *Idem.*

2. Et

nes decernerentur, [1] & hecatombe promitteretur à singulis: denique senatores ad suos scriberent, nec ad suos tantùm, sed etiam ad externos. Mitterentur præterea literæ ad provincias, [2] ut scirent omnes socii omnesque nationes in antiquum statum rediisse Rempub. ac senatum principes legere, imò ipsum senatum principem factum: leges à senatu petendas, reges Barbaros senatui supplicaturos: pacem ac bella senatu autore tractanda. Nequid denique deesset cognitioni, pleraque hujusmodi epistolas in fine libri posui, & cum cupiditate & sine fastidio, ut existimo,
13 perlegendas. [3] Et prima quidem illi cura imperatoris facti hæc fuit, ut omnes qui Aurelianum occiderant, interimeret, bonos malosve, [4] quum jam ille vindicatus esset. [5] Et quoniam à Mœotide multi barbari eruperant, hos eosdem consilio atque [6] viribus, ut eò redirent, compulit. [7] Ipsi autem Mœotidæ [8] ita congregabantur, quasi accitu Aureliani ad bellum Persicum convenissent, auxilium daturi nostris, si necessitas postularet. [9] Quum Tullius dicat,

1. *Et hecatombe promitteretur à singulis.*] Legendum ex regio & Puteani codicibus: *Et hecatombæ promitterentur. singuli denique senatores ad suos, &c.* Salaub.

Et hecatombæ promitterentur: singuli denique Senatores, &c.] Obsequutus sum membranis Gallicanis, cùm esset in vulgg. *& hecatombe promitteretur à singulis. denique, &c.* Palatinus abit ab utrisque; habetque, *& acatomben promitterttur singulis. denique, &c.* Grut.

2. *Ut scirent omnes socii.*] Dictiuncula *ut*, non est in Palat. & potest abesse, tamquam initium fuerit verborum formalium quibus usi Senatores. *Idem.*

3. *Et prima quidem illi cura imperatoris facti hæc fuit, &c.*] Scribe, *illius.* nisi malis, *illi cura imperatori facto.* Casaubonus.

Et prima quidem illi cura imperatoris facti fuit.] Nihil mutamus. est enim positum pro, *& prima illi cura imperatori facto fuit.* Salmas.

Et prima quidem illi cura Imperatoris facti hæc fuit.] Sic & Pal. fortè *illi* mutandum in *illicò*. Grut.

4. *Cùm ille jam vindicatus esset.*] Occiso Mnestheo, qui statim ab ipsis auctoribus cædis errore cognito feris objectus. sed Tacitus pœnitentia Mucaporis, qui manu sua cædem patraverat, non contentus, & ipsum & alios necis auctores excruciavit. *Casaub.*

5. *Et quoniam à Mœotide multi Barbari eruperant, &c.*] Eadem Zosimus, qui ea tempestate Barbaros à Mœotide profectos in Ciliciam usque penetrasse scribit. *Idem.*

6. *Viribus ut eò redirent, compulit.*] Pal. *viri ut eo comperissit.* Grut.

7. *Ipsi autem Mœotidæ.*] Sic supra nisi fallor *Mœotidas* appellavit populos Mœotim paludem accolentes. *Salmas.*

8. *Ita congregabantur quasi accitu.*] Pal. *ita se gregabant quasi accitu.* Grut.

9. *Cùm Tullius dicat, &c.*] Pendet sententia imperfecta: quam fulcit regia lectio;

tat, [1] magnificentius esse dicere quemadmodum ceperit consulatum: [2] at in isto viro magnificum fuit quòd tanta gloria cepit imperium. Gessit autem propter brevitatem temporum nihil magnum. [3] Interemptus est enim insidiis militaribus, [4] ut alii dicunt, sexto mense: ut alii, morbo interiit. Tamen constat, factionibus eum oppressum, mente atque animo defeciisse. Hic idem mensem Septembrem TACITUM appellari jussit, [5] idcirco quòd eo in mense & natus & factus est imperator. [6] Huic frater FLORIANUS imperio successit, de quo pauca ponenda sunt.

lectio: *M. Tullius dicit, &c.* sic & Puteani. *Casaub.*

Quum Tullius dicat.] Lege ex veteri editione, item Palat. *M. Tullius dicit.* sequentia vero ipso auctore Cicerone sic legenda, & supplenda sunt: *Magnificentius esse dicere, quemadmodum gesserit consulatum, quam quemadmodum ceperit.* Vopiscus magnificum quidem Tacito fuisse ait, quod tanta gloria ceperit imperium: gessisse vero nihil magnum propter brevitatem temporis quo in imperio fuit. *Salmas.*

Cùm Tullius dicat, magnificentius.] Pal. omisso *cùm* habet, *Marcus Tullius dicit, magnific.* Grut.

1. *Magnificentius esse dicere quemadmodum ceperit consulatum.*] Sententia hujus videtur fuisse: *Magnificentius esse dicere quemadmodum ceperit consulatum; quàm quod factus sit consul.* Casaub.

2. *At in isto viro magnificum fuit.*] Vet. editio: *At isto viro magnificum fuit.* Salmas.

3. *Interemptus est insidiis militaribus.*] Occasionem cædis narrant Zosimus & Zonaras. *Casaub.*

4. *Ut alii, morbo interiit.*] In numero dierum consentit Eutropius, qui in imperio ait fuisse menses duos & dies XX. *Idem.*

5. *Idcirco quod eo in mense.*] *Quod eo mense.* Salmas.

6. *Huic frater Florianus imperio successit.*] *In imperio successit.* Lege mox uno tenore: *De quo pauca ponenda sunt. Hic frater Taciti germanus fuit, qui post fratrem arripuit imperium.* Idem.

[1] FLAVII VOPISCI SYRACUSII
FLORIANUS.

HIc frater Taciti germanus fuit, qui post fratrem arripuit imperium, [3] non senatus autoritate, sed suo motu, quasi hereditarium esset imperium: 1

1. FLAVII VOPISCI SYRACUSII FLORIANUS.] Inducendus hic titulus, & sequentia superioribus connectenda: est enim unicus liber, ut initiò diximus. *Casaub.*

2. *Hic frater Taciti germanus fuit, &c.*] Scribendum, *Non Germanus.* Idem.

3. *Non senatus autoritate.*] Adde, neque militum suffragiis. *Idem.*

perium: quum sciret [1] adjuratum esse in senatu Tacitum, ut quum mori cœpisset, non liberos suos, sed optimum aliquem principem faceret. Denique vix duobus mensibus imperium tenuit, & [2] occisus est Tarsi à militibus, qui Probum audierant imperare, quem omnis exercitus legerat. Tantus autem Probus fuit in re militari, ut illum senatus optaret, miles eligeret, ipse populus Rom. acclamationibus peteret. Fuit etiam Florianus morum fratris imitator, nec tamen usquequaque. [3] Nam effusionem in eo frater frugi reprehendebat: & hæc ipsa imperandi cupiditas aliis eum moribus ostendit fuisse quàm fratrem. Duo igitur principes una extiterunt domo: quorum alter sex mensibus, alter vix duobus imperaverunt, [4] quasi quidam interreges inter Aurelianum & Probum, [5] post interregnum principes nuncupati. Horum statuæ fuerunt
2 Interamnæ duæ pedum tricenûm ex marmore, quòd illic eorum cenotaphia constituta sunt in solo proprio: sed dejectæ fulmine, ita contritæ sunt ut membratim jaceant dissipatæ, quo tempore responsum est ab aruspicibus, quandoque ex eorum familia imperatorem Romanum futurum, seu per fœminam, seu per virum, qui det judices Parthis

1. *Adjuratum esse in senatu Tacitum.*] Superiora illa verba respicit ex oratione Metii Falconii, *te Tacite Auguste convenio, petens, obsecrans, &c.* nam *te convenio* eo loco idem ac, te adjuro. *Idem.*

2. *Occisus est Tarsi à militibus, &c.*] Unus est Zosimus qui memoriam rerum inter Probum & Florianum gestarum conservarit. eum lege. De Floriani morte eadem Aurelius Victor Schotti ac Vopiscus. *Idem.*

3. *Nam effusionem in eo frater frugi reprehendebat.*] Effusionem heic vocat quam alii profusionem. sed & *effundere* apud Ciceronem multis locis est profundere & prodigere. *Salmas.*

4. *Quasi quidam interreges inter Aurelianum & Probum, &c.*] Locum hunc esse vitiatum nemo non sentit. Vopiscus respectu brevitatis imperii horum duorum imperatorum: quasi quosdam interreges fuisse videri ait inter Aurelianum & Probum. vix enim octo menses in imperio fuerunt hi duo principes. quod temporis spatium, propter brevitatem, interregni magis quam regni videri possit. legendum igitur, illis quæ diximus relectis & expunctis: *Duo igitur principes una extiterunt domo: quorum alter sex mensibus, alter vix duobus imperaverunt, quasi quidam interreges inter Aurelianum & Probum. Horum statuæ fuerunt Interamnæ.* Idem.

5. *Post interregnum principes nuncupati.*] Suspecta hæc mihi. caussam & tacente me lector acutus facilè conjiciet. *Casaub.*

1. *Qui*

Parthis ac Persis: qui Francos & Alemanos sub Romanis legibus habeat: qui per omnem Africam Barbarum non relinquat: qui Taprobanis præsidem imponat: [1] qui ad Romanam insulam proconsulem mittat: [2] qui Sarmatis omnibus judicet: [3] qui terram omnem quam Oceanus ambit, captis omnibus gentibus, suam faciat: postea tamen senatui reddat imperium, & antiquis legibus vivat ipse victurus annis CXX. & sine herede moriturus. Futurum autem eum dixerunt à die fulmine præcipitatis statuisque confractis post annos mille. Non magna hæc urbanitas aruspicum fuit, [4] qui principem talem post mille annos futurum esse dixerunt? quia si [5] post centum annos prædicerent fore, possent eorum deprehendi mendacia, quum vix remanere talis possit historia. Ego tamen idcirco hæc inserenda volumini credidi ne quis me legens legisse non crederet. Tacitus congiarium populo Romano intra sex 3
menses vix dedit. Imago ejus posita est in Quintiliorum [6] in una tabula quincuplex, in qua semel togatus, semel chla-

1. *Qui ad Romanam insulam proconsulem mittat.*] Lego, *ad Britaniam insulam.* nam de ea hæc debere intelligi ne ambigendum quidem censeo. quare sive emendationem admittas, quam putamus necessariam, sive vulgatam probes, Britannia omnino intelligitur: quam insulam Procopius nominat τὴν ἐκτὸς στηλῶν τῶν Ἡρακλείων νήσων ἀπασῶν μεγίστην τε καὶ πολυανθρωποτάτην. *Idem.*

Qui ad Romanam insulam proconsulem mittat.] Indubitata emendatio est: *ad magnam insulam. Britannia* dicta ἐξοχὴν magna insula, quod omnium insularum sit longe maxima. sic Græci μεγάλην νῆσον eum appellant. *Salmas.*

2. *Qui Sarmatis omnibus judicet.*] Hoc est, *judicem imponat.* Idem.

3. *Qui terram omnem quam Oceanus ambit.*] Membranæ, *quà Oceano ambitur.* Casaub.

4. *Qui principem talem post mille annos futurum esse dixerunt.*] Duplici malo laborat hic locus; trajectione verborum, & defectu. Sic ordine restituto: *Non magna hæc urbanitas aruspicum fuit, qui principem talem post mille annos futurum esse dixerunt, pollicentes, cum vix remanere talis posset historia. quia si post centum annos prædicerent fore, possent eorum deprehendi mendacia.* Hanc urbanitatem aruspicum lepide tangit heic Vopiscus, qui principem qualem antea descripsit; post mille annos futurum polliciti sint, cum eorum prædictionis, & totius ejus rei memoria vix posset extare. quia si post centum annos eum futurum prædixissent, memoria adhuc recenti, potuisset eorum responsum mendacii revinci. caverunt igitur sibi, prædictionum suarum eventum, post tam longum tempus pollicentes. *Salmas.*

5. *Post centum annos prædicerent fore, possint eorum.*] Pal *prædiceret, forte possint.* uterque non malè. *Gut.*

6. *In una tabula quincuplex.*] Pal. *quinquiplex.* Salmas.

chlamydatus, semel armatus, semel palliatus, semel venatorio habitu. De qua quidam epigrammatarius ita lusit, ut diceret, *Non agnosco senem armatum,* [1] *non chlamydatum inter cætera, sed agnosco togatum.* Et Floriani liberi & Taciti multi extiterunt: quorum sunt posteri credo millesimum annum expectantes. [2] In quos multa epigrammata scripta, quo jocati sunt aruspices imperium pollicentes. Hæc sunt quæ de vita Taciti atque Floriani digna memoratu comperisse memini. Nunc nobis aggrediendus est PROBUS, vir domi forisque conspicuus: vir Aureliano, Trajano, Adriano, Antoninis, Alexandro, Claudioque præferendus: [3] nisi quia in illis varia, in hoc omnia præcipua tunc fuere: qui post Tacitum omnium judicio bonorum imperator est factus, orbemque terrarum pacatissimum gubernavit, deletis Barbaris gentibus, deletis etiam plurimis tyrannorum, qui ejus temporibus extiterunt: [4] de quo dictum est ut Probus diceretur, etiamsi Probus nomine non fuisset. [5] Quem quidem multi ferunt [6] Sibyllinis libris fore promissum: qui si diutiùs fuisset, orbis terræ Barbaros non haberet. [7] Hæc ego in aliorum vita

1. *Non chlamydatum inter cætera.*] Ponit principium epigrammatis, & finem. Totius carminis facilè ex istis sensus patet. Passim in Vopisci libellis leges illa verba, *inter cætera*, cùm alicujus scripti partem solùm ponit. *Casaub.*

2. *In quos multa epigrammata scripta, quo jocati sunt arusp.*] Scribendum, *quoeis*, sive *quibus*. verbum *jocari* passivè accepit. *Idem.*

3. *Nisi quia in illis varia, in hoc omnia præcipua tunc fuere.*] Vix fero illud *tunc*. Idem.

4. *De quo dictum est, ut Probus diceretur, &c.*] Clarum est omissum aliquid. Lege, *De quo dictum est, dignum esse, ut Probus diceretur, etiamsi Probus nomine non fuisset.* Alludit ad Valeriani verba de Probo, *verè probo*, inquit: *quod nisi nomen haberet, potuit habere cognomen.* Idem.

De quo dictum est, ut Probus diceretur, &c.] *Ut* pro *quod*: & *diceretur*, pro *dictum esset*, usitata temporum enallage istis auctoribus. *Salmas.*

De quo dictum est ut Probus diceretur, etiam, &c.] Hoc est, cui uno consensu populus imposuisset Probi nomen, si illud non prætulisset nomine. *Grut.*

5. *Quem quidem multi ferunt, etiam Sibyllinis, &c.*] Ita rectè Pal. *Idem.*

6. *Sibyllinis libris fore promissum.*] *Fore* dixit pro fuisse. *Casaub.*

7. *Hæc ego in aliorum vita de Probo credidi, &c.*] Unde illa, *idcirco indidi?* nam omnes membranæ, *credidi prælibanda.* Idem.

Hæc ego in aliorum vita de Probo credidi prælibanda.] Est à scriptis universis: pro quo obtruserant nobis typographi: *De Probo idcirco indidi.* Grut.

1. Ne

vita de Probo idcirco indidi, [1] ne dies, hora, momentum aliquid sibi vindicaret, ne fatali necessitate absumptus Probo indicto deperirem. [2] Nunc claudam volumen, satisfactum arbitrans studio & cupiditati meæ. Omina im- 4
perii Tacito hæc fuerunt: Fanaticus quidam in templo Sylvani tensis membris exclamavit, [3] *Tacita purpura, tacita purpura.* (* idque septimò) Quod quidem postea omini deputatum est. Vinum quo libaturus Tacitus fuerat [5] in templo Herculis Fundani, subitò purpureum factum est. [6] Vitis quæ uvas Amineas albas ferebat, eo anno quo ille imperium meruit, [7] purpurascere plurima purpura cœpit. Mortis

1. *Ne dies, hora, momentum aliquid sibi vindicant, &c.*] Lego, *Ne si dies, hora, momentum aliquid sibi vindicaret in me, fatali necessitate absumptus, Probo indicto perirem.* Casaub.

Ne dies, hora, momentum, aliquid sibi vindicaret, ne fatali necessitate absumptus Probo indicto deperirem.] Repone scripturam Palatini codicis, & veteris editionis: *Hæc ego in aliorum vita de Probo indidi, ne dies, hora, momentum, aliquid sibi vindicaret in me necessitate fatali, ac Probo indicto deperirem.* Salmas.

Ne dies, hora, momentum aliquid sibi vindicaret, ne fatali necessitate absumptus, &c.] Nihil in his sani; nec in Palat. *ne dies ora momentum aliquis sibi vindicaret in me, necessitate fatali, ac Probo indicto deperirem.* Apparet tamen legendum: *ne si dies, hora, momentum aliquid sibi vindicaret in me necessitate fatali, Probo indicto deperirem.* Grut.

2. *Nunc claudam volumen satisfactum arbitrans.*] Quod ad verba ipsa Vopisci attinet, non possum ea integra ex ruderibus Palatinæ scripturæ excitare: sententiam sane ipsius mentemque hanc apparet fuisse: *Hæc ego in aliorum vita de Probo idcirco indidi, ne dies, hora, momentum, aliquid in me sibi vindicarent necessitate fatali, ac Probo indicto deperirem. Nunc quando moriar, nihil curo, satisfactum arbitrans studio & cupiditati meæ.* Salmas.

3. *Tacita purpura, tacita purpura: idque septimò.*] Scripti, *Taciti purpuram: Taciti purpuram: idque septies.* Casaub.

Taciti purpuram, Taciti purpuram.] Sic bene mss. Gallicani. nam Pal. accedit vulgatis, *Tacita purpura, tacita purpura:* in quo forsan idem sensus, sed non tam evelatus. *Grut.*

4. *Idque septimo.*] Ita constanter veteres omnes. *Septimo* pro *septies* his auctoribus familiare est. *Salmas.*

5. *In templo Herculis Fundani, subito purpureum factum est.*] Hinc colligas Fundana vina, quorum apud Plinium mentio, alba fuisse. nam vinum quo libaturus erat Tacitus in templo Herculis Fundani, subito purpureum factum est, hoc est sanguineum. vulgo dicimus in idiomate nostro, *clairet.* Idem.

6. *Vitis quæ uvas Amineas albas.*] Vetus scriptura: *Aminnias.* ita Græci Αμίννιον οἶνον dicunt. *Aminnium* autem potius quam *Aminium* veteres scripsisse testes Grammatici, qui vinum illud dictum Aminium censent, quasi sine minio, hoc est rubore, quod album esset. hoc quidem verum est de Aminia alba: sed in nigra qui potest verum esse? sunt enim Aminniæ uvæ nigræ & albæ. *Idem.*

7. *Purpurascere plurima purpura cæpit.*] Nonne satis erat dixisse, *purpurascere cæpit.* nos totum hunc locum sic putamus ab auctore fuisse conceptum: *Vi-*

Mortis omina hæc fuerunt: Patris sepulcrum disruptis januis se aperuit: matris umbra se per diem & Tacito & Floriano velut viventis obtulit; nam diversis patribus nati ferebantur: in larario dii omnes seu terræ motu, seu casu aliquo conciderunt. [1] Imago Apollinis quæ ab his colebatur, [2] ex summo fastigio in lectulo posita [3] sine cujuspiam manu deprehensa est. [4] Sed hæc sunt quæ à plerisque dicuntur. Nos ad Probum & ad Probi gesta insignia revertemur. Et quoniam me promisi aliquas epistolas esse positurum quæ creato Tacito principe gaudia senatus ostenderent, his additis, finem scribendi faciam. Epistolæ publicæ. *Senatus amplissimus curiæ Carthaginensi S.D. Quod bonum, faustum, felix salutareque sit Reipublicæ orbique Rom. dandi jus imperii, appellandi principis, nuncupandi Augusti, ad nos revertit. Ad nos igitur referte quæ magna sunt. Omnis provocatio præfecti urbis erit: quæ tamen à proconsulibus & ab ordinariis judicibus emerserit, in quo quidem etiam vestram in antiquum statum redisse credimus dignitatem, siquidem primus hic ordo est qui recipiendo vim suam, jus suum cæteris servat.* Alia epistola. *Senatus amplissimus curiæ Trevirorum. Ut estis liberi & semper fuistis, lætari vos credimus. Creandi principis judicium ad sena-*

tis quæ vivas Aminias albas ferebat, eo anno quo ille imperium meruit, purpureas tulit: sed & alia plurima purpurea facta sunt. Habes multa aliarum rerum exempla quæ purpureæ sunt factæ & omini imperii reputatæ, in superiorum imperatorum vitis. *Idem.*

1. *Imago Apollinis quæ ab his colebatur, &c.*] Recte, *ab his*: & ita scripti: id est, à Tacito & Floriano: qui privata religione Apollinis hanc imaginem venerabantur. Nam cum in cubiculo posita esset hæc imago loco aliquo sublimi ac celso; reperta est postea in lecto collocata, sine cujusquam manu. *Casaubonus.*

2. *Ex summo fastigio in lectulo posita sine cujuspiam manu deprehensa est.*] De fastigio domus intelligenda illa sunt, in quo Deorum imagines & statuas collocari moris erat, quemadmodum & in fastigiis templorum locabantur. Victoriæ enim & Deorum imagines, & alia simulacra in fastigio domus ponebantur. *Salmas.*

3. *Sine cujuspiam manu.*] Addit Palatinus: *Sine hominis cujuspiam manu.* Idem.

4. *Sed hæc sunt quæ à plerisque dicuntur.*] Vetus lectio ita habet: *Sed quo usque ultra progredimur? sunt à quibus ista dicantur. Nos ad Probum & Probi gesta insignia referemur.* quæ verissima est, & hoc loco reponenda. illud vero *referemur* pro *revertemur*, eidem illi editioni debemus. etsi ut verum fatear, non plane damnandum sit, *revertemur*. nam de Probo jam aliquid supra prælibavit. quod fortasse non cogitabat, qui *referemur* nobis supposuit. *Idem.*

1. *Antro-*

senatum redit, simul etiam præfecturæ urbanæ appellatio universa decreta est. Eodem modo scriptum est Antiochensibus, Aquileiensibus, Mediolanensibus, Alexandrinis, Thessalonicensibus, Corinthiis & Athenienſibus. Privatæ au- 6
tem epistolæ hæ fuerunt. [1] *Antronio, justo patri,* [2] *Antronius Tiberianus salutem.* [3] *Nunc te pater sancte interesse decuit senatui amplissimo, nunc sententiam dicere, quum tantum autoritatis amplissimo ordini creverit ut revertat in antiquum statum Resp. & nos principes demus,* [4] *nos faciamus imperatores, nos denique nuncupemus Augustos. Fac igitur ut convalescas, Curiæ interfuturus antiquæ.* [5] *Nos recepimus jus proconsulare, redierunt ad præfectum urbis appellationes omnium potestatum & omnium dignitatum.* Item alia. [6] *Claudius Capellianus* [7] *Cereio Metiano patruo S.* [8] *Obtinuimus pater sancte quod semper optavimus: in antiquum statum senatus revertit. Nos principes facimus, nostri ordinis sunt potestates. Gratias exercitui Romano & vere Romano: reddidit nobis quam semper habuimus potestatem. Abjice Bajanos Puteolanosque receſſus. Date urbi, date curiæ. Floret Roma,*

1. *Antronio, justo patri, &c.*] Scribendum, *Antronio Justo patri, &c.* Casaub.

2. *Antronius Tiberianus.*] Pal. *Tyfierianus.* Grut.

3. *Nunc te pater sancte.*] *Patrem & patrum sanctos* heic appellari non magis mihi mirum videtur, quam *virum sanctum* dici, pro viro probo & integro: ac de imperatoribus quidem minus mirum est, quos *sanctos & sanctissimos* dominos multis horum auctorum locis videmus appellari. quis vero non miretur ita compellari milites ab imperatore? sic enim in concione Taciti ad milites: *At me, sanctissimi milites, primum vos qui scitis principes adprobare, &c.* Salmas.

4. *Nos faciamus imperatores, nos denique nuncupemus.*] Lege ex membranis: *Nos facimus imperatores, nos denique nuncupamus.* Idem.

5. *Nos recepimus jus proconsulare.*] Habebat jus proconsulare senatus, quoties penes ipsum erat proconsules creandi potestas, & proconsulares provincias ordinandi. quam potestatem multi sibi vindicavere imperatores, qui populi provincias, haud minus quam suas ordinabant, & proconsules qui populi erant magistratus creabant. *Idem.*

6. *Claudius Capellianus Cereio Metiano, &c.*] Capellianus iste filius fortasse illius fuit, de quo in Gordianis. Cereiam gentem Romanam hic solùm legi, Cerelleiam sæpe. *Casaub.*

Claudius Capellianus.] *Claudius Sapilianus.* Ita vet. ed. cum Palatino. *Salmas.*

7. *Cereio Metiano.*] Idem: *Maciano.* Idem.

Cereio Metiano patruo.] Haud aliter Palatinus, nisi quod is *Meciano.* Grut.

8. *Obtinuimus pater sancte.*] Legendum: *Obtinemus pater sancte quod dudum optavimus.* Salmas.

Roma, floret tota Resp. Imperatores damus, principes facimus? possumus & prohibere, qui cœpimus facere. Dictum sapienti sat est. Longum est omnes epistolas connectere, quas reperi, quas legi. Tantùm illud dico, senatores omnes ea esse lætitia elatos, ut domibus suis omnes albas hostias cæderent, imagines frequenter aperirent, albati sederent, convivia sumptuosiora prævenirent, antiquitatem sibi redditam crederent.

1. *Convivia sumptuosiora prævenirent.*] Sic lectio vetus: nam *convivia prævenire* dixit, pro ἀπαντᾶν τῷ ὥρᾳ, solito maturius adire. hæc sunt quæ vocabant tempestiva convivia, quod temporius adirentur, passim à scriptoribus reprehensa: sed cùm voluptatis solùm gratia celebrarentur; non cùm in festi diei honorem, aut ex occasione tanti gaudii quantum hoc fuit. *Casaub.*

Convivia sumptuosiora prævenirent.] Eleganter Vopiscus *convivia prævenire dicit*, ad quæ venitur hora solita maturius; ut fere moris erat in conviviis sumptuosioribus. Catullus:

Vos convivia sumptuosa lauta
De die facitis. ——

Ea enim tempestivius, & de die inibantur. de die autem fieri convivia dicebantur, quæ de meridie fiebant. tunc enim dies ἡμέρα ἐξοχὴ sumitur pro meridie. hinc Ciceronis dictum in homines gulæ & ventri deditos, *de die & in diem eos vivere.* Hora igitur quinta vel sexta epulari, hoc *de die epulari* vocabant, & convivia illud horæ agitata, tempestiva dicebantur: intempestiva convivia nulla extare in veterum libris, nisi vitio librariorum creditо. ubicumque enim mentio fit intempestivorum, eam intempestive fieri putandum est, & tempestiva reponi debere. quid enim? an non tempestiva convivia, ut temporius iniri, sic & serius finiri de more fuit? Et veteres illi cascique Romani non alia hora cænabant, quam recentiores isti, quibus hora convivii sollemnis & legitima decima fuit. nec enim pro temporum diversitate, sed pro hominum conditione varia fuit hora cænandi. stata quidem & legitima fuit decima. sed eam anticipabant, & præveniebant homines otiosi, & gulæ dediti: at negotiosi actiosique περὶ ἐνάτην ὥραν vel in ipsa vel post eam, cœnam inibant, ad vesperam scilicet inclinato die. quod *labente die* dixit Virgilius:

Atque eadem labente die convivia quærit. Salmas.

FLAVII VOPISCI SYRACUSII

PROBUS.

CERTUM est quod Sallustius Crispus, quodque M. Cato & Gellius historici sententiæ modo in lite-

1. PROBUS.] Infrà nominatur, Aurelius Valerius Probus: in nummis, AURELIUS PROBUS. *Casaub.*

PANNUS Vopiscus infra scribit, patrem imperatoris Probi ignobilem fuisse, nomine Maximum, è Pannonia oriundum, & usque ad tribunatum

literas retulerunt, *Omnes omnium virtutes tantas esse quantas videri eas voluerint eorum ingenia, qui uniuscujusque facta descripserint.* Inde esse quòd Alexander Magnus Macedo, quum ad Achillis sepulcrum veniisset, graviter ingemiscens, *Felicem te*, inquit, *juvenis, qui talem præconem tuarum virtutum reperisti:* Homerum intelligi volens, qui Achillem tantum in virtutum studio finxit, quantum ipse valebat ingenio. [1] Quorsum hæc pertineant, mi Celse, ne fortassis requiras. Probum principem, cujus imperio Oriens, Occidens, Meridies, Septentrio, [2] omnesque orbis partes in totam securitatem redactæ sunt, scriptorum inopia jam penè nescimus. Occidit, prò pudor! tanti viri & talis historia qualem non habent bella Punica, non terror Gallicus, non motus Pontici, non Hispaniensis astutia. Sed non patiar ego ille, à quo dudum solus Aurelianus est expetitus, cujus vitam quantum potui persequutus, Tacito Flo-

tum perveniisse. non gente igitur aliqua magna, aut affinitate fuit Probus. Nec quemquam debet inducere illud Aurelii nomen. scimus enim plerosque novos homines, qui ad imperium conscenderunt, nomina & prænomina nobilium Romanorum libenter & licenter adsumpsisse: quorum multos video in hoc Aurelii nomine adsciscendo fuisse propensiores. *Salmas.*

* *Quidque M. Cato & Gellius historicæ sententiæ modo.*] Recte *Historici* repositum Casaubono. sic enim vet. editio & Palatinus. *Idem.*

† *M. Cato & Gellius historicæ sententiæ modo in literas retulerunt.*] Scribendum, *historici.* ὅτε N. οἱ ἱστορικοὶ γυμνασιάδ ἀπηφλιγκασιν. Cneum Gellium arbitror intelligi à Vopisco, veterem historicum, cujus Annales laudant passim veteres. *Casaub.*

1. *Quorsum hæc pertineant, mi Celse, ne fortassis requiras, &c.*] Ante ista verba collocandæ sunt aliquot periodi, quæ paullò post alieno loco habentur. sunt autem hæ:

CN. Pompejum tribus fulgentem triumphis, belli piratici, belli Sertoriani, belli Mithridatici, multarumque rerum majestate sublimem, quis tandem nosset, nisi eum M. Tullius, & T. Livius in literas retulissent? P. Scipionem Africanum, imò Scipiones omnes, seu Lucios seu Naseas, nonne tenebræ possiderent, ac tegerent, nisi commendatores eorum historici nobiles atque ignobiles extitissent? Longum est omnia persequi, quæ ad exemplum hujusce rei etiam nobis tacentibus usurpanda sunt. Hæc verba omnino subjicienda erant iis quæ de Alexandro M. dicit auctor. quare necessariò retrahenda sunt in hunc locum: nam ineptissimè & nullo prorsus judicio eò translata sunt ubi hodie habentur. *Idem.*

Quorsum hæc pertineant, mi Celse, ne fortassis requiras.] Scribe: *Mi Celsine fortassis requiris.* Clodius Celsinus memoratur Spartiano in Severo. Vopiscus quoque supra in Aureliano Celsini cujusdam meminit, qui Diocletiani consiliarius fuisse perhibetur. *Salmas.*

2. *Omnesque orbis partes in totam securitatem redactæ sunt.*] *Tota securitas*, ut *tota libertas*, apud Hieronymum sæpe. *Casaub.*

Florianoque jam scriptis, non me ad Probi facta conscendere: si vita suppetet, omnes qui supersunt usque ad Maximianum Diocletianumque dicturus. [1] Neque ego nunc facultatem eloquentiamque polliceor, sed res gestas, quas
[2] perire non patior. Usus autem sum, ne in aliquo fallam charissimam mihi familiaritatem tuam, præcipuè [2] libris ex bibliotheca Ulpia [3] ætate mea thermis Diocletianis, [4] item ex domo Tiberiana. [5] Usus etiam ex regestis scribarum porticus Porphyreticæ, actis etiam senatus ac populi. Et quoniam me ad colligenda talis viri gesta ephemeris Turduli Gallicani plurimum juvit, viri honestissimi ac sinceriſſimi, beneficium amici senis tacere non debui. [6] Cn. Pompejum tribus fulgentem triumphis, belli piratici, belli Sertoriani, belli Mithridatici, multarumque rerum gestarum majestate sublimem, quis tandem nosset nisi eum M. Tullius & T. Livius in literas retulissent? P. Scipionem Africanum, [7] imò Scipiones omnes, seu Lucios, seu Naſicas, nonne tenebræ possiderent ac tegerent, nisi commendatores eorum historici nobiles atque ignobiles extitissent? Longum est omnia persequi quæ ad exemplum hujuscemodi etiam nobis tacentibus usurpanda sunt.

1. *Neque ego nunc facultatem eloquentiamque polliceor.*] *Facultas* heic pro dicendi facultate. *Salmaſ.*

2. *Libris ex bibliotheca Ulpia ætate mea thermis Diocletianis.*] Melius, *Diocletiani.* ita regius. eò fuerant libri bibliothecæ Ulpiæ sive Trajani translati ab ambitioso principe, ut thermarum suarum operi novo celebritatem conciliaret. *Caſaub.*

3. *Ætate mea thermis Diocletianis.*] Cur Doctissimo viro displicuit *Diocletianis*? sic enim passim eas appellant omnes auctores, *thermas Diocletianas* pro Diocletiani. *Salmaſ.*

4. *Item ex domo Tiberiana.*] De Tiberianæ domus bibliotheca mentionem facit A. Gellius libro XIII. cap. XVIII. *Caſaub.*

5. *Usus etiam ex regestis scribarum porticus porphyreticæ.*] Tò *ex* inducendum. deinde non ferenda vox barbara *registrum.* nam & analogia & usus *regestum* dici postulant. *Idem.*

Usus etiam ex regestis.] De regestis & digestis nos alibi. Glossæ nomicæ: ῥηγέστα, ἀπογραφή. *Salmaſ.*

Usus etiam ex registis.] Sic & Pal. vacare tamen illud *ex*, cuilibet apparet. *Grut.*

6. *Cnæum Pompejum, &c.*] Isthæc cum sequentibus non sunt posita suo loco. debebant collocari capite primo. sed aliter visum fuit manuscriptis codicibus, à quibus seorsim ire, etiamsi libeat, nescio an liceat. *Idem.*

7. *Immò Scipiones omnes seu Lucios seu Naſicas.*] Nihil variat Pal. quàm quod habeat, *Lucius.* Idem.

1. *Illud*

sunt. [1] Illud tantùm contestatum volo, me & rem scripsisse, [2] quam siquis voluerit honestiùs, [3] eloquio celsiore demonstret. Et mihi quidem id animi fuit, non ut Sallustios, Livios, Tacitos, Trogos, atque omnes disertissimos imitarer viros in vita principum & temporibus differendis, sed Marium Maximum, Suetonium Tranquillum, Fabium Marcellinum, Gargillium Martialem, [4] Julium Capitolinum, Ælium Lampridium, cæterosque qui hæc & talia non tam disertè quàm verè memoriæ tradiderunt. [5] Sum enim unus ex curiosis, quòd infinita scire non possum,

1. *Illud tantùm contestatum volo, me & rem scripsisse, &c.*] Dele & ante *rem*; ac distingue: *me rem scripsisse, quam, si quis voluerit, honestiùs eloquio celsiore demonstret.* Casaub.

Illud tantum contestatum volo.] Ita quoque Pal. non *tamen* ut alii mss. *Grut.*

2. *Quam si quis voluerit honestius.*] *Honestè scribere*, est elegantèr, & disertè scribere. hinc apud Grammaticos, *honesta elocutio*, est καλὴ φράσις, vel καλὴ λέξις. *honesta vestis* opponitur squallidæ, & obsoletæ. & *honor* pro pulchritudine. *Salmas.*

3. *Eloquio celsiore demonstret.*] Celsum & honestum eloquium junctim heic ponit. utrumque opponitur sermoni pedestri & humili apud hos auctores. *Idem.*

4. *Julium Capitolinum, Ælium Lampridium.*] Cur in hac auctorum recensione Ælium Spartianum præteriit Vopiscus? sane non debuit omitti. unus enim est de nobilissimis scriptoribus historiæ Augustæ. quid igitur dicendum? an Lampridium & Spartianum eumdem fuisse? fere vincor ut hoc ita esse credam. *Idem.*

5. *Sum enim unus ex curiosis, quòd infinita scire non possum, &c.*] Absurda lectio. scribendum enim *nescire*. caussam affert cur ad has vitas scribendas accesserit, cùm fateatur se parum à diecendi facultate instructum: ait verò se ut hoc opus susciperet, & proprio studio historiæ noscendæ fuisse impulsum; & hortatu amicorum, ejus maxime cui hunc librum mittit: nam illi cùm essent viri doctissimi, cupiditate plura sciendi, auctores videntur fuisse Vopisco, ut Aureliani vitæ quam solam initiò susceperat, reliquas adjiceret. Vox *curiosus* non semper in malam partem accipitur. nam nihil aliud hic *curiosus* nisi φιλομαθὴς, & *curiositas*, φιλομαθία, ac sitis addiscendi semper aliquid. *Casaub.*

Sum enim unus ex curiosis, quod infinita nescire non possum.] Suspectam hanc lectionem habuerunt viri docti: si quid mutandum, mallem: *sum enim unus ex curiosis, quod infinita sciri non possunt, incendentibus vobis, qui dum multa sciatis, scire multo plura cupitis.* hoc sensu: infinita sunt in hominum vita quæ nesciuntur, & ignota sunt, de rebus gestis præsertim magnorum principum. vos qui multa cum sciatis, plura tamen scire cupitis, ad ea curiosè & diligenter conscribenda me estis hortati. quod nunc facio scilicet, qui unus sum ex curiosis, ut infinita quæ de imperatoribus eorumque rebus gestis ignorantur, asseram memoriæ, & in medium producam. *Curiosus* autem is est apud hos auctores, qui res fideliter, & cum magna diligentia litteris commendat, & minima maximaque describit, ut nihil eorum possint ignorare homines, quæ ad principum vitam & res gestas pertinent. *Salmas.*

Sum enim unus ex curiosis, quòd infinita scire non possum.] Nihil divertit ab hac

sum, incendentibus vobis, qui quum multa sciatis, scire multo plura cupitis. & ne diutiùs ea quæ ad meum consilium pertinent loquar, magnum & præclarum princi-
3 pem & qualem historia nostra non novit, arripiam. PROBUS oriundus è Pannonia, civitate Sirmiensi, nobiliore matre quàm patre, patrimonio moderato, affinitate non magna, [1] tam privatus quàm imperator nobilissimis virtutibus claruit. Probo, ut quidam in literas retulerunt, pater nomine Maximus fuit: qui quum ordines honestissimè duxisset, tribunatum adeptus, apud Ægyptum vita functus est, uxore ac filio & filia derelictis. Multi dicunt Probum Claudii propinquum fuisse, optimi & sanctissimi principis: quod quia per unum tantum Græcorum relatum est, nos in medio relinquemus. Unum tamen dico quod in ephemeride legisse me memini, à Claudia sorore Probum sepultum. Adolescens Probus corporis moribus tam clarus est factus, ut Valeriani judicio tribunatum propè imberbis acciperet. Extat epistola Valeriani ad Gallienum, qua Probum laudat adhuc adolescentem, & imitationi omnium proponit. Ex quo apparet neminem unquam perveniisse ad virtutum summam jam maturum, nisi qui puer seminario virtutum generosiore concretus
4 aliquid inclytum designasset. Epistola Valeriani. *Valerianus pater Gallieno filio, Augusto Augusto. Et meum sequutus judicium, quod semper de Probo adolescente primò habui, & omnium bonorum qui eundem sui nominis virum dicunt, tribunatum in eum contuli, datis sex cohortibus Saracenis, creditis etiam auxiliaribus Gallis cum ea Persarum manu [2] quam nobis Artabasses Syrus mancipavit. Te quæso, fili charissime, ut [3] eum juvenem quem imi-*

hac lectione Palatinus. & benè habet. Curiosi enim omnia scire volunt, sed non etiam est qui eos omnia doceat. videatur Spartiani Hadrianus cap. 16. circa finem. *Grut.*

1. *Tam privatus quam imperator nobilissimus virtutibus claruit.*] Malim quod in vetere libro est: *Tam privatus quam imperator nobilissimus virtutibus claruit.* qui genere non sunt, plerumque virtutibus sunt nobiles & clari. *Salmas.*

2. *Quam nobis Artabasses Syrus mancipavit.*] *Artabasio Syrius.* Pal. *Syrius* pro *Syrus. Artabasis* est Ἀρτασιος. sic enim scribebant. *Idem.*

3. *Eum juvenem quem imitari pueris omni-*

imitari pueris omnibus volo, in tanto habeas honore [1] quantum virtutes ejus & merita pro debito mentis splendore desiderant. Alia epistola de eodem ad præf. præt. cum salario. *Valerianus Augustus Mulvio Gallicano præfecto prætorii.* [2] *Miraris fortassis, quòd ego imberbem tribunum fecerim [3] contra constitutum divi Adriani. Sed non multum miraberis [4] si Probum cogitas [5] adolescentem verè probum.* [6] *Nunquam enim aliud mihi, quum eum cogito, nomen occurrit.* [7] *Quod nisi nomen haberet, potuit habere cognomen. Huic igitur dari jubebis (quoniam mediocris fortunæ est) ut ejus dignitas incrementis juvetur,* [8] *tunicas russulas duas,* [9] *pallia*

omnibus volo.] *Imitari παθητικῶς*, pro ad imitandum propositum esse omnibus. *Casaub.*

1. *Quantum virtutes ejus & merita pro debito mentis splendore desiderant.*] Ego *mentis* pro *meritis* suspicor esse scriptum: ac totum illud *pro debito meritis splendore*, interpretamentum esse eorum verborum quibus sunt inserta. *Idem.*

Quantum virtutes ejus & merita pro debito mentis splendore desiderant.] *Mentis splendorem* heic vocat, animi generositatem & virtutem, qua splendebat Probus. *Salmas.*

2. *Miraris fortassis.*] Pal. *Mireris.* Grut.

3. *Contra constitutum Divi Hadriani.*] Palat. *Constantiam.* an legendum, *Contra sententiam?* sic sane suadet illa scriptura. *Salmas.*

Contra constitutum Divi Hadriani.] Palat. *constantiam divi.* fortè *contra sententiam.* Grut.

4. *Si Probum cogitas adolescentem vere Probum.*] Ex Palatin. facio: *Sed non multum miraberis si Probum cogitas. est adolescens vere probus.* non tamen damno vulgatam. *Salmas.*

5. *Adolescentem, verè probum.*] Pal. *& adolescens verè Probus.* an fuit? *est adolescens verè probus.* Grut.

6. *Nunquam enim aliud mihi, cùm eum cogito, nisi nomen occurrit.*] Restitui huic sententiæ suum decus; additâ è Pal. voculâ *nisi*, quæ pessimè aberat vulgatis. *Idem.*

7. *Quod nisi nomen haberet, potuit habere cognomen.*] Commendabatur hic Probus à probitate. nam sic supra de eo loquitur: *Adolescens Probus corporis meritis tam clarus est factus, ut Valeriani judicio tribunatum prope imberbis acciperet.* respiciebat nempe Vopiscus, cum illa scriberet, ad hæc verba epistolæ Valeriani, quibus Probo imberbi tribunatum defert, & eum maxime à probitate commendat. sed quid appellat ibi mores corporis? legendum: *Adolescens Probus probis moribus tam clarus factus est.* quod sine dubio verum est. *Salmasius.*

8. *Tunicas russulas duas.*] Scripti, *russulas*, ut alibi. *Casaub.*

Tunicas russulas duas.] Scribe, *russulas*, ex libris. *Salmas.*

Tunicas rusulas duas.] Pal. *russulas*, ut & alibi. *Grut.*

9. *Pallia Gallica duo fibulata.*] *Sagochlamys* & *pallium fibulatum* res eadem. sagochlamys enim dicta est, chlamys ad sagi Gallici modum facta vel potius ex utroque composita, sago nempe & chlamyde. chlamys erat quidem undantior & profusior sago, & fibula stringebatur. sagum autem adstrictius & brevius. temperatum igitur ex utraque forma vestimentum, sagochlamys quæ dicitur. pallium non simpliciter dixit, sed pallium fibulatum, quod pallia vulgo non essent fibulata, ut nec saga. *Salmas.*

1. *Inter-*

lia Gallica duo fibulata, [1] *interulas paragaudias duas,* [2] *patinam argenteam librarum decem ſpecillatam,* [3] *aureos Antonianos centum,* [4] *argenteos Aurelianos mille, æreos Philippeos decem millia. Item in ſalario diurno,* [5] *bubulæ pondo, porcinæ pondo ſex, caprinæ pondo decem, gallinaceum per biduum, olei per biduum ſextarium unum,*

1. *Interulas paragaudias duas.*] Pal. *integrulas.* Grut.

2. *Patinam argenteam librarum decem ſpecillatam.*] Quemadmodum filicata opera quæ ad filicis herbæ ſpeciem eſſent celata, dixerunt: ſic ab eadem mente corymbiata, ſpecillata, & alia id genus. *Caſaub.*

Patinam argenteam librarum decem ſpecillatam.] Melius ex Palat. *ſpecellatam. ſpecellum* ὑπηρεσιακὸν à ſpeculo. parvum nempe ſpeculum. ſic *vacellum* à vaſculo. *ſpecellata* autem *patina* à genere celaturæ dicta, quod intus haberet crebra exculpta ſpecula vel ſpecella. Plinius lib. XXXIII. cap. IX. vel quæ ad eum modum figurata eſſet, ut ſpecula varia cælo expreſſa haberet intus ad reddendas plures imagines. *Salmaſius.*

Patinam ſpecillatam.] Sic & Palat. niſi quod is *ſpecellatam.* Grut.

3. *Aureos Antonianos centum, argenteos Aurelianos mille, æreos Philippeos decem millia.*] Hoc annuum videtur fuiſſe ac legitimum tribunorum ſtipendium. hoc eſt ducenti & quadraginta aurei, vel quod idem eſt, viginti aurei menſtrui. nam hanc ſummam efficiunt, aurei centum, argentei mille, & æreorum decem millia. per æreos autem intelligit ſeſtertios; per argenteos, denarios. centum vero ærei unum aureum reddebant, centum argentei quattuor aureos. ſciendum ſane eſt illa tempeſtate æreos denarios dictos fuiſſe pro ſeſtertiis, cum ſuperioribus temporibus denarii de argenteis tantum dicerentur, quincuplum autem dabatur Duci, ejus quod accipiebat Tribunus, tam in ſalario quam in ſtipendio: unde centum aurei menſtrui pro ſtipendio Duci numerabantur. in ſumma vero aureorum ad ſumptus præbitorum Aureliano, non quincuplum, ſed ſeptuplum, & paulo plus reperitur. quod extra ordinem illi decretum fuiſſe putamus quamdiu Romæ foret. Habemus legitimum Tribuni & Ducis ſtipendium: gregarii militis quod fuerit, videamus. viri docti nos docuerunt, aureos quaternos in menſem, juſtum fuiſſe militis ſtipendium. ſtatuamus igitur quaternos aureos meruiſſe militem menſtruos; duplum, centuriones, hoc eſt octonos: triplex equiti, nempe duodenos; quincuplum Tribunis datum, aureos ſcilicet vicenos; quincuplum Ducibus, ejus ſcilicet quod accipiebant Tribuni, id eſt aureos in menſem centenos. *Salmaſ.*

4. *Argenteos Aurelianos mille.*] Malim, *Aurelianeos*, ut Philippeos. *Caſaubonus.*

5. *Bubulæ pondo.*] Deeſt numerus. *Idem.*

Bubulæ pondo.] Deeſt numerus, ſed facile ex conjectura reſtitui poteſt, & ex aliorum locorum comparatione. Tribunus Probus in diurno ſalario accepiſſe dicitur porcinæ pondo ſex. Duces quincuplex ſalarium accipiebant, ut ſuperiori animadverſione docuimus. neceſſe eſt igitur Ducem in diurno ſalario habuiſſe porcinæ vel lardi pondo triginta. idque verum eſſe liquebit ex Valeriani epiſtola qua ſalarium Aureliano duci decernit: in quo ſalario hæc ſunt: *Porcinæ pondo triginta, bubulæ pondo quadraginta.* hac ratione legendum hoc loco fuerit: *Bubulæ pondo octo, porcinæ pondo ſex.* nam quadraginta pondo quincupla ſunt ad octo, ut triginta ad ſex. *Salmaſ.*

1. *Vini*

unum, [1] *vini veteris diurnos sextarios decem*, [2] *cum laridо bubalino: salis, olerum, lignorum, quantum satis est.* [3] *Hospitia præterea eidem ut tribunis legionum præberi jubebis.* [4] Et hæc quidem epistolæ declarant. Nunc quantum ex ephemeride 5
colligi potuit, quum bello Sarmatico jam tribunus, [5] transmisso Danubio, multa fortiter feciſſet, publicè in concione donatus est [6] haſtis puris quatuor, coronis vallaribus duabus, corona civica una, [7] vexillis puris quatuor, armillis aureis duabus, torque aureo uno, patera ſacrificali quinquelibri una. Quo quidem tempore [8] Valerium Flaccum, adoleſcentem nobilem, [9] parentem Valeriani, è Quadrorum liberavit manu: unde illi Valerianus coronam civicam detulit. Verba Valeriani pro concione habita: *Suſcipe Probe præmia pro Rep. ſuſcipe coronam civicam pro parentem*

1. *Vini veteris diurnos ſextarios decem.*] Hæc legitima & ſollemnis vini menſura Tribuno præberi ſolita. ſic Claudio Tribuno Valerianus in ſalario annuo dabat, *vini veteris ſextarios tria millia quingentos.* Decem autem diurni ſextarii efficiunt ſextarios annuos tria millia ſexcentos quinquaginta. *Idem.*

2. *Cum laridо bubalino.*] Bubalinum laridum non aliunde niſi ex hoc loco novi. atque putabam laridum de carne tantum ſuilla uſurpari. Pal. legit, *laridо bubulaci.* in præſentia nihil venit in mentem aptius quam legere: *cum laridо, bubula, ſalis, olerum, lignorum quantum ſatis eſt.* atqui, dixeris memini jam ſupra bubulæ? meminiſt ſane & porcinæ, niſi quis putet porcinam & laridum diverſe accipi. quod non puto. *Idem.*

3. *Hoſpitia præterea eidem ut tribunis legionum præberi jubebis.*] Hoſpitia huic Probo præberi vult Valerianus, ut tribunis legionum præbebantur, non autem reliquum ſalarium. nam duplex accipiebant legionum tribuni. *Idem.*

4. *Et hæc quidem epiſtolæ declarant.*] Vetus editio: *Et hæc quidem epiſtolis declarantur.* Idem.

Et hæc quidem epiſtolæ declarant.] Pal. *epiſtolis declarantur.* Grut.

5. *Tranſmiſſo Danubio.*] *Tramiſſo*, P. *Salmaſ.*

6. *Haſtis puris, &c.*] Sine ferro. Lege Servium ad illa,

Pura juvenis qui nititur haſta.

Caſaub.

7. *Vexillis puris, &c.*] Sine purpura. purpuræ vexillorum mentio apud Capitolinum in Gordianis. *Idem.*

Vexillis puris.] Vexilla pura interpretantur, ſine purpura. ſed interpretamentum non placet. nam vexilla illa militaria tota purpurea vel ruſſea. ideo *flammulæ* dicebantur, quod colore flammeo eſſent. *vexilla pura* hoic accipimus ſine argento, vel auro. in ſignis autem & vexillis militaribus aurum & argentum intexi ſolitum, notius eſt quam ut indicare debeam. Plin. lib. xxxiii. cap. iii. *Salmaſ.*

8. *Valerium Flaccum.*] Hunc *Flaccinum* vocat Pal. codex. *Idem.*

Valerium Flaccum.] Palat. *Flaccinum.* Grut.

9. *Parentem Valeriani.*] Non πρόπαππον. apage. adoleſcens enim erat. ſed συνήλικα, ut ſæpe diximus. *Caſaub.*

1. *Veſtes*

parente. Quo quidem tempore legionem tertiam eidem addidit sub testimonio ejusmodi. Epistola de legione tertia. *Res gestæ tuæ Probe charissime faciunt ut & serius tibi tradere majores exercitus videar, & citò tamen tradam. Recipe in fidem tuam legionem tertiam felicem, quam ego adhuc nulli nisi provecto jam credidi: mihi autem eo tempore credita est quo & me canosum, qui credebat, cum gratulatione vidit. Sed ego in te non expecto ætatem, quum & virtutibus fulgeas, & moribus polleas.* [1] *Vestes tibi triplices dari jussi, salarium duplex feci,* [2] *vexillarium*
6 *deputavi.* Longum est, si per res gestas tanti percurram viri, quæ ille sub Valeriano, quæ sub Gallieno, quæ sub Aureliano & Claudio privatus fecerit, quoties murum conscenderit, vallum diripuerit, hostem cominus interemerit, dona principum emeruerit, rempublicam in antiquum statum sua virtute reddiderit. Docet Gallieni epistola ad tribunos data, qui fuerit Probus. *Gallienus Augustus tribunis exercituum Illyricianorum. Etiamsi patrem meum fatalis belli Persici necessitas tenuit, habeo tamen parentem Aurelium Probum, quo laborante possim esse securus. qui si affuisset, nunquam ille ne nominandus quidem tyrannus, sibi usurpasset imperium. Quare omnes vos consiliis ejus cupio parere, qui & patris judicio probatus est & senatus.* Non magnum fortassis judicium

1. *Vestes tibi triplices dari jussi, salarium duplex feci.*] Vestes à salario separat. sic supra vestes & salarium seorsim enumeravit. *Salmas.*

2. *Vexillarium deputavi.*] Non dubium quin hic vexillarius ad ministerium vel obsequium deputatus Probo tribuno fuerit à Valeriano. sed quomodo vexillarium heic accipiemus, quærendum est. an vexilliferum intelligemus? sane vexillarii, imaginiferi, draconarii inter principales milites, ut & cornicularii, ducenarii, beneficiarii, quorum tamen plerosque in obsequio tribunorum & ducum fuisse reperio. ut in pauca conferam, vexillarii erant, quos triarios vocabant veteres, iique fere ex veteranis qui sub vexillo retinebantur, aliorum omnium munerum immunes præterquam propulsandi hostis. nulla autem erat legio quæ non haberet hoc veteranorum vexillum. ideo cum vexillum legionis, aut vexilla legionum audis, de istis veteranis intelligere debes. sexcenti autem in unaquaque legione, nunquam plus aut minus. quid si ergo *vexillarium* interpretemur vexilliferum? ita sane melius. sed quod obsequii genus præstitisse tribuno dicemus vexilliferum? fortassean ut ante tribunum ambularet cum vexillo, honoris & obsequii gratia; certum enim est imperatoribus Romanis præferri solita vexilla quocunque irent, & quotiescunque procederent. *Idem.*

1. *Aure-*

cium Gallieni esse videatur, principis mollioris, sed quod negari non potest: ne dissolutus quidem quispiam se, nisi in ejus fidem tradit cujus sibi virtutes existimat profuturas. Sed esto, Gallieni epistola sequestretur. Quid Aureliani judicium? qui Probo decimanos, fortissimos exercitus sui, & cum quibus ipse ingentia gesserat, tradidit sub hujusmodi testimonio: *Aurelianus Augustus Probo S. D. Ut scias quanti te faciam, decimanos meos sume, quos Claudius mihi credidit. Isti enim sunt qui quadam felicitatis prærogativa præsules nisi futuros principes habere non norunt.* Ex quo intellectum est [1] Aurelianum in animo habuisse [2] ut si quid sibi scienti prudentique eveniret, Probum principem faceret. Jam 7 Claudii, jam Taciti judicia de Probo longum est innectere: quamvis feratur in senatu Tacitus dixisse, quum eidem offerretur imperium, debere Probum principem fieri. [3] Sed ego S. C. ipsum non inveni. Ipse autem Tacitus imperator primam talem ad Probum epistolam dedit: *Tacitus Augustus Probo. Me quidem senatus principem fecit de prudentis exercitus voluntate. Attamen sciendum tibi est, tuis nunc humeris magis incubuisse Remp. qui & quantus sis omnes novimus, scit senatus.* [4] *Adesto igitur nostris necessitatibus:* [5] *tuæ familiæ asserere, ut*

1. *Aurelianum in animo habuisse.*] Vet. ed. *In animo hic habuisse.* forte: *In animo hoc habuisse.* Idem.

2. *Ut si quid sibi scienti prudentique eveniret, &c.*] Hoc est, si sibi morte sua mori contingeret, ita ut certus de obitu, suprema sua posset ordinare. *Casaub.*

3. *Sed ego S. C. ipsum inveni.*] Scribe, *S. C. ipsum non inveni.* Idem.

Sed ego Senatusconsultum ipsum non inveni.] Ita & Pal. noster. *Grut.*

4. *Adesto igitur nostris necessitatibus, tuæ familiæ asserere ut soles Remp.*] Non nego modestissimum principem Tacitum fuisse, & qui fortasse cùm factus est imperator, ἀρχὴν quàm ἀρχὸν præoptasset: sed istud tamen non concoquo, quòd ita expressis verbis Probum hortatur, ut suæ familiæ Remp. asserat. Sic locum ergo concipio: *meæ famæ adesto: asserere, ut soles, Remp.* Sic paullò post acclamatur Probo à senatoribus: *Asserator senatus felix imperes.* Casaub.

5. *Tuæ familiæ asserere, ut soles remp.*] Non mirum videatur, quod Probum hic hortetur ad remp. familiæ suæ asserendam. nam cum in senatu offerretur Tacito imperium, dixit Probum magis sibi videri dignum cui deferretur. in hac autem epistola jam princeps factus dicit Probi humeris magis incubuisse remp. hinc eum hortatur, ut necessitatibus publicis adsit, & familiæ suæ remp. asserat. hoc est, sic remp. administret, ut familiæ suæ principatum inferret. nam qui vel eo tempore, quo Tacito delatum est imperium, ipsius etiam Taciti judicio dignus erat imperio, adeo ut & eum imperatorem fieri debe-

ut soles, Rempub. Nos tibi decreto totius Orientis ducatu, [1] *salarium quintuplex fecimus, ornamenta militaria geminavimus, consulatum in annum proximum nobiscum decrevimus: te enim manet pro virtutibus tuis Capitolina palmata.* Ferunt quidam Probo id pro imperii omine fuisse quod Tacitus scripsit, *Te manet Capitolina palmata.* [2] Sed in hanc sententiam omnibus
8 semper coss. scribebatur. [3] Amor militum erga Probum ingens semper fuit. [4] Neque enim unquam ille passus est peccare militem. Ille quinetiam Aurelianum sæpe à gravi crudelitate deduxit. Ille singulos manipulos adiit, vestes & calceamenta perspexit: siquid prædæ fuit, ita divisit, ut sibi nihil præter tela & arma servaret. Quinetiam [5] quum de prædato, sive ex Alanis sive ex aliqua alia gente incertum est, repertus esset equus non decorus, neque ingens, qui, quantum captivi loquebantur, [6] centum ad diem milliaria currere diceretur, ita ut per dies octo

re dixerit in Senatu: non mirandum est nunc ad eum scribere Tacitum, ut remp. familiæ suæ assereret, vt solebat scilicet, qui se jam ita gesserat, ut vel judice Tacito qui princeps factus est, princeps fieri mereretur. *Salmas.*

1. *Salarium quintuplex fecimus.*] Lege ex vet. edit. *Salarium quinceplex.* in veteribus Glossis: *Quinceplum, πενταπλοῦν. Idem.*

2. *Sed in hanc sententiam omnibus semper Coss scribebatur.*] A regio absunt illa, *semper Coss.* Non potest sanè verum esse quod hic dicitur, nisi exponas commodè, & Coss. intelligas designatos: nam hos consules manebat toga palmata, de Capitolio petenda, ut scribit Capitolinus in Gordianis. quare de consulibus qui inierant non verè dixeris Capitolinam eos manere. *Casaub.*

3. *Amor militum erga Probum ingens fuit. neque enim ille unquam passus est peccare militem.*] Probus, ne milites peccarent, curabat: officio eos & disciplina retinendo, non vi aut ingratiis, sed amore & benevolentia. cum igitur amaret milites, vicissim quoque ab illis amabatur, qui & amore ejus & reverentia peccare timebant. sic in Gordiano tertio Capitolinus: *Tribuni eum & duces usque adeo timuerunt, & amaverunt, ut neque vellent peccare, neque ex ulla parte peccarent.* Salmas.

4. *Neque enim unquam ille passus est peccare militem.*] Beatum Probum! si militum peccata dum coërcet, eorum in se amorem accendit. hoc sanè significat τὸ enim isto loco. sed aliter Vopiscum scripsisse censeo. Lego, *peccari in militem.* sic alibi sæpe magni duces in hac historia laudantur, quod milites à tribunorum suorum vexatione redemerint. Hanc auctoris esse mentem probant sequentia: *Ille quinetiam Aurelianum sæpe à gravi crudelitate deduxit.* quasi dicat: non solùm tribunos & ductores ordinum molliores erga milites reddidit; sed ipsum etiam imperatorem Aurelianum ab ingenita sibi crudelitate deduxit. *Casaub.*

5. *Cùm de prædato sive ex Alanis.*] Pal. *prædato hic ex Alanis.* Grut.

6. *Centum ac decem milliaria currere.*] Pal. *millia.* Idem.

1. *Deinde*

octo vel decem continuaret, & omnes crederent Probum tale animal sibimet servaturum, jam primùm dixit, *Fugitivo militi potiùs quàm forti hic equus convenit.* [1] Deinde in urnam [2] militares jussit nomen suum mittere, ut aliquis eum sorte ductus acciperet. Et quum essent in exercitu quidam nomine Probi alii quatuor milites, casu evenit [3] ut primùm emergeret cui Probo nomen existeret, quum ipsius Probi ducis nomen missum non esset. Sed quum quatuor illi milites inter se contenderent, ac sortem sibi quisque defenderet, jussit iterum agitari urnam: sed & iterum Probi nomen emersit: quumque tertiò & quartò fecisset, quartò Probi nomen effusum est. Tunc omnis exercitus equum illum Probo duci dicavit, ipsis etiam militibus quorum nomina exierant, id volentibus. Pugnavit & contra Marmaridas in Africa fortissimè, eos denique vicit, atque ex Libya Carthaginem transiit, eandemque à rebellionibus vindicavit. Pugnavit & singulari certamine contra quendam Aradionem in Africa, eundemque prostravit: & quia fortissimum ac pertinacissimum virum viderat, sepulcro ingenti honoravit, quod adhuc extat [4] tumulo usque ad ducentos pedes terræ lato per milites quos otiosos esse nunquam est passus. [5] Extant apud Ægyptum ejus opera quæ per milites struxit in plurimis civi- 9

1. *Deinde in urnam militares jussit.*] Vet. ed. *Milites.* Salmas.

2. *Militares jussit nomen suum mittere.*] Palat. tantum habet, *milites jussit mittere.* Grut.

3. *Ut primum emergeret cui Probo nomen existeret, &c.*] Pal. *ut qui primum Probo nomen existeret.* Idem.

4. *Tumulo usque ad ducentos pedes terræ lato, &c.*] Nam quo latior agri modus sepulcro assignabatur, eo magis crescebat honos. constat hoc ex antiquis inscriptionibus. *Casaub.*

Tumulo usque ad ducentos pedes terræ lato per milites.] Dicit heic author, Probum per milites ideo tam latum tumulum curavisse extruendum, quod eos otiosos esse nunquam pati posset. legendum, *alto:* aut quod verius, & propius est, *elato*, hoc modo: *sepulcro ingenti honoravit, quod adhuc extat, tumulo usque ad ducentos pedes terra elato.* oportet ingens hoc sepulcrum fuisse, quod tumulum terra elatum haberet usque ad ducentos pedes. *Salmas.*

5. *Extant apud Ægyptum ejus opera quæ per milites struxit in plurimis civitatibus.*] Non in Ægypto solùm, sed etiam in aliis plerisque provinciis, ut Africa, Gallia, Pannonia, Mœsia. vide Aurelium Victorem. Erat hic mos ducum & Imp. Rom. *Casaub.*

civitatibus. In Nilo autem tam multa fecit ut vectigal frumentarium solus adjuverit: pontes, templa, porticus, basilicas labore militum struxit: ora fluminum multa patefecit, paludes pleraſque siccavit, atque in his segetes agroſque constituit. Pugnavit etiam [1] contra Palmyrenos pro Odenati & Cleopatræ partibus Ægyptum defendentes, primò feliciter, postea temerè, ut penè caperetur: sed postea refectis viribus, Ægyptum & Orientis maximam partem in Aureliani potestatem redegit. [2] Quum igitur tot & tantis virtutibus eniteret, Tacito absumto fataliter, ac Floriano imperium arripiente, omnes Orientales exercitus eundem imperatorem fecerunt. Non inepta neque inelegans fabula est, scire quemadmodum imperium Probus sumpserit. Quum ad exercitus nuntius veniſſet, tum primùm animus militibus fuit prævenire Italicos exercitus, ne iterum senatus principem daret. sed quum inter milites sermo esset quis fieri deberet, & manipulatim in campo tribuni eos alloquerentur, dicentes requirendum esse principem aliquem fortem, sanctum, verecundum, clementem, probum: idque per multos circulos, ut fieri assolet, diceretur, quasi divino nutu undique ab omnibus acclamatum est, *Probe Auguſte, dii te servent.* [3] deinde concursus, & cespititium tribunal: appellatusque imperator, ornatus etiam pallio purpureo quod de statua templi oblatum est: atque inde ad Palatium reductus, invitus & retrectans, & sæpe dicens, [4] *Non enim vobis expedit, milites,* [5] *non mecum bene agetis. Ego enim vobis blan-*

1. *Contra Palmyrenos pro Odenati & Cleopatræ, &c.*] Legendum: *Pugnavit contra Palmyrenos, Odenati & Cleopatræ partibus Ægyptum defendentes.* elegans & Latina loquutio, nemo neget, *defendere rem aliquam alicui.* Salmasius.

2. *Quum his igitur tot & tantis virtutibus.*] *Quum igitur his tot & tantis virtutibus eniteret.* ita vet. ed. *Idem.*

3. *Deinde concursus & cespititium tribunal.*] Erectio tribunalis certissimum creati imperatoris erat argumentum. & ratio est, quia alloquendi principem uni ac soli imperatori jus fuit, sicut observabamus ad Capitolini divum Verum. *Casaub.*

4. *Non vobis expedit milites.*] Sic Pal. excluso *enim.* Grut.

5. *Non mecum bene agitis.*] Melius ex Palatino legas: *Non mecum bene agetis.* Salmas.

blandiri non possum. Prima ejus epistola data ad Capitonem præfectum prætorio talis fuit: *Imperium nunquam optavi, & invitus accepi. Deponere mihi rem invidiosissimam non licet. Agenda est persona quam mihi miles imposuit.* [1] *Te quæso, Capito, ita mecum salva Repub. perfruaris, annonam & commeatus & quicquid necessarium est ubique militi pares: ego, quantum in me est, si recte omnia gubernaveris, præfectum alterum non habebo.* [2] Itaque milites cognito quòd imperaret Probus, Florianum qui quasi hereditarium imperium arripuerat, interemerunt, scientes [3] neminem digniùs imperare quàm Probum. Ita ei sine ulla molestia totius orbis imperium & militum & senatus judicio delatum est. Et quoniam mentionem senatus fecimus, sciendum est quid ipse ad senatum scripserit, quid item ad eum amplissimus ordo rescripserit. Oratio Probi prima ad senatum. *Rectè atque ordine* P. C. [4] *proximo superiore anno factum est, ut vestra clementia orbi terrarum principem daret, & quidem de vobis, qui & estis mundi principes, & semper fuistis, & in vestris posteris eritis. atque utinam id Florianus expectare voluisset, nec velut hereditarium sibi vindicasset imperium, vel illum vel alium quempiam majestas vestra fecisset. Nunc quoniam ille imperium arripuit, nobis à militibus delatum est nomen Augustum, vindicatum quinetiam in illum à prudentioribus militibus, quod fuerat usurpatum.* [5] *Quæso ut de meis meritis faciatis quicquid jusserit vestra clementia.* Item S. C. Die tertio nonas Februarias in æde Concordiæ: inter cætera. Ælius Scorpianus cos. dixit, *Audistis* 11

1. *Te quæso Capito, ita mecum salva Rep. perfruaris, &c.*] Distingue melius: *Te quæso Capito, ita mecum salva Rep. perfruaris, &c.* Egregia verò obtestatio illa Probi, *ita mecum salva Rep. perfruaris, &c.* vide l. 2. Suet. c. XXVIII. *Casaub.*

2. *Itaque milites cognito quod imperaret Probus.*] V. ed. hoc ordine habet: *Cognito itaque quod imperaret Probus, milites Florianum, &c.* Salmas.

3. *Neminem digniùs imperare quam Probum.*] Pal. & editio vetus addunt: *Neminem dignius imperare posse quam Probum.* Idem.

4. *Proximo superiore anno, &c.*] Ex his verbis intelligi potest Tacitum, qui sex tantùm menses imperium tenuit, sub anni finem creatum fuisse imperatorem, & sequentis anni principio interemtum. *Casaub.*

5. *Quæso ut de meis meritis, &c.*] Pone ante ista minorem distinctionem loco majoris, & superioribus connecte. *Idem.*

consulibus darent, [1] jus prætorium præsidibus darent; [2] leges quas Probus ederet, senatusconsultis propriis consecrarent. [3] Statim deinde, siqui de interfectoribus Aureliani superfuerant, vario genere vindicavit. Molliùs tamen moderatiusque quàm priùs exercitus & postea Tacitus vindicaverant. Deinde animadvertit etiam in eos qui Tacito insidias fecerant. Floriani sociis pepercit, quòd non tyrannum aliquem videbantur sequuti, sed sui principis fratrem. Recepit deinde omnes Europenses exercitus, qui Florianum & imperatorem fecerant & occiderant. His gestis, cum ingenti exercitu Gallias petit: [4] quæ omnes, [5] occiso Posthumio, turbatæ fuerant, interfecto Aureliano, à Germanis possessæ. tanta autem illic prælia feliciter gessit, [6] ut à Barbaris sexaginta per Gallias, nobi-

legatos enim tam consulares quam prætorios in suas provincias mittere solebat Cæsar, non senatus, aut populus. *legati* igitur *ex Consulibus* hoc loco sunt legati consulares. *Salmas.*

1. *Jus prætorium præsidibus darent.*] Ut præsides provinciarum ex administratione sua reversi sederent in senatu inter prætorios. hoc vocat *jus prætorium*. Casaub.

Jus Prætorium præsidibus darent.] *Præsidibus jus prætorium dare*, aliud nihil est, quam præsides cum jure prætorio in provincias mittere. qui cum jure consulari provincias administrabant Cæsarianas, consulares dicebantur, etsi nunquam consules fuissent. sic quos Cæsar idem provinciis suis præficiebat cum jure prætorio regendis, prætorii legati, & legati proprætore audiebant. sic alibi apud hos auctores, *jus proconsulare alicui decernere*, est proconsulem facere. nam qui proconsulari potestate & imperio provincias regebant, proconsules erant, tametsi nunquam consules fuissent. *Salmas.*

2. *Leges quas Probus ederet senatusconsultis propriis consecrarent.*] Fortasse institutum à Probo, ut quicquid edicto principis sancitum fuisset, patrum decreto confirmaretur. *Casaub.*

3. *Statim deinde si qui de interfectoribus Aureliani superfuerant, vario genere vindicavit.*] Cur dicat *statim*, declarat Zosimus, qui Probum firmato imperio suam Reip. administrationem ab istorum supplicio scribit exorsum. *Idem.*

4. *Quæ omnes occiso Posthumio turbatæ fuerant.*] Posthumium intelligo, qui inter xxx. tyrannos dictus Pollionihic dum vixit, Barbaros omnes è Galliis sua virtute summovit: eo extincto irrupère undique in Gallias limite fracto variæ gentes: quas neque Claudius neque Aurelianus loco pellere potuerunt. *Idem.*

5. *Occiso Posthumio.*] *Posthumio.* vet. ed. ita semper, atque ita etiam numm. *Salmas.*

6. *Ut à Barbaris sexaginta per Gallias nobilissimas reciperet civitates.*] Probus ipse mox in epistolis ad senatum: *Septuaginta urbes nobilissimæ captivitate hostium vindicatæ, & omnes penitus Galliæ liberatæ.* aut igitur *septuaginta* hic scribi debuit, aut ibi *sexaginta*. Casaubonus.

1. Jus

nobilissimas reciperet civitates: [1] prædam deinde omnem, [2] qua illi præter divitias etiam efferebantur ad gloriam. Et quum jam in nostra ripa, imò per omnes Gallias securi vagarentur, cæsis propè quadringentis millibus qui Romanum occupaverant solum, [3] reliquias ultra Nicrum fluvium & Albam removit, tantum his prædæ Barbaricæ tulit, quantum ipsi Romanis abstulerant: [4] contrà urbes Romanas & castra in solo Barbarico posuit, atque illic milites collocavit. [5] Agros, & horrea, & domos, annonam Transrhenanis omnibus fecit, iis videlicet quos in excubiis collocavit: nec cessatum est unquam pugnari, quum quotidie ad eum Barbarorum capita deferrentur, jam ad singulos aureos singula, quandiu reguli novem ex diversis gentibus venirent, atque ad pedes Probi jacerent: quibus ille primùm obsides imperavit, qui statim dati sunt; deinde frumentum, postremò etiam vaccas atque oves. Dicitur jussisse his acriùs, ut gladiis non uterentur, Romanam expectaturi defensionem, [6] si essent ab aliquibus 14

1. *Prædam deinde omnem, qua illi præter divitias etiam efferebantur ad gloriam.*] Non solùm civitates, inquit, verùm & prædam omnem recepit, coactis Barbaris, ut eam ipsi redderent: cùm quidem, ut statim sequitur, in eos vindicatum est, qui prædam fideliter non reddidissent. *Idem.*

2. *Qua illi præter divitias efferebantur ad gloriam.*] Palar. *Efferabantur*: convenit id enim feris & barbaris nationibus. *Salmas.*

3. *Reliquias ultra Nicrum fluvium & Albam removit.*] Scripti, *Album.* meliùs *Albim.* notissimum flumen: etiam Nicer, qui hodieque Neccarus. ad hunc fluvium sæpiùs pugnarunt Romani cum gentibus, quæ se agentibus fatis è septentrione in orbem Romanum effuderunt. *Casaub.*

Reliquias ultra Nicrum fluvium & Albam removit.] Pal. *Nigrum.* malè. *Nicrum* enim retinemus, *Albimque* etiam malimus, quam *Album.* Grut.

4. *Contrà urbes Romanas & castra in solo Barbarico posuit.*] Malim, *contra has urbes*, &c. Casaub.

Contra urbes Romanas, & castra in solo barbarico posuit.] Lege: *Contra urbes Romanas castra in solo barbarico posuit, atque illic milites collocavit.* castra in solo barbarico fiebant, ad extendendum limitem, militesque in his collocabantur ad defendendas urbes limitaneas Romanas. *Salmas.*

5. *Agros & horrea & domos & annonam Transrhenanis omnibus fecit.*] Cogitemus de hoc loco: nam *agros & annonam facere alicui*, duriuscule dictum, & fortasse σὺν ἀνιζδήλῳ. *Casaub.*

Agros & horrea, & domos & annonam Transrhenanis omnibus fecit.] *Annonam facere*, non durius est, quam *salarium facere: facere annonam alicui*, & *facere salarium* idem est, pro constituere ac decernere. sic etiam *facere agros*, pro dare vel assignare. *Salmas.*

6. *Si essent ab aliquibus vindicandi.*]

lia Gallica duo fibulata, [1] *interulas paragaudias duas,* [2] *patinam argenteam librarum decem ſpecillatam,* [3] *aureos Antonianos centum,* [4] *argenteos Aurelianos mille, æreos Philippeos decem millia. Item in ſalario diurno,* [5] *bubulæ pondo, porcinæ pondo ſex, caprinæ pondo decem, gallinaceum per biduum, olei per biduum ſextarium unum,*

1. *Interulas paragaudias duas.*] Pal. *integrulas.* Grut.

2. *Patinam argenteam librarum decem ſpecillatam.*] Quemadmodum filicata opera quæ ad filicis herbæ ſpeciem eſſent celata, dixerunt: ſic ab eadem mente corymbiata, ſpecillata, & alia id genus. *Caſaub.*

Patinam argenteam librarum decem ſpecillatam.] Melius ex Palat. *ſpecillatam. ſpecillum* ὑποθηκάριον à ſpeculo. parvum nempe ſpeculum. ſic *vacillum* à vaſculo. *ſpecillata* autem *patina* à genere celaturæ dicta, quod intus haberet crebra exculpta ſpecula vel ſpecella. Plinius lib. XXXIII. cap. IX. vel quæ ad eum modum figurata eſſet, ut ſpecula varia cælo expreſſa haberet intus ad reddendas plures imagines. *Salmaſius.*

Patinam ſpecillatam.] Sic & Palat. niſi quod is *ſpecillatam.* Grut.

3. *Aureos Antoninianos centum, argenteos Aurelianos mille, æreos Phillippeos decem millia.*] Hoc annuum videtur fuiſſe ac legitimum tribunorum ſtipendium. hoc eſt ducenti & quadraginta aurei, vel quod idem eſt, viginti aurei menſtrui. nam hanc ſummam efficiunt, aurei centum, argentei mille, & æreorum decem millia. per æreos autem intelligit ſeſtertios; per argenteos, denarios. centum vero ærei unum aureum reddebant, centum argentei quattuor aureos. ſciendum ſane eſt illa tempeſtate æreos denarios dictos fuiſſe pro ſeſtertiis, cum ſuperioribus temporibus denarii de argenteis tantum dicerentur, quinculum autem dabatur Duci, ejus quod accipiebat Tribunus, tam in ſalario quam in ſtipendio: unde centum aurei menſtrui pro ſtipendio Duci numerabantur. in ſumma vero aureorum ad ſumptus præbitorum Aureliano, non quinculum, ſed ſeptuplum, & paulo plus reperitur. quod extra ordinem illi decretum fuiſſe putamus quamdiu Romæ foret. Habemus legitimum Tribuni & Ducis ſtipendium: gregarii militis quod fuerit, videamus. viri docti nos docuerunt, aureos quaternos in menſem, juſtum fuiſſe militis ſtipendium. ſtatuamus igitur quaternos aureos meruiſſe militem menſtruos; duplum, centuriones, hoc eſt octonos: triplex equiti, nempe duodenos; quinculum Tribunis datum, aureos ſcilicet vicenos; quinculum Ducibus, ejus ſcilicet quod accipiebant Tribuni, id eſt aureos in menſem centenos. *Salmaſ.*

4. *Argenteos Aurelianos mille.*] Malim, *Aurelianos*, ut Philippeos. *Caſaubonus.*

5. *Bubulæ pondo.*] Deeſt numerus. *Idem.*

Bubulæ pondo.] Deeſt numerus, ſed facile ex conjectura reſtitui poteſt, & ex aliorum locorum comparatione. Tribunus Probus in diurno ſalario accepiſſe dicitur porcinæ pondo ſex. Duces quinquplex ſalarium accipiebant, ut ſuperiori animadverſione docuimus. neceſſe eſt igitur Ducem in diurno ſalario habuiſſe porcinæ vel laridi pondo triginta. idque verum eſſe liquebit ex Valeriani epiſtola qua ſalarium Aureliano duci decernit: in quo ſalario hæc ſunt: *Porcinæ pondo triginta, bubulæ pondo quadraginta.* hac ratione legendum hoc loco fuerit: *Bubulæ pondo octo, porcinæ pondo ſex.* nam quadraginta pondo quincupla ſunt ad octo, ut triginta ad ſex. *Salmaſ.*

1. *Vini*

tanum, [1] *vini veteris diurnos sextarios decem*, [2] *cum larido bubalino: salis, olerum, lignorum, quantum satis est.* [3] *Hospitia præterea eidem ut tribunis legionum præberi jubebis.* [4] Et hæc quidem epistolæ declarant. Nunc quantum ex ephemeride 5
colligi potuit, quum bello Sarmatico jam tribunus, [5] transmisso Danubio, multa fortiter feciſſet, publicè in concione donatus est [6] hastis puris quatuor, coronis vallaribus duabus, corona civica una, [7] vexillis puris quatuor, armillis aureis duabus, torque aureo uno, patera sacrificali quinquelibri una. Quo quidem tempore [8] Valerium Flaccum, adolescentem nobilem, [9] parentem Valeriani, è Quadrorum liberavit manu: unde illi Valerianus coronam civicam detulit. Verba Valeriani pro concione habita: *Suscipe Probe præmia pro Rep. suscipe coronam civicam pro parentem*

1. *Vini veteris diurnos sextarios decem.*] Hæc legitima & sollemnis vini mensura Tribuno præberi solita. sic Claudio Tribuno Valerianus in salario annuo dabat, *vini veteris sextarios tria millia quingentos.* Decem autem diurni sextarii efficiunt sextarios annuos tria millia sexcentos quinquaginta. *Idem.*

2. *Cum larido bubalino.*] Bubalinum laridum non aliunde nisi ex hoc loco novi. atque putabam laridum de carne tantum suilla usurpari. Pal. legit, *larido bubulaci.* in præsentia nihil venit in mentem aptius quam legere: *cum larido, bubula, salis, olerum, lignorum quantum satis est.* atqui, dixeris meminit jam supra bubulæ? meminit sane & porcinæ, nisi quis putet porcinam & laridum diverse accipi. quod non puto. *Idem.*

3. *Hospitia præterea eidem ut tribunis legionum præberi jubebis.*] Hospitia huic Probo præberi vult Valerianus, ut tribunis legionum præbebantur, non autem reliquum salarium. nam duplex accipiebant legionum tribuni. *Idem.*

4. *Et hæc quidem epistolæ declarant.*] Vetus editio: *Et hæc quidem epistolis declarantur.* Idem. *Et hæc quidem epistolæ declarant.*] Pal. *epistolis declarantur.* Grut.

5. *Transmisso Danubio.*] *Tramisso*, P. *Salmas.*

6. *Hastis puris, &c.*] Sine ferro. Lege Servium ad illa,

Pura juvenis qui nititur hasta.

Casaub.

7. *Vexillis puris, &c.*] Sine purpura. purpuræ vexillorum mentio apud Capitolinum in Gordianis. *Idem.*

Vexillis puris.] Vexilla pura interpretantur, sine purpura. sed interpretamentum non placet. nam vexilla illa militaria tota purpurea vel russea. ideo *flammulæ* dicebantur, quod colore flammeo essent. *vexilla pura* heic accipimus sine argento, vel auro. in signis autem & vexillis militaribus aurum & argentum intexi solitum, notius est quam ut indicare debeam. Plin. lib. XXXIII. cap. III. *Salmas.*

8. *Valerium Flaccum.*] Hunc *Flaccinum* vocat Pal. codex. *Idem.*

Valerium Flaccum.] Palat. *Flaccinum.* Grut.

9. *Parentem Valeriani.*] Non πάππον. apage. adolescens enim erat. sed συγγενῆ, ut sæpe diximus. *Casaub.*

1. *Vestes*

parente. Quo quidem tempore legionem tertiam eidem addidit ſub teſtimonio ejuſmodi. Epiſtola de legione tertia. *Res geſtæ tuæ Probe charißime faciunt ut & ſerius tibi tradere majores exercitus videar, & citò tamen tradam. Recipe in fidem tuam legionem tertiam felicem, quam ego adhuc nulli niſi provecto jam credidi: mihi autem eo tempore credita eſt quo & me canoſum, qui credebat, cum gratulatione vidit. Sed ego in te non expecto ætatem, quum & virtutibus fulgeas, & moribus polleas.* [1] *Veſtes tibi triplices dari juſſi, ſalarium duplex feci,* [2] *vexillarium deputavi.* Longum eſt, ſi per res geſtas tanti percurram viri, quæ ille ſub Valeriano, quæ ſub Gallieno, quæ ſub Aureliano & Claudio privatus fecerit, quoties murum conſcenderit, vallum diripuerit, hoſtem cominus interemerit, dona principum emeruerit, rempublicam in antiquum ſtatum ſua virtute reddiderit. Docet Gallieni epiſtola ad tribunos data, qui fuerit Probus. *Gallienus Auguſtus tribunis exercituum Illyricianorum. Etiamſi patrem meum fatalis belli Perſici neceſſitas tenuit, habeo tamen parentem Aurelium Probum, quo laborante poßim eſſe ſecurus. qui ſi affuiſſet, nunquam ille ne nominandus quidem tyrannus, ſibi uſurpaſſet imperium. Quare omnes vos conſiliis ejus cupio parere, qui & patris judicio probatus eſt & ſenatus.* Non magnum fortaſſis judicium

1. *Veſtes tibi triplices dari juſſi, ſalarium duplex feci.*] Veſtes à ſalario ſeparat. ſic ſupra veſtes & ſalarium ſeorſim enumeravit. *Salmaſ.*

2. *Vexillarium deputavi.*] Non dubium quin hic vexillarius ad miniſterium vel obſequium deputatus Probo tribuno fuerit à Valeriano. ſed quomodo vexillarium heic accipiemus, quærendum eſt. an vexilliferum intelligemus? ſane vexillarii, imaginiferi, draconarii inter principales milites, ut & cornicularii, ducenarii, beneficiarii, quorum tamen pleroſque in obſequio tribunorum & ducum fuiſſe reperio. ut in pauca conferam, vexillarii erant, quos triarios vocabant veteres, iique fere ex veteranis qui ſub vexillo retinebantur, aliorum omnium munerum immunes præterquam propulſandi hoſtis. nulla autem erat legio quæ non haberet hoc veteranorum vexillum. ideo cum vexillum legionis, aut vexilla legionum audis, de iſtis veteranis intelligere debes. ſexcenti autem in unaquaque legione, nunquam plus aut minus. quid ſi ergo *vexillarium* interpretemur vexilliferum? ita ſane melius. ſed quod obſequii genus præſtitiſſe tribuno dicemus vexilliferum? fortaſſean ut ante tribunum ambularet cum vexillo, honoris & obſequii gratia; certum enim eſt imperatoribus Romanis præferri ſolita vexilla quocunque irent, & quotieſcunque procederent. *Idem.*

1. *Ante-*

cium Gallieni esse videatur, principis mollioris, sed quod negari non potest: ne dissolutus quidem quispiam se, nisi in ejus fidem tradit cujus sibi virtutes existimat profuturas. Sed esto, Gallieni epistola sequestretur. Quid Aureliani judicium? qui Probo decimanos, fortissimos exercitus sui, & cum quibus ipse ingentia gesserat, tradidit sub hujusmodi testimonio: *Aurelianus Augustus Probo S. D. Ut scias quanti te faciam, decimanos meos sume, quos Claudius mihi credidit. Isti enim sunt qui quadam felicitatis prærogativa præsules nisi futuros principes habere non norunt.* Ex quo intellectum est [1] Aurelianum in animo habuisse [2] ut si quid sibi scienti prudentique eveniret, Probum principem faceret. Jam 7
Claudii, jam Taciti judicia de Probo longum est innectere: quamvis feratur in senatu Tacitus dixisse, quum eidem offerretur imperium, debere Probum principem fieri. [3] Sed ego S. C. ipsum non inveni. Ipse autem Tacitus imperator primam talem ad Probum epistolam dedit: *Tacitus Augustus Probo. Me quidem senatus principem fecit de prudentis exercitus voluntate. Attamen sciendum tibi est, tuis nunc humeris magis incubuisse Remp. qui & quantus sis omnes novimus, scit senatus.* [4] *Adesto igitur nostris necessitatibus:* [5] *tuæ familiæ asserе, ut*

1. *Aurelianum in animo habuisse.*] Vet. ed. *In animo hic habuisse.* forte: *In animo hoc habuisse.* Idem.

2. *Ut si quid sibi scienti prudentique eveniret, &c.*] Hoc est, si sibi morte sua mori contingeret, ita ut certus de obitu, suprema sua posset ordinare. *Casaub.*

3. *Sed ego S. C. ipsum inveni.*] Scribe, *S. C. ipsum non inveni.* Idem.

Sed ego Senatusconsultum ipsum non inveni.] Ita & Pal. noster. *Gent.*

4. *Adesto igitur nostris necessitatibus, tuæ familiæ asserе ut soles Remp.*] Non nego modestissimum principem Tacitum fuisse, & qui fortasse cùm factus est imperator, ἀρχαῖος quàm ἀρχὴν præoptasset: sed istud tamen non concoquo, quòd ita expressis verbis Probum hortatur, ut suæ familiæ Remp. asserat. Sic locum ergo concipio: *meæ famæ adesto: asserе, ut soles, Remp.* Sic paullò post acclamatur Probo à senatoribus: *Assertor senatus felix imperes.* Casaub.

5. *Tuæ familiæ asserе, ut soles remp.*] Non mirum videatur, quod Probum hic hortetur ad remp. familiæ suæ asserendam. nam cum in senatu offerretur Tacito imperium, dixit Probum magis sibi videri dignum cui deferretur. in hac autem epistola jam princeps factus dicit Probi humeris magis incubuisse remp. hinc eum hortatur, ut necessitatibus publicis adsit, & familiæ suæ remp. asserat. hoc est, sic remp. administret, ut familiæ suæ principatum inferret. nam qui vel eo tempore, quo Tacito delatum est imperium, ipsius etiam Taciti judicio dignus erat imperio, adeo ut & eum imperatorem fieri debe-

ut soles, Rempub. Nos tibi decreto totius Orientis ducatu, [1] *salarium quintuplex fecimus, ornamenta militaria geminavimus, consulatum in annum proximum nobiscum decrevimus: te enim manet pro virtutibus tuis Capitolina palmata.* Ferunt quidam Probo id pro imperii omine fuisse quod Tacitus scripsit, *Te manet Capitolina palmata.* [2] Sed in hanc sententiam omnibus
8 semper coss. scribebatur. [3] Amor militum erga Probum ingens semper fuit. [4] Neque enim unquam ille passus est peccare militem. Ille quinetiam Aurelianum sæpe à gravi crudelitate deduxit. Ille singulos manipulos adiit, vestes & calceamenta perspexit: siquid prædæ fuit, ita divisit, ut sibi nihil præter tela & arma servaret. Quinetiam [5] quum de prædato, sive ex Alanis sive ex aliqua alia gente incertum est, repertus esset equus non decorus, neque ingens, qui, quantum captivi loquebantur, [6] centum ad diem milliaria currere diceretur, ita ut per dies octo

re dixerit in Senatu: non mirandum est nunc ad eum scribere Tacitum, ut remp. familiæ suæ assereret, vt solebat scilicet, qui se jam ita gesserat, ut vel judice Tacito qui princeps factus est, princeps fieri mereretur. *Salmas.*

1. *Salarium quintuplex fecimus.*] Lege ex vet. edit. *Salarium quinceplex.* in veteribus Glossis: *Quinceplum, πεντάπλουν. Idem.*

2. *Sed in hanc sententiam omnibus semper Coss scribebatur.*] A regio absunt illa, *semper Coss.* Non potest sanè verum esse quod hic dicitur, nisi exponas commode, & Coss. intelligas designatos: nam hos consules manebat toga palmata, de Capitolio petenda, ut scribit Capitolinus in Gordianis. quare de consulibus qui inierant non vere dixeris Capitolinam eos manere. *Casaub.*

3. *Amor militum erga Probum ingens fuit. neque enim ille unquam passus est peccare militem.*] Probus, ne milites peccarent, curabat: officio eos & disciplina retinendo, non vi aut ingratiis, sed amore & benevolentia. cum igitur amaret milites, vicissim quoque ab illis amabatur, qui & amore ejus & reverentia peccare timebant. sic in Gordiano tertio Capitolinus: *Tribuni cum & duces usque adeo timuerunt, & amaverunt, ut neque vellent peccare, neque ex ulla parte peccarent.* Salmas.

4. *Neque enim unquam ille passus est peccare militem.*] Beatum Probum! si militum peccata dum coërcet, eorum in se amorem accendit. hoc sane significat τὸ *enim* isto loco. sed aliter Vopiscum scripsisse censeo. Lego, *peccari in militem.* sic alibi sæpe magni duces in hac historia laudantur, quod milites à tribunorum suorum vexatione redemerint. Hanc auctoris esse mentem probant sequentia: *Ille quinetiam Aurelianum sæpe à gravi crudelitate deduxit.* quasi dicat: non solùm tribunos & ductores ordinum molliores erga milites reddidit; sed ipsum etiam imperatorem Aurelianum ab ingenita sibi crudelitate deduxit. *Casaub.*

5. *Cùm de prædato sive ex Alanis.*] Pal. *prædato hic ex Alanis.* Grut.

6. *Centum ac decem milliaria currere.*] Pal. *millia.* Idem.

1. *Deinde*

octo vel decem continuaret, & omnes crederent Probum tale animal sibimet servaturum, jam primùm dixit, *Fugitivo militi potiùs quàm forti hic equus convenit.* [1] Deinde in urnam [2] militares jussit nomen suum mittere, ut aliquis eum sorte ductus acciperet. Et quum essent in exercitu quidam nomine Probi alii quatuor milites, casu evenit [3] ut primùm emergeret cui Probo nomen existeret, quum ipsius Probi ducis nomen missum non esset. Sed quum quatuor illi milites inter se contenderent, ac sortem sibi quisque defenderet, jussit iterum agitari urnam: sed & iterum Probi nomen emersit: quumque tertiò & quartò fecisset, quartò Probi nomen effusum est. Tunc omnis exercitus equum illum Probo duci dicavit, ipsis etiam militibus quorum nomina exierant, id volentibus. Pugnavit & contra Marmaridas in Africa fortissimè, eos denique vicit, atque ex Libya Carthaginem transiit, eandemque à rebellionibus vindicavit. Pugnavit & singulari certamine contra quendam Aradionem in Africa, eundemque prostravit: & quia fortissimum ac pertinacissimum virum viderat, sepulcro ingenti honoravit, quod adhuc extat [4] tumulo usque ad ducentos pedes terræ lato per milites quos otiosos esse nunquam est passus. [5] Extant apud Ægyptum ejus opera quæ per milites struxit in plurimis civi- 9

1. *Deinde in urnam militares jussit.*] Vet. ed. *Milites.* Salmas.

2. *Militares jussit nomen suum mittere.*] Palat. tantum habet, *milites jussit mittere.* Grut.

3. *Ut primum emergeret cui Probo nomen existeret, &c.*] Pal. *ut qui primum Probo nomen existeret.* Idem.

4. *Tumulo usque ad ducentos pedes terræ lato, &c.*] Nam quo latior agri modus sepulcro assignabatur, eo magis crescebat honos. constat hoc ex antiquis inscriptionibus. *Casaub.*

Tumulo usque ad ducentos pedes terræ lato per milites.] Dicit heic author, Probum per milites ideo tam latum tumulum curavisse extruendum, quod eos otiosos esse nunquam pati posset. legendum, *alto:* aut quod verius, & propius est, *elato*, hoc modo: *sepulcro ingenti honoravit, quod adhuc extat, tumulo usque ad ducentos pedes terræ elato.* oportet ingens hoc sepulcrum fuisse, quod tumulum terra elatum haberet usque ad ducentos pedes. *Salmas.*

5. *Extant apud Ægyptum ejus opera quæ per milites struxit in plurimis civitatibus.*] Non in Ægypto solùm, sed etiam in aliis plerisque provinciis, ut Africa, Gallia, Pannonia, Mœsia. vide Aurelium Victorem. Erat hic mos ducum & Imp. Rom. *Casaub.*

civitatibus. In Nilo autem tam multa fecit ut vectigal frumentarium solus adjuverit: pontes, templa, porticus, basilicas labore militum struxit: ora fluminum multa patefecit, paludes pleraſque siccavit, atque in his segetes agroſque constituit. Pugnavit etiam [1] contra Palmyrenos pro Odenati & Cleopatræ partibus Ægyptum defendentes, primò feliciter, postea temerè, ut penè caperetur: sed postea refectis viribus, Ægyptum & Orientis maximam partem in Aureliani potestatem redegit. [2] Quum igitur tot & tantis virtutibus eniteret, Tacito absumto fataliter, ac Floriano imperium arripiente, omnes Orientales exercitus eundem imperatorem fecerunt. Non inepta neque inelegans fabula est, scire quemadmodum imperium Probus sumpserit. Quum ad exercitus nuntius venisset, tum primùm animus militibus fuit prævenire Italicos exercitus, ne iterum senatus principem daret. sed quum inter milites sermo esset quis fieri deberet, & manipulatim in campo tribuni eos alloquerentur, dicentes requirendum esse principem aliquem fortem, sanctum, verecundum, clementem, probum: idque per multos circulos, ut fieri assolet, diceretur, quasi divino nutu undique ab omnibus acclamatum est, *Probe Auguste, dii te servent.* [3] deinde concursus, & cespititium tribunal: appellatusque imperator, ornatus etiam pallio purpureo quod de statua templi oblatum est: atque inde ad Palatium reductus, invitus & retrectans, & sæpe dicens, [4] *Non enim vobis expedit, milites,* [5] *non mecum bene agetis. Ego enim vobis blan-*

1. *Contra Palmyrenos pro Odenati & Cleopatræ, &c.*] Legendum: *Pugnavit contra Palmyrenos, Odenati & Cleopatræ partibus Ægyptum defendentes.* elegans & Latina loquutio, nemo neget, *defendere rem aliquam alicui.* Salmasius.

2. *Quum hic igitur tot & tantis virtutibus.*] *Quum igitur his tot & tantis virtutibus eniteret.* ita vet. ed. *Idem.*

3. *Deinde concursus & cespititium tribunal.*] Erectio tribunalis certissimum creati imperatoris erat argumentum, & ratio est, quia alloquendi principem uni ac soli imperatori jus fuit, sicut observabamus ad Capitolini divum Verum. *Casaub.*

4. *Non vobis expedit milites.*] Sic Pal. excluso *enim.* Grut.

5. *Non mecum bene agitis.*] Melius ex Palatino legas: *Non mecum bene agetis.* Salmas.

blandiri non possum. Prima ejus epistola data ad Capitonem præfectum prætorio talis fuit: *Imperium nunquam optavi, & invitus accepi. Deponere mihi rem invidiosissimam non licet. Agenda est persona quam mihi miles imposuit.* [1] *Te quæso, Capito, ita mecum salva Repub. perfruaris, annonam & commeatus & quicquid necessarium est ubique militi pares: ego, quantum in me est, si recte omnia gubernaveris, præfectum alterum non habebo.* [2] Itaque milites cognito quòd imperaret Probus, Florianum qui quasi hereditarium imperium arripuerat, interemerunt, scientes [3] neminem digniùs imperare quàm Probum. Ita ei sine ulla molestia totius orbis imperium & militum & senatus judicio delatum est. Et quoniam mentionem senatus fecimus, sciendum est quid ipse ad senatum scripserit, quid item ad eum amplissimus ordo rescripserit. Oratio Probi prima ad senatum. *Rectè atque ordine P. C.* [4] *proximo superiore anno factum est, ut vestra clementia orbi terrarum principem daret, & quidem de vobis, qui & estis mundi principes, & semper fuistis, & in vestris posteris eritis. atque utinam id Florianus expectare voluisset, nec velut hereditarium sibi vindicasset imperium, vel illum vel alium quempiam majestas vestra fecisset. Nunc quoniam ille imperium arripuit, nobis à militibus delatum est nomen Augustum, vindicatum quinetiam in illum à prudentioribus militibus, quod fuerat usurpatum.* [5] *Quæso ut de meis meritis faciatis quicquid jusserit vestra clementia.* Item S. C. Die tertio nonas Februarias in æde Concordiæ: inter cætera. Ælius Scorpianus cos. dixit, *Audistis* 11

1. *Te quæso Capito, ita mecum salva Rep. perfruaris, &c.*] Distingue meliùs: *Te quæso Capito, ita mecum salva Rep. perfruaris, &c.* Egregia verò obtestatio illa Probi, *ita mecum salva Rep. perfruaris, &c.* vide l. 2. Suet. c. XXVIII. *Casaub.*

2. *Itaque milites cognito quod imperaret Probus.*] V. ed. hoc ordine habet: *Cognito itaque quod imperaret Probus, milites Florianum, &c.* Salmas.

3. *Neminem digniùs imperare quam Probum.*] Pal. & editio vetus addunt: *Neminem digniùs imperare posse quam Probum.* Idem.

4. *Proximo superiore anno, &c.*] Ex his verbis intelligi potest Tacitum, qui sex tantùm menses imperium tenuit, sub anni finem creatum fuisse imperatorem, & sequentis anni principio interemtum. *Casaub.*

5. *Quæso ut de meis meritis, &c.*] Pone ante ista minorem distinctionem loco majoris, & superioribus connecte. *Idem.*

distis P. C. *literas Aurelii Valerii Probi: de his quid videtur?* Tunc acclamatum est, *Probe Auguste, dii te servent. Olim dignus, & fortis, & justus, bonus ductor, bonus imperator. Exemplum militiæ, exemplum imperii, dii te servent. Assertor Reipubl. felix imperes: magister militiæ, felix imperes: te cum tuis dii custodiant. Et senatus antea te delegit. Ætate Tacito posterior, cæteris prior. Quòd imperium suscepisti, gratias agimus. Tuere nos, tuere Rempubl. bene tibi committimus quos ante servasti. Tu Francicus, tu Gothicus, tu Sarmaticus, tu Parthicus, tu omnia, & priùs fuisti semper dignus imperio, dignus triumphis: felix agas,* 12 *feliciter imperes.* Post hæc Manlius Statianus, qui primæ sententiæ tunc erat, ita loquutus est: *Diis immortalibus gratias, & præ cæteris* P. C. *Jovi Optimo, qui nobis principem talem qualem semper optabamus, dederunt. Si rectè cogitemus, non nobis Aurelianus, non Alexander, non Antonini, non Trajanus, non Claudius requirendi sunt: omnia in uno principe constituta sunt: rei militaris scientia, animus clemens, vita venerabilis, exemplar agendæ reipublicæ, atque omnium prærogativa virtutum. enimvero quæ mundi pars est quam ille non vincendo didicerit? Testes sunt Marmaridæ in Africæ solo victi,* [1] *testes Franci inviis strati paludibus, testes Germani & Alemanni longè à Rheni submoti litoribus. Jam verò quid Sarmatas loquar, quid Gothos, quid Parthos, ac Persas, atque omnem Ponticum tractum? ubique vigent Probi virtutis insignia. Longum est dicere quot reges magnarum gentium fugaverit, quos duces manu sua occiderit, quantum armorum sit quæ ipse cepit privatus. Superiores principes, quas illi gratias egerint, testes sunt literæ publicis insertæ monumentis. Dii boni, quoties ille donis militaribus est donatus? quas militum laudes emeruit?* [2] *Adolescens tribunatum, non longè post adolescentiam, regendas legiones accepit. Jupiter* OPT. MAX. *Juno regina, tuque virtutum præsul Minerva, tu orbis Concordia, & tu Romana Victoria, date hoc senatui* P. Q. R. *date militibus, date sociis, atque exteris nationibus. Imperet quemadmodum militavit.*

Decerno

1. *Testes Franci inviis strati paludibus.*] Forteleg. *In suis strati paludibus.* Salmas.

2. *Adolescens Tribunatum.*] Pal. *Tribunatus.* Idem.

1. Nomen

Decerno igitur P. C. *votis omnium concinentibus* [1] *nomen Cæsareum, nomen Augustum, addo proconsulare imperium, patris patriæ reverentiam, pontificatum maximum, jus tertiæ relationis, tribunitiam potestatem.* Post hæc acclamatum est, *Omnes omnes.* [2] Accepto igitur hoc S. C. [3] secundum orationem [4] permisit patribus [5] ut ex magnorum judicum appellationibus ipsi cognoscerent, [6] proconsules crearent, legatos con- 13

1. *Nomen Cæsareum*] Idem, *Cæsaranum.* Idem

2. *Accepto igitur hoc S. C. secundum orationem permisit patribus, &c*] Scribendum, *per secundam orationem.* dixit suprà: *Oratio Probi prima ad senatum.* Casaub.

Accepto igitur hoc S. C. secundum orationem permisit patribus.] Fortean scribendum: *Accepto igitur hoc S. C. secundam orationem habuit, qua permisit patribus.* supra habuimus primam orationem Probi ad senatum, at heic secundæ mentionem facit. fortasse scribendum: *Secunda oratione permisit patribus.* Salmas.

3. *Secundum orationem.*] Cùm sit in Codice Regio *secundam*, vix dubium fit legendum detracta littera, *secundâ oratione.* Supra enim fuit; *Oratio Probi prima ad Senatum.* Grut.

4. *Permisit patribus ut ex magnorum judicum appellationibus ipsi cognoscerent.*] Magni judices sunt maiores magistratus quà urbani, quà provinciales. post Aureliani mortem, quo tempore summam Reip. & vim ipsam imperii sibi patres vindicarunt, institutum fuerat, ut non ad patres, verùm ad Urbis præfectum provocaretur à proconsulibus, & omnibus judicibus ordinariis: à præfecto Urbis postea ad senatum appellatio restabat, velut anchora quædam sacra. sed hos circuitus sustulit hac oratione Probus, sanciens, ut à proconsulibus & aliis judicibus majoribus, rectà senatus appellaretur. *Casaub.*

5. *Ut ex magnorum judicum appellationibus ipsi cognoscerent.*] Quod ad rem ipsam attinet, sic sæpe factum à bonis principibus, ut multum senatui deferrent, & appellationes ex majoribus judicibus, qua urbanis, qua provincialibus, ad senatum ire juberent. *magnos* porro *judices*, in *majores* male mutant magni viri rationem si quæris, hanc afferunt. *majores judices* in libris juris sæpe legere est, *magnos* nunquam. ridicule. quasi major & magnus judex non idem sit. *Salmas.*

6. *Proconsules crearent, legatos consulibus darent.*] Scribendum, *proconsulibus*, de his enim hic sermo est, non de consulibus. *Casaub.*

Proconsules crearent, legatos consulibus darent.] Corrigunt, *legatos proconsulibus darent.* sed mihi non placent cum hac correctione. proconsules non legatos ipsi sibi, quos vellent, sumebant, sed eos à senatu accipiebant. non igitur magnum aut mirum, ut qui proconsules crearent, iidem legatos proconsulibus darent. nec necessum habuit Probus, postquam permisit senatui Proconsules creandi potestatem, iisdem quoque ut proconsulibus legatos darent, permittere. legendum omnino puto: *Proconsules crearent, legatos ex consulibus darent. legati ex consulibus*, sunt *legati consulares*, qui provincias consulares, jure ac potestate consulari administrabant. sic *ex consulibus viros* supra notavimus, pro *viros Consulares.* Ergò in eo Probus præter ceteros principes insigniter fuit probus, quod non solum quæ populi erant provinciæ populo restituit, senatuique permisit ordinandas; verum etiam quæ Cæsaris semper fuere propriæ, eidem senatui, ut in eas legatos mitteret, concesserit.

consulibus darent, [1] jus prætorium præsidibus darent; [2] leges quas Probus ederet, senatusconsultis propriis consecrarent. [3] Statim deinde, siqui de interfectoribus Aureliani superfuerant, vario genere vindicavit. Molliùs tamen moderatiusque quàm priùs exercitus & postea Tacitus vindicaverant. Deinde animadvertit etiam in eos qui Tacito insidias fecerant. Floriani sociis pepercit, quòd non tyrannum aliquem videbantur sequuti, sed sui principis fratrem. Recepit deinde omnes Europenses exercitus, qui Florianum & imperatorem fecerant & occiderant. His gestis, cum ingenti exercitu Gallias petit; [4] quæ omnes, [5] occiso Posthumio, turbatæ fuerant, interfecto Aureliano, à Germanis possessæ. tanta autem illic prælia feliciter gessit, [6] ut à Barbaris sexaginta per Gallias, nobi-

legatos enim tam consulares quam prætorios in suas provincias mittere solebat Cæsar, non senatus, aut populus. *legati* igitur *ex Consulibus* hoc loco sunt legati consulares. *Salmas.*

1. *Jus prætorium præsidibus darent.*] Ut præsides provinciarum ex administratione sua reversi sederent in senatu inter prætorios. hoc vocat *jus prætorium*. Casaub.

Jus Prætorium præsidibus darent.] *Præsidibus jus prætorium dare*, aliud nihil est, quam præsides cum jure prætorio in provincias mittere. qui cum jure consulari provincias administrabant Cæsarianas, consulares dicebantur, etsi nunquam consules fuissent. sic quos Cæsar idem provinciis suis præficiebat cum jure prætorio regendis, prætorii legati, & legati proprætore audiebant. sic alibi apud hos auctores, *jus proconsulare alicui decernere*, est proconsulem facere. nam qui proconsulari potestate & imperio provincias regebant, proconsules erant, tametsi nunquam consules fuissent. *Salmas.*

2. *Leges quas Probus ederet senatusconsultis propriis consecrarent.*] Fortasse institutum à Probo, ut quicquid edicto principis sancitum fuisset, patrum decreto confirmaretur. *Casaub.*

3. *Statim deinde si qui de interfectoribus Aureliani superfuerant, vario genere vindicavit.*] Cur dicat *statim*, declarat Zosimus, qui Probum firmato imperio suam Reip. administrationem ab istorum supplicio scribit exorsum. *Idem.*

4. *Quæ omnes occiso Posthumio turbatæ fuerant.*] Posthumium intelligo, qui inter XXX. tyrannos dictus Pollioni. hic dum vixit, Barbaros omnes è Galliis sua virtute summovit: eo extincto irrupère undique in Gallias limite fracto variæ gentes: quas neque Claudius neque Aurelianus loco pellere potuerunt. *Idem.*

5. *Occiso Posthumio.*] *Posthumio.* vet. ed. ita semper, atque ita etiam numm. *Salmas.*

6. *Ut à Barbaris sexaginta per Gallias nobilissimas reciperet civitates.*] Probus ipse mox in epistolis ad senatum: *Septuaginta urbes nobilissimæ captivitate hostium vindicatæ, & omnes penitus Galliæ liberatæ.* aut igitur *septuaginta* hic scribendum, aut ibi *sexaginta*. Casaubonus.

nobilissimas reciperet civitates: [1] prædam deinde omnem, [2] qua illi præter divitias etiam efferebantur ad gloriam. Et quum jam in nostra ripa, imò per omnes Gallias securi vagarentur, cæsis propè quadringentis millibus qui Romanum occupaverant solum, [3] reliquias ultra Nicrum fluvium & Albam removit, tantum his prædæ Barbaricæ tulit, quantum ipsi Romanis abstulerant: [4] contrà urbes Romanas & castra in solo Barbarico posuit, atque illic milites collocavit. [5] Agros, & horrea, & domos, annonam Transrhenanis omnibus fecit, iis videlicet quos in excubiis collocavit: nec cessatum est unquam pugnari, quum quotidie ad eum Barbarorum capita deferrentur, jam ad singulos aureos singula, quandiu reguli novem ex diversis gentibus venirent, atque ad pedes Probi jacerent: quibus ille primùm obsides imperavit, qui statim dati sunt; deinde frumentum, postremò etiam vaccas atque oves. Dicitur jussisse his acriùs, ut gladiis non uterentur, Romanam expectaturi defensionem, [6] si essent ab aliquibus 14

1. *Prædam deinde omnem, qua illi præter divitias etiam efferebantur ad gloriam.*] Non solùm civitates, inquit, verùm & prædam omnem recepit, coactis Barbaris, ut eam ipsi redderent: cùm quidem, ut statim sequitur, in eos vindicatum est, qui prædam fideliter non reddidissent. *Idem.*

2. *Qua illi præter divitias efferebantur ad gloriam.*] Palat. *Efferabantur*: convenit id enim feris & barbaris nationibus. *Salmas.*

3. *Reliquias ultra Nicrum fluvium & Albam removit.*] Scripti, *Album*. melius *Albim*. notissimum flumen: etiam Nicer, qui hodieque Neccarus. ad hunc fluvium sæpius pugnarunt Romani cum gentibus, quæ se agentibus fatis è septentrione in orbem Romanum effuderunt. *Casaub.*

Reliquias ultra Nicrum fluvium & Albim removit.] Pal. *Nigrum*. malè. *Nicrum* enim retinemus, *Albimque* etiam malimus, quam *Album*. Grut.

4. *Contrà urbes Romanas & castra in solo Barbarico posuit.*] Malim, *contra hos urbes*, &c. Casaub.

Contra urbes Romanas, & castra in solo barbarico posuit.] Lege: *Contra urbes Romanas castra in solo barbarico posuit, atque illic milites collocavit.* castra in solo barbarico fiebant, ad extendendum limitem, militesque in his collocabantur ad defendendas urbes limitaneas Romanas. *Salmas.*

5. *Agros & horrea & domos & annonam Transrhenanis omnibus fecit.*] Cogitemus de hoc loco: nam *agros & annonam facere alicui*, duriuscule dictum, & fortasse σὺν ἀνιδρύτῳ. *Casaub.*

Agros & horrea, & domos & annonam Transrhenanis omnibus fecit.] *Annonam facere*, non durius est, quam *salarium facere*: *facere annonam alicui*, & *facere salarium* idem est, pro constituere ac decernere. sic etiam *facere agros*, pro dare vel assignare. *Salmas.*

6. *Si essent ab aliquibus vindicandi.*]

bus vindicandi. Sed visum est id non posse fieri, nisi si limes Romanus extenderetur, & fieret Germania tota provincia. Maximè tamen, ipsis regibus consentientibus, in eos vindicatum est qui prædam fideliter non reddiderunt. Accepit præterea sedecim millia tironum, quos omnes per diversas provincias sparsit, [1] ita ut numeris, vel limitaneis militibus quinquagenos & sexagenos interseret, [2] dicens sentiendum esse non videndum quum auxiliaribus

Si qui hostes existerent, qui ipsos bello premerent, dum suas injurias ulciscuntur. *Casaub.*

1. *Ita ut numeris vel limitaneis militibus*] Id est, *Numeris & limitaneis militibus.* & Frontinus de Coloniis: *Aureliam vel Campaniam:* pro Aureliam & Campaniam. *numeros* autem hoc loco Vopiscus, à *limitaneis militibus* distinguit, hoc est, legionarios milites à limitaneis vel ripensibus. numeri enim sunt legiones. legionarii milites, per provincias dispositi in castris, & sedibus, ut tunc vocabantur degebant. limitanei vero, qui in ripa per cuneos auxiliaque constituti, limitem tuebantur. nam limitanei & ripenses iidem. Comitatenses igitur milites in castris erant. limitanei vero & ripenses in ripa per cuneos constituebantur. ad ripensem porro militiam non eadem in milite statura exigebatur, nec idem corporis robur, quod in comitatensi vel legionaria. *Salmas.*

2. *Dicens sentiendum esse, non videndum, cùm auxiliaribus Barbaris Romanus juvatur.*] Veteri instituto res sacra fuit militia Romana: ad quam solis patuit aditus civibus, & quidem iis qui essent pleno jure cives. postea, ut mutant res cuncta hominum, & libertini, & servi etiam sunt admissi: tandem etiam Barbari: quam inter amissi imperii caussas unam & Zosimus & alii statuunt verè: ideo Probus quantum potuit dissimulare dedecus hoc est conatus. *Casaub.*

Dicens sentiendum esse non videndum, quum auxiliaribus barbaris Romanus juvatur.] Sciendum est Romanam remp. auxiliis sociorum, & alienigenarum gentium fere semper usam esse. Et primis quidem temporibus, priusquam Italia subacta esset, aut in provinciam saltem redacta, legiones ex civibus Romanis conscribebantur, auxilia vero ex Italicis sociis petebantur: & hæc auxilia numerum legionum semper aut æquabant, aut certe superabant. post Italiam civitate donatam, legiones tam ex Italicis quam ex Romanis, utrique enim jam cives, conscribi cœptæ sunt: auxilia vero ex aliis gentibus petita, partim fœderatis, partim etiam mercede conductis. hinc *miles provincialis* apud Hyginum, pro legionario. legiones enim Romanæ ex milite provinciali constabant. auxiliares vero milites barbari subministrabant. barbaræ ergò nationes inter auxilia tantum militabant, nec illis unquam ad legionariam militiam patuit aditus. Primus igitur Probus, ut heic habetur, cum diceret, *sentiendum esse non videndum, quoties auxiliaribus barbaris Romanus juvatur*, sedecim tironum millia ex barbaris accepta, per diversas Romani imperii provincias spargit, & legionibus immiscuit, militibusque limitaneis. quo facto & instituto utriusque militiæ sacramenta confudit, legionariæ & auxiliaris, quæ ante id tempus erant distincta ac diversa. tantum ergo abest ut Probus hac in parte Romanum dedecus dissimulare conatus sit ac celare, quæ magni viri sententia est, ut primus illi dedecori ansam præbuerit, dum auctor illius instituti fuit, quo passim exteris & barbaris nationibus, ad militiam Romanam aditus patefactus est. *Salmas.*

1. *Ad*

ribus Barbaris Romanus juvatur. Compositis igitur rebus 15
in Gallia, tales ad senatum literas dedit. *Ago diis immortalibus gratias P. C. quia vestra in me judicia comprobarunt. Subacta est omnis quà tenditur latè Germania: novem reges gentium diversarum ad meos pedes, imò ad vestros, supplices stratique jacuerunt. Omnes jam Barbari vobis arant, vobis jam serunt, & contra interiores gentes militant. Supplicationes igitur vestro more decernite. Nam & quadringenta millia hostium cæsa sunt, & sedecim millia armatorum nobis oblata, & septuaginta urbes nobilissimæ captivitate hostium vindicatæ, & omnes penitus Galliæ liberatæ. Coronas quas mihi obtulerunt omnes Galliæ civitates aureas, vestræ P. C. clementiæ dedicavi. Et has Jovi* OPT. MAX. *cæterisque diis deabusque immortalibus vestris manibus consecrate. Præda omnis recepta est, capta etiam alia & quidem major quàm fuerat antè direpta. Arantur Gallicana rura Barbaris bobus, & juga Germanica captiva præbent nostris colla cultoribus: pascuntur* [1] *ad nostram alimoniam gentium pecora diversarum: equinum pecus nostro jam fœcundatur equitatui: frumento barbarico plena sunt horrea.* [2] *Quid plura? illis sola relinquimus sola, nos eorum omnia possidemus. Volueramus P. C. Germaniæ novum præsidem facere, sed hoc ad pleniora vota distulimus. Quod quidem credimus conferre, quum divina providentia nostros uberiùs fœcundarit exercitus.* Posthæc Illyricum petiit: & priùs quàm veni- 16
ret, Rhetias sic pacatas reliquit ut illic ne suspicionem quidem ullius terroris relinqueret. In Illyrico Sarmatas cæteraque gentes ita contudit, ut propè sine bello cuncta reciperet quæ illi diripuerant. Tetendit deinde per Thracias, atque omnes Geticos populos fama rerum territos, & antiqui nominis potentia pressos, aut in deditionem, aut in amicitiam recepit. His gestis Orientem petiit, atque

1. *Ad nostram alimoniam.*] Pal. *nostrorum.* Grut.

2. *Quid plura? illis sola relinquimus sola, nos eorum omnia possidemus.*] Forte scribendum: *Illis solum relinquimus, in solo eorum nos omnia possidemus.* nos, inquit, solum illis relinquimus, nec enim eripi potest, sed omnia quæ in solo eorum sunt, aut ex solo nascuntur possidemus, ut pecora, armenta, frumentum, & cetera. *Salmasius.*

1. *Omnem*

que in itinere potentissimo quodam latrone Palfurio capto & interfecto, [1] omnem Isauriam liberavit: populis atque urbibus Romanis legibus restitutis. Barbarorum qui apud Isauros sunt, [2] vel per terrorem vel per voluntatem, loca ingressus est: quæ quum peragrasset, hoc dixit, *Facilius est ab istis locis latrones arceri quàm tolli.* Veteranis [3] omnia illa quæ angustè adeuntur loca privata donavit, addens ut eorum filii ab anno octavodecimo [4] mares duntaxat ad militiam mitterentur, [5] ne antè latrocinari quàm militare discerent. 17 Pacatis denique omnibus Pamphyliæ partibus, cæterarumque provinciarum quæ sunt Isauriæ vicinæ, ad Orientem iter flexit. [6] Blemyas etiam subegit, quorum captivos Romam transmisit, [7] qui mirabilem sui visum, stupente pop. Rom. præbuerunt. [8] Copton præterea & Ptole-

1. *Omnem Isauriam liberavit: populis atque urbibus Romanis legibus restitutis.*] Sed non diu obtinuerunt Romani. *Casaubonus.*

2. *Vel per terrorem vel per voluntatem loca ingressus est.*] Pal. legit: *Vel per urbanitatem.* Per urbanitatem barbarorum loca illa ingressum esse Probum dicit, qui non invitis barbaris ea ingressus est, sed cum bona eorum gratia. sic supra *urbane adjuvare*, pro comiter & benigne. *Salmas.*

3. *Omnia illa quæ angustè adeuntur loca.*] Id est, omnes Isauriæ aditus angustiores, & loca ubi fauces sunt montium. *Casaub.*

4. *Mares duntaxat.*] Οἱ ἄῤῥενες δηλαδή, *Mares scilicet.* Salmas.

5. *Ne ante latrocinari quam militare discerent.*] Scribe meo periculo: *Ne latrocinari condiscerent.* ab octavodecimo anno volebat eos ad militiam mitti Probus, ne latrocinari condiscerent. *Idem.*

Ne ante latrocinari quàm militare discerent.] Tantum habet Pal. *ne latrocinare quàm discerent*; & ex illo *quam* deinde factum *nunquam.* Grut.

6. *Blemyas etiam subegit.*] Scribe *Blemyas.* Et Græci, Βλέμμυες. *Salmas.*

7. *Qui mirabilem sui visum stupente populo Rom. præbuerunt.*] Non dicit auctor, quid mirati sint Romani in Blemmyis. tales nempe vulgò fingebantur, sine capite; ore, & oculis pectori affixis. vide Plin. lib. 5. cap. 8. *Casaub.*

Qui mirabilem sui visum, stupente P. R. præbuerunt.] Scribe: *Qui mirabilem sui visum stupenti pop. Rom. præbuerunt.* Salmas.

8. *Copton præterea & Ptolemaidem urbes.*] Copton urbem & nomum Coptiten in superiore Ægypto Ptolemæus recenset. Ammianus Thebaidi, quæ una fuit è quinque provinciis Ægypti, adtribuit. erat Thebais duplex, prima & secunda. Copton atque Ptolemaidem in secunda collocant Excerpta geographica bibliothecæ regiæ, ex quibus didici urbem Copton postea Justinianopolim esse appellatam. *Casaub.*

Copton præterea & Ptolemaidem urbes.] Scribe: *Copto præterea, & Ptolemaide urbes ereptas, &c. Copto & Ptolemaide*, pro *Copton & Ptolemaidem.* sic enim tunc temporis enuntiabant urbium nomina. nam in sexto casu ea proferebant, & indeclinabilia faciebant. *Salmas.*

Copton præterea.] Pal. *Copte*, ut & infra *Copten.* Grut.

1. Per-

Ptolemaidem urbes, ereptas Barbarico servitio, Romano addidit juri. Ex quo tantum profecit ut Parthi legatos ad eum mitterent, confitentes timorem pacemque poscentes: quos ille superbiùs acceptos, magis timentes domum remisit. [1] Fertur etiam epistola illius, repudiatis donis quæ rex Parthorum miserat, ad Narseum talis fuisse: *Miror te de omnibus quæ nostra futura sunt, tam pauca misisse. Habeto interim omnia illa quibus gaudes: quæ si nos habere cupiamus, scimus quemadmodum possidere debeamus.* His acceptis literis Narseus maximè territus, & eo præcipuè quòd Copton & Ptolemaidem comperit à Blemyis qui eas tenuerant vindicatas, cæsosq; ad internecionem eos qui gentibus fuerant antè terrori. Facta igitur pace cum Persis, ad Thracias 18
rediit, & [2] centum millia Bastarnarum in solo Rom. constituit, [3] qui omnes fidem servaverunt. Sed quum & ex aliis gentibus pleroſque pariter transtulisset, id est, [4] ex Gepidis, [5] Gautunnis, & [6] Vandalis, illi omnes fidem fregerunt,

1. *Fertur etiam epistola illius ad Narseum talis fuisse.*] Hic Narseus regulus Armenus fuit, jussus à rege Persarum, hæc ad Rom. principem deferre munera. *Casaub.*

2. *Centum millia Bastarnarum in solo Rom. constituit.*] Vide Zosimum. *Idem.*

Centum millia Bastarnarum.] Græci semper hunc populum nominant Βαστέρνας, sed Latini *Basternas*. Salmasius.

3. *Qui omnes fidem servaverunt.*] Hoc vult & Zosimus. propterea adeò studiosè notatum Græcis & Latinis historicis, fidem à Basternis servatam: quòd cæteræ gentes Barbaræ quas vel hic imperator, vel alii, variis partibus Romani orbis collocarant, pro hostibus mox se gesserunt, & bellis intestinis remp. Rom. dilacerarunt. *Casaub.*

4. *Ex Gepidis, Gautunnis & Vandalis.*] *Gautunni* vel sunt qui Trutungi, vel qui Virtingui in Claudio nominabantur. Ego putem Juthungos intelligi, de quibus oppidò suavem historiam narrat Dexippus in rebus Aureliani, ubi etiam de Vandalis loquitur, gente alioquin satis nota. *Idem.*

Ex Gepidis.] Palat. *Ex Gipidis. Gypedes* & *Gipedes* libri ferme semper eos scribunt, non *Gepidas*. at Græci Γήπαιδας eos vocant. *Salmas.*

Ex Gepidis, Gautunnis, & Vandalis.] Pal. *ex Gipedis, Grauthungis & Blandulis.* Grut.

5. *Gautunnis.*] Palat. *Grauthungis.* atque ita omnino legendum. *Grauthungi* & *Grothungi*, & *Gruthungi* vocantur passim apud authores isti populi. Ammiano *Gruthungi*. lib. XXVII. *Gruthungos bellicosum gentem.* Claudian.

Ausi Danubium quondam transnare Grothungi
In lintres fregere remos. ——

male hodie legitur, *Gothuni*. Salmas.

6. *Vandalis.*] Scribendum: *Bandulis*, aut *Vandulis*. ita enim sæpe in libris veteribus vocantur, qui vulgo *Vandali*. Græci quoque nunquam Βανδίλους, sed Βανδίλους scribunt. *Idem.*

1. *Omnes*

gerunt, & occupato bellis tyrannicis Probo, per totum penè orbem pedibus & navigando vagati sunt, nec parum molestiæ Rom. gloriæ intulerunt. quos quidem ille diversis vicibus, variisque victoriis oppressit, paucis cum gloria domum redeuntibus, quòd Probi evasissent manus. Hæc Probus cum Barbaris gessit. Sed habuit etiam non leves tyrannicos motus. Nam & SATURNINUM, qui Orientis imperium arripuerat, variis præliorum generibus & nota virtute superavit. Quo victo, tanta in Oriente quies fuit, ut (quemadmodum vulgò loquebantur) mures rebelles nullus audiret. Deinde quum PROCULUS & BONOSUS apud Agrippinam in Gallia imperium arripuissent: [1] omnesque sibi Britannias, Hispanias, & braccatæ Galliæ provincias vindicarent, Barbaris semet juvantibus, vicit. Ac ne requiras plura vel de Saturnino, vel de Proculo, vel de Bonoso, suo eosdem inseram libro, pauca de iisdem, ut decet, imò ut poscit necessitas, loquuturus. Unum sanè sciendum est, quòd Germani omnes, quum ad auxilium essent rogati à Proculo, [2] Probo potiùs perservire maluerunt quàm cum Bonoso & Proculo esse. [3] Gallis omnibus [4] & Hispanis ac Britannis hinc permisit ut vites haberent vinumque conficerent. [5] Ipse Almam montem in Illyrico circa Sirmium militari manu fossum,
19 [6] lecta vite consevit. Dedit Rom. etiam voluptates, & quidem

1. *Omnesque sibi Britannias.*] *Omnesque sibi jam Britannias, Hispanias.* ita Pal. nec secus ed. vet. *Idem.*

Omnesque sibi jam Britannias.] Addidi *jam* è Palatino. *Grut.*

2. *Probo potius perservire maluerunt.*] Pal. *proservire maluerunt.* scribe: *quum ad auxilium essent rogati à Proculo, Probo servire maluerunt, quam cum Bonoso & Proculo esse.* Salmas.

3. *Gallis omnibus & Hispanis ac Britannis hinc permisit ut.*] *Hinc,* id est, post ista. Vites instituendi aut colendi quantum quis vellet, neque in Italia, neque in provinciis jus fuit, coercebatur enim ejus rei libertas lege Domitiani quam refert Suetonius cap. VII. Britanni quare hoc loco nominentur à Vopisco non video. nam eorum terram ad vineta non esse aptam omnes sciunt: & qui legem hanc Probi commemorant, non Britannos in hoc albo sed Pannonios ponunt. neque aliter hic censeam legendum. *Casaub.*

4. *Et Hispanis ac Britannis.*] Pal. *& Hispaniis & Britannis.* Grut.

5. *Ipse Almam montem in Illyrico circa.*] Victorem vide vulgarem. *Casaub.*

6. *Lecta vite consevit.*] Idem liber: *conservit.* Salmas.

1. *Omnium*

quidem insignes : delatis etiam congiariis. Triumphavit de Germanis & Blemyis : [1] omnium gentium drungos usque ad quinquagenos homines ante triumphum duxit. [2] Venationem in Circo amplissimam dedit, ita ut populus cuncta diriperet. Genus autem spectaculi fuit tale. Arbores validæ per milites radicitus vulsæ connexis latè longeque trabibus affixæ sunt, terra deinde superjecta, totusque Circus ad sylvæ consitus speciem, gratia novi vironis effronduit. [3] Immissi deinde per omnes aditus struthio-

1. *Omnium gentium drungos usque ad quinquagenos homines ante triumphum duxit.*] Quem vocat Pollio in triumphis Gallieni gregem & globum, Vopiscus hic voce Barbara drungum. sed ibi triumphatorum populorum singuli globi erant ducenorum hominum, hic tantùm L. in Tacticis Græcorum libris omnis adunatio militum appellatur δρυγγὸν sive plurium, sive etiam paucissimorum: nam & tres aut quatuor drungum faciunt. *Casaub.*

Omnium gentium drungos usque ad quinquagenos homines.] Vocem *drungus* quod putant esse barbaram, non est. origine enim Græca est, sed barbare facta à Græcis recentioribus. ῥύγχος est rostrum. militum multitudinem cuneatim rostratimque pugnantium, fronte scilicet in angustum desinente; videntur δρῦγγος. id est ῥύγχος vel rostrum appellasse: nam & *capita porcina* hujuscemodi cuneos vocabant. non ignoro tamen apud Vegetium lib. III cap. XIX. *drungum* sive *globum*, à *cuneo* sive *porcino capite* separari. *Salmas.*

2. *Venationem in Circo amplissimam dedit.*] Pancarpum & direptionis venationem, de quibus ad Gallienos. *Casaubonus.*

Venationem in circo amplissimam dedit. ita ut populus cuncta diriperet.] De venatione direptionis, sive sylva, deque pancarpo diximus supra ad Gordiani vitam, ubi viros doctos erravere doceuimus, qui sylvam & pancarpum confundunt. errant etiam illi qui putant à Gordiano primo exhibitum hoc genus ludicræ venationis, quo à populo omnia diripiebantur. jam ante Gordianum Alagabalus in consulatu hoc genus dederat. atque jam olim id Neronem fecisse ludis suis tradit Suetonius lib. VI. Hæc tamen differentia inter missilia Neronis & Alagabali, quod Alagabalus res ipsas diripiendas populo objiciebat, & inde videtur venatio direptionis, at in Neronis missilibus tesseræ tantum spargebantur, non res ipsæ, hoc est animalia ipsa diripienda dabantur. spectandæ quidem feræ populo exhibebantur. mox tesseræ jaciebantur in populum earum ferarum nominibus inscriptæ, quæ in spectaculo exhibitæ fuerant. à popularibus rapiebantur illæ tesseræ, quas poterat quisque, & quomodocumque poterat. deinde singulis dabatur in manum, quod tessera cuique rapta adsignabat, sive illud animal esset, sive mancipium, sive vestis, sive aliud quid. Sciendum autem est sub novis imperatoribus, hoc est à Constantini magni temporibus usque ad Justinianum, & alios sequentes, nulla alia in usu ac more fuisse missilia aut sparsiones consulares, quam aureorum, argenteorum, & æreorum numismatum. nullus enim tunc direptionis usus, nulla mentio venationis istiusmodi ludicræ, quæ populo diripiendas mansuetas feras & herbatica animalia præbebat. *Salmas.*

3. *Immissi deinde.*] *Missi deinde*, Pal. illud rectius. *Idem.*

1. Et

thiones mille, mille cervi, mille apri, mille damæ, ibices, oves feræ, [1] & cætera herbatica animalia, quanta vel ali potuerunt vel inveniri. Immissi deinde populares, rapuit quisque quod voluit. [2] Addidit alia die in Amphitheatro una missione centum jubatos leones, qui rugitibus suis tonitrua excitabant : [3] qui omnes contificiis interempti sunt, [4] non magnum præbentes spectaculum quum occidebantur. [5] Neque enim erat [6] bestiarum impetus ille [7] qui

1. *Et cætera herbatica animalia, &c.*] Vopiscus *herbatica* appellat, quæ philosophus πεζοφάγα. *Casaub.*

Et cætera herbatica animalia.] Ab *herba*, *herbaticus* : ut à *pompa*, *pompaticus* : *Herbatica* etiam animalia vocat Solinus quæ Græcis πεζοφάγα. *Salmas.*

2. *Addidit alia die in amphith.*] Lege ex scriptis manu, *Edidit, &c.* Casaub.

Edidit aliâ die.] Ita & Pal. *Grut.*

3. *Qui omnes contificiis interempti sunt.*] Arenæ vox *contificium*, sive *contifigium*. Alibi docemus pugnatum in arena cum feris multifariam, venabulis, excipiis, cultris venatoriis, pilis, contis, hastis, copidibus, sybinis, sagittis. *Casaub.*

Qui omnes contificiis interempti sunt.] Optimus Palat. legit. *qui omnes postiteis interempti sunt.* Quærendum ecquem locum habuerint in amphitheatro istæ postiteæ. Ammianus Marcellin. lib. XXVIII. *ut sæpe faciunt amphitheatrales feræ, diffractis tandem solutæ postiteis.* Glossæ Ὀπιθόθυρα κρυπτὰ οἴκου interpretantur. aliæ Glossæ : Ὀπιθόθυρα, *postitium.* non tamen semper *postica*, portam quæ in aversa parte ædium est, significat, quam Græci ὀπιθόθυρα vocant, sed etiam quamlibet parvam portulam. Sed *postiteæ* in amphitheatro quid sunt ? sciendum subterraneos multos cavos in amphitheatro fuisse asservandis bestiis. ab illis cavis portulas quæ in arenam ferebant, & è quibus in arenam feræ solebant emitti, *postiteas* vocat Ammianus, & heic Vopiscus. sed fortasse legendum : *qui omnes è postiteis interempti sunt.* valde autem notandum est ex his Vopiscī verbis differentiam statui inter cavos illos subterraneos amphitheatrales, è quibus per postiteas bestiæ in arenam inducebantur, & caveas in quibus feræ detinebantur: sic enim scribit : *qui omnes è postiteis interempti sunt, non magnum præbentes spectaculum cum occidebantur : neque enim erat bestiarum impetus qui esse è caveis egredientibus solet.* dicit, atque id quidem aperte dicit, ideo non magnum nec gratum fuisse spectaculum eorum leonum qui è postiteis occidendi in arenam immittebantur, quod non tanto impetu egrederentur ex illis cavis ac specubus subterraneis, ut ex caveis solent. Et caveæ quidem ex regulis ferreis contextæ erant, & ad lucem expositæ in medio, ut par est, amphitheatro : cavi autem & specus illi subterranei tenebrosi : nihil est autem quod æque faciat domandis feris, ac tenebræ. at è caveis exeuntium major vis & impetus erat. *Salmas.*

Qui omnes contificiis interempti sunt.] Palat. *qui omnes postiteis interempti sunt.* Grut.

4. *Non magnum præbentes spectaculum, quum occidebantur.*] Palat. *quo occidebantur.* Salmas.

5. *Neque enim erat bestiarum impetus, qui esse ab eis egredientibus solet.*] Lege: *qui esse è caveis egredientibus solet.* Casaub.

6. *Bestiarum impetus qui esse ab eis egredientibus solet.*] Pal. *qui esse hæc ab eis egredientibus solent*, ut omninò legendum sit, *qui esse è caveis egr.* uti conjecit Petrus Faber. *Grut.*

1. *Qui*

qui esse è caveis egredientibus solet. [2] Occisi sunt præterea multi qui diripere volebant, sagittis. [3] Editi deinde centum leopardi Libyci, centum deinde Syriaci, [4] centum leænæ, & ursi simul trecenti: quarum omnium ferarum magnum magis constat spectaculum fuisse quàm gratum. Edita præterea gladiatorum paria trecenta, Blemyis plerisque pugnantibus, qui per triumphum erant ducti, plerisque Germanis & Sarmatis, nonnullis etiam latronibus Isauris. Quibus peractis, bellum Persicum parans, quum per Illyricum iter faceret, à militibus suis per insidias interemptus est. Causæ occidendi ejus hæ fuere. Primùm, quòd nunquam militem otiosum esse perpessus est. Siquidem multa opera militari manu perfecit; dicens *annonam gratuitam militem comedere non debere.* [5] His addidit dictum ejus

1. *Qui esse ab eis egredientibus solet.*] Recte emendatum est à doctis viris: *qui esse è caveis egredientibus solet.* Palat. *qui esse hæc abeis*, pro, *qui esse è cabeis.* nam ita scribebant, *cabeam* vel *cabiam* pro *cavea.* sic *albium* pro *alveo*, *albiolum* pro *alveolum.* cavæ autem illæ in quibus feræ detinebantur, ex ferreis repagulis sive regulis constabant versatilibus. ideo autem versatilia fiebant cavearum repagula, ut vertendo bestias adsilientes excuterent. *rutulos* hæc repagula vocat Calpurnius:

Et coit in rutulum tereti qui lubricus axe
Impositos subita vertigine falleret ungues
Excuteretque feras.

Salmas.

2. *Occisi sunt præterea multi, qui diripere volebant sagittis.*] Veteres membranæ scriptum habent: *occisi sunt præterea multi qui dirigere nolebant, sagittis. Dirigere* hoc absolute usurpatum est pro in medium procedere. dicit Vopiscus à Probo editos esse una missione centum leones, qui omnes è posticis interempti sunt: multos autem ex illis, *qui dirigere nolebant*, hoc est qui prodire in medium amphitheatrum, & ex cavis suis exire nolebant, sagittis occisos esse, in ipsis scilicet posticis, & aditibus speluncarum. nam qui in medium veniebant, à bestiariis occidebantur, non sagittis, sed pede collato, & illis telis quibus bestias à confectoribus confici moris est. *dirigere* etiam pro ambulare, & procedere, & recta ire. sic etiam apud Apulejum: *in aspectum dirigere*, pro in aspectum venire. atque inde *directarii* dicti qui in alienas ædes dirigebant furandi gratia. *Idem.*

Occisi sunt præterea multi qui diripere volebant, sagittis.] Pal. *qui dirigere volebant.* Grut.

3. *Editi deinde centum leopardi Libyci, centum deinde Syriaci, centum leænæ.*] Legendum: *editi deinde centum leopardi Libyci, centum deinde Syri: editæ centum leænæ*, & *ursi simul trecenti*, nihil verius. *Salmas.*

4. *Centum leænæ.*] Nec est quod aliquis dicat leonum nomine quos in iisdem ludis ediderat Probus, leænas etiam comprehensas. nam jubatos tantum ediderat. at leænæ juba carent. præterea separatim edi solebant leones & leænæ. *Idem.*

5. *His addidit dictum ejus grave, Si unquam, &c.*] Scribendum *eis.* sed totus locus perperam conceptus, ita reformandus: *His addidit dictum eis gra-*

ejus grave, Si unquam eveniat salutare, Reip. brevi milites necessarios non futuros. Quid ille conceperat animo qui hoc dicebat? nonne omnes barbaras nationes subjecerat pedibus? quia totum mundum fecerat jam Romanum: *Brevi* (inquit) *milites necessarios non habebimus.* Quid est aliud dicere? Romanus jam miles erit nullus, [1] ubique regnabit, omnia possidebimus, secura Resp. orbis terrarum non arma fabricabit, non annonam præbebit: [2] boves habebuntur aratro, equus nascetur ad pacem, nulla erunt bella, nulla captivitas. ubique pax, ubique Rom. leges, ubique
21 judices nostri. Longiùs amore imperatoris optimi progredior quàm pedestris sermo desiderat. Quare addam illud quod præcipuè [3] tanto viro fatalem properavit necessitatem. Nam quum Sirmium venisset, ac solum patrium effœcundari cuperet & dilatari, ad siccandam quandam paludem multa simul millia militum posuit, [4] ingentem

re, si unquam eveniat salutare Reip. BREVI MILITES NECESSARIOS NON FUTUROS. *Casaub.*

His addidit dictum ejus grave.] Legebam: *his adde dictum ejus grave.* duas causas occidendi Probi adfert. primum, inquit, quod nunquam militem otiosum esse perpessus est. his adde dictum ejus grave, quo dicebat scilicet, si unquam eveniat salutare reip. brevi milites non futuros necessarios. *Salmas.*

1. *Ubique regnabit.*] Scribe, *regnabimus.* Casaub.

Ubique regnabit, omnia possidebimus.] Ita totum locum constituo: *Romanus jam miles erit nullus: ubique regnabit, omnia possidebit secura respublica: orbis terrarum non arma fabricabit, non annonam præbebit.* Salmas.

2. *Vobis habebuntur aratra.*] Ineptissima lectio. edendum curavimus: *boves habebuntur aratro, equus nascetur ad pacem.* si milites nulli forent, non arma fabricarentur, annonam provinciales non darent: boves aratro tantum haberentur, & nulli rei servirent, nisi arandæ terræ. hoc dicit Vopiscus. *Idem.*

3. *Tanto viro fatalem properavit necessitatem.* Sic dicitur in antiquo epigrammate:

Properavit hora tristis fatalis mea.

Idem.

4. *Ingentem parant fossam, quæ dejectis in altum navibus.*] Pal. *dejectis in saltum navibus.* sic totum locum constituo: *ad siccandam quamdam paludem multa simul millia militum posuit, ingentem parans fossam, quæ dejectis in salum navibus, loca Sirmiensibus profutura siccaret. in salum* repositum pro *in altum*, hoc vult: Probum ad siccandam paludem multa missia militum posuisse, fossamque ingentem parasse quæ in mare exoneraret, & egereret, quidquid aquæ restagnaret in illa palude. *nares fossæ* vocat extremam fossæ partem humiliorem, depressiorem, & in salum dejectam, quo exitum in mare haberet aqua paludis restagnantis. sic *nares canalis* apud Vitruvium, pro extrema canalis parte, qua humor egeritur. lib. VII. cap. IV. & paulo post: *si autem locus non patietur structuram, canales fiant, & nares exeant ad locum patentem.* sic igitur canalis apud Vitru-

tem parans fossam, [1] qua, [2] dejectis in altum navibus, loca Sirmiensibus profutura siccaret. [3] permoti milites confugientem eum in turrem ferratam, quam ipse speculæ causa [4] editissimam exædificaverat, interemerunt anno imperii sui quinto. Postea tamen [5] ingens ei sepulcrum elatis aggeribus, omnes pariter milites fecerunt cum titulo hujusmodi inciso marmori, HIC PROBUS IMPERATOR, ET VERE PROBUS SITUS EST, VICTOR OMNIUM GENTIUM BARBARARUM, VICTOR ETIAM TYRANNORUM. [6] Conferens ego cum aliis 22
imperatoribus principem Probum, omnibus propè Romanis ducibus, [7] qui fortes, qui clementes, qui prudentes, qui mirabiles extiterunt, intelligo hunc virum parem fuisse, aut, si non repugnat invidia furiosa, meliorem. Quinquennio enim imperii sui per totum orbem terrarum tot bella gessit, & quidem per se, ut mirabile sit quemadmodum omnibus occurrerit præliis. [8] Multa manu sua

Vitruvium *nares* habere dicitur, hoc est exitus quibus humor egeritur, ut heic fossæ apud Vopiscum, quibus aqua educitur. nares igitur aquariorum illorum sulcorum, quibus aqua è liris educebatur, *elices* dicebantur ex sententia veterum Glossarum auctoris, qui *elices*, ἀναπλοκὰς ὑγρᾶς exposuit. alii sulcos ipsos ita vocarunt. *Idem.*

1. *Qua dejectis in altum navibus.*] Pal. *quam dejectis in saltum naribus.* Grut.

2. *Dejectis in altum navibus, &c.*] Naves istæ videntur pro molibus objectæ aquæ restagnanti. *Casaub.*

3. *Permoti milites, &c.*] Scripti, *Hoc permoti milites, &c.* Turris ferratæ in eadem historia meminerunt Aurelius Victor, Eutropius, alii. *Idem.*

Permoti milites.] Omnino legendum: *hæc re moti milites confugientem eum in turrem, &c.* Salmas.

Hoc permoti milites.] Sic Galf. scripti. at Pal. *hæc.* utraque vox prius aberat editionibus. *Grut.*

4. *Editissimam exædificaverat.*] Vet. ed. *& latissimam.* forte: *elatissimam.* Salmas.

Editissimam exædificaverat.] Pal. *& latissimam.* fuit fortassis, *elatissimam.* Grut.

5. *Ingens ei sepulcrum elatis aggeribus fecerunt.*] Accedebat honos ex sepulcro ingenti. sic supra de Aradione: *& quia fortissimum ac pertinacissimum virum viderat, sepulcro ingenti honoravit, quod ad hunc extat tumulo usque ad ducentos pedes terra elato per milites.* sic ibi legendum ex correctione nostra, *tumulus* autem idem quod *agger.* Salmas.

6. *Conferens ego cum aliis Imperatoribus, &c.*] Pal. *conferenti mihi cum aliis.* Grut.

7. *Qui fortes, qui clementes.*] Palat. *qua fortes, qua clementes, qua prudentes, qua mirabiles extiterunt.* atque ita legendum. *Salmas.*

8. *Multa manu sua fecit.*] Id est, multa fortia facta edidit in præliis. *manu multum facere* dicebatur is in bello qui inter primos pugnabat, & fortiter faciebat. *Idem.*

nu sua fecit, [1] duces præclarissimos instituit. Nam ex ejus disciplina Carus, Diocletianus, Constantius, [2] Asclepiodorus, Annibalianus, Leonides, Cecropius, Pisonianus, Herennianus, Gaudiosus, Ursinianus, [3] Herculius, Maximianus, & cæteri, quos patres nostri mirati sunt, & de quibus nonnulli boni [4] principes extiterunt, instituti sunt. Conferat nunc, cui placet, viginti Trajani Adrianique annos, conferat propè totidem Antoninorum. Nam quid de Augusto loquar? [5] cujus imperii anni vix possunt credi. Malos autem principes taceo: ipsa vox Probi clarissima indicat quid se facere potuisse speraret
23 qui dixit, *Brevi necessarios milites non futuros.* Ille verò conscius sui, non Barbaros timuit, non tyrannos. Quæ deinde felicitas emicuisset, si sub illo principe milites non fuissent? [6] Annonam provincialis daret nullus, [7] stipendia de largitionibus nulla erogarentur, æternos thesauros haberet Romana Resp. Nihil expenderetur à principe, nihil à possessore redderetur: aureum profectò seculum promittebat. Nulla futura erant castra, nusquam lituus audiendus, arma non erant fabricanda: populus iste militantium,

1. *Duces præclarissimos instituit.*] Vide Aurelium Victorem de Diocletiani Cæsaribus loquentem. *Casaub.*

2. *Asclepiodorus.*] Scrib. *Asclepiodotus.* nam ita Aurelius Victor & Eutropius. etiam Græci Ἀσκληπιόδοτον. is est qui sub Diocletiano & Maximiano præfecturam præt. administrans Allectum vicit. *Idem.*

3. *Herculius, Maximianus.*] Duo isthæc nomina non comparent in Pal. nisi à manu recentissima. *Grut.*

4. *Principes exstiterunt, instituti sunt.*] Illa *instituti sunt*, absunt Palatinis, neque admodum requiruntur. *Idem.*

5. *Cujus imperii anni vix possunt credi.*] *Cujus imperii anni vi potest statuivi.* an scribendum? *de cujus imperii annis vix potest statui.* Salmas.

Cujus imperii anni vix possunt credi.] Pal. *potest atuivi.* Grut.

6. *Annonam provincialibus daret nullus, &c.*] Reg. *provincialis.* favent lectioni vulgatæ sequentia verba: *æternos thesauros haberet Romana Resp.* regio assentiuntur codices Puteani. *Casaubonus.*

7. *Stipendia de largitionibus nulla erogarentur.*] *De largitionibus*, id est de ærario. duæ autem erant largitiones, sacræ & privatæ: hoc est duo æraria, sacrum vel publicum, & privatum. qui sacri olim ærarii præfectus sub prioribus imperatoribus, is sub posterioribus *comes sacrarum largitionum* vocatus est. & qui privati ærarii præfectus, idem & rei privatæ procurator, & postea *privatarum largitionum* comes, vel *rei privatæ* dictus est. is sub se habebat omnes rei privatæ rationales qui in singulis provinciis fiscum principis procurabant. *Salmas.*

1. *Qui*

tium, [1] qui nunc bellis civilibus Remp. vexat, araret, studiis incumberet, erudiretur artibus, navigaret. adde quòd nullus occideretur in bello. Dii boni quid tantum vos offendit Rom. Resp. cui talem principem sustuliſtis? Eant nunc qui ad civilia bella milites parant, in germanorum necem arment dexteras fratrum, hortentur in patrum vulnera liberos, [2] & dignitatem Probo derogent, quam imperatores noſtri prudenter & conſecrandam [3] vultibus, & ornandam templis, & celebrandam ludis circenſibus judicarunt. [4] Poſteri Probi vel odio invidiæ, vel timore, 24
[5] Romanam rem fugerunt: & in Italia circa Veronam ac Bena-

1. *Qui nunc bellis civilibus remp. vexat, paeis ſtudiis incumberet.*] Vetus liber legit: *qui nunc bellis civilibus remp. vexat aparet ſtudiis incumberet, &c.* & ſic editio princeps. ſic igitur totum hunc locum lege: *populus iſte militantium qui nunc bellis civilibus remp. vexat, araret, ſtudiis incumberet, erudiretur artibus, navigaret.* Idem.

2. *Et dignitatem Probo derogent, quam imperatores noſtri prudenter.*] Scribendum, *quem imperatores noſtri prudenter, & conſecrandum vultibus, & ornandum templis, & celebrandum ludis circenſibus judicarunt.* Significat Vopiſcus Dioclesianum & Maximianum omnes Probo honores decreviſſe, qui conſecratis principibus haberi ſolerent. *Vultibus conſecrare*, eſt pictum exhibere. *vultus* ſunt imagines, & ἀφ' ὁμοιας, id eſt, εἰκόνες βασιλέων. *Caſaub.*

Et dignitatem Probo derogent, quam imperatores noſtri conſecrandam.] Legend. cum Caſaubono: *quem imperatores noſtri conſecrandum vultibus, & ornandum templis, & celebrandum ludis circenſibus judicarint.* non propterea tamen genus fœmineum in ſequentibus, ut idem vir doctiſſimus exiſtimabat, ſed tanto magis maſculinum reponendum; nec enim divinitas conſecratur, ſed aliquis conſecratur divinitate. hinc *conſecrari* imperatores dicebant, qui in divorum numerum cooptabantur. & *conſecrati detſacratique* vocabantur, qui divi factiGloſſæ: *conſecratio*, ἀποθέωσις. ſic igitur legendum: *& divinitatem Probo derogent, quem imperatores noſtri conſecrandum vultibus, &c.* per hæc enim omnia divinitatem Probi confirmatam videri vult Vopiſcus, adverſus eos qui eam illi derogabant. *Salmaſ.*

Et divinitatem Probo derogent.] Heic quoque adſentiuntur aliorum ſcriptis Palatinæ membranæ. *Grut.*

3. *Vultibus conſecrandum.*] *Vultibus* id eſt imaginibus pectore tenus expreſſis, quas *thoracas* vocant, & *clypeos*. Trebellius in Claudio: *expreſſa thorace vultus ejus. thoracem vultus*, vocat imaginem vultus. ſed *vultus* etiam appellarunt illas imagines, & ἀφ' ὁμοιας. *Salm.*

4. *Poſteri Probi vel odio, &c.*] Melius videatur, *vel odio, vel invidiæ timore.* Caſ.

5. *Romanam rem fugerunt.*] Scriptum in Pal. *Romanam refugerunt.* nihil verius. per *Romanam* intelligit *Romanam regionem*, quæ & *urbicaria regio* dicebatur, ut ſupra oſtendimus. hinc ROMANA VNIVERSA REGIO in veteri inſcriptione. ea urbicarias regiones omnes continebat, intra centeſimum ab urbe comprehenſas. ea ſeparabatur ab Italia, quod multis teſtimoniis probavimus ad vitam Tetrici. ſic Romanam illam regionem hoc loco diſtinguit ab Italia: *Romanam*, inquit, *refugerunt, & in Italia circa Veronam ac Benacum & Larium,*

Benacum & Larium, atque in his regionibus, larem locaverunt. Sanè, quod præterire non potui, [1] quum imago Probi [2] in Veronensi ita fulmine icta esset [3] ut ejus prætexta colores mutaret, aruspices responderunt, hujus familiæ posteros tantæ in senatu claritudinis fore ut omnes summis honoribus fungerentur. Sed adhuc neminem vidimus: [4] posteri autem [5] videntur æternitatem habere. Senatus mortem Probi gravissimè accepit, æquè populus. Et quum esset nuntiatum, Carum imperare, virum bonum quidem, sed longè à moribus Probi, causa filii ejus Carini qui semper pessimè vixerat, tam senatus quàm populus inhorruit. Metuebant enim unusquisque tristiorem principem, sed magis improbum metuebant heredem. Hæc sunt quæ de Probo cognovimus, vel quæ digna memoratu existimavimus. Nunc in alio libro, & quidem brevi, de Firmo, & Saturnino, & Bonoso, & Proculo dicemus. Non enim dignum fuit [6] ut quadrigæ tyrannorum bono principi miscerentur. Post deinde, si vita suppetit, Carum incipiemus propagare cum liberis.

FLA-

atque in his regionibus, larem locaverunt. quibus verbis ostendit, Probi posteros odio invidiæ vel timore non urbe Roma tantum cessisse, sed etiam omnem Romanam provinciam refugisse, & ultra centesimum in Italiam longe recessisse, ac circa Veronam larem collocavisse. *Salmas.*

1. *Cùm imago Probi in Veronensi ita fulmine icta esset, &c.*] *In Veronensi*, nempe agro vel solo: quas voces sæpe omittit consuetudo Latinè loquentium. *Casaub.*

Quum imago Probi in Veronensi ita fulmine icta esset.] *Veronensis* absolute pro Veronensis ager. At nescio quid huc intercit vetus editio, quæ sic habet: *in Veronensis fritorii situ ita fulmine icta esset.* ex quo doctissimus Juretus legendum conjiciebat: *in Veronensi prætorio fita, ita fulmine icta esset.* Salmas.

2. *In Veronensi ita fulmine.*] Pal. *Veronensis*; additumque à manu recenti, *territorii situ.* neque improbem, ut tale quid subintellexerit auctor. *Grut.*

3. *Ut ejus prætexta colores mutaret.*] Sic apud Horatium:

—— *mutare colores.*

Notabis ergo *colores mutare* de re dictum quæ unum tantum colorem habebat. sic *corporis colores* Vitruvius dixit, pro, corporis colorem. l. VIII. c. VII. *Salmas.*

4. *Posteri autem videntur æternitatem habere.*] Eadem est jurisconsultorum super significatione vocis *posteri* sententia. *Casaub.*

5. *Videntur æternitatem habere.*] Addit Pal. *videntur æternitatem habere, non modum.* & ita etiam habet editio vetus. *Salmas.*

6. *Ut quadrigæ tyrannorum bonis principibus miscerentur.* τετράδες appellat quadrigam: ut alii τὴν δυάδα dixerunt bigam: medici collyrium quoddam è quatuor rebus constans ἄρμας appellarunt. Scribon. Largus cap. IV. *Casaub.*

1. Fir-

FLAVII VOPISCI SYRACUSII
FIRMUS, SATURNINUS, PROCULUS ET BONOSUS.

[1] MINUSCULOS tyrannos scio plerosque tacuisse, aut breviter præteriisse. Nam & Suetonius Tranquillus, emendatissimus & candidissimus scriptor, [3] Antonium & Vindicem tacuit, contentus eo quòd eos cursim perstrinxerat: & Marius Maximus, qui Avidium Marci temporibus, Albinum & Nigrum Severi, non suis propriis libris, sed alienis innexuit. Et de Suetonio non miramur, cui familiare fuit amare brevitatem. Quid Marius Maximus, homo omnium verbosissimus, [4] qui & mythistoricis se voluminibus implicavit, [5] non ad istam descriptionem curamque descendit? At contrà Trebellius Pollio ea fuit diligentia, eaque cura in edendis bonis malisque principibus, ut etiam triginta tyrannos uno breviter libro concluderet, qui Valeriani & Gallieni, nec multò superiorum aut inferiorum fuere principum temporibus. [6] Quare nobis etiam non minima fuit cura ut dictis 1

1. FIRMUS, SATURNINUS, PROCULUS ET BONOSUS.] Scripta lectio: *De Firmo, Saturnino, Bonoso & Proculo.* Casaub.

FIRMUS.] *Firmus* & *Firmius* inter nomina Romana. firmiter tamen heic nostri libri *Firmus* retinent. *Salmas.*

2. *Minusculos tyrannos scio plerosque tacuisse, aut breviter præteriisse.*] Sic *minusculos imperatores* dixit Lampridius in Alexandro. *præterire* in hoc loquendi genere idem significat ac si diceret, perstringere. *Casaub.*

3. *Antonium & Vindicem tacuit.*] Lege Spartianum in Pescennio Nigro. *Idem.*

4. *Qui & mythistoricis se voluminibus implicavit.*] Spartianus in Opelio Macrino de Junio Cordo: *quæ ille omnia exequendo, libros mythistoriis replevit talia scribendo.* Idem.

5. *Non ad istam descriptionem curamque descendit?*] Tollenda interrogationis nota: vel scribe, *num ad ist.* aut *cur non ad ist.* Idem.

6. *Quare nobis etiam non minima fuit cura, ut dictis, &c.*] Pal. *Quare etiam quoque etiam si non tamen minima fuerit cura, ut dictis.* Grut.

dictis Aureliano, Tacito & Floriano, Probo etiam magno ac singulari principe, quum dicendi essent Carus, Carinus, & Numerianus, de Saturnino, Bonoso, Proculo, &
2 Firmo, qui sub Aureliano fuerant, non taceremus. Scis enim, mi Basse, quanta nobis contentio proximè fuerit cum amatore historiarum M. Fonteio, quum ille diceret FIRMUM qui Aureliani temporibus Ægyptum occupaverat, latrunculum fuisse non principem: contrà ego mecumque Rufus Celsus, & Ceionius Julianus, & Fabius Sosianus contenderent, dicentes illum & purpura usum, [1] & percussa moneta AUGUSTUM esse vocitatum. quinetiam nummos ejus Severus Archontius protulit: de Græcis autem Ægyptiisque libris convicit, illum ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ in edictis suis esse vocitatum. Et illi quidem adversum nos contendenti hæc sola ratio fuit quòd dicebat [2] Aurelianum in edicto suo non scripsisse quòd tyrannum occidisset, sed quòd latrunculum quendam à Rep. removisset: perinde quasi dignè tanti princeps nominis debuerit tyrannum appellare [3] hominem tenebrarium, [4] aut non semper *latrones* vocitaverint magni principes eos quos invadentes purpuras necaverunt. Ipse ego in Aureliani vita priùs quam de Firmo cuncta cognoscerem, Firmum non inter purpuratos habui, sed quasi quendam latronem: quod idcirco dixi, nequis me oblí-
3 tum existimaret mei. Sed ne volumini, quod brevissimum promisi, multa connectam, veniamus ad Firmum. FIRMO patria Seleucia fuit: tametsi plerique Græcorum

1. *Et percussa moneta.* AVGVSTVM *esse vocitatum.*] Testis nummus ΑΥΤ. Κ. Μ. ΦΙΡΜΙΟϹ. ΕΤϹ. ΕΤΤ. ϹΕΒ. ΕΤΟΤϹ. ΠΡΩΤΟΤ. ubi vides & AVGVSTI & ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟϹ appellationes. *Casaub.*

2. *Aurelianum in edicto suo, &c.*] Illud ipsum intelligit, quod paullò pòst recitatur. etsi *latronem* ibi vocat Aurelianus, non latrunculum. *Idem.*

3. *Hominem tenebrarium.*] Veteres omnes habent: *hominem tenebrarum.* an *homo tenebrarum*, pro tenebrione vel tenebrario? *Salmas.*

4. *Aut non semper latrones vocitaverint magni principes eos, &c.*] Non solùm principes, sed quicunque ferè de iis sunt locuti, qui imperium per vim occuparunt, latrones eos dixerunt. *Casaubonus.*

1. Nam

rum alterum tradunt, ignari eo tempore ipso tres fuisse Firmos, quorum unus præfectus Ægypti, alter dux limitis Africani, idemque proconsul, tertius iste Zenobiæ amicus ac socius: qui Alexandriam Ægyptiorum incitatus furore pervasit, & quem Aurelianus solita virtutum suarum felicitate contrivit. De hujus divitiis multa dicuntur. [1] Nam & vitreis quadraturis bitumine aliisque medicamentis insertis domum induxisse perhibetur: & [2] tantum

1. *Nam & vitreis quadraturis bitumine aliisque medicamentis insertis, domum induxisse perhibetur.*] Præter vitreamina quorum notus est usus omnibus, & vitreas fenestras, habuerunt veteres & alia vitra ad ædificiorum suorum ornamenta. nam & solum vitro sternebant, ut in thermis Agrippinis factum: & pro pariete virtum adhibebant, ut in Scauri theatro; & tandem vitreas cameras facere instituerunt, sicut Plinius docet libro XXXVI. capite XXV. Eò pertinuerunt vitreæ hæ quadraturæ, quibus Firmi domus inducta. *quadraturas* appellat τελάρους non ῥομβοειδεῖς, qualibus hodie ferè uti mos est, sed quadratas. Fuere antiquissimi architecti, qui non vitri quadraturis, sed operibus tectoriis parietes ita expolirent, ut vitri pelluciditatem viderentur habere. Porro autem cùm parietes vitreo inducebant, quadraturas bitumine & aliis medicamentis committebant, quasi unum esset ac continuum vitrum: quod hic φιλοκαλείας & curiositatis gratiâ auctor nos docet. *Idem.*

Nam & vitreis quadraturis bitumine aliisque medicamentis insertis domum induxisse perhibetur.] Variis rebus solebant veteres, domorum parietes ornare. aut enim picturis condecorabant, aut marmore operiebant, quod genus ὀρθόστασις, & ὀρθοστατεῖσθαι vocabatur, aut deaurabant: vide Plinium lib. XXXV. cap. 1. ad eum usum igitur veteribus noti non erant pilotapetes quibus hodie totos parietes obtegimus & intendimus ad ornamentum; *tapetiarias* vulgo vocamus. solebant autem etiam veteres, & abacorum formis specularumque orbibus ex vitro aut alio pellucido lapide parietes distinguere, sed & vitreis quadraturis insertis inducere, ut heic de Firmo habemus. de speculis quæ in parietes ad ornamentum inferebantur, Plinius lib. XXXVI. cap. XXVI. Vitruvius lib. VII. cap. III. alternatim distinguebantur parietes abacorum specularumque divisionibus, hoc est figuris quadratis & orbiculatis prominentibus. hinc *specula & abaci* junctim positi apud Vitruvium parietibus decorandis. ita etiam apud Plinium lib. XXXV. cap. 1. Et *specula* sic pars erant domus, ut emblemata scyphorum argenteorum. ita enim plane specula in parietes inserebantur, & immittebantur, ut emblemata in pocula. nec male faceret, qui *specula*, parietum emblemata vocaret. vitreæ quoque istæ quadraturæ, quibus domum suam induxerat Firmus, parietum plane emblemata fuere. nam sic istæ vitreæ quadraturæ in parietes domus Firmianæ erant immissæ, & insertæ, ut in vas solent emblemata. ideo dicit, *insertas bitumine aliisque medicamentis fuisse. insertas* id est immissas in parietem, & illigatas. *inserere* enim est ἐμβάλλειν. unde *hæc inserta*, ἐμβλήματα. *Salmas.*

2. *Tantum habuisse de chartis, ut publicè sæpe diceret, exercitum se alere posse papyro & glutino.*] Et papyri aliquis ad vescendum fuit usus: & glutini chartarum materia alimoniæ apta. fiebat enim e farina vel pane multifariam, auctore

tum habuisse de chartis ut publicè sæpe diceret, [1] *exercitum se alere posse papyro & glutino.* Idem & cum Blemyis societatem maximam tenuit, & cum Saracenis: [2] naves quoque ad Indos negotiatorias sæpe misit. ipse quoque dicitur habuisse duos dentes elephanti, pedum denum, è quibus Aurelianus ipse sellam constituerat facere, addi-

Plinio libro XIII. Quare potest sic accipi hic locus, ut dicat Firmus tantam habere se papyri & glutini, sive materiæ ad glutinum, aggestam copiam, ut illis ipsis exercitum posset alere. Sed malo de pretiis accipere istarum rerum. Hic Firmus de Ægypto negotiationem chartariam exercebat. cùm autem non fere alibi quàm in ea provincia charta conficeretur, cujus usu maximè humanitas vitæ constat, minùs mirandum est, quod hic dicitur. *Casaub.*

Tantum habuisse de chartis.] *Tantum de chartis*, pro tantum chartarum. sic *caput de aquila*, pro, caput aquilæ, &c. *Salmas.*

1. *Exercitum se alere posse papyro & glutino.*] Crassus negabat divitem esse, nisi qui annuo reditu legionem alere posset. at unus hic Firmus multos Crassos, aut multos ad illam Crassi normam divites divitiis superarit, necesse est; qui non solum legionem unam, sed exercitum ex pluribus constantem legionibus alere poterat, ut solo annuo reditu quem ex chartis redigebat. quis vero putet solas eum chartas in reditu habuisse? sed de pretiis chartarum ne hoc loco accipiam, vetat loquendi genus, quo in hac re exponenda usus est Vopiscus. sic enim sine dubio loquutus esset, si de pretio chartarum intellexisset: *& tantum habuisse de chartis, ut publice diceret, earum pretio exercitum alere posse*: vel, *eis exercitum alere se posse.* nunc cum dicat eum tantum habuisse chartarum, ut earum papyro & glutino publice diceret exercitum se alere posse, manifestum est eum intellexisse non de pretiis chartarum, sed de illis duabus speciebus, ex quibus chartæ constabant, papyro nempe, & glutino. Papyrum autem edule fuit apud Ægyptios. Plinius: *mandunt quoque crudum decoctumque, succum tantum ejus devorantes.* Glutinum quoque quo charta glutinabatur, alimoniæ aptum. duas ejus species refert Plinius, & utramque edulem. vulgare glutinum è pollinis flore temperabatur, fervente aqua, minimo aceti adspersu. optimum vero erat ad chartas, quod ex molli panis fermentati colata aqua fervente parabatur. Dicebat igitur hic Firmus tantum se habuisse chartarum, ut earum papyro, priusquam chartæ ex eo fierent, & glutino quod in eas conficiendas impendebatur, exercitum alere posset. ex hoc æstimandum quantum chartarum habuerit. charta autem qua veteres utebantur, ut jam nemo nescit, ex papyro & glutino constabat. totam rationem conficiendæ chartæ, planè & copiosè exponit Salmasius in notis majoribus. *Idem.*

2. *Naves quoque ad Indos negotiatorias sæpe misit.*] Libro superiore inter præcipua commoda pacis ponebat auctor, quòd multi navigarent: Indicam sine dubio navigationem hanc intelligens, cujus ea ætate videntur Romani fuisse studiosiores. Fiebat hæc omnis navigatio Indica in Oceano meridionali; quam Atlantici partem veteres & Indicum & Erythræum sive Rubrum mare appellarunt. Qui existimant cognitam antiquitus fuisse navigationem in eam Indiam quam Orientalem vulgò vocant, gravissimè falluntur. *Casaub.*

Naves quoque ad Indos negotiatorias sæpe misit.] De tota autem hujus navigationis ratione, quam ad Indos tunc mercatores faciebant, videnda omnino tibi sunt, quæ ad hunc locum perenditè observavit præstantissimus Casaubonus. *Salmas.*

1. *Apon-*

additis aliis duobus, in qua Jupiter aureus & gemmatus sederet, cum prætexta, ponendus in templo Solis, [1] Apenninis sortibus additis: [2] quem appellari voluerat JOVEM CONSULEM vel CONSULENTEM. Sed eosdem dentes postea Carinus mulieri cuidam dono dedit, quæ lectum ex iis feciſſe narratur. [3] Et quia nunc scitur, & sciri apud posteros nihil proderit, taceo. Ita donum Indicum Jovi OPT. MAX. consecratum, per deterrimum principem & ministerium libidinis factum videtur & pretium. Fuit 4
tamen Firmus statura ingenti, [4] oculis foris eminentibus, capillo crispo, fronte vulnerata, vultu nigriore, reliqua parte corporis candidus, sed pilosus atque hispidus, ita ut eum plerique *Cyclopem* vocarent. Carne multa vescebatur, [5] struthionem ad diem comediſſe fertur. Vini non multum bibit, aquæ plurimum, mente firmiſſimus, [6] nervis robuſtiſſimus [7] ita ut triarium vinceret, cujus Varro Ælius meminit. [8] Nam & incudem superpositam pectori constanter aliis tundentibus pertulit, [9] quum ipse reclivus

ac

1. *Apenninis sortibus additis.*] Etiam hic *Aponinis* lego. *Casaub.*

Apenninis sortibus.] Pal. duplici *pp. Appenninis.* legendum *Aponinis.* Grut.

2. *Quem appellari voluerat* JOVEM CONSULEM, *vel* CONSULENTEM.] Exprimere Latinè voluit quem Græci vocant Δία βυλαῖον, & poëtæ βυληφόρον. *Casaub.*

3. *Et quia nunc scitur, &c.*] Scrib. *Ea quia nunc, &c.* Idem.

Et quia nunc scitur, & sciri apud posteros nihil proderit.] In veteri editione: *quia & nunc scitur, & sciri apud posteros nihil proderit.* Salmaſ.

Et quia nunc scitur.] Pal. *quia & nunc scitur.* Grut.

4. *Oculis foris eminentibus.*] Ἐξόφθαλμον. Casaub.

5. *Struthionem ad diem comediſſe dicitur.*] *Ad diem*, pro in die. *Salmaſ.*

6. *Nervis robuſtiſſimus, ita ut triarium vinceret, cujus Varro Ælius meminit.*] Legendum *Tritanum.* Plin. lib. XII. cap. XX. falsò verò appellatur hic Varro *Ælius*, cui sciunt omnes fuiſſe nomen M. Terentio Varroni. Iiber regius eam vocem non agnoſcit, & omnino dele aut muta. *Casaub.*

7. *Ita ut triarium vinceret.*] Veriſſima lectio est, quam viri docti repoſuerunt: *ita ut Tritanum vinceret.* Plinius & Solinus de hoc Tritanno idem dicunt, gladiatorem eum Samnitem fuiſſe. *Salmaſ.*

8. *Nam & incudem superpositam pectori constanter, aliis tundentibus pertulit.*] Non ignotum hodiernis hominibus genus ἀνακλιθρίων. *Casaub.*

9. *Cùm ipse reclivus ac resup.*] Scribendum, *reclinus.* ut imbecillus dicitur & imbecillis: sic reclinus & reclinis, ὁ εἰς τὸ ὀπίσω ἐπικεκλιμένος. *declinis*, ὁ πρὸς τὰ κεκλιμένος. *Idem.*

Quum ipse reclivus ac.] Legendum, *reclinus*, pro *reclinis*: sic etiam *acclinus* pro *acclinis.* Salmaſ.

1. *Si*

ac resupinus & curvatus in manus penderet potiùs quàm jaceret. Fuit tamen ei contentio cum Aureliani ducibus ad bibendum, [1] si quando eum tentare voluisset. [2] Nam quidam Burburus nomine, [3] de numero vexillariorum notissimus potator, quum ad bibendum eundem provocasset, situlas duas plenas mero duxit: & toto postea convivio sobrius fuit. Et quum ei Burburus diceret, *Quare non fæces bibisti?* respondit ille, *Stulte, terra non bibitur.* Le-
5 via persequimur, quum majora dicenda sint. Hic ergo contra Aurelianum sumpsit imperium ad defendendas partes quæ supererant Zenobiæ. [4] Sed Aureliano de Carris redeunte superatus est. Multi dicunt laqueo vitam eum finisse: aliud edictis suis ostendit Aurelianus. namque quum eum vicisset, [5] tale edictum Romæ proponi jussit. *Amantissimo sui pop. Rom. Aurelianus Augustus S. D. Pacato undique gentium toto quà patet orbe terrarum, Firmum etiam latronem Ægyptium, barbaricis motibus æstuantem, & fœminei propudii reliquias colligentem, ne plurimum loquar, fugavimus, obsedimus, cruciavimus, & occidimus. Nihil est, Romulei Quirites, quod*

1. *Si quando eum tentare voluisset.*] Infrà ad Bonosum. *tamen* initiò hujus periodi & paullò antè est ὑδροπλημμυρικὸν μέλος, ut sæpissime in hoc auctore. *Casaub.*

Si quando eum tentare voluisset.] Lege, *voluissent*, de ducibus enim Aureliani loquitur qui Firmum tentare volebant. *Salmas.*

2. *Nam quidam Burburus nomine, de numero vexillariorum notissimus potator.*] Non est verum nomen Burburus: sed strenuo potatori nomen inditum per ἀναμφίβολον, ceu alicui amphoræ aut utri: ad imitationem soni illius quem liquor edit dum funditur. *bibere* hoc Latini veteres dixerunt, & Græci βομβύλλειν, unde bombylium. *Casaubonus.*

Nam quidam Burburus nomine.] *Burburus* nomen proprium illius militis, ex numero vexillariorum, quem strenuum potatorem fuisse tradit hoc loco Vopiscus: quid enim aliud colligere possis ex Vopisco quam proprium nomen esse? *Salmas.*

3. *De numero vexillariorum.*] Erant vexillarii legionum, in unaquaque legione sexcenteni, quos veteranos constat fuisse, qui sub vexillo retinebantur, ceterorum immunes præterquam propulsandi hostis. *Triarios* antiqui eos vocabant. de quibus adfatim nobis dictum ad vitam Probi. & fortasse de illis vexillariis hoc loco accipiendum. dicebantur & *vexillarii*, auxiliares milites. unde *vexillares cohortes* apud Tacitum sunt auxiliariæ. *Idem.*

4. *Sed Aureliano de Carris redeunte.*] Pal. *de Thraciis.* Grut.

5. *Tale dictum Romæ proponi jussit.*] *Tale edictum.* Casaub.

Tale dictum Romæ proposuit.] Lege ex vet. ed. *tale edictum.* Salmas.

1. *Cum*

quod timere posſitis. [1] *Canon Ægypti, qui ſuſpenſus per latronem improbum fuerat,* [2] *integer veniret ſi vobis eſſet cum ſenatu concordia, cum equeſtri ordine amicitia, cum prætorianis affectio. Ego eſſuriam ne ſit aliqua ſolicitudo Romana. Vacate ludis, vacate circenſibus. Nos publicæ neceſſitates teneant: vos occupent voluptates. Quare ſanctiſſimi Quirites,* & reliqua. Hæc nos de 6
Firmo cognoviſſe ſcire debuiſti, ſed digna memoratu. Nam ea quæ de illo [3] Aurelianus Feſtivus libertus Aureliani ſigillatim retulit, ſi vis cognoſcere, eundem oportet legas, maximè quum dicat [4] Firmum eundem inter crocodilos unctum, crocodilorum adipibus nataſſe, & elephantum rexiſſe, [5] & hippopotamos ediſſe, & ſedentem ingentibus ſtruthionibus vectum eſſe, & quaſi volitaſſe. Sed hæc ſcire quid prodeſt? [6] quum & Livius & Salluſtius taceant res leves de iis [7] quorum vitas ſcribendas arripuerint. non enim ſcimus quales mulos Clodius habuerit, aut mulas T. Annius Milo, aut utrum Tuſco equo ſederit Catilina an Sardo, vel [8] quali chlamyde Pompejus uſus [1] fue-

1. *Canon Ægypti integer veniet. Sit vobis cum Senatu concordia.*] Locum hunc priſtino nitori reſtituit Pal. noſter. antea legebamus nullo bono ſenſu, certè contra mentem Imperatoris; *Integer veniret ſi vobis eſſet cum Senatu, &c.* Grut.

2. *Integer veniret ſi vobis eſſet cum ſenatu concordia.*] Scribe & diſtingue totum hunc locum: *canon Ægypti, qui ſuſpenſus per latronem improbum fuerat, integer veniet. Sit vobis cum ſenatu concordia, cum equeſtri ordine amicitia, cum prætorianis affectio.*] Salmaſ.

3. *Aurelianus Feſtivus.*] Palat. *Aurelius.* Grut.

4. *Firmum eundem inter crocodilos unctum, &c.*] Lege: *eundem inter crocodilos, unctum crocodilorum adipibus, nataſſe.* Salmaſ.

5. *Et hippopotamos ediſſe.*] Perplacet quod olim Turnebo viſum, ſcribendum eſſe, *hippopotamo fediſſe.* & præcedentia & ſequentia firmant ſatis hanc acutiſſimi viri emendationem. *Caſaub.*

Et hippopotamos ediſſe.] Omnino legendum: *hippopotamo fidiſſe.* contra *pauſa fidere* ſupra legebatur pro *pauſas edere.* Salmaſ.

Et hippopotamos ediſſe.] Malim etiam, *hippopotamo fediſſe.* Grut.

6. *Cum & Livius & Salluſtius.*] Livius & Salluſtius vitas illuſtrium virorum numquam ſuſceperunt ſcribendas, verùm populi Romani hiſtoriam, & Annales. *Caſaub.*

7. *Quorum vitas ſcribendas arripuerint.*] Pal. *quorum vita arripuerunt.* Grut.

8. *Quali chlamyde Pompejus uſus fuerit, an purpura.*] Forte, *quali chlamyde uſus fuerit, & purpura.* vel, *aut purpura*, cum Caſaubono. ſed quare diſtinguit heic chlamydem à purpura? an non & purpureæ chlamydes? Chlamydes, ſive paludamenta ex cocco. at togæ nullæ coccineæ, ſed purpureæ. ut toga triumphalis, & conſularis. Trabeæ quoque, quæ togæ erant, purpureæ totæ, cocco prætextæ, chlamydem igitur à purpura heic

[1] fuerit, [2] an purpura. Quare finem de Firmo faciemus, venientes ad Saturninum, qui contra Probum imperium sibimet in Orientis partibus vindicavit.

SATURNINUS.

7 [3] SATURNINUS oriundus fuit Gallis ex gente hominum inquietissima, [4] & avida semper vel faciendi principis vel imperii. Huic [5] inter cæteros duces, qui verè summus videretur, Aurelianus limitis Orientalis ducatum dedit, sapienter præcipiens ne unquam Ægyptum videret. Cogitabat enim, quantum videmus, vir prudentissimus, Gallorum naturam, & verebatur ne si perturbidam civitatem vidisset, [6] quò eum natura ducebat, societate quoque hominum duceretur. [7] Sunt enim Ægyptii (ut satis nosti) viri ventosi, furibundi, jactantes, [8] injuriosi, [9] atque

heic separat Vopiscus, quod chlamydes coccineæ. purpuram autem heic usurpat pro purpurea veste. *Salmas.*

1. *Fuerat an purpura.*] Palatino abest particula *an.* Grut.

2. *An purpura.*] Meliùs, *aut purpura.* Casaub.

3. *Saturninus oriundus fuit Gallis.*] Pal. *oriundo fuit Gallus.* Grut.

4. *Et avida semper, vel faciendi principis, vel imperii.*] *Facere imperium*, est rebellare, & alienæ dominationis jugum excutere. quod aliud est, quàm facere principem. *Casaub.*

Et avida semper vel faciendi principis, vel imperii.] Gallos *avidos imperii* cum dixit, haud dubium est quin imperandi avidos intellexerit. Galli ut cupidi semper sunt novarum rerum, qui inter eos principes ipsi fieri non possunt, principis faciendi semper avidi sunt: qui vero possunt principes fieri, imperii avidi sunt, & imperium avide arripiunt. *Salmasius.*

5. *Inter ceteros duces, qui vere summus videretur.*] Vopiscus scripserat: *Huic inter ceteros duces quos vere scire videretur, Aurelianus limitis Orientalis ducatum dedit.* Atque ita plane scriptum exhibet editio vetus. *quos vere sciret*, id est quos vere cognosceret, quos vere cognitos haberet. Aurelianus igitur, inter duces quos vere scire, id est quos vere cognoscere videretur, & quorum naturam perspectam haberet, Saturnino ducatum Orientis dedit, simulque præcepit ne Ægyptum unquam videret. verebatur enim prudentissimus princeps, ne si Saturninus, quem ex natura gentis suæ, imperii avidum cognoverat, in civitatem perturbidam rerumque cupidam novarum venisset, facile quo eum natura ducebat, societate quoque hominum impelleretur. *Idem.*

6. *Quo eum natura ducebat, societate.*] Vet. editio: *è societate.* forte: *quo eum natura ducebat, eo societate quoque hominum duceretur.* Idem.

7. *Sunt enim Ægyptii, ut satis nosti, viri ventosi.*] Vide Plinium Laudatione Optimi principis. *Casaub.*

8. *Injuriosi.*] Ut omnes superbi tales autem Ægyptii. addit Vopiscus, *atque adeò vani.* erant & invidi Ægyptii

& qui

[1]atque adeò vani, [2]liberi, [3]novarum rerum usq uead cantilenas publicas cupientes, [4]versificatores, [5]epigrammatarii, mathematici, aruspices, [6]medici. [7]nam & Christiani, Samaritæ, & quibus præsentia semper tempora cum enormi libertate displiceant. Ac nequis mihi Ægyptiorum irascatur, & meum esse credat quod in literas retuli, [8]Adriani [9]epistolam ex libris Phlegontis liberti ejus proditam, ex qua penitus Ægyptiorum vita detegitur, indidi. *Adrianus Aug. Serviano* cos. *S. Ægyptum quam* 8 *mihi laudabas, Serviane charissime, totam didici, levem, pendulam, & ad omnia famæ momenta volitantem.* [10]*Illi qui Serapin colunt, Christiani sunt: & devoti sunt Serapi, qui se Christi episco-*

& qui aliorum prospera ferre non possent: ac propter hanc etiam causam injurioſi. *Idem.*

1. *Atque adeo vani liberi.*] *Liberi*, ἐλεύθεραοι. *Salmas.*

Atque adeò vani, liberi.] Pal. *vagi.* Grut.

2. *Liberi.*] Ἐλεύθεραοι. quod de servis dicitur libertatem sibi vindicantibus, jugo excusso servitutis: at isti legum & magistratuum. *Casaub.*

3. *Novarum rerum usque ad cantilenas publicas cupientes.*] Adeo rerum novarum cupidi, ut non vereantur Ægyptii etiam publicè cantilenas seditioni excitandæ aptas cantillare. Longum sit veterum testimonia adferre, de prono ad seditionem Ægyptiorum ingenio. *Idem.*

4. *Versificatores epigrammatarii.*] Qui versibus & epigrammatis enormi libertate in principes suos & magistratus ludant. *Idem.*

5. *Epigrammatarii, mathematici, aruspices, medici.*] Mores primum Ægyptiorum recensuit, & dixit eos esse ventosos, furibundos, jactantes, injuriosos, vanos, liberos, & novarum rerum cupidos: deinde, & artes professionesque quibus plurimum illi dediti: esse nimirum versificatores, epigrammatarios, mathematicos, aruspices, & medicos. postremo religionem: & partim Samaritas, partim Christianos fuisse narrat, omnes tamen Sarapin adorasse. hæc mens Vopisci. *Salmas.*

6. *Medici.*] Qui medicinæ artem in carmina, periapta, & id genus magica remedia vertant. *Casaub.*

7. *Nam & Christiani, Samaritæ.*] Palat. *nam eis Christiani Sam.* Grut.

8. *Hadriani epistolam ex libris Phlegontis liberti ejus proditam.*] Scripti, *epistolam Romanam.* quod ideo ab auctore additum, quia Phlegon Græcè scripserat: sed Græco operi Latinam inseruerat. *Casaub.*

9. *Epistolam ex libris Phlegontis.*] *Epistolam Romam.* ita vet. editio. *Salmas.*

10. *Illi qui Serapim colunt, Christiani sunt: & devoti sunt Serapi qui se Christi episcopos dicunt.*] Malim, *Illic qui*, ut statim, *nemo illic arch.* quo ex verbo apparet Hadrianum hanc epistolam scripsisse cùm jam ex Ægypto discessisset. Videntur autem multi Christianorum Ægyptiorum, ad Hadriani adventum aut mutasse religionem, aut intermissa ejus professione, ad tempus dissimulasse. quæ res occasionem illi præbuit ea scribendi de Ægyptiorum etiam in religione levitate, quæ hic legimus. Sarapis autem hoc loco potiùs quàm alius quivis gentilium deorum nominatur, quia id erat Alexandrinorum & inferioris Ægypti præcipuum numen: ideo mox Hadrianus, CHRISTVM & Sarapim eos

duo

episcopos dicunt. [1] *Nemo illic archisynagogus Judæorum, nemo Samarites, nemo Christianorum presbyter,* [2] *non mathematicus,* [3] *non aruspex, non aliptes.* [4] *Ipse ille patriarcha quum Ægyptum venerit.*

duo summa Ægyptiorum numina ponit. *Casaub.*

Illi qui Serapin colunt.] Pal. *Illa.* fortè *Illic.* Grut.

1. *Nemo illic archisynagogus Judæorum, nemo Samarites, nemo Christianorum presbyter, non mathematicus, &c.*] Omnes, inquit, & Judæorum, & Samaritarum, & Christianorum sacerdotes, non solùm religiones nostras per levitatem animi amplectuntur, quando opus est ἐπιλυσίζοντες : sed etiam vitia nostra probant ac sectantur: estque invenire ex illorum numero, qui sint mathematici, aruspices, aliptæ, sive medici: nam Vopiscus hunc Hadriani locum imitans, pro *aliptes* dixit *medicus*, ut modò observabamus. notum qui aliptæ dicerentur, in arte gymnastica: sed apparet ex hoc loco male audisse id genus hominum, quòd artes vetitas tractarent: nam ea ratio est cur mathematicis & aruspicibus conjungantur. caussam arbitror esse; quòd athletas ad victoriam præparantes, non solùm artis suæ præceptis eos instruerent, sed & veneficia adhiberent. *Casaub.*

Nemo archisynagogus Judæorum, nemo Christianorum presbyter.] Judæis archisynagogos quasi proprios videtur attribuere, ut Christianis presbyteros. Judæis tamen etiam sui presbyteri, præter archisynagogos & patriarchas. *Salmasius.*

2. *Non mathematicus, non aruspex, non aliptes.*] Hoc voluit dicere Hadrianus: nullam esse in Ægypto religionem, plures autem esse, nullam autem aut professionem quæ non Sarapin colat. ab omnibus igitur eum adorari quamvis diversæ religionis hominibus. omnium etiam artium professores eidem devotos esse. illic, inquit, qui Sarapin colunt, Christiani sunt: & devoti sunt Serapi qui se Christi Episcopos dicunt: nemo illic archisynagogus Judæorum, nemo Samarites, nemo Christianorum presbyter, non mathematicus, non aruspex, non aliptes, *quæ non Serapin colat*, scilicet. hæc enim verba hoc loco subaudienda sunt. sed hoc de Christianis quis credat? non etiam credibile est de Judæis & Samaritis. *Idem.*

Non mathematicus, non aruspex, non aliptes.] Sic paulo ante Vopiscus, medicos cum aruspicibus, & mathematicis conjungebat, ut heic aliptas Hadrianus. at quomodo potuit Hadrianus male de mathematicis sentire, quin & seipsum suo judicio sententiaque condemnaret? ipse enim insignis mathematicus fuit. non igitur hæc est hujus loci sententia, quam putavit vir undequaque doctissimus, sed ea quam supra exposuimus. *Idem.*

3. *Non aruspex, non aliptes.*] Vopiscus supra ad hunc locum respiciens, *medicos* vocavit, quos heic Hadrianus, *aliptas.* Nam & medicinæ artis olim pars fuit aliptice. nec in gymnastica tantum noti aliptæ, sed etiam in iatrice: qui non solum ad conservandam valetudinem, vires adquirendas, bonumque colorem conciliandum adhibebantur, sed etiam interdum ad recuperandam sanitatem. Ceterum verisimile est in Ægypto, ubi hæc studia & artes maxime vigebant, multos fuisse qui & medicinam simul profiterentur & alipticen. atque hi iatraliptæ proprie dicti. quos contemptim aliptas tantum vocat Hadrianus. *Idem.*

4. *Ille ipse patriarcha cùm Ægyptum venerit.*] Inaudiverat aliquid Hadrianus de patriarcha Alexandrino cùm in Ægypto esset, deque summa ejus dignitate: sed falsa pleraque ei persuaserant homines Ægyptii, immortales & Judæorum & Christianorum hostes. iis auctoribus credidit Hadrianus, non fixam in Ægypto sedem habuisse patriarcham, sed certis solùm temporibus eò venire

venerit, [1] *ab aliis Serapidem adorare, ab aliis cogitur Christum. Genus hominum seditiosissimum, vanissimum, injuriosissimum: civitas opulenta, dives, fœcunda, in qua nemo vivat otiosus. Alii vitrum conflant, ab aliis charta conficitur:* [2] *alii linyphiones sunt:* [3] *omnes certè cujuscunque artis & videntur & habentur.* [4] *Podagrosi quod agant habent: habent* [5] *cæci quod faciant: ne chiragrici quidem apud eos otiosi vivunt.* [6] *Unus illis deus est. hunc Christiani, hunc Judæi, hunc omnes venerantur & gentes:* [7] *& uti-*

venire solitum: quod scimus esse falsissimum. Est autem verisimile quandiu Alexandriæ fuit Hadrianus, latuisse episcopum Alexandrinum, sive is Justus fuit, sive ejus successor Eumenes. *Casaubonus.*

Ipse ille Patriarcha.] En Episcopum Alexandrinum Hadriani temporibus Patriarcham appellatum! non igitur tam recens est Patriarchæ nomen in Ecclesia Christiana quam quidam videri volunt, quibus placet nec Nicæni primi Concilii ætate, tanto post Hadrianum intervallo, usitatum illud inter Christianos fuisse, pro eo qui toti diœcesi præerat, & diœceseos exarchus dicebatur. quos alibi refellam. *Salmas.*

1. *Ab aliis Serapidem adorare, ab aliis cogitur Christum.*] De Serapi verum est: de CHRISTO autem, falsissimè simul ac vanissimè. sed hoc illi persuaserant Ægyptii. *Casaub.*

2. *Alii linyphiones sunt: omnes certe cujuscunque artis, & videntur & habentur.*] Ita reposuimus ex scripti codicis auctoritate. sensus est; neminem in Ægypto otiosum vivere: cujuscumque artis homines ibi videri & haberi: alios vitrum conflare: ab aliis chartam confici: alios sinyphiones hoc est linteones esse. *Salmas.*

Alii linyphiones sunt.] Ita correximus pro *lymphiones.* verbum Græcum est λινύφης, vel λινυφῶν, quod *lini textorem* significat. Latini hanc vocem suam fecere, & *linyphum* quoque dixere. vitiose etiam in Glossis scribitur, λινῦφῶν, *linitextor, linitextor,* cum scribendum sit, λινόυφῶν λινοϋφεῖον igitur & λινυφεῖον dicebatur. λινυφεῖον Latini *linyphium* dixerunt: à voce igitur *linyphium* quod lini textrinum significat, *linyphiones* iidem Latini derivarunt, & *linyphiarios,* ut à gynæcium, gynæciarios. *Idem.*

3. *Omnes certè lymphiones cujuscunque artis, &c.*] Legendum, *linifiones,* sive *linifeones.* Linifiones sive linifarios Græci λινύφας dixerunt. Ex hoc autem loco intelligi potest Ægyptiaci lini copia: nam significat Hadrianus, in lini paratura, aut operum linteorum confectione bonam Ægypti partem fuisse occupatam; etiam eos qui alias artes exercerent. *Casaub.*

4. *Podagrosi quod agant habent: habent cæci quod faciant: &c.*] Ita scripsimus, certissima conjectura ducti. *Salmas.*

5. *Cæci quod agant habent, cæci quod faciant.*] Alterutro loco scribendum *clodi,* id est, *claudi.* Casaub.

6. *Unus illis deus est: hunc Christiani, hunc Judæi.*] Quomodo unus illis deus, si alii Christum, alii coluerunt Serapim, &c. Omnino ab aliena manu hæc verba sunt, non Hadriani. nempe hæc notaverat Christianus aliquis lector ad superiora Hadriani verba, quibus videtur diversissimas quæ in Ægypto vigebant θρησκείας, Christianorum, Judæorum, Samaritarum, Græcorum, miscere ac confundere: hæc ita esse argumento est vox *gentes* quæ Christianis & Judæis hîc opposita, auctoris sui conditionem palam facit. *Idem.*

Unus illis Deus est. hunc Christiani,

[1] *& utinam melius esset morata civitas*, [2] *digna profectò sui profunditate, quæ pro sui magnitudine totius Ægypti teneat principatum. Huic ego cuncta concessi, vetera privilegia reddidi, nova sic addidi ut præsenti gratias agerent.* [3] *denique ut primùm inde discessi, & in filium meum Verum multa dixerunt,* [4] *& de Antonino quæ dixerunt, comperisse te credo.* [5] *nihil illis opto nisi ut suis pullis alantur,* [6] *quos quemadmodum fœcundant, pudet dicere.*

[1] *Calixtum Judæi, hunc omnes venerantur.*] Quomodo unus illis Deus, si alii Christum, alii coluerunt Sarapim? huic objectioni occurret Hadrianus, qui in principio hujus epistolæ dixit, in Ægypto qui Sarapim colerent Christianos fuisse, & devotos Sarapidis fuisse qui se Christi Episcopos dicerent. quinimo ipsum illum Patriarcham Christianorum, si quando in Ægyptum veniret, cogi Sarapim adorare. si igitur qui Christiani erant, Sarapim adorabant: si eum colebant & Judæi, & Samaritæ, & cujuscumque artis & religionis in Ægypto homines: sequitur id esse verum quod Hadrianus hoc loco dicit, unum, & unicum sive præcipuum summumque Deum Ægyptiis fuisse Sarapim, quem Christiani, quem Judæi, quem omnes venerarentur, & gentes. non nescio præter Sarapim multos alios deos ab Ægyptiis fuisse cultos: sed cum illi plura numina haberent, quæ ab reliquis gentilibus deridebantur, unus eorum Sarapis ab omnibus Ægyptum incolentibus colebatur, cujuscunque nationis aut superstitionis essent. atque hic est sensus hujus loci. *Salmas.*

Unus illis Deus nullus est. hunc Christiani, &c.] Exhibui quod inveneram in Palatino. *Grut.*

1. *Et utinam melius esset morata civitas.*] Malè moratam fuisse Alexandriam urbem etiam testatum reliquit vetus scriptor Græcus, qui Εἰσαγωγὴν τῶν εἰκοσμίων composuerat. scripsit enim hujus urbis neque judicia neque privata negotia regi unquam potuisse. & hoc uni Alexandriæ præter ceteras urbes peculiare contigisse, ac præcipuum, quod in tanta hominum colluvione ac confusione rerum, non per rectum aliquod regionem administrationemque, & publicorum ordinem judiciorum staret: sed per rerum ipsam naturam fortuito magis, quam bono more ac regimine subsisteret. *Salmas.*

2. *Digna profectò sui profunditate, quæ pro sui magnitudine totius Ægypti teneat principatum.*] Scribe: *digna profectò quæ pro sui profunditate, totius Ægypti teneat principatum.* quis dubitat vocem *magnitudine* interpretamentum esse alterius vocis? appellat autem *profunditatem* Alexandriæ, amplitudinem eius urbis, civium multitudinem, & altas opes. *Casaubonus.*

Digna profectò sui profunditate, quæ pro sui magnitudine.] Omnino legendum: *Digna profectò, quæ pro sui profunditate ac magnitudine totius Ægypti teneat principatum.* Nisi quis potius cum Casaubono legere malit: *Quæ pro sui profunditate totius Ægypti teneat principatum.* Salmas.

Digna profectò sui profunditate, quæ pro sui magnitudine.] Pal. *digna profectò quæ pro sui funditate, quæ pro sui magnitudine.* Grut.

3. *Denique ut primùm inde discessi, &c.*] Melius, *deinde.* Casaub.

4. *Et de Antonino quæ dix.*] Scribendum, *Antineo.* Idem.

Et de Antonino quæ dixerunt.] Lege cum Casaubono: *& de Antineo.* & pro *transmisi*, *tres misi.* Salmas.

5. *Nihil illis opto nisi ut suis pullis alantur, quos, &c.*] Fœcundabant in Sterquilinio. *Casaub.*

6. *Quos quemadmodum fœcundant, pudet*

[2] *Calices tibi allassontes versicolores transmisi, quos mihi sacerdos templi obtulit, tibi & sorori meæ specialiter dedicatos, quos tu velim festis diebus conviviis adhibeas.* [2] *Caveas tamen ne his Africanus noster* [3] *indulgenter utatur.* Hæc ergo cogitans de 9
Ægyptiis Aurelianus jusserat ne Saturninus Ægyptum videret : & mente quidem divina. Nam ut primùm Ægyptii [4] magnam potestatem ad se venisse viderunt, statim clamaverunt, *Saturnine Auguste, dii te servent :* & ille quidem, quod negari non potest, vir sapiens, de Alexandrina civitate mox fugit, atque ad Palæstinam rediit. Ibi tamen quum cogitare cœpisset, tutum sibi non esse si privatus viveret, [5] deposita purpura ex simulacro Veneris,

[1] cycla-

det dicere.] Scio, *fœcundare* Latinum esse, nec ignoro *pullos fœcundari* Latine dici posse. puto tamen, Vopiscum scripsisse : *Nihil illis opto nisi ut pullis suis alantur, quos quemadmodum fotum dant, pudet dicere.* Qui ova fovenda gallinæ committit, is *pullos fotum dare*, eleganter dicitur. at Ægyptii non gallinis, sed sterquilinio pullos fotum dabant. nam in sterquilinio ova defodiebant, ut ibi foverentur, & pulli excluderentur. *Salmasius.*

1. *Calices tibi allassontes versicolores transmisi, &c.*] *Calyces allassontes* dicuntur, qui subinde colorem mutant, alium atque alium exhibentes sicut palumborum colla. de vitris Ægyptiis non semel alibi dictum. Forte an scripserat, *tres misi*, non *transmisi*. Casaub.

Calices tibi allassontes versicolores transmisi.] Putem legi debere : *calices tibi allassontes, id est, versicolores transmisi.* & sane allasson calix, & versicolor idem. nam ἀλλάσσων calix dicitur qui colores mutat, & alium aliumque subinde colorem ostendit, ut in collis columbarum videmus. *colorem mutantem* vulgo vocamus, hoc est ad verbum, ἀλλάσσοντας. vitrum autem olim, ut etiam nunc, in varios colores tingebatur & pingebatur : *nec enim alia*, inquit Plinius, *Materia sequacior, aut etiam picturæ accommodatior.* Hinc & album fiebat & myrteum, & sapphirinum hyacinthinumque, & omnibus aliis coloribus. in Ægypto vero ex vitro fiebant calices versicolores pretiosissimi, quos Hadrianus ἀλλασσοντας hæc vocat. hinc non parvi muneris loco tres hujuscemodi versicolores, & allassontes calices Serviano misit Hadrianus, quos à templi sacerdote acceperat, eumque admonuit, ut festis tantum diebus eos adhiberet, cavèretque ne Africanus iisdem indiligenter uteretur. ex quibus apparet magni pretii hujusmodi calices fuisse. *Salmas.*

2. *Caveas tamen, ne his Africanus noster indulgenter utatur.*] Vide num melius sit *indiligenter.* Africanus hic, Serviani filius, puto, fuit, ætate adhuc tener. *Casaub.*

3. *Indulgenter utatur.*] Ita & Palat. legendum tamen videtur, *indiligenter*, nisi usus continenti pro contento ; & nolit, nimium indulgere vino. *Gruterus.*

4. *Magnam potestatem ad se venire viderunt.*] *Magnæ potestates*, ut *magni judices*, quos habuimus supra. *Salmasius.*

5. *Deposita purpura ex simulacro Veneris, &c.*] Scripti, *de sim.* deponere dixit pro detrahere, auferre. *Casaub.*

[1] cyclade uxoria militibus circunstantibus amictus, & adoratus est. Avum meum sæpe dicentem audivi se interfuisse quum ille adoraretur. Flebat (inquit) & dicebat, *Necessarium (si non arroganter dicam) Resp. virum perdidit. Ego certè instauravi Gallias, ego à Mauris possessam Africam reddidi. Ego Hispanias pacavi. Sed quid prodest? omnia hæc affectato semel honore perierunt.* Et quum eum animarent, vel ad vitam, vel ad imperium, [2] qui induerunt purpuram, in hæc verba disseruit: *Nescitis, amici, quid mali sit imperare.* [3] *Gladii & tela nostris cervicibus impendent, imminent hastæ undique, undique spicula: ipsi custodes timentur, ipsi comites formidantur: non cibus pro voluptate, non iter pro autoritate, non bella pro judicio, non arma pro studio. Adde quòd omnis ætas in imperio reprehenditur. Senex est quispiam? inhabilis* [4] *videtur:* [5] *sin minùs, ineptus furor.* [6] *nam quòd imperatorem me cupitis, in necessitatem mortis me*

1. *Cyclade uxoria.*] Quæ vestis erat muliebris auro texta & pretiosissima. *Idem.*

Cyclade uxoria.] Puto legendum: *Depositâ purpurâ ex simulacro Veneris cum cyclade uxoria, militibus circumstantibus amictus est.* sensus est. cum Saturninus imperium sumpsit, purpureum pallium, quo amiciretur, depositum sive detractum est, ex simulacro Veneris: cyclade quoque uxoria, hoc est uxoris suæ indutus est. atque hic erat habitus tunc imperatorum, purpurea chlamys, & aurata tunica. cum igitur imperatorie amiciendus esset hic Saturninus, nec esset ad manum purpurea chlamys, ex Veneris simulacro purpureum pallium detractum est. cum item aurata tunica in promptu minime haberetur, cyclade uxoris amictus est. cyclas, tunica muliebris aurata. tales etiam & viriles fiebant, quas per illa tempora usurpabant imperatores; jam inde à Gallieno. *Salmas.*

Cyclade uxoriâ.] Pal. *conclude uxoriâ.* Grut.

2. *Qui induerunt purpuram.*] Pal. *qui emugierunt purpuram.* nempe fuit, *amicierunt purpuram.* rectè. *Idem.*

3. *Gladii & tela cervicibus nostris impendent, imminent hastæ undique.*] Vetus editio: *Gladii seta pendentes cervicibus imminent, hastæ undique, undique spicula.* Rectè. quo alluserit, nemo non videt. *Salmas.*

Gladii & tela nostris cervicibus impendent.] Præit Pal. ad acutiorem sententiam. habet enim, *gladiis & apendentibus cervicibus imminent hastæ undique.* Videntur quippe ea verba alludere ad factum Dionysii tyranni. itaque rescripserim; *gladii setâ pendentes cervicibus imminent*; *imminent hastæ undique*: quamvis & sufferecrit semel expressisse illud *imminent.* Grut.

4. *Videtur: sin minus, ineptus furor, &c.*] Aliter hæc quoque Palatinus; nimirum. *his & furore. jam quid amabilem.* Idem.

5. *Sin minus, ineptus furor.*] Fortè scribendum: *senex est quispiam? inhabilis videtur. si juvenis, ineptus furor.* vetus tamen editio legit: *additur his furor.* fortè: *at juvenis, ineptus furor.* Salmas.

6. *Nam quòd imperatorem me cupitis, in necessitatem mortis me trahitis.*] Longè aliter

me trahitis. [1] *Sed habeo solatium mortis, solus perire non potero.* M. Salvidienus hanc ipsius orationem verè fuisse dicit, & fuit re vera non parum literatus. Nam & in Africa rhetoricæ operam dederat, [2] Romæ frequentaverat pergulas magistrales. Et ne longiùs progrediar, dicendum est 11
quod præcipuè ad hunc pertinet. Errare quosdam scio, & putare hunc esse Saturninum qui Gallieni temporibus imperium occupavit: quum hic longè alius fuerit, & Probo penè nolente sit occisus. Fertur autem Probus & clementes ad eum literas sæpe misisse & veniam esse pollicitum: sed milites qui cum eo fuerant, non credidisse. Obsessum denique in castro quodam ab iis quos Probus miserat, invito Probo esse jugulatum. [3] Longum est frivola quæque connectere, & odiosum dicere quali statura fuerit, quo corpore, quo decore, quid biberit, quid comederit; ab aliis

aliter ista exhibent veteres: in quibus loco istorum hæc invenimus: *Jam quòd amabile omnibus Probum me æmulum esse cupitis: cui libens cedo, & cujus esse dux cupio: in necessitatem mortis me trahitis. Habeo, &c.* non est in his integra sententia: erit si conjuncta vulgata lectione cum edita scribas: *Nam quòd imperatorem me cupitis potiùs quàm illum amabilem omnibus*, vel, *imperatorem me cupitis rejicitis illum amabilem* aut *fastidiatis.* Casaubonus.

Nam quod imperatorem me cupitis.] Omnino legendum: *Jam quid amabilem omnibus Probum dico? cui cum me æmulum esse cupitis, cui libens cedo, & cujus dux esse cupio, in necessitatem mortis me trahitis.* aperta & plana sententia. *Salm.*

Nam quod Imperatorem me cupitis, in necessitatem mortis me trahitis.] Omissa sunt multa. Palat. enim præfert: *Jam quid amabilem omnibus Probum dico cui me malum esse cupitis, cui libens cædo, & cujus esse dux cupio in necessitatem mortis*; emendatumque, *cui me æmulum.* Grut.

1. *Sed habeo solatium mortis, solus perire non potero.*] Vox inhumana: sed quæ tamen & in ore hominum, & in scriptis veterum frequens. Plinius epistola XX. libri VI. Auctor panegyrici ad Constantinum: *Nisi fortè jam sentiens diem sibi venisse fatalem, ad solatium suæ mortis, voluit secum trahere quamplurimos.* Casaub.

2. *Romæ frequentaverat pergulas magistrales.*] Non celebres doctores, sed è trivio magistros qui in pergulis docebant, more cæterorum artificum multorum. *Idem.*

Romæ frequentaverat pergulas magistrales.] In istis pergulis publice docebant Grammaticæ Rhetoricæque magistri, aliarumque artium, quæ liberales indigetantur, professores, etiam qui de publico stipendium accipiebant. quas *magistrales pergulas* vocat heic Vopiscus, quibus autem publice profitendi facultas data non erat, hi intra domesticos parietes, suis tantum discipulis privatim vacabant, nec in pergulis publicis docebant. *Salmas.*

3. *Longum est frivola quæque connectere, & odiosum, &c.*] Ait tamen in sequenti vita Vopiscus: *minima quæque jucunda sunt, atque habent aliquid gratiæ cùm leguntur.* Casaub.

aliis ista dicantur quæ propè ad exemplum nihil prosunt. Nos ad ea quæ sunt dicenda, redeamus.

PROCULUS.

12 PROCULO patria Albingauni fuere, positi in Alpibus maritimis: domi nobilis, sed majoribus latrocinantibus, atque adeò pecore ac servis & iis rebus quas abduxerat, satis dives. Fertur denique eo tempore quo sumpsit imperium duo millia servorum suorum armasse. Huic uxor virago, quæ illum in hanc præcipitavit dementiam, nomine Sampso, quod ei postea inditum est: [1] nam antea [2] Viturgia nominata est. Filius Herennianus, quem & ipsum, quinquennium si implesset, (ita enim loquebatur,) dicasset imperio. Homo, quod negari non potest, optimus, idemque fortissimus: ipse quoque latrociniis assuetus, qui tamen armatam semper egerit vitam. Nam & multis legionibus tribunus præfuit, & fortia edidit facta: & quoniam minima quæque jucunda sunt, atque habent aliquid gratiæ quum leguntur, tacendum non est, quod & ipse gloriatur in quadam sua epistola, quam ipsam melius est ponere quàm de ea plurimum dicere. *Proculus Metiano affini* S. D. *Centum ex Sarmatia virgines cepi. Ex his una nocte decem inivi: omnes tamen, quod in me erat, mulieres intra dies* XV. *reddidi.* Gloriatur (ut vides) rem ineptam, & satis libidinosam: atque inter fortes se haberi
13 credit si criminum densitate coalescat. Hic tamen quum etiam post honores militares se improbè & libidinose, tamen fortiter ageret, hortantibus Lugdunensibus, qui & ab Aureliano graviter contusi videbantur, & Probum vehementissimè pertimescebant, [3] in imperium vocitatus est ludo

1. *Nam antea Viturgia nominata est.*] Puto scriptum fuisse *Viturvia* pro *Vitruvia*. legendum igitur hoc loco *Vitruvia*, aut etiam *Vitturia*. nam *Vittorius*, & *Vitturius* nomina propria, & *Vitruvius*. *Vitturia*, vel *Vitruvia* dicebatur mater Victorini Tyranni. *Salmasius*.

2. *Viturgia.*] Pal. *Vituriga*. Grut.

3. *In imperium vocitatus est ludo prudi & joco.*] Ut & Regillianus alter tyrannus, de quo Pollio. *Casaub.*

1. *Ad*

ludo penè & joco, ut Onesimus dicit: quod quidem apud nullum alium reperisse me scio. Nam quum in quodam convivio [1] ad latrunculos luderetur, [2] atque ipse [3] decies imperator exisset, quidam non ignobilis scurra, *Ave* (inquit)

1. *Ad latrunculos luderetur.*] Vetus auctor dixisset: *latrunculis luderetur.* alea ludere, tesseris, latrunculis, dicebant veteres: at recentiores, ad aleam, ad tabulam, ad latrunculos. *Salmas.*

2. *Atque ipse decies imperator exisset.*] In calculorum ludo quem Græci recentiores ζαλέκιον dixerunt, unus fuit qui dicebatur Rex. sed in latrunculorum ludo, ipse qui ludebat, si faveret alea, Rex exibat. *Casaub.*

3. *Decies exisset imperator.*] Calculorum, & latrunculorum ludus idem omnino fuit. nam & latrunculi calculi dicebantur. Ovidius:

Sæpe latrocinii sub imagine calculus ibit.

Martialis:

Calculus hoc gemino discolor hoste perit.

Scachos hodie vocant Itali, & Galli, voce à calculis detorta. Græci recentiores ζαλέκιον, hunc latronum ludum vocarunt. in ludo latronum calculus unus erat, qui dicebatur rex. qui non alias, moveri solebat, quam ubi maxima urgeret necessitas, & aliud auxilii non suppeteret ludori ad se defendendum. Et totum zatricii aut latronum ludi negotium, bellum erat, vel belli simulacrum. hinc calculi ipsi quibus ludebatur, & latrones, & milites dicebantur. Poëta vetus:

—— *& vitreo præguntur milite bella.*

Martialis in Epigrammate cujus lemma, *Calculi:*

Insidiosorum si ludis bella latronum.
Gemmeus iste tibi miles, & hostis erit.

Omnia in illo ludo ad imaginem belli erant composita. hinc militum, aciei, phalangis, prælii, hostium, captivorum, tropæorum passim mentio apud veteres dum illum ludum describunt. vincebat in hoc ludo, qui omnes ex adverso ludentis milites capere poterat, & regem ipsum, hoc est principem calculum, quia nunquam capiebatur, ad incitas redigere. Tabula in qua latrunculis ludebatur apud veteres, tota lineis erat distincta, & unicuique calculo suus locus ac sua sedes attributa. tabula enim lusoria ligneis quadraturis discoloribus alternatim positis distincta est. & in illis quadraturis locari solent calculi. sedes illas calculorum Græci olim πόλεις, postea χώρας nuncuparunt. hinc μονόχωρον tam in tesseris quam in latrunculis lusor ille dicebatur, qui omnibus suis calculis spoliatus & victus abibat, utpote qui ad unum redactus esset calculum. veteres Glossæ: μονόχωρον, *adunatus in tabula.* notabis autem tibi, elegantem notionem verbi *adunatus*, pro eo qui ad unum redactus est calculum. at Latini *mandras*, *septa*, *vallos*, & *capsos*, & *carceres* vocabant, loca illa sive sedes in tabula, in quibus veluti clusi tenebantur latrunculi. Martialis:

Mandris & vitreo latrone clausos.

nam calculus qui in calculi discoloris sedem faciebat impetum, ut eum caperet, & sede sua pelleret, mandram ejus sive vallum frangere intelligebatur. *mandra*, idem quod septum vel vallum. Gr. χαρακώματα. in eo ludo imperator exire dicebatur, qui superior discedebat, regemque adversæ partis omnibus suis militibus spoliabat, ipsumque ad incitas redigebat. in quo nihil fortunæ licebat, sed arti & industriæ soli, ludendique peritiæ locus erat. hodieque in ludo latronum vel scacorum, alii calculi sunt, qui ordine moventur, alii qui vage & oblique. Inciti autem dicuntur qui eo sunt redacti, ut cieri moverique nequeant. inde proverbium, *ad incitas* vel *ad incita redigere*, pro ad extremas metas compellere, & in summam desperationem aliquem adducere. Porro quem veteres *calculum incitum*, hoc est

quit) *Auguste.* Allataque lana purpurea, [1] humeris ejus junxit, eumque adoravit: timor inde conscio rum, atque inde jam exercitus tentatio & imperii. Non nihilum tamen Gallis profuit. [2] Nam Alemannos qui tunc adhuc Germani dicebantur, non sine gloriæ splendore contrivit, nunquam aliter quàm latrocinandi pugnans modo. Hunc tamen Probus fugatum usque ad ultimas terras, & cupientem in Francorum auxilium venire, à quibus originem se trahere ipse dicebat, ipsis prodentibus Francis, [3] quibus familiare est ridendo fidem frangere, vicit & interemit. Posteri ejus etiam nunc apud Albingaunos agunt, qui joco solent dicere sibi non placere esse vel principes vel latrones. Hæc digna memoratu de Proculo didi-

ad incitas adactum vocabant, eum nos in hoc eodem ludo *fractum mattum* dicimus, id est contritum & subactum, eoque loci adactum, ut moveri non possit. *mattus* antiqua vox & Latina, quæ emollitum, subactum, & maceratum significat. hinc *via matta* Ciceroni, via lutosa, & humecta. lib. epistol. ad Atticum XVI. epist. XII. *itaque eo die mansi Aquini. longulum sane iter, & via matta.* vulgo excuditur: *& via inepta.* quod ineptum est. à verbo μάττω, quod est pinso, & subigo, & emollio. à quo μακτὸς, subactus & emollitus. atque inde Latinum *mattus.* quotiescunque igitur calculos simpliciter dictos, aut calculorum lusum in auctoribus invenies, semper de latrunculis ac latrunculorum lusu intelligere debebis. *Salmasius.*

1. *Humeris ejus junxit.*] Meliùs scripta lectio, *ingessit.* Casaub.

Humeris ejus ingessit.] Est à scriptis Gall. vulgg. *junxit.* Palat. *vinxit.* fortasse *injecit.* Grut.

2. *Nam Alemannos qui tunc adhuc Germani dicebantur, non sine gloriæ splendore contrivit, &c.*] Errat Vopiscus: jam enim multò antè & Alamannorum nomen Romanis cognitum fuerat, & Caracallo de ea gente victa partum Alemannici cognomen. *Casaub.*

Nam Alemannos qui tunc adhuc Germani dicebantur.] Errare Vopiscum asserit Casaubonus: sed ipse non mediocriter errat. Alamanni qui dicebantur Caracalli temporibus, gens erat Germaniæ populosa, ut scribit Aurelius Victor, & ex equo mirifice pugnans, quos cum devicisset prope Mœnum Caracallus, Alamannici cognomen assumpsit. hi Alamanni postea toti Germaniæ nomen dedere, quæ ab illis Alamannia dicta est, & etiamnunc ita dicitur. Nam quo tempore sumpsit imperium Proculus, Germani nondum dicebantur Alamanni, ut scribit heic Vopiscus, qui suæ ætate jam hoc obtinuisse refert, ut Germani Alamanni vocarentur. non multo ante Vopisci tempora id apparet factum, ut Germania concesserit in Alamanniæ nomen, quandoquidem ut annotat heic Vopiscus, Proculi ætate, hoc est sub Probo, Germani adhuc dicebantur Germani, & nondum in Alamannorum nomen transierant. *Salmas.*

3. *Quibus familiare est ridendo fidem frangere.*] Procopius Gothicorum secundo, idem de eadem gente: ἔτι γὰρ ἐθνος τῶν τοῖς πᾶσιν ἐφαλώτατον ἀνθρώπων. *Casaub.*

I. De

didiciſſe memini. Veniamus ad Bonoſum, [1] de quo multo minora condidi.

BONOSUS.

[2] BONOSUS domo Hiſpanienſis fuit, origine Britannus: [3] Galla tamen matre: ut ipſe dicebat, rhetoris filius; ut ab aliis comperi, pædagogi literarii. parvulus patrem amiſit, atque à matre fortiſſima educatus, [4] literarum nihil didicit. [5] Militavit primùm inter ordinarios, deinde 14

1. *De quo multo minora condidi.*] Non malè Jacobus Lectius, *condidici*. Idem.

2. *Bonoſus domo Hiſp.*] Scribe, *B. domo Hiſp.* è membranis. pro *Hiſpanienſis*, quidam veteres, *Carthaginienſis*. non infrequens eo ſeculo nomen Bonoſus. *Idem.*

Bonoſus domo Hiſpanienſis.] *Bonoſus* nomen proprium, & Romanum. *Bonus*, & *bonoſus*; *malus* & *maloſus*: ut *canus*, & *canoſus*. ita enim illa ætas loquebatur. *Salmaſ.*

3. *Galla tamen matre, ut ipſe dicebat, &c.*] Corrupta diſtinctio: tu interpunge: *origine Britannus, Galla tamen matre: ut ipſe dicebat, rhetoris filius; ut ab aliis didici, pædagogi literarii.* Caſaub.

4. *Literarum nihil didicit.*] Lectius, *nonihil*. Idem.

5. *Militavit primum inter ordinarios, deinde inter equites, &c.*] *Ordinarius* proprie eſt ordinum ductor. πρωτοστάτην Græci vocant. *ordinarium* manipularem eum, qui infimi eſſet ordinis, appellatum credidiſſe quoſdam ſcribit Feſtus. *ordinarius* etiam dicebatur, qui in ordine merebat, miles gregarius. an ordinarii heic accipiendi pro militibus legionariis, & iis qui in ordine merebant? inter iſtos igitur ordinarios in militia legionaria ſtipendia prima Bonoſo fuere, deinde inter equites militavit ordinarii aliter ſumuntur apud Vegetium lib. 2. cap. 15. nam *ordinarios* dictos fuiſſe vult, qui prima in acie pugnarent, primoſque in prælio ordines ducerent. Olim & libera ſtante rep. ſic acies ordinabantur: primi haſtati pugnarent, deinde principes, poſtremo loco triarii. verum mutata poſtea ferme in totum militiæ ratione, *principes* dicti ſunt, qui in prima acie pugnam capeſſerent, quo nomine primi ordines, vel primorum ordinum ductores, hoc eſt ordinarii intelligebantur. vix dubitem ordinarios iſtos fuiſſe qui ante *evocati* dicebantur. milites erant veteres, & qui è militia jam exierant, ſed ad eam ſponte revocabantur, ordinum & præmiorum ſpe. centuriones non erant iſti evocati, ſed pro centurionibus, & vitem centurionum inſigne geſtabant. hi ordinarii certo numero in legione militabant, & ordinarii legiones dicebantur. centuriones non erant, ſed cum præliandum eſſet, & ad manus veniendum, cum acies ordinabatur, ordines ducendos accipiebant. hinc *ordinarios* interpretatur Vegetius qui in prælio primos ordines ducebant: extra prælium igitur non ducebant. quod valde obſervandum eſt. atque hanc cauſam eſſe puto diſcriminis & differentiæ inter ordinarios ſive ordinum ductores, & centuriones. principes in veteri militia, non illi dicebantur, qui primo loco pugnarent, nam ſemper in ſecunda acie inſtruebantur, ſed quod ætate florentes eſſent, & ſolido robore firmatas vires poſſiderent. haſtati juvenes & adoleſcentes erant, primamque aciem conſtituebant. Triarii jam ſenes & maturi, & in poſtrema acie ſubſidebant. *Salmaſ.*

deinde inter equites: duxit ordines, tribunatus egit, dux limitis Rhetici fuit: bibit quantum hominum nemo. De hoc Aurelianus sæpe dicebat, *Non ut vivat natus est, sed ut bibat.* Quem quidem diu in honore habuit causa militiæ. Nam siquando legati Barbarorum undecunque gentium veniissent, [1] ipsis propinabat, ut eos inebriaret, atque ab his per vinum cuncta cognosceret. [2] Ipse quantumlibet bibisset, semper securus & sobrius; &, ut Onesimus dicit scriptor vitæ Probi, adhuc in vino prudentior. Habuit præterea rem mirabilem, ut quantum bibisset, tantum mingeret: neque unquam aut ejus pectus, aut venter, aut vesica gravaretur. Hic idem [3] quum quodam tempore [4] in Rheno Romanas lusorias Germani incendissent, timore ne

1. *Ipsis propinabat, ut eos inebriaret, atque ab his per vinum cuncta cognosceret.*] Ita fuit moris Aureliano per hoc lene tormentum, ut appellat lyricus, & legatis & aliis verum elicere. *Casaub.*

Ipsi propinabantur, ut eos inebriaret.] Ita omnino Palatinus, eleganti sententiâ. quemadmodum & Terentius, *hunc vobis deridendum propino.* Grut.

2. *Ipse quantumlibet bibisset semper securus, & sobrius.*] Securus, ἐμφρων, qui eatenus bibit ut adhuc sui compos sit, & mente consistat. ita enim Græci ἐμφρονα accipiunt, quem vinum scilicet non deposuit, nec de mentis statu deturbavit. ut contra παρίμφρονας, & παρίμφροντας cerriti homines & cerebri commoti. ὑπερμεθυσθῆναι τῷ οἴνῳ & οἴνῳ Græci eleganter dicunt, vino expugnari, & deponi. *securus* tamen heic posset accipi, cui tuto secreta committuntur, qui per vinum & ebrietatem ea non prodit. *securos* etiam homines hodie dicimus quibus arcana tuto possis credere. sic *tutas aures* quibus tuto creditur secretum, dixit Seneca lib. VI. de benef. cap. XXIX. Bonosus hic legatos gentium barbararum inebriabat, & per vinum ab iis cuncta cognoscebat, cum ipse quantum libet bibisset, securus tamen esset & sobrius, nec per vinum secreta Romana barbaris proderet. *Salmas.*

3. *Cùm quodam tempore in Rheno Romanas luxurias.*] Scribend. *clusurias*, præcipiente Cujacio, cujus Observationes adeant tirones libro tertio: capite XXIV. *Casaub.*

4. *In Rheno Romanas lusorias barbari incendissent.*] Ita emendavimus cum vulgo excuderetur, *Romanas luxurias*, per *lusorias* intelligit naves, quæ in Rheno semper instructæ habebantur, & paratæ ad arcendos barbarorum transitus. in omnibus enim locis, in quibus barbari non limitibus, sed magnis fluminibus dividebantur, flumina illa navibus, quas lusorias dicebant, erant instructa, quibus ad quotidianas excubias utebantur, prohibendis barbarorum discursibus, & incursibus. sic & in Rheno, & in Danubio lusorias habuere ad hanc rem. Vegetius duo genera classium apud Romanos fuisse scribit, *liburnas*, & *lusorias*. liburnis in mari utebantur, lusoriis in fluminibus. castra in ripa fluminis erant locata, lusoriæ in flumine ipso. *lusoriarum* porro apud Ammianum mentio non uno loco. classici milites, qui in illis lusoriis erant, *lembarii* dicebantur: qui in castris, *castriani*, & *castriciani*. *Lusoriæ* porro

re ne pœnas daret, sumpsit imperium: [1] idque diutiùs tenuit quàm merebatur. Nam longo gravique certamine à Probo superatus, laqueo vitam finivit. [2] Tunc quidem jocus extitit, *Amphoram pendere, non hominem.* Filios duos reliquit, quibus ambobus Probus pepercit, uxore quoque ejus in honore habita, & usque ad mortem salario præstito. Fuisse enim dicitur (ut & avus meus dicebat) fœmina singularis exempli, & familiæ nobilis gentis Gothicæ: quam illi Aurelianus uxorem idcirco dederat ut per eum à Gothis cuncta cognosceret. Erat enim illa virgo regalis. Extant literæ ad legatum Thraciarum scriptæ, de iis nuptiis & donis quæ Aurelianus Bonoso dari nuptiarum causa jussit, quas ego inserui: *Aurelianus Augustus* [3] *Gallonio Avito salutem. Superioribus literis scripseram,* [4] *ut optimates Gothicas apud Perinthum collocares, decretis salariis, non ut singulæ acciperent,* [5] *sed ut septem simul unum convivium haberent. Quum enim divisæ accipiunt, & illæ parum sumunt, & Resp. plurimum perdit. Nunc tamen quoniam placuit Bonoso*

porro proprie naves sic appellatæ, quæ nec ad usum belli, ut triremes & æratæ, nec ad merces vehendas erant factæ, sed ad lusum tantum & solas circumvectationis delicias habebantur. *Iusorias* etiam possit aliquis naves appellare quibus ludicra naumachiarum certamina in lacubus aut fluminibus, aut etiam mari edebantur. postea κελοκρηνικὰς quaslibet minores naves, *Iusorias* appellarunt. & inde lusoriæ, in fluminibus, levissima & expeditissima navigia, quibus ultro citroque flumina, decurrebant milites, ad tuendum limitem constituti, ut barbarorum excursus, & exscensiones in Romanam ripam prohiberent. *Salmas.*

In Rheno Romanas luxurias Germani.] Pal. *luxurias*, propius ad verum. legendum enim vel *lusorias*: ita enim vocabantur naves quas Romani habebant in fluminibus contra barbaros, ultrò citroque medio currentes alveo. vel certè *clusurias*, quod ultimum pluribus firmat elegantiæ omnis Arbiter Petrus Pithœus lib. 1. Adversariorum subsecivorum cap. 14. videatur & Cujacius lib. 111. Observationum cap. 24. *Grut.*

1. *Idque diutius tenuit quam rebatur.*] Vet. ed. *quam merebatur.* quod non improbandum. *Salmas.*

2. *Tunc quidem jocus exstitit.*] Pal. *cùm quidem.* forsan melius vulgato. *Grut.*

3. *Gallonio Avito.*] Eadem editio: *Galloni Avito.* forte: *Gallioni Avito.* Salmas.

4. *Ut optimates Gothicas apud Perinthum collocares.*] Potest accipi vox *optimates* communi notione de iis quæ in sua gente eminerent. sed melius referas ad peculiarem vocis hujus usum in Gothica gente. pars enim Gothorum ὀπλιτικὸν ἐκαλοῦντο, inquit Olympiodorus in Excerptis à Photio. *Casaub.*

5. *Sed ut septem simul unum convivium haberent.*] *Convivium, συμπόσιον, κοινόβιον, συνέδριον.* non enim est hic συμπόσιον. Idem.

1. *Juxta*

Bonoſo Hunilam dari, dabis ei [1] *juxta breve infrà ſcriptum omnia quæ præcipimus: ſumptu etiam publico nuptias celebrabis.* Brevis munerum fuit: [2] *Tunicas palliolatas hyacinthinas ſubſericas: tunicam auro clavatam ſubſericam librilem unam,* [3] *interulas dilores duas, & reliqua quæ matronæ convenium. Ipſi dabis aureos Philippeos centum, argenteos Antoninianos mille,* [4] *æris* H-S. *decies.* Hæc me legiſſe teneo de Bonoſo, & potui quidem horum

1. *Juxta breve infra ſcriptum.*] *Juxta brevem infra ſcriptum. breves* enim potius quam *brevia* dicebant. ſequitur: *brevis munerum fuit.* Salmaſ.

Juxta breve infra ſcriptum.] Æquè bene Pal. *brevem.* de quo ſupra. *Gruterus.*

2. *Tunicas palliolatas.*] Mixtum genus veſtis & formam quodammodo referens, & uſum præſtans duarum, tunicæ & pallii. utraque veſtis tam muliebris fuit quàm virilis: non malè, opinor, tunicas palliolatas dixeris, pallas manicatas quibus domi utuntur hodie matronæ, & *mantelia cubicularia* vocant. *Caſaub.*

Tunicas palliolatas.] Ita videntur vocaſſe tunicas, quibus adnexa, & adjuncta erant palliola. palliolum breve capitis operimentum muliebre. Juvenal.

——— *Dorida nullo*
Cultam palliolo. ———

viri quoque palliola tegendo capiti, ſed in morbo uſurpabant. videntur olim mulieres pro diverſis tunicis diverſa quoque habuiſſe palliola: ita ut talem tunicam cum tali palliolo geſtarent. quod & hodie ſciunt obſervare noſtræ mulieres. quibus autem pro variis tunicis, varia & ſua quædam propria palliola ſumebantur, ſolebant ſingulas tunicas ſuis palliolis inſtruere, quæ & palliolatæ vulgo videntur appellari conſuetæ. deeſt autem numerus tunicarum palliolatarum, quas Hunilæ dari voluit Aurelianus. *Salmaſ.*

Tunicas palliolatas hyacinthinas.] Videtur fuiſſe primum in Palatino *jacinthinas.* non malè. *Grut.*

3. *Interulas dilores.*] De tunicis, & interulis ſive lineis loratis abunde diximus ſupra. dilores autem & trilores & pentelores non dictæ ſunt pro numero filorum aureorum quibus erant intextæ, ut cenſebat magnus Juriſconſultus, ſed pro numero faſciarum vel inſtitarum, & limborum, quibus erant ornatæ. *lora* enim inſtitæ ſunt vel faſciæ quibus veſtes prætexuntur. quas & paragaudas dixere. nam lorum & paragauda idem. inſtitas ejuſmodi ſive lora quibus ornabantur veſtes, *ornaturas* etiam dixerunt, & *paraturas.* inde vox Græca infimi ævi, βαρτίκιον, quod Heſychius interpretatur κοσμητήριον. *Salmaſ.*

4. *Æris HS decies.*] Expreſſe in veteri editione: *ſeſtertium decies.* quam ſummam notum eſt centum millia aureorum efficere, quales erant tunc in uſu apud Romanos. mirum vero tantam ſummam, & tantam quidem in ære, Aurelianum Bonoſo dari juſſiſſe, cum tantulam in auro, & argento daret. atqui ſolebant tantumdem ferme in ære donare, quantum in auro & argento, aut non multo plus, & aliquando etiam minus. nemo itaque eripuerit mihi quin legendum putem hoc modo: *æris ſeſtertios decem millia.* æreorum ſeſtertiorum decem millia, centum aureos reddunt. ſic tantumdem in ære datum Bonoſo, quantum in auro. & hic numerus auri, argenti, & æris quem Bonoſus juſſu Aureliani heic accipit, juſtis calculis omnino par eſt illi quem Probo Tribuno dari jubet Valerianus in epiſtola ſua. ut hinc ſit manifeſtum, tribunum eo tempore fuiſſe Bonoſum, quo danda hæc illi decrevit. æris ſeſtertios

horum vitam præterire, quos nemo quærebat. Attamen, ne quid fidei deesset, etiam de iis quæ didiceram intimanda curavi. supersunt mihi Carus, Carinus, & A. Numerianus: nam Diocletianus & qui sequuntur, majore stylo dicendi sunt.

tios hoc loco vocat Aurelianus, quos *aereos* simpliciter dixit Valerianus. *aerei*, & *aerei sestertii*, & *aerei denarii*, & *folles* ea tempestate de eodem pecuniæ genere dicebantur, ut alibi pluribus ostendimus. *Idem.*

FLAVII VOPISCI SYRACUSII

CARUS.

PLATO remp. regi, [2] eamque nunc ad summum evehi, [3] nunc ad minima retrahi, Probi mors satis prodidit. [4] Nam quum ducta per tempora variis vel erecta motibus, vel afflicta, nunc tempestate aliqua, nunc felicitate variata, [5] omnia propè passa esset quæ patitur in homine uno mortalitas, [6] videbatur post diversitatem 1

1. CARUS.] Dubito an horum trium vitæ, liber unus & scriptio eadem censeri debeant. Meliùs tamen sentias, vitas quidem esse diversas; at librum unicum. Quare titulum hunc ita rescribe, CARUS NUMERIANUS & CARINUS. sequentes verò duos induce. *Casaub.*

CARUS.] In Palatino codice nulla hujus libri inscriptio est, sed una serie continuatur, cum præcedenti Bonosi vita, nullo interciſus titulo. puto jam in antiquis codicibus desideratum fuisse hujus vitæ Cari initium, & inde factum, ut hæc quæ ad vitam Cari pertinebant, quod titulo & principio carerent, uno tenore cum superioribus connecterentur. Vopiscum autem tres hos simul imperatores, Carum, Carinum & Numerianum unico libello comprehendisse, nullum dubium est. sic quadrigam tyrannorum supra uno libello complexus est, ut heic trigam imperatorum. *Salmasius.*

2. *Eamque nunc ad summum evehi, nunc ad minima retrahi.*] Pro *ad minima*, scribendum *ad ima*, vel *ad imum*. nam summis opponuntur ima, non autem minima. *Casaub.*

3. *Nunc ad minima retrahi.*] Sic Pal. fortè *ad imum retrahi*. Grut.

4. *Nam cùm ducta per tempora, &c.*] *Duci per tempora* nihil aliud quàm durare, & ætatem ferre. istas autem fortunæ varietates passa Resp. Rom. tractu longi temporis. *Casaub.*

5. *Omnia propè passa esset quæ patitur in homine uno mortalitas.*] Ut singuli hominum nascuntur, varioque ætatis gradus variè decurrunt, modò valentes, modò infirmi, tandemque intereunt: sic & Respublica. *Idem.*

6. *Videbatur post diversitatem malorum jam secura continuata felicitatis mensura.*] Legend. *continuata felicitate usura.* Idem.

1. Cum

tem malorum jam ſecura [1] continuata felicitatis menſura, poſt Aurelianum vehementem principem Probo ex ſententia ſenatus & populi, leges & gubernacula temperante. Sed ruina ingens vel naufragii modo vel incendii accenſis fataliter militibus, ſublato è medio tali principe, in eam deſperationem votum publicum redegit, ut timerent omnes Domitianos, Vitellios, & Nerones. [2] Plus enim timetur de incertis moribus principis, maximè in ea Repub. quæ recentibus confoſſa vulneribus, Valeriani captivitatem, Gallieni luxuriam, [3] xxx. etiam propè tyrannorum cæſa civilium membra ſibimet vindicantium per-
2 peſſa mœruerit. Nam ſi volumus ab ortu urbis repetere quas varietates ſit paſſa Rom. Reſp. inveniemus nullam magis vel bonis floruiſſe vel malis laboraſſe. Et ut à Romulo incipiam vero patre ac parente Reip. quæ illius felicitas: qui fundavit, conſtituit, roboravitque Remp. atque unus omnium conditorum perfectam urbem reliquit? Quid deinde Numam loquar: [4] qui frequentem bellis & [5] gravidam triumphis civitatem religione munivit? [6] Venit igitur uſque ad Tarquinii Superbi tempora noſtra Reſp.

1. *Continuata felicitatis menſura.*] Scribe ex Palat. *continuata felicitate manſura.* Salmaſ.

2. *Plus enim timetur de incertis moribus principis, &c.*] Exple ſententiam ex libris: *Plus enim timetur de incertis moribus principis, quàm ſperatur: max.* Caſaubonus.

Plus enim timetur de incertis moribus Principis quam ſperatur.] Illud *quàm ſperatur*, male deerat vulgatis; ſervabant tamen mſſ. omnes. *Grut.*

3. xxx. *etiam propè tyrannorum cæſa civilium membra ſibimet vindicantium, perpeſſa mœruerit.*] Hæc ſunt corruptiſſima. Lege, *Tr. etiam propè tyrannorum colliſionibus cæſa membra, bello civile ſibimet eam vindicantium, perpeſſa mœruerit.* elegans verbum *colliſio συνκρουσις.* Horatius: *Græcia Barbariæ lento colliſa duello.* Caſaub.

xxx. *etiam propè tyrannorum cæſa civilium membra ſibimet vindicantium perpeſſa mœruit.*] Nihil iſtis corruptius. non minus corruptus Palatinus codex. multæ mihi in promptu, & ad manum conjecturæ, ſed nulla ad guſtum. exerceant hoc acumen ſuum ingenioſi. *Salmaſ.*

Triginta etiam propè tyrannorum cæſa civilium membra ſibimet vindicantium perpeſſa mœruerat.] Sic à primâ manu Palat. ſed recentior inde fecit; *tyrannorum colliſionibus cæſa civilium bellorum membra, ſibimet eam vindicantium.* Grut.

4. *Qui frequentem bellis.*] Pal. *fremen-tem.* Idem.

5. *Gravidam triumphis civitatem religione munivit.*] Πόλιν σεμνὴν τοῖς πολεμικοῖς ἀγῶσιν, & quandoque multos triumphos ſibi parituram. *Caſaub.*

6. *Venit igitur uſque ad T.*] Scripti, *venit igitur.* Idem.

7. *Plus*

Resp. sed passa tempestatem de moribus regiis, non sine gravi exitio semet ulta est. Adolevit deinde usque ad tempora Gallicani belli: sed quasi quodam mersa naufragio, capta præter arcem urbe, [1] plus penè mali sensit [2] quàm tunc boni habuerat. Reddidit se deinde in integrum, sed eo usque gravata est Punicis bellis ac terrore Pyrrhi, ut mortalitatis mala præcordiorum timore sentiret. Crevit 3
deinde victa Carthagine, trans maria missis imperiis: sed socialibus affecta discordiis, extenuato felicitas sensu usque ad Augustum [3] bellis civilibus confecta consenuit: per Augustum deinde reparata; si reparata dici potest, libertate deposita. Tamen utcunque (etiamsi domi tristis fuit) apud exteras gentes effloruit: passa deinceps tot Nerones, per Vespasianum caput extulit. [4] Nec omni Titi felicitate lætata, Domitiani vulnerata immanitate, per Nervam atque Trajanum usque ad Marcum solito melior, Commodi vecordia, & crudelitate lacerata est: nullum post hæc præter Severi diligentiam usque ad Alexandrum Mammææ sensit bonum. Longum est quæ sequuntur universa connectere. Uti enim principe Valeriano non potuit, & Gallienum per quindecim annos passa est. Invidit Claudio longinquitatem imperii, amans varietatum propè & semper inimica fortuna justitiæ. Sic enim Aurelianus occisus est, & sic Tacitus absumptus, sic Probus cæsus, ut appareat nihil tam gratum esse fortunæ quàm [5] ut ea quæ sunt in publicis actibus, eventuum varietate mutentur. Sed quorsum talibus querelis [6] & tem- 4
porum casibus destinemur? veniamus ad Carum, medium

(ut

1. *Plus penè mali sensit quàm tunc boni habuerat.*] Scrib. *quàm adhuc boni habuerat.* Idem.

2. *Quam tunc boni habuerat.*] Palat. *quam tumbat boni.* fortè, *quam tum habebat boni.* Grut.

3. *Bellis civilibus confecta consenuit.*] Pal. *adfecta*, non pejus. *Idem.*

4. *Nec omni Titi felicitate lætata, &c.*] Propter brevem principatum Titi: cujus bonitate simul propemodum cepit frui ac desiit. *Casaub.*

5. *Ut ea quæ sunt in publicis actibus eventuum varietate mutentur.*] Probo: *nutentur.* aut *mutari* cape pro τοιχάζειν. *Idem.*

6. *Et temporum casibus destinemur?*] Scrib. *distinemur?* Idem.

Et temporum casibus distinemur.] Pal. *detinemur.* Grut.

1. *Et*

(ut ita dixerim) virum, inter bonos magis quàm inter malos principes collocandum, [1] & longè meliorem, si Carinum non reliquisset heredem. [2] Cari patria sic ambiguè à plerisque proditur, [3] ut [4] præsumptè veritatem dicere nequeam quæ illa vera sit. Onesimus enim, qui diligentissimè vitam Probi scripsit, dicit Romæ illum & natum & literis eruditum: sed Illyricianis parentibus fuisse contendit. Sed [5] Fabius Cerilianus, qui tempora Cari, Carini, & Numeriani solertissimè persequutus est, neque Romæ, sed in Illyrico genitum, neque Pannoniis, sed Pœnis parentibus asserit natum. In ephemeride quadam legisse memini, Carum Mediolanensem fuisse, [6] sed avo juri Aquileiensis civitatis insertum. Ipse, quod negari non potest, ut epistola ejus indicat [7] quam proconsul ad legatum scripsit, quum eum ad bona hortaretur officia, Romanus vult videri. Epistola Cari: [8] *Carus* [9] *Manlius Aurelianus*

1. *Et longè meliorem, si Carinum non.*] Dixisset melius, feliciorem. *Casaub.*

2. *Cari patria sic ambiguè à plerisque proditur, &c.*] Omittit auctor super Cari patria sententiam plerisque veterum probatam: Narbone enim genitum scribunt & Sextus Aurelius Victor Schotti, & ille alter vulgaris: hoc voluit & Zonaras cùm scripsit ex antiquioribus Græcis: Καῖρος τὸ γένος Γαλάτης ἦν. id est Gallus. *Idem.*

Cari patria sic ambigue à quibusdam proditur.] Inter varias auctorum de patria Cari opiniones, hæc etiam quorumdam fuit, Narbone eum in Gallia natum asserentium. sed vir summus, Josephus Scaliger falli eos auctores opinatus est, qui Carum Narbonensem è Gallia fuisse dixerunt, cum Narbonensis ex Illyrico fuerit. Narbonam enim nobilem in Illyrico coloniam à Plinio & Ptolemæo memorati. *Salmas.*

3. *Ut præsumptè veritatem dicere nequeam.*] Pal. *præsumpta gravitate dicere nequeam.* fortè, *præsumptâ gravitate dicere nequeam.* Grut.

4. *Præsumptè veritatem dicere.*] Præcisè, & ἀφυεστέρως, vel παιθότως, & cum certitudine. sed censeo alterutram vocem delendam, aut *veritatem*, aut *vera*. Casaub.

5. *Fabius Cerilianus.*] Palat. *Favius Cerylianus.* forsan *Cirylianus.* Grut.

6. *Sed avo juri Aquileiensis civitatis insertum.*] Fortean scripserat, *ab avo.* Casaub.

7. *Quam proconsul ad legatum scripsit.*] Vetus liber, *quam proconsule ad legatum suum scripsit.* Idem.

8. *Carus Manlius Aurelianus, &c.*] Emendandum censeo ac scribendum: *M. Aurelius Carus*, sic enim veteres nummi. *Idem.*

Carus Manlius Aurelianus.] Omnino scribendum: *Marcus Aurelius Carus.* Salmas.

9. *Manlius Aurelianus proconsul.*] Editi amplius, *Carus Manlius.* sed ea vox non comparet in regio aut Palatin. nisi à manu secundariâ, & postponitur. habet præterea idem Pal. *Manlius Valerius proconsule.* si nummos sequitur, refingendum, *Marcus Aurelius Carus.* Grut.

1. *Si*

mus proconsul Ciliciæ, Junio legato suo. Majores nostri Romani illi principes in legatis creandis hac usi sunt consuetudine, ut morum suorum specimen per eos ostenderent quibus Rempubl. delegabant. Ego verò, [1] *si ita non esset, aliter non fecissem:* [2] *feci aliter, si te juvante non fallar. Fac igitur ut majoribus nostris,* [3] *id est Romanis, non discrepemus viris.* [4] Vides quòd tota epistola majores suos Romanos vult intelligi. Indicat & oratio 5
ejus ad senatum data istam generis prærogativam. Nam quum primùm imperator esset creatus, sic ad senatorium ordinem [5] scripsit inter cætera. *Gaudendum est itaque P. C. quòd unus ex vestro ordine, vestri etiam generis imperator est factus.* [6] *Quare admitemini ne meliores peregrini quàm vestri esse videantur.* Hoc quoque loco satis clarum est illum voluisse intelligi se esse Romanum, id est Roma oriundum. Hic igitur per civiles & militares gradus, ut tituli statuarum ejus indicant, præfectus prætorii à Probo factus [7] tantum sibi apud milites amoris locavit, ut interfecto Probo tanto principe, solus dignissimus videretur imperio. Non me 6
præterit suspicatos esse plerosque, [8] & eos in fastos retulisse, Cari factione interemptum Probum: sed neque meritum Probi erga Carum, neque Cari mores id credi patiuntur: simul quia Probi mortem & acerrimè & constantissimè vindicavit. Quid autem de eo Probus senserit,

1. *Si ita non esset, &c.*] Id est, etiam si traditum è majoribus nostris hunc morem non accepissem. *Casaub.*

2. *Feci aliter, si te juvante non fallar.*] Scribendum, *non feci aliter.* Idem.

Feci aliter, te juvante non fallar.] Ita & Pal. ego non intelligo has argutias. *Grut.*

3. *Id est Romanis.*] Videri possunt inserta hæc à Vopisco inter describendum. *Casaub.*

4. *Vides quod tota epistola.*] Editio princeps: *vides tota epistola majores suos Romanos velle intelligi.* Salmas.

5. *Scripsit inter cætera.*] Præstat antiquorum interpunctio: *sic ad senatorium ordinem scripsit.* Casaub.

6. *Quare admitemini ne meliores peregrini quàm.*] Scribe, *admitemur:* peregrini imperatores boni non pauci: imprimis Alexander Severus, princeps bonitate nemini secundus. *Idem.*

Quare admitemur.] Sic rectè scripti, pessimè editi, *admitemini.* erat enim in manu Cari, non Senatorum. *Grut.*

7. *Tantum sibi apud milites amoris locavit.*] Id est collocavit, velut depositum aliquod. χάριν κατέθετο ἑαυτῷ. benefactis aliquem sibi conciliare. *Casaubonus.*

8. *Et eos in Fastos retulisse, Cari factione interemptum Probum.*] Fastos impropriè appellat Annales, vel Historias. *Idem.*

rit, indicant literæ de ejus honoribus ad senatum datæ. *Probus Augustus amantissimo senatui suo salutem dicit.* Inter cætera: *Felix esset nostra Resp. si qualis Carus est, aut plerique vestrûm, plures haberem in actibus collocatos. Quare equestrem statuam viro morum veterum (*[1] *si vobis placet) decernendam censeo: addito eo,* [2] *ut publico sumptu, vel eidem exædificetur domus, marmoribus à me delatis. Decet enim nos talis integritatem*
7 *remunerari viri.* & reliqua. Ac ne minima quæque connectam, & ea quæ apud alios potuerunt inveniri, ubi primùm accepit imperium, [3] consensu omnium militum bellum Persicum quod Probus parabat, aggressus est, [4] liberis Cæsaribus nuncupatis: & ita quidem ut Carinum ad Gallias tuendas cum viris lectissimis destinaret: secum verò Numerianum adolescentem, cùm lectissimum, tum etiam disertissimum, duceret. Et dicitur quidem sæpe dixisse se miserum quòd Carinum ad Gallias principem mitteret, neque illa ætas esset Numeriani ut illi Gallicanum, quòd maximè constantem principem quærit, crederetur imperium. Sed hæc aliâs. [5] Nam extant jam literæ Cari, quibus apud præfectum suum de Carini moribus queritur, ut appareat verum esse quod Onesimus dicit, habuisse in animo Carum ut Carino Cæsareum abrogaret imperium. Sed hæc (ut diximus) aliâs in vita Carini dicenda

1. *Si vobis placet.*] *Si vobis placeat.* Salmas.

2. *Ut publico sumptu vel eidem exædificetur domus.*] Dele vò *vel.* Erat honoris genus apud Romanos cùm de publico domus alicui exstruebatur, ut olim Claudio adhuc privato. Sueton. *Casaub.*

Ut publico sumptu vel eidem exædificetur domus.] Palat. planè retinet illud *vel.* quod videtur alioquin superfluum, aut mutandum in aliud quid. *Grut.*

3. *Consensu omnium militum.*] Palat. *concessu.* Idem.

4. *Liberis Cæsaribus nuncupatis.*] Vel ut scripserunt alii, in participatum imperii vocatis. Zonaras, τὸν υἱὸν αὐτοῦ Κάρινον τῷ Νουμεριανῷ ἐπιγράψαι βασιλικῷ ὀνόματι. Leg. Codicis, IMPPP. CARVS, CARINVS, & NVMERIANVS AAA. Solent verò inter Cæsares & Augustos parum accuratè distinguere. Notat diserte in Carinò Vopiscus ea lege fuisse ejus imperium Cæsarianum, ut omnia faceret quæ Augusti faciunt. *Casaub.*

Liberis Cæsaribus nuncupatis.] Hinc *Cæsares nobilissimi* vocantur in veteri saxo. M. AVRELIO. CARINO. NOBILISS. CAESARI. M. AVRELIO. NVMERIANO. NOBILISS. CAESARI. in vetusto tamen Cari nummo etiam Augusti appellantur. *Salmas.*

5. *Nam extant jam literæ Cari, &c.*] Scrib. *etiam literæ.* Casaub.

1. Nunc

cenda sunt. [1] Nunc ad ordinem revertamur. [2] Ingenti 8 apparatu, & totis viribus Probi profligato magna ex parte bello Sarmatico quod gerebat, contra Persas profectus, nullo sibi occurrente, Mesopotamiam Carus cepit, & Ctesiphontem usque pervenit. Occupatisque Persis domestica seditione, [3] imperatoris Persici nomen meruit. [4] Verùm quum avidus gloriæ, præfecto suo maximè jurgante, qui & ipsius & filii ejus quærebat exitium, cupiens imperare, longiùs progressus esset, ut alii dicunt morbo; ut plures, fulmine interemptus est. Negari non potest eo tempore quo periit tantum fuisse subitò tonitruum, ut multi terrore ipso exanimati esse dicantur. Quum igitur ægrotaret atque in tentorio jaceret, ingenti exorta tempestate, immani coruscatione, immaniori, ut diximus, tonitru, exanimatus est. [5] Junius Calphurnius qui ad memoriam dictabat, talem ad præfectum urbis super morte Cari

1. *Nunc ad ordinem revertamur.*] Pal. *revertemur.* Grut.

2. *Ingenti apparatu & totis viribus Probi prof.*] Adjectum hoc ad Probi honorem, quem unicè miratus est auctor. *Casaub.*

3. *Imperatoris Persici nomen meruit.*] Extat veteris nummi inscriptio hæc: DIVO CARO PARTHICO. id est Persico. *Idem.*

4. *Verùm cùm avidus gloriæ, &c.*] Vide Aurelium Victorem. *Idem.*

5. *Junius Calphurnius, qui ad memoriam dictabat, &c.*] Græcis dictus ἀνταγραφεὺς τῆς μνήμης. ejus enim erant partes curare, ut quæ quotidie accidebant, quorum memoriam conservare principis intererat, in commentarios referrentur: cui ministerio ipse ingenium potius quàm manum ministrabat. ἀντιγραφεῖα vero Græci dixerunt, quod vicem principis cui erat à memoria ipse scriberet aut dictaret. *Idem.*

Julius Calphurnius qui ad memoriam dictabat.] *Ad memoriam dictare* sic dicebatur, qui memoriæ dictator erat, quemadmodum & *procurare ad alimenta*, qui alimentorum erat procurator: ita & parere atque obsecundare ad memoriam dicebantur, quos etiam vulgo obsecundatores memoriæ vocabant. Ergò *dictator memoriæ* is erat plane quem Græci dixerunt ἀνταγραφεῖα τῆς μνήμης. sic & *dictator epistolarum*, ὁ ἀνταγραφεὺς τῶν ἐπιστολῶν. & ita de ceteris. quattuor enim erant ἀνταγραφεῖς, sive dictatores: primus libellorum; secundus memoriæ: tertius epistolarum: quartus dispositionum. & totidem scrinia. magister scriniorum omnia Principis scrinia curabat, & sub se habebat omnes antigrapheos, qui numero quattuor erant, quot & scrinia. antigraphei igitur non erant magistri scriniorum, sed proximi. proximus dicebatur in unoquoque scrinio, qui primus erat, & in capite constitutus. ut proximus ab epistolis, proximus ad memoriam. atque idem omnino proximus qui & ἀνταγραφεύς. & unusquisque proximus, illius decuriæ cui præerat, magister etiam dicebatur. *Salmas.*

Junius Calphurnius.] Pal. *Julius.* Grut.

Cari epistolam [1] dedit inter cætera: *Quum* (inquit) *Carus princeps noster verè carus ægrotaret, tanti turbinis subitò* [2] *exorta tempestas est, ut caligarent omnia, neque alter alterum nosceret: coruscationum deinde ac tonitruum in modum fulgurum igniti sideris continuata vibratio, omnibus nobis veritatis scientiam sustulit. Subitò enim conclamatum est imperatorem mortuum,* [3] *& post illud præcipuè tonitruum quod cuncta terruerat. His accessit quòd cubicularii dolentes principis mortem, incenderunt tentorium. Unde fama emersit fulmine interemptum eum quem,* 9 *quantum scire possumus, ægritudine constat absumptum.* [4] Hanc ego epistolam idcirco indidi quòd plerique dicunt [5] vim fati quondam esse ut Rom. princeps Ctesiphontem transire non posset: ideoque Carum fulmine absumptum quòd eos fines transgredi cuperet qui fataliter constituti sunt. Sed sibi habeat artes suas timiditas calcanda virtutibus. [6] Licet planè ac licebit per sacratissimum Cæsarem Maximianum Persas vincere, atque ultra eos progredi: [7] & futurum reor, si à nostris non deseratur promissus numinum favor. Bonum principem Carum fuisse, cùm multa indicant, tum illud etiam quòd statim adeptus imperium, Sarmatas adeò morte Probi feroces, ut invasuros se non solùm Illyricum, sed Thracias quoque Italiamque minarentur; [1] ita

1. *Dedit inter cætera.*] *Epistolam dedit. inter cætera.* Casaub.

2. *Exorta subito tempestas est ut caligarent omnia.*] Non putem *caligare* positum à Vopisco pro obtenebrare, & offuscare. Sequitur in eadem editione: *Neque alter alterum nosceret permittet vis.* omnino scribendum: *Neque alteri alterum nosceret permitteretur.* Salmas.

3. *Et post illud præcipue tonitruum.*] Hic *tonitrus*, hoc *tonitru*, & hoc *tonitruum* dicebant. & nihil mutandum. *Idem.*

4. *Hanc ego epistolam idcirco indidi, quòd plerique dicunt, &c.*] Vide Aurelium Victorem de ea re: Et constat Romanos ultra Ctesiphontem & Tigrim provincias habuisse Transtigritanas, quas à Galerio partas, restituit Persis Jovianus. *Casaub.*

5. *Vim fati quondam esse.*] Legendum: *vim fati quandam esse.* Salmas.

6. *Licet planè ac licebit per sacratissimum principem.*] Hæc eo tempore scribebat Vopiscus, quo Maximianus contra Persas & Narsæum Armeniæ regem, bellum in Oriente gerebat. Vide Aurelium Victorem. *Casaub.*

7. *Et futurum reor, si à nostris non deseratur, &c.*] Galerium auctor innuit, qui ex invidia, ut creditum est, Maximianum impediit, ne finem bello Persico quem sperabat, imponeret. constituerat enim non priùs ab armis recedere quàm Persidem vel Armeniam in provinciæ formam redegisset. *Idem.*

1. *Ita*

[1]ita inter bella patiendo contudit, ut pauciſſimis diebus Pannonias ſecuritate donaverit, occiſis Sarmatarum ſedecim millibus, captis diverſi ſexus viginti millibus. Hæc de Caro ſatis eſſe credo. Veniamus ad Numerianum, [2] cujus & vicinior patri, & admirabilior per ſocerum ſuum facta videtur hiſtoria. Et quanvis Carinus major ætate fuerit, prior etiam Cæſar ſit nuncupatus, tamen neceſſe eſt ut priùs de Numeriano loquamur, qui patris ſequutus eſt mortem: poſt de Carino, quem vir Reip. neceſſarius, Auguſtus Diocletianus, habitis conflictibus interemit.

1. *Ita inter bella patiendo contudit.*] Significat victos Sarmatas à Caro patientia & ſtratagematis potiùs quàm ferro. *Idem.*

Ita inter bella patiendo contudit.] Pal. *patiendi.* Grut.

2. *Cujus & vicinior patri.*] Pal. *hujus & junctior patri.* Idem.

[1]FLAVII VOPISCI SYRACUSII

NUMERIANUS.

NUMERIANUS Cari filius, moratus egregiè & verè dignus imperio, eloquentia etiam præpollens, [2] adeò ut publicè declamaverit, feranturque illius ſcripta nobilia, [3] declamationi tamen quàm Tulliano accommodatiora ſtylo. Verſu autem talis fuiſſe prædicatur ut omnes poëtas ſui temporis vicerit. Nam & cum Olympio Nemeſiano contendit, [4] qui [5] ἀλιεύτικα, κυνηγέτικα, & ναυτικὰ

1. FLAVII VOPISCI SYRACVSII NVMERIANVS.] Tria verba prima delenda, ultimo ſolùm relicto. *Caſaub.*

2. *Adeò ut publicè declamaverit, &c.*] Et quidem in tenerrima ætate, adhuc pænè puer. Aurelio Victori Numerianus dicitur, *adoleſcens bonus facundusque.* Fuiſſe tamen & Carinum iis artibus in adoleſcentia prima educatum teſtantur verba ſcriptoris incerti apud Suidam: quibus dicitur cædis nonnullorum à Carino occiſorum, hanc cauſſam extitiſſe, quòd ſibi adoleſcentulo declamanti non faviſſent pro ſua voluntate. *Idem.*

3. *Declamationi tamen quam Tulliano accommodatiora ſtilo.*] Vet. editio: *declamationum tamen magis quam Tulliano accommodatiora ſtilo.* ita veteres loquebantur. *magè majores nugæ,* apud Plautum. *Salm.*

4. *Qui Ἀλιεύτικα, Κυνηγέτικα & Ναυτικά ſcripſit.*] Latinè hi indices ſcribuntur in veteribus non Græcè. pro Ναυτικά aliquando ſuſpicabar ſcribendum Ἐξούτικα. *Caſaub.*

5. Ἀλιεύτικα, κυνηγέτικα, *& ναυτικὰ ſcripſit.*] Pal. vocem mediam Græcis tantum litteris expreſſit, alias duas Latinis. *Grut.*

& *vaulxel* scripsit : [1] quique omnibus coloniis illustratus emicuit, & [2] Aurelium Apollinarem jamborum scriptorem, qui patris ejus gesta in literas retulit, iisdem quæ recitaverat editis [3] veluti radio solis obtexit. Hujus oratio fertur ad senatum missa tantum habuisse eloquentiæ, ut illi statua non quasi Cæsari, sed quasi rhetori decerneretur ponenda in bibliotheca Ulpia, cui subscriptum est, NUMERIANO CÆSARI ORATORI TEMPORI-
12 BUS SUIS POTENTISSIMO. Hic patri comes fuit bello Persico : quo mortuo [4] quum nimio fletu oculos dolere cœpisset, quòd illud ægritudinis genus nimia utpote familiarissima, confectus angustia incurrisset : & dum [5] lectica portaretur, factione Arrii Apri soceri sui, qui invadere conabatur imperium, occisus est. Sed quum per plurimos dies de imperatoris salute quæreretur à milite, [6] concionareturque Aper, idcirco illum videri non posse quòd oculos invalidos à vento ac sole subtraheret, [7] fœtore tamen cadaveris res esset prodita, omnes invaserunt Aprum, cujus factio non latere potuit, eumque ante signa & principia protraxere. Tunc habita est ingens concio,
13 factum etiam tribunal. Et quum quæreretur quis vindex Numeriani justissimus fieret, quis daretur Reip. bonus princeps, DIOCLETIANUM omnes divino consensu, cui

1. *Quique omnibus coloniis.*] Scribe *coronis*. Casaub.

2. *Aurelium Apollinarem amborum scriptorem.*] Scribe *jamborum*. Idem.

3. *Veluti radio Solis obtexit.*] Atqui Solis radiis res non obteguntur : sed illustrantur. verùm eò respicit, quòd lumen Solis minora lumina, ut lucernæ, obscurat extinguitque : quod Græci dicunt *κατασβεννύναι*. Idem.

4. *Cùm nimio fletu oculos dolere cœpisset, quod illud ægritudinis genus, &c.*] Valde divertit ab hac lectione Palatinus, in quo : *Cùm oculos dolere cœpisset, quod illud ægritudinis genus nimia utpute confecto familiarissimus, ac lectica portatur, factione Apri soceri, &c.* sic Palatinus ; at à manu recenti adscriptum *vigilia* circa vocem *confecto*. quàm si admittimus, omnia bellè se habebunt, dummodò referibamus, *Cùm oculos dolere cœpisset, quod illi ægritudinis genus, utpote confecto vigiliâ, familiarissimum fuit, ac lectica portaretur, factione &c.* Grut.

5. *Lectica portaretur.*] Lectica operta. *Salmas.*

6. *Concionaretuque Aper.*] Legerim *cautionaretuque Aper*, aut sanè *caussaretuque Aper*. Grut.

7. *Fœtore tamen cadaveris res esset prodita.*] Joannes Antiochenus : *Ἐπεὶ οὖν ὁ δυσωδίας ἐπήλυθεν*. *Salmas.*

1. *Dome-*

cui multa jam signa facta dicebantur imperii, Augustum appellaverunt, [1] domesticos tunc regentem, virum insignem, callidum, amantem Reip. amantem suorum, & ad omnia quæ tempus quæsierat, paratum: [2] consilii semper alti, nonnunquam tamen effrontis, sed prudentis, nimia pervicacia motus inquieti pectoris comprimentis. Hic quum tribunal conscendisset, atque Augustus esset appellatus, & quæreretur quemadmodum Numerianus esset occisus, educto gladio Aprum præfectum prætorii ostentans percussit, addens verbis suis, *Hic est autor necis Numeriani.* Sic Aper seipsum fœdavit, & deformibus consiliis agens dignum moribus suis exitum dedit. Avus meus retulit se interfuisse concioni quum Diocletiani manu esset Aper occisus: percussisse autem dicebat Diocletianum, & dixisse, *Gloriare Aper, Æneæ magni dextra cadis.* [3] Quid ego miror de homine militari, quamvis sciam plurimos plus quàm militares vel Græcè vel Latinè, vel comicorum usurpare dicta vel talium poëtarum? Ipsi denique comici plerunque sic milites inducunt, ut eos faciant vetera dicta usurpare. Nam &, [4] *Lepus tute es, & pulpamentum quæris*, Livii Andronici dictum est: multaque alia quæ Plautus Cæciliusque posuerunt. [5] Curiosum non puto, neque satis vul- 14

gare,

1. *Domesticos tunc regentem.*] Ita Victor: alii comitem domesticorum vocant, cujus muneris sæpe Marcellinus meminit. *Casaub.*

2. *Consilii semper alti, nonnunquam tamen effrontis sed prudentis.*] Quid appellat *consilium effrons*? Latinis frons pudoris & modestiæ sedes. & *frons tenera* sive *imbecillis* apud optimos scriptores, de homine verecundo dicitur, & eo qui alium offendere quoquo modo non sustineat. igitur *consilium effrons* est audax, immodestum & ejus qui omnes præ se despiciat. & verè quidem hoc Vopiscus de Diocletiano: cujus arrogantiam summam in summis virtutibus omnes historici loquuntur. Vide & Aurelium Victorem. *Idem.*

Consilii semper alti, nonnunquam tamen effrontis.] Fortasse legendum: *nunquam tamen effrontis sed pudentis.* nam pudens opponitur effronti. *effrons* qui sine fronte est, quem & *infrontem* quidam dixere. unde *infrontate* apud Fulgentium pro impudenter. *Salmas.*

3. *Quid ego miror de.*] Scribe, *quod ego miror de.* Casaub.

Quid ego miror de homine militari.] Scribe: *id ego miror de homine militari.* vel, *quod ego miror*, cum Casaubono. *Salmas.*

4. *Lepus tute es & pulpamentum quæris.*] Accepit & Terentius à Græcis: Δασύπους κρεῶν ἐπιθυμεῖς. *Casaub.*

5. *Curiosum non puto, neque satis vulgare, &c.*] Ego lego, *Curiosum puto ne-*

gare, fabellam de Diocletiano Augusto ponere [1]hoc convenientem loco, quæ illi data est ad omen imperii. Avus meus mihi retulit ab ipso Diocletiano compertum. Quum (inquit) Diocletianus [2]apud Tungros in Gallia quadam in caupona moraretur, in minoribus adhuc locis militans, [3]& cum Druide quadam muliere [4]rationem convictus sui quotidiani faceret, at illa diceret, *Diocletiane, nimium avarus, nimium parcus es:* joco non seriò Diocletianus respondisse fertur, [5]*Tunc ero largus quum imperator fuero.* Post quod verbum Druias dixisse fertur, *Diocletiane, jocari noli: nam imperator eris quum Aprum occideris.* Semper exinde Diocletianus in animo habuit imperii cupiditatem, idque Maximiano conscio atque avo meo, [6]cujus hoc dictum à Druide ipse retulerat. Denique ut erat altus, risit & tacuit. [7]Apros tamen in venationibus, ubi fuit facultas, manu sua semper occidit. Denique quum Aurelianus imperium accepisset, quum Probus, quum Tacitus, quum ipse Carus, Diocletianus dixit, *Ego semper apros occido, sed alter semper utitur pulpamento.* Jam illud notum est, atque vulgatum, quòd quum occidisset Aprum præfectum prætorii, dixisse fertur, *Tandem Aprum fatalem occidi.* Ipsum Diocletianum idem avus meus dixisse dicebat, nullam aliam fuisse sibi causam occidendi manu sua Aprum, nisi ut impleret Druidis dictum, & suum firmaret imperium. Non enim tam crudelem se innotescere cuperet, primis maxi-

que satis vulgare, &c. nam Vopisco semper, ut in superioribus monebamus, *curiosus*, est ὁ πολυμαθείας ἐφιέμενος: & *curiositas*, aviditas aliquid noscendi quod non sit vulgare. quare *curiosum puto*, interpretari debes hoc loco, δεινὸν καὶ πολυμαθείαν ζητοῦντα. *Idem.*

1. *Hoc convenientem loco.*] *Huic.* Idem. *Hoc convenientem loco.*] Sic & Pal. pro *huic.* Grut.

2. *Apud Tungros in Gallia.*] Belgica, ubi Germania inferior. nam Tungri, populus Germanicus. *Casaub.*

3. *Et cum Druide.*] *Cum Dryade.* & ita semper scriptum in Palatino. *Salm.*

4. *Rationem convictus sui quotidiani.*] Pal. *curationem conv.* Grut.

5. *Tunc ero largus cùm imperator fuero.*] Similem fabellam narrat Spartianus in Severo. *Casaub.*

6. *Cujus hoc dictum à Druide ipse retulerat.*] Scrib. *cui sibi hoc dictum à Druide ipse retulerat.* Idem.

7. *Apros tamen in venationibus.*] Pal. *venatibus.* nihilo pejus, quàm vulgg. *Grut.*

maximè diebus imperii, nisi illum necessitas ad hanc atrocitatem occisionis attraheret. Dictum est de Caro, dictum etiam de Numeriano, superest nobis Carinus.

[1]FLAVII VOPISCI SYRACUSII

CARINUS.

[2]CARINUS homo omnium contaminatissimus, adulter, frequens corruptor juventutis (pudet dicere quod in literas Onesimus retulit) [3]ipse quoque malè usus genio sexus sui. Hic quum Cæsar decretis sibi Galliis atque Italia, Illyrico, Hispaniis ac Britanniis & Africa, relictus à patre Cæsarianum teneret imperium, sed ea lege ut omnia faceret quæ Augusti faciunt, enormibus se vitiis & ingenti fœditate maculavit. [4]Amicos optimos quosque relegavit: pessimum quenque elegit aut tenuit: [5]præfectum urbi unum ex cancellariis suis 16

1. FLAVII VOPISCI SYRACUSII.] Tollenda hæc isto loco, ut antè monuimus. *Casaub.*

2. CARINUS *homo omnium contaminatissimus, adulter, &c.*] Idem est judicium de Carini moribus apud omnes historicos: fuisse omni genere luxus perditum, crudelem etiam, & superbum. *Idem.*

3. *Ipse quoque malè usus genio sexus sui.*] Id est sexu suo. *Idem.*

Ipse quoque male usus genio sexus sui.] Græci ὑφαυ πωλεῖν dicunt, qui genio sexus sui male utuntur. *genius*, est ἡ ὑφος. unde *geniatus*, ὑφαῶν. *Salmas.*

4. *Amicos optimos quosque relegavit.*] Omisit Vopiscus, quod alii non tacuerunt, insigne crudelis animi, & vindictæ cupidi signum in Carino, quod eos qui ipsum olim pueri puerum in scholis lusissent, ac derisissent, non dimiserit inultos. *Idem.*

5. *Præfectum Urbi unum ex cancellariis suis.*] Scribendum, *quo fœdius nil nec cogitari.* deest enim aliquid implendæ sententiæ. possis etiam scribere, *quo fœdius nec cogitari potuit aliquid aliquando, nec dici.* omissiones hoc genus frequentissimæ sunt. Duplex autem ex his verbis fœditas intelligenda: in persona; quia non dubium est spurcissimis moribus fuisse hunc Carini cancellarium, quem tantopere ipse amaret. altera fœditas in re ipsa & conditione personæ. nam præfectura Urbis dignitas fuit summa. Et constat præfecturæ prætorianæ potestatem regiæ proximam fuisse: atqui præfectus Urbi in nonnullis etiam supra præfectum ipsum prætorii fuit. princeps enim quodammodo senatus erat, sedebatque in curia ante patricios, consules, consulares, præfectum prætorii, magistros militum & cæteros illustres, ut est in Novella LXII. At cancellariorum ea ætate non dicam mediocris, sed omnino nulla erat dignitas. neque enim publici muneris adhuc id fuit nomen, verùm ministerii

suis fecit: quo fœdius nec cogitari potuit aliquando, nec dici.

in aulis principum & aliorum procerum. Erat moris ut principum & magistratuum secreta, (ita vocarunt loca ubi de negotiis pro ratione muneris quisque sui tractaturi conveniebant) in aditu primo vela, & deinde cancellos haberent: Græci hos vocant, κιγκλίδας, θυφάκτας, ut & Cassiodorus, *fenestratas januas*. qui vela servabant, *velarii* dicti: qui cancellos, *cancellarii*. Simillimum munus hodie in Curia eorum qui *huissiers*, sive ostiarii dicuntur. quare etiam ut re, sic & nomine conveniunt, quod acceperunt hi ab ostio, illi à cancellis, quæ pro ostio erant. Accessit postea aliquid dignitatis huic generi hominum, sed multò post Carini & Vopisci tempora. *Casaub.*

Præfectum urbi unum ex cancellariis suis fecit.] *Cancellarii* dicti, qui à cancellis erant, ut *velarii* qui à velis magnatum ac principum ædibus, quæ cancellos, & vela foribus obtenta habebant; cancellariorum velariorumque ministerium notum & usitatum fuisse oportet. cancellos autem in veterum ædibus, fores fuisse cancellatas, & translucidas ex lignis reticulatim compositis textas, nemo paulo humanior ignorat. διχτυωτὰς θύρας Græci dicunt, hoc est *reticulatas fores*. κιγκλίδας una voce ejusmodi fores iidem Græci sed veteres appellant. igitur qui ad hujusmodi cancellos stabant ostiarii, cancellarii dicebantur, ut velarii qui ad vela, quibus fores obtendebantur. horum munus, & ministerium fuit, principem adire volentes admittere, aut repellere. ex his domus suæ cancellariis, unum Catinus urbi præfectum fecit. quod valde pudendum visum tunc fuisse scribit Vopiscus, ut homo infimi loci, vilisque in aula ministerii servus repente & uno saltu ad summam dignitatem eveheretur. Sed præter hos sui etiam fuere judicibus cancellarii. nam in tribunalibus sepia quibus arcebantur turbæ, *cancellos* dicebant: Græci θυφάκτα, & τειλωτὰ quoque vocant, hoc est, tabulata & sepia. in templis cancelli etiam facti ad prohibendas turbas. intra quos cancellos solis licebat clericis stare. *cancellum* etiam numero singulari dicebant recentiores Latini. in summis Galliæ Tribunalibus hujusmodi cancellum, vulgo *barrellum* vocitamus. nam *barræ* in idiomate nostro sunt repagula. ab his cancellis, quibus judicum secreta muniebantur, & claudebantur, cancellos etiam dixerunt regionum limites, & terminos agrorum. & apud Hyginum *regio cancellata* pro limitata. *cancellare* proprie est delineare, & lineas transversim & in obliquum ducere. at *cancellare* apud Jurisconsultos aliud est. cancellatum enim instrumentum, vel testamentum vocant, quod inductum est, & multis decussatim tractis lineis conscribillatum. *cancellare* idem quod inducere. significat etiam concerpere, & concidere instrumentum, scissuris in decussem scalpello factis. sed ad nostros cancellos cancellariosque judicum redeamus. hi nomen habuerunt à cancellis, id est foribus secretarii judicialis, quæ cancellatæ erant, & in modum retis factæ. cancellarii igitur qui ab his cancellis denominabantur, admissiones & ingressus ad judicem ut sine confusione, & tumultu fierent, curabant, judici præsentandos admittebant, responsa judicum exequutioni mandabant, & idem plane officium sustinebant, quod hodie solent in curiis regiis qui *ostiarii* dicuntur. colligendum ex Cassiodoro manifestum esse ejus ætate cancellarios, non meros fuisse ostiarios, sed ex parte muneris idem administrasse, quod hodie solent qui à secretis nominantur, & supplicum libellorum magistri. qui præter officium admissionis quod ipsorum curæ incumbebat, totius secreti judicialis curam gerebant. nam & expediendis judicum jussis, edictis & epistolis dictandis signandisque, relationibus formandis

dici. Præfectum prætorii quem habebat, occidit: [1] in ejus locum Matronianum, [2] veterem conciliatorem fecit. [3] Unum ex his notarium quem stuprorum & libidinum conscium semper atque adjutorem habuerat, invito patre consulem fecit. Superbas ad senatum literas dedit. [4] Vulgo urbis Romæ quasi populo Rom. bona senatus promisit. Uxores ducendo ac rejiciendo novem duxit, [5] pulsis plerisque prægnantibus. Mimis, meretricibus, pantomimis, cantoribus atque lenonibus, Palatium implevit. Fastidium subscribendi tantum habuit ut impurum quendam cum quo semper meridie jocabatur, ad subscribendum poneret, [6] quem objurgabat plerunque quòd bene suam imitaretur manum. [7] Habuit gemmas in calceis: [8] nisi gemmata fibula usus non est. Balteum etiam sæpe gemmatum. 17

mandis operam dabant, & responsis portandis, & sic iidem plane cum secretariis erant. hi & referendarii aliquando dicti sunt. atque inter hos principis secretarios & referendarios qui principem locum obtinebat, primum & summum regni cancellarium majores nostri appellarunt, & etiam nunc appellamus. hic sub se omnes secretarios vel notarios secretorum habebat. *Salmas.*

1. *In ejus locum Matronianum veterem conciliatorem fecit.*] Lenonem & productorem. notum enim obscena verba esse *conciliare* & *conciliatura*. sic *conciliatrix*, pro lena. *Casaub.*

2. *Veterem conciliatorem.*] Id est veterem lenonem. *Conciliator*, leno. & *conciliatrix*, lena. *conciliare* quoque absolute usurpavit Claudianus pro lenocinari, & lenonem agere. honestæ voces olim *conciliare*, & *conciliator* ad hoc turpe ministerium postea sunt traductæ. contra, lenones, flagitii propudiique ministros, ad rem honestam Trogus usurpavit pro fecialibus & legatis. *Salmas.*

3. *Unum ex his notarium*, &c.] Pal. isthæc accommodare videtur Matroniano. habet enim; *unum ex his notariis quem stupr. & lib. consc. semper atque adj. habuerat. Invito patre Consul processit.* quam scripturam excutient otiosiores. *Grut.*

4. *Vulgo urbis Romæ*, &c.] Id est plebi infimæ, & pessimis, quibusque. *Casaub.*

5. *Pulsis plerisque prægnantibus.*] Pal. *prægnatibus.* Grut.

6. *Quem objurgabat plerunque quòd bene suam imitaretur manum.*] Suprema vitiositatis linea est, cùm neque probamus quod rectum est, neque vitium dissimulamus, sed eo gloriamur: quod notat hic Vopiscus in Carino. solent principes qui subscribendi fastidium habent, aliquem ad subscribendum ponere, qui manum ipsorum probè imiteturi. ita dissimulatur utcumque principis incuria. iste subscriptori suo irascebatur quòd bene suam imitaretur manum. gaudebat nempe infamia, & bonæ menti in totum renuntiaverat. *Casaub.*

7. *Habuit gemmas in calceis.*] Non igitur primus Diocletianus, ut scribit Aurelius Victor. *Idem.*

8. *Nisi gemmata fibula usus non est.*] Optimus Palat. *nisi gemma fibula usus non est.* quod probo. nam gemma plerumque unica fibulæ vicem præstabat. *Salmas.*

1. *Præ-*

matum. Regem denique illum Illyrici plerique vocitarunt. [1] Præfectus nunquam coss. obviam processit. Hominibus improbis plurimum detulit, eosque ad convivium semper vocavit. Centum libras avium, centum piscium, mille diversæ carnis in convivio suo frequenter exhibuit. Vini plurimum effudit. Inter poma & melones natavit. Rosis Mediolanensibus & triclinia & cubicula stravit. [2] Balneis ita frigidis usus est, ut solent esse cellæ suppositoriæ, [3] frigidariis semper nivalibus. Quum hyemis tempore ad quendam locum veniisset [4] in quo fons erat aqua pertepida, ut solet per hyemem naturaliter, eaque in piscina usus esset, dixisse balneatoribus fertur, *Aquam mihi mulie-*

1. *Præfectus nunquam Coss. obviam processit.*] Lego, *Præfectis aut consulibus.* Non leve hoc genus honoris habitum, excipi ab occurrente principe: proximus huic honoris gradus erat, si stans exciperet, non sedens. *Casaubonus.*

Præfectis nunquam Consulibus obviam processit.] Proposui lectionem codicis Pal. ejecto vulgato, *Præfectus nunquam Coss. obviam*, quod propius accederet ad veritatem. nimirum excidit vox *nunquam*; rescribendumque, meo judicio; *Præfectis nunquam, nunquam Consulibus obviam processit.* Grut.

2. *Balneis ita frigidis usus est, ut solent esse cellæ suppositoriæ.*] Cellæ suppositoriæ medii temperamenti erant inter vulgares balneas & frigidaria, sive cellas frigidarias. *Casaub.*

Balneis ita frigidis usus est, ut solent esse cellæ suppositoriæ.] Cellarum suppositoriarum nemo est auctor præter hunc qui meminerit. tres erant apud veteres balneorum cellæ: frigidaria, tepidaria, & caldaria. οἶκος, & οἰκήματα Græci vocant. cellæ itaque tepidariæ junctæ semper erant, & suppositæ cellis frigidariis. *suppositorias* igitur *cellas* minime dubium est à Vopisco dici tepidarias, quod frigidariis connexæ & suppositæ essent, utpote quæ exeuntem è frigidaria aquam exciperent. nam de piscina quam Græci ἀξαμάριον dicunt, aqua per frigidariam cellam primum, deinde per tepidariam, influebat in caldariam. dicit Vopiscus Carinum balneis, hoc est caldariis usum esse, non plus calidis, quam solebant esse tepidariæ cellæ. tepidariis igitur ita frigidis utebatur, ut vulgi esse consueverant frigidariæ cellæ: at frigidariis semper nivalibus. sic cum omnes vulgo in balneis caldarias, tepidarias & frigidarias cellas usurparent, Carinus tepidarias, frigidarias, & nivales solebat usurpare. præter has tres balneorum cellas, etiam *assa cella* ex veteribus nota est, quam & *sudatorium* dicebant. *assum*, & sudatorium idem, ut *assa cella*, & *sudatoria cella* eadem. *assa* autem *cella* vocabatur, quod in ea per *assum*, id est siccum vaporem sudor eliceretur. sic *parietes de assis lapidibus* id est siccis apud Servium. ita & *assæ sudationes* Cornelio Celso pro siccis sudationibus. ξηρὸς ἱδρὼς Græci vocant. *Salmas.*

3. *Frigidariis semper nivalib. &c.*] Pal. *frigidalnis.* Grut.

4. *In quo fons erat aquâ pertepidâ, ut solet, &c.*] Pal. *in quo fontana esse per tedia ut adsolet:* ut videatur legendum, *in quo fontana esset pertepida, ut adsolet.* Idem.

1. *Atque*

muliebrem præparatis: [1] atque hoc ejus clarissimum dictum effertur. Audiebat pater ejus quæ ille faceret, & clamabat, *Non est meus.* Statuerat denique Constantium (qui postea Cæsar est factus, tunc autem præsidatum Dalmatiæ administrabat) in locum ejus subrogare, [2] quòd nemo tunc vir melior videbatur: illum verò (ut Onesimus dicit) occidere. Longum est si de ejus luxuria plura velim dicere. [3] Quicunque ostiatim cupit noscere, legat etiam Fulvium Asprianum usque ad tædium gestorum ejus universa dicentem. Hic ubi patrem fulmine absumptum, 18
fratrem à socero interemptum, Diocletianum Augustum appellatum comperit, majora vitia & scelera edidit, [4] quasi jam liber à frenis domesticæ pietatis [5] suorum moribus absolutus. Nec ei tamen defuit ad vindicandum sibimet imperium vigor mentis. Nam contra Diocletianum multis præliis conflixit. [6] Sed ultima pugna apud Margum commissa, victus occubuit. Hic trium principum finis fuit, Cari, Numeriani, & Carini: post quos Diocletianum & Maximianum principes dii dederunt, jungentes talibus viris Galerium atque Constantium: [7] quorum alter

1. *Atque hoc ejus clarissimum dictum effertur.*] Id est, laudatur ab omnibus: vel lege, *fertur.* Caussa autem cur hoc Carini dictum laudaretur, id fuit, quod ut sæpe dictum est, excaldationes pro magno luxuriæ argumento habuerunt. *Casaub.*

2. *Quòd nemo tunc vir melior videbatur.*] Scribas meliùs, *quo nemo.* Idem.

3. *Quicunque ostiatim cupit noscere.*] Scrib. *Quæ quis.* vox Marci Tullii elegans, *ostiatim* pro singillatim. *Idem.*

4. *Quasi jam liber à frenis domesticæ pietatis, suorum moribus.*] Scribendum, *suorum moribus.* Idem.

Quasi jam libera frænis domesticæ pietatis suorum moribus absolutus.] Assentior doctissimo Casaubono legenti: *suorum mortibus absolutus.* Salmas.

5. *Suorum moribus absolutus.*] Sic & Pal. sed melius Casaubonus, *mortibus. Grut.*

6. *Sed ultima pugna apud Martium commissa, victus occubuit.*] Scimus legi variè loci hujus nomen: sed verum est Margus. quod servant Eutropius cum Paanio, declarat propiùs loci situm Eutropius, narrans prælium habitum ad Margum, cùm esset desertus à suis inter Viminatium atque Aureum montem. Margum & Viminatium duo Mœsiæ oppida vicina erant. *Casaub.*

Sed ultima pugna ad Martium commissa.] Palat. habet, *ad Marcum.* scribe, *ad Margum. Margus* oppidum Mœsiæ. forte & urbs & flumen ibidem ejusdem nominis. sed nihil illa *horrea Margi* mihi videntur habere commune cum hac urbe Margo. longius enim dissita sunt, & horrea Marci potius dicenda judico, ut horrea à Marco imperatore in illis locis condita accipiamus. *Salm.*

7. *Quorum alter natus est, &c.*] Constan-

ter natus est, qui acceptam ignominiam Valeriani captivitate deleret: alter qui Gallias Romanis legibus redderet. Quatuor sanè principes mundi, fortes, sapientes, benigni, & admodum liberales, [1] unum in Republica sentientes: [2] præterea senatus Rom. moderati, populo amici, potestate graves, religiosi, & quales principes semper oravimus: quorum vitam singulis libris Claudius Eusthenius, qui Diocletiano ab epistolis fuit, scripsit: quod idcirco dixi, [3] ne quis à me tantam rem quæreret, [4] maximè [5] quum vel vivorum principum vita non sine reprehen-
19 sione dicatur. [6] Memorabile maximè & Carini & Numeriani hoc habuit imperium, quòd ludos Romanos novis ornatos spectaculis dederunt, [7] quos in Palatio [*] circa porticum

stantius qui bello Persas vicit suprà. *Casaubonus.*

1. *Unum in rep. sentientes: præterea Senatus Rom. moderati, populo amici, potestate graves.*] Lege: *Unum in rep. sentientes, reverentes Romani senatus, moderati, populi amici, sancti, graves, religiosi.* Salmas.

Unum in Republica sitientes: præterea Senatus Rom. moderati.] Pal. *Remp. sitientes spe reverent Romani Senatus, moderati populi, amici pessime*, vel etiam *pessime*, scripturâ veteri Saxonicâ. ut forte fuerit, *sentientes, semper reverentes Romani Senatus, moderati populo, amicis persanctis.* Grut.

2. *Præterea senatus Rom. moderati, &c.*] Videtur scribendum *senatui.* de imperatoribus enim loquitur. *moderati senatui* novè dictum pro moderati erga senatum. *Casaub.*

3. *Ne quis à me tantam rem requireret.*] Scribe: *ne quis à me rem tantam requirat.* Salmas.

4. *Maximè cum vel vivorum.*] *Vel* positum pro *&*. Idem.

5. *Cùm vel vivorum principum vita non sine reprehensione dicatur.*] Tò *vel* nisi vacat & subditivum est, defectus est certum argumentum. *Casaub.*

6. *Memorabile maximè & Carini & Numeriani hoc habuit imperium quod ludos Romanos novis ornatos spectaculis dederunt.*] Scribendum ex Palatino codice: *Memorabile maxime Cari, & Carini & Numeriani hoc habuit imperium, quod ludos Romanos novis ornatos spectaculis dederunt.* Vopiscum ita scripsisse, testis dabitur ipse Vopiscus, qui paulo infra ludorum illorum editionem Caro tribuit his verbis: *Diocletiani denique dictum fertur, quum ei quidam largitionalis suus editionem Cari laudaret, &c.* Carum hic solum nominat, & tamen principes illos multum placuisse dicit ob illorum ludorum editionem. per *principes* minime dubium quin intelligat Carum cum filiis suis, Carino & Numeriano. Carus ergo, priusquam in Orientem ad bellum Persicum proficisceretur, memorabiles illos edidit ludos, cum Carino & Numeriano filiis, qui Cæsarianum imperium tenebant, cum Augusto patre. Calpurnius ultima Ecloga, quæ hos mirabiles ludos describit, ab uno tantum principe editos fuisse scribit, hoc est ab Augusto Caro. solus enim ille tunc Augustus, nam filii ejus Cæsares tantum erant. *Salmas.*

7. *Quos in Palatio circa porticum suos ludi pictos videmus.*] De more pingendi ludos ad tradendam posteris magnifici appa-

ticum ſtabuli pictos vidimus. [1] Nam & [2] neurobaten, qui velut in ventis cothurnatus ferretur, exhibuit: [3] & tichobaten, qui per parietem urſo eluſo cucurrit: & urſos mimum agentes: & item [4] centum ſalpiſtas uno crepitu concinentes, & [5] centum camptaulas, [*] choraulas centum, etiam

apparatus memoriam, ad vitam Peſcennii dictum eſt. *porticus ſtabuli* retinent veteres: nec putem alienum à verisimilitudine, quia horum ludorum pars magna ſpectaculum Circenſe fuerat: propterea in ea potiſſimùm porticu ludos fuiſſe depictos, quæ propter vicinitatem porticus ſtabuli dicebatur. quanquam vox *ſtabulum* varie à Latinis accipitur. *Caſaub.*

Quos in palatio circa porticum ſtabuli pictos vidimus.] Ut magnificos & mirificos iſtos quos edidit, ludos Romanos, Carus ad eorum memoriam poſteritati conſervandam, in Palatio circa ſtabuli porticum pingendos curavit. ſic Gordianus olim, memorabilem ſylvam, quam in editione ludorum ſuorum quæſtor exhibuerat, in domo roſtrata Pompeii Magni, ne memoria ſcilicet ejus interciderat, pingi fecerat. *porticum* autem *ſtabuli* hoc loco accipio, porticum ſtabulo Palatino additam, & & ante ipſum ſtabulum ædificatam. ſic templis, & aliis celebrioribus publicis ædificiis porticus addi ſolebant. *Salmaſius.*

[*] *Circa porticum ſtabuli.*] Ita & Pal. *Grut.*

1. *Nam & neurobaten, qui velut in ventis cothurnatus ferretur, exhibuit.*] Neurobatæ etiam apud Firmicum leguntur & in Heſychii Gloſſis. *Caſaub.*

Nam & neurobaten qui velut in ventis cothurnatus ferretur.] Inter veterum ἰσωμεγίστους non ſolum fuere χοινοβάται hoc eſt funambuli, qui & hodie notiſſimi ſunt, ſed etiam νευροβάται, quales nulli fortaſſe nunc viſuntur. χοινοβάται erant, qui ſuper funes craſſiores inambulabant, & ſaltabant: neurobatæ vero longe majorem artem, & audaciam profeſſi, nervis ac fidiculis incedebant ac filis tenuiſſimis, ita ut vix apparentibus præ tenuitate ac ſubtilitate filis ſuper quæ ambulabant, quaſi in ventis ferri viderentur. *Salmaſ.*

2. *Neurobaten.*] Sic quoque eadem membranæ. forſan rectè. Scaligero tamen, Commentariis ad Manilium, videbatur reponendum *anemobaten.* Grut.

3. *Et tichobaten.*] *Tichobates*, pro *trichobates.* eſt enim τριχοβάτης. *Salmaſ.*

4. *Centum Salpiſtas uno crepitu concinentes, & centum camptaulas.*] Palat. habet *capetaulas.* multis locis in illo codice p pro r poſitum obſervavi. ſic in vita Antonini *parum* pro *rarum.* & alibi *petunſus* pro *retunſus.* ita ſcriptum hoc loco *capetaulas* pro *caretaulas.* quod & ipſum tranſpoſitum eſt, pro *ceratulas*, quæ vera eſt hujus loci lectio. *ceratulæ*, ſunt cornicines, & recte heic junguntur cum ſalpiſtis, id eſt cum tubicinibus. Gloſſæ: κερατίνης, *cornicen.* bene ergo junctæ heic *ſalpiſtæ*, & *ceratulæ*, ut tubæ & cornua paſſim apud veteres in bello: κέρατα καὶ σάλπιγγες. σάλπιγξ Græcis proprie quæ Latinis tuba. hæc ex ære recto, ut cornua ex ære flexo, & in ſe recurvo ad ſimilitudinem veri cornus, vel quod olim revera ex cornu bubulo fierent, quæ poſtea ex ære facta ſunt. Ovidius:

Non tuba directi, non aeris cornua flexi.

Idem.

5. *Centum camptaulas.*] Heſychius: κάμπτρα, τὰ ἐν τῇ αὐλῇ καμπτοὺς ποιεῖν. appellant rhetores καμπτὰ in dictionis ornatu flexionem quandam & συστροφὰς circa periodi finem. Tale quid videtur denotare Heſychius in cantu ſervari ſolitum: quod ſi & in tibiarum inflatu locum habuit, non malè καμπτοαύλου tibicinem ejus modulationis artificem appellaveris. ſed non

duplı-

etiam [1]pithaulas centum, [2]pantomimos & gymnicos mille:

displicet eorum sententia, qui à tibiarum figura dictas camptaulas existimant. *Casaub.*

* *Choraulas centum.*] Omnes qui cum choro canerent tibiis, choraulæ dicti. olim quoque in comœdiis quando chorus canebat, choricis tibiis artifex concinebat, atque is choraules dicebatur, postea choraules à comœdia sese segregarunt, & res suas partesque seorsim in scena agere cœperunt, ut & pythaulæ, & pantomimi, qui omnes primis temporibus in comœdia canebant. choraulas & symphoniacos divitum conviviis olim adhiberi solitos tralatitium est. septem igitur symphoniaci chorum constituebant, & qui symphoniæ cantanti concinebat tibiis, *choraules* proprie dicebatur. choraulem tamen etiam appellabant eum qui ad tibias saltabat. *Salmas.*

1. *Pithaulas centum.*] Palatinus liber heic scriptum habet, *pythaulas.* atque ita passim ac semper hoc nomen, ubicumque ejus mentio occurrit in veterum libris, reperitur scriptum. nec enim ἀπὸ τῦ πίθων, sed ἀπὸ τῦ πυθίων dictus est, qui pythia scilicet cantabat, & pythicas tibias inflabat. Sic αὐλοδαύλης ἀπὸ τῦ αὐλοδῦν dictus tibicen, qui inter libationes & sacrificia deorum tibiis canebat. πυθαύλης quoque vocabulum non ἀπὸ τῦ πυθίων factum est, sed ἀπὸ τῦ Πυθῦς, ab urbe Pytho. quod enim in urbe Appollinis Πυθοῖ ejusmodi cantus frequens & celebris esset, quo pæanes in laudem Apollinis ad tibiam cantati solebant: hinc πυθαύλης tibicen dictus, qui pæanes in honorem Apollinis in urbe Pytho tibiis canebat. *Idem.*

2. *Pantomimos.*] Scribit Suetonius apud Diomedem omnia quæ in scena versabantur, in comœdia primis temporibus agi consuevisse. *Nam pantomimus*, inquit, *& pythaules, & choraules in comœdia canebant.* sane qui putant ante Augusti tempora nulla hujusmodi saltationis extitisse vestigia, quæ manibus loquebatur, & gestibus omnia effingebat atque imitabatur, tota re falluntur: quique sibi persuadent Pyladem aut Bathyllum eam sub Augusto saltandi rationem excogitasse & invexisse, quæ antea penitus erat incognita. norum enim usitatumque etiam veteres ac longe Augusti sæculo priores genus illud saltationis habuere, quæ motu corporis & gestu quidvis exprimeret. & sane adeo res vetus fuit hæc *chironomia*, à quo *chironomi* pantomimi sunt appellati, ut tradat Quintilianus lib. 1. cap. 11. eam ab ipsis temporibus heroicis ortam esse, & à summis Græciæ viris, ab ipso etiam Socrate probatam, à Platone quoque in parte civilium positam virtutum, & à Chrysippo in præceptis de liberorum educatione compositis, non omissam. tres fuere antiquissimæ & celeberrimæ scenicæ saltationis species, tragica, comica, & satyrica. nulla non harum manibus & corporis gestibus exprimebat, quidquid in fabula ageretur, sive tragici illud esset argumenti, sive comici, sive satyrici. refert Athenæus lib. 1. Telestem quo saltatore utebatur Æschylus in tragœdiis, adeo bonum ejus rei fuisse artificem, ut cum τὰς ἐπὶ Θήβας desaltaret, omnia quæ illic agebantur, gestibus peregerit, & oculis spectatorum subjecerit: quid plus præstare potuisset Pylades si eam tragœdiam temporibus Augusti saltandam suscepisset? in comœdiis quoque Latinis histriones qui cantica saltabant, ita res quæ in fabulis erant agendæ, gestibus repræsentare consueverant, & oculis subjicere, ut populus facile inde cognoscere posset, quam fabulam acturi essent. sed tempus fuit quum iidem simul canerent saltarentque. postea quia vocem motus corporis ex anhelitu interturbat, & rursum vox multum gestibus incommodabat, melius visum est, ut aliis accinentibus, ipsi tantum saltarent, & taciti gesticulationem peragerent. quid aliud

le: pegma præterea, [1] cujus flammis scena conflagravit, quam Diocletianus postea magnificentiorem reddidit. Mimos præterea undique advocavit. [2] Exhibuit & ludum Sarmaticum quo dulcius nihil est.

aliud tum restat quam ut concludamus non eam primum à Pylade inventam esse, aut invectam? saltatio, qualis Augusti temporibus in scena versabatur, & quæ post illa tempora passim viguit, quæque nihil amplius commune aut conjunctum habebat cum comœdia aut tragœdia, sed seorsim in orchestram veniebat, inventum procul dubio Pyladis fuit & Bathylli. res vero ipsa, & ars illa, saltandique modus, quo omnia quæ dicerentur, manibus expediebantur, quoque ipse etiam Pylades in sua saltatione usus est, longe ante Pyladem nota scenæ, & in usu posita fuere, sed in tragœdia tantum, & comœdia, & satyris locum habebant. nusquam enim sola per se ante id tempus ὄρχησις in orchestra comparuerat. primus Pylades saltationis artem à tragœdia & comœdia separatam, in scenam Latinam introduxit, eamque ex tribus saltationibus compositam, tragica, comica, & satyrica excoluit & expolivit, & Italicam vocavit, quod Romæ primum specimen ejus in Latino theatro ediderit. Pylades in tragœdia, Bathyllus in comœdia excellebat. tantum denique inter saltationem Pyladeam, & Bathylleam distabat, quantum inter tragœdiam & comœdiam. Pyladea saltatio, gravis, seria, fastuosa, supercilliosa, & affectuum plena, & tragica tota. Bathyllea contra, hilaris, jocosa, pedestris, quæque tota in rebus lætis versaretur, per omnia comicæ saltationi affinis. Tum longe plura excogitavit, & de novo adinvenit hic Pylades de quo nunc sermo est, qui temporibus Augusti, hanc saltationem quæ manibus peragebatur, non quidem novam & antea ignotam introduxit, sed multis partibus ampliavit & expolivit. Sed longo ante Pyladem tempore, jam inde ab antiquissimi fabularum auctoris & actoris Livii ætate, pantomimi qui cantica fabularum saltabant, canere ipsi desierant ac desuerant. puero enim præcinente, & accinente tibicine ipsi taciti tantum saltabant. nihilominus tamen verum est Pyladem Cilicem primum fistulas & chorum sibi saltanti ut præcinerent curavisse. nam ante illum sine fistulis, & choro pantomimi saltabant, solo adhibito pueri canentis & tibicinis concentu. saltante igitur pantomimo, alii tibiis canebant, alii vocibus concinebant, alii fistulis sibilabant, alii cymbala concrepabant, alii pede sonabant, atque hi ποδόκτυποι & ποδόψοφοι dicebantur. *Idem.*

1. *Cujus flammis scena conflagravit.*] Palat. & vetus editio, *scæna* heic & alibi semper scribunt. ita scribebant veteres. sed quæsivere ex doctis nonnulli, cur aut unde diphthongus in hac voce, cum Græce sine diphthongo sit σκηνή. Latini igitur, ut in aliis plerisque, & in hoc sequuti sunt Æoles. illi σκαανά dicebant pro σκηνά. & Αἰσχλαπιός pro Ἀσκλαπιός. *Idem.*

2. *Exhibuit & ludum Sarmaticum quo dulcius nihil est.*] Ludus Sarmaticus quis aut qualis fuerit, juxta scio cum illis qui omnino nesciunt, nisi desultorium ludum ita esse dictum mihi quis concedat, à Sarmatis qui optimi ac præstantissimi equorum desultores. Manilius lib. v. eum ludum sic describit:

Nec non alterno desultor sidere dorso
Quadrupedum, & stabiles pariter desigere plantas
Per quos vadit equos: ludet per terga volantum.

Versumnum etiam Latini dixere desultorem, à vertendis, & mutandis, vel alternandis equis. Propertius: (*ejus*
Est etiam auriga specie Versumnus, & Trajicit alterno qui leve pondus equo.

Per *versumnum* simplicem equorum de-

Sarmaticum quo dulcius nihil est. [1] Exhibuit Cyclopem adornatum. & Græcis artificibus & gymnicis & histrionibus & musicis, aurum & argentum, donata & vestis serica. Sed hæc omnia nescio quantum ad populum gratiæ habeant, [2] nullius certè sunt momenti apud principes bonos. Diocletiani denique dictum fertur, quum ei quidam largitionalis suus editionem Cari laudaret, dicens multùm placuisse principes illos causa ludorum theatralium ludorumque circensium, *Ergo (inquit)* [3] *bene risus est imperio suo Carus.* Denique [4] quum omnibus gentibus advocatis Diocletianus daret ludos, [5] parcissimè usus liberalitate, dicens,

sultorem intelligit Propertius. & *aurigam* appellat, equorum desultoriorum agitatorem, hoc est vertumnum. desultorium ergo illum equestrem ludum, Sarmaticum videntur illis temporibus appellasse Romani, quod vulgo tunc Sarmatis in circo uterentur ad equos desultorios agitandos, quia Sarmatæ optimi equorum desultores. idque etiam eo magis mihi verum esse persuadeo, quod Carus qui Sarmaticum hunc ludum exhibuisse dicitur, Sarmatico bello profligato videtur Sarmatas captivos in circum induxisse, & populo spectandos ostendisse, qui ex more & exercitio gentis suæ in equis desultoriis currerent. *Idem.*

1. *Exhibuit Cyclopem adornatum.*] Optimè liber Puteani: *Exhibuit Cyclopem. Donatum est & Græcis artificibus, & gymnicis, & histrionibus, & musicis, aurum & argentum: donata & vestis serica.* Casaub.

Exhibuit Cyclopem adornatum.] Legendum *exhibuit Cyclopea. donatum & Græcis artificibus, & gymnicis & histrionibus, & musicis aurum & argentum: donata & vestis serica.* de Cyclopeis diximus in vita Gallienorum ad illum locum: *Inferunt Cyclopea omnes apinarii.* Salmas.

Exhibuit Cyclopem. Donatum est & Græcis, &c.] Abduxit me auctoritas librorum ab optimo Puteano excussorum, ut recesserim à lectione vulgatâ, præsertim cùm & ab eâ aliquantum etiam abiret Pal. nam pro eo quod ii habeant: *Exhibuit Cyclopem adornatum. & Græcis, &c.* idem servabat, *Cyclopem adornatum est Græcis, &c.* Grut.

2. *Nullius certè sunt momenti apud principes bonos.*] Imò verò optimus quisque princeps corollaria scenica & histrionicas donationes coërcuit. *Casaubonus.*

3. *Bene risus est imperio suo Carus.*] Scribe ex veteri editione: *bene risus est in imperio suo Carus.* Salmas.

4. *Cùm omnibus gentibus advocatis Diocletianus daret ludos, &c.*] An *omnibus generibus?* nempe histrionum, & τῶν Διονύσου τεχνιτῶν, quorum plerosque modo enumeravit. *Casaub.*

5. *Parcissimè usus liberalitate, dicens castiores.*] In libris legunt: *parcissimè usus libertate.* comparat enim editionem ludorum Cari & Diocletiani. illa Cari editio multum libera & jocosa, & in illis ludis multa populo ridendi præbita materia. hinc Diocletianus dicebat bene risum esse in imperio suo propter illos ludos Carum. ludi verò quos edidit Diocletianus, non ita liberi & lascivi, sed longe castiores & severiores. & tales debere esse dicebat ipse, quos censor spectaret. *libertatem* tunc vocabant, ridendi jocandique ac lasciviendi, & quodcumque animo volupe

dicens, *castiores esse oportere ludos spectante censore.* [1] Legat hunc locum Junius Messala, quem ego liberè culpare audeo. Ille enim patrimonium suum scenicis dedit, heredibus abnegavit: matris tunicam dedit mimæ, lacernam patris mimo: [2] & rectè si aviæ pallio aurato atque purpurato, pro syrmate tragœdus uteretur. [3] Inscriptum est adhuc in choraulæ pallio tyrianthino, quo ille velut spolio nobilitatis exultat, [4] Messalæ nomen & uxoris. [5] Jam quid lineas petitas Ægypto loquar? quid Tyro & Sidone tenuitate perlucidas, micantes purpura, [6] plumandi difficultate perquar?] De his ad Aurelianum. *Casaubonus.*

Iupe esset, faciendi dicendive licentiam. hinc *libertas vitæ* in Faustina reprehensa. *Salmas.*

1. *Legat hunc locum Junius Messala, quem ego liberè culpare audeo.*] Similis reprehensio Furii Placidi in vita Aureliani. *Casaub.*

2. *Et rectè si aviæ pallio aurato atque purpurato.*] Nec hæc non capio, ut concepta sunt. nec cohæret oratio. syrmata & pallia tragœdorum aurata & purpurata fuisse quis nescit, aut quis negat? quænam illa Flavia? materne an uxor Messalæ? disquirant hæc alii. sine ope melioris exemplaris hunc locum emendari posse despero. *Salmas.*

3. *Inscriptum est adhuc in choraulæ pallio Tyrianthino, &c.*] Scribe, *choraulæ.* hic choraules histrio acceperat à Messala tricliniare pallium Tyrianthinum pictum, cui nomen ipsum Messalæ & uxoris literis aureis erat intextum. pallium & virilis & muliebris vestis est, & præterea usus multiplicis, ut & Ulpianus adnotat. *Casaub.*

4. *Messalæ nomen & uxoris.*] Pal. & vet. editio: *Messalæ nomen uxoris.* distinguendum: *inscriptum est adhuc in choraulæ pallio Tyrianthino, quo ille velut spolio nobilitatis exultat Messalæ, nomen uxoris.* exultabat choraula velut spolio nobilitatis Messalæ, quod pallium gestaret sibi à Messala donatum, in quo nomen uxoris ejus erat inscriptum. hæc distinctio vera est, & lectio. *Salmas.*

5. *Jam quid lineas petitas Ægypto loquar?*] De his ad Aurelianum. *Casaubonus.*

6. *Plumandi difficultate pernobiles.*] Refero ad paragaudias tunicas plumariorum arte pictas. *Idem.*

Plumandi difficultate pernobiles.] Plumandi ars, sive plumaria, ἡ ποικιλικὴ τέχνη. *plumare*, ποικίλλειν. *pluma*, ποικίλμα. inde & *plumarii*, qui plumas in vestibus faciunt, & plumis eas variant, & acu pingunt. *plumas* autem vocarunt veteres, notas ex auro vel purpura rotundas, & in modum plumarum factas, quibus vestes intertexebantur ac variabantur. sic laminas rotundas, vel circulos ferreos è quibus loricæ succudebantur, *plumas* etiam dixerunt, quod plumarum similitudinem referrent, & *squamas*, quod squamarum. unde *plumata lorica* ex laminis ferreis in modum plumæ factis consertæ. Virgilius:

——— *quem pellis ahenis*
In plumam squamis auro conserta tegebat.

sic & *plumatæ vestes*, & *plumatiles*, & *plumata Babylonica*, quæ pluribus ejusmodi notis & auro purpurave, acu intextis, sparsa erant & variata. σημεῖα Græcis, Latinis notæ, & signa, hæc vestium ποικίλματα. unde χρυσιόπλουτος vestis, & πορφυρόπλουτος, aureis purpureisque notis insignita. ut contra ἄσημος, quæ nihil auri aut purpuræ intextum haberet. variis enim

pernobiles? [1] Donati sunt ab Atrebaticis birri petiti, [2] donati birri Canusini, Africanæ opes in scena non priùs
21 visæ. Et hæc quidem idcirco ego in literas retuli, quò futuros editores pudor tangeret, ne patrimonia sua, proscri-

figuris, qua rotundis, qua quadratis veterum luxuria lusit in vestibus auro purpurave illudendis. quæ rotundæ erant, & in circulum flexæ, *plumas*, ut dixi, vocitarunt Latini, & fortasse etiam *claves*. clavorum enim capita rotunda. unde κεντρόνους Græci vocant. dixerunt & *oculos*. hinc *vestes purpura oculare* apud Tertullianum. à plumis igitur illis, hoc est clavis, quibus vestes intertexebantur, *plumarii* textores dicti, non solum qui clavos vestibus insuerent & intexerent, sed & qui quocumque genere picturæ, quibuscumque coloribus & figuris variatas vestes, acu pingerent. proprie igitur loquendo multum distat apud Latinos *picta* vestis à *clavata*. picta vestis semper alicujus rei figuram acu factam, atque aureis, aut variis filis intextam & expressam exhibebat, ut florem, stellam, hominem, & similia. clavi vero tam aurei quam purpurei, particulæ erant ex auro vel purpura, nunc rotundæ, nunc quadratæ, quæ tanquam emblemata quædam vestibus inserebantur, atque insuebantur, quæ etiam à veste poterant separari, & inde eximi, ut in aliam vestem transferrentur, & de novo consuerentur. quod in pictis vestibus non licebat. *plumarii* porro etiam vocati qui Babylonica peristromata variis coloribus intextis pingebant, quod Babylonem maxime celebravisse refert Plinius, & nomen imposuisse. *Salmas.*

1. *Donati sunt vel Atrebaticis birri.*] Meliùs, *ab Atrebatis birri*. vel *Atrebatici birri*. Atrebaticarum vestium etiam antè habita mentio. Canusinæ lanæ & vestes ex antiquis Plinio, Martiali, aliis notæ sunt. *Africanas opes* intelligit tunicas ex Africa petitas, vel propter materiam, vel propter artem, vel denique ob colorem in pretio & fama. *Casaub.*

Donati sunt ab Atrebaticis viri petiti.] Ex Pal. legendum: *donati sunt ab Atrebatis birri petiti. Atrebatica* autem in libris frequenter, pro *Atrebatæ*. *Atrebatici birri*, heic dicuntur. *Atrebatica saga birrum*, lacernam esse, & chlamydem, aut etiam sagum vel pænulam, omnes noverunt. Sed sciendum, in re vestium sollemne esse Græcis Latinisque, ut sæpe sola adjectiva sine substantivis usurpentur. sic Græci, παρθενῶν, ἰοδόκῳ, κρήνην sæpe dicunt, & subintelligunt ἱερεῖα. hoc Latinis quoque familiare est loquendi genus, & adjectiva vestium pro ipsis substantivis ponunt. sic *albam* dicebant, pro alba tunica. *byrrus* Latinis idem quod rufus vel russus ex Græco πυῤῥός. πυῤῥός, *byrrus*. *Byrrus* igitur proprie dicebatur, lacerna byrra, πυῤῥὸς φαινόλης cum *byrrus* autem diceretur, subintelligebatur, aut *sagus*, aut *mantus*, aut *cucullus*, aut *habitus*, aut aliquid tale. Tres heic enumerantur à Vopisco byrrorum species, ex diversis locis venientium, quos & olim in fama fuisse, & byrro colore constat tinctos. Birti Atrabatici, ejusdem ferme coloris, cum Canusinis; hoc est byrrei. sed falluntur, quod Atrabaticas lacernas ab atro colore dictas dicunt, cum certum sit, ab Atrebatis populis Galliæ appellatas. *Salmasius.*

Donati sunt ab Atrebaticis birri petiti.] Palatinus non agnoscit voculam *ab*, habetque *Atrabaticis birri petiti*. Videsis & ad hunc locum Jacobi Nicolai Epiphyllides libro sexto, capite quinto. *Gruterus.*

2. *Donati birri Canusini, Africanæ opes in scena non prius visæ.*] Legendum: *donati byrri Canusini, Africani, opes in scena non prius visæ*. vel, *res in scena non prius visæ*. Salmas.

1. *Mimis*

scriptis legitimis heredibus, [1] mimis & balatronibus deputarent. Habe, mi amice, meum munus, quod ego (ut sæpe dixi) [2] non eloquentiæ causa, sed curiositatis, in lumen edidi: id præcipuè agens ut si quis eloquens vellet facta principum referare, materiam non requireret, habiturus meos libellos ministros eloquii. [3] Te quæso sis contentus, [4] nosque sic voluisse scribere meliùs quàm potuisse, contendas.

1. *Mimis & balatronibus deputarent.*] Egnatius legit, *balliombus*. veteres libri, *histrionibus*. Casaub.

Mimis & balathronibus deputarent.] Egnatius legebat *ballionibus*, βαλλιωνες Græce dicebantur vel lenones ipsi, vel in domo lenonia meretricularum ministri. sic enim appellabant eos, qui meretricibus ad lavandum aquam aggererent, vel eas lavantes aqua perfunderent, ut mediastini solebant in balneis, quos Græci ἀβαχύτας aut ἀβαχύτας vocant. Qui tale ministerium apud Latinos sustinebant, aquarii vel aquarioli vocitabantur. Ceterum hoc loco *balliombus* scribi pro *balathronibus*, non probem, nisi id fiat ex auctoritate veteris alicujus exemplaris. vetus & princeps editio habet scriptum: *& latronibus*. sed *balathronibus* retinendum. sic enim *mimos & balatrones* junxit, ut Horatius mimas & balatrones: *Mendici, mimæ, balatrones, hoc genus omne.* Qua de voce nos plura in nostro Etymologico. *Salmas.*

2. *Non eloquentiæ causa, sed curiositatis.*] Πολυμαθείας & eruditionis, ut non semel expositum. *Casaub.*

3. *Te quæso sis contentus: nosque sic voluisse scribere: meliusque potuisse contendas.*] Nos quoque, Lector candide, te quæsumus, quicquid hoc est operæ, quod ad istorum auctorum lucem contulimus, æquus ac φιλόφρων ἡμῶν accipias. *Idem.*

4. *Nosque voluisse scribere melius quam potuisse contendas.*] Sic edi curavimus, cum omnes retro editiones, *nosque sic voluisse scribere, meliusque potuisse contendas.* Quæ verba sic concepta contrariam Vopisci menti sententiam aperte continebant. *Salmasius.*

FINIS.

INDEX
RERUM AC VERBORUM
MAXIME MEMORABILIUM.

Numerus Paginam, litera a, *&* b, *Columnas designant.*

A.

A *In* i, *mutant Latini.* 18.b
Ab epistolis, *pro Magister epistolarum.* 542.a
Abgarus, *familiare nomen Regulis Osrhoenis.* 139.b
Abiti *allocutio sponsalis.* 727.b
Abeculi, qui. 275.b
Ab omnibus, *pro, ab omni parte.* 882.b
pro omnia. ibid
Absentivus, *pro, absens.* 522.a
Absentum, ἄψινθον, & absentatum vinum. 485.a. 486.a. 659.a
Acapna ligna, *quæ.* 821.b
Accipi bene aut male. 824.a. *convivio.* ibid.
Acclamandi mos in veteri Ecclesia usurpatus. 258.b
Acclamationes, earumque formulæ. 258. a,b. 259.a
Acclinus, *pro acclinis.* 955.b
Accubationes, *pro accubitis.* 118.a. 548.a
Accubitalia quid. 820.b
Accubita, quid. 481.b. *veteribus triclinia dicta.* 483.a. *ut & Sigmata, & unde.* 494.a
Accurare, *de barba proprium verbum.* 501.b
Acetum, vini loco veteribus habitum. 380.b
Ἀχαλινεῖν, quid. 822.a
Ἀχάλινοι & ἀχάλινοι, qui. 822.a
Ἀχάρις & ἄχαρις, impudens. 374.a
Aclydes, quid. 819.b
Acrolitha statuæ lapideæ. 795.b
Acroma, pro *acroama.* 547.a
Actiones & interdicta, ordinarii Juris apud Romanos remedia. 368.a
Actus Cypria, unde dicta. 818.b. 819.a
Adarare, ἀπαρχεύεσθαι. 822.a
Adaratio, quid. 822.a
Adclamare, pro *declamare.* 332.b
Ad diem, cottidie. 428.b
Ad diem, *pro* in die. 955.a
A. D. pridie, *pro*, ante diem pridie. 513.a,b
Ad eum, *pro*, ad se. 98.b
Adfines, qui dicti. 436.b
Adjectiva vestium, pro *vestibus ipsis usurpata, & genere masculino enuntiata.* 820.a. 826.a. 996.b
Ad incitas, *vel* ad incita redigere. 967.b
Ad Mauros, à Mauris, & præfectus Maurorum, idem. 667.b
Ad memoriam dictare quid. 979.a
Administrationes. *pro, administratoribus.* 376.a
Adnomen pro *agnomen.* 224.b. 232.b
Adnoscere, pro *agnoscere.* 224.b
Adonia sacra. 467.a,b
Adplicare osculis, *est osculari.* 280.b
Ad, *pro* in. 4.b, 5.a
Adpunctari. 41.b
Adriani Imperatoris origo. 1.2.a,b. ejus *pater.* 3.a. *mater.* ibid.b
Ἀδραμυς, vel Ἀδραμυτὸς, nomen, unde deductum? 2.a
Adscriptitii milites, qui. 522.a. 775.a
Advivere, *pro vivere.* 131.b
Ἀεθλὸν vectigal. 377.b
Ægyptii calices vitrei. 825.b
Ægyptii seditiosi. 959.a. *eorum mores.* ibid. *levitas.* 960.a
Ægyptii Sinyphiones & Linyphiones. 961.a
Æmilianus, vigesimus primus, ex triginta tyrannis. 778
Ærarium sacrum, ejusque præfecti officium. 450.b
Ærarium Reip. arca publica. 853.b
Ærei, æri sestertii, æri denarii, & folles, *de eodem pecuniæ genere.* 973. a,b
Æthiops occurrens, malum omen. 363.a

Ævum,

Ævum, *pro ætate.* 150.a
A fabis abstine, *Prov.* 281.b
Affectare. 840.b
Affectio, pro *Affectatio.* 119.a. 231.b
Affectus, *caritates.* 251.b
Affectus esse alicui. 840.b
Afficere panes & vinum, *quid.* 830.b
Afficere rem alicui, *quid.* 840.b
Afficere tyrannidem, *pro affectare.* 19.a
Africana opes, *tunicæ ex Africa petitæ.* 996.a
Agi lividine. 12.b. *vitio.* ibid.
Agitare, pro *vexare.* 75.b
Ago Capitolinus triplex. 694.a
Agrippa & Agrippinus nomina Romana. 234.b
Agros & annonam alicui facere. 937.b
Ἀγωνικὸς πίναξ 9.a
Ἀιδήμων, & ἀιδήμονες, *Græcis quid.* 179.a
a in i mutant Latini. 81.b
ἃ Ἀΐξ τῷ μαχαίρᾳ, *Prov.* 60.a
Ἀκόλουθος σπουδάζειν, *quid.* 230.b
Ἀκρώρειον, *quid.* 384.b
Alagabali luxus in balneis & conviviis. 487.b
Alagabalus Deus Emissenorum. 860.b
πολυώνυμος. ibid.
Alamanni à Germanis diversi. 418.b. 419.a
Alamanni, & Alamannia. 968.a,b
Ἀλάσσων calix. 963.a,b
Alatus, *pro* à latere. 235.b
Alba subsérica, *tunica.* 820.a
Albæ, *pro gemmis albis.* 486.a,b
Albani populi. 94.a
Albis, fluvius. 937.a
Albium pro *alveum.* 945.a
Alexandria & Alexandra idem. 212. a,b. 253.b
Alexander Magnus ut Deus apud Græcos veneratus. 770.a
Alexander Severus staturæ militaris fuit, & robur illi inerat militis. 512.a
Alexandrina merces. 885.a
Ἀληθινὰ quæ dicta. 825.b
Ἀληθινὸν χρῶμα. 825.b
Alia, *pro altera.* 145.b
Ἀλιεύς, *piscator.* 825.a
Aliptæ in arte gymnastica. 960.a
Aliptes, medicus. 960.b
Aliquantis, *pro aliquot.* 35.a
Allectationes sponsales quæ. 727.b
Alpes, montes. 624.a,b
Alvei in balneis. 392.b. *pueriles.* ibid.
Ἀμαλλόγων, *garrulus.* 723.a
Amblare, pro *ambulare.* 73.b
Amburbiales hostiæ. 852.a
Amburbium, & *ambarvalia.* 852.a
Ἄμμη. 821.b
Ἄμμη πυρὸς. 821.b
Amici amicos videre, *ut dicantur.* 619.a
Amici Principis, qui. 767.b
Amicus charus, *pro*, *valde amico*, cher amy. 460.b
Ammonia uva, alba & nigra. 917.b
Ἀμίνιον οἶνος. 917.b
Ἀναβαλλειν. 885.b
Ἀναβολὴ & Ἐμβολή. 885.a
Ἀναβολεῖς, *stratores.* 885.b
Ἀναβολικὴ, *stratura.* 885.b
Ἀναφορεῖς, *uxoria.* 824.a
Anaglyphata, pro anaglyphis. 819.a
Ἀναιτίως, *quis.* 42.b
Ἀναλύειν τῷ δαπάνῃ, *quid.* 40.a
Ἀνάλωμα pecunia. 35.b
Ἀναρχία Roma. 899.b. 900.a
Anchiale vastare, pro *Anchialum.* 815.a
Ancilla Latinis quis dicatur. 805.a. *honorum.* ibid.
Ancillor, κολακεύω. 805.a
Animadversus, pro *animadversione.* 534.a
Animalia in circo cur exhibita. 642.a
Animans, pro *homine.* 378.a
Animosus homo μεγαλόψυχος, 191.a
Annona, stipendium, & salarium ejusdem sæpe significationis. 397.b. 398. a,b
Annona & annona ut differant. 563. a,b
Annonari, ab annona. 673.a,b
Annona populo divisa, & per quos. 781.b. 817.a
Annonariæ regiones in Italia. 781.b. 782.a. *ut differant ab urbicariis.* 782. a,b
Annuli traditione hæredem designabant veteres. 14.b
Annuli aurei jus. 433.a
Annuli virorum etiam fuere. 769

Annuli sigillaricii cura cui olim potissimum commissa. 897.b
Annulus bigimmis *dicitur, non* bigemmeus. 819.a
Annus legitimus petendæ Quæsturæ quis? 11.a,b
Annuum ac legitimum tribunorum stipendium. 926.a,b. 927.a
Ἀντερμῆς, *quid, & unde dictum.* 745.b
Ἀντέρτης, *quis, & unde dictus.* 745.b
Antiambulones, qui. 821.a
Antecena vel antecenia, quid. 485.a
Antefronte, *pro, antefrontem.* 235.b
Antepedes. 821.a
Antese, *pro ante.* 739.b
Anticipare, pro, *accipere.* 137.b
Ἀντιγαμφώς *quatuor.* 979.b
Ἀντιγαμφὼς & μανὴμης, *& ejus partes.* 979.a. Τὸ ἐπιγαλῶν. ibid. b.
Antinous inter minorum gentium Deos. 65.b. *inter cælestes imagines collocatus.* ibid. & 66.a. *urbs ejus nomine Antinopolis appellata.* 66.a.88.b
Ἀντιψυχοι *dicti, qui animam pro anima redderent.* 65.a
Antiochia, urbs Mesopotamiæ. 747.b
Ἀντίπυργος. 892.b
Antiquare, quid. 813.b
Antiquitatis exemplum dicitur homo morum antiquorum. 706.a
Antoninus, Caracallæ *nomen unde additum.* 416.b
Anubis simulachrum portatum. 278.a
Anubin portandi ritus. 417.b
Ἀξεμίτης, *urbs.* 868.b
Apamena nux, hodie Damascena. 486.a
Apenarii pro *Apinarii.* 723.a
Apertum habere, *pro aperire.* 156.a
Apes inter fera animalia censentur. 496.b
Apiastrum Gr. μελισσόφυλλον. 485.b
Apina ἀμαλλοχία. 723.a. ἀφάτνη, vel ἀφάτνιον. ibid.
Apinarii, qui. 723.a
Apistra, pro *apiastra.* 485.a
Apium, Νέμεσον ἄνθος. 21.a
Ἀπλοΐς χλαῖνα. 827.a
Ἀποχαλκίζειν. 822.a
Ἀποχαυνωθῆναι ὑπὸ ὕπνου, *quid.* 970.a
Ἀπολαυστικὴ *vita qualis.* 235.a
Apollo χαρεπός. 233.a
Apollonius Syrus Platonicus. 10.b
Apollonius Thyaneus. 540.a
Ἀποπληξία. 184.b. 185.a
Aqua frigidi & calidi aëris. 886.a
Aquarii vel Aquarioli, qui dicti. 997.a
Aquila infantis pileum tollit. 452.a,b
Aquilæ olim una in legione. 866.b
Arca & Arcarii, de fisco dictum. 567.b
Ἄρκη, *sive* Ἄρκη, *urbs Phœnicæ.* 507.a,b
Arcas, pro *Arcadia.* 773.a
Ἄρκη & Ἄρκυς, *idem.* 29.a
Archon apud Athenienses. 59.a,b,60.a
Ἄρχων, *præses.* 59.b
Argentarii, qui. 533.a,b
Argenti libras convivio inferre quos olim concessum. 546.b
Argentum computans, *pro computato.* 112.b
Argentum in opere, *pro, argentum operatum.* 817.b
Ἀργάδαι, *qui.* 678.a
Ἀργάλιον, *Leo album.* 678.a
Ἄργης est λευκὸς. 678.a
Argunt Rex Scytharum. 675.a
Ἄρμα. 930.b
Arma, τὰ ἀμυντήρια, *arma defensiva.* 838.a
Armatura, & armaturæ exercitium. 604.b
Armerium, pro *armarium.* 906.a
Armilausa, vestis genus. 820.a
Armorum exercitium ab exercitio sagittarum diversum. 105.a,b
Aromatica donatio. 84.b
Arra regiæ. 631.b
Arræ sponsalitiæ. 631.b
Artabasis, Armenorum regis, ad Saporem epistola. 704.a
Ἀρτάβασις, Ἀρτικόσιος. 924.b
Artaxata & is, *urbs.* 669.a
Arta & laxa ratio quid Latinis. 552.a
Ἄρτοι πυλαῖοι, & πυλίται. 871.b. *annona civica Latinis.* 872.a
Ἀρτοπωλεῖν & βυκκίζειν, *pro jentare.* 147.a
Aruspices & Mathematici responsa sua dictabant. 660.a,b
A secretis. 874.b
Ἀσηκρῆτις. 874.a

Ἀσηρίτης, & ἀσηρίτα. 874.a
Asino humiliores olim vecti. 463.a
Ἀσκλαπιὸς pro Ἀσκληπιός. 993.b
Aspernabilis, *id est contemptor.* 686.b
Assacilla. 988.b
Assator. 897.b
Assatura. 897.a,b
Assertio vel vindicia, παραπισία. 173.a
Asia. 557.a
Assum, & *sudatorium idem.* 988.b
Astacus, *urbs Bithyniæ.* 717.a. *Nicomedia postea dicta.* ibid.
Astacus urbs Acarnaniæ. 717.a
Astraba, *quid.* 412.b
Astrologi, *Mathematici*, *genus hominum quale?* 6.a
Athenica, *quid*, & *unde dicta.* 758.b
Athenio, *dux servorum fugitivorum in Sicilia.* 610.a
Atrabatici birri. 996.b
Atramentum veterum. 906.b
Atrebatica vestes. 996.a,b
Atterere, *quid.* 77.a,b
Atthis pro *Attica.* 773.a
Attegiæ, & *attegiæ.* 14.a
Attritio, *quid.* 481.b
Auctiores opes, *pro ampliores & majores.* 739.b
Aversus, pro *aversio.* 534.a
Au & o *passim confunduntur.* 806.b
Αὐγυστεῖον, vel γυστεῖον, *forum Constantinopolitanum.* 871.b
Augustus primus publicum & vehicularium cursum instituit. 30.b. *cur.* 31.b
Augusti inter & Cæsaris appellationem nihil medium. 356.b
Avi *qui dicantur.* 815.b.
in Aula, pro, *in ella.* 425.a
Aulici ministri, *fumorum venditores.* 133.b. 143.a
Aura popularis. 895.b
Aurarii. 895.b
Auratæ statuæ. 796.a
Aurea, pro *globulis aureis.* 486.a
Aurei & aureoli homines qui. 805.a
Aureliani mater sacerdos in templo Solis. 878.a
Aurelii victores multi fuere. 432.b
Aureolus, *decimus*, *ex triginta tyrannis.* 760.a
Aureorum argenteorumque nummorum sparsiones olim fieri solitæ. 737.b
Aurichalcum, χαλκὸς. 535.a
Auriga. 994.a
Aurio, pro *haurio.* 399.a
Auro cludere, & *auro includere.* 825.a,b
in Auro & *sub auro*, pro *auratis.* 796.a
Auro ferruminare. 825.b
Auro vincire, & *auro ligare.* 825.b
Auro vinctum, *deauratum.* 465.b
Aurum & argentum, pro, *aureis & argenteis nummis.* 545.a,b
Aurum flavum dicitur. 744.a,b
Aurum negotiatorium, *quid.* 544.a
Autepsa quid. 481.a,b
Aut, pro, *haud*, *aut haut.* 215.a
Axumita, *populi.* 868.b

B.

Bæbius Macer, *Historicus.* 24.a
Balatrones, *qui.* 997.a
Balematia. 836.a
Balista, *decimus septimus*, *ex triginta tyrannis.* 773
Ballationes, *saltationes.* 836.a
Βαλλειν, *idem quod* βαλλίζειν. 836.a
Βαλλειν χεῖρας, manus jactare. 836.a
Ballet. 836.a
Βαλλισία, vel βαλλίστρα. 836.a
Βαλλιστὴς *saltator.* 836.a
Βαλλισία *saltatio.* 836.a
Βαλλίζειν *quid.* 836.a
Βαλλισμὸς, *saltationis genus.* 836.a
Βαλλίστης, *qui.* 997.a
Ballo, *salto.* 836.a
Balthea argentata sumebant olim milites. 46.a
Baltheus. 816.b
Barbam facere, *quid.* 502.b
Barbare, *barbam facere.* 502.b
Barbarorum adversus superventum, quo remedio Romani olim usi. 849.b
Barbatores, & *barbatoria.* 502.b
Barrellum. 986.b
Barra. 986.b
Basianus pensilia sua abscidit. 466.b
Βασιλικὸν, *Basilicæ.* 941.a
Basterna, *quid.* 487.b. 488.a
Bastum, *quid.* 285.b
Bathyllus in Comœdia excellit. 991.b. 992.a

Batillis, *sive batillum*, *quid.* 821 b.
Gallis une pale à feu. ibid.
Belbus, *animal*, *& quale.* 677.b
Belenus, *Deus.* 625.a
Bella, pro *prælia.* 614.a. 756.b
Bellaria sparsa solita. 469.b
Belle sepulchrum fabricari, *quid.* 182.a
Bellonarii missione sanguinis sui Deam placabant. 278.a
Bellum gerere cum aliquo, *pro vexare & odisse.* 721.a
Βιλ☉, *pro membro virili.* 470.b
Belum, pro *tela.* 470.b
Belus Babyloniorum. 860.b. 866.b
Belua, *& belua*, *& hinc belbus*, *animal.* 677.b
Beneficiarii alicujus. 7.b. 8.a. *præsidum*, *præfectorum*, *consulum*, *&c.* 8.a
Bene provenire, *quid.* 849.a
Benevaletudo, *& malevaletudo.* 127.a
Bene vasati, *majoris peculii viri.* 464.a
Berbex pro *vervex.* 898.a
Berceaux. 44.b
Besa, *Deus*, *& urbs.* 66.a
Bessantinoum, *oppidum.* 66.a
Bibere, *pro edere*, πίνειν. 661.a
Bibliotheca in templo Pacis. 794.a
Bibula, πυτὶς ἢ ἀναβαλλόμενος. 885.b
Bicolorum, pro *bicolore.* 845.a
Bilbere, Βομβύλλειν. 956.a
Βιοθάνατ☉. 504.b
Birrus & lacerna, *idem.* 290.a
Bithynia. 856.a,b
Blastarus, pro, *Bastarni.* 201.a
Blatta. 889.b
Blatto tirica. 886.b
Blemyes & Βλέμμυες. 868.a. 940.a,b
Boionius, *& Bovinius*, *idem.* 124.b
Boletar, *quid.* 825.a. *Halieuticum.* ibid.
Bombycina & tirica vestis eadem. 886.b
Bombylium. 956.a
Bonæ fortunæ loquutores. 833.a
Bonosus Imperator. 968. *nomen proprium Romanum.* ibid.a
Bonus dies, *quibus verbis olim semper additum.* 829.b
Boryslhenis equi epitaphium. 91.a
Βυκκισσᾶν, *Gustare.* 910.b
Βυκκίζειν, *jentare.* 542.a
Βυκόλοι, *qui.* 197.b
Βύρροι, *Buri.* 200.b
Bustis, *sive* βύστις. 893.b. 894.a
Boum mactandorum cornua olim deaurata. 721.a,b
B *pro* v *usurpatum.* 486.a
Bracca. 561.b
Bracca, *vestis militaris.* 780.b
Braccarii qui olim. 533.a
Brachiale, *dextrocherium.* 838.b
Brachium, χειρὸς *appellatione Gracis usurpatum.* 626.b
Bractea, *quid*, *& unde dicta.* 888.b
Βρίχω, *quid.* 888.b
Βριχτὴς, *quid.* 888.b
Βρυχία, *quid.* 888.b
Breve, pro *parvum.* 554.b
Brevis & breve, pro *libello.* 874.a
Britannia, κατ' ἐξοχὴν *magna insula.* 915.a. *Gr.* μεγάλη νῆσ☉. ibid.
Brocchi vel broccs, *qui.* 809.b
Bubalinum laridum. 927.a
Buccæ & buccellarii, *qui.* 910.b
Buccella & buccellatum. 910.b
Buccellatum, *quid.* 249.a
Bulbæ, *pro*, vulvæ. 486.a
Burburus, *nomen*, *per ὀνοματοποιΐαν*, *quale.* 956.a,b
Byrrorum species tres. 996.b

C.

Cabea *vel* cavia, *pro* cavea. 945.a
Cædes, *pro occisione*, antiq. 227.b
Cænophrurium, καινὸν φρούριον. 873.b
Cæsa, *& Cæsai*, *pro* Cæsar. 111.b
Cæsarem jubere, *quid.* 388.a
Cæsares nobilissimi *dicti.* 978.b
Cæsaries. 111.b
Cæsit, pro *cecidit.* 249.a
Calceos soleis olim mutavêre Romani cum mensæ accumberent. 94.b. aurei. 463.b *Romanorum* uncinati *& repandi.* 634.b. *Senatorum & Imperatoris solo colore distabant.* 736.a,b. πολυχρόους *apud Græcos.* 736.b. lunati, *apud Romanos patricios.* 737.a. mullei *&* punicei coloris. ibid. *Romanorum propriis in urbe & publico soliti usurpari.* 737.a. *iis domi depositis soleas sumebant.* ibid. mullei. 896.a. cerei. *ibid.* albi. *ibid.* b. Hederacii. *ibid.* b. nigri. *ibid.*
Calceus Maximini uno pede major fuit humani

humani vestigii mensura. 634.b
Calchedonis Bithyniæ oppidum. 439.b
Calchis, urbs. 141.a
Calculus incitus, alias Mattus Scaccus. 967.b. 968.a
Caldaria, quid. 250.a
Calices alassontes. 963.a
Caligare, pro *obtenebrare.* 980.a
Caligæ gemmatæ. 736.a
Caligæ militum olim infimi gradus. 736.a
Calones. 61.b. Galiarii *dicti.* 62.a
Camelorum calcaneæ cupediariis expetitæ. 484.a. *eorum usus vetustus in castris Romanorum.* 817.b
Cameræ multifariam ornatæ. 888.b
Cameratum tectorium. 888.a
Campacus, *calceus, & unde sic dictus.* 634.a
Campagus, *calceus patritius.* 736.a,b. *veteribus dicti.* ibid.b
Campare, quid. 858.a
Campidoctores, qui. 858.a
Campi doctores & campi doctores, qui. 580.a,b
Campiones, qui. 858.a
Campi victor, quis. 679.b
ad Campum exercitum producere. 858.a
Campus ut aliquem accipere dicatur. 857.b
Campus, qualis locus. 857.b
Cancelli æres & ferrei. 416.a
Cancelli. 986.a,b
Cancellare, delineare. 986.b
Cancellare *Juris quid.* 986.b
Cancellarii, eorumque nulla olim dignitas. 985.b. *Græcis ut nominati.* 986.a. *Gallis* Huissiers. ibid.
Cancellarium summum. 987.a
Candidati, *milites ostensionales, procera formæ.* 640.a
Cantare, *proprium tragœdorum.* 836.a
Cantilena pro *saltatiuncula.* 836.a
Capilli ad pectinem flexi, qui. 105.a
Capital facere. 907.b
Capitalis jocus, quis. 757.b. 758.a,b
Capitalis, *solers, & ingeniosus.* ibid.
Capite cadi. 82.a
Capitum pro *capetum. Gr.* κεφαλτὶν. 838.b
Cappadox & mancipium, sæpe idem. 62.a
Captivi in triumpho laqueis strangulati. 779.a
Caracallæ, quid. 416.b. 417.a
Carbones ut differant à cæmentibus. 300.b
Carystium marmor viride. 676.a
Carnium vilitas Romæ olim magna. 531.a
Carpentum honestissimum vehiculi genus. 463.b
Capentum, & carpentarius. 578.a
Carpentum, quid. 829.b. 830.a
Carpia, Gr. μέτρον. 865.b
Carpi, populus. 697.b. 865.a
Carpisculum, quid. 865.a
Carpus, carpisclus, & carpisculus, quid & unde. 865.a
Carræ, urbs Mesopotamiæ. 747.b
Carrago & καρρεγὼς, quid. 731.a
Carrago pro *castris.* 843.a
Carraginem facere, *quid.* 731.a
Carpi, barbarorum castra. 843.a
Carrum clavulare, quid. 145.a
Carus Imperator. 973
Casius & Casium mons duplex. 64.a
Castitatis exemplum dicitur mulier casta. 706.a
Castra & castrenses, quid. 61.b. 562.b. 563.a
Castra in solo barbarico cur facta. 937.b
Castriani & Castriciani milites. 877.b
Casus, insula. 64.a
Catabolici spiritus, qui. 67.b
Cataphractarii pro *equitibus.* 823.b
Cataphracti pedites. 823.b
Catomidiari, quid. 81.b
Cancularii, Gallis, qui. 380.a
Cancalator, quis. 380.a
Cauculum, quid. 380.a
Caucus & cauca, quid. 380.a
Caucus, baucus, καυκάλιον & βαυκάλιον. 818.a
Caucus, pro *cyathus.* 818.a
Caveæ in quibus feræ detinebantur, in amphitheatro. 944.b. 945.a
Caveum poculi genus. 818.a
Cavetus, poculi genus. 380.a
Causa, pro *morbo.* 41.b
in Causa esse, *pro* νοσεῖν. 41.b
Causari, αἰτιᾶσθαι. Gallis gausser, quid. 797.b
Causaria liberalitas, quid. 41.b. 42.a
Causarius Deus. 42.b. *oculus.* ibid.
Κεκαυσμένον, mantela. 735.b. 844.b

Celatura, quid. 533.a
Cella, capella, *κάλυβον*, & *cellulum*, idem. 302.b
Cella suppositoria. 988.a
Cellarium, quid. 496.a
Centrica equa fama nobiles. 806.b.811.a
Celocem onerare, pro inebriare sese. 885.b
Celsus, vigesimus sextus, ex triginta tyrannis. 786. ejus imago in crucem sublata. ibid.
Celta & *Celeta* populi. 806.b
Censorinus Imperator. 796
Censorius homo, id est, pulcher. 204.a
Censuaria liberalitates, quid. 42.a
Censura oris, pro dignitate. 203.b. 204.a
Censura, pro severitate. 203.b
Censura, pro morum disciplina. 715.a
Census quid. 657.b
Centenaria & centena dignitas. 298.b
Centum & centum, pro ducenta. 586.b
Centurionem esse, quid. 603.a,b
Centyrio, pro *Centurio*. 4.a
Cerinarii & *carinarii*. 896.a
Certamen sacrum iselasticum. 107.b. 108.a
Cestus quid, & unde erant. 722.a
Χ Græcorum in Latinorum *g* mutatum. 826.b
Χαλβάνη, *Galbanum*. 826.b
Χαλκὸς pro argento. 822.a
Χαμεύνια, humi cubatio. 152.b
Χάριν κρίβειν τινὶ, beneficiis aliquem conciliare. 977.b
Χλαῖνα & *χλαμὺς*. 818.b
Chlamydum usus quibus olim concessus. 595.a,b
Chlamys manualis, *Χλαμὺς μανδυώδης*. 827.a
Chlamys à purpura distincta. 957.b
Χλανὶς. 869.b
Cholera, quid Medicis. 524.b
Choraules. 991.a
Chorinomia, & chironomi. 992.b
Christiani ἄθεοι numero habiti. 852.b
Christianorum sacerdotum levitas. 960.a
Χρύσεοι ἄνδρες. 805.a
Chrysographata scuta. 819.a
Χρυσοχάφου, quid. 819.a
Χρυσύλλιγα pocula. 825.a
Χρυσοκύλικες & *χρυσικύλικες* pocula. 825.b
Χρυσόμηρος, & *πορφυρόμηρος*, & *ἄσημος* vestis. 995.b
C in *e* sæpe mutatum. 271.b
Cibi frigidi, qui. 651.a
Cibi λεπτολογοὶ iis qui abdominis laborant necessarii. 661.b. 662.a
Cibus fortunatus, brevis, & vilis. 43.a
Calices leves, & perfidi. 23.a
Cilici, pro, *Cidici*. 129.a. 139.b
Cincti & præcincti dicuntur milites. 242.b
Cingulum, *ζώνη* & *στρατεία*, idem. 242.b
Circenses spectaculum, pro *Circo* ipso. 325.a
Circenses addere, quid. 290.b
Circensium castrum. 678.b
Circlos, pro *circulos*. 759.b
Citer, pro *citra*. 778.a
Clarissima uxores, quæ dictæ. 850.b
Clarissimi ordinis, qui. 850.b
Claudere & *includere*, fabrilis artis verba. 46.b
Clavus *in* vestibus. 772.a
Clementia, prima virtus in Principe. 884.a
Cleopatræ vasa triclinaria. 791.a
Clibanarii milites, qui, & unde dicti. 583.a,b
Clibani, quid. 583.b
Clodi, pro *claudi*. 961.b
Clodius Celsinus. 921.b
Clypeus quid, ejus usus, & inventio. 801.a,b. idem quod thorax vel discus. 801.b
Coccum & *coccineum*, quid. 565.a
Cochlis, quid. 789.b
Coci veteribus fuêre eruditi. 426.a
Cocciliarii, qui. 300.a,b
Cocilia ligna, quæ. 821.b
Cocilitia taberna. 300.b
Cælestis, eadem quæ *Luna*. 413.a
Cœna certa. 494.b
Cœnationes antiquitus velis & specularibus munitæ. 501.a
Cogitatione multus. 867.a
Cohibentia, & cohibere, pro permittere. 581.b
Collatus, pro, *collatio*. 469.a. & quid. ibid.

Colle-

Collegium Romanum, quid. 767.a. *ex quibus constabat.* ibid.a,b
Collisio, σύγκρουσις. 974.a
Collocare, Græcis quid. 131,b
Colorea vestes, de couleur. 890.a,b
Colores mutare. 950.b
Colores quam variis in matronarum vestibus olim Romæ usitati. 889.a,b
Colores corporis, pro *colorem.* 950.b
Colorum. 890.b
Color mutans. 963.a
Color plenus, quis. 392.a. *verus, quis.* 825 b
Colossica statuæ Deorum aut Imperatorum erant. 123.a
Colymbus, κόλυμβος, quid. 491.b
Comana urbs Cappadociæ. 811.a
Commagenæ & Commagena urbs Pannoniæ. 811.b
Combinare, & combina, quid. 297.b. 298.a
Comitare, quid. 174.b
Comites & Amici Principis, qui. 767.b
Comitia, quæ. 174.a,b
Comitia consularia, quæ olim. 538 b
Comitium, verbosus. 174.b
Commendare, pro, *deponere.* 381.b
Commendo tibi provincias, παραγγέλλω σοι τὰς ἐπαρχίας. 21.b
Comparare, pro, *parare.* 234.b
Compita, pro, *Compitalibus.* 393.a
Concedere, pro, *consentire.* 434.a
Conciliator, leno. 987.a
Conciliatrix, lena. 987.a
Conciliare, lenocinari. 987.a
Concinere, συνᾴδειν, pro *consentire & convenire cum aliquo.* 513.b
Concordiæ plures ædes Romæ fuere. 513.b
Concubina & παλλακίδες. 119.a
Concus, concutis, & concutere quid. 827.b
Concutia & concutes vestes. 827.b
Concutia, vestes, quales, & unde sic dicta. 827.b
Condemnatio, *verbum generale.* 577.a
Condita militaria, Græcis λάβαρα. 49.b. 50.a. & b
Conditio, un parti. 194.b
Condit, pro *condidit.* 744.a
Conditum ac mulsum pene idem. 486.b
Conditura Venetæ quæ dicta. 492.a
Confector, *arenæ verbum.* 863.a
Confectores, pro *insectores.* 804.a
Confidentia, τὸ σωφρονεῖν. 717.a
Conlocaritis, pro *conlocaveritis.* 700.a
Connectere, perscribere, refirre. 728.a
Conjugia pro *conjugibus.* 494.a. 541.b. 821.a
Conqueri contra aliquem, pro, *de aliquo.* 133.a
Consecratio quid. 471.a
Consecratio, Græcis τελετή. 849.b 850.a
Consecratio, ἀπόθεωσις. 919.b
Consecrationem dissipare. 471.a
Consecrari ne dicantur imperatores. 949.a
Consecrati & defecrati. 919 a,b
Conseillers d'estat *qui dicti.* 79.a.80.a
Consentes *veteribus Latinis qui.* 66.b
Consentire imperio. 226 a
Consentium, consessus, concilium, collegium, & Synodus Deorum σύνοδος. 66.b
Consessus Deorum. 66.b
Consilium Deorum. 66.b
Consilium effrons. 983.a
Consolari, pro, *consuli.* 198 b
Consolatio, pro, *consultatio.* 198.b
Conspectus, σκοπιά. 92.b
Constare, *quæ dicantur.* 431.b
Consulare, pro, *consulere.* 198.b
Consulares qui & unde dicti. 96.b.97.a,b
Consularis, qui consul fuit. 752.a
Consulatum edere, *ὑπατεύειν δεῖπνον.* 847.a
Consulatus honor à Principibus privatis inviso. 37.b.38.b
Consules olim pecuniam in populum spargere solliti. 844.a
Consulta, pro *consultio.* 740.b
Contisicium, seu contisigium, arenæ vox. 944.a
Contrasse, pro *cum.* 301.a
Contrase, pro *contra.* 739.b
Contubernium Imperatoriæ majestatis, quid. 36.a
Convenio te, *pro adjuro te.* 914.a
Converti regio more, pro, *ad mores regios.* 50 b. 51.a.
Converti & conversari, idem, quod Græcis ἀναστρέφεσθαι. 51.a
Convitium, quid. 548.a
Convivere, quid. 381.a

Convivia Imperatorum privata fuêre & publica. 563.b
Convivia prævenire. 368.a,b
Convivia prævenire, pro ἀπαντᾶν τοῖς ἄρχουσι. 920.a
Convivia tempestiva. 920.a
Convivium, συμπόσιον. 971.b
Coptos urbs in Ægypto. 940.b
Copula, quæ pars dextrocherii. 632.b
Cornua purpurea in bove, *Albino omen imperii.* 392.b
Corymbatus à corymbo. 824.b
Corymbiata opera. 824.b
Corymbiatus discus. 824.b
Corymbium. 824.b
c pro *s positum.* 485.a
Cossa, pro, coxa, cuisse. 106.a
Costoboci, κοσσοβόκοι. 201.a
Costula, *quid.* 632.b
Costulatum, *quid.* 742.a
Crepundia, *Gr.* γνωρίσματα. 833.a,b
Cribolum, *& cribolum facere.* 466.a
Crimina quotidiana incurfionis, *quæ.* 519.b
Crypta quid. 45.a
Cubare & accubare. 152.b
Cuculio, σκίπτεσθαι. 227.a
Cucutia, vel *cocutia*, pro, *concutia.* 827.a
Culcitæ subalares. 483.b
Culices cur camporum animalia. 74.a,b. *cur rotundi.* ibid.
Cum quem, pro *cum quo.* 235.b
Cunabula & incunabula à cunis distinguuntur. 833.b
Canes molossum, capita porcina *dicti*, *qui.* 943.a
Cupæ, *grandia vasa.* 625.b. 626.a,b
Cupiditas, φιλαργυρία. 790.b
Cupidus, pro *avaro.* 790.b
Cuppa, *quid*, *& unde.* 626.a
Cuppedia & cuppedo, pro *cupiditate & λιχνείᾳ.* 500.a
Cuppedinarii, *qui*, *& unde dicti.* 499.b. 500.a
Cuppedinis forum, *forum λιχνείας.* 500.a
Cuprum vel cyprum. 819.a
Cura palatii. 821.a. *prætorii.* ibid.
Curare, *Gallis*, faire la cour. 19.b
Curare, θεραπεύειν. 19.b
Curides. 869.a
Curiositas, φιλομάθεια. 913.b
Curiositas. 984.a
Curiosus domus suæ, *& amicorum.* 52.a
Curiosus, φιλομαθής. 913.b
Curiosus. 984.a
Cursus fiscalis quis, *& unde sic dictus.* 30.b. 31.a,b. 32.a
Curvatura, *arcuatura*, *concamerationes*, *& volutæ*, *idem.* 374.b
Cusuere, pro *consuere.* 827.a
Cusio, ῥάπισμα. 827.a
Cyathus, pro *cantatus.* 818.a,b
Cyclas quid. 562.a,b. 789.a
Cyclas uxoria. 964.a
Cynici ὑπερπονοῦντες. 206.b
Cyprus insula aulæorum artificio nobilitata. 820.b
Cyprum & cuprum idem. 416.a
Cyriades, *primus ex triginta tyrannis*, *Antiochiam & Cæsaream occupat.* 747.b

D.

Dacia Aureliani. 879.a. *mediterranea.* ibid. *Ripensis.* ibid.b
Daciſci, *& Daci.* 877.b
Dacorum reges plures Decibali *nuncupati.* 758.b
Dacum bellum, pro *Dacico.* 12.a
Dacus, *Daciscus*, *Dacisscus*, *Dacicianus*, *& Dacisicianus.* 824.a
Δαΐσεργοι, pro Λαχεργοί, *Lacringes.* 200.b
Damalio, *animal.* 530.b. 531.a
Damaliticatum prodire, *quid.* 277.a
Damnatorum imagines variis injuriis affectæ. 787.a
Daphne, *in Syria suburbium Antiochiæ.* 170.a
Daphnicis moribus agere, *Prov.* 170.a
Daphnes, pro *Daphne.* 773.a
Daphnitæ mores. 249.a
Dare judicium, pro *deferre.* 26.b
Dare successorem, *quid.* 101.b
Decebalus, *Dacorum Rex.* 29.a
Decemviri. 5.b
Deceptus, pro, *deceptio.* 469.a
Declamata, pro *declamationes.* 510.b
Decuriones. 469.a
Decuriones municipiorum & coloniarum dicti Senatores. 4.a

Defectus, pro *defectione*. 437.b
Defendere rem aliquam alicui. 932.a
Defigere, pro *avellere*. 466.b
De hoc, *pro* hujus. 248.b
Delatus, & latus, *pro*, juxta. 441.b
Delicati, *oi τρυφῶντες*. 19.b
De manu sua dare, pro *manu sua*. 551.a
Δημόσια, *quid*. 50.a
Δημόσιον, *quid*. 50.a
Denarii centum æris, *quatuor aureos efficiunt*. 841.a
Dendrophori. 418.a
Deorum Symbodi fieri, *quid*. 67.a
Deponere, pro *detrahere*, & *auferre*. 963.b.
Deportationi insula condemnari. 7.a
Deprimere, pro *reprimere*. 25.b
De primis, *id est*, *inter primos*. 795.a
D *pro* Z *usurpatum*. 139.b.144.a
Deputans, pro, *deputatus*. 112.b
Defacrare, pro *consecrare*. 192.b
Desperatus, ἀπόλωλε. 293. b. 294.a
Despexit, pro, *ex alto aspexit*. 335.a
Detrectare, pro *retrectare*. 25.b
Devium scortum, *quid*. 539.a
Dies mont. 860.b. 872.a
Dexippus, *Athenienſis*, *dux strenuus*, *rhetor*, & *historiarum scriptor*. 574.b
Dextrale, pro *dextrocherio*. 606.b
Dextrocheria unde dicta. 632.b
Dextrocherium, *quid*. 606.a,b
Διὰ βίου. 34.b
Διάγειν *Græcis*, *quid*. 71.b
Diadematus, *Diadumenus*, Διαδούμενος, *idem*. 451.b. 452.a
Diadumeni, *Diademate naturali*, *cum nascuntur*, *insigniti*. 451.b
Διαναιζόν) ἄρτυε. 871.b
Diana, *Luna*. 719.a
Διασφιγγίδιον, *quid*. 837.b
Dictatores. 83.b. *quatuor apud Imperatores fuere*, *eorumque officia*, & *nomina*. 979.b
Dictator memoriæ, *quis*. 979.b. *Epistolarum*. ibid.
Dictaverat, pro, *dictabat*. 18.a
Dictum, pro *edictum*. 125.b
Dicere ad tibias, *pro tibiis canere*. 503.a
Diceretur, pro *dictus esset*. 916.b
de Die epulari. 920. a,b. *labente die*. ibid.b
de Die, *& in diem vivere*. 920.a
Dies natales Antiquis solemnes. 20.b
Digitis ostentare impudicitiam, *quid*. 472.a
Digitus salutaris, *index*, λιχανὸς. 754.a
Dignitas de magistratibus & aliis honoribus, *majestas de imperio solo dicitur*. 734 b
Dignum, λαμπρόν. 123.b
Dii commendare. 107.a
Dilectus, *quid*. 68.b
Dilegit, pro *dilexit*. 744.a.751.b
Dilores, *trilores*, & *pentelores tunicæ*. 972.b
Diloris. 892.b
Dimittere, *non* pro *relinquere et testamento*. 501.a
Dinoscere, pro *dignoscere*. 224.b
Dionysia sacra. 59.b
Διωσμὸς & διωσμίτης. 199.b
Directarii. 945.b
Dirigere in aspectum. 945.b
Dirigere, pro *ambulare*. 945.b
Dispositio *est provisio annonaria*. 671.b
Dispungere, *donare*. 41.b
Distingere, pro *distinguere*. 530.a
Distinguere causas, *lites*, & *negotia*, *quid*. 530.a
Διχόμυα. 845.a
Dividus, *à divido*. 865.b
Divus Claudius Imperator. 798
Docibilis, *qui docet*. 686.b
Decimita, *nomen populi*. 199.b
Δοκεῖν, pro εἶναι. 236.a
Doctior, pro *doctissimus*. 72.a
Doga, *& dogarius*, βάτλης, & βατλεωτὸς. 893.b.894.a
Domnus & domna, *pro dominus & domina*. 360.a
Donum, *munus*, *junctim posita*. 535.b
Dorsualia, *quid*. 21.a
Draconis olim domi alebant. 497.b. *inter Romana militiæ signa*. 723.b. *signa olim militaria* 863.b. *unde hæc signa Romani acceperint*. 863.b. *singulæ cohortes suum draconem habebant*. 866.b
Δράγμα, *manipulus*. 905.a

Dromade, & *dromeda*. 863.a
Δρῦγξ, *drungus*, *quid*. 943.a
Druidæ fatidicæ in Gallijs mulieres. 884.a
Δρυίδης, *dryis*, & δρυάς. 884.b
Dryades, *mulieres fatidicæ*. 588.a,b
Ducatus ordinum, *via est ad tribunatum*. 371.b
Ducenaria & ducena dignitas. 298.b
Ducere, pro, *adducere & reducere*. 288.a
Duci per tempora. 973.b
Ducum Vicarii. 848.a
Dulcia, *placenta*. 904.b
Dulciarii, *qui*. 497.a.503.a
Dulcium & dulcia, *placentæ & liba*. 503.a
Dulcium, *dulciamen*, γλύκισμα. 904.b
Duplomata, *quæ*. 297.b
Δυσωπία, *indulgentia*. 158.b
Δυσωπεῖσθαι, *Exorari*. 158.b
Dux loco, *pro dignitate*. 822.b

E.

E *Conspectu*, *de longo*. 92.b
Edcere, pro *dicere*. 145.b.903.a
Efficere, pro *decernere*. 840.b
Effligere, *percutere*. 227.a,b
Efrons, *unfrons*, & *effrontate*. 983.b
Effundere pro *profundere & prodigere*. 914.a
Ἐγκεφαλογοδμεῖν, *quid*. 443.b
Ejicere papillam, *pro nudare*. 496.a
Εἶναι, ἥκειν, & esse, *pro* venire. 47.a
Ei pro, *sibi*. 75.a
Εἰρωνικὴ *vestis prætorianorum*. 339.b
Ejus, *pro*, *suus*. 129.b
Ejus, *pro suum*, *vel ipsius*. 209.b
Ἐκθηλυντικὸς βίος, *vita mollis*, & *effœminata*. 98.b
Ἐκθυμή, *marium evitatio*. 63.b
Electrum, pro, *electreum*. 123.a
Electrus pro *electrinus*. 535.a
Elephantini libri. 906.b
Eleusinia sacra. 58.a,b. 96.a. 213.a
Ἐλλυθεριάζειν, *quid*. 130.a
Eloco, *pro* statim & illico. 822.b
Eloquium quid significet. 746.a
Elices, ἀναπτυχὴ ἕλικος. 947.a
Emanere, & *eminere*, pro *amanere*. 165.a
Emansiones pervigilia *cur dicta*. 165.a
Ἐμβαίνειν, & ἀναβαίνειν, *idem*. 885.a,b
Ἐμβαίνειν. 885.b
Embola sacra. 885.a
Ἔμβολὴ, *propriè quid*. 885.b
Embolicæ species. 885.a,b
Emendanti erat, pro, *emendabat*. 197.a
Emessa, *Emissa*, Ἔμισα, & Ἔμεσα, *urbis nomen*. 860.a. *in hac urbe Alagabalus eximiè cultus*. 860.a,b 872.a
Emona, *Pannoniæ superioris urbs*. 624.a,b
Ἐνοπλεγκαυστίας *variæ species antiquitus*. 329.a,b
Enormis, *quid*. 110.b
Ἐν τοῖς ἰσχάτοις εἶναι, *quid*. 763.a
Ἐπαιδύμαλα. 14.a
Ἐπίσκλεος Ῥωμαῖον. 207.b.208.a
Ἐπίρρητος, *qui*. 762.b.763.a
Ἐπισείειν. 885.b
Ἐπίσημοι & πολύσημοι *vestes*. 546.a
Ἐπίσφαιρα, *seu pugilli*, *quid*. 732.a
Epistolæ & orationes Imperatorum ad Senatum, *à quibus olim formatæ*. 808.a
Epithalamium tribus versibus textum, *præcipuum inter centum alia*. 727
a, *Græcorum per* i *pronuntiatum*. 806.b
τὸ E *pro* æ *sapissimè usitatum*. 385.a,b. 443.a
Equi publici honor olim magnus. 156.a
Equi quando effrænentur. 345.b
Equi nobiles olim sepulti. 490.a
in Equitum numerum quo anno cooptati. 264.b
Equum sedere, & equus sederi. 95.b
Equus sagmatus. 838.b
Ἐργάσιμοι, *quid*. 805.a
Ergastula, *quid*. 82.a,b
Eripere, pro *erepere*. 486.b
Ἐρκεῖον, & ἑρκεῖον. 871.b
Ἡ ῥώων παῖδες λαῶν, Prov. 360.b
Eficiata, pro *ificiata*. 482.a
Esse in obsequio summis alicujus. 164.a
Εὐδαίμων Ἀραβία *felix Arabia*. 868.a
Eum pro se. 692.a
Eunuchi, *aliquid boni sapere non possunt*, & *cur*. 594.a,b. *pestis reipubl. olim fuere*.

fuerè. ibid.b. 595.a,b. *chlamidati prius, postè tunicati.* a,b
Eunuchos habendi lege Aureliani modus constitutus. 531.b
Europa Thraciæ provincia. 848.b
Ἐξαρχεύζω, *adoro.* 822.a
Excaldare se, θερμολουεῖν. 250.a
Excipi ab occurrente principe, non leve genus honoris. 988.a
Exconsulibus, qui. 275.a. *viri,* ἀπὸ ὑπατικῶν. 544.a. *differunt à Consularibus.* ibid.a,b
Ex consulibus, ex consule, pro *vir consularis,* ἀπὸ ὑπατικῶν. 664.a,b. 742.a. 752.a. 935.b
Excusare, idem quod recusare. 344.a
Ex ducibus, qui dux fuit. 664.b
Ἐξήπεισε, *persecit.* 61.a
Exhibere sibi aliquem, quid. 615.a,b
Exigere tributum aliquem. 93.b. 94.a
Exire, pro *Extrahere.* 488.b
Exmaribus, *castrati.* 275.b
Ex militibus viri, id est militares. 742.a. 752.a,b
Exodiarius. 882.b
Exodium. 882.b
ad Exodium vitam perducere. 882.b
Exoticus & odibilis, *ejusdem nequitiæ.* 480.a
Expectabilis, qui expectat. 686.b
Expeditio Dacica. 14.b
Expeditiones, στρατεῖαι. 137.a
Experire, pro, *Experiri.* 102.b
Expugnata, id est, funditus deleta. 233.a,b
Ex Spania, pro, *Spania.* 248.b
Exul, insulam relegatus, si excesserit, quomodo puniatur. 24.b
Extra fanc. 235.b
Exuperator, ὑπερεσίων. 283.b

F.

FAbatæ & fabatarium, *quid.* 485.b
Fabatum, quid. 485.b
Fabella, quid. 651.a,b
Fabri ferrarii filius ad Imperatoriæ majestatis fastigium ascendit. 684.b
Fabula & fabella, quid. 193.a
Facere aliquid ad exemplum descendi. 43.b
Facere crimen, pro *fingere.* 274.b
Facere, pro *facienda.* 529.b
Facere, pro διατρίβειν, *morari, & habitare.* 685.b
Facere, pro *evadere vel fieri.* 786.a
Facere, pro *constituere, dare, & assignare.* 937.b
Facere imperium, *prorebellare.* 958.b
Factum, τὸ πραγματικὸν. 645.b
Facultas, quid. 89.b
Facultas, pro *dicendi facultate.* 922.a
Facundare. 963.a
Facundare pullos. 963.a
Fadus promittere, pro *fidem dare.* 721.a
Fanci homines, qui. 383.a
Fænugræcum, Gr. τῆλις. 485.b
Φάγος, *Phago, edax.* 897.b
Φαυόλης. 13.b
Falconius Probus. 879.b. 880.a
Famæ vulnera. 854.b
Farrata, edulii genus. 426.a
Fascelares, quid. 485.a
Fascelaria, quid. 485.a,b
Fascia pedules. 561.a,b
Fasciola, quid. 833.b. 834.a
Fasciolares, sunt fasciæ. 485.a
Fastigium domus. 918.a,b
Fata dicere. 833.a
Fatale, τὸ χρεών. 21.b
Fatidici. 833.a
Fato concedere, ἀπαλθεῖν εἰς τὸ χρεών. 241.a
Favere in aliquem 784.b
Favere & favor, *Circi verba.* 367.b. 895.a
Fausta, εὔφημος. 693.a
Fecit galeas, pro, *faciendas curavit.* 47.a 47.a
Feminalia, quid. 561.b
Feræ ἐπεισαγώγιμοι ex Africa Romam missæ. 642.a
Fera Libycæ mansuetæ. 868.a
Fere & prope, idem. 360.b
Ferramenta, quid. 837.b
Ferre, pro *referre.* 161.a
Ferre, pro *memorare, & narrare, & dicere.* 521.b
Ferre, pro *auferre.* 833.a
Fessa ætas, senectus. 101.b
Festa, propriè quid. 693.a

Festa verba, quæ. 829.b
Festa dicere & facere. 829.b
Festi, & festi dies homines, qui dicti. 829.b
Fibla, pro fibula. 759.b
Fiblatoria saga, & pallia. 759.b
Fiblatorium, φιβλατώριον. 759.b
Fibla, φίβλιον. 827.a
Fibulas stringere. 46.a
Fibula multebris. 789.b
Fibulæ aureæ inter præmia militaria. 891.a
Fici ligna ad fumo necandos adhibita. 550.a
Fidelem inter & fidum quid differat. 531.b
Fidelis, pro servo. 531.b
Figura dicere, quid. 349.b
Figurata dicta, quæ. 349.b
Fila, pro serico. 887.b. aurea. 888.b. 889.a
Firmiculum vel firmaculum, quid. 632.b
Firmi redditus immensus ex chartis. 954.a,b
Firmus & Firmius inter nomina Romana. 951.a
Fiscus & ærarium συνώνυμα. 33.b
Fiscus τὸ δημόσιον. 33.b
Fiscus, pro fisci advocato. 209.a
Flaccæ aures, quæ. 722.b
Flaccere. 722.b
Flammeum, quid. 887.a. idem quod rica. 887.a
Flavia gens. 802.b. 893.a
Flavius Vopiscus quo tempore vitam divi Aureliani scripserit. 829.a
Flavo crinem condire quid. 744.b
Flexantes equites unde dicti. 264.b
Flumina pro limitibus. 57.a
Fluvius bicornis dicitur, non bicornius. 819.a
Φοινικίδες, tunicæ. 891.b
Folles, minutæ pecuniæ genus. 489.a,b
Fore, pro fuisse. 916.b
Forma, statuariorum artis verbum. 557.b
Forma τύπος, quid. 792.b
Formæ significatio varia. 358.b
Formæ binariæ, ternariæ, &c. quæ. 557.b
Formæ, Græcis quid. 557.b. pro nummis. ibid.
Formæ librariæ, quæ. 558.a,b. centenariæ, quæ. ibid. a,b
Foro uti, quid. 772.a
Fossatum, pro fossa, pro castris. 672. a,b
Fotum dare pullos. 963.a
Frangere muros militat. 46.b
Frequentare, pro narrare. 870.a
Fresa, pro frensa. 827.a
Fricare, & friare, idem. 606.b
Frons tenera & imbecillis. 982.a
Frumentarii milites, qui. 52.a,b. 53.a
Fuerat, pro, erat. 455.a
Fuit, pro venit. 212.b
Fulbo, pro Fulvo. 125.a
Fulcire. 872.b
Fulcri stipendia. 872.b
Fumis venditis præmia percipere, quid. 549.b
Fumo olim cruciati. 247.a,b
Funambuli. 180.a
Fures olim fuere judices. 523.a
Fusles, pro fustium ictu. 74.b

G.

Gabalus, pro cruce. 441.b
Gabalus, hominis sceleratis convitium. 479.a
Galbineus color. 869.b
Galbini mores. 869.a
Galbina tunica. 869 a,b
Gallienus ad consulatum sumtus etiam matronas invitat. 737.b
Gallienus major plura millia militum uno die occidit. 739.a
Gallienus minor SALONINUS dictus. 740.a,b. 743
Galli, sacerdotes. 466.b. illorum præfect Archigallus. 467.b
Galli luxuriosos ac degeneres principes non ferebant. 715.b. 716.a. avidi imperii. 958 a
Gallus oriundo, pro, origine Gallus. 391.b
Ganeum quid. 73.b. 74.a
Gari multiplex olim in usu compositio. 499.a
Gauderem tibi, pro συνήχαιρον ἄν σοι. 709.a
Gaununi, populi. 941.a,b
Gemmata facies, visage boutonné. 238.b
in Gemmis, & sub gemmis, pro gemmatis. 796.a

Geniare, decorare. 238.b
Geniare & degeniare. 437.b
Geniatus, venustus. 238.b
Geniatus, ὡραῖος. 985.a
Genius, ἄγγελος, & χαίρων. 238.b. 985.a
Gentes quadam cum certis avibus cognationem habuere. 538.a
Gentes, pro *gentilibus.* 961.b
Gepidæ, *populi.* 941.a,b
Gepides, Γήπαιδες. 806.b
Germani milites nandi periti. 612.b. 613.b
Girbitana purpura, & *unde dicta.* 819.b
Girbitanum baphium. 820.a
Glaberæ, *galbinæ*, & *galbulæ*, *aves.* 564.b
Gladiatorem ostendere, μονόμαχον ἐπιδείκνυσθαι. 263.a
Glires etiam conviviis admissi. 489.a
Gothi & Getæ, *olim Getæ dicti.* 427.a
de Gradibus, *in gradibus*, & *gradibus panem distribuere.* 871.a
Gradiles panes cur dicti. 870.b.871.a,b
Gradus ascendentium ad Consulatum. 796.b
Gradus, *in quibus omnes populo divisiones fiebant.* 871.a
Græci honori Deorum, *Regum ac Principum pocula consecrabant*, & *bibebant.* 554.b
Γράφειν, *pingere*, & *scribere.* 68.a
Γράμμα, *quid.* 68.b
Grande & magnum ut differant. 873.b
Gratanter, pro κεχαρισμένως. 436.a
Gregarii militis stipendium. 926.b
Grylli, *porcelli.* 489.a
Γυνὴ κακὸν ἀναγκαῖον. 572.a
Gurdi, *Hispanica voce*, *stulti.* 464.b
Gustus & gustatio pro *jentaculo.* 910.b
Gustus, *gustatio*, & *gustarium*, *ut differant.* 910.b
Gyla, pro, *gula.* 450.a

H.

HAbe, *pro* ave. 828.a
Habens, *pro* avens. 614.b
Habere, *pro* avere, *antiq.* 515.a,b
Hadriani Imperatoris παιδιαὶ, *quando inventa.* 43.b
Hadrianopolis. 88.b.89.a
Hæmimontus Thraciæ provincia. 848.b
Hala, pro, *ala.* 298.a
Hama, *quid.* 821.b
Hardimundus Farimundus, & *Faramundus*, *idem.* 843.a
Hasta duas partes ut facere dicatur. 636.b.786.b
Hastæ laureatæ & pinnatæ, *quæ.* 585. a,b
Hastæ purx. 927.b
Haurire, pro *comedere.* 399.a
Hebrus fluvius. 468.a
Hecatombe, *quid.* 691.a
Hederata patina. 824.b.825.a
Hel, *Bel*, *vel Belus*, *felis nomen apud Orientales.* 860.b. 866.a,b. 878. a,b
Heliogabalus homines vilissimos præfectos constituit. 473.b
Heliogabalus convitii loco Gabalus *appellatus.* 508.a
Hemimontum Provincia Thraciæ, & *unde dicta.* 813.a
Homo tenebrarum, *pro* tenebrione. 952.b
Herbatica animalia, *Græcis* πτηνόζωα. 944.a
Hercules Rusticus, *Agrestis*, & *Silvanus*, *idem.* 280.b.281.a
Heredipeta, *quis.* 774.a
Herennianus, *vigesimus sextus ex triginta tyrannis.* 785
Herodes, *decimus quintus ex triginta tyrannis.* 771
Heruli, Ἔρυλοι. 807.a
Hesychius emendatus. 49.a
Hic Cura, *pro curatore.* 821.a
Hic Perda *pro perditore.* 821.a
Hic Tonitrus, *hoc tonitru*, & *hoc tonitruum.* 980.a
Hierosolyma, mæ, & mis. 669.b
Hilaria, *quid*, & *quando celebrata.* 551.b.829.a,b
Hinc, *pro*, *post ista.* 942.a
Hispanus, ὁ αὐτόχθων, 2.b. *ut differat ab Hispaniensi.* ibid.
Hispaniarum ἀκρίδεσσα. 790.b
Historiæ dedicare, *quid.* 220.a
Holosericæ vestes quis primus usus. 886.a
Holovera vestes, *quæ.* 825.b

Homo multarum literarum, quis. 297.a
Homo, pro *servo.* 531.b
Homo Latinæ linguæ, quis. 601.a
Honere, *pro* honore. 776.a
Honesta elocutio, καλὴ φράσις, vel καλὴ λέξις. 923.a
Honesta vestis. 923.a
Honoratus est, pro, *honoravit.* 282.a
Honorati *qui appellati.* 559.b
Honor, pro *pulchritudine.* 923.a
Honoris genus apud Romanos fuit cum de publico domus alicui extruebatur. 978.a
Honos ex ingenti sepulchro accedebat. 931.a,b. 947.b
Horrea publica olim in Urbe. 555.a
Horrere aliquem, σκυζαίνεσθαι. 366.b
Hostis quis dicatur. 508.b
Humanus orbis, *pro* Romano. 765.a. *Græcis* ἡ οἰκουμένη. ibid.

I.

JAcere crimen, pro *criminari.* 275.a
Facere, ἐπιτίθεσθαι, pro *prodigere.* 843.b
Factare se de principe, quid. 92.b
Fenticuli bora. 910.a
Fentandi ritus apud veteres. 542.a
Ignavi, & muneri, militiæ inhabiles, gravissimè olim puniti. 580.b
Illa, Hilla, *intestina farta.* 587.b
Illegare, allegare, & inlegare, quid. 357 b
Illucescere, quid. 682.a
Illyrum bellum, pro *Illyrico.* 12.a
Imagines floribus honorata. 407.b
Imbecillus, pro *imbecillis.* 955.b
Imitari. 925.a
Immunitio, pro, *immunitas.* 287.a
Imperatores olim priusquam salutaverunt, nihil gustare soliti. 146.b. *sacrati, sacratissimi, & consecrati, qui.* 341.a. *ad bellum proficiscentes Gladiatorum munus edebant.* 349.a. *manus, genua, & pedes osculari permittebant.* 633.b. *milites suos* commilitones *appellabant.* 654.a,b. *olim adorati.* 789.a
Imperatoria insignia, quæ. 348.a,b
Imperatoribus quando funus duplex fieri solitum. 104.a
Imperium prævenire, *quis dicatur.* 368.a
Inaquare se, pro *semet submergere.* 756.b
In as, & es, exeuntia vocabula pro arbitratu olim correpta & producta. 553.b
Incendefacere pro *incendere.* 809.b
In Civitatem, pro *in civitate.* 148.a
In continuatione rei alicujus quis esse dicatur. 296.b
Incurrere aliquid, pro *committere.* 519.b
Indicores pro *indecori.* 845.a
Index, quid. 91.b
Indictum, propriè quid. 864.a
In diem. 34.b
Inducare, pro, *inducere.* 198.b
Ines, fibræ. 451.b
I *in* E, *&* T *sæpissimè mutatur.* 479.b
Infamia ictus. 854.b
Infectum, propriè quid. 864.a
Inferre, pro *facere, vel componere.* 440.a
Inficere, pro *tingere.* 864.a. *Græcis* βάπτειν. ibid.
Insula, & Insulæ, quid. 28.a,b
Insulcare se aliquo, aut, rem aliquam. 435.a
Ingenio alicujus uti, pro *obsequi, & morem gerere.* 772.a
Ingeniculare. 464.a
Ingens, pro *grandi.* 873.a
Ingenuum, ingenitum. 99.a
Ingennus, octavus, ex triginta Imperatoribus. 755
Ingentia, pro *rebus ingentibus.* 78.b
In gladiatore, pro, *in habitu gladiatorio.* 283.b.288.a
In hanc formam, pro, *in hanc sententiam.* 761.a
Initalia Cereis adire, pro μυεῖσθαι. 213.a
Initium, & initale. 212.b
In judicando, crimine sa est celeritas. 207.a
Injungere, pro *jungere.* 144.b. 272.a,b
In lato, pro *in latitudine.* 536.a
In longo, pro *in longitudine.* 536.a
Innocescere, quid. 682.a,b
In nullo, pro *nihil.* 57.a
Inorme, pro, *enorme.* 110.a
Inormior, pro, *enormior.* 110.a
In publico procedere, pro, *in publicum.* 277.a
Inscripta, pro *inscriptio.* 740.b
In sella regia, vel equo regio, privato insidere nefas. 99.a

In sepulcro *prima producta.* 761.a
Inferre, pro *disseminare.* 235.a. ἐμβάλλειν. 955.b
Inferta, ἔμβλημα. 953.b
Inficare, pro *infecare.* 482.a
Infinnare, enseigner. 220.b
In sponsionem venire cum aliquo. 19.a
Insumptus, ἀνάλωμα, *pecunia.* 35.b
Intarta *quis*, & intartizare, *quid.* 745.b. *pro* antarta. ibid.
Intentus, pro, *intentio.* 469.a
Inter duos lauros, *locus Romæ.* 783.a
Inter, pro *intra.* 778.a
Interregei. 900.a. *sine iis nunquam fuit Respub.* ibid.a,b
Interventor JCtis quis. 269.a
Intimare, *quid.* 220.a,b. 376.b
In venationes pergere quid. 159.a
Jocare aliquem, pro *illudere.* 857.b
Jocari, *pabire.* 916.a
Jocus, pro, *ludo*, *Gallis* jeu. 393.a
Ἰουλία καισάρεια, *urbs.* 429.b
I *pro* x *usurpatum.* 106.a,b
I *pro* z *usurpatum.* 144.a
Irrisio est viventes laudare. 548.a
Ἴσα, *paria.* 457.a
Ἴσειον, *Isium & Iseum.* 783.a
Isiaci olim caput radebant. 278.a
Isicium, *quid.* 482.a
Ἴσιον, *pro* Ἴσειον. 61.a
Ἰσόζυγον, ἀντίζυγον, & ἰσοῤῥόπον, *idem.* 887.b
Ἰσόκλειος. 887.b
Ἰσοτάσιον. 887.b
Italica, *urbs.* 3.a
Italum æquor, pro *Romana Republica.* 378.b
Ita omnium rerum semper quasi naturali lege mutatio est. γνώμη. 349
Iteræi, Ἰτουραῖα, *Gens Syriæ*, 842.b
Iter & navigatio, *opposita.* 373.b
Iterum vicies, pro *quadraginta.* 586.b
Itus, *aditus*, *ambitus*, *propria juris monumentorum verba.* 155.a
Jubere prandia. 425.b
Jubere, pro *vetare.* 522.a
Judex & Saio, *apud Wisigothos Judex & ejus officialis.* 53.b
Judices magni, & *majores.* 935.a,b
Judicium, pro *propensione ad amorem aut odium.* 9.a
Judicium, pro *judice.* 547.b
Juga & jugalia loca auro olim obducta. 721.a
Julia, *Severi Imperatoris uxor*, *Philosopha.* 356.a
Julius Titianus orator eximius. 631.a
Junctura & jungula, *quid.* 229.b
Jupiter Niceforus. 10.a
Jurare & gyrare, pro *in gyrum ire.* 526.a,b
Jus prætorium, *Præsidibus dare*, *quid.* 936.a
Jus proconsulare alicui decernere, *quid.* 936.a
Jus publicè ponendi statuas, *olim penes Senatum fuit.* 348.b
Juthungi, *populi.* 941.a
Juvare aliquem, & *alicui.* 115.b
Juvenalis, νεωτερικός. 586.a
Juvenalis pro *juvenilis.* 767.b
Juvit consilium, pro, *juvit consilia.* 115.b

K.

Καθήμερον, *quis Græcis.* 829.b
Καλαμηφορεῖν, *quid.* 871.b
Κάλικε, κάλικι, κάλιγον, *caliga.* 736.b
Καμάρωμα *Latinis camera.* 45.a
ὁ Κάμπτης, κάμπτον, καὶ τὸ κάμπτιον, *calceamenti genus.* 737.b
Καμπτοῦλης. 991.b
Κάμπτειν, *quid.* 991.b
Κάπη. 838.b
Κάπτειν. 838.b
Καστρήσιον, *castrense.* 679.a
Κατὰ μόνας, pro μόνον. 213.b
Καταγράφειν, *perscribere.* 114.a
Καταγωγιμός. 72.a,b
Καταπελτίδια *Latini vocant clausulam.* 46.b
Καταπελτεῖν τὸ ξίφος. 46.b
Καταωγεῖας. 982.a
Καθοσίωσις, *devotio.* 818.a
Κίκερρις & κικερίζειν, *quid.* 827.b
Κίλης *Græcis eques.* 264.a
Κερατοῦλης, *cornicen.* 991.b
Κισελίδιον, & σπυφάκιον, *velarii.* 986.a
Κινδυνεύειν, *quid.* 113.b
Κιρκήσιον, *circense.* 679.a
Κληρομαντεῖα. 9.a

Κόσχλω διελεῖν, *Prov.* 727.b
Κοίτης & Κοῖτος *nomina propria.* 236.b
Κορησίλας, *animal.* 142.b
Κουέειν, & κατακοῦαι, *concutere.* 827.b
Κρηγύη, κατακοῦαι, & πυκνοσήμοι *vestes.* 827.b
Κτίζειν, *quid.* 86.b
Κύκλος, *cyclus*, & δίκυκλος, *quid.* 784.a
Κύκλος. 905.a
Κύκλωπα ὀρχήσασθαι, *saltare cyclopem.* 722 b. *ludere cyclopea.* ibid.
Κυρύνοι, *sacculi & folles quibus pugiles pugnabant.* 722.a

L.

Labor, manus, & opus, idem. 533.b
Lacerna, quid. 448.a,b
Lacernæ. 13.a. *differunt à pænulis.* ibid.
Lacernæ pullæ. 289.b. 290.a
Lactantina caro. 530.b
Lactare, pro *lactere.* 530.b
Lactarii, qui. 497.a
Lactentes, porcelli. 530.b
Lactuca Satiya & Sylvestris. 910.a
Λαμβάνουσι pro ἐπιλαμβάνουσι. 5.b
Lambrissata laquearia. 888.a
Lana confecta. 864.a
Lanarius pectinarius quis dicatur. 685.a
Lanestris à lana. 863.b
Lanugo Sylvarum bombycinum opus. 886.b
Lapides divi. 467.b. *vivi.* ibid. βαιτύλοι. 468.a
Laquear & camera ut differant. 888.a
Lardum, non laridum, antiq. 249.a
Largitiones sacræ & privatæ. 450.b. 451.a
Largitiones duæ. 948.b
Largitiones, de ærario. 948.b
Largitionum comites. 948.b
Λάζαι, *Gens Scythica.* 139.b
Lascivus, quid. 69.a
Latercolum militare quid, & ad quem usum. 49.b
Latrunculorum & calculorum ludus ut differant, eorumque tabula. 967.a,b
Laticlavium proprius Senatorum honos. 269.a
Latinis operam dare. 11.b
Latini mavis habent cum de viro & fœmina sermo est, alterum & alterum pro viri genus nuncupare. 600.a
Latus clavus, tunica. 820.b
Lavacra, inter voluptates censebantur. 54.a,b. 83.a. *mulierbria.* 249.b
Lavacra & balnea militibus interdicta. 579.b
Laucon, pro, *Laocoon.* 267.a
Lavinium & Lavium, idem. 126.a. 138.a
Lectorum quatuor genera. 117.a,b
Lectorum apparatus. 480.a
Lectualis morbus, quis. 97.b
Legati prætorii. 16.b. *pro prætore.* ibid. *ex Consulibus, legati Consulares.* 336.a. 935.b. *prætorii, & legati Augusti pro prætore qui dicti.* 797.a
Legationes & legati. 298.a
Leges in annos, id est, annarias. 569.b
Legio Minervia. 14.b
Lembarii qui. 877.a. *classici milites.* 970.b
Lembi. 877.a. *amnici.* ibid.
Leones & Pardi feræ Libyæ. 642.a
Leones jubati, leænæ jubis carent. 945.b
Leporem qui comedunt, septem diebus pulchri fiunt. 554.a,b
Λεπτή, *Gracis quid.* 841.a,b
Lex Fusia Caninia sublata. 909.b
Liber beneficiorum. 571.a,b
Liberi, ἀλόθιεμασαί. 959.a
Libera, Βακχική. 473.a
Libere vivere qui dicantur. 130.a
Libertas, *quid antiquitus.* 994.b
Liburnæ, naves. 970.b
Libyca pelles pretiosæ. 868.a
Limbus, quid. 789 a,b
Limites. 57.a
Lineæ, quæ dictæ. 560.b. 561.a
Linendi faciem mos antiquorum. 20.a,b
Λινοῦφεῖον, & λινυφεῖον, *linyphium.* 961.b
Linifones. 961.b
Lintearius & linteo, quid differant. 535.a
Λινύφης, vel λινυφός, λινῦφος, λινύφων, *linteator.* 961.a,b
Linum inter Alexandrinas merces. 719.b
Lisse, pro *lixisse.* 19.b.20.a

Litteræ, & litteratores, qui. 297.a
Locupletatum tenere, pro *locupletare.* 156.a
Locus & præpositura parum differunt. 571.b
Locus, pro *dignitate.* 749.b
Λοιγθίτται, *Φρουρῆται & δρόμοι.* 7.b
Λοιπαὶ, *reliquæ.* 33.a
Lollianus, quartus, ex triginta tyrannis. 750
Lora. 882.b. Bandes. 893.a
Lorium & Laurium, villa. 126.a
Lucanica, edulis genus. 410.b
Lucanici qui dicti. 410.b
Lucta vera. 816.b
Lucunter, *antiq.* pro *dulcio, & placenta.* 503.a
Ludere armis, quid. 250.b
Ludere ad judicem, pro, *judicibus.* 332.b. *ad aleam, & ad tabulam,* pro, *alea, & tabula.* ibid.
Ludere alea, tesseris, latrunculis, pro *ad aleam, &c.* 967.a
Ludi, pro *ludois.* 821.a
Ludii, qui, & unde sic dicti. 714.b. μονομάχοι & θηριομάχοι. ibid.
Ludi, Ludii, & Ludia, quid. 805.b
Ludiaria venatio. 714.b
Ludiaria vestis. ibid.
Ludus, pro *Lusu,* & *Lusus* pro *Ludo.* 84.a
Lumen pro *colore.* 825.b
Luminis concilium. 825.b
Luna pro *Deo & Dea habita.* 413.a,b
Lunæ templa in Asia & Oriente multa. 719.a
Lunus Deus. 719.a
Lupæ, meretoria scorta. 908.b
Luperci. 82.a
Lupinarii, qui. 544.b
Luscinius & Luscinia, ἀηδών. 280.a,b
Luseria, naves. 970.b. 971.a
Luserium, quid. 84.a
Lusorium & ludus, pro *amphitheatro.* 494.b
Luto inquinandi damnatos mos antiquissimus. 475.a,b
Lybia Ægypto vicina. 22.b

M.

MAcrianus, *undecimus, ex triginta tyrannis.* 764
Macrianus Iunior, duodecimus, ex triginta tyrannis. 767
Mania, quæ dicta. 291.b
Manire, pro *ædificare.* 291.b
Maonius, decimus-sextus ex triginta tyrannis. 772
Mapia, provincia. 810.b
Mapi, populi. 810.b
Mage, *pro* magis. 981.b
Magister, *commune nomen collegis sacerdotalis.* 157.b
Magister officiorum quis dictus. 543.b
Magister primiscrinius, primicerius, & proximus, & comes dispositionum, quis. 738.a
Magis, *pro* valde. 854.a
Magistrare. 43.a
Magistrari. ibid.
Magistrati, pro, *magistris.* 116.b
Magistratus, quid. 42.b
Magistri Officiorum. 169.b
Magistri Officiorum. 738.a. *singula Palatina suos habuere.* ibid.a,b. *principes dicti.* ibid.a. *aliter atque aliter nominantur pro diversis officiis.* ibid. *ejus dignitas magisteria appellata.* ibid.b
Magistratus omnes, & quicumque jus gladii habebant, nonnisi accincti in conspectum principis olim venire solebant. 742.a,b. 743.a
Magistri militum. 848.a
Magnæ potestates. 963.b
Maiestas, *quid.* 733.b. 734.a,b
Mala mens, malus animus. 188.a
Maledictus, pro ἐπιτυμβίῳ. 423.a
Malus pupillus, pro *eo qui malo pupillo similis est.* 522.a
Manclava, quid. 735.b
Mandra, quid. 967.b
Μανδύη *lacerna.* 13.a,b
Μανδύη, *sive lacerna, equitum vestis.* 289.b
Μανδύη, *pænula.* 827.a
Manere ab aliquo, pro *amanere.* 165.a
Manere, pro *cubare.* 165.a
Manibus vapulare. 82.a
Manipularius, quis. 603.a
Manipulum, pro *manipulus.* 43.a
Manipulus, quid. 603.a
Mantela, mantelum, & hoc mantele. 735.b
Mantela, manualis tela. 735.b
Mantela Cypria. 820.b

Mantela, quid. 844.b
Mantelia cubicularia. 972.a
Mantelia quid. 735.b
Μαυλωτῶν diversæ species. 9.a
Μαυλωτῶν spirituum tres gradus. 67.a,b
Mantilia pura. 550.b. *clavata.* ibid.
Mantilia mittere, quid. 550.b
Μάντιν, pro *chlamyde.* 818.b
Mantuelis, vestis genus quale, & unde. 827.a
Mantum & maudum vestis genus. 827.a
Mannæ magistrales. 905.a
Manum fœnis levare, quid. 127.a
Manus jactare, est saltare. 836.a
Manu multum facere. 947.b
Mappa, quid. 735.b. 844.b. *earum inter mantelia differentia.* ibid.
Marcianus pugnans occiditur. 731.b
Marci Antonini de vita brevitate sententia. 434.b
Margaritæ albæ, 632.a,b. *filis nivelim, ita & nunc à damnosis mulieribus innexæ.* 632.a
Μαργαρίδες, vestes. 863.b
Margus, oppidum Mœsiæ. 989.b
Marius Maximus Hist. Aug. Scriptor. 11.a
Marius, Septimus, ex triginta tyrannis. 754
Mannæ, fasces. 905.a
Mannæ magistrales. 905.a
Marna, Deus apud Syros. 525.a
Marsi olim serpentes sine noxa tractarunt. 490.b
Mastricatum & rosatum genera vini. 482.a
Maximianus Herculius. 884.a
Maximi profusio in pratura filii. 16.a
Maximinus una die edites & quadragies tantum bibit, quantum Augustus unâ cœnâ. 602.b. *comedit* x1. *libras carnis.* ibid. *ejus paupertas cum primum Romam venit.* 609.a
Medicamentum causam faciens. 42.a
Medie, medieter, pro *mediocriter.* 332.a
Medium, pro *alicujus rei dimidio.* 131.b
Medius, pro, *mediocris.* 113.b
Megalensia. 412.a
Megalina pelles, pro *mygalina.* 33.b
Megæram pro *Megaris.* 856.b
Melones, cucumeris genus. 399 a,b
Μηλοκόπους. 399.a,b
Menis Dea. 413.a
Mensarii. 173.a
Mensæ ut olim convivæ accubuerint. 494.a
Mensæ, frigidæ, quæ. 661.a,b
Mensas de rosis facere, quid. 118.a
Mensium omnium nomina à Commodo mutata. 282.a,b. 283.a
Mensuræ conviviorum, quæ. 370.b
Mentis splendor. 925.a
Mercere sive emerere, pro nancisci. 19.b
Mercimonium vectigal ad stadii refectionem deputatum. 532.b
Meritorium pro *scorto.* 908.b.909.a
Metallorum nuxtæ capitali olim supplicio prohibitæ. 907.a
Metallus, pro *metallum.* 386.a
Metaxa. 887.b
Μεταξᾶν. 877.b
Miles provincialis. 938.b
Miliarense, nummi genus. 896.a
Miliarensis. 895.b
Militares viri gladiis accincti in epulis discumbebant olim. 743.a,b
Militares, pro *militibus.* 901.a
Militaris statura legitima. 512.a
Militaris, qui miles fuit. 752.a
Milites missicii, qui. 752.b. *pinnigeri.* 119.a
Militia Romana olim res sacra, & qui ad eam admissi. 938.a,b
Militiæ quis annus finem afferebat. 49.a,b
Militum allocutio proprium jus Augustorum fuit. 225.b
Μιλιαρήσιον, milliarense. 679.a
Μιμολόγοι. 882.b
Minerva Ἀθηνὼν unde dicta. 112.a
Minime ægre ferre, ὀλίγα βαρέως φέρειν. 215.b
Minister unguendi Græcis quomodo appellatus. 290.b. 291.a
Ministeria, pro *vasis & paculis.* 191.a
Ministerium, un service d'argent. 563.b
Ministri ad fores, & à foribus. 511.b
Ministri Templi solis. 872.b.873.a
Minuvrire avicularum proprium. 425.b
Minusculi Imperatores. 951.a
Minutæ merces, Gr. τὸ λίπαλον φόρτον. 885.a

Minuti argenti & aeri. 531.a,b
Minuti (*ni & denarii*) *Latinis*, *Graecis* λεπτοὶ. 841.a,b
Mirari & mirare, pro *considerare*. 724.b
Μισογλήμεγι, *qui*. 829.b
Mithres Persarum. 860.b.878.b
Mithrica sacra olim cum victima humana peracta. 278.b. 279.a. *multiplicia fuere*. 279.a,b
Mittefacere, pro *missum facere*. 809
Mitterent, pro *misissent*. 881.b
Mnesthens ad stipitem suffectus bestiis objectus. 901.b.912.b
Moderati senatui. 990.a
Modius Romanus. 364.a
Μοιχᾶος, *quid*. 723.b
Moneta, *minuta pecuniae genus*. 489.a
Μονοβιλεῖς, *qui*, & *unde dicti*. 470.a,b
Μονοφαγίαι *olim exosa*. 218.b
Monetinum quid. 632.a
Monoloria. 892.b
Μονοπάθεια. 280.a
Montiacum, pro *Moguntiacum*. 836.b
in More, *ultima quando producatur*. 761.b
Morte praeveniri, pro *mori*. 905.b
Mortui σωμαῖ *dicuntur*. 637.b
Μυσειὸν, *quid*. 375.a
Macellum, & *Macellarii*. 444.b
Macrones incentes & plumbei. 271.b
Mulier uno partu pueros novem edit. 139.a
Mulsonica penula. 13.b
Mulos & mulas, *praefides provinciarum de publico accipiebant*. 566.a
Multicia. 844.a
Multiciae tunicae viriles & muliebres. 844.a
Multicium vestimentum. 844.a
Multum facere, *fortiter agere*. 576.a
Multus centuriatus. 838.b. *communis vulgo dictus*. 839.a
Munda buccella. 871.a
Mundus, pro *lauto*. 565.b
Mundus panis. 871.a
Munere mortali, Θνητῶν οὐ δῶρεις. 761.b
Munire, *juris verbum*. 172.a
Μυρίαι, *quid*. 143.b
Musaeum, & *musium*, *à* μυσεῖον. 676.b
Museum, *musium*, *musivum*, *musiacum* & *mosiacum opus*. 784.a,b
Museum, *Bruchium dictum*. 88.a
Musium, pro, *Museum*. 88.a
Musium & pavimentum ut differant. 375.a
Musivum opus. 375.a
Μυσιαρχία, *quae*. 429.a
Mutti, *viri clari*, *multi in Historia Romana*. 645.a
Mysitheos, *Mucibi*&. 665.b. *socer Gordiani tertii*. 666.b.671.a

N.

NAni, & *nanae mensis lautiorum semper interrabant*. 536.b
Narbona Provinciae nomen. 685.b
Narcissus, *Commodi strangulator*, *leonibus objectus*. 318.a
Nardus pro *nardinum*. 535.a
Naves fossae. 946.b. *canalis*. ibid.
Nationes qui dicti. 423.b
Nasibis, *Nesibis*, & *Nisibis*, *urbs*. 670.b
Natationibus veteres aestate utebantur, *ut balneis hyeme*. 738.b
Nationes pro *natationes*. 738.b
Natum esse tali ingenio. 790.b
Naves mille in obsidione Troiae fuisse perhibentur. 809.a
Naufragium. 730.a
Navigatio in quam olim Indiam facta. 954.b
Neapolis. 355.a
Nebo, *nomen Syriacum*. 510.a
Necessaria, τὰ ἐπιτήδεια, *pro victu*. 35.b
Nec, pro, *nedum*. 92.a
Νῆμα σεμνὸν. 887.b
Νηρεΐδες, *quid*, & *unde dictae*. 773.a
Νηρεὺς *unde dictus*. 773.a
Neglegit, pro *neglexit*. 741.a
Nepos & neptis. 11.a
Νεφὼν pro νηφὼν. 773.a
Neronis inter & Alagabali missilia, *quae differentia*. 943.b
Νεφρηδ). 991.a
Νίκαι, *nomen Graecum*. 510.a
Nicephorium, *urbs*. 10.b
Nicer, *hodie Neccarus*, *fl*. 937.a
Νικηφόρ& ζεὺς. 10.a,b
Nilaum, pro, *Niliacum*. 353.a

N in V *mutatum.* 200.a,b
Nimia, pro, *magna.* 93.b
Nitri & aphronitri usus in balneis. 487.b
Nocere aliquem. 91.a
Nomen & nomina facere, quid. 393.a
Nomina, pro, *nominalibus.* 393.a
Nomina frumentariam perceptionem participantia olim in æs incisa. 449.a,b
Nomina professionem significantia sunt communis generis. 794.b
Nominalia quando apud Græcos celebrata. 172.b
Nominalia infantis. 393.a
Νόμισμα, *Latinis forma.* 557.b
Νομίζειν δραχμὴν, *formare drachmam.* 557.b
Non tacere, pro *loqui.* 911.b
Nonis diebus, pro, *nundinis.* 205.a
Non jubere, pro *vetare.* 116.a.124.a
Non permittere, pro *vetare.* 613.b
Non tacere, pro *scribere & dicere.* 813.a
Non tacui, pro, *dixi.* 124.a
Nominans, pro, *nominatus.* 112.b
Notaria pro *notoria.* 824.a
Notoria in ff. & Cod. quid. 824.a
Novaculum, quid, & unde. 502.a. *pro novacula antiq.* ibid.
Novare barbam, quid. 502.a
Novelli, pro *nepotibus*, *Græcis* νεωγοί, 812.a
Novemsiles, vel novemsides, *Græcis* σεισταὶ, *qui.* 66.b.
Novi homines qui dicti. 240.b
Novi homines, qui humili loco nati. 376.a
n *pro* l *usurpatum.* 851.b
Νυκτὸς ἐπὶ ὄρος, *appetente die.* 303.a
Numeriani Ludimagistri ingentia facta. 346.a
Numeri à limitaneis militibus distincti. 938.a *Comitatenses, & ripenses.* ibid.
Nundina vel nundinia consularia. 908.a. *quot & qua fuerint.* ibid. *quare ita vocata.* ibid.
Nundinum, pro *nundinum.* 567.b
Nymphea, ὑδρεῖα, *aquaria.* 676.b
Nymphium & nymphium à συμφῶν. 676.b

O.

Obsequium, pro *comitata principis.* 820.b. *pro servis.* 821.a
Obtundere, πολλάκις. 279.b
Obtunsus, pro, *obtusus.* 198.a
Occisit, pro, *occidit.* 249.a
Oculi vigentes, id est, flagrantes & quasi fulminantes. 790.a
Oculorum magnitudo, pulchra. 790.a
Odenatus Palmyrenus thesauros & concubinas regis Parthici capit. 704.b
Odenatus, *decimus quartus*, *ex triginta tyrannis.* 770
Odire & perodire. 855.a
Odium *&* odivum, *idem.* 375.a
Oenanthinum oleum. 490.a
Officia unaquæque suos habuere principes. 543.b
Officiperda, quis, & unde. 774.a
Οἶκος & οἰκήματα. 988.a
O *in* au *mutatum.* 895.b
Οἱ παρεδιάκονος *aquam in lupanaribus ministrabant.* 266.b
Olbiopolitæ Græci. 140.b
Oleum olim gratuitum civitatibus à principibus concessum. 355.b
Ὁ λύμπιον, pro Ὁ λυμπιονικῶν. 61.a
Ὁ μανδύας, & ἡ μανδύη. 827.a
Ὅμοιον, pro ἴσον. 536.b
Onycha, pro *onychina.* 502.b
Onobeli, qui. 570.b
Operam alicui rei impendere. 22.a
Operari, pro *facere*, σπουδάζειν. 615.b
Opilius Macrinus, *natione Maurus.* 429.b
Opinati duces, *id est*, *optimi.* 178.b
Opinio & opinari. 178.b
Ὀπίζειν, *quid.* 763.a
Ὄπλα, & ὅπλον, *clypeus.* 801.b
Optimates, summates, & proceres, idem. 201.b
Opsonator, *quid.* 76.b
Ὄργυα πολλῶν. 985.a
Ὀρθοδέλιον. 895.a,b
Oraria. 894.a.895.a,b
Ora vestis. 895.b
Orariarii. 895.b
Orationes, pro *oratoribus.* 541.b
Ordines ducere, *quid.* 603.a
Ordinarius, *ordinum ductor.* 603.a,b
Ordinarius manipularis. 969.a

Ordinarius, *proprie*, *quid*. 969. a,b. *Græcis* τεξιαρχ&. ibid.
Ordo & series Impp. 2.a
Ordo, pro *senatu*. 700.a
Ω'ρῖον, *horreum*. 50.a
Organum, *ejusque duo genera*. 503.b. 504.a
Organo modulari, ὑδραυλεῖν. 503.b
Orsa probi qui dicti. 374.a
Oryzis corna. 285.a,b
Ο'ρμίζειν, & ὁρμίζιος pro *desponsare*. 631.b
Ornatura & paratura. 972.b
Orocasias mons. 64.a
Ο'ρῶντες πεζομαχίαι, *quæ*. 112.b
Ο'ρθοστάδ& χίτων. 892.a
Ο'ρθόστροφις, & ὀρθομαρμάρωσις. 953.a
Orti, pro *horti*. 169.a
Ο'ρυξ. 821.b
Os ad oscula paratum, *quid*. 449.b. 450.a.
Os sublinere, *Prov.* 20.a
Ὀστένδειν, ἐπιδείκαι. 538.a
Ostendere, pro ἴρια ἀποδεικνύειν & ἀποδίδοσθαι, & exemplo præire. 611.a
Ostensionales milites, *qui*. 545.b
Ostrarii, *qui*. 986.b
Ostiatim, pro *singillatim*. 989.a
Ostrea filicea. 482.a
Ω'στρακόπτειξις *quid*, & *qui* ὠστρακόπτειν dicti. 722.a
Ουαβαλλαθ&. *Vaballathus*. 876.a
Ovis fera Romanis, *camelopardalis Græcis*. 643.a
Oxyblatta. 891.a
Oxypederotinæ vestes. 890.a,b. 991.a

P.

PÆdagogi puerorum. 8.b
Pana falsi convictorum olim quæ. 526.b. 527.a
Pannula scortea. 13.a. *gausapina*. ibid. *earum usus*. 13.b
Pannula, *quid*. 448 a,b
Pannula, μασδύη. 511.a,b
Pannulæ pluviales, & *itinerariæ*. 537.a,b. *hyemales*. ibid. *gausapinæ dictæ*. ibid. *quantum à laccernis differant*. ibid.
Pannularum color olim pullus. 289.b
Παιδαγωγία. 65.b
Palatia tribus distinctis partibus constant. 384.a
Palladium, *quid*. 849.b
Pallium, πάλλιον. 53.a
Pallium auro sparsum. 561.a
Pallium & palliolum, *operimentum mulierum*. 887.a
Pallium, *vestis virilis & muliebris*. 995.a.
Paludamentum, χλαμὺς. 827.a
Palumbes minuriunt. 425.b
Palumbi regis & pantagathi. 452.a,b
Palus, *gladiator nobilis*. 288.a
Pampinata Lanx. 824.b.825.a
Pancarpum, *spectaculi genus*, *unde dictum*. 642.a,b
Pandura, & *Pandurium*, *quid*, & *unde*. 503.b
Παναθήναια *monumenta*. 84.a
Panem comedere, & *gustare*, pro *jentare*. 910.b.911.a
Panes varia figura fingebantur. 870.a
Panes militares, *gradiles dicti*. 870.b
Πάνσαρπ& σίφων&, *qualis*. 643.a
Panis mundus, & *sequens*, *ut differant*. 551.a
Panis mundus. 565.b
Panis quando pop. Rom. caperit distribui. 870. a,b. *ejus pondus*. ibid.b
Panis fiscalis. 894.a
Panis Sordidus & secundarius. 871.a
Pantomimi. 992.a,b
Papyrum edule. 953.b. *quomodo præparatum*. ibid. 954.a,b
Par, pro *similis*. 234.a
Paraganda. 891.a,b
Paragandæ vestibus adsuebantur. 816.a
Paragoda, *vestis*. 890.b
Παραγωίδια. 891.a
Παραγωίδια, *vestis Parthica*. 826.b
Παραθήκεσον, 892.b
Παρεδροι & συνέδροι *deorum qui dicti*. 66.b
Παρίδροι διάκονοι, *qui dicti*. 67.a,b
Παρίμφρονες, & παρίμφρονες, *qui*. 970.a
Parentes, *cognati*, & *sanguine juncti*. 757.a,b
Parentes, & *amici Principis*, *qui*. 767.b

Parthamaspates, *Parthorum rex*, *expulsus*. 23.b
Parthi dicti Parthyæi & Parthyeni. 233.b
Pariare, pro *paria facere*. 574.a
Partitio domorum ut olim ornatæ. 953.a
Parum, pro *rarum*. 991.b
Pascere, *propriè de familia servorum*. 50.a
Pascere, pro, *epulari*. 76.b
Pascere, pro *convivium celebrare*. 563.b
Passe-temps, passer le temps. 71.b
Passim aliquantis. 35.a
Passivus, & *passivius*, pro *passim*. 35.a
Patena, pro *patinis*. 723.a
Patriarcha Alexandrinus. 960.b.961.a
Patridenses vestes, *quales*. 827.b
Pausa sedere, pro *pausas edere*. 957.b
Pausæ, *in sacris Isidis*. 375.b.417.b
Pausarii. 418.a
Paxamas & buccella, *idem*. 870.b
Pecunia propriè quid. 545.a,b
Pedevotinus color. 891.a
Pedestris sermo. 746.a
Pedisequi, *à pedibus*, *ad pedes servi*. 821.a
Pedule. 561.a
Pedulia. 561.a
Pelvis, πύελος, *sive alveus*. 833.a
Pelusia, *urbs Ægypti*, pro, *Pelusium*. 205.b
Penates, pro *domo*. 129.b
Penula, *quid*. 289.b. 290.a
Penulæ de versi generis. 416.a
Peragrat, θέατρος, θεάτρου. 61.a
Percidere, & *concidere*, *obscenæ notionis verba*. 472.a
Perda, *quis*, & *unde dictus*. 774.a
Perducere ad sellam, pro, *sella*. 477.a
Per facium, pro, *perfectum*. 265.a
Pergulæ magistrales, *quæ*, & *unde dictæ*. 965.b
Περιχύτης & περιχύτου. 997.a
Perit, pro *periit*. 744.a
Περιτέμνειν & περιτέμνειν, *circumcidere & castrare*. 63.b
Permessis, pro *Permessus*. 773.a
Perosus & peroditus, pro *valde odiosus*. 855.a
Perperam ago, περιπροδιομαι. 904.b
Perperus, πίπερος, σφηκώδης. 904.b
Perquirendi, pro, *requirendi*. 124.b
Per se, *id est*, ultra. 63.a
Pervenire, pro *perventuros esse*. 881.b
Pervium quid, 539.a
Pescenniana domus. 384.a
Pes Italicus quot digitos habeat. 606.a
Πεζοφόρος χιτών. 890.b.895.b
Pes, *quot digitos contineat*. 634.a
Pessimus à pessum. 35.a. pro *vili & infimo*. ibid.
Petere aliquem, pro *rogare*. 301.a
Petuci, *Penca*, & Πεύκη, *populi*. 806.a
Pharasmanes, *Alanorum Rex*. 28.b. 29.a
Pharasmanes Rex Iberorum. 62.b
Phasma, *nomen fabulæ Menandri*. 219.b
Philippei nummi. 818.a
Philosophi habitus quis. 152.a
Philosophi *nomen inter titulos Imperatorum olim fuit*. 148.a
Phlegon, *Adriani Imperatoribus libertus*. 359.b
Pianus & Piarius *nomina Romana*. 831.a
Picile, pro, *pæcile*. 106.a
Picta & clavata vestis ut differant. 996.a
Pietatis exemplum dicitur homo valde pius. 706.a
Pileatus natus est. *Prov*. 451.b
Pileum, coëffe, & galea, *pelliculæ*, *cui infantium quorundam*, *cum nascuntur*, *caput involutum*. 451.a. *ad maleficia usurpatum*. ibid.
Πίλοι, *vel udones quid*. 561.a
Pingere de musivo, *quid*. 374.b. 375.a
Pipara, *Gallieni Salonini mater*. 744.a
Pipiones. 565.a
Piscinæ vinis variis conditæ. 487.a
Piso, *vigesimus*, *ex triginta tyrannis*. 776. Thessalicus & Frugi *dictus*. 777
Πιτάκιον, *quæ*, & *unde dicta*. 529.a
Plebeii complexu provinciis obtinentium olim arcebantur. 334.a
Pleniberbes Græci πλειοπώγωνες & ὀλοπώγωνες *vocant*. 48.a
Pluma veteribus quid, & *ut nominatæ*. 995.b. 996.a
Plumare, ποικίλλειν. 995.b

Plumarii textores. 996.a
Plumata lorica. 995.b
Plus facere, *pro conficere & occidere.* 655.b
Poculà auro vincta, pro *deauratis*, χρυσόδετα *Græcis.* 721.b
Poculorum varia genera. 481.b.482.a
Pocnlum pro *potatore.* 482.a
Podager, πόδαγρος. 498.b
Ποδήρεις τολεῖ. 890.b
Ποδοκτύποι & ποδοψόφοι. 993.b
Ποικίλα ἱμάτια. 890.a
Ποικίλη. 890.a
Ποικίλματα. 995.b
Ποικιλόχρων. 890.a
Ποικιλόχρωμα. 890.a
Ποικιλτικὴ τέχνη, *ars plumaria.* 995.b
Poleptica, pro, *polyptica* 33.b
Poliarium. 33.b
Pollutus, pro, *polluit.* 282.a
Polymita quid. 769.b
Πολύμιτος *tunica.* 844.a
Πολυχρόνιος. 865.a,b
Pomarium, *quid.* 855.b
Pomale, *capulus ensis.* 46.b
Pompare, *pompabilis*, & *pompabiliter.* 722.a
Pompeiana domus. 640.a. *vestrata nominata*, & *cur.* ibid.
Pompeii tumulus in Casio monte fuit. 64.b
Pondus, pro *gravitate.* 752.a
Ponere vestem, pro *induere.* 838.b
Pontifices & sacerdotes confunduntur aliquando. 873.a
Populus, pro, *plebe.* 325.b
Pop. Rom. omnium gentium victor dictus. 765.a,b
Porticus curva, *quæ.* 374.b
Posthumius, *secundus*, *ex triginta Tyrannis.* 748
Posthumius Junior, *tertius*, *ex triginta Tyrannis.* 749
Postica, *quid.* 944.a
Postica in amphitheatro, *quid.* 944.a
Posticum, *quid.* 944.a
Posui, pro *scripsi.* 884.b
Potens & potentissimus, *proprium excellentis oratoris epitheton.* 635.b
Poucins, *pulli gallinacei.* 565.a
p pro t *positum.* 991.b
Præferre victoriam, pro, *qua video te efferri.* 709.a
Prælium committere, συμβάλλειν μάχῃ. 396.b
Prælium, pro, *bellum*, & *vice-versa.* 348.a. 614.a
Præmittere, pro *præire.* 272.a
Prænum, pro *prælum.* 851.b
Præsens, *pro opulento.* 822.a
Præsentes, pro *præsidibus.* 543.b
Præsentia, pro, *favor.* 168.b
Præsides qui dicti. 63.a
Præsides, *qui præsident.* 514.a
Præsides provinciarum multos multasque de publico accipiebant. 566.a. *Salarium item*, *vestes*, & *ministeria.* ibid.b
Præsidiaria toga, *quæ.* 333.b
Præsumptio imperii. 10.a
Præsumptio, πρόληψις. 19.a
Præterea, *pro* amplius. 840.b
Præterire, pro *perstringere.* 951.a
Prætorium. 491.a
Prætura pro *prætore.* 821.a
Pragmatica sanctiones. 645.b
Prandium, *Gr.* ἄριστον, *veteribus jantaculum.* 811.a
Prandium militare, *quasi* parandium, *unde dictum.* 742.b.743.a
Prehensio, pro *reprehensio.* 5.a,b
Pretium manus, & *manupretium.* 533.b
Prima barba. 48.a
Primum πρῶτον, pro *præcipuo.* 630.b
Primus, pro *optimo.* 538.b
Princeps bonus nihil aliud quam procurator. 36.a
Princeps rogare sententiam solitus, *non rogari.* 38.a
Princeps Senatus, & *primæ sententiæ senator*, *idem.* 38.a
Princeps videri & *videre*, *ut dictus.* 543.a
Principes ordinarii dicti. 969.b
Principia, *principales milites.* 758.a
Privati qui censentur. 429.b
Privatis hominibus, pro *privatorum hominum.* 676.b
Privatorum vocabulo *qui comprehendantur.* 889.a
Privatus cubebat, pro, *privatus erat.* 429.b
Privatus ex tribunis, *quis.* 786.b
Probatus Ægyptiorum dux, *occiditur.* 811

Probus Imperator. 920.b
Proceres, οἱ ἔξαρχοι. 600.a,b
Proceres, *quis*, & *unde dictus.* 600.b
Proconsulare imperium Græcis quomodo dictum. 131.a
Proconsulare jus olim penes senatum fuit. 919.a,b
Proconsulares. 882.a
Proconsule, pro *proconsul.* 879.b.880.a
Proconsules. 16.b
Procurare ad alimenta. 979.b
Procurare, *sacrorum verbum.* 93.a
Procurator ad vicesimam, *à vicesima*, & *vicesimæ*, *idem.* 474.a
Procurator à rationibus, *ad rationes*, & *rationum.* 667.b
Procuratores Augusti. 17.a
Procuratores ducenarii. 298.b
Procuratores principum, *Rationales dicti.* 570.b
Proditio μίμησις. 102.a
Profunditas, pro *amplitudine*, & *magnitudine.* 962.b
Programma, *edictum.* 250.a
Proinde, pro, *adeo.* 333.a
Prologus fabulæ longior, *Prov.* 110.a
Præludere idem quod præludere. 622.b
Præceptis, pro *abnepte.* 631.b
Πρόβουλοι *Consules*, *quid.* 476.b
Propensus, πρόθυμος. 659.a
Propolæ circumforanti virginum. 265.b
Propolæ circumforanti equorum. 265.b. 266.a
Πρόπολοι. 903.b
Prorogare, & *prærogare*, *pro dispensare.* 622.b
Prorsus, *quis.* 587.a
Protectores, *corporis custodes.* 616.b. 617.a
Πρότερον, pro, *principio.* 150.a
Πρότομαι, *imagines*, *quæ* & *quales.* 802.a
Πρόπολίτης. 869.a
Provenire alicui. 246.a
Provenirent, pro *acciderent.* 849.a
Provenire, pro *evenire.* 246.a
Provinciarum administratio varia. 202.a,b.203.a,b
Provinciæ legatoriæ. 532.a
Provinciæ præsidiales, legatoriæ, & *proconsulares.* 472.b
Provocatus est, pro, *provocavit.* 282.a
Proximus ab Epistolis, *à libellis*, *à memoria*, *in scrinio*, *vel scrinia.* 979.b
Proximus scrinii, *quis dicatur.* 542.b
Prudenter & caute consulere. 56.b
Prudentes & prudentiores, pro *doctis & doctioribus.* 794.a
Ψαλίζειν, *tondere.* 45.b
Psilothro accurare, *quid.* 501.b
Psilothro pilabantur *mulieres.* 501.a
Ψαφίσμα. 870.b
Ptolemæus Physcon. 411.a,b
Publicare, *quid.* 85.a
Pudentia pro *pudore.* 784.b
Pueri, *à JCtis* sanguinolenti *dicti*, & *eur.* 391.b
Pueri & *puellæ novorum nominum.* 167.a,b
Pueris veteri lege quando ad frumentationem admissi. 34.a
Pueros facere ut dicamur. 405.a,b
Pugiles cestibus pugnabant. 722.a. *ut* & *sacculis.* ibid.
Pugio, *insigne potestatis.* 274.a,b
Pugnare ad pila, pro, *pilis.* 477.a
Pugnatores boni in ludo gladiatorio aureoli appellati. 805.b
Pulliceni, *pulli phasianorum*, &c. 565.a
Pulvilli vento inflati mollissimi. 493.b
Πυγέμη. 821.b
Πύρρος, *Byrrenus*, *propriè quid.* 996.b
Πυρρὸς *russeus*, *rubricus*, *rufus.* 891.b
Πυρχεῖον & πυξίδιον *idem.* 88.a
Purpura ἀρχῆς σύμβολον. 393.b
Purpura è deorum simulachris rapta in tumultuariis Principum creationibus. 648.a,b
Purpura, pro *imperio.* 773.b
Purpura, *proprium Rom. Imp. gestamen.* 785.b
Purpura summa, *pro veste imperatoria*, & *ipso imperatore.* 576. 825.b
Purpuræ color. 560.a
Purpuræ genera Probianum & Alexandrianum. 891.b.892.a
Purpureæ vestes. 773.b
Purpuram sumere, *quid.* 450.a
Purpurarum probatio quibus olim commissa.

Pustula de argento optimo dicebatur. 742.a. *pro bullis Latini usurparunt.* ibid.
Pustulatum pro *bullatum.* 742.a
Putare, pro *deputare.* 447.b
Πυθκύλης, *quis, & unde dictus,* 992.a
Pylades, saltator eximius. 991.b.992.a
Pyrrhicæ militares. 85.b

Q.

Q. *Cæcilius Metellus Numidicus, unde PIUS dictus.* 516.a
Q. Mutii Scævolæ integritas in regenda Asia. 645.a
Quadratura, τελείωμα. 953.a,b
Quæstura olim multiplex. 334.a
Quam prius, pro, *priusquam.* 226.b
Quanti, pro *quot.* 35.a
Quartarii aurei. 557.a
Quasi videretur affici, *pro*, *quasi afficeretur.* 720.a
Quies à bello, ἡσυχία *est.* 718.b
Quietus, decimus tertius, ex triginta tyrannis. 768. Κυίητ *Græcis.* ibid.a
Quincuplum, πεντάπλουν. 930.a
Quindecim virorum munus inspiciendorum Sibyllinorum librorum. 852.b. 853.a. *Pontifices appellati.* ibid.
Quinquennales. 13.b
Quinquennia Imperii ab Imperatoribus celebrata. 447.b
Quintilii fratres occisi. 269.b. *eorum concordia.* 270.a
Quintillus occiditur. 815.b
Qui talis, pro *qualis.* 217.b
Quodcunque, pro *saltem aliquid.* 428.b

R.

Ramenta, ψήγματα. 239.a
Ramentum auri. 239.a
Ῥαψῳδομαστία. 9.a
Rationalis, ἄρχων μοιρῶν. 876.b
Rationalis, procurator. 616.a
Rebellio, ἀποστάσις, ἀπόστασις. 741.a. 745.b
Rebellio, quid. 218.a
Rebelliones pro *rebellibus.* 741.a
Reclinus, & reclinis. 955.b
Recte atque ordine, ὀρθῶς τε καὶ κατὰ λόγον. 880.b
Recusare annos, pro *excusare.* 834.a
Recusare, pro *indignari.* 133.b
Reda fiscalis. 31.a
Reddere, pro *dare.* 5.a
Redire, pro *ire.* 5.a
Refundere, pro *transfundere vel transferre.* 40.a
Refutare, pro ἀναίρειν, *non recipere.* 132.a
Regalis, Regalius, & Regalianus. 757.a
Reges olim æraviæ artis fabricæ, aliisque exercitiis sese tradidere. 262.b.263.a
Regia animalia. 853.a
Regia, *quæ imperatoris erant appellata.* 853.a
Regiæ opes. 869.b
Regibus uti, *quid.* 772.a
Regillianus, octavus, ex triginta tyrannis. 757
Regis nomen veteribus Romanis exosum. 50.b.51.a
Registrum, pro *regestum*, ἀπογραφή, ἀναγραφή. 922.b
Relata, pro, *scripta.* 118.b
Rem divinam facere, *propriè quid.* 540.b
Remittere, ἀφιέναι. 27.b
Repræsentare se alicui in obsequiis. 164.a
Repulsis animi malis, *id est, qui repulit à se animi mala.* 554.a
Resedit, pro *præsedit.* 59.b
Res publica, & res fiscales, idem. 32.b
Restituere propriè quid. 34.b
Res studentes, pro, *multo studio dignas.* 112.b
Reticula, dextrocheria. & dextralia. 769.a,b
Reticulatæ fores. 986.a
Retorrida mentes, quæ. 587.a
Retorridi homines, quic 281.a
Retorridum, quid. 281.a
Retorridus pro *fervens.* 686.b
Retractare, pro, *detractare.* 56.a
Retractare quid. 424.a
Retrectare, pro *retractare.* 649.a
Retrorsus, quid. 587.a
Revertere, pro, *reverti.* 102.b
Rheni, pro *Rhenanis.* 806.a
Rica, quid. 887.a
Ricinium, quid. 887.a
Ῥινᾶν, *naso suspendere.* 423.b

Riparien-

Ripariensis Hiberi. 877.b
Ripariensis legiones. 877.b
Roborare, pro *reditibus annuis ditare.* 872.a,b
Romani togati in spectaculis sedebant. 289.b. *togati accumbebant ad imperatoriam cœnam.* 742.b. *ut & mane ad salutandum principem togati venirebant.* ib.
Ρ'ωπογραφία, & *megalographia quid.* 45.b
Ρ'ώπ@, *quid.* 45.b
Ρ'ώπ@, & Ρ'ωπικὸ. 885.a
Rosæ ut florem habere dicantur. 834.b
Rosius, pro *russius*, vel *russus.* 419.a
Roxolani, septentrionis populi. 28.a
Ρ'ύσχ@, *quid.* 943.a
Rumigeratio, λοιγησία. 472.a
Rumor, pro *favore.* 461.a
Russa tunica. 818.b

S.

Σ*Alini dæmones*, ζῆτει. 396.a
Sacra crypta. 58.b
Sacrare, Græcis ἀνατιθέναι. 192.b
Sacrati & Sacratissimi *Imperatores dicti.* 192.b
Sacrificium, *secunda longa.* 761.b
Sævire alicui, pro, *in aliquem.* 208.b
Saga trabeata, σάγαι ῥαβδωταὶ, *Gallorum propria.* 719.b 720.a
Sagma, quid. 463.a. 838.b
Sagmare equum, aut asinum. 838.b
Sagmarius & equus non differunt. 838.b
Sagmaris & sillares equi. 403.a
Sago-chlamys. 818.b. *cum pallio fibulari idem.* 925.b
Σαγομάδιον. 818.b
Sagones, qui. 53.a
Sagones & Sajones, *idem, & quid.* 53.a,b
Sagulum & chlamys idem. 787.b
Sagulum imperiale persusum, quid. 787.b. 789.b
Sagum, quid. 230.b
Sagum & chlamys ut differant. 818.b
Sajo & Sago, *idem & quid.* 53.a,b
Σάλα, *quid.* 467.b
Σαλαΐζειν, *quid.* 467.b
Salambo, *Assyriis Venus, & unde dicta.* 467.a,b
Salambonem exhibere. 467.b
Salarium. 397.b. *duplex.* Ibid. & 398.a
Saliari carmine cani. 199.a
Salii. 157.a
Saliorum princeps præsultor *dictus.* 157.a
Σαλπιγξ. 991.b
Saltare canticum, aut cantilenam. 836.a
Saltare, histrionum proprium. 836.a
Saltatiuncula, quid. 836.a
Salutationi matutinæ toga propria. 14.a
Sambucum, quid. 106.a
Samiare, quid. 838.a
Sanctus, pro, *sanctio.* 469.a
Sanctum, pro *simulachro.* 467.a
Sanctus, pro *probo.* 919.a
Sandicinus color. 864.a,b
Sandix, pro *herba & frutice.* 864.b
Sanna, μῶκ@. 723.b
Sanniones, sanni, & apinarii, idem. 723.a
Sapores, Persarum Rex, Artaxerxi successit. 669.a
Sarapis Alexandriæ Deus tutelaris. 352.b. *Ægyptiorum numen.* 959.b. 960.a. *ut & Christianorum olim.* ibid.
Saxaptena ovaria. 817.b
Σαφάλι@, *urbs Phœniciæ.* 827.b
Sarmatæ, Sauromatæ. 17.a
Sarmaticus ludus. 993.b. 994.a
Sarracenihydropotæ. 377.b
Sartago, πανθήγης. 481.b
Sarta tecta. 872.b
Sartitectores. 872.b
Satis, pro, *valde.* 208.a. *probe.* 355.b
Saturninus, vigesimus secundus, ex triginta tyrannis. 780
Σαυρομάται *Mæotides.* 848.a
Scana, antiq. pro *scena.* 993.b
Scava, pro, *mala.* 375.b
Σκάφη & σκαφεῖον. 821.b
Σκαφισμὸς, *supplicium à Persis inventum.* 442.b
Σκηνὴ pro σκευὴ. 993.b
Scaurinus Grammaticus. 222.b
Scaurus & Scaurinus, Grammatici nobiles. 510.a
Σκλωὴ, *scæna Latinis.* 545.a
Scenicis quæ præmia constituta. 544.a
Scepsoria, pro *excepsoria.* 727.a
Scepirum & corona triumphantis insignia. 783.b. 784.a

Sceptum, prò *exceptum*. 834.b
Sceptus, pro *exceptus*. 727.a
Scipiones Consulum. 845.b. *eburnei*. ibid. & 846.a
Scire aliquem, *pro*, nosse. 270.b
Scire, *pro* cognoscere. 405.b
Scire & dicere fatalia. 833.a
Σχοινοβάτ), *funambuli*. 991.a
Σχολαστικὸς, *quis*. 635.a
Scordiscum, *quid*. 231.a
Scriba, *quis*, & *unde dictus*. 774.a
Scribæ Pontificii ordo olim parum honestus habitus. 436.b
Scriniarii, *qui*. 542.b
Scriniorum magister. 542.b
Scupi, *nomen urbis in Mœsia superiore*. 759.a
Scurra. 609.b
Scurra mimicus. 609.b
Scurræ, *qui dicti*. 504.b. *post buccellarii appellati*. 505.a. 589.a,b
Scurræ, *Buccellarii*, *adsectæ*, *stipatores*, &c. σωματοφύλακες. 791.b
Scutum jactare, *rotare*, & *tractare*. 903.a
Scythæ Bithyniam invadunt, & *multas civitates delent*. 718.b. *sunt pars Gothorum*. ibid.
Secta, pro *moribus*. 221.a,b
Secunda mensa veterum. 552.b
Secundo, *tertio*, *quarto*, *pro bis*, *ter*, *quater*. 552.b.646.a,b
Secundum, pro *sequendum*. 551.a
Securis & *gladius supplicium militare*. 248.a
Securus, ἀμέριμνος. 970.a
Sedasse, pro *sedaturum fuisse*. 689.b
Sedere, pro ὀχεῖσθαι. 573.a
Sederi, pro *insideri*. 95.b
Segmenta. 892.b
Σείειν ἀκοντίδα, *quid*. 120.b
Seipsum, pro, *ipsum*. 147.b
Sella aurea Parthorum Persarumque Regum à Romanis capta. 62.a.b
Selencia Coche *dicta*. 232.a
Σῆμα & σημεῖον. 772.a
Σημεῖα. 995.b
Σημεῖον, *clavus vestis*. 546.a
Σημειωταὶ, *vestes clavatæ*. 546.a
Semisses, & *tremisses*, *seu trientes aureorum quando formati*. 555.a,b. 556.a,b. 557.b
Senacula olim tria Romæ. 462.b
Senaculum quid. 492.b.896.a
Senatorum conjuges, fœminæ clarissimæ. 462.a
Senatusconsulti taciti mos. 652.b
Sepes, *quid*. 57.a,b
Sepire. 57.a
Σεπλασιάριος, πυξωπώλης & μυροπώλης. 500.a. 885.a
Septimò, pro *septies*. 917.b
Septizonium Rom. locus olim celebris. 358.a
Septum pro *stabulo*. 57.b
Sepulchrorum dono prosequi, τὰ λίψαρα ἐνδιδόναι. 761.b
Sequens & *secundus*, *idem*. 551.a
Sequutores, ἵππεῖς, *qui*. 288.b
Sereni Samonici duo fuere, *nomine* & *cognomine eodem*. 658.b
Serica pro *holoseriçis*. 886.a
Sericoblatta. 886.b
Sericum. 886.b
Sericum & *bombycinum ut differant*. 886.a
Sero, pro *vesperi*. 498.a
Serracum & *Sarracum*. 181.b
Servans, ὀπίζων. 763.a
Servi à pedibus, valets de pied. 565.a.b. *publici*, *qui*. 172.b. *vestigales*, *qui*. 565.a
Servitium, pro *servo*. 547.b. 821.a
Servos à dominis occidi lege Hadriani prohibitum. 547.a
Servus à manu, & *ad manum*. 474.a
Servus in caput domini interrogari non potest. 907.b
Sesè, pro, *ipsum*. 201.b
Sestertii centum quantum olim valuerint. 337.a
Sestertium iterum vicies. 15.b. *quadragies quæ summa*. ibid.
Seu, pro, &. 430.b
Sextarius Romanus, *pinta Parisiensis*. 602.b
Σφεγγίδιον, *vestium clavi*. 827.a
Sibilare, & *sibilus*, *quid propriè*. 263.b
Sibyllinos Libros qui olim adierint. 851.a,b. 852.b
Sica, *quid*. 699.b
Sicca vehicula, *pro nudis* & *nullo vestimento instratis*. 615.b
Sicca, *urbs Africæ*. 151.a

Sicila, *quid*. 699.b
Siculatus latro, *quis dicatur*. 699.b
Sigilla, *in vestibus quid*. 772.a
Sigillata tentoria. 772.a
Σιμικίνθιον, *vestimenti genus*. 816.b
Sigma, *lecti genus*. 483.a
Sigma sternere in lectis, *quid*. 494.a
Sigma, *stibadium formalunata*. 498.b. 459.a
Signa militaria, σύμβολα βασιλικά. 546.a
Signatum, pro, *signum* 116.b
Signum, *cognomen*. 644.b.835.b
Signum dare. 146.a
Siligenarii, *Romæ*. 871.a
Siligineus panis, 871.a
Similis pro *æquali*. 536.b
Simulacra numinum circumlata. 770.a
Sine delectu, *quid*. 615.a
Singillo, ἡ ἀπλοῖς. 827.a
Sirmium Pannoniæ urbs maxima. 613.a
Smaragdi, *prasinæ*. 632.b
Σοφὸς τὰ ἐφύτια, vel τὰ τοῦ ἐφυτοῦ. 6.b
Sol ab Aureliano cultus. 835.a
Solatia, *quid*. 41.a
Solem condere, *ut dicamur*. 405.a
Solem Genius Orientis præcipuo cultu venerata. 458.a. *hunc Emisseni montis effigie coluêre*. ibid.b
Solaris, *à solium*. 416.a
Solidare, pro *roborare*. 871.a,b. *pro mercede conducere*. 872.b
Solidius, pro, *gravius*. 120.b
Solidum, pro *mercede*. 872.a
Solidus & aureus, *idem*. 557.b
Solis templa. 866.a,b
Solum pro *solus*. 213.b
Solutos habere, *pro solvere*. 156.a
Sons, *quid*. 42.b
Sortes convivales, & *unde dictæ*. 488.a,b
Spania, pro *Hispania*. 149.a
Spansum pro *expansum*. 727.a
Σπάργανα, *incunabula*. 833.b
Spartum, λόυκαία. 84.b
Spatha, σπάθη. 46.b
Spatham claudere capulo. 46.b
Specillata patina. 926.a
Specellum. 926.a
Spectare pro *expectare*. 834.b
Specula & *abaci pariet. decorandis*. 953.b
Specula, *pars domus*. 953.b
Speculis in divinationibus saga Thessalæ olim usa. 329.a
Sperare, pro *opinari*, δοκεῖν. 327.a. 608.b
Spes vetus, *Dea*. 475.a
Spiritus, *prima producta*. 761.b
Σπυρίδωλης. 992.a
Squamæ. 995.b
Stabulum, *varie à Latinis accipitur*. 991.a
Στάδιον χίτων. 892.a
Stapedes. 412.b
Stare & prostare *dicuntur scorta*. 909.a
Statores, *eorumque munus*. 254.a,b
Statua εἰδεάδης, πλάτη. 875.a,b
Statuæ deorum, *heroum*, & *Imperatorum*, *earumque statura legitima*. 802.b
Στάλη, titulus, cippus. 875.b
Stellæ, *pro imposturis*, antiq. 370.a
Stellatura. 48.b
Stellaturæ, *quid*. 369.b
Stellatum auro, *argento*, *gemmis*, *Latini quid vocent*. 742.a
Στελλειν, *mittere aut dimittere*. 48.b
Stellio, *quid*. 370.a
Stellionator, *quid*. 369.b.370.a
Stellionatus, *quid*. 369.b
Stellionatus crimen capitale. 907.a
Sternere, pro, *inferre in literas*. 110.a. *pro onerare*. 885.b
Stibadium, *quid*. 483.a
Στίχος & στίχος, *Græcis idem*. 739.b
Stipendium, & *munus Herodiano συντάξεις*. 29.a
Stipendium, pro *donativo*. 693.a
Stipites grandes materia dicta. 247.a
Stirpare, *quid*. 502.b
Stirpis Italicæ, Γ πλικὴ γένος. 2.b
Στολὸς, *commeatus* 48.b
Stragula & toralia pretiosissima in usu veteribus. 480.a,b
Stratonici vox, *cum tubis casu bonus feeleratus perisses*. 514.a
Statores qui, & *unde dicti*. 412.b
Stricta frons, *quæ*. 686.b
Στρῶμα τὸ, *quid*. 230.b
Στρωμνοποιζειν. 885.b
Structores, οἰκοδόμοι, δόκιμοι. 228.b

Studia, μουσεῖα. 210.a
Στολοπινακια. 802.a
Subarmalia, quid. 339.b
Subarmalis, vestis genus. 820.a.b
Subarrare, ἀρραβωνιζειν, quid. 631.b
Subditivus, ὑποβολιμαῖος. 513.a
Sub ictu mortis, *temporis momentum designat.* 582.a
Sublavare, quid. 193.b
Sublevare, subvenire, succurrere, juvare, qualia verba. 194.a
Subsirica tunica. 826.a
Subsiricæ vestes. 886.a
Successor *quis dicatur.* 243.a
Successorem alicui mittere, pro *abrogare imperium alicui.* 40.a
Successorem dare alicui, pro καθαιρεῖν. 40.a
Συηφάνδα appellatio unde. 52.a
Succubar, oppidum Mauritaniæ. 819.b
Succubitana purpura. 819.b
Sudaria. 894.b. 895.b
Sudatum pro *vallo.* 672.b
Συζητεῖς, *qui?* 3.a
Sui temporis, ὁ καθ' ἡμᾶς χρόνος. 833.a
Sumen, quid. 530.b
Sumtum diurnum exercere, quid. 35.b
Sumtus pro *pecunia.* 35 b. 569.b. 853.b
Τὰ Σωσάνδα, *urbi Phrygiæ.*
Superbia propria dos militum. 292.a. 442.a
Superjumentarius. 8.b
Supernus, & supernas. 713.a
Super pro *supra.* 778.a
Super velarios. 8.b
Supplicatio, λιτανεία. 57.b
Suprema vitiositatis linea quæ. 987.b
Συρμαϊσκον, *à Syrmate.* 889.a
Suscensere, pro *succensere.* 824.a
Suscipere sacra, μυεῖσθαι. 58.a
Suspectus, duplicem habet significationem. 350.b
Sus fuminata, quid. 530.b
Suum, *pro,* ejus. 301.a
Sylva, *spectaculi genus.* 642. a,b. *à pancarpo ut differat.* ibid.b
Symmachi profusio in prætura filii. 15.b
Synhedus Deorum apud Græcos. 66.b
Synnades columnæ, pro *Synnadicæ.* 676.a
Synodus Xystica. 66.b
Syriscus, pro *Syro.* 602.a
Syrmata & pallia tragœdorum aurata & purpurata. 995.a

T.

Tabellæ laurtatæ, & pinnatæ, quæ. 585.a
Taberna quid. 73.b
Tadiare, pro *pertæsum esse.* 541.a
Τὰ ἰχνία, *Græcis, quæ.* 763.a
Τὰ Λουγδουνα, pro *Lugdunum.* 205.b
Ταμεῖον *omne* arca *dicitur.* 853.b
Tamen, pro autem, *vel,* quidem. 8.b. 223.b. 864.b. *pro* etiam. 690.a
Τὰ μίζω λαβεῖν. 816.b
Tantas, pro *tanta copia.* 485.a
Tanti, pro *tot.* 35.a
Tapetiariæ parietes. 953.a,b
Tarraconenses inter primos Augusto Templa posuerunt. 55.b
Tauroboliari, quid. 465.b. 466.a
Tauroboliatus, & tauroboliata. 466.a
Taurobolinus. 466.a
Taurobolium, quid. 465.b. 466.a
Tauri cornua, pro *viribus tauri.* 466.b
Tauri Cypriaci gibberes erant. 643.a
Taurorum venatio ut olim fieri solita. 729.a
Tecta veterum. 384.b
Telephus Grammaticus. 223.a
Teleste saltator eximius. 992.b
Templis indormire soliti antiqui, remedium morbis periturі. 103.a
Templum Adriano Alexandro consecratum, in gymnasium versum. 61.b
Templum solis. 878. a,b
Tenebræ feris domandis aptissimæ. 944.b
Tenere, pro *retinere.* 896.a
Tentorium quid. 611.b
T & P, T & C, & G *sæpe mutantur invicem.* 806.b
Terminati, pro, *terminis.* 116.b
Terra olim in orbem Romanum & Barbariam divisa. 586.a,b
Tessera cur, & quomodo olim in venationibus sparsæ. 943.b
Tesseræ frumentariæ. 364.a
Τετραστομία *simulachra.* 849.b
Tetrapharmacum, & pentapharmacum, quid olim. 116.a,b
Τετρεφιτικοι & πεντεφιτικοι *quid.* 739.b

Τέτρας, & δύας, *quadriga, & biga.* 956.b

Tetricus Junior, *vigesimus quartus ex triginta tyrannis.* 783

Tetricus senior, *vigesimus tertius ex triginta tyrannis.* 781.

Thebaïs, provinciæ Ægypti pars. 385.a 89.a

Thenæ.

Theophanes Mitylenæus Historiæ scriptor & poëta clarus. 687.a

Thermæ Antoninianæ. 479.a

Thermæ, tabernæ vinariæ, & lupanaria olim antenonam non aperta. 533.b

Thermæ Hyemales cur in Transtiberina regione. 886.a

Thesauri, in quibus vestes principis reponebantur. 559.b

Thesaurorum comes, quis. 559.b

Thessalus & Thessalæ. 713.a

Θώραξ & θώραλος, *idem.* 801.b

Thorax imaginem significat. 802.a

Threces & Thraces, idem. 602.a

Thyanam pro *Thyanis.* 856.b

Tibialia, quid. 561.b

Tiliacæ tabulæ. 146.a

Timolaus, vigesimus septimus ex triginta tyrannis. 786

Titus Quartinus. 795.a

Togati, pro *salutatoribus.* 14.b

Τοιχοβάται. 991.b

Tonnelles. 44.b

Τοπίον, *restis vel funis.* 45.b

Topiariam facere. 45.b

Topiaria herba. 45.b

Topiarium opus. 45.b

Totum, pro *omnia.* 363.b.500.a

Trabea, *toga.* 957.b

Tractare *dicebantur Philosophi.* 424.a

Tractare, pro, *trahere.* 478.b

Tractatores *qui dicantur.* 424.a

Tractiles & tractitii *nasi.* 449.b

Tragula, quid. 844.b. *pro strangula.* ibid.

Trahere pro *tractare.* 242.a

Trajani vindemia. 12.b

Tralli, populus Illyricus. 128.b.129.a

Tramosericæ vestes. 886.a

Transire, & transitio, pro *contagione.* 216.b. 217.a

Transitorium quid. 539.a

Trebellianus, vigesimus quintus, ex triginta tyrannis. 784

Triarii. 956.b

Tribunitia potestas. 12.b

Tribunis olim aliquid à militibus, per stellaturam accipere, interdictum fuit. 48.b

Trichila, τρίχηλα, 44.b

Τρίκλινος *Palatia & unde dicta.* 384.a,b

Triclinia, quid. 441.b

Triclinium quid. 483.a

Tricones, qui. 227.a

Τρίλιτραι, τρίλιτρα, & ἰσόλιτραι, *quid.* 632.a

Tripolis. 355.a

Tripolitanus ager olim fœcundissimus fuit. 355.a,b

Tristis, pro *severo.* 125.a. 788.a

Τροχάλη, τροχαλὸν, & τροχάλιον. 44.b

Trossulus, pro *equite.* 264.a,b

Τρυσὸς *Græcis quid.* 264.b

Trutungi, Truthungi, & Gruthungi, idem populus. 806.a

Τύχη, συμφορὰ, *casus*, *valetudo.* 41.b

Τύραννος & Τυράννιος, *nomina propria.* 655.b

Tulerat, pro *obtulerat.* 833.a

Tulit, pro *abstulit.* 5.a

Tumulus idem quod agger. 947.b

Tunica asema, *quæ dicta.* 359.a. 546.a. *macrocherа*, *quæ.* ibid.b. *muliebres.* 736.a. *cyclades dictæ.* ib. *aurata.* ibid. *palliolatæ.* 972.a

Tunica Laticlavia Senatorum, angusticlavia equitum propria. 536.b

Τυραννὶς pro *fœmina imperante.* 794.b

Tussis, pro *tonsus.* 827.a

Tutæ aures. 970.a

Tyana, urbs. 10.b

Typhon ἐγκεφαλόεις. 608.a

Tyranni olim qui dicti. 745.b. *posteriore ætate* intrattæ *vocati.* 745.b

Tyrannus, communis generis. 794.b

Τζάγγαι, aut τζάγαι, *Barbarici calceamenti genus.* 826.b

V.

Vacantivus, pro *vacans.* 522.a. 775.a,b

Vaccam aut damalionem ne quis accederet, ab Alexandro prohibitum. 530.b

Vasti-

Vaccilum. 926.a
Vagna, cupa, & Buttis, *vasa vinaria.* 626.a
Valens superior, decimus nonus, ex triginta tyrannis. 776
Valens, decimus octavus, ex triginta Imperatoribus. 775
Valerianorum vitæ fragmentum. 703.b. 704.a
Valerianus cur filium suum Aureliano non commiserit. 839.b
Valli proprie, *quid.* 354.b. 363.a
Vandali, populi. 941.a,b
Vaporare, *pro calefacere.* 501.a
Varianæ thermæ. 459.b
Varians horti. 830.a
Vasa Deliaca. 536.a
Vasti, vastali, & fideles, qui. 563.a
Vates est ὑμνῳδός. 157.b
Ubi, pro, *quò.* 254.a
Vectari quid. 728.b
Vectigal inter & tributum quæ differentia. 556.b. 557.a
Vectigalia civitatibus per imperatores deputata. 884.b
Vectio, quid. 728.b
Vector, quid. 728.b
Vehela, plaustrum. 615.b
Vehicularius cursus. 145.a
Vehicularius vedarius fabricator, quis dicatur. 684.b. 685.a
Vehiculum, quid. 830.a
Vehiculum nomen generale, veda speciale. 684.b
Velatæ olim manus in supplicationibus. 851.b
Vel, pro &. 190.b. 191.a. 231.b. 238.a. 747.b
Veleni, Caduforum regis ad Saporem epistola. 704.a
Venatus & venatio ut differant. 552.a. 554.a
Venenati homines, qui. 383.a,b
Venenatum idem quod purpuratum. 887.a
Venetum, vitreum, prasinum, colores affines, sed diversi. 481.a
Venire, pro *contingere, vel evenire.* 568.b
Veræ gemmæ quæ. 729.a
Veratores qui dicti. 431.a
Veratura, quid. 431.a
Verbo mandare, & scripto mandare, *quid.* 156.a
Verecundus. 686.a
Verecundus & constans, ἀντίθετα. 133.b
Verna & vernaculus. 444.a
Veronensis, pro *Veronensis ager.* 950.a
Versicolorium & colorium ut differant. 890.b
Verumnus quis & unde. 993.b. 994.a
Verus, Gracis Οὖηρ & Βῆρ. 445.b
Vespasiani morientis vox, ut puto Deus fio. 363.b
Vestes ad usum quotidianum, & quæ ad pompam tantum. 820.a
Vestes ἀνημοι, ἰσχνημοι, & λάχνευτοι. 562.a
Vestes exiguæ, pro *vilibus.* 358.b. 359.a
Vestes insignes, Gracis ἰσχνημοι. 545.b
Vestes nova ut veteres excludere dicantur. 838.a
Vestes purpura oculare. 966.a
Vestis serica & aurata Augustæ propria. 190.a
Vestigia levare, quid. 130.b
U & B, *sæpe mutuas præstant vices.* 9.b
Veterana manus, quæ. 851.b
Veteribus qui dies olim infausti atrique habiti. 911.b
Vetus cæcus. 103.a
Vetus miles quis dicatur. 752.b
Vetus procurator quis dicatur. 752.b
Vetus, *pro diu.* 509.a
Τὸ Vexare variæ significationis. 206.a,b
Vexilla, auxilia. 299.b
Vexilla olim coloris flammei. 449.a
Vexilla pura. 927.b
Vexillares cohortes. 956.b
Vexillarii legionum. 956.b
Vexillarius. 928.a,b
Vicaria. 422.b
Victoria ara in Curia. 664.a
Victoriæ Barbaræ. 780.a
Victoriarum simulachra. 362.b. 363.a
Victoria, trigessima, ex triginta Imperatoribus. 792. *Castrorum mater dicta.* ibid.
Victorinus junior, sextus ex triginta tyrannis. 753

Victorinus, quintus, ex triginta tyrannis. 752
Victus Halala, ut urbs Roma. 211,a
Videret, pro *viderit*. 47.a
Videri judicavit, pro *judicare*. 236.a
Videri, *ut imperatores & principes dicebantur*. 608.b. 619.a,b
Vidisset, pro *viderit*. 660.b
Vienna Allobrogum, urbs senatoria dicta. 4.a
Vilitatem proponere quomodo dicatur magistratus. 286.b
Vinatiorum corpus. 544.b
Vina fistalia. 894.a
Vina fundana. 917.b. *Gallis* clairet. ibid.
Vinum fundanum album, subito purpureum factum. 917.b
Visus est hoc facere, pro *hoc fecit*. 236.a
Vir exempli, & magni exempli, & ad exemplum. 840.a
Vir magni totius exempli, *minus Latinum*. 840.a
Vir nominis sui, ἰδιώνυμος. 292.b
Virgiliana sortes. 9.a
Viridarius, pro *viridarium*. 677.a
Viridia etiam viridaria appellata. 677.a
Viri olim holoserica vestimenta usi. 495.b
Virtus, pro *corporis robore*. 49.a
Virtutis præmia in Militia Romana. 14.b
Vita pro morte. 221.a
Vitem dare, & Centurionem facere, differunt. 47.a,b
Vites instituendi quantum quis vellet, olim in Italia non permissum. 942.a
Vitra ad ædificiorum ornamenta. 953.a
Vitrea camera. 953.a
Vitrea gemma. 729.a
Vitreum, non semper pro *vitro*. 480.b
Vitreum quid. 729.a
Vivere pro *mori*. 34.b
Vitæ, de quibus ultio sumpta. 257.a
Ultimus, pro *pessimo*. 538.b
Umbra, φάσμα, vel φάντασμα. 638.a
Unde, *pro*, de quo. 822.b
Ungues facere, ἐξονυχίζομαι. 502.b
Unimes Græcis μονόκωλα *dicta*. 796.a
Uno sudore, *locutio in palæstra, quid*. 601.b
Vocales qui olim dicti, & dictæ. 546.b
Vocari & appellari, pro deridiri. 857.b
Vocatum, pro *joco & irrisione*. 857.b
Voluptarium, pro *voluptuarium*. 223.b
Voluptates, pro *ludis*. 724.a
Voluntarii, evocati & ἀπόλυτοι, *dicti*. 199.a
Vopiscus prænomen, & cognomen. 829.a
Vos ipsi, αὐτοί. 195.a,b
Vos ipsi, pro *vos ipsi*. 235.b
Votivum, quid. 715.a
Ὑπαίτιος, *quis*. 42.b
Ὑπιλίαι *Græcis quæ sparsio*. 737.b
Ὑπαξαιρεῖν, *furtim eripere*. 101.b
Ὑποχαρτησις, *quid*. 888.a
Upupa, quid. 821.b
Urbane, comiter, benignè, courtoisement. 732.b. 940.a
Urbicariæ regiones in Italia, & ut differant ab annonariis. 782.a,b. *eædem cum suburbicariis*. ibid. 949.b. 950.a. *separatæ*. 449.b
Urbici, urbicarii, & urbani, qui & unde dicti. 782.a
Urbium nomina olim variis in casibus indifferenter enuntiata. 332.a. 815.a
Usurarum modus varius in Republica Rom. 535.a
Usus præceps. 687.b
Uti foro, quid. 772.a. *Regibus, quid*. ibid. *sese, quid*. ibid.b
Ut libet se tenuisse, pro *quantumlibet*. 760.a
Ut multum & ut minimum. 890.b
Ut, pro *quod*. 916.b
Utrium pedes quid. 494.a
Vulgari sermone contexere, quid. 193.a
Vulnera naturalia, quæ. 105.a
Vultibus consecrare, quid. 949.a
Vultus, imagines, σεσθμαί, καὶ εἰκόνες βασιλέων. 949.a
Vultus, pro *thoracibus & clypeis*. 949.b
Vultus retorridus, quis. 686.a,b

Ξ.

Ξηροὶ ἱδρῶτες. 988.b
Ξίφος pro ξηρός. 773.a

Z.

Zabas, Zenobiæ dux. 812. b. 859. b
Ζαίχη, pro Δεξίχη, constrictio. 826. b
Zancha & zanga, calceamenti genus. 826. b
Ζατρίκιον in calculorum ludo. 967. a
Zenobia, vigesima nona, ex triginta tyrannis. 787. Segulo ornata. ibid. stirpi Cleopatrana. 799. a, b
Zenobiæ virtus. 730. b
Zenobia ab Aureliano capta. 863. a
Zeta, prodicta, quid. 500. b
Ζῶς βυλαῖος, & βυλιφόρος. 955. a
Ζωΐδια & ζωδιακὸς. 772. a
Zona ventralis & funda dicta. 381. b
Zonam ad bellum portare militet prohibiti. 318. a, b
Zoticus Alagabali maritus. 471. b
Zunum, zenum, & ζένος, quid, & unde. 818. a

INDEX

Nominum Imperatorum Rom., quorum vitæ ac res gestæ hoc Opere continentur.

Adrianus Imperator. pag. 1
Ælius Verus. 109
Alexander Severus. 507
Antoninus Caracallus. 404
Antoninus Diadumenus. 446
Antoninus Geta. 420
Antoninus Heliogabalus. 458
Antoninus Pius. 124
Avidius Cassius. 240
Bonosus. 969
Carinus Imperator. 985
Carus Imperator. 973
Clodius Albinus. 387
Commodus Antoninus. 261
Divus Aurelianus. 829
Didius Julianus. 320
Divus Claudius. 798

Firmus. 951
Florianus Imperator. 913
Gallieni duo. 711.740
Gordiani tres. 639.657.663
M. Antoninus Philosophus. 148
Maximini duo. 598.630
Maximus & Balbinus. 680
Numerianus Imperator. 981
Opilius Macrinus. 428
Pertinax Imperator. 296
Pescennius Niger. 366
Probus Imperator. 920
Proculus. 966
Saturninus. 958
Severus Imperator. 331
Tacitus Imperator. 898
Triginta tyranni. 745.747.748.749.750.752.753.
754.755.757.760.764.767.768.770.771.772.
773.775.776.778.780.781.783.784.785.786.
787.792.795.796.
Valerianus Pater & filius. 703.710
Verus Imperator. 220.

FINIS.



820,864

Digitized by Google